Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

Omnium operum Diui Aurelii Augustini Episcopi, undecu[m]q[ue] doctissimi, epitome : et quid uir ille de Ecclesiaesacramentis, necnon Sacr[a]e scripturae locis communioribus insignioribusq?[ue] senserit, scripserit, simulatq[ue] docuerit

https://hdl.handle.net/1874/429285



Dit boek hoort bij de Collectie Van Buchell

Huybert van Buchell (1513-1599)

Meer informatie over de collectie is beschikbaar op:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Wegens onderzoek aan deze collectie is bij deze boeken ook de volledige buitenkant gescand. De hierna volgende scans zijn in volgorde waarop ze getoond worden:

- de rug van het boek
- de kopsnede
- de frontsnede
- de staartsnede
- het achterplat

This book is part of the Van Buchell Collection

Huybert van Buchell (1513-1599)

More information on this collection is available at:
http://repertorium.library.uu.nl/node/2732

Due to research concerning this collection the outside of these books has been scanned in full. The following scans are, in order of appearance:

- the spine
- the head edge
- the fore edge
- the bottom edge
- the back board

G. fo.
271



25.

11.

Patres Ecclesiae

Folio nº. 271.

N. 25. C.

N°. 65. H.

G fo 271

OMNIVM OPERVM DIVI AVRELII AVGVSTINI

Episcopi, undecũq; doctissimi, Epitome: Et quid uir ille de Ecclesiæ sacramentis, necnon sacrę scripturæ *locis communioribus insignioribusq; senserit, scripserit, simulatq; docuerit, per Ioannem Piscatorium Lithopolitanum, hoc libro fidelißimè, & compendiaria quadam uia diligentißimè comportatum.*

AD SACRARVM LITERARVM LECTORES pios ac candidos Decastichon Stephani Vigilij Pacimontani.

Omnem scripturam Augustinus calluit Apher,
Diuinosq; sacro protulit ore sonos,
Enarrans doctè, cum sit præclarus & ipse
Interpres uerus, relligione pius,
Analogen seruans, doctorum gloria prima,
Quoq; aliud non est, integritate prior,
Hunc tibi Lector emas, cum sit iam copia rerum,
Neu posthac desit summus in arte sacra,
Nec te pœniteat paruo quæsisse labore
Thesaurum ingentem, perpetuumq; bonum.

Ad Lectorem.

CERTO *certiorem te reddo, candidißime Lector, fide etiam obside, in hoc opere nihil aliud reperturum te, quàm præsentißima atque ipsißima, sancti patris nostri Augustini, hominis supra ueri fidem eruditi, uerba, de omnibus his locis, quos uersis aliquot pagellis habebis. Securus igitur accede, eme, lege, & fruere, dispeream si te utcunq; candidulum pœnituerit facti. Vale, & iudica dextrè, uiue itemq; Christianum.*

AVGVSTAE VINDELICORVM HEINRICVS STEYNER EXCVDEBAT.

M.D.XXXVII.

Ex dono Bruchelii

PIIS AC SACRARVM LITERARVM STVDIOSIS LECTORIBVS, GRATIAM AC PACEM A DEO PER CHRISTVM.

DIVVS Petrus, candidissimi Lectores, in sua Canonica, diuino edoctus spiritu, ait scripturæ prophetias, hoc est enarrationes, nõ cuiuis patere, neq; esse priuatæ interpretatiõis, sed si qui uelint in Ecclesia Dei docere, loquãtur ut eloquia Dei, atq; addit eam facultatem uirtute dei subministrari, idq; non ex nobis esse. Proinde nec audiendos eos qui παρὰ τὴν διδαχὴν σκάνδαλα καὶ τὰς διχοστασίας, mouent in Ecclesijs, & conscientias miseras diuexent atq; perturbent. Quare D. Aurelius Augustinus noster prudentißime retractauit quædam, ac multis in locis asserẽs eam fidem suis scriptis nullo modo deberi, quæ sacris literis, sibijpsi nanq; cõscius quid homo sit, humanum aliquãdo quicquam se passum ad Vincentiũ Victorem ipse fatetur. Itaq; plus cæteris omnibus orthodoxæ fidei doctoribus commendatior nobis merito esse debeat. Non est itaq; cuiuis spiritui credendum: Ad legem dei, atq; eius testimonium, ait Propheta, si quis non tanquam ad præfixum scopum omnia sua tela direxerit, non erit ei matutina lux: Atque hæc omnia non dico, quòd nonnihil de nostro Augustino subdubitare cœperim, absit, sed quod his nobis multo celebrior atq; augustior reddatur. Nam in eo, iuxta fidei regulam, prophetiam non aspernimus, spiritũ non extinguimus, uerum in eo multa & uaria Dei dona, in Ecclesiæ ædificationem, defensionem, propugnationẽ grati agnoscimus, suspicimus, & ueneramur, Cõmunicauit enim Deus sua gratia mirabilem & non satis stupendã, huic nostro preciosißimo Aurelio Augustißimo Augustino προφητείαν κατὰ δὲ τὴν ἀναλογίαν τῆς πίστεως, Hunc ornauit, decorauit, atq; ita omnigenis rerum multarũ dotibus ac cognitionibus illustrauit, ut non frustra præ cæteris Augustiũ nomẽ obtinuit, obtinebitq; perpetuò. Extãt doctißimorũ hominũ iuditia, et censuræ de Augustini doctrina, quas sciens prudẽsq; prætereo, ne quis existimet nos præter decorũ laudibus illũ uehere uelle. Profuit uero Ecclesijs semper, & quantum iam nostro sæculo sacræ theologiæ candidatis cõmodet, ac conferat, facile dici non potest, dignus est in pleris q; libris, ut ad uerbũ edisc atur. Nocturna uersetur manu, uersetur diurna. Sed ais, quis hoc immẽsum, latũ ac spatiosũ æquor tranabit? Audi habes, qui tuæ quærelæ subuenit, atq; tibi hac in re consultum uelit, hoc mare contractum est, uadum est, permeabile est, in gratiam enim ac studium tuum, in compendium, epitomen, atq; elenchum omnia D. Augustini uolumina contracta, constricta, atq; adbreuiata, ita tamen ne quid usquam hiat, mancũ ac mutilum sit, summè deiero (ipse enim prior ad αὐτόπροφορ μᾶλλον ἀρχέτυπον omnia retuli, ac cũ nostro Augustino contuli) nihil tibi deesse hic ex integro Augustino, quòd te nescire fraudi foret. Atque in eoipso multis preconijs præueniendus est insigni tum pietate, tũ eruditiõe uir, D. Ioannes Piscatorius, qui ea fide, eo labore, ijs uigilijs tantis, hac in re sacrarum literarũ studiosis prodesse uoluit, magna profecto illi debetur ab omnibus gratia, Apiculæ in morem ex Augustino flore, mella exuxit omnia, atq; in suum nidulũ, aluearij locumq; reposuit. Piscator deniq; est, ex hoc enim profundißimo mari collegit, extraxit atq; excerpsit optimos pisces, ad esum suauißimos, malos eiecit foras, insipidos deposuit, inutiles abiecit, unoq; quasi fasciculo cõstrinxit omnia. Quare laudis, sed certe magni laboris est, posse summa cũ utilitate latũ constringere, spatiosum contrahere, longum adbreuiare. Potes nanq;, candidißime Lector, tibi parua admodum summa, integrum Augustinũ iam parare, quem paulo ante aliquot coronis non potueris. Tuæ itaq; utilitati consultũ est, caue ut suspiceris priuatã hic publicæ præferri. Calcographus potuisset seorsim, magno suo commodo, omnes Tractatus excudere, sed te tuo bono noluit fraudare. Ideoq; nemo cogitet quidem, aliãs bonarũ literarũ ac pietatis, bonũ ac studiosum uirũ, Henricum Steynerum Typographum, suam priuatam utilitatem, & non potius publicam hic quæsiuisse. Habes mi Lector citra omnem suspicionẽ, opus insigne, preciosum, omnibus numeris absolutũ, undecũq; perfectũ, adfabre ornatũ, excusum, atq; ea qua potuit uigilãtia fieri correctũ. Quod si menda alicubi atq; altera irrepsisset, improbitate imperitorum, præpropera præcipitatione operis, temporis atq; otij raritate, candidißime Lector precor, tua insignis pietas et humanitas, boni æquiq; consulere uelit. Fatẽor quidem ingenue me centoculum Argum, centimanum Briareum, tricorporem Geryonem non esse, nemo enim in officinis librarijs, ulla sedulitate, labore, industria, uigilantia, male feriatum hominũ genus, rude, agreste & illiteratum euincere potest. Quare ea errata, quæ dißimulari non possint, & Lectorem offendere uideantur, haud grauatim ipsi notabimus, cætera prudens Lector ipse iugulabit. Incidimus uero, ne & tæ hoc lateat, in exemplaria ante annos 30. excusa Basileæ tũ Lugduni, in ijs certe & nos multa desideramus, illa in pleris q; locis nõ sumus secuti, sed ad D. Erasmi sacrosanctæ memoriæ, lectionẽ retulimus atq; emẽdauimus. Itaq; hoc nostrũ opus quacunq; tandem sit, bona fide, expertus dico, longe præstare, multisq; (quod aiunt) Parasangis, locis suis, titulis, concordantijs, alijsq; ornamentis, uulgatæ editioni præcurrere. Quare Lector eme, lege, fruere, & dispeream si te sumptus ac laboris pœnitebit, imò de lucro gloriaberis, & nobis proculdubio summas es acturus gratias. Vale in Christo rectißime. Datum Augustæ 5. Idus Augusti.

Stephanus Vigilius
Pacimontanus.

IOANNES PISCATORIVS LITHOPOLITANVS, LECTORI CHRISTIANO GRATIAM ET PACEM A DEO PER CHRISTVM SERVATOREM NOSTRVM.

NON mihi uitio uertendum arbitror optime Lector: tametsi, ex diui Aurelij Augustini operibus, quædam scitu dignissima, selegerim atq; excripserim, in tempora profecto nostra accommodatissima. Certe quidem, ut ingenue fatear rem adorsus, humeris meis & paruitati meæ longe imparem, & per omnia uires ingenij mei excedentem. Id mihi cogitanti, & iamiam manus ab opere sæpissime retrahenti (propterea quod huic nostro sæculo nemo sufficere uidebatur, ingratissimum namq; est) In mentem uenit non mediocre ex sacra scriptura exemplum quod me solabatur inhortabaturq;. Nempe Euangelium sancti Matthæi adbreuiasse Marcum Euãgelistam, Nonnisi summa cum amborum laude, & Ecclesiæ acceptatione. Deinde quid dedecoris afferat, lacteo eloquentiæ flumine permananti, ut inquit Hieronymus Tito Liuio, suus adbreuiator Florus, non uideo, Quorum scripta ubiq; gentium, ab omnibus literarũ bonarum studiosis, obuijs ut dicitur ulnis amplectuntur & uenerantur unice. Sed forsitan dicet quispiam: Hæc quid ad rem? Primus enim spiritussancti ductu & eo impulsore suum ausus est facinus. Alter uero historiæ deditissimus munus suũ strenue obiuit, atq; non minori cum dexteritate administrauit. Non ago pugnaciter, imo de meo nec iotulã quidem te reperturũ scio. Eoq; animosior atq; securior hac re innitor, maxime cp saliuæ & assertionis propriæ nihil admiscuerim. Ego nanq; semper alienis, a ueritate non abhorrentibus, uerecunde uti malo, q̃ mea impudenter & perfricta fronte ingerere. Atqui nemo me melius nouit, multa & præclarissima extare & delitescere ingenia, quorum interesset illa conari, sed hæc utilioribus forsan & commodioribus inuigilant atq; student. Præterea q̃ curta sit mihi sacræ scripturæ cognitio, non egeo ut aliquis me illius moneat, & illud mihi exprobret. Quid autem prohibet compendiaria quadam uia, illa quę sine periculo animæ ignorare non possumus, scire etiam cum rerum incommodo debeamus, & commonstrare breuius, & in propatulum ducere commodius? Aggressus itaq; illam prouintiam, quo labore, quibus uigilijs, facillime ex ipso opere conijcere, iudicare, & perdiscere poteris. Eo uere animo Lector amice, ut habeant docti, quibus copia diui Augustini lucubrationum est omnium, ex tempore cp in eis desideraverint, ne tempus illud nobilissimũ, quo charius nihil, cp maioribus etiam & potioribus debetur studijs, quærẽdo insumãt & misere perdãt. Alij uero qui hinc & inde passim episcopantur, quibus per inopiam & pauperiẽ fortassis omnia opera Augustini comparare non licet, quæ certe ut numero excedunt, ita multo pluris uenduntur, experiantur, & ipsa ueritate edoceantur, sine magno conatu & paruo ære, quid sanctus ille uir, de Ecclesiæ sacramentis, & omnibus illis rebus, de quibus adhuc sub iudice litem esse mundus credit,

Lib. 1. de consensu Euangelistarum Caput 2. & 3.

ij scri-

ſcripſerit docueritq;. Ad hęc ut Chriſtianę reipublicę ſatis ſuperq; ſatis cõ ſuleretur, integros quoſdã Auguſtini, et potiſſime quęſtionũ libros impri mẽdos, & hiſce meis rapſodijs cõnectendos haud inconſulto curauimus. Adiunximus inſuper etiam Retractationum libellos duos, ut quidã mirari tandem ceſſent de illo, quid fuerit tamen q; recantauerit, ſimul ut haberet diligens Lector, ex optimis illius libris optima quæq;. Certiſſime in eo q; non inueneris a cæteris ſcriptoribus, nec depoſcere quidem audebis, is em omnium doctrinarum ubertate redundat, tum uero literarum ſacrarum pugil inuictus ſemper eſt habitus, qui etiam acumine ingenij, & magnarũ rerum ſcientia, nec non uitę innocentia, humana diuinaq; proſpexit, Et ut liberius dicam cum Auguſtino, magni animi & altiſſimi conſilij uiro, in a liquibus hallucinari malim, q; cum quibuſdam uitiligatoribus & eiſdem erronibus de lana caprina (ut aiunt) perpetuo certãtibus, quibus etiã nul la niſi ſint tetrica, & in ſua ipſorum officina fabrefacta, non unquam ad Ariopagitas uſq; tranſmittenda ſapiunt, per altercantem logomachiam ueritatem amittere omnem. Quis enim hæreticis undequaq; Eccleſiam malicia ſuæ tempeſtatis perturbantibus impetẽtibusq; magis infenſus, ut uere dicatur, nihil iam poſſe dici, qd' non ſit dictum antea, illis etiam nec ad latum unguem ceſſiſſe omnibus liquet? Paucis igitur accipe quid uelim. Arrianorum non ferendam impietatem, Pelagianorum dementem impu dentiam, Manichæorum laſciuientem religionem, & Donatiſtarũ ſatha nicum furorẽ, uſq; adeo contudit, & omniũ illarũ hæreſum uires infregit, ut toto cœlo totaq; terra eos perperã errauiſſe nec poſteri tacebunt. Libe rum q; uocant arbitrium & prædeſtinationem Dei, me iudice, quis eo uel fœlicius uel dexterius docuit deſcripſitue unquam? Quis ſacramenta Dei & ſuæ Eccleſiæ, tanquam pro focis & aris dimicans illo defendit, uindi cauitq; ſanctius atq; uerius? Quis deniq; ſacræ ſcripturæ archana, quaſi per apodixes aliquãdo perterebrauit & demonſtrauit uiuidius uel effica cius? Bone Deus quem in ſacra thæoſophia nõ mouit lapidem? Hæc ita mihi uiſa ſunt utcunq; ſacras literas a limine ſalutanti, Ignoſcite mihi inte rim qui naſutiores & emunctiores in dijudicandis illis rebus eſtis. Cæterũ q; ad me attinet, nõ credo defuturos, qui hũc meũ laborẽ, quãtus quãtus ille ſit ronchis atq; ſibilis, & excipere, & contẽptui habere religionẽ ſibijp ſis neſcio quã eſſe pollicebuntur, & niſi a cęteris quoq; ſuæ farinæ homini bus id fiat ægre laturos. Hos igitur ipſos qui canino dente cuncta lacerare & proſcindere aſſolent, nullo modo, clauam de Herculis manu extorſiſ ſe, ſibijpſis perſuadeant uelim. Namq; exploratiſſimum eſt & probatione non indiget maleuolos & inuidos, etiam optima inuertere & ſiniſterrime interpretari ſolitos. Profecto non deerunt etiam qui me impudentem & audaculum, inani uerborum lenocinio & ſtrepitu concrepabunt, & pro culdubio coniuratis calamis in me debachaturi, & illi potius imaginẽ, ido lum & umbram ueri q; ipſam ueritatem ſectari, quis niſi delirus inficiabi tur? Quantumuis multo ſeſe uenditent populis. Hi ſciant mei inſtituti ſo lũmodo fuiſſe, ea quæ proximius & penitius rem contingerent me excer

pturum

pturum atq; cõscripturũ, haud inscius multa ad hoc necessaria esse diligẽtia. Nonnunq; enim in his comportãdis cõgerendisq;, lupũ quasi auribus tenebam, nec quo me uerterem satis dispicere poteram, ueritus primo si nimium breuitati studerem, decurtata potius & imperfecta relinqueret sententia, et sine capite suboriretur fabula, deinde ne inciderem in Scyllam cupiẽs uitare Charibdim. Suppleat ergo et resarciat q̃ deesse iudicauerit quispiam. Adimat q̃ superfluum existimauerit prudens Lector. Postmodũ bonum aliquando dormitare Homerum, nec omnia nos omnes posse iam pridem decantatum & tritissime personatũ meminerint Momi. Ad extructionem itemq; templi ueteris, non solum qui aurum & argentum suppeditabant, uerumetiam qui lapides & ligna, quę ad ædificationem plurimũ conducere uidebantur, afferebant, rem optimam fœcisse ore omniũ propalabantur. Sim Argo oculatior, uix tandem inuidorum latratus effugiam. Testor interim Deum Opt. Max. nihil me cũ Christianæ Reipublicæ commodum atq; utilitatem ad hoc opus suscipiẽdum adegisse & impulisse, & præterea, non parum calcaria addidisse, q̃ Augustinus solus (ni fallar) ad componendã in Christiano negotio diaphoniam & cõtrouersiam omnem sufficere, si arbitris opus esset, non subdubitatur. Volui autem non citra rationem, candidissime Lector, illum tibi nuncupatim dedicare librum, quamuis nulla mea Minerua. Quapropter te uolo non moueant uel offendant, sacrificij, altaris, oblatiõis uocabula, quæ antiquis patribus fuere frequentissima, sed ad quid illis ipsis usi sint, non est nostræ mentis iam recensere, sed alterius erit considerationis. Proinde quod te præterire minime uolebam data opera quædam inserui, quæ consuetudinis Ecclesiarum omnium minime sunt, ea Augustinus ipse, potius charitatem proximi, pacem Ecclesię, morem ueterum, traditionemq; patrum, cũ authoritatem scripturarum sacrarum secutus, scriptis memoriæ mandauit. Illa, ne insimularemur, quę nos arriderent suffurari, & cætera fastidire, intermittere nolebam. Et simul haberes quid de quauis re scripsisset diuus Aurelius Augustinus. Tu uero integerrime Lector, fac precor quemadmodũ semper soleo commonere & contestari fratres, ut pictores cum pulcherrimas describunt imagines, multaq; ferme gratia perornatas, si quippiam ineptulũ illis insit, neq; omnino prætermittere neq; penitus exculpere dignum censent, sic quoniam in humanis rebus, nõ modo difficile, sed impossibile pene arbitramur ex omni parte nõ solum actus, uerumetiam integrã purissimamq; uitam hominis posse cõstare, si quid digne, honeste, pulchre actum est, id omni historia complecti decet. Contra uero, si quid uel casu aliquo, aut temporum necessitudine non integre factum, clarissimis rebus intercidat, non multa diligentia insignire oportet. Quinimo idipsum magis defectum quẽdam uirtutis, cũ nequitiæ uitium iudicare par est, humanæ naturæ ueneratione adductos, quę nihil decorum ad summum natum uirtutem perfecte integreq; producit. Porro si quid, id est, sanctissimo uiro adscribas, gratiam habeas, omniaq; illi accepta feras. Quod autẽ ad di-

ſerimen librorum, eruditiſſimi uiri ſpectare uidetur, iudicium eorum habe-
bis, qui ſuppoſititij cẽſentur a tergo operis, hos collegerit Bernhardus aut
Anshelmus, qui fuere Auguſtini ſtudioſiſſimi, ꝙ quidam opinantur, non
auſim dicere. Ego ſophiſtam aliquem uerboſulum, & quouis heritio ma-
gis ſpinoſum illos emendicaſſe plane affirmauerim, quandoquidem ener-
giam, uiuacitatem, & genuinam Auguſtini uim, non ſolum nullã habere,
uerumetiam ueris & retractatis ipſius libris in aliquibus ex diametro repu
gnare, luce meridiana clarius eſt. Poſtremo ut facile cuiuis ꝙ occurrerit
inueniri poſſit, indicem, & elenchum rerum omnium in calce libri ad-
poſui, ipſe etiam ordo locorum perinde ut repertoriũ quem-
piam manu ducit. Datum Balzen. Anno
M. D. XXXVII. die uero
XXI. Maij.

INSIGNIVM LOCORVM ELENCHVS
QVOS PRIMVS CONTINET TOMVS.

De Trinitate & vnitate in diuinis, deo & patre. Folio I.
Christo eius diuinitate, humanitate & gratia, Folio ix. facie secunda. loco, iij.
Spiritu sancto deo & operationibus ipsius. Folio xv. facie. ij. loco. iij.
Angelis & eorum officio. Folio xix. facie. ij. loco. v.
Prædestinatione, Præscientia, Prouidentia, Electione, Vocatione, Glorificatione & gratia dei, Induratione, Reprobatione, damnatione malorum, libero arbitrio et merito hominis. Folio xxiiij. facie I. loco. I.
Sacramento corporis & sanguinis domini. Folio xlij
Sacramento baptismatis. Folio xlvij
Vnico baptismate contra anabaptismum. Folio l.
Infantium baptismate & peccato Originali. Folio liiij
Ecclesia & eius authoritate. Folio lx
Ministris ecclesię & censura eiusdem. Folio lxv
Sacrarum scripturarum laude & studio earundem. Folio lxx
Veritate & vtilitate verbi dei. Folio lxxiiij
Ceremonijs consuetudinibus & traditionibus humanis. Folio lxxvi
Fide & operibus. Folio lxxviij
Perfectione Iusticiæ. Folio lxxxv
Lege & Euangelio, spiritu & litera. Folio xciij
Officio Magistratus. Folio ciij
Iure belli & stipendiarijs militibus. Folio cxij
Iuramentis & fide seruanda publica. Folio cxviij
Dæmonibus & miraculis, Magia & varijs superstitionibus. Folio cxxi
Anima & eius immortalitate. Folio cxxxvi
Pœnitentia. Folio cxli
Oratione & deprecatione. Folio cxliiij
Eleemosyna & pauperibus. Folio cxlvi
Abstinentia & Ieiunio. Folio cxlviij
Coniugio. Folio cl
Veneratione sanctorum. Folio cliij
Idolis & simulachris. Folio clv
Indulgentijs & remissone peccatorum. Folio clvi
Confessione. Folio clviij
Vero Christianorum sacrificio, Folio clix
Sepultura mortuorum. Folio clx
Antichristo: Folio clxij
Resurrectione mortuorum. Folio clxiij
Extremo iudicio. Folio clxvij
Mortuis. Folio clxix
Pœnis inferni & damnatione malorum. Folio clxxij
Beatitudine & fœlicitate sanctorum. Folio clxxv

TOMVS SECVNDVS CONTINET
varia & miscellanea.

Hæresibus & Hæreticis. Folio I.
Hypocrisi simulatione & Mendatio. Eodem
Decimis. Folio iij

De Symonia. Eodem
Sacrilegio. Folio iiij
Vsura. Eodem
Silentio & taciturnitate. Eodem
Fuga in persecutione. Eodem
Labore manuali. Folio v
Medicina & Medicis. Eodem
Viduis. Folio vi
Fato. Eodem
Votis. Folio viij
Ornatu indecenti. Eodem
Vltione & vindicta. Folio ix
Visionibus & varijs appatitionibus. Folio x
Visionibus phantasticis. Eodem
Morte. Eodem
Aduocatis & iurisperitis. Folio xi
Curiositate. Eodem
Acceptione personarum. Folio xij
Festis & solennitatibus. Eodem
Sapientia. Eodem
Munerum acceptoribus. Eodem
Sacerdotibus. Eodem
Reconciliatione cum proximo. Eodem
Rapina. Eodem
Errore. Eodem
Pulchritudine corporis. Folio xiij
Prouidentia humana. Eodem
Regibus & principibus. Eodem
Prædicatione verbi dei. Eodem
Historia. Eodem
Prophetia. Eodem
Præsumptione. Folio xiiij
Poëtis. Eodem
Fraterna correctione. Eodem
Diuitijs & diuitibus. Eodem
Fama bona curanda. Folio xv
Iuditio temerario. Eodem
Liberalitate & hospitalitate. Eodem
Temptatione. Eodem
Ignorantia. Eodem
Varijs superstitiosorum nominibus. Folio xvi
Miraculis. Eodem
Extasi. Eodem
Aduersitatibus & tribulationibus. Eodem
Cathecizandis rudibus. Eodem
Virtutibus in genere. Folio xvij
Fide. Folio xviij
Spe. Eodem
Charitate. Eodem
Prudentia. Folio xix
Iustitia. Eodem

Fortitu-

De Fortitudine.		Eodem.
Temperantia.	Folio.	xx.
Castitate & continentia.		Eodem.
Abstinentia.		Eodem.
Vitijs in genere.		Eodem.
Superbia.	Folio.	xxi.
Adulatione.		Eodem.
Auaritia.		Eodem.
Luxuria.	Folio.	xxij.
Ira:		Eodem.
Gula & ebrietate.	Folio	xxiij.
Odio & inuidia.		Eodem
Accidia.	Folio	xxiiij

TERTIVS TOMVS CONTINET hos integros Augustini libros.

In libros Moysi, Iosue & Iudicum quæstionum, libri vij.	Folio.	I.
Quæstionum ueteris & noui testamenti.	Folio	lxxix
Quæstionum euangeliorum secundum Matthæum.	Folio	cxxxix
Quæstionum ad Orosium, liber vnus.	Folio	cxli
Quæstionum Hilarij. liber vnus.	Folio	cxlviij
De octo dulcitij quæstionibus, Liber unus.	Folio	clij
De diuersis quæstionibus, ad sanctum Simplicianum, libri ij.	Folio	clviij
Quæstionum euangeliorum, libri, ij.	Folio	clxviij
Octoginta trium quæstionum, liber vnus.	Folio	clxxviij
De sex quæstionibus contra Paganos, liber unus.	Folio	cxcix
Ad inquisitiones Ianuarij, libri duo.	Folio	ccij
De inquisitione Trinitatis, liber unus.	Folio	ccix
Epicureis & Stoicis, liber unus.	Folio	ccxij
Hæresibus ad Quoduultdeum, liber uuus.	Folio	ccxiiij
De quinq; Hæresibus, liber, I,	Folio	ccxx
Contra Iudæos, Paganos, & Arrianos. liber unus.	Folio	ccxxv
Contra Iudæos, liber unus.	Folio	ccxxix
Retractationum libri duo.	Folio	ccxxxij

VITA DIVI AVGVSTINI EX TRI-
temio Spanhaimenſium abbate.

AVGVSTINVS EPISCOpus Hypponenſis: Natione Carthaginenſis in Aphrica, uir tam in diuinis ſcripturis, quàm in ſeculari bus literis omnium doctorũ eruditiſſimus, ſermone diſertus, eloquio clarus, ſenſu profundus, uita & conuerſatione ſanctiſſimus. Tanta ſcripſit opuſcula, ut neminem crediderim omnia, uel poſſe legere, uel habere. Vnde ſine dubio, mentiri conuincitur, qui ſe Auguſtinum inueniſſe totum confitetur. cunctos enim ſcriptores & numero librorum, & utilitate præcedit, qui pluſq̃ mille tractatus inſignes compoſuit. Nemo ſic profundè ſacram ſcripturam, ut Auguſtinus explanauit. Chriſtianos mores nemo ſic utiliter inſtituit, nec fidem catholicam aliquis eo ardentius defenſauit. Introduxit eum rex in cellam uinariam, tantaq; fortitudine induit, quòd omnes aduerſarios fidei oris ſui gladio fortiter proſtrauit. Hunc ſi doctorem habueris, etiam deficientibus cæteris, ſufficit ipſe tibi. Multa ædidit opuſcula, quæ ſi quis noſſe deſiderat, indiculum librorum eius á Poſſidonio æditum legat. Scribit quoq; Iacobus Vorago Epiſcopus Ianuenſis in tractatu ſuo, quem de libris Auguſtini compoſuit, quòd numerus librorum, tractatuum, ſermonum & epiſtolarum eius, ultra mille trigintà adſcendat, concluditq; ita. Et ideo nullus unq̃ repertus eſt, qui omnes libros Auguſtini potuerit inuenire. Et Poſſidonius: Mentitur qui ſeſe totum Auguſtinum legiſſe fatetur. Ego autem in hoc opere quoſdam tractatus non abſq; conſilio obmiſi, qui á pleriſq; beato Auguſtino adſcribuntur. E quibus eſt liber, de ſpiritu & anima, in cuius XXXVII. capitulo Boëtius allegatur, qui longo tempore poſt Auguſtinum natus eſt, ſed & ſtilus ipſe Auguſtinum non redolet. Item liber qui de uera & falſa pœnitentia, ſub Auguſtini nomine, iam impreſſus eſt, ille mendaciter adſcribitur, quoniam in XVII. capitulo circa finem ipſe Auguſtinus allegatur. Liber de conflictu uirtutum & uitiorum, qui incipit, apoſtolica uox, & ſtilum Gregorij Papæ reſonat, & cum antiquioribus exemplaribus concordat Item liber de ſcala paradiſi, cuius initium eſt, cum quadam die, in antiquis exemplaribus beato Bernardo inſcribitur, cuius & ſpiritum & phraſim eloqui uidetur. Quid multis nitar? Tot ſunt tractatus & ſermones, qui beato Auguſtino falſo inſcribuntur, ut eorum recenſio proprium uolumen exquirat. Nec meum eſt ut arbiter ſedeam, & quæ aliena ſunt, titulis priuem. Lector prudens, quid in his ſibi faciendum uel tenendum ſit, ſolerter proſpiciat. Moritur autem ſanctus doctor Auguſtinus in ciuitate Hipponenſi, cum obſederetur á VVandalis, Anni domini cccxxx. indictione xiij. Aetatis ſuæ lxxvi. ſacerdotij uero xl. Secundum Marianum ſcotum, quinto calendas ſeptembris. Obſidionis urbis menſe tertio. Libris Iuliani inter impetus obſidentium VVandalorum, in ipſo dierum ſuorum fine reſpondens, & glorioſe in defenſione Chriſtianæ fidei perſeuerans. Teſtamentum nullum condidit, quia unde conderet non habuit, præter bibliothecam eccleſiæ, quam fratribus diligentiſſime cuſtodiendam etiam in morte commendauit. Rebus pauper, meritis & ſcientia dives, Auguſtinus pontifex in domino quieuit, cuius uitam Poſſidonius Calamenſis deſcripſit.

QVID DE SVIS LIBRIS ET OPERIBVS SENTIENDVM ATQVE TENENDVM ESSE CENSVERIT IVDICARITQVE AVGVSTINVS IPSE.

In prohœmio iij. Libri de Trinitate.

Noli meis literis, quasi scripturis Canonicis inseruire, Sed in illis, quod non credebas cum inueneris, incunctanter crede. In istis autem, quod certum non habebas, nisi certum intellexeris, noli firme retinere.

Libro iiij. de anima & eius origine ad Vincentium Victorem.

Negare non possum nec debeo, sicut in ipsis maioribus, ita tam multa esse in tam multis opusculis meis, quæ possunt iusto iuditio, & nulla temeritate culpari.

Ad Paulinam, Epistola. cxij.

Nolo authoritatem meam sequaris, vt ideo tibi putes, aliquid necesse esse credere, quoniam a me dicitur, sed aut scripturis canonicis credas, si quid nondum quod verũ sit vides, aut interius demonstranti veritati, vt hoc plane videas.

Ad Fortunatianum, Epistola. cxcviij.

Neq; enim quorumlibet disputationes, quamuis catholicorum & laudatorum hominum velut scripturas canonicas habere debemus, vt nobis non liceat salua honorificentia, quæ illis debetur hominibus, aliquid in eorum scriptis, improbare atq; respuere, si forte inuenerimus, quid aliter senserit, & veritas habet diuino adiutorio, vel ab alijs intellecta, vel a nobis. Talis ego sum in scriptis aliorum, tales volo esse intellectores meorum.

Ad Hieronymum, Epistola, xix.

Ego enim fateor charitati tuæ, solis pijs scripturarum libris, qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem honoremq; deferre, ut nullum eorum auctorem scribendo aliquid errasse firmissime credam. At si in eis offendero literis quod videatur contrarium veritati, nihil aliud & uel mendosum esse codicem, vel interpretem non asse cutum esse quod dictum est, vel me minime intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego, vt quantalibet sanctitate, doctrinaq; præpolleant, Non ideo verum putem quia ipsi ita senserunt, sed quia mihi, vel per illos auctores canonicos, vel probabili ratione, quod a uero non abhorreat, persuadere potuerunt.

Principalium Sententiarum atq; insignium locorum primi Tomi index.

Per eundem Iohãnem Piscatoriũ Lithopolitanum.

A

Accidentia non cadunt in deum. fol. 4
Adam habuisse liberum arbitrium. fol. 27
Adam peccato suo non potuit diuinũ perturbare consiliũ fol. 33
Aenigmatica dei diffinitio. fol. 3
Aetates sex hominis sunt. fol. 167
Aetates sex mundi describuntur. eodem
Aetna mons Siciliæ flamnis perpetuo æstuat. fol. 174
Affectus uel gradus, in trinitate nullus est. fol. 3
Allegoria quid sit. fol. 71
Amando, non pedibus ad deũ uenimus. fol. 33.
Angeli deũ ut est in natura uidere non possunt. fol. 5
Angeli etiam præcepto charitatis continentur. fol. 19
Angeli adorari nolunt ut deus. eodem
Angelos deũ uidere credimus. eodem
Angelos habere animas in scripturis non legitur. eodem
Angeli natura mutabiles sunt. eodem
Angeli uolunt ut homines cum ipsis colant deũ. fol. 19
Angelos non penitus comprehendere quid sit deus. fol. 20
Angelorum panis quare dicatur manna. Eod. & 21
Angelos æquales omnes uoluntate creatos esse. eodem
Angeli sancti à beata uita amplius cadere non possunt. eodem
Angelica natura cœli nomine nuncupatur. Gene. 1. Eo.
Angeli homine maiores quõ dici possint. eodem
Angeli dei participatione iusti, eius comparatione iusti non sunt. eodem
Angelus quomodo tuba dei esse intelligatur. eodem
Angelum irasci facit ueritas & iusticia dei. eodem
Angelica ruina hominibus implebitur. eodem
Angelis dei, æquales erunt resurgentes. ibidem
Angeli cum qualibus corporibus apparuerint hominibus, nemo explicabit. eodem
Angeli dei contemplatione æterna, beati sunt. eodem
Angeli deum non uident, ut est. eodem
Angeli boni libere etiam cum cæteris peccare potuissent fol. 21
Angeli Graphica descriptio. eodem
Angelos etiam occulta hominibus nosse. Ibidem
Angelorum ministerio iussu dei, uentos, pluias grãdines, tonitrua, fulgura, tempestates, & auras regi. eodem
Angeli ordinem habent. eodem
Angelus maior anima. eodem
Angeli substantia æterna. eodem
Angeli mutabiles sunt. eodem
Angeli suo more deum semper uident. eodem
Angeli in deterius non possunt mutari. eodem
Angelos & homines inter creaturas solos intellectuales esse. eodem
Angeli & animæ quomodo locales dicantur. eodem
Angeli spiritibus homnum possunt misceri reuelando. eodem
Angelicis operationibus fieri ut uiuis mortui adpareãt. eodem
Angeli à deo quando creati. eodem
Angeli perseuerantes non natura hoc possident bonum eodem
Angeli & beneficia dei nobis annũtiant et nostras preces deo offerunt. fol. 20. & 22.
Angeli quando creati non manifeste dici potest. eodem
Angelus officij nomen est, non naturæ. eodem
Angelos sine pasionibus operari. eodem
Angelis bonis, scientia qua dæmones instantur utilis est. eodem
Angelorum miracula deo operante fieri. eodem
Angeli non uerborum dei, sed mentis ministri sunt. eodem
Angelos opus dei esse. eodem
Angelica natura, omnes creaturas præcedit. eodem
Angeli deum discunt, per uerbum dei unigentum. eodem
Angeli sine difficultate homines adiuuant. eodem
Angelos omni tempore fuisse. eodem
Angeli per Platonicos dij dicuntur. eodem
Angeli corpora terrena rapere, & ponere possunt ubi uolunt folio 23
Angelos non phantasmate cum hominibus commedisse. eodem
Angeli an fœminis possint misceri. eodem
Angelis quomodo loquatur deus. eodem
Angelos fuisse tres uiros, qui Abrahæ apparuerunt fol. eodem
Angelorum opera nobis ideo mirabiliora uidentur quia ignotiora. eodem
Angelorum edictis lex data. eodem
Angeli boni et mali habẽt quædam opera similia. eodem
Angeli nullis meritis præcedentibus meruerunt ut tales conderentur. eodem
Angelorum erga homines cura, charitas, custodia, diligentia & ministeria. eodem
Anabaptista sceleratior homicida. fol. 52
Analogia quid sit. fol. 71
Anathema est, qui trinitatis non credit unam diuinitatem.
Anathematizandus qui per arbitrium liberum solũ, sinẽ dei gratia, præcepta dei implere se præsumit. fol. 25

Anthropomorphitarũ hæresis quæ. fol. 5
Anaxagoræ mors tangitur. fol. 132
Animam etiam Philoso phi quidam immortalem dixe-
unt. fol. 139
Anima uiuit omnis homo. eodem
Animarum resurrectionem licet quidam Philosophi ne-
gauerint, earum tamen immortalitatẽ tenuerunt. fol eod.
Animæ laus. fol. 140
Animas humanas reuolui ad pecora non credendum
fol. 140
Animæ immortalitatẽ apud græcos primus Pherezides
tenuit. fol. eod.
Animæ originem & si ignoramus periculum non esse.
eodem
Animarum omnium creator deus. eodem
Animæ immortalitatem probat Augustinus. eodem
Animæ habitatio & patria deus. eodem
Animæ quantitas quæ sit. eodem
Animam non fecit deus de seipso, sed de nihilo. eodem
Anima sexu caret. eodem
Anima fidelis sanctuarium dei. fol. 141
Animæ diffinitio. eodem
Anima uita corporis est. eodem
Anima nec qualitatem nec quantitatem habet. eodem
Animæ sunt æternæ. eodem
Anima in singulis membris tota. eodem
Animas duas, homo non habet eodem
Animam immortalem solus habet homo. eodem
Animæ animalium mortales. eodem
Anima hominis formato corpori inseritur. eodem
Animæ uirtutes narrantur. eodem
Anima secundũ Philosophum diffinitur. eodem
Anima secundũ Augustinum quid sit. eodem
Animæ & corporis amicitia tangitur. eodem
Anima nominatur totus homo. eodem
Anima exuta corpore quorsum feratur. fol. 160
Animæ piorum in requie sunt. fol. 179
Animæ sanctorum qualiter se habeant ante resurrectionẽ
fol 172
Anima mortalis & immortalis quomodo dicatur.
fol. 136
Anima est incorporea. eodem
Animas quare cito morituris deus creet. fol 137
Anima formato corpore datur. eodem
Animã per uerbum dei factam esse.
Anima non est de substantia dei. eodem
Animæ translationem fieri à pecore in hominem non
credendum. Eodem
Animam Manichæi dicunt esse dei substantiam fol. 128
Anima inchoatur in omnibus sensibus secundũ medicos
subtilitate ignis. eodem
Anima naturæ dignitate omnem excellit creaturam
corpoream.
Anima non est de natura quintæ essentiæ. fol. 138
Animam non esse angelorum, nec cœli corporeis, nec
maris & terræ filiam. eodem
Anima quando à deo creata sit. eodem
Animas liberum uoluntatis habere arbitrium. fol. 34
Anima à dæmonibus aliquando ludificatur. fol. 132
Anima in nullam aliam naturã conuerti potest. fol. 139
Animã habere corpus Tertullianus scripsit, eodem
Anima deo subijicenda. eodem
Animæ uita deus. eodem
Anima dei participatione beata fit. eodem
Anima immortalis est. eodem
Animarum conuersationem ante corpus in cœlo non
esse. eodem
Antichristo traduntur ad illudendos qui nolunt libe-
rari per Christum. fol. 162
Antichristus unum habet in imperio dolum in miracu-
lis. eodem
Antichristianæ persecutionis tempus occultum. eodem
Antichristus in quo templo sessurus sit, incertum esse
eodem
Antichristus gloriam propriam quærit. fol. 163
Antichristus quid significat. eodem
Antichristus probatur ex mendatio. fol. 163
Antichristus in cunctis Christo contrarius. eodem
Antichristum Romano imperio deficiente regnaturum.
eodem
Antonius Anachorita sine ulla scientia literarum scrip-
turas diuinas intellexit. fol. 74
Appollinaris Christum animam habuisse absq; ratione
scripsit. fol. 13
Appollinaristæ humanitatem Christi lacerant. fol. 12
Apostoli ubi & quando baptizati fuerint, ignoratur
fol. 48
Apostolos non rebaptizasse. fol. 51
Apostolos in hac uita ordinem seruandum præcepisse
fol. 98
Apostoli quare non petierint suo æuo à regibus terræ
auxilia. fol. 107
Apuleius quid dæmoribus de monum senserit. fol. 124
Apuleius in asinum mutatus fertur. fol. 125
Aquilæ & uultures perspicacissime uident. fol. 124
Ara hominis conscientia sua. fol. 159
Arbitrium habet captiuum qui dei gratiam oppugnat
fol. 24
Arbores habere animas Manichæi tradunt. fol. 97
Arriani spiritum sanctum minorem filio dicunt. fol. 16
Astrologi et si uera respondẽt, fit hoc instinctu spirituũ
non bonorum. fol. 133
Athanasius Alexandrinus episcopus ecclesiam suam nõ
boatu cantando interturbauit. fol. 77
Auguria non attendenda. fol. 122
Augustinum in hymnis & canticis ecclesiæ floruisse.
fol. 77
Augustini temporibus uidetur, simulachra & imagi-
nes non

nes non fuisse. fol. 155
Augusti temporibus natus est Christus, fol. 116
Auxilium non à sanctis esse, sed à deo. fol. 154

B

Baptizatus homo dicitur nouus. fol. 49
Baptizatus cum uitijs pugnabit. eodem
Baptizatos Apostolos esse certis colligitur argumentis. eodem
Baptizati propria habere & possidere possunt. fol. 47
Baptismi sacramentum non contemnendum ab exemplo. eodem & 49
Baptizari non hominis, sed Christi opus esse. eodem
Baptismus Christi, Christum habet auctorem. eodem
Baptismus est nouæ uitæ sacramentum. eodem
Baptismo uita debet hominis esse consona. fol. 48
Baptismo omnia peccata dimitti. eodem
Baptismum infirmitatem non auferre. eodem
Baptizatus non omnino à carnis concupiscentia liberatur. eodem
Baptizatus quidsit Christus à Ioanne. fol. 43
Baptizare Christum etiam aqua. eodem
Baptizatus charitatem habens, uere ex deo natus dicitur. eodem
Baptismum non nisi in ecclesia prodesse. fol. eodem
Baptismum aqua & spiritu consistere. fol. 49
Baptismi, Iohannis & Pauli differentia. fol. 50. & 59
Baptismum indigne sumens, iuditium sibi sumit. eodem
Baptismum Punici Christiani salutem uocant. fol. 46
Baptismus nomine trinitatis consecratus, uerus est. fol. 50
Baptismus nullo modo differendus. Eodem
Baptizandus denuo, nemo. eodem
Baptismus Christi nõ potest sceleribus inquinari. eodem
Baptisma nullo modo iterandum. eodem
Baptisma ualere ad dimittenda peccata. eodem
Baptismum multum ualere. fol. 51
Baptismum impœnitentibus non prodesse. eodem
Baptismo Iohannis non dabatur spiritus sanctus. fol. 52
Baptismus, an possit esse sine spiritu sancto. fol. eodem
Baptisma unum esse in ecclesia Christi. eodem
Baptisma uerum, etiam perditos habere. eodem
Baptizare in necessitate laicus potest. fol. 53
Baptisma Christi Iudam dedisse. fol. 53
Baptismus per malum potest dari ministrum. eodem
Baptizati Iudæi in mari rubro. fol. 57
Baptizatos ecclesia numero adiungit fidelium. eodem
Baptizatis remissio peccatorum non deneganda tametsi post baptisma peccauerint. fol. 91
Beatitudo temporis Christi plus doni fidelibus contulit quàm patribus ante Christi adnentum. fol. 18
Beatorum præmia non omnium æqualia erunt. fol. 176
Bellum nullum suscipiendum à ciuitate optima secundum Ciceronem, nisi aut pro fide, aut pro salute. fol. 117
Bella primos fœcerunt seruos. fol. 113
Bellis deus mores corruptos hominum conterere & emendare solet. fol. 114.
Belli incommoda. eodem
Bella ciuilia dæmonis instinctu fiunt. eodem
Bella ciuilia quid pariant, uide. fol eodem
Belli primi Punici mala. eodem
Bella grauissima Christi aduentũ præcesserunt. fol. 115
Benefacere nemo potest nisi gratia dei. fol 41
Bona omnia à deo, non de deo sunt. fol. 5
Bonum nec inchoare nec perficere sine domino possumus. fol. 30
Bona opora fidelibus non defutura. fol. eodem
Bonus per se ipsum nemo est. fol. 36
Boni ut aliquid agant per deum eorum corda tanguntur fol. 36
Bonus, est diabolus à deo creatus. eodem
Boni & fideles in alio sæculo quid acturi. fol. 175
Brutus filios suos occidit. fol. 110

C

Caius Cæsar in curia occiditur. fol. 116
Canes nemo odorando superat. fol. 124
Cantandum & psallendum corde. fol. 76
Canticum nouum carmen dicitur fidei. eodem
Cantica diuina cantare possunt etiam manibus operantes. eodem
Cantus in ecclesia, ab Ambrosio ne populus mœrore tabescceret, institutus est, fol. 77
Cantica canticorum non ad litterã intelligenda. fol. 98
Carnem Christi adorandam quomodo Augustinus dicat folio. 13
Carnem Christi non debemus sapere secundum carnem fol. 43
Caro non prodest quicquam, quomodo intelligendum fol. 43
Caro Christi uita est fidelium. folio. 45
Carnem Christi nisi manducauerint infantes, uitam eos non posse habere. fol. 46
Catonis elegans dictum in supericiosulum quendam. fol. 127
Cato uiuus uxorem alteri uiro tradidit. fol. 152
Causam non præiudicare causæ. fol. 46
Cererem & Liberum Christianos propter panem & calicem diu colere quidam existimauerunt. fol. 47
Cæsar qui præcipit in externis ferendum. fol. 112
Charitas diffunditur in cordibus iuris per spiritũ sanctum. fol. 17
Charitas dei etiam in angelis diffunditur per spiritum sanctum. fol. 22

Charitatem quæ non posit augeri neminem in hoc mũdo habere. fol.89
Charitas summa est omnis boni. fol.148
Charitatem qui non habet non pertinet ad ecclesiæ unitatem. fol.5
Choreas ducere de paganorum obseruatione remansit. fol.122
In Christo quæ secundum formam hominis intelligenda. fol.2
Christi diuinitas ita adstruenda, ne ueritas corporis auferatur. fol.3
Christi diuinitas probatur. fol.4
Christus uerus deus credendus. eodem
Christi incarnatione, sacramentum unius dei reuelatum est. fol.4
Christus licet deus & homo, tamen unus est Christus. fol.4
Christum solum esse incarnatum credendũ. fol.eodem
Christi diuinitas non est mutata in humanam substantiam, nec humanitas in diuinam. fol.6
Christus nascendo de uirgine diuinitatis suæ tunc initiũ nequaq; sumpsit. eodem
Christum nõ filium dei, sed dignum tantum quidam dixerunt. fol.9
Christus animam, corpus & mentem habuit. fol.9
Christus resurrexit cum corpore posito in monumento. eodem
Christus suum corpus in cœlum secum leuauit. eodem
Christus secundum diuinitatem æqualis patri, secundum humanitatem uero minor patre. fol.9 & 10
Christi humanitas in diuinitatem non est mutata ut desistat esse creatura. fo..10
Christus noluit à suis agnosci ut purus homo. fol.10
Christum tradere regnum deo & patri quomodo intelligendum. eodem
Christus se nescire dicit quod non uult indicare. eodem
Christum uisuri sunt impij iudicandi in forma hominis. eodem
Christi non esse doctrina sed patris quomodo intelligẽdum. eodem
Christus quare dicatur missus. eodem
Christum multa de sua anima commemorasse. eodem
Christi deitas per incarnationem à patre non est diuisa eodem
Christum solum ex uirgine natum non patrem uel spiritum sanctum. eodem
Christus ueram nostram carnem & animam rationalem assumpsit. eodem
Christus habet duas naturas inconfusibiliter permanentes. eodem
Christus unam habet diuinitatis carnisq; personam. eodem
Christi caro non est concepta, sine diuinitate. eodem
Christi exemplo nos Paulus ad humilitatem hortatur. eodem
Christus æqualis patri. eodem
Christi natiuitas omnem perturbat humanam cogitationem, eodem
Christi humanitatis testimonia ex prophetis. fol.11
Christo præsente cessauit unctio. eodem
Christus eodem die passus creditur, quo conceptus. eodẽ
Christus .8. calendas Ianuarij natus, eodem
Christus pro nobis orat patrem ut homo. eodem
Christus mortuus quia uoluit. eodem
Christi incarnationis præcipua utilitas. fol.11
Christi gratia nobis commendatur. eodem
Christus superat diabolum. eodem
Christi incarnationem operata est tota trinitas. eodem
Christus quare non dicatur filius spiritus sancti potius quàm Mariæ. eodem
Christi diuinitas utrum cũ arne nata, concepta, passaq; sit. eodem fol.11
Christi naturarum differentia. eodem
Christus sacerdos offerens est & oblatio. eodem
Christus mirabilis mirabiliter natus est. eodem
Christi incarnationis magna utilitas. eodem
Christus, mortuus & passus & nihil horum merius. eodem
Christi corpus in cœlo esse credendum, eodem
Christum uiuos & mortuos iudicaturum quomodo, intelligendum. eodem
Christi anima uenisse usq; ad ea loca ubi peccatores excruciebantur non immerito creditur. fol.eodem
Christus quare illo tempore incarnatus sit. eodem
Christi patientia, nos ad eandem inuitat. fol.12
Christus mysterium dei est. eodem
Christus secundum formam hominis in cœlo est. eodem
Christum, fides matrys non libido concipit. eodem
Christus deus & homo. fol.12
Christi humanitas gloria humanæ est naturæ. eodem
Christus non quærendus, nisi ubi & quomodo uoluit prædicari. eodem
Christus unctus dicitur. eodem
Christi missio est illius incarnatio. eodem
Christus docet interius. fol.12
Christi humanitatem, Appollinaristæ blasphemant. eodem
Christus in quantum homo mediator est, inquantum deus, deus apud deum. fol.12
Christus in hunc mundum uenit, quando subuenire debere sciuit. eodem
Christi incarnatione, passione, ascensione in cœlum, uia ad cœlum aperta est. eodem
Christi diuinitatẽ conceptione carnali non incœpisse. fol.13
Christi carnem ad cœlos adscendisse merito deitatis. fol.13

fol. 13
Christi incarnationis causa. fol. eodem
Christus post patrem secundus non natura sed ordine. eodem
Christum humana pertulisse nulla sua necessitate. eodem
Christum nõ passum sed dæmones Manicheus adserit. eodem
Christi incarnationis mysterium sup omnia ineffabile, est. eodem
Christi diuina natiuitas explicari non potest. fol. 13
Christi nomine, omnes saluari. fol. eodem
Christo homini à deo separato non credendum nec seruiendum. fol. eodem
Christus tribus modis prædicatur. fol eodem
Christus uere non putatiue homo natus. fol. 14
Christum magicas artes docuisse quidam dixerint. eodem
Christo testimonia dedisse deos gentiũ, Porphirius Siculus tradidit. eodem fol.
Christum dei uerbum esse quomodo intelligendum. eodem
Christus quomodo mediator inter deũ & homines apparuerit. eodem
Christus æqualis patri secundum diuinitatem minor patre secundum humanitatem. fol. eodem
Christum uenturum Moyses et Prophetæ prædixerũt. fol. 15
Christus ut homo, ibi est unde uenturus est. eodem
Christus secundum formam humanam, non ubiq; diffusus. ibidem
Christus unctus interpretatur. fol eodem
Christus ex semine Dauid, deus et dominus Dauid. eodẽ
Christus unus est, caro, uerbum & anima. eodem
Christum non nosse secundum carnem, quomodo intelligendum. fol. 19
Christus pro angelis non est mortuus. fo. 20
Christus quare sub speciebus panis & uini, corpus & sanguinem suum nobis commendauerit. fol. 43
Christi cœna in commemorationem passionis Christi peragenda. fol. 44
Christus quare baptizatus sit. fol. 47
Christum pro unitate ecclesiæ patrem rogasse. fol. 63
Christus in ecclesijs annunciandus. eodem
Christus à ceremonijs nos liberos reddidit. fol. 100
Christi humanitatis fructus. fol. 131
Christum quidam sub fato fuisse nugantur, fol. 132
Christum esse propitiationem peccatorum nostrorũ fol. 157
Christus in iuditio apparebit. fol. 167
Christi humanitas ab omnibus uidetur in iuditio. eodem
Christus iudicaturus ueniet uiuos & mortuos. eodem
Christiani omnes sunt sacerdotes. fol. 160
Christianus si de qualibet persona trinitatis interrogetur, quid respondere debeat. fol. 7
Christiani omnes à Christo unguntur. fol. 12
Christiani & fideles omnes in sacerdotes unguntur & reges. fol. 67
Christianam doctrinam utilitati reipublicæ conducere quidam negant. fol. 72
Christianis non omnia impune licere. fol. 81
Christianus intercedere potest pro sceleratis. fol. 109
Christianorum omnium una est respublica. fo. 146
Christiana religio est colere unum deum. fol. 153
Cicero Marco Antonio occidendus traditur. 116
Circumcelliones schismatici fuerunt per omnia similes catabaptistis. fol. 104
Circumcisio uera & spiritalis est resecare libidinem fol. 95 & 99
Circumscriptum quid dicatur. fol. 21
Claues regni cœlorum non soli Petro, sed omnibus apostolis datæ. fol. 157
Cogendi errantes ut redeant. fol. 66
Cogendi ad ueritatem inuiti. fol. 108
Communio malorum, non maculat quenquam participatione sacramentorum, sed consensione factorum. fol. 46
Concordia optimũ uinculum incolumitatis reipublicæ. fol. 109
Confessorum genus curiosum. fol. 158
Confessionum Augustini fructus. eodem
Confessio duplex. eodem
Confitenti quid prosit ecclesiæ auctoritas. eodem
Confessio uera peccatorum quæ sit. eodem
Confitendum deo. fol 159
Confessio uera peccatorum hæc est uide. eodem
Coniugij licitus & honestus modus. fol. 150
Coniugij primum bonum. fol. 152
Coniugij multa bona. eodem
Coniugij uera bona quæ sint. eodem
Coniugalis copula à deo instituta & benedicta. fol. 153
Coniugum infidelis coniugis Christum prohibuisse in Euangelio non inueniri. eodem
Coniugalis fidei uiolatio, adulterium est. fol 152
Conqueri de dei iusticia nemo iuste potest. fol. 25
Consuetudo non præiudicat ueritati. fol. 76
Consuetudo laudanda quæ contra fidem nihil usurpat. fol. 77
Consuetudo populi pro lege tenenda est, in his, in quibus scriptura nil certi statuit. eodem
Consuetudo cedere debet ueritati. eodem
Consuetudinem Christum se non esse dixit sed ueritatem

tem. eodem
Constantino imperatori deus multa contulit. fol.111
Constellationes non dominantur corporibus humanis. fol.128
Continentiam iubet deus & dat continentiam. fol.26
Conuersio ad deum, à deo est. fol.32
Creatum nihil in trinitate creditur. fol.6
Corpus dominicũ quomodo in cœlo sit curiosissimũ est quærere. fol.175
Corporaliter diuinitatẽ in Christo habitasse quomodo intelligendum. fol.13
Corpus Christi dicitur ex fructibus terræ acceptum, & prece mystica consecratum, sumptum in memoriam pro nobis dominicæ passionis. fol.9
Corpus suum Christus in cœlum secum leuauit. fol.9
Corpus Christi in cœlo esse credendum. fol.11
Corpus suum Christum portasse suis manibus. fol.42
Corpus Christi quid sit. fol.42
Corpus Christi edunt mali sacramentotenus. fol.43
Corpus Christi indigne sumere quid sit. fol.44
Corpus Christi quod à ieiunis sumitur non propterea uniuersæ ecclesiæ calumniandum. fol.44
Corporis & sanguinis figuram, Christum discipulis suis commendasse. fol.44
Corporis Christi præsentia, uexationem cessasse diabolicam. fol.44
Corporis sui signum Christum dedisse discipulis. eodem
Corpus Christi mysticum offertur in ecclesia. fol. eodem
Corpus Christi sacramẽtotenus et reuera cõmedere differunt. eodem fol. & 45
Corpus Christi sacramentotenus & reuera comedere quid sit. eodem
Corpus Christi post uerba non panem appellari. eodem
Corpus Christi mystice immolari. eodem
Corpus Christi manducans, certo modo in Christo manere dicitur. fol. eodem
Corpus Christi Iudam manducasse & sanguinem bibisse. eodem fol
Corpus Christi indigne sumentes iuditium sibi manducant & bibunt. eodem
Corpore Christi abutentibus perniciosum esse. fol 46
Corporis Christi sacramentũ Punici Christiani uitam uocant. fol.46
Corpus Christi infirmis & morituris uiaticum esse. fol. eodem
Corporũ sanctorũ sepeliendorũ quæ sit ratio fol. 160
Corpora sanctorum in resurrectione qualia futura sint fol.16
Corpora damnatorum an possint in ustione ignis esse perpetua. fol. 173
Corpora beatorum qualia in cœlo futura sint. fol. 175
Cœna et si uisibiliter agitur inuisibiliter tamẽ intelligitur. fol.42
Cœna dominica quare, à ueteribus oblatio nominata. fol. eodem
Credere in deum & pie uiuere, opus dei est. fol.24
Credere nisi uocatus non potest. fol.25
Credere doni est non meriti. fol.33
Credere præcipitur hominibus & quare. fol.39
Credere deum & credere in deum differunt. fol.79
Credere illi, illum, & in illum differunt, fol.84
Curiositas est in miraculis. fol. 122
Curtius armatus se præcipitem dedit. fol. 110
Cyprianum homini in nullo gloriandum scripsisse. fol.38
Cyprianus & alia frumenta dominica quare cum sceleratis, hoc est auaris & rapacibus panem domini mãducauerint &c. fol.46
Cypriani auctoritas. fol.50

D

Dauidem de Christo per spiritum sanctum prophetauisse. fol 18
Deitatis nomen est unicum. fol.9
Deitatem ad inferos descendisse proprietate carnis. fol. 13
Deitas Christi & si ad inferos descenderit non ideo localis dicenda. eodem
Dementetus in lupum mutatus. fol. 145
Dæmonibus nulla seruata est conuersio. fol.26
Dæmones Christum uenturũ sciebant, sed tempus ignorabant. fol. 121
Dæmones nihil possint nisi permittantur. eodem
Dæmon quare aliquando permittatur lædere hominem. fol. 123
Dæmones Syllanis actibus adiutores fuere. fol. 123
Dæmonum uersutia maxima. fol. 123
Dæmonum cultus abijciendus. fol. 124
Dæmones in aẽre habitant. fol. 124
Dæmones bonos & malos esse quidam autumant. eodem
Dæmonum miseriam Apuleius Graphice depinxit. eodem
Dæmones quibus passionibus exagitentur secundum Apuleium. eodem
Dæmonum fallacia tangitur. eodem
Dæmones in scriptura, non nisi maligni spiritus significantur. fol. 125
Dæmon græcum est uocabulum. eodem
Dæmones scientiam habent sine charitate. eodem
Dæmonibus ad quem modũ Christus innotuerit. eodem
Dæmon Christũ tentauit, quantum illi permittebatur. eodem

Dæmonibus quomodo potestas detur in sanctos. eo.
Dæmonum artæ transformationes fieri. eodem
Dæmonibus pœna est euersio idolorum. fo. 128
Dæmones non moriuntur. fo. 129
Dæmonum familiaritas cum serpentibus. Eodem
Dæmonem per phreneticos, uera futura denunciasse. eodem
Dæmones improbos esse mulieribus. fo. 130
Dæmones quidam incubi & succubi uocantur. eodem
Dæmones si pecoribus nocere non potuerunt, multo minus hominibus nocere possunt. eodem
Dæmonum incursus aliquando baptizati paruuli paciuntur. eodem
Dæmones cogitationes humanas scire nõ possunt. eo.
Dæmoniorum dispares nocendi uoluntates. fo. 131
Dæmones sibi deum adesse sentiunt. fo. 132
Dæmonum illusionibus mulieres quædam seducuntur. fo. 133
Dæmones animabus hominum nõ immiscentur, sed applicantur. eodem
Dæmones acrimonia sensus & celeritate motus multa ante cognita prænunciant. fol. 134
Dæmones plerumq; prænunciant quæ ipsi facturi sunt. eodem
Dæmonibus quædam facilia facillima sunt. fol. 135
Dæmones potissimum gloriantur cum possident corda mortalium. fo. 136
Dei natura incommutabilis. fol. 5
Deus substantialiter ubiq; totus est. fo 3
Deus quomodo ubiq; intelligendus. eodem. & 7
Deus loco non indiget aëreo. eodem
Deus nullis uerbis proprie exprimi potest. eodem
Deo nullum conuenit prædicamentum. eodem
Deus substantialiter spiritus nominatur. eodem
Deus nomen est naturæ. fol. 4
Deum in suis miraculis nihil contra naturam facere. eodem
Deus est spiritus. eodem
Deus literis. 4. & duabus syllabis, infinitum quid & incomprehensibile dicitur. eodem
Deum prædicere quædam quæ non facit. fo. 5
Deus in specie hominis cum Adam locutus est. fo. 1
Deum apparuisse patribus per subiectam creaturã. ibi.
Deus non est mutabilis. eodem
Dei nomine, pater, filius & spiritussanctus pronunciatur. eodem
Deus sibi unitas est. eodem
Deo nil accidere posse. fo. 2
Deus magnus dicitur, sed non mole. eodem
Deus non est triplex, quamuis trinus. eodem
Deus quomodo intelligatur solus. eodem
Deus uerius cogitatur quàm dicitur. fo. 2
Deus non est corpus. eodem
Dei omnipotentia. eodem
Deitatem non ad solum patrem pertinere, sed ad totã trinitatem. eodem
Deus unus in natura, trinus in personis. eodem
Dei similitudo in homine, refertur ad opus iusticiæ. eo.
Dei imago in homine ad naturam pertinet animæ. ibid.
Deum patribus apparuisse, specie qua uoluit latente natura. fo. 3
Deus natura inuisibilis non solum pater, sed ipsa trinitas unus deus. fo. 3
Dei plenitudo nec mente comprehendi potest. eodem
Deus est substantiæ creatrix. fo. 3
Deus non est qualitas mundi. eodem
Deus quid fecerit ante mundum. fol. 5
Deus, qua ratione dicatur, deus, dominus, & pater noster. eodem
Deo conuenientior modus nõ fuit, quo liberaretur genus humanum quàm per Christum incarnatum. eodem
Dei natura intelligitur à paucis. fol. 5
Deum, non discipulos dedisse spiritum sanctum. eodem
Deus olim apparuit quando uoluit, cui uoluit, non ut est sed ut uoluit. eodem
In deo uiuimus, mouemur & sumus. eodem
Deus non uerborum sed cordis inspector est. eodem
Deus omnium rerum scientia plenus est. fol. 6
Deus præcessit mundum non tempore. eodem
Deus nil iubet mendaciter. eodem
Deus nullo continetur loco. eodem. & 7
Deus manet in se ipso beatissime. eodem
Deum cuncta quæ condidit simul creasse. eodem
Deus humana forma circumscribi non potest. eodem
Deus nemini pœnam immerito infligi sinit. eodem
Deum omnes, paucis demptis, esse huius mundi authorẽ fatentur. fo. 7
Ex deo cum dicitur, aut filius intelligitur aut spiritussanctus. eodem
Deus omnia quæ creauit administrat. eodem
Deus est simplex, & si in personis trinus. eodem
Deus trinus dicitur propter proprietatem personarũ. eodem
Deus dicitur unus propter inseparabilem diuinitatem. eodem
Deus quid sit, uelle inuestigare cæcitatis magnæ est. fo. 7
Deum posse quod inuestigare nos non possumus. folio 7
Deum non esse nemo unquam ausus est dicere. fol. 8
Deus omnia uidet. fo. 3
Deus ineffabilis est. eodem
Deus, quid non sit facilius dicitur quàm quid sit. eo.
Deus quomodo in cœlo sit & dicatur esse. eodem
Deus semper idipsum est. eodem
Deus per incircumscriptam substantiam nusquam de-

est. eodem
Deus omnia portat sine onere. eodem
Deus omnem excedit creaturam. fo.9
Deus dicitur iustus quia melius quod dicatur non inuenitur. fo.9
Deus est nomen potestatis non proprietatis. fo.9
Deus an alio modo q̃ per incarnatũ Christum potuisset, genus humanum liberasse. fo.9
Deo si uolumus frui per Christum id fiat necesse est. fo.12
Deus quare non miserit angelum in hunc mundum. fo.13.colum,in capite folij.
Deus nullam patitur necessitatem. fo.13
Deum angelos non æqualiter uidere. fo.20
Deus multa facit per angelos. fo.22
Deus quomodo unicuiq; reddere secundum opera dicatur. fo.24
Deus coronat in homine dona sua. fo.24
Deum acceptorem personarum quidam dicunt. fo.25
Deus indurare dicitur,misericordiam non impertiendo. eodem
Dei solius est præstare quod uolumus. eodem
Dei obduratio est nolle misereri. eodem
Deus non impellit peccantes. eodem
Deus neminem creauit ut pereat. fo.26
Deum non esse peccati auctorem. eodem
Deum nec diabolo nec hominibus indidisse peccatum. fo.26
Deo adscribere caussas ruinarum,nephas est. eodem
Deus cur illum retineat illum non difficile comprehenditur. eodem
Deum operari,hominem cooperari. fo.27
Deus cur illi operetur illi non, non discutiendum. fo.27
Deus omnia facit iusticia. eodem
Deus neminem peccare cogit. fol.28
Deum non eligere bonos, sed quos eligit facit bonos. eodem
Deum uelle omnes homines saluos fieri quomodo intelligendum. fo.31
Deum mortem non fœcisse quomodo intelligendum. fo.33
Deus etiam malis bene utitur. eodem
Deus cur illum uocet alium non, non inuestigandum. fo.34
Deus prior nos ante omnia merita diligit. eodem
Deus est iustus malorum ultor. fo.35
Deus perpetuus inspector cordium. eodem
Deum omnia bene fœcisse. eodem
Deum indurare eum,quem mollire noluerit. fo.37
Deus reminiscens non uoluitur in præteritum. eodem
Deum in eligendis hominibus sicut in luto figulum potestatem habere. eodem
Deus nihil iniuste facit. eodem
Dei misericordia saluari homines,iusticia eius perire. fo.38
Dei præscientiam hominem non cogere ad peccandum. fol.eodem
Dei inscrutabilia admirari debemus non inuestigare. folio.38
Dei filium,ut hominem prædestinatum fuisse. fo.39
Dei iudicia inscrutabilia. eodem
Deus non cogitur fato. fol.40
Deus sanctificat non minister. fol.53
Deus cordis est inspector. fol.80
Deus quare homines iubeat esse sine peccato ,cũ illud eos non facturos antea sciat. fo.88
Deus quare dederit Iudæis tam aspera præcepta. fo.94
Deus quare præcipiat ac iubeat. fo.99
Deum prouidentissime duo constituisse. fol.142
Dei similitudo prohibetur coli in figmentis hominum. fol.155
Dextera patris beatitudo est perpetua. fo.9
Diaboli ruinam peccatum hominis præcessisse. fo.133
Diabolus unde hominibus sit inimicus factus. eodem
Diaboli duo genera armorum. eodem
Diabolus caput & finis mendatij. eodem
Diaboli conatus circa morientes. eodem
Diabolus à deo aliquando exauditur. fol.144
Diabolus nullus nouus ex angelis sanctis futurus est. fol.22
Diabolum in societatem bonorum angelorum amplius non rediturum. eodem
Diabolum Manichæi non sentint fuisse angelum. fol.122
Diabolum in cœlo pugnare non ausum fuisse. eodem
Diabolus ad malum inuitat non trahit. eodem
Diabolus nocendi artem à deo habet. fol.126
Diabolus bonus secundum substantiam,malus secundum ministerium. eodem
Diabolus mediator ad mortem. fol.128
Diabolus per sua sacra,suos illudit. eodem
Diabolus earum nescius rerum,quæ deus aliquando per ipsos operatur. eodem
Diabolum quomodo in cor Iudæ intrasse dicatur. eo.
Diabolus populi mali princeps. eodem
Diabolus spiritum suum serpenti miscens Euam seduxit. fol.129
Diabolus homicida est. fo.129
Diaboli correctionem uel beatitudinem nemo credere debet. fol.130
Diabolus bonus natura,malus uitio. eodem
Diabolus quomodo uincendus. eodem
Diabolus quomodo Euæ in Paradiso collocutus sit. eodem
Diaboli casum,peccatum & superbia uide. fo.131

Diabolus nomen est commune. eodem
Diabolus suæ apostasiæ auctorem non habuit. eodem
Diabolum per purgationes quasdam saluandum Origenes adseruit. folio. 132
Diabolus quomodo in hominem intrare dicatur. eodem
Diabolum nemo nisi per quotidianum adiutorium superare potest. fo. 133
Diabolus animæ cogitationes uidere non potest. eodem
Dies non eligenda, qua uxor ducenda est. fol. 123
Digni & indigni eundem cibum manducant nec persona præiudicat personæ. fol. 46
Diogenes huius turpitudinis auctor. fol. 153
Discere plus admonemur quàm docere. fo. 71
Diuites ueri qui sint. fol 147
Diuinitatem naturaliter unam esse trinitatis. folio. 3
Diuinitatis eminentia, excedit intelligentiæ facultatem. folio. 4
Diuinitas est ultra locos corporales. fo. 8
Diuinitas una, una essentia, una omnipotentia in tribus est personis. fo. 9
Diuinitas Christi non est mediatrix. fo. 13
Diuinitas oculis carnalibus uideri non potest nisi p subiectam creaturam. fo. 16
Diuini & si uera prædixerint non eis est credendum. folio. 123
Doctrinarum duo genera. fo. 127
Docet interius Christus. fo. 12
Doctoribus quare minus aliquid nonnunq; reueletur. folio. 69
Docet deus etiam per homines quæ sunt facienda hominibus. folio. 74
Doctrina Christiana reipublicæ Christianæ non aduersatur. folio. 118
Dominandi libido uitium malum & primum. fo. 108
Dominandi libido populo Romano immoderatior inerat. folio. 109
Dominantibus tria sunt necessaria. folio. 104
Dominationes, principatus, & potestates quid inter se differant, Augustinus se fatetur ignorare. fo. 20
Dominicis diebus communicandum, si mens sine peccandi affectu sit. fol. 43
Dona & uocatio dei sine pœnitentia sunt. foli. 24

E.

Ebion Christum ex uiri semine conceptum adseruit. folio 13
Ebrietas manifestus est dæmon. fol. 149
Ecclesia id agit excommunicatione quod olim synagoga interfectione. folio. 67
Ecclesia quomodo etiam nunc omnibus linguis loqui dicatur. fo. 16
Ecclesia duo habet sacramenta. fo. 60
Ecclesia corpus Christi est. eodem
Ecclesia militans & triumphans quæ sit. fo. 61
Ecclesia uniuersa ligat soluitq; peccata. eodem
Ecclesia fide est conspicua. eodem
Ecclesiam ab Hierusalem incœpisse & omnes gentes impleuisse. eodem
Ecclesia ibi est ubi est remissio peccatorum. eodem
Ecclesiæ particulares omnes una est domus dei. eodem
Ecclesiam habere uitæ æternæ, & inferni claues. eodem
Ecclesiæ quanta uirtus. eodem
Ecclesiam portæ inferorum non uincent. fo. 61
Ecclesia per totum terrarum orbem diffusa. fo. 62
Ecclesia per sex ætates mundi congregatur. eodem
Ecclesiæ caput Christus est. eodem
Ecclesiam matrem esse omnium fidelium. fo. 63
Ecclesia propter paleas non deferenda. eodem
Ecclesia quomodo in Christo pati dicitur. fo. 64
Ecclesiæ duo tempora, duabus piscationibus discipulorũ significabantur. fo. 64
Ecclesiæ fundamentum Christus est. eodem
Ecclesiæ unitas per omnes gentes futura significabatur, quando Apostoli linguis omnium gentiũ loquebantur. fo. 65
Ecclesiam credimus non in ecclesiam. eodem
Ecclesia mixtim habet bonos & malos. eodem
Ecclesia habet quædam grauia peccata. fo. 65
Ecclesia cogit perditos ut redeant. fo. 66
Ecclesiastica disciplina sceleratos à sacramentis remouet. fo. 69
Ecclesiarum prælati & si cum regibus sæculi pro pace & unitate ecclesiæ conueniunt fidei nihil derogare. fo. 68
Ecclesia quæ licite in sceleratos exercere possit. fo. 69
Ecclesiæ in cæremonijs instituendis, saluberrima auctoritas. fo. 77
Ecclesiasticarum institutionum differentia. eodem
Ecclesiæ & synagogæ concertatio. fo. 95
Ecclesiæ datæ sunt claues regni cœlorum. fo. 157
Ecclesia quales claues à Christo acceperit eodem
Ecclesia super Christum petram non Petrum ædificata. eodem
Ecclesia uniuersa soluit, ligatq; peccata. eodem
Eleemosynæ nihil proderunt usq; ad ultimum uitæ, sceleratè uiuenti. fo. 148
Eleemosina ex animo facienda est. eodem
Eleemosina opus est iusticiæ. fo. 83
Eleemosina plus laudatur in paupere quàm in diuite. foli. 146
Eleemosinis deus non emendus ut impune liceat peccare. folio. 147

Eleemosinarum multa genera. eodem
Eleemosina perfectißima quæ sit. eodem
Eleemosinæ digne pro peccatis quomodo faciendæ. eo.
Eleemosinæ de iustis laboribus faciendæ. eodem
Electis omnia cooperantur in bonum, etiam ipsa peccata folio. 35
Electio gratiæ dei quæ sit. fo. 36
Elemento fluxo & labili mundatio non attribuitur. foli. 48
Episcopi laboriosißimum & periculosißimum officium foli. 67
Episcopi docere corripere & arguere debent. eodem
Episcopus in corripiendo adhibere debet seueritatem. eodem
Episcopis & Apostolis de Euangelio uiuendi potestatem datam non necessitatem impositam. eodem
Episcopatus est nomen operis non honoris. fol. 68
Episcopus negligens decimus est gradus abusionis in ecclesia. eodem
Episcopo qui obedire noluerit quo ordine expellendus. eodem
Episcopus qualis debeat esse. eodem
Episcopus contra dicentes redarguere debet. foli. 69
Episcopus forma debet esse fidelium. fol. 70
Episcopi in oriente sedentes populum olim docebant. fol. 77
Episcopus Christi habet imagnem. fo. 105
Essentia dei qua est nihi habet mutabile omnino. fol. 1
Essentia Græci usiam nominant. eodem
Essentia dei mirabilis. foli. 4
Etymologia quid sit. fol. 71
Euangelium annunciantes propter temporalia non deo, sed mammonæ seruiunt. fol. 69
Euangelium Iudam annunciasse. eodem.
Euangelio hominum scripta non comparanda. eo.
Euangelium omnes scripturas excellit. fol. 73
Euangelizandum quod ad fidem & bonos mores attinet. foli. 81
Euangelium clemens & gratiosum. fol. 95
Euangelium omnes excellit sacræ scripturæ auctoritates folio. 95
Euangelium ad hæreditatem sæculi noui pertinet. 97
Euangelium ministratio spiritus, uitæ, & iusticiæ est. fol. 99
Euangelio prius prædicato, Christum ad iuditium uenturum. fo. 168
Eusebius spiritum sanctum nesciuisse incarnationis Christi mysterium scripsit. fol. 18
Eunomius Christum carnem habuisse absq; anima hallucinatus est. fol. 13
Exauditiones dei sunt differentes. fo. 144
Excommunicatione id agit ecclesia quod uetus testamentum interfectione. fo. 67
Excommunicandum cum dilectione. eodem
Exequiarum pompæ uiuorum sunt solatia non mortuorum subsidia. fol. 160

F.

Fabij in idola Tarentinorum Ironia. fo. 156
Fabritij paupertas & æquitas maxima fuit. fol. 110
Facere nos, ea quæ uolumus quomodo intelligatur. folio. 92
Fatis lex aduersatur. fo. 132
Ferrum in aqua super natat. fol. 6
Festinandum ad epulas corporis & sanguinis Christi. fol. 45
Fides intellectui aditum aperit. fol. 15
Fidem dei donum esse. fo. 32.
Fidem ualere quæ per dilectionem operatur. eodem
Fidem Augustinon esse donum dei aliquando per errorē credidit. fo. 38
Fides non est omnium. eodem
Fidem opus esse dei. eodem
Fidem prædicans in uanum laborat, nisi eā dominus intus ædificet. fo. 39
Fidelibus sufficiat pauca de trinitate audisse. fol. 9
Fides Catholica quid tribuat libero arbitrio. fol. 41
Fidem alienam prodesse offerentium paruulos ad baptismum. folio. 54
Fidei uinculo custoditur ciuitas. folio. 72
Fidem quæ non impugnant aut bonos mores non impugnanda. fol. 77.
Fides credentium fiet ueritas. folio. 78
Fides ualet ad cognitionem & dilectionem dei. eodem
Fides est rerum absentium præsens. eodem
Fides Christianorum quæ sit. eo.
Fides qua creditur quæ sit. eodem
Fidem non esse omnium. eodem
Fides nostra in Christo est diffinita. eodem
Fides ualet quæ per dilectionem operatur. eodem
Fides ubi deest ibi nulla est iusticia. fo. 79
Fide iustus uiuit. eodem
Fides sine spe & charitate quæ sit. eodem
Fides fundamentum pœnitentiæ. eodem
Fides bonorum omnium radix est. eodem
Fides salutis est humanæ initium. eodem
Fides dei donum est. fol. 80
Fidem percipere dei beneficium esse non fati. eodem
Fidei laus est non uisa credere. eodem
Fides Christi quid sit. eodem
Fides in ecclesia breuißime traditur. eodem
Fides sine Hypocrisi & mendatio esse debet. eodem
Fidem sine operibus nihil prodesse. fo. 81
Fide habitat Christus in cordibus fidelium. eodem
Fides Catholica iustos ab iniustis non operibus, sed fide discernit

discernit. eodem
Fides inchoat meritum non opera. eodem
Fidem opus dei esse. eodem
Fides quomodo à Paulo diffiniatur. fol.82
Fides inter uirtutes Christianas maximum tenet locum. fol.82
Fides quando uera dicatur. eodem
Fidei oratio impetrat firmitatem. eodem
Fides uera sine spe & charitate esse non uult. fo.83
Fides una in ecclesia esse potest diuersis quidem observationibus, fidem non impedientibus. eodem
Fides gratuitum dei donum est. eodem
Fidem diabolus maxime impugnat. eodem
Fidei Christianæ summa. eodem
Fides initium bonæ uitæ est. fol.84
Fide distinguuntur filij dei à filijs diaboli. eodem
Fides quæ dicatur perfecta. eodem
Fides ex auditu est. eodem
Fides dæmonum quæ sit. fol.85
Fides an in hominis potestate sit. eodem
Ad fidem nemo cogendus inuitus. fo.103.
Fide deo obediendum. fo.106
Fidei seruatæ efficacissimum Reguli exemplum fol.118
Fidei seruandæ Saguntinorum aliud exemplum. fo.119
Figurata locutio quæ sit. fol.47
Figurata locutio ad literam non intelligenda. fo.101
Filij proprium est, quod à patre genitus fol.2
Filio conueniunt quæ de patre dicuntur secundum diuinitatem. fol.15
Fratres quomodo ligant & soluant. fol.65
Fugere à facie dei nemo se præsumat. fol.8

G.

Generationes multæ præterierunt sine cognitione dei. fol.25
Geneseos.1.cap. commemorationem trinitatis factã esse. folio.5
Geryonem tricorporem fuisse, fabulæ ferunt. fo.2
Gloriæ humanæ nihil tribuendum. fol.28
Glorificauit suos deus, cum mortales erant. foli.34
Gloriandum non esse in operibus nostris quantumuis bonis. fol.78
Gratiam dei, non secundum merita accipientium dari. folio.40
Gratiam prædestinationis esse effectum. foli.39
Gratia dei non potuit nobis gratius commendari quàm p incarnatum Christum. fol.11
Gratiam dei in natura liberi arbitrij, lege & doctrina non esse. fo.24
Gratia non debetur operibus. folio.25
Gratia uocantis dei est. eodem
Gratiam dei ante omne meritum esse. eodem
Gratia dei erigimur. fo.26
Gratia sua deus præcedit uoluntatem liberi arbitrij quærentis se. fo.27
Gratiæ dei commendatio. folio.28
Gratiam Christi, nec ueteribus defuisse. fo.31
Gratiam dei dicere secundum merita nostra dari, error est, & alienum à catholica fide. fol.32
Gratiam pro gratia deum reddere quid sit. eodem
Gratiam dei ualere ad hoc, etiam ne amplius peccetur. folio.36
Gratia dei, non consumitur morsibus. fo.43
Gratia Christi gratis datur. fo.57
Gratia dei nulli deneganda. fo.58
Gratia Christi in ueteri testamento uelata. fo.99

H.

Hebræi dicunt Ionam fuisse uiduæ filium per Heliam resuscitatum. folio.6
Hebræas literas apud Iudæos nulli, nisi Scribis, scribere phas erat. folio.151
Hæresum uariarum circa trinitatem authores. fol.6
Hæreses uariæ circa diuinitatem & humanitatem Christi coortæ. folio.13
Hæresis Photini & Pauli Samosateni quæ. eodem
Hæreticorum nullus unquam spiritum sanctum dixit esse filio maiorem. fol.17
Hæretici sunt, qui dicunt gratiam nobis dari secundum merita nostra. folio.24
Hæreticus non usq; ad mortem persequendus. fol.63
Hereses & peruersa dogmata unde. folio.70
Hæretici quidam baptizatis peccantibus, amplius remissionem peccatorum denegarunt. fo.91
Hæreticorum magistratum non ferentium obiectum. folio.108
Hæreticorum correctio ad imperatoriam spectat maiestatem. eodem
Historia quid sit. fol.71
Historiam ad sacros libros intelligendos, plurimum iuuare. fol.73
Historici data opera inter se dissentiunt. fol.135
Histriones non nutriendi. fol.105
Hydromantia quid sit. fol.123
Hominem sine peccato in hac uita esse non credit Augustinus. fol.87
Hominem esse, uel fuisse, uel futurũ esse, sine peccato præter unum Christum nullum. fol.88
Homo nullus legitur dictus sine peccato. eodem
Homines sine criminibus esse possunt. fo.92
Homines adhuc ad uetus testamentum pertinentes qui sint. fol.95
Hominis ueteris finis est mors. fol.97
Hominis noui finis uita æterna. eodem

Homo omni miraculo maius est miraculum. fol. 135
Homousion, in diuinitate patri filius. fol. 6
Homo ut uelit, bonum deum facere. fol. 32
Homo nouus factus, mandato nouo. fo. 13
Homo opinione, non diffinitione aspicit quid sit deus. folio. 20
Homo, dicitur homo, nomine naturæ, non gratiæ. fo. 23
Homo de suo sathanas est, de dei uero beatus. fol. 28
Homini uoluntas non omnino adimitur. fol. 29
Homo medicina potest, quod uitio non potest. fol. 30
Homo boni aliquid uelle non potest, nisi adiuuetur à deo. ibidem
Homo, inuitus non potest esse bonus. eodem
Hominem aliquando bona uoluntate uelle, quod deus nõ uult. fol. 31
Homo gratia iuuatur, ne sine caussa uoluntati eius iubeatur. eodem
Hominem à deo derelictum per se nihil ualere. fo. 32
Homo qui uoluntate bonus est, melior est, quàm qui necessitate. fol. 34
Hominis gressus à deo diriguntur. fol. 25
Homo utens propria uoluntate iniustus est. fo. 36
Hominum scripta Euangelio non comparanda. fo. 69
Hostia uiua, uiuo deo offerenda. fol. 159

I.

IDola non facienda neq; colenda. fo. 99
Idolorum seruitus ultima fornicatio animæ. fo. 155
Idolorum destructio quomodo fieri debeat. eodem
Idolorum persecutor August. fuit. eodem
Idololatræ qui dicantur. eodem
Ieiunare potest aliquis cum scandalo. fo. 77
Ieiunium quadragesimale habet auctoritatem. fol. 78
Ieiunium magnum & generale hoc est. fol. 148.
Ieiunium uerum oratione & misericordia commendari debet. eodem
Ieiunium sine pietate non est firmum. eodem
Ieiunia duo sunt. fol. 149
Ieiunia Christianis spiritaliter obseruanda. eodem
Ieiunare certis diebus scripturam non prodidisse. eod.
Ieiunare certis diebus Christianos debere, in nouo testamento non reperiri. eodem
Ieiunia incredibilia multos exercuisse. fo. 150
Ignis æternus in qua mundi parte futurus sit neminẽ scire posse. fo. 173
Ignis infernalis quomodo spiritus adurat. foli. 174
Impœnitentiam esse peccatum in spiritum sanctum. folio. 15
Impœnitentia remissionem non habet in æternum. 17
Imperantes contra dei præcepta contemnendi. fo. 108
Imperatorum Christianorum uera fœlicitas quæ sit. folio. 111
Imperatoris Christiani insignia. eodem
Impius per fidem iustificatur. folio. 83
Impietates discriminatim puniendæ. fol. 167
Impossibilia Christum non præcepisse, sed perfecta. 92
Incantatores non consulendi. fol. 122
Incircumscriptum quid dicatur. fol. 21
Incorporeum & inuisibile nihil in natura nisi solus deus. folio. 6
Indifferenter habendum est, quod contra fidem & bonos mores non est. folio. 43
Indurare aliquem deum, quomodo intelligendum. 32.
Indulgentia peccatorum in potestate quodammodo hominis esse. foli. 157
Indulgentiam peccatorum in nobis inuenimus. eod.
Indulgentiarum nundinatores taxantur. fol. 158
Infantes & ætate grandes gratia dei saluabuntur. 29
Infantes non omnes saluantur. foli. 40
Infantes olim propter reatum peccati originalis ieiunare fuisse coactos. fol. 58
Infantes saluantur gratia, non ratione aut sermone. eo.
Infantes non baptisati sub potestate esse diaboli. fo. 60
Infantium non baptizatorum incommoda. eodem
Infantibus frustra sine baptismo, & corpore & sanguine Christi uita æterna promittitur. fo. 46
Infantes offerentium ad baptismum fidem prodesse. 54
Infantes non uoluntate, sed origine reos teneri. eodem
Infantibus baptisma conducere exemplis demonstratur. folio eodem
Infantes baptizare Apostolica est traditio. eodem
Infantes baptizatos sathan uexat. fol. 55
Infantium baptisma non esse superfluum. eodem
Infantes ad regnum cœlorum non pertinere Hierarchitæ dixerunt. eodem
Infantes sine baptismate decedentes damnari. eodem
Infantes non excusat ignorantia culpæ originalis peccati. eodem
Infantes, fide parentum credere. fo. 56
Infantes nihil impedit à gratia Christi. eodem
Infantes quare baptizantur in ecclesia. eodem
Infantes offeruntur ab ecclesia baptizandi. eodem
Infans baptizatus credere & fidelis dicitur. eodem
Infantes sine baptismi regeneratione non saluantur. eo.
Infernum quidam negant esse. fol. 172
Infernales pœnæ Metaphorice describuntur. eo.
Infernus omni malo deterior. eodem
Infernalis ignis quare dicatur in extinguibilis. eodem
Inferi qui dicantur. fol. 173
Inferni conditiones describuntur. eodem
Infernus est incorporeus. eodem
Ingratitudinis miserabile exemplum. fo. 109
Intentio bona cordis, quo dirigatur intuendum est. 82
Intentione cordis non uerbis res apud deum agenda. folio. 145
Iouinianus hominem non posse peccare asserit. fo. 34
Iudas præscitus à deo, nõ factus ut aduersus Christum talis futurus esset. fo. 27

Iudam primam Eucharistiam à Christo accepisse. fol. 42
Iudæi quare à Romanis uicti. fol. 14
Iudæi ante dic̃ domini magnum in Christum crediturí sunt. fol. 108
Iudex in uindictam malorum ordinatus est. fol. 108
Iudex iudicare debet secundum allegata & probata. foli. 105
Iuditum dei mirabile. fol 30
Iuditum dei in negligentes episcopos. fol. 68
Iuditio pij & fideles non contendunt. fol. 103
Iuditium extremum per quot dies extendatur incertũ esse. fol. 168
Iudicio ultimo omnia manifestabuntur. eodem
Iuditiũ uenturũ ex præteritis certissime colligitur. eodẽ
Iurandi consuetudo uitanda. fol. 118
Iuramentum filij Israël, Gabaonitis seruarunt. eodem
Iurare uerum non est peccatum. eodem
Iurantes Augst. suos poculi priuatione puniuit. eodẽ
Iuramentum dei promissionis suæ est firmamentum. eodem
Iurare falsum grauissimum est peccatum. eodem
Iurans falsum per lapidem periurus est. fol. 121
Iure diuino omnia communia. fol. 104
Iure humano suum quisq; possidet. ibidem
Iuris iurandi religione ad hostes remeauit Regulus. fol. 119
Iustificau t suos deus, cum essent peccatores. fo. 34
Iusticia nimia incurrit peccatum. fol. 87
Iusticia homi is in hac uita quæ sit. fol. 90
Iusticia perfecta post hanc uitam erit. fol. 90
Iustus nimium est qui dicit se non habere peccatum. fol. 91
Iusticiæ penitus se nihil habere, homo Christianus dicere non debet. fol. 92
Iusticiæ quantum homo acceperit per legem nouit, fol. 93
Iusti sub lege non sunt. 196
Iustificatur homo gratis à deo non operum meritis. 99
Iusticia quid sit. folio 106
Iusticia uera ubi sit. folio 109

L

Laudare deum & frui deo negotium omne erit beatorum. fol. 176
Laudare deum cum gratiarum actione opus est hominis optimum. folio 83
Lex nature quæ sit. fol. 93
Lex scripta est Moysi. eodem
Lex naturæ ante Moysen præuaricatur. eodem
Lex uirtus est peccati. fol. 94
Lex aduersarius hominis est. eodem
Lex peccatum scire facit non cauere. fol. 96
Lex quid conferat utilitatis. fol. 94 & 103
Lex Christi, lex pacis, unionis & charitatis est. fol. 95
Lex peccatores conuincit. fol. 98
Lex multis modis dicitur. eodem
Lex spiritaliter intelligenda. fol. 97
Lex peccatum demonstrat. fol. 98
Lex ministratio mortis & damnationis dicitur. fol. 99
Lex scripta in cordibus est spiritus sanctus. eodem
Lex dicitur opus dei. fol. 100
Lex imponitur superbis. eodem
Lex non dat iusticiam sed iubet. eodem
Lex non iustificans mittit ad deum iustificantem. fol. 101
Lex non, sed fides in Christo salutem confert. fol. 101
Lex à spiritalibus impleri potest. eodem
Lex litera illis est qui eam non implent charitate. fol. eodem
Lex iusto non ponitur. eodem
Lex iubet per literam sed non iuuat per spiritum. eodem
Lex imperialis contra schismaticos. fol. 103 & 104
Lex iudicialis coërcet humanam malitiam. fol. 109
Lex Voconia iniqua. fol. 110
Legibus iustis uitia comprimi utilissimum esse. fol. 29
Lege humana, de iusticia dei non disputanda. fol. 37
Sub lege esse, in lege esse, sine lege esse differunt. fol. 95
Legem pauci intelligunt, eodem
Legis opera biperata esse. eodem
Legem implere per carnalem præsumptionem impossibile. fol 100
Legem Apostolus appellat onus mortalitatis. eodem
Legis finis est charitas. 102
Legibus bonis coercentur mali. fol. 103
Legibus malis probantur credentes. foli. 107
Legibus bonis coercentur inobedientes. ibidem
Liberum arbitrium habuisse Adam. fol. 5 & 24
Liberum arbitrium unde & quare dicatur. fo. 27
Liberum arbitrium per peccatum bonum possibilitatis perdidisse. fol. 27
Liberum arbitrium quomodo homo & ad quid habeat eodem
Liberum arbitrium quando uere liberum sit. fol. 28
Liberum arbitrium apud quos ualeat ad peccandum. fol. 29
Liberum arbitrium statuitur per gratiam, non euacuatur. eodem
Libero arbitrio peccare, qui cum delectatione peccant. fol. 30
Libero de arbitrio quomodo sentiendum. foli. 31
Libero arbitrio non tantum tribuendum ut sine gratia aliquid ualeat. fol. eodem
Liberi arbitrij defensores gratiæ dei nullum relinquunt locum. eodem
Libero arbitrio homo cadere potuit, resurgere non potuit. fol. 34

Liberum quomodo aliquid dicatur. fol. 35
Liberum arbitrium ad malum sufficere ad bonum non fol. 36
Liberi arbitrij defensores August. arguit. fol. 37
Liberum arbitrium sine gratia dei nihil ualere. fol. 41
Liberum arbitrium sufficere ad præcepta dominica implenda omnibus execrationibus detestandum esse. fol. 41
Libertatem peccato primi hominis, non liberum arbitrium perijsse. fol. 30
Licentia omnes deteriores sumus. fol. 107
Licentia correctionis post mortem nulla. fol. 142
Ligare & soluere inuicem possumus. fol. 158
Linguarũ cognitionẽ multũ ualere ad sacræ scripturæ intellectum. fol. 73
Literæ superficie contentantur ineruditi. fol. 97
Literæ Iudæi pertinaciter inherendo Christum non agnoscunt. fol. 102
Literæ sonus sine spiritu, est corpus sine anima. fol. 102
Locale quid dicatur. fol. 21
Locus adorandum nulli ex industria quærendus. fol. 144
Lucius Valerius in suo cõsulatu pauper moritur. fol. 110
Locustarum maxima in Affrica multitudo fuit. fol. 116
Loqui de deo nil proprie possumus. fol. 3

M.

Mancipia unde dicuntur. 113
Mandatis dei obedire neminem posse, nisi gratia dei. fol. 35
Manducatio spiritalis corporis & sanguinis domini quomodo fiat. fol. 42
Manducare carnẽ & bibere sanguinẽ Christi quid sit. fol. 43
Manducandum spiritaliter, & bibendum spiritaliter quod sacramento uisibiliter sumitur. fol. 45
Magistratus gentilis honorandus multo magis Christianus. fol. 105
Magus fuit Apuleius. fol. 124
Magorum miracula dæmonũ operibus fiunt. eodem
Magi nephandis artibus mira facientes per Mosem superati sunt. fol. 136
Magicam artem iura condemnant. fol. 14
Magicis artibus doctrina Christi inimica est. eodem
Magicæ artis maximæ impietates. fol. 124
Magica uitur patrocino spirituũ malignorum. eodem
Magicã Cicero perhibet apud Romanos fuisse inhibitam. eodem
Malitia non est creata à deo, sed à diabolo inuenta. fo. 36
Mali deus author non est. folio 34
Manicheus non Christum sed dæmones passos adserit. fol. 13
Manicheus, hominem peccatum uitare non posse dixit. fol 34
Marcus abbreuiator Mathæi. fol. 103
Marcus Puluillus gloriæ cupidus fuit. fol. 110
Marcus Regulus Carthaginensibus fidẽ seruauit. eodẽ
Marcelli laudabile factũ in expugnationẽ ciuitatis Siracusanorum. fol. 114
Martires quomodo colendi. fol. 154
Martyres ueri qui sint. fol. 66
Martiõ Christum suam carnem de cœlo secum attulisse opinatus est. folio 13
Massam uniuersã generis humani pœnas debere. fol. 29
Mathematici urbe Roma prohibentur. fol. 132
Mathematicis non credendũ siue uera siue falsa dicant. fol. 127
Mathematicorum præstigia ex dæmonum pacto esse. eodem
Mathematici & diuini bono Christiano cauendi. fol. 129
Mathæseos artem diabolum inuenisse. fol. 133
Matrimonium quare sacramentum dicatur. fol. 153
Mediator qualis debeat esse. col. 12
Mendatium esse in sacra scriptura credere est exitiosissimum. fol. 72
Mens humana non caro ad imaginem dei facta. fol. 5
Meritis operum suorum nemo dicat se habere dei gratiam. fol. 24
Merita nostra nulla esse. eodem
Merita nostra dei beneficia non præuenerunt. eodem
Meritum indurationis si quæritur inuenitur. fol. 25
Meritum nullum esse hominis, in accipienda gratia ad salutem. fol. 27
Meritis præcedentibus neminem saluari. fol. 28
Meritis nihil debetur humanis. fol. 31
Merita nostra nos damnant. fol. 41
Meritis suis qui fidit deum non uult laudari. eodem
Meritis nostris nihil tribuendum. fol. 98
Mithridatis factum, Tyranicum aduersus ius gentiũ. fol. 110
Militia & pugna est uita hominis super terra. folio. 92
Militia hominis Christiani. fol. 98
Milites contentari debent stipendijs suis, fol. 112
Militiam & arma, Iohãnem baptistam non abijcienda dixisse. fol. 113
Ministris uerbi præbere unde uiuant charitatis esse. fol. 68
Minister sine crimine eligi potest, sine peccato autem non. fol. 90
Mirabiliarij qui sint. fol. 121
Miracula duplicia sunt. fol. 134
Miraculum quid sit. fol. 134
Miracula quare Christum apud Sidonios & Tyrios nõ fœcisse quidam disputator Catholicus dicat. fol. 39

Miraculis quæ in ſacra ſcriptura leguntur dei populum ſuiſſe eruditum fol. 72
Miracula quare ceſſauerint. fol. 122. fol. 79
Miraculorum maximum eſt deum hominem factum. fol. 122
Miracula, quæ Chriſtus prædixit credentes facturos in ſpiritu iam fiunt. eodem
Miracula quæ magicis artibus fiunt. fol. 127
Miraculorum quæ à ſanctis & Magis fiunt diſcrimen. fol. 134
Miraculum homo omni miraculo maius eſt. 135
Miracula que nobis commendat gentilium hiſtoria. eodē
Miſericordia dei præuenit hominem. fol. 30
Moribus caſtis quid deſit. fol. 88
Morum corrigendorum in hac uita locus. fol 141
Moribus pijs, non locis mouemur ad deum. fol. 5
Mors Chriſti ſingulare contra peccatum originale remedium. fol. 13
Mors æterna ſummum malum. fol. 82
Mortuorum diuerſæ cuſtodiæ. fol. 169
Mortales non ſunt dij quia uideri poſſunt. fol. 5
Mortē amicorum quomodo contriſtandum ſit. fol. 162
Mortui non ſunt lugendi ab exemplo. fol. 162
Mortibus temporalibus apud Corinthios correptos propter cœnæ abuſum non damnatos eſſe. fol. 44
Mortuis nil prodeſt niſi quod uiui fecerunt. fol. 161
Mortui ab his qui hinc emigrant reſcire poſſunt quid hic agatur, quantum à deo ſinitur. fol. 21
Mortui ad uiuos rapi poſſunt, dei potentia. eodem
Mortui an uiuis appareant ſua ipſius præſentia uel per angelos eorum ſuſcipientes perſonam, Auguſtinus affirmare non audet. ibidem
Mortuos quare luxerint ueteres cum Paulus illud prohibeat. fol. 161
Mortuorum lugendorum cauſam non habere homines noui Teſtamenti. fol. 162
Mortui quomodo ſciant quæ fiūt in hoc mundo. fol. 70
Mortui uiuorum actibus & rebus cognoſcendis adiuuandiſq; non miſcentur. fol. 171
Mortui quomodo & per quos cognoſcere poſſint quæ apud uiuos geruntur. eodem
Mortui quomodo appareant uiuis. ibidem
Mortuorum duas eſſe habitationes. fol. 172
Moyſes quando eduxerit populum de Aegypto. fol. 96
Mundum Platonici perpetuum aſſerunt, fol. 117
Mulieres appellantur omnes fœminæ proprietate linguæ hebraicæ. fol. 12
Mulier ſaluabitur per filiorum generationem ſi permanſerit in fide. fol. 78
Mulieri coniugatæ non licebit de ſuo facere ad libitum. fol. 150
Mulierem unam plures habuiſſe maritos non legitur. fol. 151
Multiloquium in oratione à gentilibus uenit. fol. 145
Mutij conſtantia. fol. 110

N.

Nabuchodonoſor flagellatum pœnituiſſe. fol. 38
Natum ex deo non peccare, ſecundum quoddam peccatum non omne dicitur. fol. 91
Naturaliter trinitatem eſſe unum deum credendū. fol. 3
Natura creatrix deus eſt. fol. 5
Natura unum deum teſtatur quia unus eſt mundus. fol. 9
Natura hominis ſine ullo uitio primo creata eſt. fol. 29
Natura ex Adam proueniens medico indiget. ibidem
Naturam humanam per liberum arbitrium perdidiſſe immortalitatem. fol. 31
Neceſsitate nec ad uirtutes nec ad uitia trahimur, fol. 20
Neceſsitate imminenti quiſq; facere debet quod poteſt quod ad ſui liberationem attinet, ne deum tentare uideatur. 112
Necromantia qualis ſit ſcientia. 123
Necromantia, ante Chriſti aduentum lege prohibebatur. eodem
Nero arx ambitionis. fol. 110
Neſciuntur quædam ſine crimine. fol. 20
Nomen domini qui inuocauerit ſaluus erit. fol. 26
Nubant qui ſe continere non poſſunt. fol. 153
Numæ Pompilij libros, aratro eructos ſenatus Romanus incendit. fol. 123
Numa Pompilius Hydromanticus fuit. fol. 124
Numerum certum ex hominibus deum prædeſtinaſſe ad uitam. fol. 33
Nuptiarum prohibitores taxat Auguſtinus. fol. 150
Nuptias prohibentium & Hypocritarum uerſutia. fol. 151
Nuptias Taciani Heretici damnant. eodem
Nuptiæ bonæ ſunt. eodem
Nuptias naturalis & humanæ ſocietatis primam eſſe copulam. eodem
Nuptiæ habent indulgentiam. fol. 152
Nuptiæ olim per ſeptem diebus celebrabantur. fol. 153

O.

Obedientia ad oues pertinet, cura ad paſtores. fol. 70
Obediendum deo magis quàm hominibus. fol. 108
Oblationem ueteres cœnam appellauerunt & quare fol. 42
Oblatio Chriſtianorum, eſt oratio uera & ſpiritalis fol. 159
Oblationes pro mortuis non uendendæ. 170
Occidentale regnum Romanorum poſterius, ſed illuſtrius. fol. 110
Officiorum tres formæ ſpiritus ſancti in Apoſtolis oſtenſæ. fol. 62
Officium innocentis eſt punire delinquentes. fol. 68

Omnia quæ circa eucharistiam per corporales motus fiunt deum oporari. fol. 2
Opus fidei est dilectio. fol. 85
Opera bona ex gratia dei habemus. eodem
Opera nostra, omnia mala. folio 25
Operibus nostris damnatio debetur. eodem & 85
Opera ante fidem inania esse. fol. 41
Opera & uirtutes ad fidem referenda. fol. 73
Opera bona hominis dei esse dicuntur. fol. 80
Opera bona sunt quæ per fidem fiunt. eodem
Opera bona iustificatione dei operamur. eodem
Opera bona fieri debent bona conscientia. fol. 81
Opera trinitatis inseparabilia. fol. 4 & 6
Opera quæ ad manifestationem personarum singularũ in trinitate pertinere dicuntur. fol. 6
Operum dei differentia. eodem
Opera sequuntur iustificatum non iustificandum. fol. 81
Opus bonum dicitur quod fit secundum deum. fol. 82
Opera bona quomodo facienda. eodem
Opus hominis summum laudare deum. fol. 83
Opera nostra non initio, sed fine pensanda. fol. 84
Opinio de anima nulla temere affirmanda. folio 140
Oratio Augustini ad beatam trinitatem. fol. 8
Orandum pro incredulis. fol. 39
Oratio dominica omnibus hominibus precanda. fol. 89
Oratio dominica quotidiana delet peccata. fol. 90
Orandum pro regibus & sublimibus, & si sunt Tyranni. folio 112
Orare pro inuicem debent Christiani. fol. 144
Orantium uarij situs & motus. eodem
Orare clausis cubiculis quid sit. fol. 145
Orare iusti clauis est cœli. eodem
Orare sine intermissione quomodo intelligendum. eodẽ
Orare in spiritu & ueritate est in ecclesiæ pace orare. fol. 146
Oratio non est in multiloquio. eodem
Orare pro mortuis Aeriani non oportere dixerunt, fol. 169
Orare pro mortuis traditum & acceptum à patribus. fol. 170
Orationes et elecmosynæ quibus post mortem prosunt. eodem
Orandum pro defunctis quomodo. fol. 171
Ordinem in hac uita seruandũ Apostoli præceperunt. fo. 8
Origenes Christũ de cœlo carnem suam secum attulisse. fol. 13
Origenes nullorum hominum pœnas in æternum mansuras credidit. fol. 174
Oues non negligendæ à pastoribus. fol. 69

P.

Panis quomodo dicatur corpus Christi, & calix sanguis eius. fol. 42
Participatione corporis & sanguinis Christi efficimur meliores. fol. 43
Paruulos sine usu liberi arbitrij habere uitam. fol. 27
Paruulos non baptizatos perire. fol. 57
Pascentes se ipsos qui sint. fol. 68
Pater filius & spiritus sanctus unum nomen est diuinitatis. fol. 9
Patrem trahere aliquem quomodo intelligendũ. fol. 33
Patres antiquos, ab impiorum tormentis remotissime apud inferos fuisse. fol. 170
Patrem corporali specie sui significationem mortalibus sensibus dedisse. fol. 1
Patris & filij una substantia. eodem
Patrem relatiue dici ad filium. eodem
Pater & filius unum sunt, & ideo unus deus. fol. 2
Patris proprium quod pater est. eodem
Patris diuinitas probatur authoritate. fol. 4
Pater & filius non unus est, sed unum sunt. fol. 6
Pater quicquid est quo deus est, hoc filius, hoc spiritus sanctus. fol. 9
Patrum non tantum lingua, sed & uita prophetica fuit. fol. 102
Paulus mirabili uocatione ad fidem uocatus est. fol. 30
Paulus quare pro Alexandro nõ rogasse dicatur. fol. 86
Pauper superbus indignus misericordia. fol. 147
Pauperi qui beneficium præstat fœneratur. eodem
Pauperes ueri quinam sint. eodem
Pauperibus spiritu regnũ cœlorum promittitur. 148
Pax uera non est ubi cordium est imparitas. fol. 112
Peccandi desiderium etiam post baptismum manere fol. 49
Peccatum originale Pelagiani negant. fol. 55
Peccatum originale in pueris esse. fol. 57
Peccatorum remissio clauium ecclesiæ est potestas. fol. 61
Peccata in ecclesia correctione fide sanantur. fol. 65
Peccatum ad mortem quod sit. fol. 86 & 90
Peccata patrum ad nostram scribuntur cautelam. eodem
Peccatum mourrit nimia iusticia. fol. 87
Peccare & non peccare quomodo dicantur fideles, eodẽ
Peccatum inesse membris hominis quamdiu uixerit. fol. 91
Peccato infidelitatis cuncta teneri peccata. eodem
Peccata uenialia oratione dominica solui posse. fol. eodẽ
Peccati pœnam esse, pecccatum habitans in membris nostris. fol. eodem
Peccata uenialia & minuta quæ sint. fol. 92
Peccata ante legẽ etiam uindicabantur. fol. 94
Peccatum aggrauat hominis conditio. fol. 105
Peccata quæ sanctorum amicorum meritis impetrant indulgentiam, difficillimum est inuenire. fol. 155
Peccatorum omnium remissio donum est spiritus sancti. fol. 157
Peccatorum remissio per quid detur. eodem
Peccare in spiritum sanctum dicitur qui donis dei resistit

resistit. fol. 17
Peccans in spiritum sanctum ueniam non habet. eodem
Peccatum à deo non esse quia contra naturam est. fol. 26
Pelagiana ibi oritur hæresis. fol. 89
Pelagiani & Celestiani hæretici se sine peccato esse dixerunt. fol. 93
Pœnitentis uera conditio: fol. 141
Pœnitentibus post baptismũ etiam dimitti peccata. eo.
Pœnitentiæ tribus modis peccata sanantur. fol. 142
Pœnitentia ecclesiastica quæ sit. eodem
Pœnitentia qualis debeat esse. eodem
Pœnitentia non differenda. eodem
Pœnitentiæ exempla. eodem
Pœnitentiæ fructus digni qui sint. eodem
Pœnitentiam lapsis Nouatiani negant. fol. 143
Pœnitentia res est optima. eodem
Pœnitentia quid sit. eodem
Pœnitentiæ triplex actio. eodem
Pœnitentia in hac uita omni homini utilis. eodem
Pœnitentia uirtus quæ sit. eodem
Pœnitentiæ fundamentum fides. eodem
Pœnitentiam post baptismum esse salutarem. eodem
Pœnitere nemo digne potest extra ecclesiæ unitatem. eodem
Pœnitentiam hic agere nemo potest nisi quem deus cõuerterit. fol. 35
Pœnitentes in ecclesia qui sint. fol. 49
Pœnæ damnatorum pro diuersitate criminum sunt diuersæ. fol. 172
Pœna paruulorum omnium mitissima. fol. 173
Pœna damnatorum est perpetua. fol. eodem
Pœna futura duas habet species. eodem
Pœnarum æternarum qualitas. fol. 174
Pœnarum octo genera posuit Marcus Cicero. fol. 112
Perfectus quis sit in hac uita. fol. 89
Perfectio in hac uita quæ sit. fol. 86
Perfectio alicuius in qua re dicatur. fol. 88
Perfectus in aliqua re, non propterea sine omni peccato esse creditur. eodem
Perfectos absolute non fuisse, quos Paulus in hoc mundo perfectos dicebat. fol. 89
Perfecti in alia uita iusti erunt. eodem
Perfectus in hac uita nemo. fol. 90
Perfectus est qui se imperfectum fatetur. eodem
Perfectio in hoc sæculo est quædam, secundum modum uitæ istius. eodem
Perfectio in hac uita, constat remissione peccatorum potius quàm perfectione uirtutum. fol. 91
Perfecta Christum præcepisse non impossibilia. fol. 92
Periculis in mundo omnia plena. folio 92
Persequutio duplex. fol. 107
Personarum respectus apud deum non est. fol. 55
Personæ tres dici in diuinis, sit magna inopia humani eloquij. fol. 1
Personas dicimus esse in diuinis non secundum scripturas, sed quia scriptura non contradicit. fol. 2
Personæ tres commodius dicuntur quàm substantiæ. eodem
Persona quælibet in trinitate per se plenus deus est. eodem
Personarum trium diuinitas authoritate probatur. fol. 4
Persona quælibet trinitatis ubi est, ibi trinitas deus unus est. fol. 7
Personæ in diuinis non sunt personæ hominum. fol. 9
Petere in nomine Christi quid sit. fol. 144
Petilianus Donatista noluit ut pro episcopis oraret ecclesia. fol. 69
Pharaonem deus iusto iudicio indurauit. fol. 32
Philosophi huius sæculi ueritatem de deo uiderunt, sed non inuenerunt. fol. 8
Philosophi offenduntur quod credimus Christum cum suo corpore adscendisse in cœlum. fol. 11
Philosophi uirtute propria beatam uitam efficere uoluerunt. fol. 24
Philosophorum de mortuis opinio. fol. 170
Phreneticus dæmonium putatur pati. fol. 129
Pietas est cultus dei. fol. 5
Platonicorum de purgandis post mortem per supplicia hominibus opinio. 174
Porphyrius deum nostrum, deum magnum confitetur fol. 7
Porphyrij & Platonis de anima opiniones. fol. 165
Potentes potenter tormenta patientur. fol. 105
Potestates huius sæculi deus aduersus ecclesiæ concitat dissipatores. fol. 104
Potestatibus corpore nos subditos esse debere. fol. 106
Potestati in nullo resistendum. eodem
Potestas omnis à deo est. fol. 108
Precatio & deprecatio inter se differunt. fol. 146
Præcepta quare à deo data sint. fol. 31
Præcepta ueterum sacramentorum, nec bona nec mala possunt dici. fol. 102
Præcepta duo charitatis post hanc uitam perfecte à nobis impleri. fol. 90
Præcepta uitæ, uolentibus leuia. fol. 91
Præceptum dei sine omni mora & cunctatione implendum. fol. 105
Prædestinatio dei, ex filijs diaboli facit filios dei. fol. 26
Prædestinatio dei multis est causa standi. ibidem
Prædestinatio dei nulla est causa labendi. ibidem
Prædestinatio dei ad uitia nulla est. eodem
Prædestinatio unde dicatur. fol. 27

Prædestinatam esse peccatorum pœnam. eodem
Prædestinati omnibus bonis operibus incumbere debent. eodem
Prædestinationem dei negare immanis blasphemia est. fol.28
Prædestinatus ad uitam,perire non potest. fol.30
Prædestinatione dei offendi non debemus. fol.32
Prædestinatorum certus est numerus. eodem
Prædestinauit suos deus antęq̃ essent. fol.34
Prædestinatio dei immutabilis est. fol.36
Prædestinatio est gratiæ præparatio. fol.39
Prædestinati & uocati omnes docibiles dei. eodem
Prædestinationis altum mysterium. eodem
Prælia secundum spiritus sancti institutum prosperari. fol.17
Prædestinationis diffinitionẽ, utilitati prædicationis nõ esse aduersam. fol.40
Prædestinatio populis prædicanda. eodem
Prædestinationis dei differentia. fol.41
Prædestinatio dei duplex. ibidem
Prædicator sapiens,sine operibus bonis,primus est gradus abusionis in ecclesia. 68
Prædicatores foris personant,deus autem interius operatur. fol.74
Prædicatorij officij difficultas. fol.25
Præsciuntur casuri, non prædestinantur. fol.26
Præscitos esse à deo peccatores nõ prædestinatos. fol.27
Præscientia dei falli non potest. folio 33
Præscientia dei neminem peccare cogit. fol.35
Præscientia dei quomodo prædicanda. fol.40
Primos homines sine peccato & cum libero arbitrio creatos à deo esse. fol.35
Principes & domini quõ ferendi à subditis. fol.105
Principes Christiani non imperant, sed seruiunt subditis. eodem
Principes quare dentur, & ad quid. fol.105
Priuilegio abutens eo iure priuatur. fol.108
Probare se ipsum homo debet ante cœnæ susceptionem. fol.42
Prohibendus à sacra communione, quis sit. fol.46
Promissio uitæ æternæ ad nouum testamentum pertinet. fol.102
Prophetarum omnia præconia in Christo complentur. fol.15
Proximus dicitur cui officiũ misericordiæ præbendum est. fol.19
Pseudoprophetæ faciunt signa & prodigia. fol.122
Punici Christiani,baptismum salutem,& sacramentum corporis Christi,uitam uocant. fol.46
Purgatorium esse posse. fol.172

Q.

Quadragesimæ quidam delicioſi sunt obseruatores: fol.149
Quintius Cincinnatus ab aratro ductus est ut dictator fieret. fol.110

R.

Rebaptizare catholicum immaniſsimum est scelus. fol.52
Rebaptizandus nemo est. eodem & 53
Regnum dei tantum ualet quantum habes boni operis. fol.83
Regnum cœlorum quomodo uim pati intelligatur. fol.100
Regis officium & iusticia. fol.104
Regum consiliarij quales esse debeant. fol.105
Regum potestatem Israhelitis deum non præcepisse,sed permisisse. fol.107
Regna absq; iusticia sunt similia latrocinijs. fol.110
Regna humana dei constituuntur prudentia. 110
Regulus atrociſsimo genere mortis à Carthaginensibus occiditur. fol.118
Religionem tueri,Regum esse officium. fol.103
Remissio peccatorum nõ datur nisi in spiritu sancto. 19
Remus occiditur à Romulo. fol.117
Reprobis omnia cooperantur in malum,etiam ipsa oratio. fol.35
Repudium gentiles sine reatu aliquo exercent. fol.152
Rhadamantum apud inferos audire caussas mortuorum fabulæ ferunt. fol.71
Resurrectiones duæ sunt. fol.164
Resurrectionem & si comprehendere non ualemus nihilominus Christiani sumus. eodem
Resurrecturos fœtus abortiuos Augustinus opinatur. eodem
Resurrecturi infantes quomodo. eodem
Resurrecturæ fœminæ quomodo. eodem
Resurrectione,deformia in corpore non apparebunt. eodem
Resurrectura corpora humana comesta quomodo. eodem
Resurrectionem iam factam esse quidam crediderunt. fol.165
Resurrecturi omnes homines sunt. eodem
Resurrectioni carnis à Philosophis pertinaciſsime contradicitur. eodem
Resurrectio corporum fit per dispensationem humanitatis filij temporalem. eodem
Resurrectiones duæ, duobus uerbis insinuantur. fol.166
Resurrectio corporum non est contra naturam. eodem

Resurrectio monstrorum & abortiuorum,tangitur.eo.
Resurrecturæ animæ,caro iterum accedet. eodem
Resurrectionem carnis hi non credunt. fo.167
Resurrectio mortuorum à gentilibus Christianos discernit. eodem
Resurrectione,sexus non immutabitur. eodem
Rex dei est imago. fo.105
Rex uerus est qui uitijs imperat. eodem
Reges Iuda quidam pij,sed Israël omnes reprobi fuerũt. fo.111
Romani quare dei,Hebræorum sacra recipere ut aliorũ deorum noluerunt. fo.14
Romanis dei ueri uoluntate regnum auctum & datum. eodem
Romani Athenas mittunt legatos ad mutuandas leges. fo.109
Romanorum regum horrendi exitus. eodem
Romanum regnum à deo dispositum. fo.111
Roma quibus artibus creuerit. fo.114
Romani per. 170. annos,deos sine simulachris colue=re. fo.165

S.

Sabbathi præceptum cæremoniale esse. fo.95
Sabbathi præceptum spiritaliter intelligendum. fo.97
Sabbathi externi obseruatio perpetuum significat sabbathum. fo.76
Sabbathum uerum obseruat, qui à peccatis abstinet. eodem
Sabbathum obseruare non ad literam iubemur. fo.73
Sabbathum & circumcisio usq; ad Christum ualuere. fo.94
Sabelliani hæretici unam personam patris & filij esse dicunt. fo 4
Sacramenta tantum duo Apostolicam disciplinam tradidisse. fo.47
Sacramentum non fit merito consecrantis sed uerbo creatoris. fo.45
Sacramentis diuinis fides adhibenda,non uerborum argumentatio. fo.5
Sacramentum corporis Christi,secundum quendam modum corpus Christi esse. fol.42
Sacramentum aliud esse, aliud uirtutem sacramenti. fo.43
Sacramenta sunt numero paucissima. fo.43
Sacramentorum uim contemnunt sacrilegi. fo.47
Sacramenta sunt signa rerum completarum. eod.
Sacramenta pietatis inesse possunt impijs. eodem
Sacramentorum uirtus gratia est. fo.49
Sacramentum integrum habet homo,& si peruersam habeat fidem. fol.50
Sacramenta Christi omnia Prophetæ suis uoluminibus complexi sunt. fo.94
Sacramenta ueteris testamenti lex spiritalis dicitur. fo.100
Sacrificium duplex à nobis exigit deus. fol.159
Sacrificium quid sit. fo.160
Sacrificia uera opera sunt misericordiæ. eodem
Sacrificijs nostris deum non egere. fo.159
Sacrificia ueteris testamenti,figuræ fuerũt sacrificij Christi unici. fol.44
Sacrificium quod offertur in ecclesia, est corpus Christi mysticum. eodem
Sacrilegia non minus quàm adulteria punienda. fo.107
Sacerdotes Christum non genere carnis elegisse. fo.68
Sacerdotes sacrileg, caudæ serpentum simules. fol.104
Sacerdotes omnes Christiani. foli.160
Salamandra in igne uiuit. fol.147
Samuël quomodo à Phytonissa credatur excitatus. fol.126
Sanctorum nullus caret peccato. fol.154
Sanctitas unde in sanctis. eodem
Sanctorum facta non omnia imitanda uel laudanda. eodem
Sancti honorandi in deo. eodem
Sanctus qui non uult dici, capiti Christo iniuriam facit. fo.155
Sancti non inuocantur. eodem
Sanctorum neminem sine gratia fuisse. fo.27
Sancti dono dei in bonis perseuerant. fo.32
Sanctos & si non aqua,sanguine tamẽ esse baptizatos. fol.48
Sancti per iusticiam quæ Christus est,iustificati sunt. folio.80
Sanctitas non uiribus humanæ naturæ,sed dei gratia acquiritur. fo.86
Sancti omnes si interrogarentur,faterentur se sine peccato non esse. folio.89
Sancti quo modo uenerandi. fo.154
Sanctorum nullus sine gratia dei est. eodem
Sancti potestate sua non gaudent. eodem
Sapientia uerbi qua euacuatur crux Christi quæ sit. fo.29.
Scientia nulla melior quàm cognoscere seipsum. folio.71
Scismatici ad communionem uiolenter artandi. folio.67
Scripturæ sacræ auctoritati cedendum. fo.70
Scripturam sacram esse biptitam. eodem
Scriptura sacra de motibus animæ in deo quomodo intelligenda. fol.71
Scripturarum sacrarum expositio à doctioribus petenda. eodem

Scripturarum sacrarum lectione animus pascendus. eodem
Scriptura sacra obscuris lectores exercet. eodem
Scripturam sacram super omnium gentium omnes esse literas. fo.72
Scriptura sacra eminentissimæ est authoritatis. eodem
Scripturæ sacræ obscuritas ad quid utilis. eodem
Scripturæ sacræ totum orbem crediturum antea prædictum. eodem
Scripturarum Apocripharum fabulæ omittendæ. eodem
Scripturis sacris fides concipitur. fo.72
Scripturæ sacræ ueritas. eodem
Scripturæ Apostolorum, multum ad cognitionem Prophetarum conducere. eodem
Scripturarum sacrarum profunditas. eodem
Scripturarum sacrarum auctores non errasse firmissime credendum. eodem
Scripta sanctorum hominum ab auctoritate canonis distinguenda. eodem
Scriptura sacra cum honore & reuerentia legenda & accipienda. eodem
Scripta diuinitus ad Christum referenda. fol.73
Scripturæ sacræ mysteria absconduntur ne uilescant. fo.73
Scriptura sacra omnibus episcoporum literis præponenda. eodem
Scripturarum sacrarum modus dicendi paucis penetrabilis. eodem
Scripturarum sacrarum finis & plenitudo dilectio est. eodem
Scripturis non indiget homo fide, spe & charitate subnixus, nisi ad alios instruendos. eodem
Scripturis sacris uoluntatem dei reperiri. eodem
Scriptura sacra non temere legenda. eodem
Scriptura sacra nil docet quàm charitatem, nihil culpat nisi cupiditatem. eodem
Scripturæ sacræ studio innitendum. eodem
Scripturæ sacræ canon quibus libris contineatur. eodem
Scripturæ temporibus Apostolorum præposterè intellectæ. fo.81
Scripturæ sacræ, omnibus officijs normam uiuendi præscribunt. fo.112
Scriptura sacra ad ueram peccatorum confessionem nos hortatur. folio. 158
Seditiones Gracchi, discordiæ ciuilis initium. fol.115
Sentire de deo, quod non est, cauendum. fo.1
Senecam ad Paulum scripsisse Epistolas fertur. fo.89
Serui forma in iudicio ab omnibus uidebitur. fo.12
Seruimus deo dispari ratione. fol.103
Seruitus non à natura, sed per peccatum orta est. fo.105
Seruitus corporalis unde. fol.113
Seruitus peccati, dei est iudicium, non institutio. fol.26
Scelerati publica pœnitentia satisfacere debent. fo.43
Syderum certum motum deus instituit. folio. 127
Signa & prodigia clarum quidem quempiam reddunt, sanctum autem neminem. fo.134
Signa peccatores facere certum est. eodem
Simplicianus Mediolanensis episcopus beati Ambrosij successor fuit. fol.38
Simulachra Christum confracturum Prophetæ prædixerunt. fo.156
Simulachrorum patronos taxat Augustinus. eodem
Simulachrum Appollinis fleuisse fertur. eodem
Simulachris immundi spiritus colligantur. eodem
Simulachra ueteres Romani non habebant. eodem
Simulachra non seruant, sed seruantur. eodem
Societas spiritus in uinculo pacis custodienda. fo.17
Socratis de colendo deo sententia. fo.78
Socrates spiritum familiarem habuisse fertur. fo.124
Sortilegi, Diuini, & Carragi non consulendi. fo.122
Spiritus sanctus extra ecclesiam neminem iustificat. fol.15
Spiritum sanctum non habent qui sunt extra ecclesiam. ibidem
Spiritus sanctus de patre & filio procedit. fo.16
Spiritus sancti substantia non est in ignem uel columbam transmutata. eodem
Spiritum sanctum non ex duibus adsumpsisse columbam. eodem
Spiritus sancti proprium est, à patre & filio procedere. fo.2
Spiritus sancti diuinitas probatur. fo 4
Spiritus sanctus patri & filio consubstantialis & æqualis. fo.9
Spiritum sanctum eundem, in discipulis & patribus fuisse. fo.16
Spiritus sanctus quomodo pro nobis interpellare dicatur. eodem
Spiritus sanctus non potest dici deus & columba, uel deus & ignis, quemadmodum filius dicitur deus & homo. eodem
Spiritus sancti uaria dona. eodem
Spiritus sancti trium officiorum formæ in Apostolis sunt ostense. eodem
Spiritus sanctus aliquando homini suggerit necessaria et recedit. eodem
Spiritus sancti opus est, sanctos custodire. fo.17

Spiritus custos nobis datus est. eodem
Spiritussanctus alius est quàm pater & filius, sed nõ aliud. eodem
Spiritussanctus operatur intrinsecus. eodem
Spiritussanctus dicitur dei donum, & deus creditur. eodem
Spiritussanctus latenter ante domini glorificationem dabatur. eodem
Spiritussanctus manifestius dabatur post diuinitatis Christi manifestationem. ibidem
Spiritum sanctum ante domini uisibilem glorificationẽ in hominibus fuisse. eodem
Spiritussanctus quare non sit natus de columba sicut Christus de fœmina. eodem
Spiritussanctus nõ apparuit hominibus fallaciter. fo.18
Spiritum sanctum in priuatam personam solam non uenisse, ut hæretici somniant. eodem
Spiritussancti primum capaces fuerunt qui unum deum uenerati sunt. eodem
Spiritussanctus extra ecclesiam neminem uiuificat. eodem
Spiritussanctus in paruulis etiam habitare creditur. eodem
Spiritussanctus, deus à Paulo uocatur. eodem
Spiritussanctus consolator ab eodem dicitur. ibidem
Spiritum sanctum etiam Antichristi aduentum in patribus & Prophetis fuisse. eodem
Spiritumsanctũ habere ultra perfectionem hoïs esse. eo.
Spiritussanctus quomodo cum Prophetis & iustis fuerit. eodem
Spiritum sanctum mysterium incarnationis Christi nescisse, Eusebius scripsit. eodem
Spiritussanctus, deus probatur per Paulum. eodem
Spiritussanctus deus per uetus testamentum demonstratur. fo.19
Spiritussanctus quare dicatur charitas. eodem
Spiritum sanctum tantum quisq; habet, quantum ecclesiã diligit. eodem
Spiritum sanctum nisi habeat quisq; nec deũ diligere poterit, nec mandata eius seruare. eodem
Spiritum sanctum habuerunt Apostoli uiuente Christo et eum non habebant. eodem
Spiritussanctus hominibus datur ad mensuram. eodem
Spiritussanctus non diuiditur, sed dona. ibidem
Spiritussanctus quare proprie dicatur spiritus eo.
Spiritussanctus nisi adsit cordi audientis, ociosus est sermo doctoris. eodem
Spiritussanctus præuidit futuros gratiæ aduersarios. fo.30
Spiritussanctus in sacramentis datur, etiam malis administrantibus. fo.52
Spiritussanctus habitat in paruulis nescientibus illis. fo.58
Spiritus multipliciter dicitur. fol.95
Spiritum proprium unusquisq; habet qui illius est animus, folio.96
Spiritus uitæ quis sit. eodem
Spiritus domini ubi non est ibi seruitus. fo.99
Statuta humana pro temporum uarietate mutanda. folio.77
Substantia et persona hæc duo nomina quomodo diuinæ essentiæ coaptentur. folio.3
Subueniendum in hac uita hominibus. folio.169
Summum bonum, non potest esse nisi boni caussa. fo.6
Superstitiones uanissime à quibusdam fiunt. foli.122
Supernorum societas quomodo se ad inuicem habeat, ignoratur. fol.20
Sylla supra modum crudelis fuit. fol.115
Symbolum Apostolos composuisse fertur. fo.84

T.

Tabularum Moysi fractura mysterium habet. fo.100
Theobrotus seipsum præcipitem dedit, lecto Platonis de immortalitate animæ libro. fo.140
Theodosij humilitas magna fuit. fo.111
Temerarium est diffinire quid interfit inter nasci et procedere. fol.19
Templi Serapis euersio à dæmone prædicitur. fo.134
Tempus ante tempora non fuisse. folio.1
Temporibus omnia aguntur. fo.66
Temporũ quatuor differẽtias habet populus dei. fo.101
Temporalium rerũ uarietates, non ex diaboli fauore, sed dei pendere iudicio. fo.123
Tertulliani error peruersissimus de aïa & deo. fo.140
Tertullianus animam corpus habere scripsit. fol.139
Testamenti noui & ueteris differentia. fo.100
Testamentum uetus quid sit & quare dicatur uetus. 96
Testamentum nouum unde dicatur. eodem
Testamentum uetus nouo phibet testimonium. eodem
Testamenti noui prædicatio ueteribus defuit. fol.97
Testamentorum amborum distincta sunt tempora. eodem
Torquatus filium occidit. fol.110
Tributa & uectigalia persoluenda. fol.103
Trinitas nulli, nisi sibi ipsi nota est. fol.20
Trinitatis pmixtio in diuinis non admittitur. fo.9
Trinitas unus deus, solus & uerus est. fo.1.4.&.6
Trinitatis quæ propria sint. fo.1
Trinitas humano usu uideri non potest. foli.1
Trinitas inseparabiliter operatur. eodem
Trinitas coæterna est. ibidem
Trinitatem non tricorporem esse. fo.2
Trinitatem in æternis rebus quærendam esse. eodem
Trinitatis operatio non potest esse diuisa. fo.3
Trinitas ad personam refertur. eodem
Trinitas, uerus deus sine initio sempiterna est. fo.4

Trinitas unius eiusdemq; substantiæ & naturæ est. fo.7
In trinitate nil temporibus locisue distat. fo.7
Triplex deus non dicendus q̃uis trinus. fo.2
Trinitatem in sua natura inuisibilem esse. fol.4.& 5
Tullium tanq̃ superstitiosum irridet August. fo.156
Tyrannus olim uocabulum honestum. fo.110

V.

Valentinus phantasticum Christum habuisse corpus docuit. fol.13
Varro Iouem putat deum,nescius quid diceret. fo.7
Varronis de simulachris sententia. fo.156
Vectigalia & tributa persoluenda. fo.103
Velle & perficere à deo nos habere. fo.38
Verbum dei prædicandum cum fiducia. fo.66
Verbi ministris præbere unde uiuant charitatis esse. fo.68
Verbi dispensatores mali quæ dicunt facienda esse. fo.69
Verbum Christi Iudam annunciasse. eodem
Verbi dispensatoris ueri officium quod sit. eodem
Verbum dei ab hominibus humiliter discendum & audiendum. fo.74
Verbum dei animæ cibus. eodem
Verbis Euangelij uita debet esse consona. eodem
Verbi auditor animali ruminanti debet esse similis. eodem
Verbum dei,homini est ut pisci hamus. eodem
Verbum Christum & uerbum Christi differunt. fo 75
Verbum dei dispares habet auditores. eodem
Verbum fidei,quare Apostolorum uerbum dicatur. eo.
Verbum patris Christus dicitur & quare. fol.76
Verbulis duobus duæ hæreses detruncantur. fo.4
Verbum dicere in spiritum sanctum,est quod corde conceptum,opere exprimitur. fo.17
Verbi prædicatores ueri in aperto Christum annunciant folio.76
Veritatem uidendo beati erimus. fo.19
Veritas multis odiosa est. folio.74
Veritas uinci non potest. folio.75
Veritas tutius quàm prædicatur. eodem
Veritas in illo est qui se peccatorem profitetur. fo.91
Verum aliquando tacendi ratio hæc est. fo.40
Victoriam omnem à deo esse. folio. 117
Vindicta pernitiosior scelere punito. fo.115
Vinum bibere,Manichæis sacrilegium est. folio.47
Viribus humanis nihil tribuendum. folio.37
Vir,an uxoris permisso alteram sibi adhibere possit. folio.151
Virtutes non officijs,sed finibus à uitijs discernendæ. fo.85
Visibile omne,est matabile. fo.1
Visa,à patribus per subiectam creaturam facta esse. eo.
Visio dei summum beatorum præmium fo.175
Voces ac species quibus patribus deus ante incarnationem dicitur apparuisse per angelos factæ sunt. fo.1
Vita ratione utentium sine remissione peccatorum non agitur. fo.85
Vitam beatam Philosophi quidam quid esset inuenire nõ potuerunt. fo.175
Vita æterna est cognoscere deum. eodem
Vita beata uita perfecta est. eodem
Vita æterna præmium est iustorum. eodem
Vita æterna sine baptismo & corpore & sanguine domini nulli separanda est. fo.46
Vita æterna summum bonum est. fo.82
Vitiorum non est auctor deus,sed ordinator. fo 6
Vitium per legem demonstratur,per gratiam sanatur. fo.95
Vmbræ cessauerunt aduenientibus rebus. fo.97
Vnitas trinitatis laboriosius quæritur. fo.1
Vnitas substantiæ,tres deos prohibet credere. fo.2
Vnitas trinitatis ad naturam refertur. fo.3
Vnitatis separatio in diuinis non admittitur. fo.9
Vocamur prædicatione pœnitentiæ. folio.42
Vocatio dei duplex est. folio.39
Vocando deum præstare fidem. fo.25
Vocatis secundum propositum omnia cooperantur in bonum. eodem
Vocandi & iustificandi semper inueniuntur. fo.32
Vocauit suos deus cum aduersi essent. fo.34
Vocati non omnes secundum propositum uocati sunt. fo.30
Vocatio regis Pharaonis,beneficio per Ioseph Aegypto facta. folio 34
Vocatio non fit secundum merita. fol.37
Voluntatum & naturarũ in diuinitate nulla est diuersitas. fo.4
Voluntatem bonam etiam à deo esse. fo.25.& 30
Voluntas libera non est cui dominatur iniquitas. eodem
Voluntas dei bona,in peccante Adamo impleta est. fo.31
Voluntatibus hominum deum dominari. fo.32
Voluntate hominem peccare. fo.34
Voluntas dei incommutabilis. fo.37
Voluntatum in homine unde tanta diuersitas. fo.38
Vxor quando dimittenda. fo.150
Vxor non dimittenda in fornicationis caussa. eodem
Vxorem dimittendam esse propter fornicationem quomodo intelligendum. fo.151
Vxor si opus est propter regnum cœlorum dimittenda. eodem
Vxor sterilis caussa procreandæ prolis non dimittenda. fo.152

Z.

Zelum non secundum scientiam qui habeant. fol. 85
Zoroastes artium magicarum inuentor. fo. 126
Zoroastes à Nino Assyriorum rege bello superatur. eodem

INDEX TOMI SECVNDI.

A.

ABstinentiæ exempla habes. fol. 20
Acceptio personarũ in ecclesia non leue est peccatum. fol. 12
Aduocatus iustum potest uendere patrocinium. fol. 11
Aduocatorum lingua fluuius alter Babylonis. fo. 11
Adulatores ut inimici cauendi. fo. 21
Adulantes amici peruertunt. eodem
Amicitia simulata quæ sit. folio. 1
Anatomaticorum crudelis diligentia reprehenditur. fo. 5
Anaxagoras in pilam proiectus & concussus expirauit. fol. 7
Arioli qui sint. fo. 16
Auari uaria excogitant adquirendæ pecuniæ genera. fo. 22
Auarus omnibus subiectus est. eodem
Auaritia simul diuina & humana iura peruertit. eodem
Auaritia modum non habet. eodem
Auaritia condemnatur in diuite non pecunia. fo. 15
Auaritia generali nomine omnis cupiditas complectitur. fo. 22
Auaritia iubet grauia, Christus leuia. eodem
Auaritiæ mala. eodem
Augures quibus rebus studeant. fol. 16
Augustinus in Poëtis se multa utilia didicisse fatetur. fo. 14

B.

Barbari in quo Romanis melioret. fo. 7
Bibulus à uino bibitur. fol. 23

C.

Caro frenanda abstinentia. fo. 23
Charitatis uis hæc est. fo. 19
Charitas mater omnium uirtutum. fo. 19
Charitas sola filios dei à filijs diaboli discernit. fo. 19
Charitate pollens inuictus est. fo. 18
Charitas uera quæ sit. eodem
Charitas deus est. eodem
Charitas ad deum adducit. eodem
Charitate colitur deus. eodem
Charitas quæ augeri non possit in nemine hic est. fo. 19
Christianus uindictam retribuere non didicit. fol. 9
Christum non ueraci animo annunciantes tolerati sunt nõ laudati. fo. 2
Christus non fuit sub fato. fo. 6
Cibi delicati absq; desiderio sumpti non officiunt. fo. 20
Coniugum esse & si quidam post uotum continentiæ nu pserint. fo. 8
Coniugatorum nemo sine consensu alterius continentiam uouere potest. eodem
Continentia donum dei est. fo. 20
Credere nemo potest nisi uolens. fo. 18
Continentia in quibus consistat. fol. 20
Crassus semel in uita risisse fertur, & ob id dictus Agelastus. fol. 8
Crimina accusanda sunt. fo. 14
Cupidus animam suam uenalem habet. fo. 21
Curiositas humana compescenda. fo. 11
Curiosum genus hominum confessores. eodem
Curiosi nimium quidam fuere Philosophi. eodem
Curiosos reprimere episcopi est officium. eodem
Curiosus pisci assimilatur marino. eodem

D.

Decimæ ecclesijs reddendæ. fol. 3
Decimæ tributa sunt egentium. eodem
Decimæ ex debito requiruntur. eodem
Desperandum de nullius hominis correctione. fol. 17
Deus per creaturam subiectam patribus ostensus est. fol. 10
Diabolus omnibus modis instat ut pios deijciat. fo. 15
Diabolo quantum permittatur ut homines tentet. eodem
Dilectio dei sine proximi dilectione esse non potest. fo. 18
Diuitiarum tria genera sunt. fol. 15
Diuites uti possunt consuetudine infirmitatis suæ. fo. 20
Diuitiæ non per mala opera quærendæ fo. 21
Docti ad fidem uenientes quomodo instruendi. fo. 17
Dubia facta in meliorem partem interpretanda. folio. 15

E.

Ebrietatis descriptio. fol. 23
Ebrietas nephanda committit. eodem
Ebrius sui nescius est. eodem

Ebrius

Ebrius secretorum proditor. eodem
Ebrietatis damna & incommoda. eodem
Ebrius Alexander Magnus Clitum occidit. eodem
Ebrietas est blandus dæmon. eodem
Ebrius Loth filiabus mixtus est. eodem
Ecclesiæ oblata repetere magnum est peccatum. fo.4
Ecclesiæ stipendia non mendicitatem sed potestatem esse. fo.5
Eleemosina quæ abominabilis deo sit. folio.21
Episcopi cuiusdam sententia de fuga in persecutione. fo.4
Episcopi quando à laicis occultandi. eodem
Episcopi & peruersi sacerdotes nocentissimi sunt in ecclesia. fo.12

F.

Fama bona, unicuiq; curanda est. fo.15
Fama non est negligenda. eodem
Fatum nullus hominum habet. fo.6
Fatum accusant peccantes. eodem
Fatale quid sit. eodem
Fatum uim asserunt Stoici. folio.7
Fato nihil fieri. eodem
Fidei fundamentum Christus. folio.18
Fides in animo credentis est. eodem
Fides ad beatitudinem necessaria. eodem
Fides bonarum rerum est & malarum. eodem
Flagellamur pro peccatis nostris à deo. fo.16
Fortitudo quid sit. folio.19
Fortitudo secundum Ciceronem quid sit. eodem
Fortitudo compellit aduersa patienter tollerare. fo.20
Fortis ueri, conditio quæ sit. eodem
Fugæ Athanasij utilitas. fol 4
Furtum est omnis illicita usurpatio rei alienæ. fo.12

G.

Genesianorum uide superstitiones. fol.16

H.

Haruspices horarum inspectores sunt. fol.16
Hæreses quare deus in ecclesia esse permittat. folio.1
Hæreticis quomodo utendum. eodem
Hæreticorum improbatio facit eminere quid sentiat ecclesia. eodem
Hæretici non libenter disputant. eodem
Hæresis prima sub Christo facta. eodem
Hæretici non rebaptizandi cum ad ecclesiam redeunt. eodem
Hæretici multis impedimento sunt, cum cogitantur habere & ipsi nomen Christianum. eodem
Hæreticus, male catholicus & scismaticus differunt. eodem
Hæretici & scismatici quando ab ecclesia pellendi. eo.
Hæretici non necandi. eodem
Historiæ gentium multum conferunt ad sacræ scripturæ intellectum. foli.13
Historiæ utilitas magna. eodem
Histriones dotare uitium est immane. folio.15
Hospitalitas sine discretione exhibenda. fo.15
Hospitalitatis cõsuetudine liberatur Loth à periculo ciuitatis. eodem
Humanus homo qui dicatur. fo.15
Hypocritæ nomen unde translatum sit. folio.1
Hypocritæ mali sunt simulatores. eodem
Hypocrisis nascitur amissa ueritate. eodem
Hypocritæ operarij dolosi. fo.2

I.

Ignorantium peccata minora sunt quàm scientium. fo.16
Ignorantia pœna peccati est. eodem
Imperatores quos dicimus fœlices. fo.13
Incantatores qui dicantur. fol.16
Inuenta reddenda sunt. fo.12
Inuidia mater superbiæ. fo.23
Inuidia unde oriatur. fol.eodem
Inuidia diaboli uitium est. eodem
Inuidus naui similis est. eodem
Inuidia sola miseria caret. folio.24
Inuidia definitur. eodem
Ioca non sunt mendatia. fol.2
Ira non semper reprehendenda. fo.22
Ira inueterata crescit in odium. eodem
Ira quid sit uide. eodem
Ira ne fiat pridiana cauendum. fol.23
Iudicanti temere temeritas ipsa obest. fo.15
Iudicijs temerarijs omnia plena. eodem
Iunius Brutus se stultum simulauit. fol.8
Iurisperitus uerum potest uendere consilium. fol.11
Iustitia quid sit. fo.19
Iustitia ordo & æquitas animæ. eodem
Iustitiæ humanæ disciplina. eodem
Iustitia ad bonam pertinet uoluntatem. eodem
Iustitiæ humanæ modum habes. eodem
Iustitia Christianorum constat remissione peccatorum. eodem

L.

Laborem manualem Apostolum præcepisse. fo.5
Laborare debent qui de Euangelio uiuendi potestatẽ non habent. eodem
Labore furta præcauentur. fo 5
Laborantes cantica diuina cantare debent. eodem
Legibus imperatorijs prohibentur hæretici bonis uti ecclesiasticis. fo.1

Licurgus

Licurgus Lacedemoniorum fuit legislator. fol.7
Luxuria uitium est animæ. fol.22
Luxuria inimica uirtutibus. eodem

M.

Mathematicorum deliramenta sunt cum detestatione irridenda. fol.6
Medici post curam ægrotos deo commitant. fol. 5
Medicorum disciplina Mathematicorum certior est scientia atq; manifestior. eodem
Medicinæ præcepta duplicia sunt. eodem
Mendatia omnia prædicando remouenda. fol.2
Mendatium Hieu impium fuit. eodem
Mendatia omnia odisse debemus. eodem
Mendatium licitum esse Priscillianistæ contendunt. fo.3
Mendatium nullum ex ueritate esse. eodem
Mendatium omne Augustino uidetur esse peccatum. eo.
Mendatiũ ꝓ salute alicuius factũ peccatũ esse ueniale. eo.
Mendatia etiam minuta imperfectis non inueniri. eo.
Mendatiorum duo sunt genera. eodem
Mendatio opitulante ad salutem nemo ducendus. fol.13
Mentiri quis dicatur. fol.2
Mentiendum nunq̃ est. eodem
Mentiendum nullo modo in doctrina religionis Christianæ. fol.3
Mẽtiendi ex scriptura ꝓpositis exẽplis caute utendũ. eo.
Miracula ubi fiunt non ab omnibus sciuntur. fol.16
Monachorum ociosorum excusatio ne laborare coganter. fol.5
Moriens quomodo inuenitur, ita à deo iudicatur. fol.10
Mortis diẽ quare deus incertum ordinauerit. fol.11
Morte nihil certius. eodem
Mors patienter ferenda. eodem
Mortui quõ uiuentibus appareant: fol10
Morti nemo resistere potest. fol.11
Mors quando irrepserit. fol.11
Mortis immaturæ causam habes. eodem
Mors omnibus imminet. eodem
Mortis timor mentem concutit. eodem
Mors quid sit. eodem
Mulierum. 5. simul peperisse pueros cautũ esse in quodam iuris libello. fol.7
Mulier quædam. 11. habuit uiros. eodem
Mulieres Scytharum quæ Amasones dictæ sunt mirabilia gesserunt. fol.8
Mulierum sanctarum qualis debeat esse ornatus fol.9
Munera accipere quid sit. fol.12

N.

Nubere bonum est, melius non nubere. fol.20

O.

Ocium multa mala Romanis attulisse. fol.24
Ocij nullus est fructus. eodem
Oculus impudicus impudici cordis est nuncius. fol.22
Odium quid sit uide. fol.24
Ornatus qui reprehendendus. fol.9

P

Patrum sermones, uita, coniugia, filij, & facta prophetias huius temporis fuisse. fol.17
Paulus quare de Euãgelio ut uiueret, nõ acceperit. fol.5
Peccatum non est quod inuitus ignoras. fol.15
Pecunia unde dicatur. fol.15
Persæ maures habent more mulierum. fol.7
Persæ filiabus miscentur. eodem
Persecutionis tempore agendũ quod Christus pmisit. 4
Phytonissæ unde dicantur. fol.16
Plato à Hieremia traditur imbutus. fol.13
Poëtarum uerba non accusat Augustinus, sed uinum erroris. fol.14
Prædicãtes uerbũ dei à quotidiano labore excusantur. 5
Præsbyteri duplici honore digni sunt fol.12
Princeps malus seruus est. fol.13
Præsumptio nostra Christus debet esse. fol14
Præsumptio perniciosissima est de propria iusticia superbire. fol.14
Prophetia ad mentalem pertinet uisionem. fol.10
Prophetia multis modis dicitur. fol.13
Prouitẽtia ubi est frustrantur omnia contraria. fol.13
Prouidere de necessarijs possumus. fol.13
Proximus quomodo reconciliandus. fol.12
Pulchritudo corporis dei donum est. fol.13
Prudentia quid sit uide. fol.19
Prudentiam carnis quis habere dicatur. eodem
Prudentia discernit bona à malis. eodem
Prudentia in quibus rebus eligenda sit. eodem
Prudens deo quis sit. eodem
Prudentiæ fructus. eodem

Q.

Questionarios monachos Graphice depingt Augusti. fol. 5

R

Raptores puniẽdos esse, ꝓbatur Augustinus à minore. fol.12
Rhetores & aratores admonendi, ne simplicitatem irrideant ecclesiasticam. fol.17
Rex iniquus est tyrannus. fol.13
Reges in quibus deo seruiunt. eodem
Romanorum ueterum continentiam habes. fol.7
Rudes quomodo cathecizandi. fol.16
Rudibus spes resurrectionis intimanda. fol.17

S.

Sabbathum quare non obseruetur à Christianis ad literam. fol.12
Sabbathum Christiani spiritualiter obseruant. eodem
Sacramenta non meritis perficiuntur sacerdotum. eodẽ
Sacrilegum furtum est detestabilissimum. fol.4
Salitores qui sint, fol.16
Sancti spiritus ignem in Symoniacorum sacramentis non lucere. fol.3
Sapientia alia non est q̃ ueritas. fol.12
Sathanas neminem cogit inuitum. fol.6

Simon emere uolebat quod uendere disponebat. fol.4
Simulata æquitas duplex est iniquitas. fol.1
Simulachrum apud Aegyptios in templis, ubi colebatur Isis & Serapis, erat, quod digito labijs impresso admonere uidebatur ut silentium fieret. fol.4
Sobrietatis bonum atq; utilitas. fol.20
Solon Athenienſium fuit legislator. fol.7
Sortilegi unde dicantur. fol.16
Spe uiuit homo. fol.18
Spe aliqui periclitantur. eodem
Sperari non potest quod non creditur. eodem
Spes non nisi bonarum est rerum. eodem
Spes nostra in uerbo dei collocanda. eodem
Spes ouo comparatur. eodem
Spes Christianorum quæ sit. eodem
Spes Christianorum certißima est. eodem
Superbia intercluſit regnum cœlorum. fol.21
Superbia Christum de cœlo deduxit. eodem
Superbia in benefactis etiam metuenda est. eodem
Superbiæ malum. fol.21
Superbia etiam bonis obest. eodem
Superbia in omnibus uitijs prior. eodem
Syrarum mulierum continentia magna est. fol.20

T.

Temperantia quid sit secundum Ciceronem. fol.20
Temperantiæ officium quod sit. eodem
Tentatione unusquisq; probatur. fol.15
Tentari melius est & probari, q̃ non tentatus reprobari. eodem
Tribulationes multas iusti habent in hoc seculo. fol.16
Tribulationes ad quid deus fieri permittat. eodem
Tropi non sunt mendatia. fol.3

V.

Verbi ministri angeli dicuntur. fol.13
Verbum dei non minus est q̃ Christi corpus. eodem
Veritatem occultans à mendatio excusatur. fol.2
Vidua uera quæ sit uide. fol.6
Viduæ non debent esse uerboſæ. eodem
Viduarum tria sunt genera. eodem
Viduitatis negotium quod sit. eodem
Viduæ quomodo orandum. eodem
Vindicatio quid sit. fol.9
Vindicta quando petenda. eodem
Vindictam quomodo sancti de inimicis petant. eodem
Vini usus mulieribus Romanis olim incognitus. fol.7
Vinum immodice sumptum debilitates generat. fol.23
Virtutes sanctorum recolere, est festa eorum celebrare. fol.12
Virtutum tria sunt genera. fol.18
Visionum uaria genera. fol.10
Visiones extaticiæ quæ sint. eodem
Visiones phantasticæ quæ sint eodem
Visionum tria sunt genera. eodem
Vita humana sine tentatione non est. fol.15
Vitæ sufficientia non indecenter appetitur. fol.15
Vitia plura sunt uirtutibus. fol.20
Vitium aliquando uitio tollitur. eodem
Vitia tria sunt, de quibus innumerabilium peccatorum exurgit seges. eodem
Vitia animæ tormenta. fol.21
Vitia quædam, uirtutibus aliquam iungant similitudinẽ. eodem
Viuentes aliquando adparent uiuentibus. fol.10
Votum perfectum & uerum hoc est. fol.8
Vouens continentiam, eam custodire debet. eodem
Votum continentiæ etiam propter bonum magnum esse rumpendum. eodem
Vouentur omnia quæ deo offeruntur. eodem
Vota reddenda. eodem
Vsurarij & fœneratores improbandi. fol.4
Vsura & fœnus professionem habent. eodem
Vsurariorum excusatio. eodem
Vsuras leges restituere iubent. eodem
Vxores. 12. uir quidam habuit. fol.7

INDEX PRINCIPALIVM sententiarum tertij Tomi.

A

Aaron subitanea morte defunctum esse. fol.48
Abominatio est iniquo uir iustus. fol.14
Abraham in ignem apud Chaldeos mittitur. fol.3
Abrahã ignẽ superstitione Chaldeorũ colere noluit. ibi.
Abraham usq; ad natiuitatem Iacob uixisse. eodem
Abrahæ uxor sua intacta à Pharaone redditur. eodem
Abraham uxorem suam dixisse sororem nõ mentiũ fuisse. eodem
Abraham transfluuialem appellatum esse, græca exemplaria indicant, & quare. eodem fol.
Abraham in angelis sibi apparentibus deum intellexit. fõlio 4
Abraham pater est fidelium. fol.137 & 138
Adam an habuerit spiritum sanctum quæritur. fol.134
Adæ & Euæ creatio & conditio qualis fuerit. 137
Adam ante peccatum, non necessitate uel indigentia, sed uoluptate operabatur paradisum. 145
Adiutorium dei petendum et sperandum in spiritalibus conflictibus. fõlio 61
Adorare etiam homines possumus. fol.6
Adulterum impium esse, & morte plectendum. fol.63
Aenigmatistæ olim dicebantur, quos nos poëtas uocamus. fol.55
Aetas seniorum minor est quàm senum. fol.4
Aetates sex mundi describuntur. fol.77
Aioth iudice 80 annos Israhël pacem habuisse. fol.27
Allophyli qui appellentur. fol.50
Anabaptistas erroris sui hic patrocinium non reperturos. fol.66

Angeli nomine homines appellatos. fo. 1
Angelos sanctos ad cõcubitum mulierum non descendisse. eodem
Angeli nomine etiam Christus significatus est. fo. 6
Angelus ex persona dei loquitur in Prophetis. eodem
Angelos uirorum nomine solere appellari. fol. 73
Angeli omnes æquales creati sunt, fo. 143
Animas in scripturis sæpe pro hominibus dici. fol. 14
Animæ natura immortalis ostenditur. fol. 46
Animam suam deus uoluntatem suam dicit. fol. 49
Animæ an ex traduce sint sicut & corpora. fol. 84
Antichristus ex tribu Dan exurrecturus existimatur. fol. 69
Appollinaristæ Christum non habuisse animam dicũt. fol. 49
Appollinaristarum hæresis quæ sit. fo. 198 & 197
Apocryphi libri incautorũ auribus inseruntur, ad persuadendas fabulosas impietates. fo. 55
Apostolorum quatuor sunt genera. folio 148
Arbores fructiferæ in paradiso, nõ pro uirtutibus animi accipiendæ sunt. fol. 3
Arcam Noë Origenes cubito geometrico cõmẽsuratur. fol. 1
Archimagiri potestas quæ sit. fol. 12
Architectorum probitas atq; iusticia ostenditur. 33
ἀοριστία percussos, quos dicimus. fol. 5
Arrianæ respõdet Augu. impietati. 99 & 100 et 222
Asiam dimidiũ terrarum orbem quidam posuerunt. 67
Asiam uniuersam Scythas olim possedisse. fol. 71
Astaroth nomen esse apud gentes aliquarum partiũ, Iuonis. fol. 71
Asteriscis quid significetur. fol. 14
Astrologos inimicos esse ueritatis. fol. 91
Auctoritatem Mosen habuisse, Aaron uero ministerium. fol. 23
Auaritiam Balaam iumentum coercuisse. fol. 56
Auium uoces quidam sciunt discernere. 85

B.

Baal nomen esse apud gentes, aliquarum pardum, Iouis. fol. 71
Balaam dicere compulsus, quod uirtute spiritus cogebatur. fol. 56
Balaam nullo diuino commendatur testimonio. fol. 88
Balaam Hariolus fuit, ibidem
Baptismi sacramentum, etiam post acceptum spiritum sanctum Cornelium nõ contempsisse. fol. 54
Baptizatum recte baptismi sacramento, mundari spiritaliter, id est, inuisibiliter in carne & anima. fo. 55
Baptismum non prodesse si desit fides. ibidem
Baptismus carnali ratione non consistit. fol. 91
Bella iusta quomodo olim gerebantur. fol. 55
Bellum iustum qui gerit, nihil referre an insidijs uel aperta pugna, uincat hostem. fol. 67
Bellare non omnibus phas est. ibidem
Bellum iustum quod sit. ibidem
Bellum iustum, quod deus imperat, est. ibidem
Benedicere scriptura utitur pro maledicere. fol. 72
Benedictionum Iacob interpretatio. fo. 210 & 211

C.

Cadaueribus mortuorum peccata significari in lege. 15
Cain quomodo dicatur ædificasse ciuitatem. fol. 1
Carnem Christi etiam ex peccatoribus propagatam esse. fol. 20
Castra dei, quæ Iacob uidit, angelorum fuit multitudo, ea etiam in scripturis militia cœli nominatur. fol. 9
Christus quare in hunc mundum missus sit, & non alius. fo. 124
Christum patrem dominum dixisse nõ facile inueniri. 6
Christum octauo calendas Ianuarias natum esse. fol. 18
Christus circa octauũ calẽdas Aprilis passus fertur. ibi.
Christum baptismo Ioannis non indiguisse. folio. 44
Christus unus saluator noster est. fo. 69
Christi plurimi dicuntur per gratiam. ibidem
Christianus si ad tempus uindicet non acerbe neq; cum sanguine, non peccat. fol. 92
Christianus non nascitur de Christiano. fol. 95
Christianis iam factis occidere non licet. fol. 106
Christianorum spes, est desperatio rerum mundanarum fol. 131
Christiani perfecti sunt ad comparationẽ infideliũ. 134
Christiani multa habent prærogatiua. fol. 126
Christianus omnia facere potest, quæ consilio recte fieri possunt ad euitãda quæ aduersa sunt. fol. 2
Christiani ad bibendum Christi sanguinem exhortandi si uelint habere uitam. fol. 46
Christiani angeli dicuntur, & quare. fol. 83
Circũcisionis præceptũ seueritate uindictæ sancitur. 17
Cognationem inter Mariam & Helisabeth quomodo intercesserit fol. 74
Commune duobus modis appellatur fol. 81
Communicantes corpori & sanguini christi efficitur Ecclesia Christi coniunx fol. 148
Confessio quæ habeat salutem fol. 105
Consiliũ ueritatis à quolibet homine datũ, non contemni debere fol. 23
Consilium Balaam malignum. fol. 58
Consuetudinis olim fuisse, & adhuc in multis locis esse, ut propinqui propinquos oscularentur. fol. 8
Consuetudo apud Persas est, paßim & nulla lege nubere. fol. 46.
Consuetudinem habent nonnullæ Gentes incidere corpora sua in demortui luctu fol. 47
Corpora sanctorum insepulta nihil derogari integritati beatorum folio 15
Cubitum Geometricum tantum ualere, quantum nostra cubita sex ualent. folio 1.

D

Dauid quare ꝑpter numerationẽ populi punitus. fo. 30

Deus auctor mali non est fol. 179
Deus non patitur necessitatem. eodem
Deum agere in cordibus hominum fol. 72
Deus facere dicitur cum facientes adiuuat. fol. 33
Deus in scripturis ad homines loquitur more humano. folio 4.
Deus tentare dicitur cum nos probat fol. 6
Deo soli seruire debemus eodem
Deum iuste omnia uelle fol. 17
Deum bene uti cordibus malis fol. 18
Deum nusquam deesse fol. 24
Deus nullo continetur loco 27
Deus spiritus est ibidem
Deum malis mala ingerere, quia iustus est fol. 31
Deum adesse malis uindicando & puniendo eodem
Deum specie qua uolebat oculis apparuisse mortalium. eodem
Deum prohibuisse hominem de propriarum uirtutū meritis gloriari. fol. 32
Dei posteriora Christum esse. eodem
Deus zelator dicitur per metaphoram eodem
Deum non de uerbis, sed de cordibus iudicare fol. 52
Deus cum per angelum loquitur, ipse loquitur. fol. 56
Deū ita esse adiutorē, ut etiam homines aliquid agāt. 58
Deum non auferre, sed adiuuare uoluntatis arbitrium. folio 60.
Deū in sanctis suis quædā temporaliter uindicare. fo. 65
Deum uerum ueteris Testamenti auctorē quidam credere nolunt. fol. 67
Deum nō delectari sacrificijs corporū humanorū. fo. 75
Deus quare mundum fœcerit fol. 79
Deus quid sit eodem
Deus cordis est auditor magis quàm uocis. fol. 83
Deus mortis non est inuentor, sed iudex fol. 85
Deus in sua natura uideri non potest. fol. 93
Deus omnia potest, sed non facit. fol. 99
Deus nullum patitur defectum. fol. 119
Deus nusq̄ deest. eodem
Dei auctoritas abnuitur, ubi multorum deorū meritum & reuerentia prædicatur. folio 121
Deus spiritus est, spiritalia requirit sacrificia. fol. 124
Deus uoluntate deus est, non natura. fol. 142
Deus res est incorporea. fol. 146
Dei ambulatio in paradiso per creaturam facta est. fol. 145
Deus mouet se ipsum sine tempore & loco. fol. 146
Deus quod uere unus & trinus sit. fol. 209 & 210
Delictum dicitur desertio boni. fol. 40
Dæmones quosdam mulieribus improbos esse. fol. 1
Dæmonia diuersa sunt & dispares habent uoluntates. fol. 128
Diaconi septem ꝛc corum testimonio creati sunt. fol. 103
Diabolus à Saul sub habitu & specie Samuelis adoratur. fol. 84
Diabolus appellatur in quo opera diaboli inueniuntur fol. 97
Diabolus suæ apostasiæ autorem non habet. fol. 101
Dydimus in libro de spiritu sancto, scripsit sumos Philosophos gentium sine spiritu sancto philosophatos esse, quamuis de patre & filio nō tacuerint. 19
Discretio quæ sit in scriptura, inter uxorem et concubinam. fol. 8
Disputatio non ueritate, sed ueritas disputatione quæritur. fol. 1
Diabolus quid sit. fol. 225
Diuitiæ & paupertates qua ratione à deo sint. fol. 85
Diues manens in diuitijs, an regnum dei ingredi possit: fol. 150 & 151 & 152
Dominatione debere excellere qui excellunt ratione. 14

E.

Ebriosis non patrocinari exemplum Ioseph. fol. 13
Ebrietas ī scripturis, p satietate solere poni aliquādo. ib.
Epicureorum positiones habes. fol. 212
Epicureorum fugienda æstimatio. fol. 213
Episcopus imaginem Christi habet. fol. 86
Episcopus testimonium habere debet etiam ab his qui foris sunt. fol. 103
Euangelistas ab exemplo probat, licet uerbis non omnino conueniant, rebus atq; sententijs non discrepare. 6
Eucharistia quando sit sumenda. fol. 203
Eunuchos in regno Romano fieri non licuit. 127
Excommunicatione nunc agit ecclesia, quod uetus testamentum interfectione. fol. 62
Extasis quid proprie dicatur. fol. 8
Extasim in magnarum rerum reuelationibus fieri. eodē

F.

Fati uim impugnat Augustinus. 127
Fidem Loth non magni roboris fuisse. fol. 5
Fides Ioseph erga dominū suū ibi cōmendatur. fol. 15
Fidē operibus à Paulo anteponi. 21
Fidem non esse omnium. fol. 29
Fides credenti sufficit ad iustificationem fol. 87
Fide propria unūquemq; saluari non alterius. fol. 106
Fides Catholica, quare reprehendat ritus sacrorum, hostias, thura & cetera, & quæ templorum cultus exercuit, cum idem cultus uideatur à deo primitus institutus. fol. 200
Fides sine operibus mortua est. fol. 196
Fœcunditas regionis Mesopotamiæ est maxima. fo. 9
Filius quomodo subiectus patri credendus. fol. 193
Flagitiorum compensationem periculosissime admitti. 5
Fornicationis & idololatriæ punitæ & uindicatæ exemplum. fol. 59
Fratres apud Iudæos etiam cognati dicebantur. fol. 141
Fotinus Christum non nisi ex Maria, nec antea fuisse contendit. fol. 90
Fur nocturnus occidi potest. fol. 25
Fur diurnus cū telo se defendēs legibus occidi potest. ibi.

G.

Garamantum regibus, tauri placuere ad sessum. fo. 128
Gratia maior noui testamenti est q̃ ueteris. fo. 130

H.

Hebdomadæ septuaginta, quadringentos nonaginta faciunt annos. fo. 37
Hæreticorum Catalogum habes. fo. 214. & 215
Homo constat ex quatuor elementis. fo. 119
Homo unde & quare homo dicatur. eodem
Homo an posit uiuere sine peccato. fo. 148
Hospitalitate Loth suscepisse angelos. fo. 4

I.

Iacob q̃ duas sorores, uxores habuit excusatur. fo 47
Idololatræ lapidibus tanq̃ dijs libare solent fo. 10
Idumæi ab Esau, qui et Edom dictus est propagati. fo. 11
Ieiunia nobis necessaria sunt, & uulneribus medicina. fo. 132
Ieiunia intemperantiam corporis mitigant. eodem
Iepte facinorosus & latronum princeps fuit. fo. 86
Iepte stulte & improuide deo uotum fœcisse. ibidem
Iesum Naue spiritum sanctum habuisse. fo. 57
Impius quis dicatur. fo. 63
Impium adulterum esse. ibidem
Infantes quare in Sodomis cum parentibus cremati sunt. fo. 82
Infantes non baptizati, & morte præuenti utrum pire non posint. fo. 149
Infernus quomodo intelligatur magnam esse quæstionẽ. folio. 12
Inferorum nomen uarie in scripturis poni. folio. 53
Innocentes quare cum nocentibus interire deus permittat. fo. 66
Iob iusticiæ & innocentiæ est exemplum. folio. 131
Ionas quomodo in uentre dicitur fuisse piscis. fol. 202
Ioseph. 17. suæ ætatis anno, in Aegyptũ uenditũ fuisse. folio. 11. & 12
Ira dicitur cum aderit ulciscendi libido. folio. 47
Isaac quod filium minorem benedixit, ad magnum pertinere mysterium. fol. 8
Iudæorum error ab Augustino conuincitur. fo. 221
Iudicium dei retractari non conuenit. fol. 83
Iudcium dei extremum quando futurum sit. fo. 115
Iurandum omnino non esse secundum Euangeliũ. fo. 59
Iurationem ueram malam non esse. ibidem
Iuramentum qua in re seruandum & non seruandum sit. fo. 67
Iurare an liceat aliquo modo. foli. 152
Iusticia nimia incurrit peccatum. fo. 82
Iustus multum non est, qui dei est imitator. eodem
Iustum probat necessitas in egestate. fo. 132
Iusticia uera at q̃ perfecta est æquitate. eodem

L.

Lamech an occiderit Cain ut putatur quæritur. fo. 81
Latria quæ & seruitus, uni soli debetur deo. fo. 26. et. 47
Latronem fuisse baptizatum potius credendum quàm nõ. fo. 1
Lex subintrauit ut abundaret delictum. folio. 33
Lex obseruatur ex aliqua parte à Christianis. fo. 56
Legis opus homo potest facere per charitatem iusticiæ. fo. 60
Legem quare deus non à primordio dederit. fo. 80
Lybiam uniuersæ Africæ nomen esse. fo. 67
Literas habuisse Hebræos, etiam ante legem datum. fo. 23
Loth quod dixit de turpitudine filiarum, non pro authoritate habendum. fo. 5
Loth secundum quendam modum iustus dicitur. eodem
Lucus, á contrario dicitur. folio. 72
Luctus mortui septem dierum, auctoritatẽ habere. fo. 16

M.

Magicas artes, gesta dominica fuisse quidam dixerunt. foli. 104
Magistratus omnis honorandus. fo. 85
Malum natura non est, sed priuatione boni hoc nomẽ accepit. fo. 143
Mandata dei an homo posit custodire si uelit. fo. 148
Manna quare panis angelorum dictus sit. fo. 83
Manichæus nuptiarũ aditus interludit, promiscueq̃ cõueniendum esse hortatur. fo. 93
Manichæi error describitur. fo. 222
Mathematicorum errores deum pulsant. fo. 128
Mathematicorum fatis credentes, fidei semen exterminãt fo. 131
Matheseos inimica legi dei dinoscitur. fo. 127
Mathusalem post diluuium fuisse, mendositas codicum peperit. folio. 1
Mathusalem sex annos ante diluuium reperitur defunctus. eodem
Mœchiæ nomine non nisi adulterium intelligi. fo. 62
Melchisedech homo, an angelus fuerit à quibusdam dubitatur. fo. 7
Mendatia quæ ioco dicuntur non deputari inter mendatia. fol. 13
Mendatium obstetricum Aegyptiacarum quale fuerit. folio. 16
Mentiendum pro salute esse, ubi nemo lædatur, quibusdã uidetur. fo. 47
Mentiendum omnino non esse, absolutè præceptum, quẽadmodum non faciendum idolum. eodem
Mentiendi exempla bene discutienda. ibidem
Meretrices & fornicatiõem omnem esse inhibitã. fo. 62
Meritis illorũ, quos deus diligit, posse nos releuari apud deum, etiam cum merita nostra nos grauare ne diligamur à deo. fo. 31
Miraculorum Moysi & Magorum differentia. fo. 197
Messis tritici initio ueris est in Palestina. fo. 66
Mortem acceleratam quibusdam utilem esse. eodem
Mortis auctor peccatum est. fol. 85
Mortes quatuor scriptura ostendit. fo. 145

Moyses an recte fœcerit Aegyptium occidendo. fo.17
Moyses.40.diebus & totidem noctibus panem nõ manducauit, nec aquam bibit. fo.33
Moysi mortis cauſſam habes. fo.56
Moyses ut dei famulus defunctus. fo.65
Mulier quædam,adulterij ſuſpitione punienda, propter puerum quem pepererat,utiq; parẽti generiq; diſsimilem,qua ratione ſoluta fuerit. fol.9
Mulier an imago dei dici poſsit. fo 83
Mundi initium quando cœperit. fo.90

N.

Natura non corporalibus loquitur modis. fol.144
Nazarei qui dicebantur. fo.78
Nazareos certis diebus uinum non bibiſſe. eodem
Nili inundatione, Aegypto frumenta prouenire. fo.15
Noë etiam indomitis feris in Arca de alimento prouidiſſe. fo.2
Nouatiani pœnitentiam ſalutarem eſſe negant. fol.103
Nouendialis circa mortuos luctus prohibendus. fo.16
Numæ Pompilij tempore Romam.40.annos quieuiſſe à belli incommodis. fo.72
Numerus quinquagenarius quid ſignificet. fo.208
Nuptias ſeptem diebus ſolere celebrari,ſacra ſcriptura oſtendit. fol.8

O.

Obeliſcis quid ſignificetur. folio.14
Oblatio quæ fit pro defunctis,an aliquid conferat animabus quæſtio. fol.154.&.155
Opera bona ex fide penderẽ. folio.21
Orationibus martyrum deum propitiari peccatis populi ſui. fol.18
Ordinem naturalẽ in hominibus eſſe,quibus inuicem ſeruiant. fo.14
Ordinibus ſuperioribus deus honorem decreuit. fo.85

P.

Paganorum error improbatur ex Hermete,& Sibyllinis uerſibus. fol.202
Patripaſsianorum quæ ſit hæreſis uide. fol.141
Peccare in deum cum peccata perpetrantur carnalia. 5
Peccatum & delictum quomodo differant. fo 40
Peccatum eſt perpetratio mali. ibidem
Peccata nolentium quæ ſint. fo.53
Peccare in deum,eſt in his peccare quæ ad cultum dei pertinent. fol.65
Peccatum & recte factum eſſe in libero uoluntatis arbitrio. fol.179
Peccatorum differentiam habes. fol.180
Pecorum nutritores Patriarchæ fuere. fol.14
Pecora quare cum ſceleratis iubentur lege occidi.fol.48
Philoſophi carnis reſurrectionem propter corporale põdus irrident. fol.144
Philoſophorum de beata uita uariæ opiniões. 212.213
Phantaſma dici, ubi falſitate uiſorum intellectus noſter illuditur. foli.53
Pœnitentiã eſſe ſalutarẽ cõtra Nouatianos uide.fo.104
Perſarum reges olim non uidebantur à populis.fol.128
Perturbationes an cadere poſsint in animum ſapientis. fo.4
Perturbatio humana non cadit in deum. eodem
Pij facere poſſunt,quæ facienda ſunt in præſidium ſalutis ab hominibus,ne prætermittentes ea,deum tentare uideantur. fol.9
Pij legem dei conſulunt ſempiternam. fo.23
Pilatum Chriſtum non crucifixiſſe,ſed Iudæos uide. 92
Pœna peccati,peccatum appellatur. fo.48
Poëtis utimur uerborum auctoribus,non rẽrum uel ſententiarum. fo.4
Poëtarum conſuetudo atq; licentia,eſt miſcere carminibus ſuis Aenigmata fabularum,quibus aliquid ſignificare intelligantur. fo.55
Præcepta legis decem quomodo diuidenda. fo.24
Præcepto quo iubemur non occidere magiſtratũ nõ tenere. eodem
Præceptorum dei decem, diſtinctio. fo.81
Primogenitus dicitur unigenitus. fo.61
Prodigiorum inſpectiones à ſignificationibus diuinorũ miraculorum diſcernendæ. fo.161
Propheta dei,enunciator dicitur uerborum dei. fol.18
Proximus eſt omnis homo homini. fo.47

Q.

Quadrageſimale ieiuniorum tempus non fruſtra ab eccleſia inſtitutum eſſe. fo.16

R

Regem deus Iſraëlitis permiſit habere,non præcepit.61
Regnandi atq; florendi,tempus impijs dari occulta diſpenſatione diuinæ prouidentiæ. fo.52
Regnum dei non literatis,ſed fidelibus deum promiſiſſe. fo.102
Rex imaginem dei habet. fo.85
Riſus Saræ dubitationis fuit. fo.4
Romanorum Leuitarum ſuperbiam taxat Aug. fo.102
Romanis mulieribus uini uſus olim incognitus. fo.128
Romanorum ueterum continentia. eodem

S.

Sabbathi præceptum figurata obſeruatione apud Iſraëlitas uelatum fuit. fo.34
Sabbathum requies ſancta domino dicitur,dei ſcilicet gratia tribuenda,non nobis ueluti ex nobis. ibidem
Sabbathi plenitudo in requie erit ſempiterna. ibidem
Sabbathi præceptum ceremoniale eſſe. fo 27
Sabellij error confutatur. fo.222
Sacerdotalis dignitas oſtenditur. fo.103
Sacerdotis conuerſatio, exemplis bonorum operum debet eſſe nota. fo.29
Sacerdotũ & ſacrificia ueteris teſtamenti umbræ fuerunt futurorum.

futurorum. fo.56
Sacerdotium uniuersum regale testamenti noui p tribum Leuitarum significatum. fo.60
Sacramentum consecrationis à nullo aspernandũ. fo.57
Sacramenta duo tantum esse ecclesiæ. fol.23
Sacramentorum uisibilium fructus, inuisibilem dei gratiã per spiritumsanctum esse. fo.48
Sacramenta uisibilia sine sanctificatione inuisibilis gratiæ nihil prodesse. ibidem
Sacramentum uisibile nullo modo contemnendum. ibi.
Sacramenti contemptor inuisibiliter sanctificari nõ potest. ibidem
Sacrificium Abel quare deo acceptum, & Cain refutatũ. fo.80
Sacrificiorum sunt duo genera. fo.106
Sacrificijs iniqui actus non redimuntur, sed misericordia, & lamentatione. eodem
Samuël quomodo à Phytonissa credatur excitatus. fol.156
Sancti in alia uita perfectam suo modo habebunt dei cognitionem. fo.59
Sanctificatio inuisibilis, sine uisibilibus sacramentis esse potest fo.48
Sanctificatio uisibilis quæ fit per uisibilia sacramenta, sine inuisibili gratia posse adesse, prodesse nõ posse. ibidẽ
Sanctificatus Cornelius inuisibiliter, nihilominus uisibile accepit sacramentum. ibidem & 54
Scriptura mentiri non potest. fo.7
Scripta non omnia esse, quæ deus locutus est eis, p quos nobis sancta scriptura eius ministrata est, fo.42
Septenarius numerus, quietis inditium esse, fo.16
Serpens quomodo Euæ collocutus sit. fo.85
Serpẽs totũ corpus ad tuẽdũ caput obijcit psequẽti. 139
Seruitus iusta, & iusta dominatio quæ sint. fo.14
Seruitutem uel iniquitate uel aduersitate fieri. ibidem
Seruitutem quando iniquitas generarit. ibidem
Seruitutem quando aduersitate accidisse legatur. ibidem
Seruos primos bella fœcerunt. eodem
Seruos à seruando appellari. ibidem
Seruos Apostolica auctoritas dominis suis iubet esse subiectos. fol.25
Seruire hominibus scripturam non prohibere. fo.47
Signorum petitio à iustis quid differat ab illicitis augurationibus. foli.6
Spes in homine non ponenda. fo.98
Spiritussanctus, bis numero legitur datus. fol.16
Spiritussanctus digitus dei dicitur. fo.19
Spiritumsanctum deum esse mõstratur. fo.22
Spiritus domini agit per bonos & malos, scientes & nescientes. fo.76
Spiritum sanctum mundum arguere de peccato quomodo intelligendum. fo.96. & 97
Spiritussancti doni trium officiorum formæ in Apostolis sunt ostensæ. fol.98
Spiritussanctus deus esse probatur. fo.101
Spiritumsanctum nesciuisse incarnationis Christi mysterium scripsit Eusebius. fo.135
Stoicus quidam Philosophus in maris quadam tempestate perturbatur. fol.3
Stoicorum opinio in quo deficiat. fo.213
Stulta mundi eligit deus, ut confundat fortia. fo.56
Sibylla etiam testimonium Christo perhibuit. fo.221

T

Tentat Deus ut probet. fol.22
Tentatio duplex est fol.102
Terrã promissionis 40. annos quieuisse à bellis sub Othoniele iudice fol.72
Testamentum nouum in uetere latet, uetus in nouo patet. fol.24.
Testamentũ uetus quinq; libris Moysi excellere. fol.50
Testamentum nouum quatuor Euangelijs ibidem
τετραγράμματον nomen Dei ineffabile. fol.29
Titulos ueteres, non ut eos pro dijs colerent, sed ut eis aliquid significaret, erexerũt fol.9
Traditores non esse, qui sacerdoti quorumlibet prodũt peccata, quæ admonendo curari possunt. fol.28
Traditiões humanæ quæ auctoritate sacræ scripturæ uel consuetudine uniuersæ Ecclesiæ non sunt roboratæ, resecandæ sunt. fol.209
Typographiam tabernaculi habes fol.34

V

Veritatis probatio uirtus est. fol.98
Vestimenta scindere, lugentium fuisse antiquorũ. fol.48
Viduarũ uestimenta temporibus Patriarcharũ certa fuisse & à coniugatarum distincta. fol.12
Vidua uera quæ sit fol.63
Vinum apud Israëlitas quid peperisse fol.64
Vir senior cum muliere seniore filios facere non potest. folio 4.
Viri sublimis culpa, graue est peccatum. fol.82
Viros unius spiritus impossibile est discordare. fol.92
Virgines, in scriptura mulieres appellari solitas. fol.57
Visio Dei summum erit beatorum præmium. fol.10
Visionum tria genera sunt. fol.147
Vitam istam temporalem sanguine contineri in corpore. folio 46.
Vita beata quid sit. fol.213
Vitiorum originem in hominis uoluntate esse. fol.19
Vitium hominis esse inexcusabile, etiam si adiutorium dei desit. fol.64
Verbi nomine scriptura etiã factũ appellare solet. fo.72
Votum quale non infringendum. fol.57
Votum filiæ uirginis pater abnuere potest. eodem
Votum uiduæ implendum. eodem
Vota mulieris nuptæ, nisi auctor fuerit uir permittendo reddi non debere. eodem
Votorum pulcherrimum discrimen. fol.75.76.77
Vxores, lex pene famulas esse uoluit. fol.62

FINIS.

LIBRO I. DE TRInitate, Cap. II.

Trinitas vnus deus, solus, et verus est.

QVOD TRINITAS SIT *unus deus, & solus, & uerus: & q̃ rectè pater, & filius, et spiritussanctus, unius eiusdemq; substantiæ uel essentiæ dicatur, credatur, intelligatur: ut non quasi nostris excusationibus illudantur, sed re ipsa experiantur: Et esse illud summum bonum, qd' purgatissimis mentibus cernitur: & à se propterea cerni comprehẽdiq; non posse: quia humanæ mentis acies inualida, in tam excellenti luce non figitur, nisi per iustitiam fidei nutrita uegetetur.*

Cap. III.

Nihil quæritur laboriosius, quã vnitas trinitatis.

Vbi quæritur unitas trinitatis, pater, & filius, et spiritussanctus, nec periculosius alicubi erratur, nec laboriosius aliquid quæritur, nec fructuosius aliquid inuenitur: Quisquis ergo cum legit, dicit: hoc nou benè dictum est, quoniam non intelligo, locutionem meam reprehendat, non fidem: & forte uerè potuit dici planius: uerumtamen nullus hominũ ita locutus est, ut in omnibus ab omnibus intelligeretur &c.

Cap. IIII.

Que esse propria diuine trinitatis censuerunt catholici tractatores.

Omnes quos legere potui, qui ante me scripserunt de trinitate, quæ est deus, diuinorum librorum ueterum & nouorum Catholici tractatores, hoc intenderunt, secundum scripturas docere, q, pater, & filius, & spiritussanctus, unius eiusdemq; substantiæ, inseparabili æqualitate diuinam insinuent unitatem. Ideoq; non sunt tres dij, sed unus deus: quàmuis pater filium genuerit: & ideo filius non sit, qui pater est: filiusq; à patre sit genitus: & ideo non sit pater, qui filius est: spiritusq; sanctus nec pater sit, nec filius: sed tantum patris & filij spiritus: patri & filio etiam ipse coæqualis: & ad trinitatis pertinens unitatem: non tamen eandem trinitatem natam de uirgine Maria: & sub Pontio Pilato crucifixam et sepultam: tertio die resurrexisse, & in cœlum adscendisse: sed tantummodo filium. Nec eandem trinitatem descendisse in Matth.3. *specie columbæ, super Hiesum baptizatum: aut die pen-* Acto.2. *tecostes post adscensionem domini, sonitu facto de cœlo, quasi ferretur flatus uehemens, & linguis diuisit uelut* Marc.1. *ignis, sed tantũmodo spiritumsanctum. Nec eandem tri-* Matth.1. *nitatem dixisse de cœlo, Tu es filius meus: Siue cum ba-* Matth.17. *ptizatus est à Ioanne: siue in monte quando cum illo erant tres discipuli: aut quando sonuit uox, dicens, Et clarificaui, & iterum clarificabo: Sed tantummodo patris* Joan.12. *uocem fuisse ad filium factam, quàmuis pater, & filius, & spiritussanctus: sicut inseparabiles sunt, ita inseparabiliter operentur. Hæc etiam mea fides est, quoniam est catholica fides.*

Cap. VI.

Humano visu trini tas videri non potest.

Videri autem trinitas humano uisu nullo modo potest, sed eo uisu uidetur, quo nam qui uident, non homines, sed ultra homines sunt: Rectè ergo ipse deus trinitas intelligitur beatus & solus, potens, ostendens aduentum domini nostri Hiesu Christi temporibus proprijs.

Cap. X. Lib. II.

In specie hominis uidetur deus locutũ fuisse cum Adam.

Ac primum in eo quod scriptum est in Genesi, Locutum deum cum homine, quem de limo finxerat: Si ex cœpta figurata significatione, ut rei gestæ fides etiam ad litteram teneatur. Ita tractamus: in specie hominis uidetur deus cum homine tunc locutus. Verbo quidem expresse hoc in libro positum est, sed circumstantia locutionis id resonat maximè in illo, quod scriptum est, Vocem dei audiuisse Adam deambulantis in paradiso ad uesperam, & abscondisse se in medio ligni, quod erat in paradiso, deoq; dicenti: Adam ubi es? Respondisse: Audiui uocem tuam, et abscondi me à facie tua, quomã nudus sum. Quomodo enim posset ad litteram intelligi, talis dei ambulatio et collocutio, nisi in specie humana, non uideo. Gene.3.

Cap. XIIII. Ibidem.

Per subiectam creaturam, eandẽque corpoream, celum apparuisse oculis mortalium.

Item, In exitu filiorum Israhel de Aegypto. Scriptum est, Deus autem præibat illos, die quidem in columna nubis, & ostendebat illis uiam: nocte aũt in columna ignis, & non deficiebat columna nubis die, & columna ignis nocte ante populum. Quis & hic dubitet, per subiectam creaturam eandemq; corpoream, non per suam substantiam deũ oculis apparuisse mortaliũ, sed utrum patrem, an filium, an spiritumsanctũ, an ipsam trinitatem unum deum similiter non apparet.

Cap. XVIII. Eodem libro.

Patrẽ corporali specie mortalibus sensibꝫ significationem sui dare potuisse.

Ipsa enim natura, uel substantia, uel essentia, uel quolibet alio nomine appellandũ est, idipsum quod deus est, quicquid illud est, corporaliter uideri non potest. Per subiectam uero creaturam non solum filium uel spiritumsanctum, sed etiam patrem corporali specie, siue similitud ine mortalibus sensibus significationem sui dare potuisse credendum est.

Libro III. Cap. X.

Deus nõ est mutabilis.

Omne visibile, est mutabile.

Quæ in cœlis sunt, non quidem inuestigamus: Quo rerum genere & corpora angelica secundum propriam dignitatem, & eadem quædam corporalis actio continetur, secundum spiritum dei missum nobis de altissimis, & impartitam eius gratiam mentibus nostris audeo fiducialiter dicere, nec deum patrem, nec uerbum eius, nec spiritum eius, qui deus unus est, per id quod est, atq; idipsum est, ullo modo esse mutabilem, ac per hoc multominus esse uisibilem: quoniam sunt quædam quamuis mutabilia, non tamen uisibilia, sicut nostræ cogitationes, memoriæ, & uoluntates, & omnis incorporea creatura. Visibile autem quicquam non est, quod non sit mutabile.

Cap. XI. in eodem lib.

Visa patris

Quapropter substantia, uel si melius dicitur, essentia dei, ubi pro modulo nostro ex quantulacunq; particula intelligimus patrem, & filiũ, & spiritumsanctũ: quandoquidem nullo modo mutabilis est, nullo modo potest ipsa per semetipsam esse uisibilis. Proinde illa omia quæ

bus, qui creaturam subiectam facta esse manifestū est. Romanor. 1. Corin. 4.

patribus uisa sunt: Cum deus illis secundum suam dispensationem temporibus congruam præsentaretur, per creaturam facta esse manifestum est. Et si nos latet quomodo ea ministris angelis fœcerit, per angelos tamen esse facta, non ex nostro sensu dicimus, ne cuiq; uideamur plus sapere, præterq; oportet sapere, sed sapiamus ad temperantiam, sicut deus nobis partitus est mensuram fidei, et credimus propter quod et loquimur. Extat enim auctoritas diuinarum scripturarum, unde mens nostra deuiare non debet, nec relicto solidamento diuini eloquij, per suspicionum suarum abrupta præcipitari, ubi nec sensus corporis regit, nec perspicua ratio ueritatis elucet.

Ibidem.

Uoces ac species illæ corporales quibus patribus apparuisse dicitur deus. per angelos facte sunt.

Sed iam satis quantum existimo pro captu nostro disputatum & demonstratū est, quod in hoc libro susceperamus ostendere: Constititq; & pro habilitate rationis, quantum homo, uel potius quantum ego potui, & firmitate auctoritatis quantum de scripturis sanctis diuina eloquia potuerunt, quod antiquis patribus nostris ante incarnationem saluatoris cum deus apparere dicebatur, uoces illæ ac species corporales per angelos factæ sunt, siue ipsis loquentibus uel agentibus aliquid ex persona dei, sicut etiam Prophetas solere ostendimus, siue assumentibus ex creatura, q; ipsi non essent ubi deus figuratè demonstraretur hominibus. Quod genus significationum nec Prophetas omisisse multis exemplis docet scriptura.

In prohemio. IIII. Lib.

Essentia dei qua est nihil mutabile habet omnino.

Omnino enim dei essentia, qua est, nihil mutabile habet, nec in æternitate, nec in ueritate, nec in uoluntate, quia æterna ibi est ueritas, & æterna charitas: & uera ibi est charitas, uera æternitas: & chara ibi est æternitas, chara ueritas.

Lib. IIII. Cap. XXI.

Trinitas inseparabiliter operatur.

Sed planè fidenter dixerim Patrem, & filium, & spiritum sanctum unius eiusdemq; substantiæ, deum creatorem, trinitatem omnipotentem, inseparabiliter operari, sed ita non posse per longe imparem, maximeq; corpoream creaturam inseparabiliter demostrari, sicut per uoces nostras, quæ utiq; corporaliter sonant, non possunt pater, & filius, & spiritussanctus, nisi suis & proprijs interuallis temporum certa separatione distinctis, quæ suæ cuiusq; uocabuli syllabæ occupant nominari. In sua quippe substantia qua sunt tria, unum sunt: pater, & filius, & spiritussanctus: Nullo temporali motu, super omnem creaturam idipsum sine ullis interuallis temporum uel locorū, & simul unū atq; idem ab æternitate in æternitatem, tanq; ipsa æternitas, quæ sine ueritate & charitate non est: in meis autem uocibus separati sunt pater, filius, & spiritussanctus, nec simul dici potuerunt, & in literis uisibilibus sua separatim locorum spacia tenuerunt.

Coeterna trinitas est

Lib. V. Cap. I.

Vt sic intelligamus deum, si possumus, quantum possumus sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine indigentia creatorem, sine situ præsentem, sine habitu omnia continentē, sine loco ubiq; totum, sine tempore sempiternum, sine ulla sui mutatione mirabilia faciētem, nihilq; patientem: Quisquis deum ita cogitat, & si nondum potest omnino inuenire quid sit, pie tamen tenet quantum potest, aliquid de eo sentire, quod non sit.

Quid nō potest inuenire quid sit deus, cauere sentire de eo quod nō sit

Cap. V. in eodem.

Patris et filij res substantia.

Quamobrem quamuis diuersum sit patrem esse & filium esse, non est tamen diuersa substantia, quia hæc non secundum substantiam dicuntur, sed secundum relatiuum, quod tamen relatiuū non est accidens, quia non est mutabile.

Cap. VIII.

In dei nomine pater filius, et spiritus. pronunciatur.

In patris nomine ipse per se pater pronunciatur, in dei uero ipse & filius & spiritussanctus, quia trinitas unus deus est.

Ibidem.

Essentia est quæ græce ὑποστασις dicitur.

Essentiam dico, quæ usia græce dicitur, quam usitatius substantiam uocamus, dicunt quidem & illi Hipostasim, sed nescio quid uolunt interesse inter usiam & Hipostasim. Ita ut pleriq; nostrum, qui hoc græco tractant eloquio dicere cōsueuerunt μιαν ουσιαν τρεις ὑποστασεις, q. est latinè, unam essentiam tres substantias.

Cap. IX. eodem lib. X.

Ioan. 10. Quod dicimus tres personas esse in diuinis, fit magna inopia humanam eloquij.

Reuera enim cum pater non sit filius, & filius non sit pater, & spiritussanctus ille, qui etiam donum dei uocatur, nec pater sit, nec filius, tres utiq; sunt. Idcoq; pluraliter dictum est, Ego & pater unum sumus. Non enim dixit unū est, qd' Sabelliani dicunt, Sed unum sumus. Tamen cum quæritur quid tres, magna prorsus inopia humanum laborat eloquium, dictum est tamen tres personæ, non ut illud diceretur, sed ne taceretur.

Cap. XI.

Deus sibi unitas est.

Et hæc trinitas, unus deus, deus solus, bonus, magnus æternus, omnipotens. Ipse sibi unitas, deitas, magnitudo, bonitas, omnipotentia.

Cap. XIII.

Pater relatiue dicitur ad filiū

Dicitur ergo relatiuè pater, idemq; relatiuè dicitur principium, & si quid fortè aliud, sed pater ad filium dicitur, principium uero ad omnia, quæ ab ipso sunt.

Cap. XVI.

Tempora non fuit tempus.

Non enim erat tempus anteq; inciperent tempora, et ideo non in tempore accidit deo, ut dominus esset, quia ipsorum temporum dominus erat, quæ utiq; non in tempore esse cœperunt. Quid respondebis de homine, qui in tempore factus est, cuius utiq; dominus non erat, antequàm esset, cui esset. Certè uel ut dominus hominis esset, ex tempore accidit deo. Et ut omnis auferri uideatur controuersia, certè ut tuus dominus esset, aut meus, qui modo esse cœpimus, ex tempore accidit deo.

Post

Post pauca ibidem.

Deo nil accidit.

Quòd ergo temporaliter dici incipit deus, qui antea non dicebatur, manifestum est relatiue dici: non tamen secundum accidens dei, q̃ ei aliquid acciderit, sed plane secundum accidens illius: ad quod dici aliquid deus incipit relatiue: Et qui amicus dei iustus esse incipit, ipse mutatur. Deus autem absit, ut temporaliter aliquando diligat, quasi noua dilectione, quæ in illo ante nõ erat, apud quẽ nec præterita transierunt, & futura iam facta sunt.

Ephe. 1. Itaq; omnes sanctos suos ante mundi constitutionem dilexit, sicut prædestinauit.

Lib. VI. Cap. VII.

Mole non est deus magnus.

Deus uero multipliciter dicitur magnus, bonus, sapiens, beatus, uerus, & quicquid aliud non indigne dici uidetur. Sed eadem magnitudo eius est, quæ sapientia: Non enim mole magnus est, sed uirtute. Et eadem bonitas quæ sapientia, & magnitudo, & eadem ueritas, quæ illa omnia. Et non est ibi aliud beatum esse, & aliud magnum, aut sapientem, aut uerum, aut bonum esse, aut omnino ipsum esse. Nec quoniam trinitas est: ideo triplex putandus est: alioqui minor erit pater solus, aut filius solus: quàm simul pater et filius. Quanq̃ non inueniatur quomodo dici possit, aut pater solus, aut filius solus, cum semper, atq; inseparbiliter, & ille cum filio sit, et ille cũ patre: non ut ambo sint pater, aut ambo filius, sed quia semper inuicem, neuter solus. Quia uero dicimus, & deum solum, ipsam trinitatem, quamuis semper sit cum spiritibus & animabus sanctis, sed solum dicimus qui deus est: quia non & illi cum illo deus sunt, ita solum patrem dicimus patrem, non quia separatur à filio, sed quia non ambo simul pater sunt &c.

Deus quoniam trinitas est non ideo triplex putandus est.

Deus quomodo intelligatur solus.

Cap. VIII.

Deus non triplex dicendus est.

Cum itaq; tantus est solus pater, uel solus filius, uel solus spiritussanctus, quantus est simul pater, & filius, et spiritussanctus: nullo modo triplex dicendus est: Corpora quippe adiunctione sua crescunt &c.

Lib. VII. Cap. IIII.

Uerius cogitatur deus quam dicitur.

Cum ergo quæritur quid tria, uel quid tres, conferimus nos ad aliquod inueniendum speciale uel generale nomen, quo complectemur hæc tria: neq; occurrit animo, quia excedit supereminentia diuinitatis usitati eloquij facultatem. Verius enim cogitatur deus quàm dicitur: & uerius est quàm cogitatur.

Post pauca ibidem.

Tres personas dicimus non secundũ scripturam: sed quia scriptura non cõtradicit.

Quid ergo tres? Si enim tres personæ, commune est eis id, quod persona est, ergo speciale hoc, aut generale nomen est eis, si consuetudinem loquendi respicimus. Sed ubi est naturæ nulla diuersitas, ita ibi generaliter enunciantur aliqua plura, ut etiam specialiter enunciari possunt: legimus enim personam domini, non personam dominum: propterea licuit loquendi ac disputandi necessitate tres personas dicere: non quia scriptura dicit sed quia scriptura non contradicit.

Cap. V. in eodem'.

Commodius dicunt tres pſone quã tres substãtie.

Sed tamẽ siue essentia dicatur, quæ proprie dicitur, siue substantia q. abusiue, utrumq; ad se dicitur, non relatiue ad aliquid. Vnde hoc est deo esse qui subsistere: Et ideo si una essentia trinitas, una etiam substantia: Fortasis igitur commodius dicuntur tres personæ, quàm tres substantiæ.

Cap. VI.

Deum non dicimus vnam essentiã tanquã ex vna materia tria quedã subsistant.

Nec sic ergo trinitatem dicimus tres personas uel substantias, unam essentiam, & unum deum, tanq̃ ex una materia tria quædam subsistant, etiam si quicquid illud est, in his tribus explicatum sit.

Lib. VIII. Cap. II.

Trinitatẽ non tricorpoream esse quẽadmodum Gerionem fabule ferunt.

Animum enim uerum habet, etiam qui non est magnanimus, quandoquidem corporis & animi essentia, non est ipsius ueritatis essentia, sicut est trinitas, deus unus, solus, magnus, uerus, uerax, ueritas. Quem si cogitare conamur quantũ finit & donat, nullus cogitetur per locorum spatia contactus aut complexus, quasi trium corporum nulla compago iunctura: Sicut tricorporem Gerionem fabulæ ferunt, sed quicquid animo tale occurrerit, ut maius sit in tribus quam in singulis, minusq; in uno quàm in duobus, sine ulla dubitatione respuatur: Ita enim respuetur omne corporeum, in spiritalibus autem, omne mutabile, qd' occurrerit, non putetur deus. Non paruæ noticiæ pars est, cum de profundo isto in illam summitatẽ respiramus: si anteq̃ scire possumus, quid sit deus, possumus iam scire quid non sit.

Lib. XV. Cap. IIII.

In eternis rebus trinitatẽ inquirere debemus.

Iam ergo in ipsis rebus æternis incorporalibus, & incommutabilibus, in quarum perfecta contemplatione nobis beata, quæ non nisi æterna est, uita promittitur: trinitatem, quæ deus est, inquiramus. Neq; enim tantũ diuinorum librorum auctoritas esse deum prædicat: sed omnis quæ nos circumstat, ad quam nos etiam pertinemus, uniuersa ipsa rerum natura proclamat, habere se præstantissimum conditorem: qui nobis mentem rationemq; naturalem dedit: qua uiuentia non uiuentibus, sensu prædita non sentientibus, intelligentia non intelligentibus, immortalia mortalibus, impotentibus potentia, iniustis iusta, speciosa deformibus, bona malis, incorruptibilia corruptibilibus, immutabilia mutabilibus, inuisibilia uisibilibus: incorporalia corporalibus, beata miseris, præferenda uideamus. Ac per hoc quoniam rebus creatis, creatorem sine dubitatione præponimus: oportet ut eum & summè uiuere & cuncta sentire, atq; intelligere, et mori, corrumpi, mutariq; non posse: nec corpus esse, sed spiritum omniũ potentissimum, iustissimum, speciosissimum, optimum, beatissimumq; fateamur.

Deus nõ est corpus.

Lib. III. Cap. IIII. De trinitate dei.

Si ergo Apostolus Paulus, quamuis adhuc portaret sarcinam corporis, quod corrumpitur & aggrauat animam, quamuis adhuc ex parte atq; in ænigmate uideret, optans dissolui & esse cum Christo, & in semetipso ingemiscens, adoptionem expectans redemptionem corporis sui, potuit tamen significando prædicare dominum Iesum Christum, aliter per linguam suam, aliter per epistolam, aliter per sacramentum corporis & sanguinis eius. Nec linguam quippe eius, nec membranas, nec atramentum, nec significantes sonos linguæ æditos, nec signa literarũ conscripta pelliculis, corpus Christi et sanguinem dicimus: Sed illud tantum, quod ex fructibus terræ acceptum, et prece mystica consecratum, rite sumimus ad salutem spiritalem, in memoriam pro nobis dominicæ passionis. Quod cum per manus hominum ad illam uisibilem speciem perducitur, non sanctificatur, ut sit tam magnum sacramentum, nisi operante inuisibiliter spiritu dei, cum hæc omnia, quæ per corporales motus in illo opere fiunt, deus operetur, mouens primitus inuisibilia ministrorum, siue animas hominum, siue occultorum spirituum sibi subditas seruientes: Quid mirum, si etiam in creatura cœli & terræ, maris & aëris, facit deus quæ uult, sensibilia atq; uisibilia, ad se ipsum in eis sicut oportere ipse nouit, significandum atq; demonstrandum, non ipsa sua quæ est apparente substantia, quæ omnino incõmutabilis est, omnibusq; spiritibus, quos creauit, interius secretiusq; sublimior.

Nota de sacramento corporis et sanguinis Christi.

De quinque Hæresibus. Cap. VII.

Pereant uaniloqui, & mentis seductores, Arrianus & Sabellianus. Non ego & pater unus sum, sed ego & pater unum sumus inquit. Quòd dico, unum, audiat Arrianus, quòd dico sumus, audiat Sabellianus, nõ diuidat Arrianus unum, non deleat Sabellianus sumus. Sed ambo ueniant, & sint etiam ipsi nobiscum in unum, sicuti ego & pater unum sumus. Ergo si pater & filius unum sunt: Imò quia indubitanter unum sunt, non duo sed unus deus.

Pater et filius unũ sunt, et ideo unus deus.

De inquisitione trinitatis.

Proprium est patris, quòd solus est pater, & quòd ab alio non est, nisi à se, proprium est filij, quòd à patre genitus est, solus à solo, coëternus & consubstantialis genitori. Proprium est spiritussancti, quod nec ingenitus, nec genitus est, sed à patre & filio coëqualiter procedens.

Proprium est patris quod solus pater est proprium filij, quod a patre genitus: proprium spiritussancti ab utroque procedens.

Ibidem.

Pater per se est plenus deus, similiter & filius plenus deus, & spiritussanctus plenus deus creditur.

Quelibet persona in trinitate per se plenus est deus.

Ibidem.

Quia una substantia est pater, & filius, & spiritussanctus, non tres substantiæ. Proinde unitas substantiæ, tres deos prohibet dicere aut credere.

Unitas substantie tres deos prohibet credere.

Ibidem.

Nullatenus ad solam patris personam pertinet, dum dicitur solus deus, siue in nouo, siue in ueteri testamento, & quòd deus solus siue hoc siue illud habeat uel faciat, sed ad totam trinitatem sanctam, quæ est unus deus omnipotens, omnia faciens quæ in cœlo & in terra.

Non ad solum patrẽ pertinet, quod sit solus deus: sed ad trinitatẽ, que est unus deus omnipotens.

De essentia diuinitatis in principio.

Omnipotens deus pater, & filius, & spiritussanctus, unus atq; trinus, unus uidelicet in natura, trinus uero extat in personis, solus inuisibilis, solus immensus atq; incomprehensibilis, solus incircumscriptus, solus immutabilis, incorporeus & immortalis, ubiq; præsens, sed lateus, ubiq; totus, sed immensus &c.

Unus deus in natura, trinus uero in personis.

Ibidem in fine.

Similitudo dei in homine refertur ad opus iusticiæ, dicente domino in lege, Sancti estote, quia ego sanctus sum deus uester: de qua sanctitate beatus Paulus informans ait: Renouamini spiritu mentis uestræ, & induite nouum hominem, qui secundum deum creatus est, in iustitia & sanctitate ueritatis. Et iterum ipse: Imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Et Ioannes ait, Qui dicit se in Christo manere, debet ambulare sicut ille ambulauit. Et ueritas in Euangelio: Estote misericordes sicut & pater uester cœlestis misericors est. Sicut enim imago dei ad naturam pertinet animæ, ita similitudo refertur ad opus iustitiæ.

Similitudo dei in homine refertur ad opus iusticie Leuiti. 19. Ephe. 4. 1. Cor. 11. 1. Io. 2. Luce. 6. Imago dei ad naturã pertinet animæ.

De trinitate & unitate. Cap. II.

Pater inquam deus, filius deus, spiritussanctus deus, nõ tres dij, sed unus est deus, ut Moyses dicit, Audi Israhel dominus deus tuus unus est deus, ac per hoc sicut dicimus non tres deos, non tres essentias, ita nec tres sapientias, nec tres spiritus. Nam interrogati de singulis psonis si sit pater sapientia, uel filius, uel spiritussanctus, Respõdemus, pater est sapientia, filius est sapientia, spiritussanctus est sapientia, non tres sapientiæ, nec tres spiritus, sed una sapientia, et unus spiritus, sicut una substantia, & una essentia, quia hoc illi patri est esse, quod filio sapientia & spirituisancto est esse. Et cum æquales sint pater, & filius, & spiritussanctus, filius tamen dicit, pater maior me est: Et non ueni uoluntatem meam facere, sed uoluntatem eius, qui misit me patris. Et, Pater si possibile est, transeat à me calix iste. Et mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit: Ista omnia & alia quæ dicit filius secundñ formam serui, quam assumpsit, intelligenda & dicta sunt.

Deute. 6. Joban. 10. Luce. 22. Joban. 14. Secundũ formam hominis ista intelligenda sunt.

In eodem. Cap. IX.

Singulorũ autem opera dicũtur, quæ ad unamquãq; manifestan-

Luce 3.

manifestantur pertinere personam, sicut natus ex uirgine, non nisi filius. Et uox de nube: Tu es filius meus dilectus, ad solius personam pertinet patris: Et in specie corporali columbæ solus apparuit spiritus sanctus: Tamen & illam carnem solius filij, & illam uocem solius patris, & illam speciem columbæ solius spiritus sancti, uniuersa trinitas operata est, non quòd inualidus sit unusquisq; eorum, sine alijs qui operatur implere: sed non potest operatio esse diuisa, ubi non solum æqualis esset, uerũetiam indiscreta natura, ita, ut cum tres sint, ac eorum singulus quisq; deus sit, tres tamen dij non sunt. Nã & pater, deus est: & filius, deus est: & spiritus sanctus, deus est. Nec filius idem est, qui est pater: nec idem spiritus sanctus, qui aut pater, aut filius. Sed pater, semper pater: & filius, semper filius: & amborum spiritus nunquàm cuiquam eorum, aut pater, aut filius, sed semper utriusque spiritus: Vniuersa tamen trinitas, unus est deus.

Operatio trinitatis non potest esse diuisa.

Ibidem cap. XII.

Gradus aut affectꝰ in trinitate nullus est.

Quoniamquidem hominum diuersa natura est, quorum separabilia opera esse possunt, quòd trinitatis non esse nosciturꝫ quòd aut gradus aut affectus, qui inuenitur in creaturæ disparilitate & infirmitate, nullus est in illa coëterna, & coæquali & impoßibili trinitate.

Cap. VII. de videndo deo, ad Paulinam.

Deus patribus apparuit specie, quã voluntas elegit, latente natura.

Sed illud propterea dictum est, quoniam deus natura inuisibilis est. Illi autem ideo uiderunt, quicũq; deum uiderunt, quia cui uoluerit, sicut uoluerit, apparet ea specie, quam uoluntas elegerit, etiam latente natura.

Cap. VIII. de videndo deo, ad Paulinam.

Deus natura inuisibilis est, non solum pater, sed ipsa trinitas unus deus.

Inuisibilis est igitur natura deus, non tantum pater, sed & ipsa trinitas, unus deus. Et quia non tantum inuisibilis, uerumetiam incommutabilis sic apparet, quibus uoluerit, in qua uoluerit specie, ut apud eum integra maneat eius inuisibilis incommutabilisq; natura. Desiderium autem ueraciter piorum, quo uidere deum cupiunt, & inhianter ardescunt, non opinor in eam speciem contuendam flagrat, qua ut uult, apparet, quòd ipse non est, sed in eam substantiam, qua ipse est, quod est.

Post pauca ibidem.

Nam multi uiderunt, sed qđ uoluntas elegit, nõ quod natura formauit. Et illud, quod sanctus Ioannes ait: Si rectè intelligitur, dilectißimi filij dei sumus, & nondum apparuit quid erimus: Scimus, quia cum apparuerit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est, non sicut homines uiderunt quando uoluit, in specie qua uoluit, non in natura quam in semetipso etiam cũ uideretur latuit, sed sicuti est, quòd ab eo petebatur, cũ ei diceretur:

1. Joan. 3.

Ostende mihi temetipsum, ab eo qui cum illo facie ad faciem loquebatur, nõ quia dei plenitudinem, quisquam non solum oculis corporis, sed uel ipsa mente aliquando cõprehendit.

Ecodi 13. Plenitudo dei non solum oculis corporeis, sed nec mẽte cõprehẽdi potest.

De præsentia dei ad Dardanum, Cap. III.

Christi diuinitas ita adstruenda ne ueritatẽ corporis auferat. Acto. 17.

Cauendum tamen est, ne ita diuinitatem adstruamus homines, ut ueritatem corporis auferamus. Non est autem consequens, ut qui in deo est, ita sit ubiq; ut deus: Nam & de nobis ueracißima scriptura dicit, Qui in illo uiuimus, mouemur, & sumus: nec tamen sicut ille ubiq; sumus, sed aliter homo ille in deo, quoniam & aliter deus in homine, proprio quodam & singulari modo.

Cap. V. in eodem.

Psal. 138. Deus non est qualitas mundi, sed substantia creatrix mundi. Deus substantialiter ubique totus est.

Si adscendero in cœlum tu ibi es: si descendero ad infernum, ades, quia substantialiter deus ubiq; diffusus. Sed sic est deus per cuncta diffusus, ut non sit qualitas mundi, sed substantia creatrix mundi, sine labore regens, & sine onere continens mundum. Non tamen per spacia locorum, quasi mole diffusa, ita ut in dimidio mundi corpore sit dimidius, & in alio dimidio dimidius, atque ita per totum totus, sed in solo cœlo totus, & in cœlo & in terra totus, & nullo contentus loco, sed in seipso ubique totus. Ita pater, ita filius, ita spiritus sanctus, ita trinitas unus deus.

Cap. VII. ad eundem.

Deus quomodo ubique esse intelligẽdus.

Ideo enim ubiq; esse dicitur, quia nulli parti rerum absens est: Ideo totus, quia nõ parti rerum partem suam præsentem præbet, & alteri parti alteram partem, æqualem æqualibus, minori uero minorem, maioriq; maiorẽ. Sed non solum uniuersitati creaturæ, uerumetiam cuilibet parti eius totus pariter adest.

Cap. VIII.

Deus non indiget aereo spacio, tanquã suo loco.

Sicut autem nec ab illo abest, in quo non habitat, & totus adest, quàmuis eum ille non habeat, ita & ille, in quo habitat, totus est præsens, quàmuis eum non ex toto capiat. Neq; enim ad habitandum diuidit se per hominum corda seu corpora, aliam sui partem huic tribuens, illi aliam, sicut lux ista per aditus & per fenestras domorum, sed potius si quemlibet sonum cum corporea res sit ac transitoria, surdus non capit: Surdaster non tantũ capit, atq; in his qui audiunt, cum pariter ei propinquent, tanto magis alius alio capit, quanto est acutioris: tanto autem minus, quanto est obtusioris auditus, cum ille non uariè magis minusue insonet: sed in eo loco, in quo sunt, omnibus æqualiter præsto sit, quanto excellentius deus natura incorporea, & immutabiliter uiua, qui non sicut sonus per moras temporum tendi & diuidi potest, nec spacio æreo tanquàm loco suo indiget, ubi præsentibus præsto sit: Sed æterna stabilitate in seipso

manens, totus adesse rebus omnibus potest, & singulis totus, quàmuis in quibus habitat, habeant eum pro suæ capacitatis diuersitate, alij amplius, alij minus, quos ipse sibi dilectissimum templum gratia suæ bonitatis ædificat.

Cap. XX.

Deus ab omnibus imaginum corporibus se auertat, cum deum vbique totum esse cogitat.

Hæc si pro uiribus nostris, quantum dominus adiuuit, ritè tractauimus, quando deum ubiq; præsentem, & non spacijs distantibus, quasi aliqua mole uel distensione diffusum, sed ubiq; totum cogitare te extendis, auerte mentem ab omnibus imaginum corporibus, quam humana cogitatio uoluere consueuit.

De cognitione veræ vitæ, Cap. III.

Deus nullis verbis proprie exprimi potest.

Sciendum igitur, deum nullis uerbis proprie exprimi, nulla posse cogitatione compræhendi. Quomodo enim immensus & incompræhensibilis prædicaretur, si humanæ locutioni uel meditationi includeretur. Nunc autem patet, quàm sit admirabilis, cum omnibus linguis sit inedicibilis, omnibus cordibus sit incogitabilis. Dialectica nanq; disserendi potens, potenter quæq; dubia diffiniens, cunctas scripturas cuibrans & euiscerans, cunctam humanam sapientiam annihilans, cum diuinitatem intendit, tantæ maiestatis luce repercussa, pauidum caput tremefacta reflectit, atq; in abdita mundanæ sapientiæ fugiens delitescit, dissolutisq; syllogismorum nexibus stulta obmutescit, nempe nomine & uerbo cuncta exprimuntur, quæ sub decem prædicamentis humano corde concipiuntur, sed quòd ex his nullum proprie deo conueniat, manifesta ratio comprobat.

Ex dialecticorum prædicamẽtis deo nullũ conuenit.

Post pauca ibidem.

His decem prædicamentis cuncta humana conditio includitur, & ab his omnibus proprietas summæ essentiæ euidenti ratione penitus excluditur. Cuncta etenim, quæ uel oppositionem, uel contrarietatem, uel accidens suscipiunt, nulla ratione deo proprie conueniunt: Igitur cum ratione repugnante nihil de deo proprie loqui uidemus, saltem improprie, & per ænigmata, de deo loqui satagimus.

Nihil de deo proprie loqui possumus.

Cap. VII. in eodem.

Ænigmatica definitio.

Porrò summus spiritus sicut à nullo intellectu ualet proprie cogitari, ita nulla definitione poterit proprie definire uel determinari. Sed quia intellectualis mens eum utcunq; agnoscere anhelat, hæc ænigmatica definitio ei interim sufficiat. Deus spiritus, est essentia inuisibilis, omni creaturæ incompræhensibilis, totam uitam, totam sapientiam, totam æternitatem simul essentialiter possidens, idem ipsa uita, ipsa sapientia, ipsa ueritas, ipsa iustitia, ipsa æternitas existens, omnem creaturam instar puncti in se continens.

Cap. X.

Cum itaque lux, splendor, calor, una sit natura, & indiuidua substantia, uocabulo uero diuersa, constat profectò patris, & filij, & spiritussancti unam naturam, indiuiduamq; essentiam esse, dum in eo quòd significat quid sit, substantialiter spiritus nominatur: Et item in personis diuersitatem necessariam, dum pater gignens, filius nascens, spiritussanctus ab utroque procedens, prædicatur.

Deus substantialiter spiritus nominatur.

Eodem lib. Cap. XI.

Vigilantissime substãtia et persona hec duo nomina, diuine essentie coaptãtur.

Ideo uigilantissimè hæc duo nomina, scilicet substantia & persona, diuinæ essentiæ coaptantur, quia semper substantia de indiuiduis prædicatur, in pluralitate consistentibus: persona autem, de indiuidua rationali natura prædicatur, cum nos soleamus personis pluralitatem, substantiæ autem designare essentiæ unitatem.

De fide ad Petrum, Cap. I.

Trinitatẽ esse vnum deum naturaliter, est credendũ.

Quocunq; igitur loco fueris constitutus, quia secundum regulam nostri saluatoris imperio promulgatam, nosti te in uno patris, & filij, & spiritussancti nomine baptizatum, principaliter atq; indubitanter toto corde retine. Patrem deum, filium deum, spiritumsanctum deum, id est, sanctam atq; ineffabilem trinitatem, unum esse naturaliter deum, de quo in Deuteronomio dicitur: Audi Israhel, dominus deus tuus, deus unus est. Et: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Deuter. 6. Matth. 4.

Post pauca ibidem.

Trinitatis vna est naturaliter diuinitas.

Sicut ergo nec filius posterior aut minor est patre, ita nec spiritussanctus posterior aut minor est filio. Aeternum quippe, & sine initio est, quòd filius de patris natura natus existit: & æternum ac sine initio est, quòd spiritussanctus de natura patris filijq; procedit. Ob hoc ergo tres, unum rectè credimus & dicimus deum, quia una prorsus æternitas, una immensitas, & una naturaliter est trium personarum diuinitas. Teneamus igitur patrem, & filium, & spiritumsanctum, unum esse naturaliter deum: neq; tamen ipsum patrem esse, qui filius est: neq; filium ipsum esse, qui pater est: nec spiritumsanctum ipsum esse, qui pater aut filius est. Vna est enim patris, & filij, & spiritussancti essentia, quam græci οὐσίαν uocant, in qua non est aliud pater, aliud filius, aliud spiritussanctus, quàmuis personaliter sit alius pater, alius filius, alius spiritussanctus: Quod nobis maximè in ipso sanctarum scripturarum initio demonstratur, ubi deus dicit: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Gene. 1.

In fine capitis.

Trinitas ad personas, vnitas ad naturam refertur.

Trinitas itaq; ad personas patris, & filij, & spiritussancti refertur, unitas uero ad naturam.

Cap. IIII. eodem libro, ad eundem.

Firmissimè tene, & nullatenus dubites, patrem, & filium, & spiritumsanctũ, unum esse naturaliter deũ, in cuius

Deus nomẽ est diuinæ naturæ.

cuius nomine baptizati sumus. Cum enim aliud nomen sit pater, aliud filius, aliud spiritussanctus, hoc est, utiq; unum naturæ nomen horum trium quod dicitur, deus,

Deutro 32.

Qui dicit in Deuteronomio: Videte, quoniam ego sum

Deute. 6. Matth. 4.

deus, & non est alius præter me. Et de quo dicit, Audi Israhel, dominus deus tuus, deus unus est. Et, Dominũ deũ tuum adorabis, & illi soli seruies.

Cap. V. Ibidem.

Trium personarum authoritate probatur diuinitas.

Firmißimè tene, & nullatenus dubites, patrem, & filium, & spiritumsanctũ, id est, sanctam trinitatem esse solum naturaliter unum deum. Quia cum tres deos nobis colere non liceat, nisi unum, solum, uerum deum, tamen sicut pater uerus deus dicitur, testante Apostolo, qui

De patre. 1. Thessa. 1.

ait, Cõuersi estis ad deum à simulachris, seruire deo uiuo

De filio.

& uero, Et expectare filium eius de cœlis, quem suscitauit à mortuis, Iesum. Ita quoq; filium uerum deum Ioannes commendat Apostolus, dicens, Scimus quia filius dei

1. Johan. 5.

uenit, & dedit nobis intellectum, ut cognoscamus uerum deum, & simus in uero filio eius Iesu Christo, hic est

Joannis 14

uerus deus, & uita æterna. Qui utiq; quoniã uerus deus est, etiam ueritas est, sicut ipse nos edocet, dicens: Ego sum uia, ueritas, & uita. De spiritu quoq; sancto Ioannes

De spiritu sancto. 1. Corin. 6.

apostolus ait: Quia spiritus est ueritas. Et utiq; non potest naturaliter deus uerus nõ esse, quia ueritas est. Quẽ etiam deum Paulus apostolus confitetur, dicens: Membra uestra templa sunt spiritussancti, qui in uobis est, quẽ habetis à deo, et non estis uestri iuris: Empti enim estis precio magno, glorificate & portate deũ in corpore uestro.

Cap. VI.

Trinitas uerusdeus sine initio sempiternus est.

Firmißimè tene, & nullatenus dubites, patrem, & filium, & spiritumsanctum, id est, sanctam trinitatem, unum uerum deum, sine initio, sempiternum esse. Propter quod scriptum est: In principio erat uerbum, &

Johan. 1.

uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum. Hæc denuo sempiternitas intimatur, ubi dicitur in psalmo: Deus autem rex noster ante

Psalm. 72. Roman. 5.

sæcula. Et alio loco: Sempiterna quoq; eius uirtus & æternitas &c.

Ibidem Cap. IX.

Firmissime tene & nullatenus dubites, patris, et filij, & spiritussancti, unam quidem esse naturam, tres uero esse personas, patremq; solum esse qui dixit: Hic est

Math. 1.

filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui. Et filium solum esse, super quem uox illa solius patris insonuit, quãdo in Iordane secundũ carnem baptizatus est unigenitus deus, qui carnem solus accepit: Itaq; spiritũ sanctum, patris, & filij, solum esse, qui in specie columbæ super Christum baptizatũ, & adscendentem ab aqua

Dicto. 1.

descendit, & quinquagesimo die post resurrectionem

Opera trinitatis inseparabilia ita quod solus filius dicatur incarnatus etc.

Christi, fideles in uno loco positos in linguarum ignearum uisione aduenientes repleuit. Illam uocem qua solus locutus est pater deus, & illam carnem qua solus homo factus est unigenitus deus, & illam columbam in cuius specie spiritussanctus super Christum descendit, illasque linguas igneas, in quarum uisione fideles Apostolos in uno loco constitutos repleuit, opera esse totius sanctæ trinitatis, idest unius dei, qui fecit omnia in cœlo et in terra, uisibilia & inuisibilia.

Cap. XV.

Christus uerus deus credendus.

Firmissimè tene & nullatenus dubites, unum filium, atq; ipsum esse deum uerum, qui cum patre deo, & spiritussancto deo fecit omnia tempora, et in monte Sinai legem Moysi dedit, ordinatam per angelos, & ipsum deum uerbũ carnem factũ, qui ueniente plenitudine tẽporis, missus à patre, et spiritussancto, factus est ex

Exo. 20. et 21.

muliere quã fecit, solus factus est sub lege quã dedit &c.

Gala. 4.

In Manuali. Cap. I.

De diuina & ubiq; essentia dei.

Tu domine cœlum & terram imples, omnia portans sine onere, omnia implens sine inclusione, semper agens, semper quietus, colligens & non egens, quærens cum nihil desit tibi, amans nec æstuans, cœlans & securus es, penitet te & non doles: Irascris & tranquillus es, opera mutas, sed non mutas consilium, recipis quod inuenis, & nunq̃ amisisti, nunq̃ inops & gaudes lucris, nunq̃ auarus, & usuras exigis, supererogas cui non debes, uel semper supererogatur tibi, ut debeas, & quis habet quicq̃ non tuum? Reddis debita nulli debens, donas debita nihil perdens. Qui ubiq; es & ubiq; totus, qui sentiri potes, et uideri non potes, qui nusq̃ dees, & tamẽ ab iniquorũ cogitationibus longé es, qui nec ibi dees, ubi longé es, quia ubi non es per gratiam, ades per uindictam. Qui ubiq; præsens es, & uix inueniri potes. Quem stantem sequimur, & apprehendere non ualemus. Qui tenes omnia, imples omnia, circumplecteris omnia, superexcedis omnia, sustines omnia: Qui corda fidelium doces sine strepitu uerborum. Qui locis non distenderis, nec temporibus uariaris, nec habes accessus & recessus. Qui habitas lucem inaccessibilem, quem nullus hominũ uidit, nec uidere potest, in te manens quietus, ubi circuis totum. Non enim scindi & diuidi potes, quia uere unus es, nec in partes efficeris, sed totus totum tenes, totum imples, totum illustras & possides.

1. Thimo. 6

Quæstionum veteris & noui testamenti, Quæstion. LXXXVII.

Per incarnationem Christi sacramentũ unius dei reuelatum est.

Nihil penè nouum effectum est: Sic enim Trinitas prædicatur, ut unus deus credatur: Non ergo additum est aliquid, sed sacramentum dei unius reuelatum. Inter ipsa autem primordia, manifestari non oportuit, quia prius prædicandum, & postea id quod prædicatum est, reuelandum, ut scias patrem esse à quo cuncta sunt, filium uero dici, per quem sunt omnia, spiritum autem sanctum appellari, per quem omnia, quæ à patre quidem, sed per filium sunt regenerantur ad fidem dei unius, Hij ergo tres sunt quidem, sed una diuinitas.

Quæstionum LXV. ad Orosium, Quæst. prima.

Si trinitas non esset, nunq̃ dominus noster Iesus

Math. 28

Matth. 28. Christus diceret discipulis suis: Ite baptizate omnes gentes, in nomine patris, & filij, & spiritus sancti: nec baptizato domino in Iordane à Ioanne, uox de cœlo dixisset: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bene compla cui. Nec spiritus sanctus in columbæ specie descendisse super eum, & mansisse diceretur: Miror infelicem Sabellianorum hæresim, hoc est, Patri Passianorum, quòd sic cœci sunt mente, ut tam præclara, tam aperta testimonia non attendant. Ipsi namque, asserunt unam personam, ideſt ipsum filium esse qui pater est, & ipsum spiritum sanctum. Sed nos cœcitatem ipsorum relinquentes, tres personas, secundum scripturas, sanctas intelligamus, id est, alium esse patrem, qui genuit filium, aliũ qui genitus est à patre, aliũ spiritum sanctum, non aliud, quia substancia unum sunt, personas distinguimus, non deitatem separamus.

Matth. 3. Sabellium Heretici unam personam patris et filij esse dicunt.

De quinque Hæresibus. Cap. VI.

Pater pater est, filius filius est, & ille nunquàm non fuit pater, & iste nunquàm non fuit filius, ambo æterni, nec cœperunt esse, nec desierunt, quod pater loquitur, filius loquitur, quia uerbum patris est, & quod filius loquitur, pater loquitur, quia pater uerbi est. Ipsum uerbũ dicit, Verba quæ ego loquor, à me ipso nõ loquor. Cõcedite quæso creatori, & in creatura si potestis capite creatorem.

Opera trinitatis inseparabilia

Joan. 14.

Post pauca ibidem.

Vnus sine coniuge pater, alius sine matre filius, nec diuidi alter ab altero potest, & cum sit alter ex altero, initium tamen alterius esse non potest sine altero,

Pater in diuinis pater est sine coniuge, filius sine matre filius.

Libro III. Contra Maximinum Arrianorum Episcopum. Cap. X.

Secundum fidem autem rectam, quicunq; ipsam trinitatem unum dominum deum esse nostrum didicimus, profecto cum ei soli ea, quæ deo debetur, seruitute seruimus, domino deo soli nos seruire confidimus. Ergo inquis, deus pater pars est dei? absit: Tres enim personæ sunt, pater, & filius, & spiritus sanctus. Et hij tres quia unius substantiæ sunt, unum sunt, & summè unum sunt, ubi nulla naturarum, nulla est diuersitas uoluntatum. Si autem natura unum essent, non summè unũ essent: Si uero natura dispares essent, unum non essent. Hij ergo tres, qui unum sunt, propter ineffabilem coniunctionem deitatis, qua ineffabiliter copulantur, unus deus est.

Nulla est in deitate naturarum uel uoluntatum diuersitas.

Eodem Libro Cap. XXVI.

1. Ioh. 5. Trinitas unus deus est.

Exo. 3.

Hæc est trinitas unus deus, de quo dicit Apostolus. Nullus deus nisi unus, non enim cum hæc auditis, deum negare unigenitum auditis. Hic deus trinitas dicit, Ego sum qui sum, & non sum mutatus &c.

Eodem Cap.

Ego diuinitatem patris, & filij, & spiritus sancti. in sua natura atque substancia mortalibus oculis, inuisibilem dico: Eam uero se in formas uisibiles uertere, absit ut dicam, quia & immutabilem dico. Restat ergo ut aspectibus humanis, quando se ostendit ut uoluit, per subiectam hoc intelligatur fœcisse creaturam, quem potest oculis apparere mortalibus.

Diuinitas patris, filij, et spiritus

Sancti in sua natura inuisibilis est.

De vera innocentia. Cap. LXI.

Excedit supereminentia deitatis non solum usitati eloquij, sed etiam intelligentiæ facultatem. Verius enim cogitatur deus quàm dicitur, & uerius est quàm cogitatur. Non parua autem notitiæ pars est, si anteq̃ scire possumus quid sit deus, possimus scire quid non sit.

Eminentia deitatis excedit intelligentiæ facultatem.

Cap. CVIII. ibidem.

Tunc dicitur deus meminisse, quando facit, tũc obliuisci, quando non facit. Nam neq; obliuio cadit in deum, quia nullo modo mutatur: neq; recordatio, quia nihil obliuiscitur.

Accidentia non cadunt in deum.

Cap. CCLXXXIII.

Naturarum conditor deus nihil in miraculis contra naturam facit, nec quòd nouum est consuetudini, repugnans est rationi. Nobis ergo uidentur contra naturam insolita, quibus aliter naturæ cursus innotuit, nõ autem deo, cum hoc est natura quod fœcerit.

Deus in miraculis suis nihil contra naturam facit.

Ibidem. Cap. CCCXLVII.

Vtrumq; nouerimus esse in Christo, & unum quo æqualis patri est, & unum quo illo maior est pater, illud uerbum est, illud caro est, illud deus est, illud homo est, sed unus est Christus deus & homo.

Christum deum et hominem esse, sed unum Christum.

Cap. CCCXLVI.

Vt recte credatur, pater & filius, & ipse filius audiendus est dicens, Ego & pater unum sumus. Duobus enim uerbis hæreses simul duæ detruncantur. Nam per id, quòd ait unum, Arrium perculit, per illud quòd ait sumus: Sabellium strauit, quia nec sumus de uno, nec unũ diceret de diuerso.

Joan. 10. Duobus verbis duæ hereses detruncantur.

De speculo. Cap. II.

Spiritus est deus, & eos qui adorant eum, in spiritu & ueritate oportet adorare & credere: Sed spiritus incomprehensibilis, incorporeus, immutabilis, incircumscriptus, ubiq; totus, nunquàm diuisus, secundum ipsius scripturæ testimonium ueridicum, hoc modo discernens creator & creatura, in qua sunt, qui & spiritus dicuntur.

Joan. 4. Deus est spiritus.

Cap. XI. Ibidem.

Quotienscunq; recolo uel audio duas breues syllabas, uel quatuor literas, quibus scribitur deus, hoc enim nomen tibi soli omnipotens iure debetur, atq; cum intueor tuæ uirtutis magnalia, & mirabilem mundi creationem, id est, cosmopœiæ considero decorem: Simulq; mecum tacitus rputo miserationes tuas, quæ à seculo sunt, mirentur enim, qui uolunt potentiam tuam, Sed ego plus stupeo animaduertens misericordias tuas profecto in his quattuor literis, & duabus breuibus syllabis, cum infinitum quid et incõprehensibile, immensum, & inenarrabile mentis intuitũ, & synceris fidei oculis,

Quatuor literis & duabus syllabis infinitum quid, et incomprehensibile dicitur.

præscire

præscire & posse, quod mihi tantillo homini dignaris largiri, contemplor &c.

Cap. XIII. Ibidem.

Hæresis Antropomorphitarum. Gene. 1.

Falluntur itaq; Antropomorphitarum hæresis sectatores, qui dum legunt hominem, ad imaginem et similitudinem dei factum, asserunt stulta temeritate speciem humanam se habere, cum illo in loco uel dicaris uel credaris mentem, non carnem ad imaginem tuam creasse.

Deus humana non caro ad imaginem dei facta.

Enimuero nihil dignum de te humanus sermo loquitur, quia nec secundum qualitatem & quantitatem, situm uel habitum, seu motum aliquid de te digne dicitur.

Contra Cresconium grammaticum Libro. I. Cap. XXIX.

Qui non habet charitatem, non pertinet ad ecclesiæ vnitatem.

Non autem existimo quemq; ita desipere, ut credat ad ecclesiæ pertinere unitatem eum, qui non habet charitatẽ. Sicut ergo deus colitur ignoráter unus, etiã extra ecclesiam, nunc ideo non est ipsa. Vnus deus, una fides, unum baptisma, una incorrupta catholica ecclesia, non in qua sola unus deus colitur, sed in qua sola unus deus piè colitur. Nec in qua sola una fides retinetur, sed in qua sola una fides cum charitate retinetur. Nec in qua sola unus baptismus habetur, sed in qua sola unus baptismus salubriter habetur.

De gratia noui testamenti ad Honoratum. Cap. XVIII.

Pietas cultus dei est. Deutro. 6. Matth. 22.

Porrò pietas cultus dei est, nec colitur ille nisi amando. Sũma igitur, & uera sapientia est in præcepto illo primo, Diliges dominum deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua &c.

Cap. XIX. Ibidem.

Deus prædicit quædam, que non facit.

Non omnia deus, quæ prædicit, promittit: prædicit enim illa, quæ non ipse facit, quia est omnium præscius futurorum: prædicit ergo et peccata hominum, quæ potuit præscire, non facere. Promittit autem, quæ ipse facturus est, nec ea mala, sed bona.

De natura & gratia, Contra Pelagianos. Cap. XLIII.

Primus homo liberum habuit arbitriũ.

Verùm est autem, quod ait, Quòd deus, tam bonus quàm iustus, talẽ hominem fœcerit, cui peccati malo carere sufficeret, sed si uoluisset. Quis enim nescit eum sanum, & inculpabilem factum, & libero arbitrio, atq; ad iustè uiuendum, potestate libera cõstitutum, sed nunc de illo agitur, quem semiuiuum latrones in uia reliquerunt, qui grauibus saucijs, confossusq; uulneribus, non ita potest ad iusticiæ culmen ascendere, sicut potuit inde descendere. Qui etiam si iam in stabulo est, adhuc curatur. Non igitur deus impossibilia iubet, sed iubendo admonet, & facere, quod possis, & petere, quod non possis.

In Cõmonitorio ad Fortunatianum. C. & D.

Pater et filius secũdum diuinitatem inuisibilis.

Inuisibilis enim pater, Sed & filius inuisibilis secundum diuinitatem, & sunt uerba Ambrosij.

Post pauca ibidem.

Videre deum, sicuti est in natura sua, oculus hominis non potest. Non solum homo, nec angeli, nec throni, nec potestates, nec dominationes, nec omne nomen, quod nominatur, neque enim creatura potest aspicere creatorem suum, hæc Hieronymus.

Angeli deũ ut est in natura uidere nõ possunt.

De doctrina Christiana Libro I. Cap. X.

Ad deum non locis mouemur sed pijs moribus.

Quapropter cum illa ueritate perfruendum sit, quæ incommutabiliter uiuit, & in ea trinitas deus auctor & conditor uniuersitatis rebus, quas condidit, consulat, purgandus est animus, ut perspicere illam lucem ualeat, & inhærere perfecte. Quam purgationem, quasi ambulationem quandam, & quasi nauigationem ad patriam esse arbitremur: Non enim ad deum, qui ubique præsens est, locis monemur, sed bono studio, bonisq; moribus.

Confessionum Libro. XI. Cap. XII.

Quid fecerit deus antequam faceret celum et terra.

Ecce respondeo dicenti: Quid faciebat deus antequam faceret cœlum & terram, Respondeo non illud, quod quidam respondisse perhibetur, ioculariter eludens quæstionis uiolentiã. Alta inquit scrutantibus gehennas parabat, ideo aliud est ridere, aliud uidere. Antequam faceret deus cœlum & terram, non faciebat aliquid, Si enim faciebat quid, nisi creaturam faciebat? & utinã sit scientia, quicquid utiliter scire cupio, quemadmodum scio, quód nulla fiebat creatura, antequam fieret ulla creatura.

Libro IIII. Contra Faustum. Cap. III.

Qua ratione deus dicatur deus, dominus, et pater noster.

Pater noster, qui es in cœlis, & de cuius substantia nati non sumus: Sed cuius gratia & misericordissima uoluntate adoptati, secundum doctrinam apostolicam et fidelissimam ueritatem. Ipsum quippe habemus & deum, & dominum, & patrem. Deum, quód ab ipso etiã ex hominibus conditi parentibus sumus. Dominum, quód ei subditi sumus. Patrem, quód eius adoptione renati sumus, &c.

De natura. Cap. I.

Omnia bona a deo sunt, sed nõ de deo.

Summum bonum, quo superius non est, deus est, ac per hoc incõmutabile bonum est, & ideo uere æternum, et uere mortale, cætera omnia bona non nisi ab illo sunt, sed non de illo.

Libro. I. de genesi ad literam. Cap. VI.

Gene. 1. Cõmemorationem trinitatis. 1. cap. libri geneseos impletam agnoscimus.

In principio fœcit deus cœlum & terram. Intelligimus, patrem in dei nomine, & filium in principij nomine, qui non patris, sed perse ipsum creatæ primitus, ac potissimum spiritali creaturæ, & consequenter etiam uniuersæ creaturæ principium est. Dicente autem scriptura, Et spiritus dei ferebatur super aquas, Completam cõmemorationem trinitatis agnoscimus &c.

Libro VII. Cap. II.

Dei naturã que intelligitur a paucis credimus incõmutabilem omnino

Nos enim credimus dei naturam atque substantiã, quæ in trinitate creditur à multis, intelligitur a paucis,

omnino esse incõmutabilem.

De Trinitate Libro XIII.
Cap. X.

Conuenientiormodus quo liberaretur genus humanum deo non fuisse, quam per Christum incarnatũ.

Eos itaq;, qui dicunt, ita ne defuit deo modus alius, quo liberaret homines, à miseria mortalitatis huius. Vt unigenitum filium deum, sibi coëternum: hominem fieri uellet, induendo humanam animam & carnem, mortalemq; factum, mortem perpeti, parum est hic refellere, ut istum modum quo nos per mediatorem dei & hominum, hominem Christũ Iesum, deus liberare dignatur, asseramus & diuinæ congruum dignitati. Verumetiam, ut ostendamus non alium modum possibilem deo fuisse, cuius potestati cuncta æqualiter subiacent. Sed sanandæ nostræ miseriæ, conuenientiorem modũ alium non fuisse, nec esse oportuisse.

Libro XV. Cap. I.

Deus est natura creatrix.

Supra hanc ergo naturam, Si quærimus aliquid, & uerum quærimus, deus est, natura scilicet non creata, Sed creatrix: Quæ utrum sit trinitas, non solum credentibus diuinæ scripturæ auctoritati, uerumetiam intelligentibus aliqua si possumus ratione iam demonstrare debemus. Cur autem si possumus dixerim res ipsa cũ quæri disputando cœperit, melius iudicabit.

Eodem Libro. Cap. XXVI.

Deum, non discipulos, dedisse spiritum sanctum.

Quomodo ergo deus non est, qui dat spiritum sanctum? imò quantus deus est, qui dat deum, Neq; enim aliquis discipulorum eius dedit spiritum sanctum: Orabant quippe, ut ueniret in eos, quibus manum imponebant, non ipsi eum dabant: Quem morem in suis præpositis etiam nunc seruat ecclesia &c.

De eo, quod dictum est, Ego sum, qui sum.

Fides Catholica credit unum deum, unius substantie.

Catholica autem fides credit, patrem, & filium, & spiritum sanctum: unum deum, unius substantiæ, trinitatem inseparabiliter, æqualiter, non cõmixtione confusam, non distinctione separatam.

Post pauca ibidem.

Deus natura inuisibilis est, apparuit autem quando uoluit, cui uoluit non ut est, sed ut uoluit.

Deus pater, deus filius, incõmutabilis pater, incõmutabilis filius: Aeternus pater, coëternus filius: Nã si dixeris patrem inuisibilem, filium uisibilem, distinxisti, imò uero separasti substantias: Quomodo gratiã inuenisti qui fidem perdidisti? soluitur ergo ista quæstio sic: Deus pater, & filius, et spiritus sanctus, natura propria inuisibilis est: apparuit autem, quando uoluit, cui uoluit: non ut est, sed ut uoluit: cui seruiunt omnia.

Ibidem in fine.

Exo. 3. In deo uiuimus, mouemur, et sumus. Acto. 17.

Ego sum deus Abraam, deus Isaac, & deus Iacob, sic sum, qui sum, sic sum ipsum esse, sic sum cum ipso esse ut nolim hominibus deesse: Si quomodo possumus dominum quærere, & inuestigare eum qui est: & quidem non longe positum ab uno quoque nostrum: In illo enim uiuimus, et mouemur, et sumus: Laudemus ergo ineffabiliter eius essentiam, & amemus misericordiã. AMEN.

Libro II. de uisitatione infirmorum.
Cap. II.

Hebre. 11. Sacramẽtis diuinis fides adhibenda est, non uerborum argumentatio.

Mi Chariſsime recessurus a nobis: Te etenim compellit dies ultima, fidelis esto, sine fide enim non potes placere deo: neque enim infidelis est deo acceptabilis. Sunt ergo de deo multa credenda, ad salutẽ animæ necessaria, Sacramentis igitur diuinis fides plus q̃ uerborum argumentatio adhibenda est: Neq; etenim fingillatim de deo credenda per rationis argumenta possumus compræhendere: possumus autẽ, & debemus credere: Nam neque de deo loquimur: quum a nobismetipsis aliquantulũ mente excedamus, Vbi igitur est mentis excessio, idonea est fidei successio: Mirabile ergo illud de trinitatis unitate, de unitatis deifica trinitate, Sacramẽtum, magis est credendum quàm exponendum: Enimuero credatur sacræ scripturæ testimonijs.

Post pauca ibidem.

Quoniam infirmi sumus ad cõprehendendam dei diuinitatem: ad humanitatẽ Christi, oculum intellectualem reflectere debemus. Deus non uerborum, sed cordis auditor et inspector est.

Quoniam infirmus hominis intellectus ex sui ipsius humanitate ponderosa hæbetatus: uidẽs nunc per speculum in ænigmate, dei non potest diuinitatem, ut dignum est, cõprehendere, ad illam quæ sua est, Christi humanitatem, oculum suum intellectualem reflectat.

De salutaribus documentis
Cap. XXIIII.

Deus enim non uult se uerbis tantum diligi, sed corde puro & operibus iustis: quia non uerborum, sed cordis est auditor & inspector deus.

Libro III. De symbolo ad cathecuminos. Cap. III.

Mortales non sunt dii, quia uideri possũt.

Nos autem dilectissimi, quibus donatum est credere, nec Solem credamus deum, ut regem cœli, nec mare, aut nescio quem regem eius Neptunũ, quem fingit uanitas, non ueritas: nec terram & Plutonem, sed credimus in deum patrem omnipotentem, uniuersorum creatorem regem celorum, Qui enim cuncta, quia uoluit, de nihilo fecit, ipse regit quæ fecit. Mortales isti qui nobis superius cõmemorati sunt, ideo dij non sunt: quia & cõprehendi & uideri his oculis possunt. Ceteros autem quos uani uanè colunt, Iouem, Saturnum, Martem, Iunonem, Mineruam, Venerem, et cetera portenta, nõ nomina bona, sed nomina mala, homines mortales fuisse, Etiam eorum literæ clamant, qui talibus erroribus delectãtur. Nostræ autem sacræ literæ qualem deum prædicent, Paulum audite apostolum: Immortali inquit, in uisibili, incorruptibili, soli deo honor & gloria, Non uidetur deus noster oculis carnis, sed uidetur oculis cordis, non uidetur ad tempus, sed uidetur in æternum.

1. Thimo. 1

De Mirabilibus sacræ scripturæ.
Lib. II. Cap. XVII.

Viduæ filius in illo tempore, quo Helias in domo eius morabatur, graui ægritudine mortuus fuit: Sed hunc

3. Reg. 17.

Helias

Hebrei dicunt Jonã prophetam fuisse uiduæ filium, per Heliam resuscitatum

Helias oratione sua, ad uitam iterum reuocauit, de quo tradunt Hebræi, qđ ipse Ionas Propheta postea fuerit, quem de uentre cœti glutiẽtis, euolutis tribus diebus do minus absoluit: quia deus, qui inimicum suum, in quocunquẽ tuto loco potest occidere: seruum suum, quem uult eruere, de qualicunque angustia liberare ualet. At uero illa famosa quæstio, quæ de mortuis resuscitatis agitur, usque ad Lazarum à nobis reseruatur.

Eodem Libro Cap. XXV.

4. Reg. 6. De ferro in aqua super natante.

Propter qđ aquæ natura natans ferrũ sufferre poterat, quia deus quod ex parte per semetipsam creaturam consuescit, ut ad integrum faceret, imperabat.

De Ecclesiasticis dogmatibus.

Cap. I.

Credimus unum esse deum patrem, & filium, & spiritum sanctum: Patrem eo, quòd filium habeat: filium eo, q̃ patrem habeat: spiritum sanctum eo, q̃ sit ex patre & filio procedens, patri & filio coëternus. Pater ergo principium deitatis, qui sicut nunq̃ fuit non deus, ita nunquàm fuit non pater, à quo filius natus, a quo spiritus sanctus non natus, quia non est filius: neque ingenitus, quia non est pater: neque factus, quia non est ex nihilo: Sed ex deo patre, & deo filio, deus procedens.

Sancta trinitas in natura unus deus est.

Pater æternus eo, quòd æternum habeat filium, cuius æternus sit pater: Filius æternus eo, quòd sit patri coëternus: spiritus sanctus eternus eo, quòd sit patri & filio coëternus, Non confusa in una persona trinitas, ut Sabellius dicit, neq; separata aut diuisa in natura diuinitas, ut Arrius blasphemat: sed alter in persona pater, alter in persona filius, alter in persona spiritus sanctus, unus natura in sancta trinitate deus, pater, & filius, & spiritus sanctus.

Cap. II.

Deus non est mutatus in humanã substantiã, Nec homo in diuinã.

Deus ergo hominem assumpsit, homo in deum trãsiuit, non naturæ uersibilitate, sicut Appollinaristæ dicunt, sed dei dignatione, ut nec deus mutaretur in humanam substantiam assumendo hominem, nec homo in diuinam glorificatus in deum: quia mutatio, uel uersibilitas naturæ, et diminutionem & abolitionem substantiæ facit. Creditur à nobis sine cõfusione coniuncta sancta trinitas, sine separatione distincta.

Cap. III.

Christus nascendo de uirgine non sue diuinitatis tunc initiũ sumpsit.

Neque sic est natus ex uirgine Christus, ut & diuinitatis initium homo nascendo acceperit, quasi antequàm nasceretur ex uirgine deus non fuerit, sicut Arthemon, & Berillus, et Marcellius docuerunt, sed æternus deus & homo ex uirgine natus est.

Cap. IIII.

Nihil creatum in trinitate credimus.

Nihil creatum aut seruiens in trinitate credamus, ut uult Dionysius fons Arrij: nihil inæquale, ut uult Eunomius: nihil inæquale gratiæ, ut uult Aethæus: nihil anterius, posteriusue, aut minus, ut Arrius: nihil extraneum autem officiale alteri, ut Macedonius: nihil persuasione, aut surreptione insertũ, ut Manichæus: nihil corporeũ, ut Melito & Tertullianus: nihil corporaliter effigiatũ, ut Antropomorphus et Vadianus: nihil sibi inuisibile à creaturis, ut Origenes: nihil creaturis uisibile, ut Fortunatus: nihil moribus uel uolũtate diuersũ, ut Martion: nihil ex trinitatis essentia ad creatarũ naturam deductum, ut Plato & Tertullianus: nihil officio singulare nec alteri cõmunicabile, ut Origenes: nihil confusum ut Sabellius, sed totum perfectum, quia totũ ex uno & unum ex toto, non tamen solitarium, ut præsumũt Proxeas & Syluanus Pontopolitana, damnabilis illa doctrina.

Variarum hæresum circa trinitatem authores.

Cap. V.

Homousiõ patri filius

Homousion ergo, id est coëssentialis in diuinitate patri ilius, Homousion patri & filio spiritus sanctus, Homousion deo & homini, unus filius, manens deus in homine suo, in gloria patris, desiderabilis uideri ab angelis, sicut pater & spiritus sanctus adoratur ab angelis, & ab omni creatura, non homo factus, præter deum, uel Christus cũ deo, sicut blaphemat Nestorius, sed homo in deo, & deus in homine.

1. Pet. 1.

Cap. XI. in eodem libro.

Nihil in corporeum et inuisibile natura, nisi solus deus

Nihil incorporeum & inuisibile natura credendum, nisi solum deum, id est patrem, & filium, & spiritum sanctum: Quĩ ideo recte incorporeus dicitur, & creditur, quia ubique est, & omnia implet, atque constringit, ideo inuisibilis omnibus creaturis, quia incorporeus est.

De prædestinatione & gratia.

Cap. V.

Deus omnium rerũ scientia plenus est.

Deus enim, qui nec loco clauditur, nec tempore præuenitur, omnium rerum tam præteritarũ memoria, q̃ imminentiũ scientia plenus est, nec reminiscens uoluitur in præteritum, nec sperans tenditur in futurum.

De Triplici habitaculo. Cap. V.

Deus præcessit mundum, non tempore.

Ineffabili æternitate præcessit deus mundum, non tempore, cuius tempus ante mundum non erat, cuius lux tenebras depellit ignorantiæ, cuius aliqua particula, hæc omnia, quod diximus uera & certa esse cognoscimus.

Contra sermonem Arrianorum.

Cap. XV.

Eadem sũt opera patris et filij.

Eadem namque sunt opera patris & filij, non quòd filius sit idem ipse qui pater est, sed quia nullum est opus filij, quod non per eum pater facit, nec ullum patris quod non per filium simul facientem facit. Quecunque enim pater facit, hæc eadem similiter filius facit: Euangelica est et ista sententia, filij ipsius consequenter ore prolata, Non sunt ergo alia filij, & alia patris opera, sed hec eadem: Nec dissimiliter fiunt a filio, sed similiter &c.

Ioban. 5.

Post pauca ibidem.

Singulorũ operã dicũtur qui ad manifestationem pertinent.

Singulorũ autem opera dicuntur, quòd unamquãq; eorum manifestatur ptinere personã, sicut natus ex uirgine nõ nisi filius, & uox de nube, Tu es filius meus dilectus, ad solius pſonã ptinet patris, et specie corpali sicut columba:

columba, solus apparuit spiritus sanctus, tamen & illam carnem solius filij, & illam uocem solius patris, & illam speciem solius spiritus sancti uniuersa trinitas operata est: non q; inualidus sit unusquisq; eorum, sine alijs qui operatur implere, Sed non potest operatio esse diuisa, ubi non solum æqualis est, uerumetiam indiscreta natura: ita ut cum tres sint, & eorum singulus quisq; deus sit. Tres tamen dij non sunt, nam & pater deus est, & filius deus est, et spiritus sanctus deus est: nec filius idem q pater est, nec idem spiritus sanctus qui aut pater aut filius: sed pater semper est pater, & filius semper filius, & amborũ spiritus nunq̃ cuiquam eorum, aut pater, aut filius, sed semper utriusq; spiritus: uniuersa tamen trinitas unus est deus.

Pater semper est pater & filius, filius & spiritus sanctus & spiritus sanctus.

Lib. II. Quæstionũ super Exodũ, Quæst. XIII.

Mendaciter Deus nil jubet,

Neq; enim deus mendaciter iubet, q; scit non facturum cui iubetur, ut iustum iuditum consequatur.

Ibidem Cap. CI.

Deus nullo continetur loco.

Joan. 4.

Constat inter eos, qui rectè intelligunt, nullo deum continere loco, nec aliquo uelut situ corporis membra ponere, sicuti est nostri corporis situs, Sedere, iacere, stare, & siquid huiusmodi est. Hæc enim sunt nonnisi corporum, deus autem spiritus est. Quòd autem se ostendit specie corporali, uel signis corporaliter expressis, non substantia eius apparet qua est, ipse quod est, sed assumptio formarum uisibilium eius omnipotentiæ subiacet.

Lib. I. contra aduersariũ legis & prophetarum, Cap. II.

Deus manet in seipso beatissime.

Deus nec sine cœlo, sedis indiguit, nec facto cœlo sedem tanq̃ finitis erroribus peregrinus inuenit. Potens est enim beatissimè manere in semetipso.

Post pauca.

Operũ Dei differẽtia.

Deus igitur nec cœpit esse, nec desinet, sed opera eius quædam incipientia, certo fine esse desistunt, sicut tempora & temporalia. Quædam incipientia permanebũt, sicut ipsa sanctorum hominum quam percepturi sunt uita æterna.

De mirabilibus sacræ scripturæ, Lib. I. Cap. I.

Deus cuncta que cõdidit, simul creauit.

Hoc fixum interim permaneat, quòd assimulatis naturam creationibus, in die septimo deus ab opere suo requieuit, & nunc post modum per omne tempus à creaturæ totius gubernatione non cessat. Sed quamuis dierum septem alternationem omnis instituta fuisse creatura perhibetur, non tamen hæc dierum alternatio per spatiũ temporis intelligitur, sed in his operum uicissitudo declaratur. Pius nanq; historiæ narrator diuisit in sermone, qd deus nõ diuisit operis perfectione. Simul enim deus cuncta quæ condidit, creauit, dum una uoluntate multiplicem omnium specierũ uarietatem fieri disposuit, in qua uoluntate unà omnia simul sine tempore fecit, quæ ab ipso ortu suo per tempus dispensare non desinit.

De fide & symbolo, Cap. VII.

Deus humana forma circũscribi non potest.

Credimus etiam qui sedet ad dexteram dei patris, nec ideo tamen quasi humana forma circumscriptũ esse deum patrem arbitrandũ est, ut de illo cogitantibus, dextrum aut sinistrũ latus animo occurrat, aut id ipsum sedere pater dicitur, flexis poplitibus fieri putandũ est, ne illud incidamus sacrilegum, quo execratur Apostolus eos, qui commutauerunt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem corruptibilis hominis. Tale enim simulachrum, deo nephas est Christiano in templo collocare, multomagis in corde nephariũ est, ubi uerè est templum dei, si à terrena cupiditate atq; errore mundetur.

Roman. 1.

Eodem lib. Cap. IX.

Pater et filius non res una est, sed unum sunt.

Joan. 8.

Nec quisquam miretur et absurdè putet, quòd deum dicimus patrem, deum filium, deum spiritum sanctum: nec tamen tres deos in ista trinitate, sed unum deum, unamq; substantiam. Et de patre quidem & filio multis libris disseruerunt docti & religiosi uiri, quibus quantum homines hominibus poterant, quemadmodum non unus esset pater, pater & filius, sed unũ essent, & quid propriè pater esset, & quid filius insinuare conati sunt, qui ille genitor, hic genitus, ille non de filio, hic de patre, ille principium unum & caput Christi dicitur, quamuis & Christus principium, sed non patris, hic uero illius imago, quamuis nulla ex parte dißimilis, & omnino indifferenter æqualis.

De genesi ad literam imperfecto, Cap. V.

Uitiorum nostrorum auctor non est deus, sed ordinator.

Matth. 25.

Nam & uitiorum nostrorum non est auctor deus, sed tamen ordinator est, cum eo loco peccatores cõstituit, & ea perpeti cogit, quæ merentur. Ad hoc ualet, q; oues ponuntur ad dexteram, hœdi autem ad sinistram. Quædam ergo & facit deus et ordinat, quædam uero tantum ordinat. Iustos & facit & ordinat: Peccatores autem, in quantum peccatores sunt, non facit, sed ordinat tantum. Quippe cum illos ad dexteram, illos ad sinistram constituit. Et q; in ignem æternum iubet ire, ad meritorum ordinem ualet: ita species naturasq; ipsas & facit, et ordinat: priuationes autem specierum, defectusq; naturarum non facit, sed ordinat tantum.

LXXXIII. Quæstionum, Quæst. XXI.

Summum bonum nõ potest esse, nisi boni causa.

Boni igitur tantummodo causa est deus, & propterea ipse summum bonum est. Quocirca mali auctor non est, qui omnium, quæ sunt, auctor est: quia in quantum sunt, in tantum bona sunt.

Quæstion. XXIIII.

Deus nullam pœnã homini immerito infligi finit.

Iustus autem regens & gubernans deus uniuersa, nullam pœnam cuiquam sinit immerito infligi, nullum præmium immerito dari Meritum autem pœnæ, peccatum: Et meritum præmij, rectè factum est.

Super Ioan. tract. XX.

Joan. 10. Pater et ẽ

Ego & pater unum sumus: quia pater & filius non sunt duo dij, sed unus deus: Verbum & cuius est uerbũ,

lius nõ duo sint dii, sed vnus est deus.

unus & unicus deus, unus pater & filius charitate complexi, unusq; charitatis spiritus eorum, ut fiat trinitas pater, & filius, & spiritussanctus. Non ergo tantũ patris & filij, sed & spiritussancti, sicut æqualitas & inseparabilitas personarũ, ita etiã opa inseparabilia sunt,

Tractatu XXXIX.

Christianus si de qualibet persona interrogatur quid sit, respondeat deus.

Quàmuis ergo sicut aures catholicæ sunt eruditæ in gremio matris ecclesiæ, nec ille qui est pater, sit filius, nec ille qui est filius, sit pater, nec spiritussanctus patris & filij, sit uel filius uel pater, tres deos tamen esse non dicimus, quàmuis de singulis si quæratur, necesse est de quocunq; interrogati fuerimus, deum esse fateamur.

In Ioannem, Tractatu LXXVII.

Nunq̃ trinitas sciretur esse, si semp inseparabiliter diceretur.

Omnis igitur & dicit et docet trinitas, sed nisi etiam singillatim commendaretur, eam nullo modo humana capere, utcunq; posit infirmitas. Cum ergo omnino sit inseparabilis, nunquàm trinitas esse sciretur, si semper inseparabiliter diceretur. Nam & cum dicimus patrem, & filium, & spiritumsanctum, non eos utiq; dicimus simul, cum ipsi non possint esse nisi simul.

Tractatu XCIIII.

Vbi quæli bet persona trinitatis, ibi trinitas deus vnus est.

In nullo ergo credendus est, esse pater sine filio & spiritusancto, aut sine patre & filio spiritussanctus, aut pater & spiritussanctus sine filio, sed ubi eorum quilibet unus, ibi trinitas deus unus. Oportebat aũt ita insinuari trinitatem, ut q̃is nulla esset diuersitas substãtiarum, singillatim tamen cõmendaretur distinctio personarũ, ubi eis quia rectè intelligũt, nunq̃ uideri potest separatio naturarũ.

Tractatu CVI.

Omnes, paucis exceptis, deũ esse huius mundi autorem fatent.

Nam qd' deus dicitur, uniuersæ creaturæ et omnibus gentibus anteq̃ in Christum crederent, non omni modo esse potuit hoc nomen ignotũ. Hæc est enim uis ueræ diuinitatis, ut creaturæ rationali iam ratione utenti, non omnino ac penitus posit abscondi. Exceptis enim paucis in quibus natura nimiũ deprauata est, humanum genus uniuersum, deum mundi huius fatetur auctorem. In hoc ergo, qui fecit hunc mundum, cælo terrãq; conspicuum, et anteq̃ imbuerentur in fide Christi, notus omnibus gentibus deus. In hoc aũt, qd' non est in iniurijs suis & cum

Psalm. 25. dijs falsis colendus, notus in Iudæa deus. In hoc uero, qd' pater est, huius Christi, per quem tollit peccata mundi, hoc nomen eius prius occultum omnibus, Nunc manifestauit eis, quos dedit ei pater ipse de mundo.

In epistolam Ioannis, Tract. VII.

Cum dicit ex deo, aut filius intelligitur, aut spiritussanctus.

De solo patre scriptura non nouit dicere, quia ex deo: Cum autem audis ex deo, aut filius intelligitur, aut spiritussanctus.

Tractatu IIII. in eandem.

Matth. 5. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt:

Esaiæ 64. 1. Corin. 2. Ergo uisuri sumus quandã uisionẽ fratres, quã nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis adscendit.

De ciuitate dei, lib. VII. cap. XXX.

Hæc autem facit atq; agit unus & uerus deus. Sed sicut idem deus ubiq; totus, nullis inclusus locis, nullis uinculis alligatus, in nullas partes sectilis, ex nulla parte mutabilis, implens cœlum & terram, præsente potentia, non absente natura. Sic itaq; administrat omĩa, quæ creauit, ut etiã ipsa proprios exercere et agere motus sinat.

Deus oĩa quæ creauit administrat.

Lib. XI. Cap. X.

Deus est simplex, etiam in personis trino.

Et hæc trinitas unus est deus, nec ideo non simplex, quia trinitas, neq; enim propter hoc naturam istam boni simplicem dicimus, quia pater in ea solus, aut solus filius, aut solus spiritussanctus: Non enim sola est ista nominis trinitas sine substantia personarum, sicut Sabelliani hæretici putauerunt. Pater qui genuit, simplex est, & filius qui genitus est, pariter simplex est, & hoc est qd' illud de quo genitus est. Sed ideo simplex dicitur, quoniam qd' habet, hoc est, excepto quòd relatiuè quæq; persona ad alteram dicitur. Nam utiq; pater habet filium, nec tamen ipse est filius, & filius habet patrem, nec tamen ipse est pater.

Eodem lib. Cap. XXIIII.

Deus dicitur trinus, propter proprietatem personarũ.

Vnus propter inseparabilem diuinitatem.

Credimus, & tenemus, & fideliter prædicamus, q̃ pater genuerit uerbum, hoc est, sapientiam, per quam facta sunt omnia, unigenitum filium, unus unum, æternus coëternũ, summè bonus, æqualiter bonum, & quòd spiritussanctus simul & patris, & filij sit spiritus, & ipse consubstantialis & coëternus ambobus, atq; hoc totum, & trinitas sit propter proprietatem personarum, & unus deus propter inseparabilem diuinitatem, sicut unus omnipotens propter inseparabilem omnipotentiam, ita tamen, ut etiam cum de singulis quæritur, unusquisq; eorum, & deus & omnipotens esse respondeatur, cũ uero de omnibus simul, non tres dij uel tres omnipotentes, sed unus deus omnipotens, tanta ibi est in tribus inseparabilis unitas, quæ sic se uoluit prædicari.

Lib. XIX. Cap. XXII.

Cœcitatis magnæ est, quærere q̃ sit deus.

Sed responderi potest: Quis iste deus est? aut unde dignus probatur, cui deberent obtemperare Romani, ut nullum deorum præter ipsum colerent sacrificijs? Magnæ cœcitatis est adhuc quærere quis iste sit deus: Iste est deus, cuius prophetæ prædixerunt ista, quæ cernimus: Ipse est deus, à quo responsa accepit Abraam, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Quòd in Christo Gene. 22. fieri, qui secundum carnem de illo semine exortus est, id est, ipsi qui remanserunt huius nominis inimici, uelint nolintue cognoscunt. Ipse est deus, cuius diuinus spiritus p'eos locutus est, quorũ prædicta atq; completa per ecclesiã, quam uidemus toto orbe diffusam, in libris superioribus posui. Ipse est deus, quem Varro doctissimus Romanorum Iouem putat, q̃is nesciens quid loquatur. Quòd tamen ideo cõmemorandum putaui, quoniam uir tantæ scientiæ, nec nullum istum deum potuit æstimare, nec uilem, Hunc enim eã esse credidit, quem summũ putauit deũ. Postremo ipse est deus, quẽ doctissimus philosophorũ, q̃is Christianorũ acerrimus inimicus, etiã per eorũ oracula quos deus putat, deũ magnũ Porphyrius confitetur.

Varro Iouem putat deũ, nescius quid dicat.

Porphyrius Christianorũ acerrimus inimicus, deum nostrum deũ magnũ confitetur.

Lib. IIII. Cap. IX.

Omissa igitur turba ista minutorum deorum, uel aliquãtum intermissa, officia maiorũ deorum debemus inquirere, quo Roma tam magna est facta, ut tam diu tot gentibus imperaret: Nimirum ergo Iouis hoc opus est. Ipsum enim deorum omnium, deorumq; regem esse uolunt, hoc eius indicat sceptrũ, hoc in alto colle capitoliũ: De isto deo, q̃uis à Poëta dictum, cõuenientissimè prædicatur, Iouis omnia plena. Hunc Varro credit etiam ab his coli, qui unum deum solũ sine simulachro colunt, sed alio nomine nũcupari. Quod si ita est, cur tam malè tractatus est Romæ, sicut quidem & in cæteris gentibus, ut ei fieret simulachrum, quod ipsi etiam Varroni ita displicet, ut cũ tantæ ciuitatis peruersa consuetudine præmeretur, nequaq̃ tamen dicere & scribere dubitaret, qd' hij qui populis instituere simulachra, & metum diuiserunt, & errorem addiderunt.

Virgilius ĩ Bucolicis.

De verbis dñi secundum Lucam, Sermon. XXVI.

Vt sint unũ, sicut & nos unum sumus. Et in Actibus Apostolorũ, Multitudinis aũt credentiũ erat anima una, & cor unum. Ergo magnificate dominũ mecum, et exaltemus nomen eius in unũ, quia unum est necessariũ, unũ illud supernũ, unum ubi pater, & filius, & spiritussanctus sunt unum, uidete nobis cõmendari unitatem. Certè trinitas est deus noster. Pater non est filius, filius nõ est pater, spiritussanctus nec pater est, nec filius, sed amborũ spiritus. Et tamen ista tria non tres dij, non tres omnipotentes, sed unus omnipotens, ipsa trinitas unus deus, quia unum necessarium est, ad hoc unum non nos perducit, nisi multi habeamus cor unum.

Ioan. 17. Actor. 4.

Psalm. 33.

Ad vnum deũ nos p̃ducit, si multi habeam⁹ cor vnum.

Ad Volusianum, Epist. III.

Demus deũ aliquid posse, quod nos fateamur inuestigare non posse. In talibus rebus tota ratio facti, est potẽtia facientis.

Deus aliq̃d potest, qd' inuestigare non possumus.

Ibidem.

Longè est aliud animæ natura q̃ corporis, quãto magis dei, qui creator est animæ & corporis. Non sic deus dicitur, implere mundum, uelut aqua, uelut aër, uelut ipsa lux, ut minore sui parte, minorem mundi impleat partẽ, & maiore maiorem. Nouit ubiq; totus esse, & nullo cõtineri loco. Nouit uenire, non recedendo ubi erat. Nouit abire, non deserendo quo uenerat. Miratur hoc mens humana, & quia non capit fortasse, nec credit.

Deus vbiq̃ totus est, & nullo cõtinetur loco.

Ad Dardanum, Epist. LVII.

Est ergo deus per cũcta diffusus, ipse quippe ait per Prophetã: Cœlũ et terram ego impleo. Et qd' paulo ante posui de sapiẽtia eius, attingit à fine usq; ad finẽ fortiter, et disponit omnia suauiter. Itemq; scriptum est: Spiritus domini repleuit orbem terrarũ. Eiq; dicitur in quodam psalmo, Quô ibo à spiritu tuo? et à facie tua quô fugiam? Si adscendero in cœlum, tu ibi es: si descendero ad infernum, ades, quia substãtialiter deus ubiq; diffusus. Sed sic est deus per cuncta diffusus, ut nõ sit qualitas mundi, sed substãtia creatrix mundi, sine labore regens, et sine onere continens mundũ. Non tamen per spacia locorum, quasi mole diffusa, ita ut ĩ dimidio mũdi corpore sit dimidius, & in alio dimidio dimidius, atq; ita per totũ totus, sed in solo cœlo totus, & in sola terra totus, & in cœlo & in terra totus solus, & nullo contentus loco, sed in se ipso ubiq; totus. Ita pater, & filius, & spiritussanctus, ita trinitas unus deus.

Hierem. 23. Sapient. 8. Sapient. 1.

Psalm. 138.

Deus quomodo vbiq; sit totus.

Ad Maximum, Epist. LXVI.

Hæc trinitas unius est eiusdemq; naturæ atq; substantiæ, nõ minor in singulis q̃ in omnibus, nec maior in omnibus q̃ in singulis, sed tanta in solo patre, uel in solo filio, quanta in patre simul & in filio: et tanta in solo spiritussancto, quanta simul in patre, & filio, & spiritussancto. Et hæc omnia nec confuse unũ sunt, nec distinctè tria sunt: sed cum sint unũ, tria sunt: & cum sint tria, unum sunt. Proinde quia tam multis cordibus fidelium suorum donauit, ut esset cor unum, quanto magis conseruat in seipso, ut sint hæc tria, & singula deus, & similis omnia, non tres dij, sed unus deus.

Trinitas vnius eiusdemq; naturæ & substantiæ est.

Actor. 4.

Ad Euodium, Epist. CII.

Proinde in unum deum patrem, & filium, & spiritumsanctum, firma pietate credamus, ita, ut nec filius credatur esse, qui pater est: nec pater, qui filius est: nec pater, nec filius, qui utriusq; spiritus est. Nihil putetur in hac trinitate temporibus locisue distare: sed hæc tria æqualia esse, & coëterna, & omnino esse una natura, nõ à patre aliam, & à filio aliam, & à spiritussancto aliam conditam esse creaturam, sed omnia et singula, quæ creata sunt uel creantur, trinitate creãte subsistere, nec quæquam liberari à patre sine filio & spiritussancto, aut à filio sine patre & spiritussancto, aut à spiritussancto sine patre & filio: sed à patre, & filio, & spiritussancto, uno uero, ueraq; immortali, id est, omni modo incõmutabili, solo deo. Multa autem etiam separatim in scripturis de singulis dici, ut insinuetur q̃uis inseparabilis trinitas, tamen trinitas, ut quemadmodum simul dici non possunt cum sonis corporalibus cõmemorantur, q̃uis simul sine inseparabiliter, ita & quibusdam scripturarum locis, & per quasdam creaturas singillatim uicißimq; monstrentur. Sicut pater in uoce, qua sonuit: Tu es filius meus. Et, Filius in homine quem suscepit ex uirgine. Et, Spiritussanctus in columbæ specie corporali: Hæc separatim quidem, sed nullo modo separata tria illa demonstrant.

In trinitate nihil temporibus locis⁊ ue distat.

Luc. 3. Matth. 17. Lucæ 2. Lucæ 3.

In Psalmum, V.

Quàmuis & filius deus, & pater deus, & simul pater & filius unus deus. Et si interrogemur de spiritussancto, nihil aliud respondendum est, nisi quòd deus sit. Et cum simul dicuntur, pater, & filius, & spiritussanctus, nihil aliud intelligẽdum est, q̃ unus deus. Et tamen regem solent appellare Christum scripturæ, secundum ergo qd' dictum, Per me itur ad patrem. Rectè primo rex meus, & deinde deus meus. Nec tamen dixit intendite, sed intende. Non enim duos aut tres deos fides catholica prædicat, sed ipsam trinitatem unum deum. Non

Intende vo ci obsecrationis meæ, rex meus et deus meus.

Ioan. 14.

ut eadem

ut eadem trinitas simul posſit aliquando pater, aliquando filius, aliquando spiritussanctus dici, sicut Sabellius credidit, sed ut pater non nisi pater, & filius non nisi filius, & spirtussanctus non nisi spirituſsanctus, & hæc trinitas non nisi unus deus. Quia cum dixisset Apostolus: Ex quo omnia, per quem omnia, in quo omnia, trinitatem ipsam insinuasse creditur. Nec tamen subiecit, ipsis gloria, sed ipsi gloria.

Super Psalmum XIII.

Nemo vnq̃ ausus est dicere, nõ esse deum.

Dixit imprudens in corde suo, non est deus. Nec ipsi enim sacrilegi, et detestandi quidam philosophi, qui peruersa & falsa de deo sentiunt, ausi sunt dicere: Non est deus. Ideo ergo dixit in corde suo, quia hoc nemo audet dicere, etiam si ausus fuerit cogitare. Corrupti sunt & abominabiles facti sunt in affectionibus suis, id est, dum amant hoc sæculum, non amant deum. Ipsæ sunt affectiones, quæ corrumpunt animam, & sic excœcant, ut posſit etiam dicere imprudens in corde suo, Non est deus. Sicut enim non probauerunt deum habere in notitia, dedit illos deus in reprobum sensum.

Roman. j.

Super Psalmum LXVIII.

De dei substantia, pulchra.

Deus est quædam substantia, nam quòd nulla substantia est, nihil omnino est, substantia ergo aliquid esse est. Vnde etiam in fide catholica contra uenena quorundam hæreticorum sic ædificamus, ut dicamus patrem, et filiũ, & spiritumsanctum unius substantiæ esse, quicquid unius est substantiæ, uerbi gratia: Si aurum est pater, aurũ est filius, aurum est spirituſſ. Quid est pater, q̃, deus, qd' deus est, hoc est filius, hoc est spirituſſ. Cum aũt pater est, non illud est, quod illud est, pater enim non ad se, sed ad filium dicitur, ad se autem, deus dicitur. Itaq; eò quòd deus est, hoc ipso substantia est. Et quia eiusdem substantiæ filius, proculdubio & filius deus. At uero quòd pater est, quia non substantiæ nomen est, sed refertur ad filium, non sic dicimus filium patrem esse, quomodo dicimus filium deum esse. Quæris quid sit pater? Respondetur deus. Quæris quid sit filius? respondetur deus. Quæris quid sit pater & filius? respondetur deus. De solo patre interrogatus, deũ responde. De filio interrogatus, deum responde. De utroq; interrogatus, non deos, sed deũ responde. Tanta enim in diuinis est substantiæ societas, ut æqualitatem admittat, pluralitatem non admittat. Si ergo tibi dictum fuerit, cur dicis mihi filium esse hoc, quod pater est, profectò & filius pater est. Responde: Secundum substantiam tibi dixi hoc esse filium, quod pater est, non secundum id quod ad aliud dicitur. Ad se enim deus dicitur, ad patrẽ filius dicitur: rursusq; pater ad se, deus dicitur, ad filium pater dicitur. Quòd dicitur ad filium pater, non est filius. Quòd dicitur filius ad patrem, non est pater. Quòd dicitur ad se pater, & filius ad se, hoc est pater & filius, idem deus.

Deus oĩa videt.

In Psalmum LXXIIII.

Iniquitatum tuarum deus iudex est. Et si deus est ubiq; præsens est. Quô te auferes ab oculis dei, ut in parte aliqua loquaris, quòd ille non audiatur. Si ab oriente iudicas deus, secede in occidentem, & dic quicquid uis aduersus deum. Si ab occidente, uade in orientem, & ibi loquere. Si à desertis montium iudicas deus, uade in medium populorum, ubi tibi submurmures. De nullo loco iudicat, qui ubiq; secretus est, ubiq; publicus, quem nulli licet ut est cognoscere, & quem nemo permittitur ignorare. Vide quid agas. Loqueris aduersus deum iniquitatem. Spiritus domini repleuit orbem terrarũ. Alia scriptura dicit hoc: Et hoc quod continet omnia, scientiam habet uocis. Propter hoc qui loquitur iniqua, non potest latere. Noli ergo cogitare deum in locis, ille tecum est talis, qualis fueris. Quid est talis qualis fueris? Bonus, si bonus fueris, & malus tibi uidetur, si malus fueris. Sed opitulator, si bonus fueris, ultor, si malus fueris. Ibi habes iudicem in secreto tuo, uolens facere aliquid mali de publico, recipis te in domum tuam, ubi nemo inimicorũ uideat. De locis domus tuæ promptis, & in faciem constitutis, remoues te in cubiculum tuum, times & in cubiculo aliunde conscium, secedis in cor tuum, ibi meditaris. Ille in corde tuo interior est, quocunq; ergo fugeris, ibi est. Te ipsum quo fugies? Nonne quocunq; fugeris, te sequeris? Quando autem & te ipso interior es, non est quo fugas à deo irato, nisi ad deum placatũ. Prorsus nõ est quo fugas. Vis fugere ab ipso, fuge ad ipsum. Ergo ne loquamini aduersus deũ iniquitatẽ, nec illic ubi loquamini.

Sapient. j

A dei facie nemo se fugere præsumat.

In Psalmum LXXXV.

Deus ineffabilis est.

Intendat charitas uestra, deus ineffabilis est, facilius dicimus quid non sit, q̃ quid sit. Terram cogitas, non est hoc deus? Mare cogitas, non est hoc deus? Omnia quæ sunt in terra homines & animalia, non est hoc deus? Omnia quæ sunt in mari, quæ uolant per aërem, non est hoc deus? Quicquid lucet in cœlo, stellæ, sol, & luna, nõ est hoc deus? Ipsum cœlũ, non est deus? Angelos cogita, uirtutes, potestates, archangelos, thronos, sedes, dominationes, non est hoc deus? Et quid est hoc? Solum potui dicere, qd nõ sit. Quæris quid sit, Quod oculus nõ uidit, nec auris audiuit, nec in cor homĩs adscẽdit. Quid quæris, ut adscendat in linguam, qui in cor non adscendit?

Facilius dicitur, quid non sit deus, q̃ quid sit.

j. Corin. ij

In Psalmum CXIII.

Deus quomodo intelligatur esse in cœlo.

Deus autem noſtr in cœlo: Non in cœlo, ubi solem et lunam uident opera dei, quæ impij colunt. Sed in cœlo sursum, quòd transgreditur omnia corpora, cœlestia et terrestria. Nec sic est in cœlo deus noſter, quasi subtracto cœlo ruinam sine sede formides: In cœlis enim & in terra, omnia quæ uoluit, fecit. Nec indiget operibus suis tanq̃ in eis collocetur, ut maneat, sed in sua æternitate persistit, in qua manens: Omnia, quæcunq; uoluit, fecit, in cœlis & in terra. Neq; enim iam eum portabant, ut ab eo fieri posſent, quando nisi fierent eum portare non posſunt. Ergo in quibus est ipse tanq̃ indigentia continet, non ab eis tanq̃ indigens continetur.

De speculo, Cap. XXXIII.

Deus supra quem nihil, extra quem nihil, sine quo

Supra deū nihil.

nihil, ultra quem nihil, infra quem nihil. Deus sub quo totum, cum quo totum, in quo totum. Deus à quo omnia, per quem omnia, in quo omnia. Deus cuius nos fides excitat, spes erigit, & charitas iungit. Deus qui petere iubes, & inuenire facis, & pulsantibus aperis. Deus à quo auerti cadere est, in quem conuerti resurgere, in quo manere consistere. Deus quem nemo amittit, nisi deceptus. nemo quærit, nisi admonitus, nemo inuenit, nisi purus et purgatus. Deus quē nescire mori est, quē nosse uiuere est, quem spernere perire est, cui seruire regnare est. Tu es ipse deus meus, uiuus, et uerus deus, pius rex, nimis magnus.

Ibidem in fine.

Te deum, patrem ingenitum, te filium unigenitum, te spiritum sanctum paracletum, sanctam & indiuiduam trinitatem unum deum, in magnitudine infinitum, in uirtute omnipotentem, in bonitate summum, in sapien-

Deus semp idipsum est.

tia inexistimabilem, in consilijs terribilem, in iuditijs iustum, in cogitationibus secretissimū, in uerbis ueracem, in operibus sanctum, in misericordijs copiosum, erga delinquentes patientissimum, erga pœnitentes pijssimū, semper idipsum, æternum ac sempiternum, immortalem atq; incōmutabilem, quem nec spacia dilatant, nec breuitas locorum angustat, nec receptacula ulla coartant, nec uoluntas uariat, nec necessitudo corrumpit, nec mœsta perturbant, nec læta demulcent, cui nec obliuio tollit, nec memoria reddit, nec præterita transeunt, nec futura succedunt, cui nec origo initium, nec tempora incrementū, nec cursus finem dabit, sed ante sæcula, & in sæculis, & per sæcula in æternum uiuis, & est tibi laus perennis, & æterna gloria, summa potestas, et singularis honor, perpetuum regnum, & sine fine imperium, per infinita, & indefessa, & immortalia sæcula sæculorum, Amen.

Cap. XXXII. eodem lib.

Deus per incircūscriptam substātiam nusq̄ deest.

Deus, qui sine mutabilitate tui, simul cuncta respicis, sine distensione compræhendis, & bona quæ iuuas, & mala quæ iudicas, & quæ iuuans remuneras, et quæ iudicans damnas, in his, quæ diuerso disponis ordine, diuersus non es. Deus, qui opera tua extra circumdas, & intra reples, supra regis & infra fers, & licet sis superior per potentiam, inferior tamen per sustentationem, exterior per magnitudinem, inferior per subtilitatem, causa superior & inferior es, sine loco, amplius sine latitudine, subtilis sine extenuatione, & ideo per molem corporis nunq̄ es, sed per incircumscriptam substantiam, immensibilitatem, incommutabilis naturæ nusquàm decs.

In lib. meditationum, Cap. XI.

Toto corde et ore sancta & indiuidua trinitas confitenda.

Te deum patrem ingenitum, te filium unigenitum, te spiritum sanctum paracletum, sanctam et indiuiduam trinitatem, toto corde & ore confitemur, laudamus atq; benedicimus, tibi gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Cap. XXIX. eodem lib.

O summe, optime, omnipotentissime, misericordissime, iustissime, secretissime, præsentissime, pulcherrime & fortissime, stabilis & incompræhensibilis, inuisibilis omnia uidens, immutabilis, omnia mutans, immortalis, illocalis, interminus, incircumscriptus, nusquàm finitus, inæstimabilis, ineffabilis, inscrutabilis, immotus, omnia

Deus omīa portat sine onere.

mouens, inuestigabilis, indicibilis, metuendus, atq; terribilis, honorandus atq; timendus, uenerandus atq; reuerendus, nunquàm nouus, nunquàm uetus, innouans omnia, & in uetustatem perducens superbos, & nesciunt, semper agens, semper quietus, colligens & non egens, omnia portans sine onere, omnia implens sine inclusione, omnia creans, protegens, nutriens & proficiens, quærens cum nihil desit tibi, amans nec æstuans, zælans & securus es, pœnitet te & non doles, iraseeris & tranquillus es, opera mutas, sed non consilium.

Cap. XXXI. eodem lib.

Oratio ad beatam trinitatem.

Te inuoco beata, & benedicta, & gloriosa, una trinitas, pater, & filius, & spiritus sanctus, deus, dominus, paracletus, charitas, gratia, communicatio, genitor, genitus, regenerans, uerum lumen ex lumine uero, uera illuminatio, fons, flumen, irrigatio, ab uno omnia, per unum omnia, in uno omnia, à quo, per quem, in quo omnia, uiuens uita, uita à uiuente, uiuentium uiuificator, unus à se, unus ab uno, unus ab ambobus, omnis à se, omnis ab altero, omnis ab utroq;, uerax pater, ueritas filius, ueritas spiritus s. Vna ergo pater, logos, paracletus essentia, una uirtus, una bonitas, una beatitudo, à quo, et per quē, et in quo beata sunt omnia, quæcunq; beata sunt, Amen.

De verbis domini secundum Ioannem, Sermon. LV.

Philosophi huius sæculi veritatē de deo viderūt sed non inuenerunt.

Veritatem & uitam omnis homo cupit, Sed uiam nō omnis homo inuenit. Deum esse quandam uitam æternā, immutabilem, intelligibilem, intelligentem, sapiētem, sapientes facientem, nōnulli etiam huius sæculi philosophi uiderunt ueritatem fixam, stabilem, indeclinabilem, ubi sunt omnes rationes rerū omnium creaturarū. Viderūt quidem, sed de longinquo uiderunt, sed in errore positi, & idcirco ad eam tam magnam & ineffabilēm, & beatificam possessionem, qua uia perueniretur, non inuenerunt. Nam qui uiderunt, etiam ipsi quantū uideri ab homine potest creatorem per creaturam, factorem per facturam, fabricatorem mundi per mundum. Paulus Apostolus testis est, cui utiq; credere debent Christiani, ait enim, cum de talibus loqueretur: Reuelatur ira dei de cœlo super omnem impietatem, & iniustitiam hominum, qui ueritatem iniquitate detinent.

Roman. 1

De verbis domini secundum Ioannem, Sermon. LIII.

Diuinitas est vltra locos corporales.

Vltra locos corporales est diuinitas, nemo eam tanq̄ in spacijs requirat. Vbiq; inuisibilis & inseparabiliter adest, non in parte maior, in parte minor, Sed ubiq; tota, nusq̄ diuisa. Quis uidet hoc? quis capit hoc? Cōpescamus nos, meminerimus q unde loquamur illud & illud. Quicquid est qd' deus est, piè credatur, sanctè cogitetur, & quantum datur quantum potest, ineffabiliter intelligatur. Quiescat uerbum, cesset lingua, cor excitetur, cor illuc

1. Corint. 2 illuc tenetur. Non enim est illud tale, quod in cor hominis adscendit, sed quo cor hominis adscendat.

De verbis Apostoli, Sermon. I.

Deus omnē excedit creaturam.

Quid est, inquam, omnipotens deus? Quid nisi inæstimabilis, ineffabilis, incomprehensibilis, ultra omnia, extra omnia, præter omnia? Omnem enim creaturā suam excedit, omnem facturam præterit, uniuersa præcellit. Si enim quæras magnitudinem, maior est, si pulchritudinem, pulchrior, si dulcedinem, dulcior, si splendorem, fulgidior, si iustitiam, iustior, si fortitudinem, fortior, si pietatem, clementior. Nulla enim ratio patitur, ut uel factura factori suo æquetur, uel opus artifici comparetur, sicut legitur in Propheta: Qui fœcit fortia, fortior est, et qui fœcit pulchra, pulchrior illis est. Sic aũthuius unicæ deitatis præcelsa insignia prædicamus. ut tamen non sicut Iudæi, sed sicut Christiani, trinitatis diuina mysteria pariter fateamur. Sicut enim omnipotens & ineffabilis pater est, ita omnipotens, & incomprehensibilis filius, ita etiam spiritussanctus in patre et filio, indiscretè connexus, ineffabilis atq; immensus est. Pater enim, & filius, & spirituss. unus omnipotens deus, unus in trinitate, unus in potestate, unitas trinitas, sempiterna maiestas, unũ potens p omnia, et trinitas in unitate, et unitas intrinitate cõsistit, Sed nec trinitas diuiditur, nec unitas separatur.

Sapient. 7.

De verbis Apostoli, Sermon XIII.

Spirituss. patri et filio cõ substãtialis & æqualis.

Qui pater est in illa trinitate, nõ est filius, q filius est in illa trinitate, nõ est pater, qui spirituss. est in illa trinitate, nec filius est, nec pater, sed spiritus patris, idemq; spiritus filij, ipse est enim unus spiritussanctus, et patris et filij coëternus, patri et filio cõsubstantialis, et æqualis. Hæc tota trinitas, unus deus, summè bonus.

Sermon. VI. de tempore.

Vnicum est nomen deitatis.

Maledictus qui unicũ nomen in deitate trinitatis esse nõ confitetur. Maledictus qui indiuisam deitatem patris & filij, & spiritussancti non confitetur. Maledictus, qui propria nomina personarum, tres deos, aut tres dominos, aut tres spiritus confitetur.

Sermon. XXIX. de tempore.

In diuinis vnitatis separatio, vel trinitatis pmixtio, non admittit.

Credantur tres personæ, sed nõ tres substantiæ. Quãtum aũt ad cœlestis naturæ ordinẽ pertinet, in patre, & filio, & spiritussancto. Ita confitenda est una diuinitas, ut nec singularis putetur in trinitate persona, nec triplex in unitate substãtia, Sed ita adsignetur pluralitas unitati, ne trinitati subtrahatur æqualitas. Et licet intromittatur in una diuinitate numerositas, nõ sit tamẽ recipienda diuersitas. Ita ergo fideliũ cordibus disponẽdus est dei cultus, ut nõ admittatur ul' unitate sepatio, ul' in trinitate pmixtio.

Serm. XXXVIII. de tpe.

Quicquid est pater, q deus est, hoc filio, hoc spirituss. est.

Planè ergo & absq; omni dubitatione credendũ est, patrem, & filium, et spiritumsanctum, unum esse deum omnipotentẽ, æternũ, incõmutabilem, & singulus horũ deus, & simul omnes unus, et singulus quisq; horũ, plena, & perfecta æterna substantia. Quia quicqd est pater quo deus est, quo substantia est, quo æternitas est, hoc filius, hoc spirituss. Ita etiã quicqd est filius in eo, q deus est, quo substãtia est, quo æternitas est, hoc pater, hoc spirituss. est. Et quicquid est spirituss. in eo, q deus est, quo substantia est, quo æternitas est, hoc pater est & filius.

Ibidem.

Vna diuinitas, vna essentia, vna omnipotentia in tribus est personis.

Vna ergo in tribus diuinitas, una essentia, una omni potentia, & quicquid substantialiter potest dici de deo. Si forte de solo patre interrogatus fueris, quid sit pater? Responde deus. Interrogatus de filio, responde deus. Interrogatus de spiritussancto, responde deus. Si interrogatus fueris simul de patre, et filio, et spiritussancto, nõ deos sed deũ responde unũ, omnipotentem, incommutabilem.

Sermon. XL. de tempore.

Ista dicunẽ de deo, quia melius qd dicamus, nõ inuenimus.

Ista de deo dicimus fratres, quia nõ inuenimus melius qd dicamus. Dico iustũ deũ, quia in uerbis humanis nihil melius qd dicamus inuenio. Nam est ille ultra iustitiam, dicimus in scripturis, Iustus dominus, et iustitias dilexit.

Sermon. CXXV. de tempore.

Deus est nomen potestatis, non proprietatis.

In nomie patris, et filij, et spirituss. unũ confitemur deũ, qa deus est nomẽ potestatis, nõ ꝓprietatis. Propriũ nomẽ est patri pater, & ꝓpriũ nomẽ est filio filius, & ꝓpriũ nomẽ est spirituisancto spirituss. Hãc trinitatẽ unũ deũ credimus, & unũ esse deũ patrẽ, et ex uno patre filiũ, q est unius cũ patre naturæ, uniusq; substantiæ, & unius potestatis. Pater filiũ genuit, nõ uolũtate, nõ necessitate, sed natura.

Sermon. CXXIX.

Anathema est, qui trinitatis nõ credit vnam diuinitatem.

Si quis nõ dixerit patris, et filij, & spirituss. unã diuinitatẽ, parẽ maiestatẽ, potentiã, unam gloriã, dominationẽ, unũ regnũ, atq; unã uoluntatẽ, anathema sit, Si qs tres personas nõ dixerit ueras, patris, & filij, & spiritussancti æquales, semper uiuentes, oĩa continentes, uisibilia et inuisibilia, oĩa potẽtes, oĩa iudicantes, oĩa uiuificãtes, oĩa faciẽtes, oĩa quæ saluanda sunt, saluãtes, anathema sit.

Sermon. CLXXXV.

Sub titulo ꝓmissionis, distinctionẽ applicuit trinitatis. Ioan. 15.

Et ego rogabo, inquit, patrem et aliũ paracletũ dabit uobis, quàm benè sub titulo ꝓmißionis, distinctionẽ applicuit trinitatis. Pater est, qui indicatur rogãdus, Filius est, q intelligtur rogaturus. Spirttuss. q ꝓmittitur à patre mittẽdus.

Sermon. VIII. de Sanctis.

Pfalm. 75.

Natura vnũ dominũ testatur, Qz vnꝰ est mũdus.

Credimus Iudæis, quia notus aliquãdo in Iudæa deus. Et ipsi id negant, ꝓpter quod credimus, quia nõ patrem nouerunt, qui filium negant, unum dominũ natura cõmunis testatur, quia unus est mundus. Vnũ deum significat, quia una est fides noui & ueteris testamenti. Vnũ spiritũsanctũ gratia testatur, quia unũ baptismũ in nomine trinitatis, dum Prophetæ dicunt, Apostoli audiũt.

Sermon. CLXXXIX. de trinitate.

Matth. 28.

Nobis sufficiat scire de trinitate, q, dominus exponere dignatus est. Quòd ergo dicit ad Apostolos, Ite, & baptizate omnes gentes, in nomine patris, & filij, et spiritussancti. Tria nomina audio, & unũ dicitur nomen. Non enim dixit in nominibus, sed in nomine. Tria nomina dicit, & quomodo unũ? In nomine patris, & filij & spiritussancti unũ est, sed trinitas est nomen quod

Pater, filius & spiritus ſſ. vnum nomẽ eſt diuinitatis.

dicitur. In nomine patris dei, in nomine filij dei, in nomine ſpirituſſancti dei. Pater, & filius, & ſpirituſſanctus, unum nomen eſt diuinitatis. Sed requiris à me quomodo uno nomine, tres appellantur. Neſcio, & liberè me neſcire ꝓfiteor, qđ Chriſtus uoluit īdicare, hoc ſolũ ſcio, quia in hoc Chriſtianus ſum, qa unũ deũ in trinitate cõfiteor. Poſt pauca ibidem.

Perſonæ in diuinis non ſunt perſonæ hominũ.

Quandocunq; perſonas appello, rogo uos, ne me putetis perſonas hominum dicere. Ego perſonas in patre, & filio, et ſpirituſancto nõ dico, quaſi perſonas hominũ. Perſonã patris dico, quia pater eſt, & filij, quia filius eſt, & ſpirituſſancti, quia ſpirituſſ. eſt. Non eſt pater filius, nec filius pater, nec ſpirituſſ. pater aut filius. Diuiduntur enim proprietatibus, ſed natura ſociantur.

Poſt pauca ibidem.

Fidelibus ſufficiat pauca de trinitate audiſſe.

Multa ſunt quæ dici poſſunt, ſed ſufficiant fidelibus pauca de myſterio trinitatis audiſſe.

In lib. de agone Chriſtiano, Cap. XI.

An alio modo ꝙ per incarnationẽ filij, potuiſſet deus genus humanũ liberaſſe.

Sunt autem ſtulti quidam, qui dicunt, Quare non poterat aliter ſapientia dei homines liberare, niſi ſuſciperet hominem, & naſceretur ex fœmina, & à peccatoribus omnia illa pateretur? Quibus dicimus, poterat omnino. Sed ſi aliter faceret, ſimiliter ueſtræ ſtultitiæ diſpliceret. Si enim nõ appareret oculis peccatorũ, lumen eius utique æternũ, qđ per interiores oculos uidetur, inquinatis mẽtibus uidere nõ poſſent. Nunc aũt quia uiſibiliter nos cõmonere dignatus eſt, ut ad inuiſibilia præpararet, diſplicet auaris, quia nõ aureũ corpus habuit, diſplicet impudicis, quia ex fœmina natus eſt. Multum enim oderunt impudici, q. concipiunt et pariunt fœminæ: diſplicet ſuperbis, quòd cõtumelias patientiſſimè pertulit, diſplicet delicatis, quod cruciatus eſt: diſplicet timidis, quia mortuus eſt. Et ne uitia ſua uideantur defendere, non in homine dicunt ſibi hoc diſplicere, ſed in filio dei. Non enim intelligunt, quid ſit æternitas dei, quæ hominem aſſumpſit. Et quid ipſa humana creatura, quæ mutationibus ſuis in priſtinã ſirmitatẽ reuocabatur, ut diſceremus docente ipſo domino infirmitates, quas peccando collegimus, rectè faciendo poſſe ſanari. Itaq; filius dei hominem aſſumpſit, & in illo humana perpeſſus eſt. Oſtendebatur itaq; nobis, ad quã fraglitatẽ homo ſua culpa peruenerit, et ex qua fraglitate diuino auxilio liberaretur. Hæc medicina hoĩm tanta eſt, quãta nõ poteſt cogitari. Nam quæ ſuperbia ſanari poteſt, ſi humilitate filij dei nõ ſanatur?

Cap. XVII. eodem lib.

Qui Chriſtum dicunt nõ eſſe filiũ dei, ſed tantum dignũ, nõ audiẽdi. 1. Corint. 1.

Ioan. 1.

Nec eos audiamus, qui filiũ dei Iẽſum Chriſtũ nihil eſſe aliud, q̃ hominẽ dicũt, Sed ita iuſtũ, ut dignus ſit appellari filius dei. Et hos enim catholica diſciplina miſit fõras, quoniam uanæ gloriæ cupiditate decepti, contentioſe diſputare uoluerunt, anteq̃ intelligerent, quid ſit dei uirtus, & dei ſapientia, et in principio uerbũ, per qđ facta ſunt oĩa, et quomõ uerbũ caro factũ eſt, & habitauit in nobis.

Cap. XVIII. eodem lib.

Nec eos audiamus, qui nõ uerũ hominẽ ſuſcepiſſe dicunt filiũ dei, neq; natũ eſſe de de fœmina, ſed falſam carnem & imaginem ſimulatã corporis humani oſtendiſſe uidentibus. Neſciũt enim quomodo ſubſtantia dei adminiſtrans uniuerſam creaturã, inquinari omnino nõ poſſit, & tamẽ prædicant iſtũ uiſibilem ſolem, radios ſuos per omnes feces & ſordes corporũ ſpargere, & eos mũdos & ſynceros ubiq; ſeruare. Si ergo uiſibilia munda, uiſibilibus immundis contingi poſſunt, et non inquinari, quãto magis inuiſibilis et incõmutabilis ueritas ꝑ ſpiritũ animã, ꝑ animã corpus ſuſcipiẽs, toto homĩe adſumpto, ab omnibus eum infirmitatibus, nulla ſui contaminatiõe liberauit.

Chriſto nõ nocet humanam eũ aſſumpſiſſe naturam, cum ſol non contaminetur, quantũ uis radios ſuos perfeces & ſordes ſpargat.

Cap. XIX. eodem.

Chriſtus animã, & mẽtem, & corpus habuit.

Nec eos audiamus, qui trinitatẽ quidem in una æterna ſubſtantia confitentur, ſed hominẽ ipſum, qui temporali diſpẽſatione ſuſceptus eſt, audent dicere, nõ habuiſſe hominis mentem, ſed ſolũ animam & corpus, hoc eſt, dicere, non fuit homo, ſed membra corporis habebat humana, Animam enim & corpus habent et beſtiæ, ſed rationem non habent, quæ mentis eſt propria.

Cap. XXIIII.

Lucæ 24. Chriſtus reſurrexit cũ corpore poſito in monumento. Ioan. 14.

Nec eos audiamus, qui negant tale corpus dñi reſurrexiſſe, quale poſitũ eſt in monumento: Si enim tale non fuiſſet, nõ ipſe dixiſſet poſt reſurrectionẽ diſcipulis, Palpate et uidete, quoniã ſpiritus carnẽ et oſſa nõ habet, ſicut me uidetis habere. Sacrilegum eſt enim credere dñm noſtrum, cum ipſe ſit ueritas, in aliquo fuiſſe mentitum.

Cap. XXV.

Matth. 16. Actor. 1. Ioan. 3. Chriſtus ſuũ corpus ſecũ leuauiſſe ꝯſtat.

Nec eos audiamus, qui negant ipſum corpus ſecũ leuaſſe in cœlũ dñm noſtrũ. Et cõmemorant in Euangelio, qđ ſcriptũ eſt, Nemo adſcendit in cœlũ, niſi qui de cœlo deſcendit. Et dicunt, quia corpus nõ deſcendit de cœlo, nõ potuiſſe adſcendere in cœlũ. Nõ enim intelligũt, quoniã corpus nõ adſcendit in cœlũ, dñs enim adſcendit, corpus aũt nõ adſcendit, ſed leuatũ eſt in cœlũ, illo leuante, qui adſcendit.

Cap. XXVI.

Marci 16

Dexteram patris beatitudo perpetua eſt.

Ephes. 2.

Nec eos audiamus, qui negant ad dexterã patris ſedere filiũ. Dicunt enim, Nunquid deus pater habet latus dextrum aut ſiniſtrũ ſicut corpora? Nec nos hoc de deo patre ſentimus: Nulla enim forma corporis deus definitur atq; concluditur. Sed dextera patris eſt beatitudo ꝑpetua, quæ ſanctis datur: Sicut ſiniſtra eius rectiſſimè dicitur miſeria ꝑpetua, quæ impijs datur &c. ut nõ in ipſo deo, ſed in creaturis hoc modo, quo diximus, intelligatur dextera & ſiniſtra, qa & corpus Chriſti, qđ eſt eccl'ia, in ipſa dextera, hoc eſt, in ipſa beatitudĩe futurũ eſt, ſicut Apl'us dicit: Quia et ſimul nos ſuſcitauit, et ſimul nos ſedere fœcit in cœleſtibus, q̃is enim corpus noſtrum non ibi ſit, tamen ſpes noſtra ibi eſt.

De Trinitate lib. I. Cap. VII.

1. Timot. 3. Chriſtus ſecundũ deitatem æqualis patri, ſecundum humanitatem aũt minor ꝑre.

Sed quia multa in ſanctis libris propter incarnationem uerbi dei, quæ pro ſalute noſtra reparanda facta eſt, ut mediator dei & hominum eſſet homo Chriſtus Iẽſus, Ita dicuntur, ut maiorem filio patrẽ ſignificent, ut etiã ꝑtiſſimè oſtendant. Errauerũt homines minus diligẽter ſcrutantes uel intuentes uniuerſam ſeriẽ ſcripturarũ, &

ea que de Christo Iesu secundũ hominẽ dicta sunt, ad eius substantiã, que ante incarnationem sempiterna erat, & sempiterna est transferre conati sunt. Et illi quidẽ dicunt minorem filium esse quam pater est, quia scriptum est ipso domino dicente, Pater maior me est. Veritas autẽ ostendit secundum istum modũ, etiã se ipso minorẽ filiũ, quomodo etiã nõ se ipso minor factus est, qui semet ipsum exinaniuit, formã serui accipiens? Neq; enim sic accepit formam serui, ut amitteret formam dei in qua erat æqualis patri.

Iohan. 14. Philip. 2.

In fine ibidem.

Cõtra quosdam nouos hereticos.

Neq; enim illa susceptione alterũ eorum, in alterum conuersum atq; mutatum est: Neq; diuinitas quippe in creaturam mutata est, ut desisteret esse diuinitas, nec creatura in diuinitatem ut desisteret esse creatura.

Cap. IX.

Iohan. 14. Christ⁹ uoluit a suis agnosci ut purus homo. Iohan. 20.

Oportebat ergo ut auferretur ab oculis eorũ forma serui, qua intuentes hoc solũ esse Christum putabãt quod uidebãt. Inde est et illud quod ait. Si diligeretis me gauderetis utiq;, quoniam eo ad patrẽ, quia pater maior me est, ideo est propterea oportet me ire ad patrem, quia dum me ita uidetis, & ex hoc quod uidetis, æstimatis quia minor sum patre, atq; ita circa creaturã, susceptũq; habitũ occupati, æqualitatẽ quã cũ patre habeo nõ intelligitis, inde est illud, noli me tangere nõdũ enim ascẽdi ad patrẽ meum. Tactus enim tanq; finẽ facit notionis, ideoq; nolebat in eo esse finẽ intenti cordis in se, ut hoc quod uidebatur tantũmodo putaretur, ascensio autẽ ad patrẽ erat ita uideri, sicut æqualis est patri, ut ibi esset finis uisionis quæ sufficit nobis.

Cap. X.

1. Chor. 15. Tradere Christum regnum deo & patri, est credentes ad contemplationem dei perducere. Iohan. 16.

Tradet itaq; regnũ deo & patri dominus nõster Iesus Christus, nõ se inde sepato, nec spiritusãcto: Quoniã pducet credẽtes ad cõtẽplationẽ dei, ubi est finis oĩm bonarũ actionũ, et requies sempiterna, et gaudiũ quod nũq; auferetur à uobis, hoc enĩ signat in eo quod ait. Iterũ uidebo uos & gaudebit cor uestrũ et gaudiũ uestrum nemo tollet à uobis.

Cap. XI.

Æqualis patri secundũ formam dei est filius & spiritus sanctus. Iohan. 14. Philip. 2. Mathe. 12.

Nã secundum formã dei æqualis est patri & filius & spiritussanctus, quia neuter eorũ creatura est, secundũ autẽ formã serui minor est patre, quia ipse dixit, pater maior me est, Minor est se ipso quia, de illo dictum est, semet ipsum exinaniuit, formã serui accipiẽs, Minor est spiritusancto, quia ipse ait, Qui dixerit blasphemiam in filium hominis dimittetur ei.

Cap. XII.

Math. 24. Christ⁹ nescire dicit se ꝙd non vult indicare. Gen. 22.

Et de die & de hora nemo scit neq; angeli in cœlo, neq; filius, nisi pater. Hoc enim nescit, quod nescientes facit, idest quod nõ ita sciebat, ut tunc discipulis iudicaret. Sicut dictũ est ad Abrahã, nũc cognoui, quod timeas deum, idest nunc feci ut cognosceres, quia et ipso sibi in illa ꝓbatione tentationis innotuit. Nam & illud utiq; dicturus erat discipulis tempe oportuno, de quo futuro tã q̃ de præterito loquẽs ait, iam nõ dicã uos seruos, sed amicos, seruus enim nescit uoluntatẽ domini sui, uos autẽ dixi amicos, quia omnia quæcũq; audiui à patre meo, nota fœci uobis, quod nondũ fœcerat, sed quia certo futurus erat, quasi iã fœcisset locutus est. Ipsis enim ait, multa habeo uobis dicere, sed nõ potestis portare modo. Inter quæ & intelligitur, & de die, & de hora. Iohan. 16.

Cap. XIII.

Zacha. 12. Mali Christum uidebunt in forma hominis Philip. 2.

Videbũt in quẽ pupugerũt, cum enim & boni, & mali uisuri sunt, iudicem uiuorũ & mortuorũ, proculdubio eũ uidere non poterũt mali, nisi secundũ formã, qua filius hominis est, sed tamẽ in claritate, in qua iudicabit, nõ in humilitate in qua iudicatus est. Cæterũ illã dei formam, in qua æqualis est patri, proculdubio impij nõ uidebunt. Non enim sunt mundi corde. Beati enim mundo corde quoniam ipsi deum uidebunt, Math. 5.

Libro. II. Cap. II.

Iohan. 7. Christus a patre est.

Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit, sic intelligatur, ac si dictum sit, ego non sum à me ipso, sed ab ipso qui me misit.

Cap. V. Eodem Libro.

Christ⁹ dicit esse missus quia in carne apparuit.

Ordo quippe tempũ in æterna dei sapientia sine tempe est. Cum itaq; hoc à patre, & filio factum esset, ut in carne filius appareret, cõgruenter dictus est missus ille, qui in ea carne apparuit, misisse autẽ ille qui in ea nõ apparuit.

De trinitate & vnitate dei Cap. VII.

Mathe. 27 Mathe. 26. Iohan. 10. Iohan. 15. Psalm. 15. De Christi anima.

Ad unitatem etiam pſonæ Christi, ut omnia humana pertineat, sic ut in Christo carnẽ & diuinitatem tãtum modo cõfitemur, quando quidẽ cum penderet in ligno, ut ait, Pater in manus tuas cõmẽdo spiritum meum, humanum spiritum intelligimus filium cõmẽdasse patri, quod est anima. Audiamus ergo Christum ad huc plura exẽpla de anima sua cõmemorasse, tristis est anima mea usq; ad mortem. Potestatẽ habeo ponendi animam meã, & iterum sumendi eam, maiorem charitatem nemo habet, q̃ ut animam suam, quis pro amicis suis ponat. Et de hac etiam dicitur in psalmò. Quoniã non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum uidere corruptionem. His huius modi sanctarum scripturarũ testimonijs, fatemur Christũ carnem, animam quoq; humanam, uerbo unigenito coaptasse, quod esset una persona, ut Christus est, uerbũ & homo, sed & ipse homo, anima & caro, Et ideo sic intelligendum, geminæ substãtiæ, diuinæ scilicet et humanæ, ac per hoc Christus, uerbũ anima & caro, ut ipse ex anima humana constet & carne, tantum dictũ est, uerbum caro factum est, quod si diceretur, uerbũ homo factũ est, de quo homine aptissime dictũ est, unus mediator dei et hominum, homo Christus Iesus. Iohan. 1. 1. Thim. 24.

De incarnatione uerbi, libro I. Cap. XIX.

Post hæc uero cõpetenter admonebimus, de aduentu corporali & incarnatione filij de. in quo non ita sentiendũ est, quod omnis claritatis eius maiestas, intra breuissimi corporis claustra concluſa sit, ita ut omne uerbũ dei, et sapientia eius, ac substãtialis ueritas, aut uita, uel à

Christi deitas per incarnationē a patre non est diuisa.

patrem diuulsa sit, vel intra coporis illius breuitatem coërcita & circumscripta, ne usq; præterea putetur operata, Sed inter utrūq; tāta pietatis debet esse confessio, ut neq; aliquid deitatis in Christo defuisse credatur, et nulla penitus à paterna substātia, quæ ubiq; est, facta putetur diuisio,

De fide ad Petrum. Cap. XIIII.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, unam ex trinitate personā, idest dei filiū, qui de natura dei patris solus natus est, & unius euisdēq; naturæ cū patre est, ipsum in plenitudine temporis, secundū susceptionē formæ seruilis, uoluntarie in uirgine conceptum, & de uirgine natum, uerbū carnē factum, ipsū quoq; esse qui essentialiter natus est de patre, & essentialiter conceptus

Christum ex virgine natum non patrem vel spiritū sanctum.

est, natusq; de uirgine, ipsumq; unū esse, & unius naturæ cum uirgine, qui ait de deo patre ante sæcula fundauit me, & ante omnes colles generauit me, de quo etiam dixit Apostolus, Quia cum uenit plenitudo temporis, misit deus filiū suum, factum ex muliere, factū sub lege,

Prouerb. 8 Galatus. 4.

Cap. XIIII. Ibidem.

Christus veram nostram carnē & animā rationalem assumpsit.

Firmissime tene, & nullatenus dubites Christū filiū dei, sicut de deo patre plenū pfectūq; deū, ita de uirgine matre, uerū pfectūq; hominē genitū, idest uerbū deū habētē, scilicet sine peccato, uerā nostri generis carnē et animā rationalē,

Cap. XVI.

Firmissime tene, et nullatenus dubites, dei uerbū quod caro factū est, in duas naturas in cōfusibiliter pmanere, unā uero diuinā, quā habet cū patre cōmunē, secundum quā dicit: Ego & pater unū sumus, & qui me uidet, uidet & patrē meū, & ego in patre, et pater in me est, secundum quam, eum dicit apostolus, splendorē gloriæ, et figuram substantiæ dei. Alteram uerā humanā, secundū quā ipse deus in carnatus dicit, pater maior me est.

Verbū duas habet naturas in cōfusibiliter pmanentes. Iohā. 10.4. Hebrer. 1. Iohan. 14.

Cap. XVII. Eodem libro.

Verbum unam habet diuinitatis carnisq; personam.

Firmissime tene, et nullatenus dubites, deū uerbū carnē factū, unā habere diuinitatis suæ carnisq; personam. Deus enim uerbū plenū naturā humanā, ita sibi ueraciter unire dignatus est, & permanente diuinitate sua, ita uerbū caro factū est, ut quāuis naturaliter hoc non sit, uerbū quod caro, quia duarū naturarū, ueritas manet in Christo: Secundum unā tamē personā, idem uerbū caro ab ipso fieret maternæ conceptionis initio. Deus enim uerbū, nō accepit personā hominis, sed naturā, & in æternā psonā diuinitatis, accepit temperalē substantiam carnis, unus est ergo Christus uerbū caro factū, qui etiā ex patribus secundū carnē, et super omnia benedictus in secula. Vnus Iēsus, cui & pater dicit, ex utero ante luciferum genui te. Vbi significatur ante omne tempus sine initio æterna natiuitas. Vnus Iēsus de quo & Euāgelista dicit, quia uocatum est nomen eius Iēsus, quod uocatum est ab angelo, priusq; in utero conciperetur.

Psalm. 109. Luce. 2.

Cap. XVIII. Eodem libro.

Caro Christi non est concepta si

Firmissime tene, & nullatenus dubites, non carnem Christi, sine diuinitate cōceptū in utero uirginis priusq; susciperetur à uerbo, sed ipsum uerbum deum, suæ carnis acceptione cōceptū, ipsamq; carnē uerbi incarnatione conceptam.

ne diuinitate.

Contra sermonē Arrianorū. Cap. VII.

vna persona est Christi in vtraq; natura.

Vnā quippe ostendit esse personā in utraq; natura, hoc est dei et hominis, ne si duas facit, quaternitas inciat esse, nō trinitas. Quoniā itaq; gemmina quidē substantia, sed una persona est, propterea quod dictū est, descendi de cœlo, refertur ad dei excellentiā, quod uero adiunctum est, nō ut faciam uoluntatē meam, propter Adam, qui fecit suam, refertur ad hominis obedientiam, utrumq; autem Christus, idest deus & homo, tamē obedientia in illo, quæ cōtraria est in obedientiæ, primi hominis, secundū id quod homo est cōmendatur. Vnde ait Apl'us, sicut enim p inobediētiā unius hoīs, peccatores constituti sunt multi, ita & per obediētiam unius hominis, iusti constituentur multi.

Roma. 5

Cap. VIII. Contra eundem.

Paulus exēplo Christi ad humulitatem nos exhortatur Philip. 2.

Hanc unitatem personæ Christi Iēsu domini nostri, sic ex natura utraq; cōstantē, diuina scilicet atq; humana, ut quibuslibet earū uocabulū etiam alteri impartiat, & diuina humanæ, & humana diuinæ, beatus ostendit Apostolus, ubi nos cū ad humilitatē misericordē p Christi exhortaretur exēplū. Hoc sentite in uobis, quod & in Christo Iēsu, qui cū informa dei esset, nō rapinam arbitratus est esse, se æqualē deo: Sed se ipsum exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinē hominis factus, & habitu inuentus ut homo, humiliauit se ipsum factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis,

Contra Iudeos, Paganos, Arrianos. Capit. VIII.

Potentia æqualitatis filii cum patre.

Aequalis filius cū patre creans angelos, æqualis cum patre faciēs homines, æqualis cū patre nouū cōstituens mūdū, minor patre perditū ire parans mūdū. Aequalis cū patre, uitā largiēs æternā, minor patre, mortē suscipiens nostrā.

Ibidem. Cap. IX.

Christi discipuli q nāquis mult a per Christū fœcerūt mīracula, nullus t: mē de virgine natus est &c.

Acceperūt ab illo discipuli ut facerent multa, & magna miracula, et fœcerunt, nec tamē quispiā predicatur, aut creditur de uirgine natus, aut de spiritu sancto conceptus, nisi ille unus qui creator tempū, inuentus in tēpe est etiā ipse creatus, susciens quā integrā formauerat humanā naturā, ut pipsum quodamodo redēptor nostrā repareret ruinā. Et hic dei filius et hominis filius, ex utero matris. Idē ipse unus Christus, qui pcessit ex utero uirginali tanq; sp̄ōsus de thalamo suo. In quo utero spiritales nuptiæ celebratæ, deus cōiunctus est carni, et caro adhesit deo, ut esset unus Christus, & totus homo.

Pfalm. 18.

Ibidem.

Natiuitas Christi omnem pturbat humanā cogit. tionē

Et hæc natiuitas pturbat omnē cogitationē humanā. quoniam uirtus est eam operata diuina. Primū itaq; miraculum, magnum huius mediatoris, & singulare fuit, quod sic natus est, ut ille qui ueniebat multos docere, facere miracula, quia ipse p se, & per illos faciebat, haberet tamē aliquid ppriū qui nihil usurpauerat alienum.

Eodem

Eodem libro. Cap. XI.

Testimonia prophetarum humanitatis Christi. Esai. 7.

Dic Esaia testimonium Christo, Ecce inquit uirgo in utero concipiet & pariet filium, & uocábis nomen eius Emanuel quod est interpretatum nobiscũ deus, accedat & alius testis, dic & tu Hieremia testimonium Christo, Hic est inquit deus noster, et non æstimabitur alius absq; illo, qui inuenit omnem uiam scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israhel dilecto suo, Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est.

Baruch. 3.

Cap. XII.

Christo presente cessauit unctio Dani. 9. 2.

Dic sancte Daniel, dic de Christo quod nosti cũ uenerit, inquit, sanctus sanctorũ, cessabit unctio, ipse est lapis ille abscisus de monte sine manibus concidentium.

Cap. XVII.

Caro Christi posteriora dei. Exod. 33. Luce. 2.

Non incongruenter ex persona domini nostri Iesu Christi præfiguratũ solet intelligi, ut posteriorum eius accipiatur caro eius, in qua de uirgine natus est, & mortuus, et resurrexit, siue propter posterioritatem mortalitatis posteriora dicta sunt, siue quòd eum prope finem seculi cœperit, hoc est posterius suscipere dignatus est.

Libro IIII. Cap. V.

Christ⁹ eodem die creditur passus quo & conceptus. Luce. 23. 8. kalendas Ianuarii natus.

Octauo enim Calendas Aprilis conceptus Christus creditur, quo & passus. Natus autem creditur octauo Calendas Ianuarij.

Cap. VIII.

Christ⁹ pro nobis orat patrem ut homo. 1. Thim. 2. Roma. 8.

Sic ipse filius dei, uerbum dei, & idem ipse mediator dei & hominum filius hominis, æqualis patri per diuinitatis unitatem, & particeps nostri per humanitatis susceptionẽ, patrẽ interpellans pronobis, per id quòd homo erat, nec tamen tacẽs, quod deus cum patre unũ erat.

Cap. XIII.

Ioha. 10.

Nam qui posset nõ mori si nollet, proculdubio quia uoluit mortuus est, & ideo principatus ac potestates expoliauit, fiducialiter triũphãs eas in semet ipso. Morte sua quippe uno uerissimo sacrificio pro nobis oblato, quicquid culpatũ erat, unde nos principatus ac potestates ad tuenda suplicia iure detinebãt, purgauit, aboleuit extinxit, & sua resurrectione in nouã uitã, nos prædestinatos uocauit, uocatos iustificauit, iustificatos glorificauit.

Collos. 2. Christus mortuus est quia uoluit. Roma. 8.

Libro. XIII. Cap. XVII.

Præcipua Christi incarnationis utilitas.

Sunt & alia multa, quæ in Christi incarnatione, quæ superbis displicent, salubriter intuenda atq; cogitanda sunt, Quorũ est unũ quod demonstratũ est homini, quem locum haberet in rebus, quos condidit deus, quãdo quidem sic deo coniungi potuit humana natura, ut ex duabus substantijs fieret una persona &c.

Et post pauca.

In homine Christo gratia dei nobis comendatur.

Deinde ut gratia dei in nobis, sine ullis præcedentibus meritis in homine Christo cõmendaretur, quia nec ipse, ut tanta unitate deo uero coniunctus, una cum illo persona, ideſt ipse homo assumptus, mox ut homo etiam deus filius dei fieret, ullis est præcedentibus meritis assecutus.

Ibidem post pauca infine.

Per creaturã rationalẽ Christũ, superatur diabolus.

Pertinebat etiam ad iustitiam bonitatemq; creatoris, ut per eandẽ rationalẽ creaturã superaretur diabolus, q̃ se superasse gaudebat, et de ipso genere ueniente, quod genus origine uitiata per unum tenebat uniuersum.

De inquisitione trinitatis. C.

Licet Christus solus dicat incarnatus, tamẽ eandem incarnationẽ simul etiam operata est tota trinitas.

Interrogatur: Si una substantia est pater & filius, & spiritussanctus, quare solus filius incarnatus dicitur? Respõsio, Quia alia est psona filij, alia patris, alia spiritussancti. Et sola quidẽ psona filij incarnata est, opãte tamẽ eãdẽ incarnationẽ, tota sancta trinitate, cuius opa sũt inseparabllia.

Ibidem.

Christus quare non dicatur filius spiritus sancti, potẽs q̃ Maria cum de spiritu sancto conceptus sit.

Interrogatur dum in symbolo catholico cãtari solet, dei filiũ de spiritu sãcto, et Maria uirgine incarnatũ, quare nõ dicitur filius spiritussancti, sicut dicitur beatæ uirginis? Respõsio, Nõ utiq; sic de illo, sicut de illa natus est filius dei, De illa siquidẽ, ideſt sancta uirginæ natus est filius dei sicut de matre, non de illo, ideſt spiritussancto sicut de patre, ne duo patres dicerẽtur in sancta trinitate.

Post pauca ibidem. D.

Vtrum diuinitas cũ carneconcepta, nata & passa fit.

Vtrũ diuinitas cũ carne cõcepta, et nata, et passa est, & cætera quæ humanitatis propria esse noscũtur? Respõsio. Vtiq; diuinitas suæ carnis cõceptione cõcepta est, et natiuitate nata, sensitq; participatione humãi affectus mortem, quã spõte susceperat, nõ naturæ suæ potentiam perdens, per quã cũcta uiuificat. Et ipse auctor qui spõtè natus est, spõtè passus est. Est idẽ opus, quia utrũq; unus, licet non alio cogente, solus tamen ipse perpetitur, salua diuinitatis impassibilitate.

De essentia diuinitatis. O.

Christ⁹ secundum diuinitatem inuisibilis, secundũ humanitatem uisibilis, localis, corporeus.

Et iccirco dei filiũ secundũ substantiã diuinitatis suæ inuisibilẽ, incorpeũ et imortalẽ et incircũscriptũ, noscredere et cõfiteri oportet. Iuxta humanitatẽ uero uisibilẽ, corporeum, localem, atq; omnia membra humana ueraciter habentem credere conuenit & confiteri.

Libro X. de ciuitate dei. Cap. XX.

1. Thim. 2.

Philip. 2.

Vnde uerus ille mediator, inquãtũ formã serui accipiẽs, mediator effectus est dei et hominũ, homo Christus Iesus, cũ informa dei sacrificiũ cũ patre sumat, cum quo unus est deus, tamẽ informa serui sacrificium maluit esse q̃ sumere ne uel hac occasione quisquã existimaret cuilibet sacrificãdũ esse creaturæ, per hoc & sacerdos est, ipse offerens, ipse & oblatio, cuius rei sacramẽtũ quottidianũ esse uoluit ecclesiæ sacrificiũ, cũ ipsius corporis ip se sit caput, & ipsius capitis ipsa sit corpus, tã ipsa per ipsum, q̃ ipse p ipsam suetus offerri. Huius ueri sacrificij multiplicia, uariaq; signa erãt sacrificia prisca sanctorũ, cũ hoc unũ p multa figuraretur, tanq̃ uerbis multis res una diceretur, ut sine fastidio multũ cõmendaretur, Huic sũmo ueroq; sacrificio, cũcta sacrificia falsa cesserunt.

Christ⁹ sacerdos est offerens & oblatio.

Eodem libro. Cap. XXIX.

Gratia dei non potuit nobis graci⁹ cõmendari q̃ per incarnatum Christum.

Gratia dei non potuit gratius cõmendari, q̃ ut ipse unicus dei filius in se incõmutabiliter manẽs, indueretur hominem, & spem dilectionis suæ daret hominibus, homine medio, qua ad illum, ab hominibus ueniretur, qui tam longe erat immortalis à mortalibus, incõmutabilis à in

lis ab incõmutabilibus, iustus ab impijs, beatus à miseris.

Ibidem.

Mirabilis mirabiliter natus est.

An forte uos offendit inusitatus corporis partus ex uirgine? Neq; hoc debet offendere, imo potius ad pietatem suscipiendam debet adducere, quod mirabilis mirabiliter natus est.

Eodem libro. Cap. XXXII.

Propter præteritorũ atq; præsentium impletionem & perfectionem, etiam cætera futura esse recta pietate confidimus.

Christus quippe in carne uenturus, & quæ in illo, tam clara perfecta sunt, atq; in eius nomine impleta, pœnitentia hominum, & ad deum cõuersio uoluntatum, remissio peccatorum, gratia iustitiæ, fides piorum, & per uniuersum orbem in ueram diuinitatẽ multitudo credentium, culturæ simulachrorum, demonũq; subuersio, et a tentationibus exercitatio, profitientium purgatio, & liberatio ab omni malo, iudicij dies, resurrectio mortuorum, societatis impiorũ, æterna damnatio, regnumq; æternũ gloriosissimæ ciuitatis dei conspectum eius immortaliter perfruentis, in huius uiæ scripturis prædicta atq; promissa sunt, quorum tã multa impleta conspicimus, ut recta pietate futura esse cætera confidamus.

XXI. Libro. Cap. XV.

Incarnationis Christi magna utilitas.

Vnicus enim natura dei filius, propter nos misericordia factus est filius hominis, ut nos uatura filij hominis, filij dei per illum gratia fieremus. Manẽs quippe ille immutabilis, naturam nostram in qua nos susciperet, suscepit à nobis, & tenax diuinitatis suæ, nostræ infirmitatis particeps factus est, ut nos in melius cõmutati, quòd peccatores mortalesq; sumus, eius immortalitatis

Roma. 5

& iustitiæ participatione amittamus, et quòd in nostra natura bonũ fecit, impleti summo bono in eius naturæ bonitate seruemus, sicut enim per unũ hominẽ peccãtem in hoc tã graue malũ deuenimus, ita per unũ hominẽ eundẽq; deũ iustificãtẽ, ad illud bonũ tã sublime ueniemus,

De Musica libro. VI. Cap. IIII.

Natus passus & mortuus est Christus & nihil horũ meritus.

Nam nasci humanitus, et pati, & mori uoluit Christus. nihil horum meritus, sed excellentissima bonitate, ut nos caueremus magis superbiam, qua dignissime in ista cæcidimus q̃ contumelias quas indignus accepit, et animo æquo mortem debitam solueremus, si propter nos potuit etiam indebitam sustinere, & quidquid secretius aut purgatius in tali sacramennto à sanctis & melioribus intelligi potest. Ergo animam in carne mortali operantem, passionem corporum sentire, non mirum est.

De fide & simbolo. Capi. VI.

Confutatæ opiniones philosophorum, quæ offendunt nos credere Christum adscendisse corpore in cœlum. 1. Chor. 15.

Solet autem quosdam offendere, uel ipsos gentiles uel hereticos, quód credamus assumptum terrenum Christi corpus in cœlum. At gentiles plurimiq; philosophorum argumentis nobiscum agere solent, ut dicant, terrenum aliquid in cœlo esse non posse, nostras enim scripturas nõ nouerunt, nec sciunt quomodo dictũ sit, Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale.

Post pauca ibidem.

Hæc est immutatio, de qua dicit apostolus, omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur, quam immutationem non in deterius, sed in melius fieri docet cum dicit, & nos immutabimur. Sed ubi & quomodo sit in

Corpus Christi in cœlo esse credendũ.

cœlo corpus dominicũ, curiosissimum & superuacaneũ est quærere, tantummodo in cœlo esse credendum est, Non enim est fragilitatis nostræ, cœlorum secreta discutere, Sed est nostræ fidei, de dominici corporis dignitate, sublimia & honesta sapere.

Eodem Libro Cap. VIII.

Quid per uiuos & mortuos intelligat quos Christum iudicaturũ credimus.

Credimus etiam Christum inde uenturum conuenientissimo tempore, & iudicaturum uiuos & mortuos, Siue istis nominibus iustũ & peccatores significentur, siue quos, tunc ante mortem nostram in terris inuenturus est appellati sunt uiui, mortui uero qui eius aduẽtu resurrecturi sunt, hæc dispensatio temporalis non tantum est, sicut illa generatio secundum deum, sed etiã fuit & erit. Nam fuit dominus noster in terris, & nũc est in cœlis, et erit in claritate iudex uiuorum atq; mortuorum, ita enim ueniet sicut adscendit, secũdum auctoritatem, quæ in actibus apostolorum continetur. Ex hac itaq; tẽporali dispẽsatiõe loquitur in apocalipsi ubi scriptũ est: Hæc dicit qui est et qui fuit, et qui futurus est,

Acto. 1.

Apo. 1.

Libro I. De Genesi ad literam Cap. XXXIII.

Christi animam uenisse, usq; ad ea loca, in quibus peccatores cruciantur, ut eos solueret à tormentis, quos esse soluendos, occulta nobis sua iustitia iudicabat, non imerito creditur, Quomodo enim aliter accipiendum sit, quod dictum est. Quem deus suscitauit ex mortuis solutis doloribus inferorum, quia non poterat teneri ab eis, non uideo, nisi ut quorundam dolores apud inferos eũ soluisse accipiamus, ea potestate qua dominus est, cui omne genu flectitur, cœlestium, terrestrium, & infernorum, per quam potestatem etiam illis doloribus quos soluit non potuit teneri &c.

Christi animam uenisse, usq; ad loca ubi peccatores cruciabant non immerito creditur. Acto. 2.

Philip. 2.

De sex quæstionibus contra Paganos quæstione II.

Quid respondebunt, si excepta illa altitudine sapientiæ & scientiæ dei, ubi fortasse aliud diuinum consilium longè secretius latet, sine præiuditio forte aliarum causarum etiã, quæ à prudentibus in uestigari quæ rũt, hoc solũ eis brœuitatis causa, in huius quæstionis disputatione dicamus, Tunc uoluisse hominibus apparere Christum, & apud eos prædicari doctrinam suam, quãdo sciebat, & ubi sciebat esse, qui in eum fuerit credituri: His enim temporibus & his locis, quibus euangelium eius non est prædicatum, tales omnes in eius prædicatione futuros esse præsciebat, quales non quidem omnes, & tamẽ multi in eius corporali præsentia fuerunt, qui in eum nec, suscitatis ab eo mortuis credere uoluerunt, qualis etiam nunc multos uidemus cum tanta manifestatione de illo cõpleãtur præconia prophetarum, nolle adhuc credere, & malle humana astutia resistere, q̃ tam præclaræ atq; perspicuæ, tamq; sublimi & sublimiter diffamatæ diuinæ credere auctoritati.

Roma. 11.

Christus quare tempore illo incarnatus sit & natus.

De gratia

De gratia noui testamenti ad Honoratum. Cap. III.

Gal. 4. Omnes fœminæ proprietate hebraicæ linguę, mulieres appellantur. Io. 1

Cum autem uenit plenitudo temporis, ut gratia quæ occultabatur in ueteri testamento, iam reuelaretur in nouo, Misit deus filium suum, factum ex muliere, quo nomine proprietate Hebraicæ linguæ, omnis fœmina nuncupatur, sine uiro intacta, siue iam mixta. Quem autē filium miserit, fieri ex muliere uoluerit, quantus ille deus sit, qui hanc humilitatem pro salute fidelium suscipere dignatus est, ut agnoscas, nunc attende Euangelium, in principio erat uerbum &c. Hic ergo deus uerbum dei, per quod facta sunt omnia, filius dei est, non cōmutabiliter manens, ubiq; præsens, nullo clausus loco, nec partialiter per cuncta diffusus, tanq; minorem partem habeat in minori loco, & in maiori maiorem, sed ubiq; totus, atq; ita non absens etiam mentibus impiorum, quāuis eū nō uideant, sicut nec ista lux uidetur oculis præsentata cœcorum &c.

Cap. IX. Eodem libro.

Christus persequentes usq; ad mortē pertulit, ut nos exhortaretur tempora lia cōtemnere, pro felicitate ęterna.

Vt igitur exemplo carnis suæ Christus exhortaretur fideles suos, temporalem pro æterna fœlicitate cōtemnere, usq; ad mortem pertulit persequentes atq; sæuientes, & quasi uicto & oppresso superbę illudentes. Quod autem carnem suam resuscitauit, & discipulorū conspectibus & contactibus reddidit, eisq; uidentibus adscendit in cœlum, ipsos ædificauit, et quid expectare, quid prædicare deberent, euidentissima ueritate demonstrauit. Illos autem à quibus tanta mala usq; ad mortem pertulerat, quasi de illo superato et extincto gloriātes, in ea opinione dereliquit, & quisquis eorū salute æterna saluus fieri uellet, hoc de illius mortui resurrectione

Acto. 3.

Marci. 16.

crederet, quod hi qui uiderūt signis cōtestātibus prædicauerūt, et p ea prædicatiōe similia ppeti nō dubitauerūt.

De præsentia dei ad Dardanum Cap. XVII.

Mysteriū dei Christ? est. 1. Cor: 15.

Non enim est aliud dei mysterium nisi Christus, in quo oportet uiuificari mortuos in Adā, quia sicut in Adā oēs moriuntur, sic & in Christo oēs uiuificabūtur.

De præsentia dei ad Dardanū. Cap. II.

Acto. 1. Secundum formā humanam Christus in cœlo est. Acto. 17.

Noli itaq; dubitare ibi nunc esse hominem Christū Iēsum, unde uenturus est, memoriterq; recole, & fideliter tene, Christianam confessionē, quoniam resurrexit à mortuis, adscendit in cœlum, sedet ad dexterā patris, nec aliunde q̄ inde uenturus est, ad uiuos mortuosq; iudicandos. Et sic uenturus est illa angelica uoce testante, quemadmodum ire uisus est in cœlum, ideſt in eadē carnis forma atq; substantia, cui profecto immortalitatē dedit, naturā nō abstulit. Secundū hāc formā, non est putandus ubiq; diffusus, cauendū est enim, ne ita diuinitatē adstruamus homīs, ut ueritatē corporis auferamus. Nō est autem consequens, ut quod in deo est, ita sit ubiq; ut deus. Nam & de nobis ueracissima scriptura dicit, quod in illo uiuimus, mouemur, & sumus, nec tamen sicut ille, ubiq; sumus, sed aliter homo ille in deo, quoniam aliter et deus in homine, proprio quodam & singulari modo.

In libro qui Enchiridiō vocatur ad Laurentium. Cap. XXXIIII.

Christum fides matris non libido concepit.

Nam nihil naturæ humanæ in illa susceptione fas est dicere defuisse, sed naturæ ab omni peccati nexu omnimodo libere, non qualis de utroq; sexu nascitur per cōcupiscentiā carnis cum obligatione delicti, cuius reatus per regenerationem diluitur, sed qualem de uirgine nasci oportebat, quem fides matris non libido conceperat.

Cap. XXXV. Ibidem.

Ioha. 1. Christus deus et homo Iohan. 10. Iohan. 14.

Proinde Christus Iēsus dei filius est, et deus et homo est. Deus ante oīa sæcula, homo in nostro sæculo. Deus quia dei uerbū. Deus enim erat uerbū: Homo autē, quia in unitatē personæ accessit, uerbo anima rationalis et caro. Quocirca in quantum deus est, ipse & pater unum sunt, in quantum autem homo, pater maior est illo.

Post pauca ibidem.

Vnus dei filius, idemq; hominis filius, unus hominis filius, idemq; dei filius, non duo filij dei, deus et homo, sed unus dei filius, deus sine initio, homo à certo initio, dominus noster Iēsus Christus.

Ibidem. Cap. XXXVI.

Vndenatura humanę tanta gloria, quod dei filius eā demnaturā susceperit.

Vnde naturæ humanæ tanta gloria, nullis præcedētibus meritis sine dubitatione gratuita, nisi quia magna hic et sola dei gratia fideliter & sobriè considerantibus euidenter ostenditur, ut intelligant homines, per eandem gratiam se iustificari à peccatis, per quam factum est, ut homo Christus nullum habere posset peccatum.

In Euangelium Iohannis tractatu VII.

Fingunt enim spiritus mali, umbras quasdam honoris sibimetipsis, ut sic decipiunt eos qui sequuntur cultum. Vsq; adeo fratres mei, ut illi ipsi qui seducunt per ligaturas, per præcantationes, per machinamenta inimici, misceant præcantationibus suis nomen Christi, quia iam non possunt seducere Christianos, ut dent uenenum, addūt mellis aliquātū, ut per id quod dulce est, lateat quod amarum est, & bibatur ad perniciem. Vsq; adeo ut ego nouerim aliquo tempore illius palleati sacerdotē, solere dicere et ipse palleatus Christianus est. Vt quid hoc fratres, nisi quia aliter non possunt seduci Christiani? Ne quæratis ergo alibi Christum, q̄ ubi se uoluit prædicari Christus. Et quomodo uobis uoluit prædicari, sic illū tenete. Sic in cordibus uestris scribite: Murus est aduersus omnes impetus, & aduersus omnes insidias inimici.

Christ? nō est quęrēd? nisi ubi & quomodo uoluit prædicari.

Post pauca ibidem.

Christus vnctus dicitur, a quo omnes Christiani vngūtur.

Messias Hebraicè, latinè unctus, græcè Christus est, ab unctione enim dicitur Christus. Chrisma unctio est græce, ergo Christus unctus. Ille singulariter unctus, præcipue unctus, unde omnes Christiani unguntur.

Tractatu XIX. in eundem.

In extremo Iuditio forma sola serui uidebitur.

Talis apparebit iudex, qualis uideri possit & ab eis quos coronaturus est, & ab eis quos damnaturus est, forma ergo serui uidebitur, occulta erit forma dei, occultus erit in seruo filius dei, et apparebit filius hoīs, quia

potestatem

potestatem dedit ei iuditium facere, quia filius hominis est. Et quia ipse solus apparebis in forma serui, pater autem non apparebit, quia nõ est indutus forma serui, ideo superius ait, Pater non iudicat quemq̃.

Tractatu XLII. in eundem.

Christi missio est eius incarnatio.

Christi ergo missio est incarnatio, quód uero de deo processit uerbum, æterna processio est, non habet tempus, per quem factum est tempus. Nemo dicat in corde suo, antequam esset uerbum, quomodo erat deus? Nunq̃ dicas antèq̃ esset uerbum dei, nunq̃ deus sine uerbo fuit, quia uerbum est manens, non transiens, deus non sonus, per quod factum est cœlum, et terra, non quod præterijt cum his quæ facta sunt super terram, Ergo ab illo processit ut deus, ut æqualis, ut filius unicus, ut uerbum

Iohan. 1.

patris, & uenit ad nos, quia uerbum caro factum est, ut habitaret in nobis, Aduentus eius, humanitas eius, mansio eius, diuinitas eius: diuinitas eius quo imus, humanitas eius qua imus. Nisi nobis fieret qua iremus, nunquam ad illum manentem perueniremus.

Contra Epistolam Manichei, quam uocant Fundamenti. Cap. XXXVI.

Christus docet interius.

Philip. 2.

Docet autem unus uerus Magister, ipsa incorruptibilis ueritas, solus magister interior, qui etiam exterior factus est, ut nos ab exterioribus ad interiora reuocaret & formam serui accipiens, ut eius sublimitas surgentibus inotesceret, iacẽtibus humilis apparere dignatus est, In eius nomine supplices simus, & per eum misericordiam patris implorantes, ista quæramus.

Libro VII. Confessionum. Cap. XVIII.

Frui deo, si uolumus, per Christũ mediatorẽ necesse est, ut fiat, qui ueritas est. Iohan. 14.

Et quærebam uiam comparandi roboris, quod esset idoneum ad fruendum te, nec inueniebam donec amplecterer, mediatorem dei et hominum, hominem Christum Iesum, qui est super omnia benedictus deus in sæcula, uocantem & dicentem, Ego sum uia ueritas & uita.

Ibidem. Cap. XIX.

Augustin⁹ ubiprimum legit verbũ caro factum est, nec suspicari quidem poterat quid sacramenti haberet.

Quid autem sacramenti haberet, uerbum caro factum est, ne suspicari quidem poteram.

Et post pauca ibidem.

Error Apollinaristarum circa humanitatem Christi.

Quia itaq; uero scripta sunt, totum hominem in Christo agnoscebam, non corpus tantum hominis, aut cũ corpore sine mente animam: Sed ipsum hominem non persona ueritatis, sed magna quadam naturæ humanæ excellentia, et perfectiore participatione sapientiæ præferri cæteris arbitrabar. Alipius autem deum carne indutum, ita putabat credi à catholicis, ut præter deum & carnem, non esset in Christo anima, mentemq; hominis non existimabat in eo prædicari. Et quoniam bene persuasum tenebat, ea quæ de illo memoriæ mandata sunt, sine uitali & rationali creatura non fieri, ad ipsam Christianam fidem pigrius mouebatur. Sed postea hæreticorum, Apollinaristarum hunc errorem esse cognoscens, catholice fidei collætatus & contemperatus est: Ego autem aliquando posterius, didicisse me fateor in eo, quòd uerbum caro factum est, quomodo catholica ueritas à Iohannis 3. Fotini falsitate dirimatur.

Lib. X. Cap. XLII.

Qualis debeat esse mediator. 1. Thimo. 2.

Mediator inter deum & homines, oportebat ut haberet, aliquid simile deo, aliquid simile hominibus, ne in utroq; hominibus similis, longe esset à deo, aut in utroq; deo similis, longè esset ab hominibus, atq; ita mediator non esset.

Eodem libro. Cap. XLIII.

Mathei. 11. 1. Thimo. 2.

Verax autem mediator, quem secreta tua misericordia ostendisti humilibus, & misisti, ut eius exemplo etiam ipsam discerent humilitatem, mediator ille dei & hominum, homo Christus Iesus, inter mortales peccatores, & immortalem iustum, apparuit mortalis cũ hominibus, iustus cum deo, ut quoniam stipendium iusticiæ uita & pax est, per iusticiam coniunctam deo euacuaret mortem, Iustificatorum impiorum, quam cum illis uoluit habere cõmunem. Hic demonstratus est antiquis sanctis, ut ita ipsi per fidem futuræ passionis eius, sicut nos per fidem præteritæ salui fierent. In quantum enim homo in tantum mediator, in quantum autem uerbũ, non medius, quia æqualis deo, & deus apud deum, & simul cum spiritusancto unus est deus.

Christus in quantum homo mediator, in quantum deus, deus apud deum.

Quæstionum veteris & noui testamenti quæsti. LXXXIII.

Venit Christus in hunc mundum, quando subueniri debere sciuit.

Idcirco tunc uenit Christus, quando debuit uenire, uoluntatis suæ rationem secutus, non meritorum nostrorum. Nam si merita perpendas, uenire non debuit. Venit ergo quando & subueniri debere sciuit, & gratum futurum benefitium &c.

Post pauca ibidem.

Per Christi incarnationem, passionem et adscẽsionẽ in cœlum, uia ad cœlum aperta est.

Et quia acceptam legem gentes spreuerunt, non se subijcientes ei, neq; hij qui acceperunt seruauerunt eam, Motus dominus misericordia, misit filium suum, qui se pro illis offerens, mortem destruens, data omnibus remissione peccatorum, deo Patri illos iustificatos offerret. Non enim posset descendi ad inferos, nisi per mortem, Nec ordo enim, nec ratio poscebat, eum qui mortuus non fuisset, intrare ianuas tartari. Nonne si quis uult in terra sua Barbaros decipere, immutat se in habitu illorum, ut putetur unus ex his, et sic explorat quomodo nos subuertat? Ita factum est de diabolo, quoniam malo more hominem subuerterat, ut in morte nõ remaneret, inuentum est remedium, quomodo quos male tenebat, amitteret, & subintraretur ei, & quem putabat se uelut hominem occidisse, reperiret illum apud inferos deum, quo facto reus inuentus omnes quos tenebat, amisit, & de cetero aperta est uia ad cœlum.

Eodem Libro. Quæsti. CXIII.

Manente ergo fide, diu mecum contuli, ut scirem cur dominus deus noster de sacris & de cœlestibus sedibus ad terram incarnatus uenisset, & non alius ex his, quos ipse dominus sanctos angelos uocat: Incongruum enim uidetur

Deus quare non angelũ miserit i hũc mundum:

uidetur personæ eius hoc opus subijsse, nisi caussa facti noscatur. Deniq; hoc est quod mouet multos, nam potuerit dei patris promissio per alteram personam hoc negotium gerere, ut & hominibus in errore constitutis ostenderet ueritatem, & diabolum præsumptorem, & salutis inuidum, cum satellitibus eius comprimeret, & expoliaret deuictum, quia peruicatia & irreuerentia nequissimorum seruorũ, ministris famulis fuerat cõpescenda, ut nõ dominus omnium rem sibi indignam experiretur.

Post pauca ibidem.

Sic factum est, ut animaduerterem causam hoc popoposcisse, ut hic ueniret qui uenerit, Ipsum enim ratio tangebat, ut ad eum comprimendum ueniret, qui dignitatem eius & meritum usurpasset. Post deum enim patrem, diabolus deus dici uoluit, quòd & nunc usq; contendit, cum utiq; nõ illum res contingeret, sed esset hoc filij dei, qui post patrem deum secundus est, non natura, sed ordine. Ad hanc ergo caussam agendam nõ alium oportuit

Causa incarnationis Christi.

uenire, nisi Christum dominum nostrum, quia non tantum ad comprimendum diabolum uenit. Sed & manifestare seipsum omni creaturæ, ut reprobata persona diaboli, hunc esse cognoscerent, cuius principatum et maiestatem præsumpserat sathanas, de cætero cognita ueritate relinquerent errorem, pro certo habentes Christum esse filiũ dei, qui solus deus de deo sit & caput, siue principium eorum omnium, siue quæ in cælo sunt, siue quæ in terra, quia uirtute & potentia, qua superauit tyrannum Sathanam, manifestatus est ipse esse, cuius imperiũ præsumpserat, impius diabolus, qui est Sathanas.

De fide contra Manichæos, cap. xxvi.

Nos autem Christum dominum uerum hominem su-

Christus in carne visibiliter inuisibilis hominibus apparuit, nulla necessitate. Ioan. 10.

scepisse credimus, & in ipso uisibiliter inuisibilem hominibus apparuisse, in ipso inter homines cõuersatũ fuisse, in ipso ab hominibus humana pertulisse, in ipso homines docuisse, à quibus esset recedendũ, quid esset perfruendũ, quo esset tendendum. Totum autem hoc nulla fœcit necessitate, unde ipse dicit, Propter hoc me pater diligit, quia ego pono animam meam.

Cap. XXVIII. eodem lib.

Deus nullã patitur necessitatem.

Nullam ergo necessitatem patitur deus, neq; necessitate facit, quæ facit, sed summa & ineffabili uoluntate, ac potestate.

Cap. XXXII.

Manichæi hæretici nõ passum Christũ, sed dæmones asserit.

Omnes apostoli, omnes linguæ rationales, dominum Christũ passum esse clamant, Omnis sana fides, Christũ pro nobis passum cõfitetur. Et Manichæus iniquus, dæmones omnes illas passiones asserit pertulisse.

Contra Fœlicianũ Arrianũ, cap. X.

In Christo susceptã carnẽ ppetuitatem diuinæ generationis non [extendẽdam esse.

Non ego in Christo susceptam carnẽ perpetuitatem diuinæ generationis extendo, nec immensam deitatẽ corporei ortus ætate concludo, quia idem in diuinitate auctor est rerum, qui in carne redemptor est hominũ, idem impassibilis in se, qui passus in corpore, dum sic utriusq; naturæ proprietatem, uerè ex utraq; ggnenti similis natus expressit, ut & ueram carnem susceptisse eum constet ex matre, & indifferentem deitatem habere constet ex patre, quibus in unam personam, incõprehensibili mediatoris dispensatione coniunctis, seruauit singulis propria, sed coniunxit proprijs aliena.

Ibidem Cap. XI.

Christi diuinitatẽ incepisse, cũ uirgo cõcepit, nõ credẽdũ.

Non tunc fatentes Christi diuinitatem incepisse, cum uirgo concepit, Nec tunc cepisse carnem, cum ineffabili quodam partu, monas illa sine intercapedine medij temporis, in nullo differentem monadem, nisi quòd monas docetur esse genuit. Non infirmitatẽ uoluntariam Christi, omnipotens eius maiestas exhorruit, non omnipotentiam corporalis infirmitas extinxit.

Ibidem.

Deitas ad inferos descendit propter carnis, Matth. 14.

Scio ad inferos deitatem descendisse, proprietate carnis, scio ad cœlũ adscendisse carnem merito deitatis. Nõ est dei propriũ, q; famem sensit, sed dei proprium est, q; paucis panibus tot milia hominum saciauit.

Ibidem Cap. XVII.

Non ergo inquit apud inferos Christi anima, non diuinitas fuit? Fuit inquam. Neq; aliter uideo potuisse resuscitare carnem suam. Si apud inferos prædicetur, uelut absentis dei non fuisse potentiam, nec ideo tamen localem

Non ppter rea localis deitas dicenda est, q; ad inferos descendisse creditur.

nos credat aliquis dei prædicare præsentiam, de quo ista propter manifestationẽ certi operis dicimus, quia alicubi fuit, qui ubiq; non defuit. Iacebat quantũ ad corpus mortuus in sepulchro, mortuos resuscitans in inferno, uitam tribuens uniuersis in cœlo, non mundum dimittens, ad cœlos adscendit, nec cœlum deserens ad terram uenit, sed uno atq; eodem tempore totũ totus impleuit, qui alicubi manifestatiõe plus parens, agnitionem præsentiæ suæ indignus negauit, non immensæ deitatis absentiã, pcurauit.

Ad articulos sibi falso impositos, Articul. I.

Contra pecatũ originale singulare remediũ, mors Chri.

Contra uulnus originalis peccati, quo in Adam omnium hominum corrupta & mortificata est natura, & unde omnium concupiscentiarum morbus inoleuit, uerum & potens & singulare remedium est, mors filij dei domini nostri Iesu Christi, qui liber à mortis debito, & solus absq; peccato, pro peccatoribus et debitoribus mortuus est. Quòd ergo ad magnitudinem & potentiam prætij, & q; ad unam pertinet causam generis humani, sanguis Christi, redemptio est totius mundi. Sed qui hoc sæculũ sine fide Christi, & sine regenerationis sacramento pertranseant, redemptionis alieni sunt.

De vera innocentia.

Colloss. 2.

Plenitudo diuinitatis dicta est in Christo corporaliter habitare, non quia diuinitas corpus est, sed quia sacramentum ueteris testamenti appellantur umbræ futuri. Propter umbrarum comparationem corporaliter dicta est, in Christo plenitudo diuinitatis habitare, quòd in illo impleantur oia, quæ in illis umbris figurata sunt, ac sic quodãmodo umbrarũ præcedentiũ ipse sit corpus, hoc est figurarũ et significationũ illarũ ipsa sit ueritas.

Hebræ. 10. Quomodo intelligatur plenitudo diuinitatis in Christo habitare corporaliter.

Super Magnificat. D.

Mysterium incarnatiõnis verbi super oñia ineffabile est. Lucæ 5.

Quia fœcit mihi magna. Et ideo dixit magna, quia mysterium incarnationis uerbi super omnia constat esse ineffabile. Nihil enim unq̃ maius mirum factum est, q̃ ut deus fieret homo, et natura incõprehensibilis, corporis substãtiam sibi sic uniret, ut nec minus in ea esset, quia in se erat immensa, nec minor in se extiterat, quia in illa fuit creata: Hæc ergo sunt magna.

De Ecclesiasticis dogmatibus, Cap. II.

Deus ergo hominem adsumpsit, homo deum transiit, non naturæ uersibilitate, sicut Appollinaristæ dicũt, sed dei dignatione, ut nec deus mutaretur in humanã substantiam adsumendo hominem, nec homo in diuinam gloreficatus in deum, quia mutatio uel uersibilitas naturæ et diminutionem & abolitionem substantiæ facit. Creditur à nobis sine confusione coniuncta sancta trinitas, sine separatione distincta. Natus est ergo dei filius, ex homine, non per hominem, id est, non ex uiri coitu, sicut Ebion dicit, sed carnem ex uirginis corpore trahens, & non de cœlo secum adferens, sicut Martion, Origenes, & Euthites adfirmant. Neq; in phantasia, id est, absq; carne, sicut Valentinus. Neq; à sole, id est, putatiuè imaginatũ, sed corpus uerum, non tantum carnem ex carne, sicut Martianus. Sed uerus deus ex diuinitate, & uerus homo ex carne: Vnus filius in diuinitate uerbũ patris, & deus in homine anima & caro. Animam non absq; sensu & ratione, ut Appollinaris. Neq; caro absq; anima, ut Eunomius. Sed anima cum ratione sua, & caro cum sensibus suis, per quos sensus ueros in passione, et ante passionem suæ carnis dolores sustinuit,

Contra varias circa diuinitatem et humanitatẽ Christi hæreses.

De Symbolo ad Catechumenos, Cap. III,

Diuina illa natiuitas, qua filius processit ex patre, qua natus est deus de deo, sine initio, sine tempore, sine matre, sine aliqua fragilitate, sine ulla sui diminutione non possumus explicare. Natiuitatem eius, ait Propheta, quis enarrabit? Et reuera quis compræhendere potest, uel dicere, quomodo natus sit, qui semper est in patre, et nunquàm recedit à patre.

Diuīa Christi natiuitas explicari nõ potest.

Esaiæ 53.

De uisitatione infirmorum, Lib. II. Cap. II.

Huius incarnationis desiderio flagrabant omnes sancti. Quippe quibus erat manifestum, non aliter posse saluari genus humanum, nisi per filium dei incarnatum. Non enim est in aliquo alio salus, nec est nomen aliud sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat homines saluum fieri.

Non est nomẽ aliud sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri, q̃ in nõe Iesu Christi. Actor. 4.

De laudibus charitatis. B.

Ille ergo, qui uenit per crucis irrisionem, carnis peritiæ corruptionem, et uetustatem uinculi mortis nostræ mortis nouitate dissoluere, mandato nouo fœcit hominem nouum. Res enim uetus erat ut homo moreretur, qui ne semper ualeret in homine, res noua facta est, ut deus moreretur. Sed quia in carne mortuus est, non in diuinitate, per sempiternam uitam diuinitatis, non permisit esse sempiternum interitum carnis.

Fœcit Deus hominẽ nouum, mandato nouo.

De ouibus, Cap. XII.

Diuinitas sine humanitate non est mediatrix, humanitas sine diuinitate non est mediatrix, sed inter diuinitatem solam, & humanitatem solam, mediatrix est humana diuinitas, & diuina humanitas Christi. Et seruus meus Dauid princeps in medio eorum.

Diuinitas Christi sine humanitate non est mediatrix.

De uerbis domini secundũ Ioannem, Serm. LVIII.

Quid, quòd carnem eius, quam creaturam esse non negas, simul cum diuinitate adoras, atq; ei non minus, quàm diuinitati deseruis? Ego dominicam carnem, imò perfectam in Christo humanitatem, propterea adoro, quòd à diuinitate suscepta, atq; deitati unita est, ut non alium atq; alium, sed unum eundemq; deum, & hominem dei filium confitear. Deniq; si hominem separaueris à deo, ut Photinus uel Paulus Samosatenus, illi ego nunquàm credo, nec seruio. Velut si quis nostrum aut purpuram aut regale diadema iacens inueniat, nunquid ea conabitur adorare? Cum uero ea rex fuerit indutus, periculum mortis incurrit, si ea simul cum rege quis adorare contempserit, Ita etiam in Christo domino humanitatem non solam aut nudam, sed diuinitati suæ unitam, unum dei filium, deum uerum, & hominem uerum, qui adorare contempserit, æternæ mortis pœnam patietur.

Quare Augustin. adoranda dicat Christi humanitatem.

Hæresis Photini quæ.

Sermon. XL. de tempore.

Dominus noster Iesus Christus, quantum animaduertere potuimus, per scripturas scilicet paginas sanctas, tribus modis nominatur, quando prædicatur, siue per legem & prophetas, siue per epistolas Apostolicas, siue per fidem rerum gestarum, quas in Euangelio cognoscimus. Primus enim modus est secundum deum & diuinitatem illam, patri coæqualem, atq; coëternam adsumptionem carnis. Alter modus est, cum adsumpta carne iam idem deus, qui homo, et idem homo, qui deus, secundam quandam suæ excellentiæ proprietatem, qua non cæteris coæquatur hominibus, sed est mediator, & caput Ecclesiæ esse, & legitur, & intelligitur. Tertius modus, est quodammodo totus Christus in plenitudine ecclesiæ, id est, caput & corpus, secundum plenitudinem cuiusdam uiri perfecti, in quo uiro singuli membra sumus, quod credentibus prædicatur, & prudentibus agnoscibile offertur.

Christus nobis tribus modis per scripturas prædicatur, atq; nominatur.

Sermon. CXXV. de tempore.

Proprium nomen est patri, pater, & proprium nomen est filio, filius, & proprium est spiritui sancto, spiritus sanctus: hanc trinitatem unum deum credimus. Et unum esse deum patrem, & ex uno patre filium, qui est unius cum patre naturæ, uniusq; substantiæ, & unius potestatis. Pater filium genuit, non uoluntate, non necessitate, sed natura. Filius ultimo tempore, per quem omnia facta sunt, quæ in cœlis, quæ in terra, uisibilia & inuisibilia

inuisibilia, ad nos saluandos, & ad implendas scripturas, uenit à patre, qui nunquàm desijt esse cum patre, quem credimus conceptum de spiritu sancto, & natum de uirgine Maria, uerbum carnem factum, non demutatum, sed deum permanentem, hominem natum non putatiuè, sed uerè, non aëreum, sed corporeum: non phantasticum, sed carneum, ossa, sanguinem, sensum et animam habentem, hoc est, perfectum hominem, uerum hominem, & uerum deum intelligimus, ut uerum deum, uerum hominem fuisse non ambigamus. Non enim amisit, quod erat, sed cœpit esse, quod non erat, ut perfectus sit in suis, & uerus sit in nostris. Nam qui deus erat, homo factus est: & qui homo natus est, operatur ut deus: & qui operatur ut deus, ut homo moritur: & qui ut homo moritur, surgit ut deus. Qui deuicto mortis imperio, cum ea carne, qua natus, & passus, & mortuus fuerat, resurrexit. Adscendit ad patrem, sedetq; ad dextram eius in gloria, quam semper habuit, habetq;. In eius morte & sanguine credimus nos emundatos, & ab eo resuscitandos die nouissimo in hac carne, in qua nunc uiuimus, & quam habemus, consecuturos nos aut uitam æternam pro præmio boni meriti, aut pœnas pro peccatis æterni supplicij, hæc retinete, huic fidei animas uestras subiugate, à Christo domino præmia consecuturi regni cœlorum, Amen.

Christ⁹ homo natus est, non putatiue, sed vere.

Lib. I. de consensu Euangelistarum, Cap. IX.

Ita uero isti dissipiunt, ut in illis libris, quos Christum scripsisse existimant, dicant contineri eas artes, quibus eum putant illa fœcisse miracula, quorum fama ubique percrebuit, quòd existimando seipsos produnt, quid diligant & afferrent. Quandoquidem Christum sapientissimum propterea fuisse putant, quia nescio, quæ illicita nouerat, quæ non solum disciplina Christiana, sed etiam ipsa terrenæ reipublicæ administratio iure condemnat. Et certè qui tales libros Christi legisse se adfirmant, cur ipsi nulla talia faciunt, qualia illum de libris talibus fœcisse mirantur?

Quidam dicunt inueniri in libris quos Christum scripsisse æstimant magi eas artes.

Cap. XI. eodem lib.

Illud quoq; attendant, qui magicis artibus tanta potuisse, & nomen Christi ad populos in se conuertendos arte ipsa consecrasse delirant, utrum potuerit magicis artibus tantos prophetas diuino spiritu antequàm in terra nasceretur implere, qui de illo talia futura prælocuti sunt, qualia iam præterita in Euangelio legimus, & qualia in orbe terrarum præsentia nunc uidemus? Neq; enim si magicis artibus fœcit, ut coleretur & mortuus, Magus erat antequàm esset natus, cui prophetando uenturo gens una deputata est, cuius reipublicæ tota administratio prophetia esset illius regis uenturi, & ciuitatem cœlestem ex omnibus gentibus condituri.

Confutanē qui Chm magicis artibus miracula fœcisse autumant.

Cap. XII.

Solebant autem Romani deos gentium, quos subiugabant colendos propitiarè, & eorum sacra suscipere. Hoc de deo gentis Hebrææ, cum eam uel oppugnauerūt, uel uiderunt facere noluerunt. Credo quòd uidebant, si eius dei sacra reciperent, qui se solum deletis etiam simulachris coli iuberet, dimittenda esse omnia, quæ prius colenda susceperant, quorum religionibus imperium suum creuisse arbitrabantur, In quo eos plurimum fallatia dæmonum decipiebat: Nam utiq; intelligere debebant, occulta dei ueri uoluntate, penes quem rerum summa potestas est, sibi datū & auctum regnum, non illorum deorum fauore, qui si aliquid in hac re potestatis habuissent, suos potius protexissent, ne à Romanis superarentur, aut ipsos eis Romanos edomitos subiugassent.

Occulta dei veri voluntate, Romanis regnum auctū & datū est.

Cap. XIII.

Vnde nec illud possum dicere, Cur ergo deus Hebræorum, quem summum & uerum deum dicitis, non solum Romanos eis non subiugauit, sed nec ipsos Hebræos, ne à Romanis subiugarentur adiuuit? Præcesserunt enim manifesta peccata eorum, propter quæ illis hoc euenturum Prophetæ tanto ante prædixerant, & maximè, quia impio furore Christum occiderunt, in quo peccato aliorum occultorum peccatorum meritis excœcati sunt. Et quòd illius passio esset gentibus profutura eadem prophetica contestatione prædictum est.

Q. & Christum Iudæi impio furore occiderunt a Romanis propterea vincuntur.

Cap. XIIII.

Rem sanè mirabilem non aduertunt pauci pagani, qui remanserunt, deum Hebræorum offensum à uictis, nec receptum à uictoribus, nunc prædicari & coli ab omnibus gentibus. Ipse est enim deus Israël, de quo tanto ante propheta plebem dei sic allocutus est: Et qui eruit te, deus Israël uniuersæ terræ uocabitur. Hoc factum est per nomen Christi uenientis ad homines ex semine ipsius Israël, qui nepos fuit Abrahæ, à quo gens cœpit Hebræorum. Nam & ipsi Israël dictum est: In semine tuo benedicentur omnes tribus terræ.

Deus Hebræorū offensus a victis, nec receptus a victoribus, nūc prædicatur per nomen Christi, vbique gentiū. Esaiæ 54.

Gene. 22.

Ibidem circa finem.

Romana autem sacra illa de idolorum cultu, nec uictos ac subiugatos accepit, ut libros propheticos ad testimonium gerat Christi, ac sic de inimicorum codicibus probetur ueritas prophetati Christi. Quid ergo miseri adhuc Christum malè laudando seipsos iudicant, si aliqua magica sub eius nomine scripta sunt, cum uehementer his artibus Christi doctrina inimica sit. Hinc potius intelligant, quantum sit illud nomen, quo addito etiam illi, qui contra eius præcepta uiuunt, suas nefarias artes honorare conantur. Sic enim diuersis hominum erroribus multi etiam uarias hæreses aduersus ueritatem sub eius nomine condiderunt. Ita sentiunt etiam inimici Christi ad suadendum quod proferunt, contra doctrinam Christi, nullum sibi esse pondus auctoritatis, si non habeat nomen Christi.

Doctrina Christi magicis artib⁹ offensa atq; inimica.

Cap. XV.

Quid, quòd isti uani laudatores Christi, & Chri-

Non mirū q̄ exaculis

Deorum suorum Philosophi Christum nō audēt blasphemare, cūlegimus dæmones ei p̄ hibuisse testimonium. Marci j.

stianæ religionis obliqui obtrectatores, propterea non audent blasphemare Christum, quia quidam philosophi eorum, sicut in libris suis Porphyrius Siculus prodidit, consuluerunt deos suos, quid de Christo responderent, illi autem oraculis suis laudare Christum compulsi sunt. Nec mirum, cum in Euangelio legamus, eum dæmones fuisse confessos.

Ad Volusianum Epist. III.

Chr̄us ita fact⁹ est homo, vt curam gubernandę uniuersitatis nō deseruerit.

Primum te scire uolo, non hoc habere Christianam doctrinam, quòd ita sit deus infusus carni, qua ex uirgine nasceretur, ut curam gubernandæ uniuersitatis uel deseruerit, uel amiserit, uel ad illud corpusculum quasi contractam materiam collectamq; transtulerit. Hominum iste sensus est, nihil nisi corpora uolentium cogitare.

Post pauca ibidem.

Verbū dei patris quomodo intelligendum.

Putamus nobis de omnipotentia dei incredibile dici aliquid, cum dicitur uerbum dei, per quod omnia facta sunt, sic adsumpsisse corpus ex uirgine, & sensibus apparuisse mortalibus, ut immortalitatem suam non corruperit, ut æternitatem suam non mutauerit, ut potestatem suam nō minuerit, ut administrationem mundi non deseruerit, ut à sinu patris, id est, à secreto, quo cum illo, & in illo est, non recesserit? Verbum dei sic intellige, per quod facta sunt omnia, non ut eius transire aliquid cogites, & ex futuro præteritum fieri. Manet sicuti est, & ubiq; totum est. Venit autem cum manifestatur, & cum occultatur, abscedit. Adest tamen siue occultum, siue manifestum, sicut lux adest oculis & uidentis & cœci, sed uidenti adest præsenti, cœco uero absenti. Adest & uox audientibus auribus, adest etiam surdis, sed illis patet, istis latet. Non itaq; metuendum est corpusculum infantiæ, ne in illo tantas deus angustias passus esse uideatur. Neq; enim mole, sed uirtute magnus est deus, qui prouidentia sua meliorem sensum magis formiculis & apiculis dedit, q̄ asinis & camelis. Ipsa enim magnitudo uirtutis eius, quæ nullas in angusto sentit angustias, uterum uirginalem non aduenticio, sed indigena puerperio fœcundauit. Ipsa sibi animam rationalem, & per eandem etiam corpus humanum, totumq; omnino hominem in melius mutandum, nullo modo in deterius mutata coaptauit, nomen humanitatis ab eo dignanter assumens, diuinitatis ei largiter tribuens. Ipsa uirtus per inuiolatæ matris uirginea uiscera, membra infantis eduxit, quæ postea per clausa ostia, membra iuuenis introduxit. Hic si ratio quæritur, non erit mirabile, si exemplum poscitur, non erit singulare. Demus deum aliquid posse, quod nos fateamur inuestigare non posse. In talibus rebus tota ratio facti est, potentia facientis.

Ibidem post pauca.

Quomodo Christ⁹ mediator inter deum & homines apparuerit.

Ita Christus inter deum & homines, mediator apparuit, ut in unitate personæ copulans utranq; naturam, & solita sublimaret insolitis, insolita solitis temperaret. Quid autem, non mirum facit deus in omnibus creaturæ motibus, nisi consuetudine quotidiana uiluisse? Deniq; quàm multa usitata calcantur, quæ considerata stupentur? Sicut ipsa uis seminum, quos numeros habet, & quàm uiuaces, & quàm efficaces, quàm latenter potentes, quàm in paruo magna molientes, quis adeat animo, quis promat eloquio? Ille igitur sibi hominem sine semine operatus est, qui in rerum natura sine seminibus operatur & semina. Ille in suo corpore numeros temporum, mensurasq; seruauit ætatum, qui sine ulla sui immutabilitate mutando contexuit ordinem sæculorum. Hoc enim creuit in tempore, quod cœpit ex tempore. Verbum autem in principio, per quod facta sunt tempora, tempus elegit, quo susciperet carnem, non tempori cessit, ut uerteretur in carnem. Homo quippe deo accessit, non deus a se recessit. Sic autem quidam reddi, sibi rationem flagitant, quomodo deus homini permixtus sit, ut una fieret persona Christi, cum hoc semel fieri oportuerit, quasi rationem ipsi reddant, de re quæ quotidie fit, quomodo misceatur anima corpori, ut una persona fiat hominis. Nam sicut in unitate personæ anima utitur corpore, ut homo sit. Ita in unitate personæ deus utitur homine, ut Christus sit. In illa ergo persona mixtura est animæ & corporis, In hac persona mixtura est dei & hominis, Si tamen recedat auditor à consuetudine corporum, qua solent duo liquores ita commisceri, ut neuter seruet integritatem suam, quanquam & in ipsis corporibus aëri lux incorrupta misceatur. Ergo persona hominis, mixtura est animæ & corporis, Persona autem Christi mixtura est dei & hominis. Cum enim uerbum dei permixtum est animæ habenti corpus, simul & animam suscepit & corpus. Illud quottidie fit ad procreandos homines, Hoc semel factum est ad liberandos homines.

Ioan. j.

Pulchra de incarnatiō Christi.

In eadem Epistola.

Verbum igitur dei, idemq; dei filius, patri cōeternus, eademq; uirtus, & sapientia dei à superno fine creaturæ rationalis, usq; ad infimum finem creaturæ corporalis attingens fortiter, & disponens omnia suauiter, præsens & latens, nusquàm concluſa, nusquàm discissa, nusquàm tumida, sed sine mole ubiq; tota, longè alio modo quodam quàm eo, quo creaturis cæteris adest, suscepit hominem, seq; & illum fœcit unum Iesum Christum, mediatorem dei & hominum, æqualem patri secundum diuinitatem, minorem patre secundum carnem, hoc est, secundum hominem, incommutabiliter immortalem, secundum æqualem patri diuinitatem. Eundemq; mutabilem atq; mortalem, secundum cognitam nobis infirmitatem. In quo Christo eo tempore, quod opportunissimum ipse nouerat, & ante sæcula disposuerat, uenit hominibus magisterium & adiutorium, ad capescendam sempiternam salutem.

Sapient. 8.

Æqualis pr̄i secundū diuinitatē, minor patre secundū humanitatē.

Ibidem

Ibidem post pauca.

Moyses & Prophetæ ueturũ prę nunciauerunt Chrm.

Sed & ipse Moyses & cæteri prophetæ ueracissimi dominum Christum prophetauerunt, & gloriam magnam ei dederunt, hunc non tanquàm parem sibi, nec in miraculorum potentia superiorem, sed planè dominum deum omnium, & hominem propter homines factum uenturum prænunciauerunt. Qui propterea & ipse mirácula facere uoluit, ne esset absurdum, quæ per illos fœcerat, si ipse non faceret. Sed tamen & aliquid proprium facere debuit, nasci de uirgine, à mortuis resurgere, in cœlum adscendere. Hoc deo qui parum putat, quid plus expectet ignoro. Arbitror enim talia flagitari, qualia gerens hominem facere non debuit. Nam
Ioan.1. in principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum: Omnia per ipsum facta sunt. Num homine adsumpto, alium mundum facere debuit, ut eum esse crederemus, per quem factus est mundus? Sed nec maior mundus, nec isti æqualis in hoc mundo fieri posset. Si autem minorem faceret infra istum, similiter hoc quoq; parum putaretur. Quia ergo non oportebat ut nouum faceret mundum, noua fœcit in mundo. Homo enim de uirgine procreatus, & à mortuis in æternam uitam resuscitatus, & super cœlos exaltatus, portentius fortasse opus est quàm mundus. Hic fortè respondent, se factum hoc esse non credere. Quid ergo fiet hominibus, qui minima contemnunt, maiora non credunt? Reddita uita defunctis, ideo creditur, quia & alij fœcerunt, & parum est deo. Caro propria de uirgine creata, & à morte in æterna uita super cœlos leuata, ideo non creditur, quia nemo fœcit, & competit deo, ac per hoc, quæ sibi quisq; facilia non factu, sed captu putat, æquo animo accipit, supra ea ueluti ficta pro falsis ducit. Noli eis esse similis obsecro te. Disputantur hæc latius, & omnis quæstionum necessariarum sinus perscrutati discussiq; panduntur, Sed intellectui fides aditum aperit, infidelitas claudit.

Post pauca ibidem.

Christum dei uerbum, dei filium, deum in carne uenturum, moriturum, resurrecturum, in cœlum adscensurum, præpollentissimo suo nomine, in omnibus gentibus dicatos sibi populos habiturum, inq; illo remissionem peccatorum, salutemq; æternam futuram esse credenti-
In Christo omnia complentur prę conia prophetarum. bus, omnium gentis Hebrææ promissa, omnes prophetiæ, sacerdotia, sacrificia, templum, & cuncta omnino sacramenta sonuerunt. Venit Christus, complentur in eius ortu, uita, dictis, factis, passionibus, morte, resurrectione, adscensione, omnia præconia prophetarum.

Ad Dardanum Epist. LVII.

Noli itaq; dubitare ibi nunc esse hominem Christum Iesum, unde uenturus est, memoriterq; recole, & fideliter tene Christianam confessionem, quoniam resurrexit à mortuis, adscendit ad cœlum, sedet ad dexteram patris, nec aliunde quàm inde uenturus est ad uiuos, mortuosq; iudicandos. Et sic uenturus est illa angelica uoce testante, quemadmodum ille uisus est ire in cœlum, id Actor.1. est, in eadem carnis forma, atq; substantia, cui profectò immortalitatem dedit, naturam non abstulit. Secundum hanc formam non est putandus ubiq; diffusus. Cauendum est enim, ne ita diuinitatem adstruamus homines, ut ueritatem corporis auferamus. Non est autem consequens, ut quod in deo est, ita sit ubiq; ut deus. Nam & de nobis ueracissima scriptura dicit, quod in illo uiui- Actor.17. mus, mouemur, & sumus, Nec tamen sicut ille ubique sumus, sed aliter homo ille in deo, quoniam aliter & deus ille in homine proprio quodam & singulari modo. Vna enim persona deus & homo est, & utrunq; est deus Christus Iesus, ubiq; per id quod deus est, in cœlo autem per id quod homo. Quanquàm & in eo ipso, quod dicitur deus ubiq; diffusus, carnali resistendum est cogitationi, & mens à corporis sensibus auocanda, ne quasi spaciosa magnitudine opinemur deum per cuncta diffundi, sicut humus, aut humor, aut aër, aut lux ista diffunditur.

Secundum formã humanã Christus non ubiq; diffusus est.

Ad Pascentium Epistola CLXXIIII.

In omnipotentem deum patrem me credere profiteor, eumq; æternum ea æternitate, hoc est, immortalitate dico, quam solus deus habet, hoc & de filio eius unigenito credo in forma dei, hoc & de spiritu sancto, qui spiritus est dei patris, & filij eius unigeniti. Sed quia ipse patris dei unigenitus filius dominus noster Iesus Christus, postea quàm uenit plenitudo temporis opportuni, ad diem salutis nostræ, formam serui accepit: multa de illo in scripturis secundum formam dei dicuntur, multa secundum formam serui: Quorum (exempli gratia) duo quædam commemoro, ut singula ad singula referantur. Secundum formam dei de se ipso dixit: Ego & pater unum sumus. Secundum formam ser- Iohan. 10.
ui, Quoniam pater maior me est. Quòd autem de deo Iohan. 14
scriptum est, Qui solus habet immortalitatem: Et inuisibili soli deo honor & gloria: Et cætera huiusmodi, non de patre tantum accipimus, sed etiam de filio, quòd ad formam dei attinet, & de spiritu sancto. Pater enim, & filius, & spiritus sanctus, unus est deus, & solus uerus deus, & solus immortalis secundum incommutabilem omnino substantiam.

Quę de pr̃e dicunt, etiã de filio dici possunt, secundũ deitatẽ atq; substantiam. Galat. 4.

In Psalmum XLIIII.

Hoc nomen, quod appellatur Christus, unctionis est, Nec in aliquo alibi ungebantur reges & sacerdotes, nisi in illo regno, ubi Christus prophetabatur, & ungebatur, & unde uenturum erat Christi nomen. Nusquàm est alibi omnino, in nulla gente, in nullo regno. Vnctus est ergo deus à deo. Quo oleo, nisi spiritali? Oleum

Christꝰ unctionis nomen est.

enim uisibile in signum est, oleum inuisibile in sacramento est, Oleum spiritale intus est, oleum uisibile exterius est. Vnctus est nobis deus, & missus est nobis, & ipse deus ut ungeretur homo erat, Sed ita homo erat, ut deus esset, Ita deus erat, ut homo esse nõ dedignaretur. Verus homo, uerus deus, in nullo fallax, in nullo falsus, quia ubiq; uerax, ubiq; ueritas. Deus ergo homo, & ideo unctus deus, quia homo deus, & factus est Christus.

In Psalmum XLVI.

Roman. 1. Christ⁹ homo ex semine Dauid, Deus, dominus Dauid.

Non enim homo tantum erat Christus, sed & deus. Homo ex semine Dauid, deus, dominus Dauid, ex Iudæis carnem habens, quorum patres, ait Apostolus, & ex quibus Christus secundum carnem. Ex Iudæis ergo Christus, sed secundum carnem. Quis autem iste Christus, qui est ex Iudæis secundum carnem? Qui est super omnia benedictus in sæcula. Deus ante carnem, deus in carne, deus cum carne. Nec solum ante carnem deus, sed ante terram deus, unde facta est caro, Nec tantũ ante terram deus, unde caro facta est, sed etiam ante cœlum deus, qđ prius factum est. Ante diem deus, qui primus factus est, ante omnes angelos deus, in se Christus deus, quoniam in

Ioan. 1. principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum: Omnia per ipsum facta sunt, & sine ipso factum est nihil. Ille est ante omnia, per quem facta sunt omnia.

In Psalmum LXXXV.

Caro, et ỹbum, & anima, vn⁹ est Christus.

Neq; enim, ut nonnulli dixerunt, caro sola erat & uerbum, sed & caro, anima & uerbum, & totum hoc unus filius dei, unus Christus, unus saluator, in forma dei æqualis patri, in forma serui, caput Ecclesiæ.

Ad Bonifacium Epist. L.

De peccato in spiritũ sanctum, impœnitentia scilicet.

Qui peccauerit in spiritumsanctum, uel qui uerbum dixerit aduersus spiritumsanctum, non utiq; omne, quod in spiritumsanctum peccatur facto siue dicto, sed aliquid certũ & proprium intelligi uoluit. Hoc est autem duritia cordis usq; ad finem huius uitæ, qua homo recusat in unitate corporis Christi, quod uiuificat spiritussanctus,

Ioan. 20. remissionem accipere peccatorum. Cum enim dixisset discipulis: Accipite spiritumsanctum, continuo subiecit: Si cui dimiseritis peccata, dimittentur: Si cui tenueritis, tenebuntur. Huic ergo dono gratiæ dei, quicunq; restiterit & repugnauerit, uel quoquo modo fuerit ab eo alienus, usq; in finem huius temporalis uitæ, non remittetur ei, neq; in hoc sæculo, neq; in futuro. Isti autem cum quibus agimus, uel de quibus agimus, non sunt desperandi. Adhuc enim sunt in corpore, sed nõ quærant spiritumsanctum, nisi in Christi corpore, cuius habent foris sacramentum, sed rem ipsam non tenent, intus cuius est illud sacramentum, & ideo sibi iuditium manducant & bibunt. Vnus enim panis sacra-

1. Corin. 10 mentum est unitatis, quoniam sicut Apostolus dicit, Vnus panis, unum corpus multi sumus. Proinde Ecclesia catholica sola corpus est Christi, cuius ille caput est saluator corporis sui. Extra hoc corpus neminem uiuificat spi-

Roman. 5. ritussanctus, quia sicut ipse dicit Apostolus, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritumsanctum, qui datus est nobis. Non est autem particeps diuinæ charitatis, qui hostis est unitatis. Non habent itaq; spiritumsanctum, qui sunt extra Ecclesiam. De illis quippe scriptum est: Qui seipsos segregant animales, spiritum non Iudæ 19. habentes. Sed nec ille eum percipit, qui fictus est in ecclesia, & quomodo deinde scriptum est: Sanctus enim Sapient. 1⁰ spiritus disciplinæ effugiet fictum. Qui ergo uult habere spiritum, caueat foris ab ecclesia remanere, caueat in eam simulatè intrare. Aut si iam talis intrauit, caueat in eadem simulatione persistere, ut ueraciter coalescat arbori uitæ.

Ad Sextum Epist. CV.

Sine spiritu sancto nihil possumus.

Sicut ergo nemo rectè sapit, rectè intelligit, rectè consilio ac fortitudine præualet, nemo scienter pius est, uel piè sciens, nemo timore casto deum timet, nisi acceperit spiritum sapientiæ & intellectus, consilij & fortitudinis, scientiæ & pietatis, & timoris dei, nec habet quisquam uirtutem ueram, charitatem synceram, continentiam religiosam, nisi per spiritum uirtutis & continentiæ. Ita sine spiritu fidei non rectè quispiam crediturus, 1. Corin. 12 nec sine spiritu orationis salubriter oraturus, Non quia Ioan. 3. tot sunt spiritus, sed omnia hæc operatur unus idem spiritus, diuidens propria unicuiq; prout uult, quia Spiritus ubi uult spirat. Sed quod fatendum est, aliter adiuuat nondum inhabitans, aliter inhabitans. Nam nondum inhabitans adiuuat, ut sint fideles, Inhabitans adiuuat, iam fideles.

Ad Pascentium Epistola. CLXXIIII.

Proprio modo spiritus dicitur spirituss. Proprio modo spiritus dicitur spiritussanctus, secundum quod refertur ad patrem, & filium, quod eorum spiritussanctus sit. Nam secundum substantiam, Ioan. 4. quoniam semel dictum est, Spiritus est deus, & pater spiritus est, & filius, & ipse spiritussanctus, nec tamen tres spiritus, sed unus spiritus, sicut non tres dij, sed unus deus.

Ibidem post pauca.

Neq; enim spiritussanctus, si aut deus aut uerus deus non esset, templum eius essent corpora nostra. Nescitis inquit, quia corda uestra templum in uobis est spiritus- 1. Corint. 6 sancti

sancti quem habetis à deo? Et ne quisq; ipsum spiritum negaret deum, continuo secutus ait, Et non estis uestri iuris. Empti enim estis præcio magno, glorificate ergo & portate deum in corpore uestro, eum scilicet, cuius templum corpora uestra esse prædixerat. Iam hoc mirabile est, Si uerum est quod uos audio dicere Arrianos, ita esse spiritum sanctum minorem filio, sicut patre minor est filius. Cum enim corpora nostra, membra sint Christi, sicut dicit Apostolus, itēq; corpa nostra templū sint spiritus sancti, Sicut idē ipse dicit apostolus, nimium miror, quomodo sint membra maioris, templum minoris. An forte iam placet dicere spiritum sanctum, domino Iesu Christo esse maiorem? Videtur enim suffragari huic opinioni etiam illa sententia. Quum qui dixerit uerbum aduersus filium hominis, remittetur ei, Qui autem dixerit aduersus spiritum sanctum, non remittetur ei, neq; in hoc sæculo, neq; in futuro. Periculosius enim peccatum in maiorem quam in minorem. Nec separari phas est filium hominis, à filio dei, quia ipse filius dei factus est filius hominis, non mutando quod erat, sed assumendo, quod non erat, Sed absit à nobis etiam talis impietas, ut spiritus sanctus maior filio esse credatur.

Arriani nō solum filium minorē patre, sed & spiritum sanctum minorem filio dicunt.

Math. 12.

In Psalmum. CXLVII.

Quare non apparet modo spiritus sanctus in linguis omnibus? Imò uero apparet in linguis omnibus, tūc enim nondū erat ecclesia, per orbem terrarū diffusa, ut membra Christi in omnibus gentibus loquerentur. Tūc implebatur in uno, quod prænunciabatur in omnibus. Iam totum corpus Christi loquitur omnium linguis, & quibus nondum loquitur, loquetur. Creseit enim ecclesia donec occupet omnes linguas &c.

De fide ad Petrum. Cap. XI.

Spiritus sanctus de patre & filio procedit.

Iohan. 15. Iohan. 14.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, spiritum sanctum, qui patris & filij unus est spiritus, de patre, & filio procedere, dicit enim filius, Cum uenerit spiritus ueritatis, qui à patre procedit, ubi suum spiritum esse docuit, quia ipse est ueritas. De filio quoq; procedere spiritum sanctum, prophetica atq; apostolica doctrina nobis cōmēdat. Esaias enim de filio dicit, percutiet terrā uirga oris sui, & spiritum labiorum suorum interficiet impium. De quo et apostolus ait, quem interficiet dominus Iēsus spiritu oris sui. Quem etiam ipse unicus dei filius spiritum oris sui esse significans, post resurrectionem suam insufflans in discipulis ait, Accipite spiritum sanctum. De ore uero ipsius domini Iesu, ait Iohannes in Apocalypsi, quia gladius utraq; patre acutus procedebat. Ipse uero spiritus oris eius, ipse est gladius, qui de ore eius procedit.

Esai. 11. 2. Thes. 2. Iohan. 20. Acto. 1.

De cognitione veræ vitæ. Cap. XVIII.

Math. 3. Acto. 2. Sancti spiritus substantia, nō est in columbā uel ignem transmutata.

Sancti spiritus substantia non in columbam, uel ignem est transmutata, sicut nec uerbi, in carnem est transformata, sed spiritus sanctus columbæ corpus condidit, in quo se ad horam super corpus sibi inseparabiliter unicum, ad testimonium hominibus uisibilem præbuit, ipse uero inuisibilis in essentia patris et uerbi inseparabiliter mansit, animas quoq; discipulorum interius possidens, foris speciem ignis uel luminis oculis hominum, pro signo exhibuit, & tamen à substantia patris & filij non recessit, profecto insinuans, quòd pater & filius per eum peccata consumant, & in eorum amorem hominū corda per ipsum accendūt, & quòd impios per eū iudicabunt, iustos uero lumine uitæ in ipso glorificabūt.

Libro. III. De Mirabilibus sacræ scripturę. Cap. V.

Matth. 3. Spiritus sanctus non ex auib⁹ sumpsit columbā.

Quamuis uero corporali specie spiritus sanctus super dominum descendere dicitur, non tamen de auibus sumpsisse columbam, sed ex aēre minime dubitatur. Nequaquam enim ex auibus spiritum sanctum necesse fuit corpus assumere, dum aues sibi connexæ, in nullo transgressæ sunt legem naturæ, sed si in aliquo trasgrederentur, in hoc tanti meriti transgredi non haberent, utpotæ nec æterna, nec rationabili creatura, ut à spiritu adsumptione carnis à delictis soluerentur.

Libro. I. De symbolo ad Catechumenos. Cap. V.

Templum spiritus sancti, nouit spiritus sanctus. 1. Chor. 6.

Sequitur in symbolo, & in spiritum sanctum, ita trinitas unus deus, una natura, una substantia, una potentia summa æqualitas, nulla diuisio, nulla diuersitas, perpetua charitas, uultis nosse quid est deus spiritus sanctus? Baptizabimini, & templum eius eritis. Apostolus dicit, Nescitis quia corpora uestra templum sunt spiritus sancti, qui in uobis est, quem habetis à deo.

Libro. II. De symbolo ad Catechumenos. Cap. IX.

Substantia trinitatis, p captu hominum & congruentia cuiuslibet rei se inuisibiliter demōstrauit.

Secundum rectam autem ueramq; doctrinam, quēadmodum non est filius patre maior, quia filius apparuit in homine, pater in igne, Sic non est spiritus sanctus minor filio, quia in specie apparuit columbæ, diuina illa substantia trinitatis manens in se ipsa, sicuti est, ut innouaret perdita, nostramq; restauraret ruinam pro captu hominum, & pro congruentia cuiuslibet rei, se inuisibiliter demonstrauit, unitatem æqualitatemq; suam non amisit in igne deus, sed non est ignis in homine filius, sed non hoc solū, quod uidebatur erat, erat & quod latebat.

De incarnatione verbi. Lib. I. Cap. I.

Acto. 1. Spiritus sanctus qui discipulis datus, etiam in prophetis veteribus operatus est.

Vere enim Christus, & à mortuis resurrexit, & post resurrectionem conuersatus cum discipulis, assumptus est. Tum demum natura honore ac dignitate, patri ac filio sociatū, tradiderunt spiritū sanctum. Sane quòd ille spiritus sanctus, unūquemq; sanctorū, uel prophetarū, uel apostolorum inspirauerit, et non alius spiritus in ueteribus, alius uero in his, qui in aduentu Christi inspirati sunt fuerit, manifeste in ecclesia prædicatur.

De trinitate & vnitate. Cap. I.

Spiritum sanctum neq; genitum, fides recta declarat, quia

Spirit⁹ sanctus a patre et filio procedere creditur. Iohan. 15.

rat, quia si dixerimus ingenitum, duos patres affirmare uidebimur, Si autem genitum, duos filios credere cul-pamur, sed quod certa fides tenet, nec ingenitus est nec genitus, sed ab utroq; procedens, ideſt. & à patre, & à filio. Et ut hoc teſtimonijs aprobemus, ipſum dominum noſtrum Iēſum Chriſtum audi ad apoſtolos dicentē, cum uenerit, inquit, paracletus, quem ego mittam uobis à patre ſpiritum ueritatis, qui à patre procedit, ille teſtimonium perhibebit de me. Et rurſus ipſe dominus Iē-ſus Chriſtus, poſt reſurrectionem ſuam, ut oſtenderet à ſe procedere ſpiritumſanctum, ſicut & à patre, inſuf-flans in diſcipulos ſuos ait, accipite ſpiritumſanctum. V-nus ergo eſt ſpiritus patris & filij, unus amborum ſpi-ritus. Igitur quod patris ſit ſpiritus, ipſe dominus & ſaluator noſter diſcipulis ſuis ait, Nō enim uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus patris ueſtri, qui loquitur in uo-bis. Et quod idem & filij ſit ſpiritus, Paulus Apoſtolus teſtis eſt, ſi quis autem, inquit, ſpiritum Chriſti non habet hic non eſt eius,

Iohan. 20.

Math. 10.

Roma. 8.

Ibidem. Cap. III.

Non enim ſicut filius hominem aſſumpſit, ut in æ-ternum permaneat, ſic ſpirituſſanctus columbam, uel ig-nē, ſed illæ factæ uiſiones de creatura inferiore, ad ma-nifeſtandum ſpiritum eſſe poſtea deſtiterunt. Nunq̄ e-nim illa incompræhenſibilis incōmutabilisq; diuinitas, quæ eſt trinitas deus, ab oculis carnalibus uideri poteſt, niſi ut dictum eſt, per ſubiectam creaturam.

Sprit⁹ sanctus nō columbā aſſūpſit ut in æternūpmaneat, ſicut filius humanam naturā.

Eodem Capite poſt pauca.

Quid ſit autem quod ſpirituſſanctus, pro nobis in-terpellare dicitur, quod dicit Paulus ad Romanos ſcri-bens. Nam quid oremus, ſicut oportet neſcimus, ſed ip-ſe ſpiritus poſtulat pro nobis gemitibus inenarrabili-bus. Qui autē ſcrutatur corda, ſcit quid deſideret ſpiri-tus, quia ſecundum deum poſtulat pro ſanctis. Modus iſte locutionis, qui frequenter in ſcripturis ſanctis inue-nitur eſt, ſicut deus dicit ad Abraham. Nunc cognoui quoniam timeas dominum, hoc eſt cognoſcere te fœci, ſicut dicit Apoſtolus, Nunc cognoſcentes deum, ùno co-gniti à deo. Nempe omnia in præſentia dei ſunt antēq̄ fiant, præſentia ſunt futura, qui iam facta ſunt, quomo-do dicit cogniti à deo, niſi faciente deo ut cognoſcamus deum, ſicut & hic ſcribitur ſpiritumſanctum gemere pro nobis, ideſt gementes nos facere, infundendo nobis charitatem in deum, & proximum, ſicut legitur, Lætus di es, quia lætos homines faciat &c.

Spirit⁹ sanctus quomodo pronobis, interpellare dicatur.

Roma. 8.

Gene. 22.

Gala. 4.

Ibidem in fine.

Quàmuis ſpirituſſanctus apparuiſſet in ſpecie co-lumbæ uel ignis, non poſſumus tamen dicere ſpiritum-ſanctum, deū & columbam, aut deum et ignem, ſicut di-cimus filiū dei & hominem, Propter has igitur corpor-ales formas, in quibus apparuit ſpirituſſanctus miſſus dicitur, non propter has minor patri dici poteſt, ſicut fi-lius propter formam ſerui inheſit, illi ad unitatem per-ſonæ perpetualiter, illæ uero ſpecies corporales, ut eſt co-lumba uel ignis ad demonſtrandum, quod opus fuit ad tempus apparuerunt, & eſſe poſtea deſtiterunt. Nonne apparere debuerunt creaturæ ſicut oportuit, ſeruientes creatori aduentum eius, qui incōmutabiliter in ſe ipſo p-manet, ad eum ſignificandum & demonſtrandum, ſicut ſignificari & demonſtrari mortalibus oportebat mu-tatæ atq; conuerſe ?

Spirit⁹ sanctus nō poteſt dici deus & colūba, vel deus & ignis, ſicut dicim⁹ filiū deū & hominem.

Eodem Libro. Cap. IIII.

Aquibuſdam dubitari ſolet an ſpiritumſanctum ha-buerunt apoſtoli, illo tempore quo fuerunt cum Chriſto domino, ſecundū quod euangeliſta dicit, ſpiritus nondū erat datus, quia Iēſus nondum erat glorificatus, Et in a-lio loco ait, ſi diligitis me præcepta mea ſeruate, & ego rogabo patrem & alium peracletum dabit uobis, ut uo-biſcum ſit in æternū, ſpiritum ueritatis, quem mundus non poteſt accipere, quia non uidet eum, neq; cognoſcit eum, uos autem uidetis eum, & cognoſcitis eum, quia a-pud uos manet & uobiſcum eſt. Et etiam poſt reſurrec-tionem ſuam legitur inſufflaſſe & dixiſſe diſcipulis, accipite ſpiritumſanctum, in pentecoſte uero legitur ſpi-rituſſanctus in apoſtolos deſcendiſſe. Ad hæc dicendū quia unus ſpiritus eſt, ſed dona habet multa. Non eſt du-bium, quin ſpirituſſanctus erat cum eis, quia ubi Chri-ſtus eſt, ſpirituſſanctus eſt, Et quia uenturum ſpiritum-ſanctum à patre promiſerat Chriſtus, non defuit in hoc indifferens eius diuinitas.

Iohan. 7. Iohan. 14. Variadonꝫ spirit⁹ ſanctī.

Iohan. 20. Actor. 3.

Ibidem.

Triū officiorū formæ doni ſpirituſſancti in apoſto-lis ſunt oſtenſæ, Quarū prima hæc eſt, quæ ad ius eccle-ſiaſticū pertinet in regenerandis, Eccleſiaſtica poteſtas intelligitur eſſe in offitijs epiſcoporum & ſacerdotum, qui omnia in traditione dominica per ſpiritumſanctum, agere debent. Vnde illis dicit Iēſus, Quorum tenueritis peccata tenebuntur, & quorum remiſeritis, remittantur eis. Secunda eſt, quæ in pentecoſtæ data eſt, quæ genera-lis eſt, Nō ſolum enim in Apoſtolos, uerum etiam in om-nes credentes decidit ſpirituſſanctus. Tertia forma eſt, quæ ſolum Apoſtolis uel ordinatis in initio conceſſa eſt, in ſignis, ac uirtutibus faciendis, uſq; dum fidei ſemina iacerentur ad incrementū, Semina enim fidei ſunt uirtu-tes per apoſtolos factæ. Ipſi enim apoſtoli antiſtites po-ſiti ſunt huius modi ueritatis, qui perſigna et prodigia rationabilem eſſe fidem noſtram teſtantur. Igitur ſpi-rituſſanctus, datur omnibus generaliter credentibus, ſed ſi manet in eis, in ſignis uero & prodigijs filij dei eſſe probantur. Etiam ſpirituſſanctus, non manet quando-q; in homine, ſed uocatus aduenit, ut ſuggerat neceſſa-ria & recedat. Similiter & in traditione, uel ordinatio-ne deforis gratiam & tuitionem præſtat deuotis fidei, ut cōmendationes habeantur per inſpirationem eius.

Triū officiorum formædoni ſpirit⁹ ſanct̄ in apoſtolis ſunt oſtēſæ.

Iohan. 20.

Eodem libro. Cap. XII.

Glorificare, honorificare, ac clarificare, Tria quidem

Opus est spiritus sancti diligentia sanctificare, et sanctus custodire.

quidem uerba, sed rès una est. Proinde adorare filium in spiritu sancto, etiam nos dicimus. Spiritus sancti enim opus est, & diligentia sanctificare, & sanctos custodire & non solum rationabilia, sed etiam irrationabilia plurima sanctificare. Et etiam eos qui ceciderunt propter suam negligentiam, ad pristinum statum reuocare, ignorantes docere, obliuiscentes admonere, peccantes arguere, errantes ad uiam ueritatis perducere, Pigros hortari, de salute sua cogitare, & sollicite agere, et infirmos curare, & fragilitatem corporis per alacritatem animæ continere. & ad amorem pietatis & castitatis confirmare & omnes illuminare, Super omnia fidem ac charitatem præbet singulis, pro studio quoq; & diligentia, pro synceritate & simplicitate mentis, pro mensura fidei, & merito conuersationis gratiam ad utilitatem uult diuidere, & unus quisq; in quo opere & proposito fuerit habilis, in ipso eum uult ordinare facto, Hæc quidem spiritus sanctus facit, sed absit ut hæc sine filio faciat.

De singularitate clericorum Cap. XXIIII.

Munit illos spiritus sanctus, qui importunitatibus delictorum renunciant.

Accipimus quidem fortitudinem spiritalem, per quam substantiæ nostræ fragilitas roboretur, sed ita nobis spiritalis fortitudo collata est, ut prouidos non nos præcipites tueatur, ut illos muniat qui renunciant importunitatibus delictorum, non eos qui se magis, importunis delictis emergunt.

Ibidem.

Custos nobis datus est

Custos nobis datus est spiritus, sed ut contraria declinantibus assistendo subueniat, non uti contraria eligentibus faueat, nec ut uoluntarios & pronos in aduersa confortet, sed ut ab aduersis intentos separari confirmet. Nam quicunq; pernicioſis conatibus audet exercere uirtutem, iuuamen non habet spiritus sancti, qui neminem uult ultroneum uirum fortem, ad fraudulentas uictorias coartari, nec proteget eum, quinimo sed deserit

Eccel. 3.

quem periculis irruentem per illicitos euentus exquirere triumphos agnouerit, sicut ipse iam, tunc per Solomonem locutus est dicens, amans periculum in ipso peribit, Ordine igitur suo, non nostro arbitrio uirtus spiritus sancti administratur, Et secundũ institutum eius prælia prosperantur. Nunq̃ nisi præcipitatus exercitus cecidit, qui auidus fortiter facere, ducis uel imperatoris sui dispositiones irrumpit, Multo magis per perituram erogat fortitudinem, qui sine armis doctrinæ magistri spiritus præsumpserit triumphare, cum dicat, uæ qui per præsumptionem suam aliquid faciunt, non per deum.

De blasphemia in spiritum sanctum. VII.

Charitate quæ diffunditur per spiritum sanctum in cordibus nostris colligimur in unũ.

Quod ergo cõmune est patri & filio, per hoc nos uoluerunt habere cõmunionẽ, & inter nos, & se cũ illud donum nos colligere in unum, quod ambo habent in unum, hoc est per spiritum sanctum deum, & donum dei, In hoc enim reconciliamur, diuinitate, eaq; delectamur. Nam quid nobis prodesset, quidquid boni nos-

semus, nisi etiam diligeremus? sicut autem ueritate, discimus ita charitate diligimus, & ut plenius cognoscamus, & beati cognito perfruamur. Charitas porro diffusa est in cordibus nostris, per spiritũ sanctum, qui datus est nobis &c. Roma. 5.

Ibidem. K.

In spiritu enim sancto, quo in unum dei populus congregatur, e ijcitur spiritus immundus, qui in se ipsum diuisus est, Contra hoc donum gratuitum, contra istam dei gratiam, loquitur cor impœnitens. Ipsa ergo impœnitentia spiritus, est blasphemia, quæ non remittetur neq; in hoc sæculo, neq; in futuro. Contra spiritum sanctum, quo baptisantur, quorum peccata omnia dimittuntur, & quem accepit ecclesia ut cui dimiserit peccata dimittuntur ei, uerbum ualde malum, & nimis impium, siue cogitatione, siue etiam ligua sua dicit quem patientia dei, cum ad pœnitentiã adducat, ipse secundum duritiam cordis sui, et cor impœnitens thesaurizat sibi iram, in die iræ et reuelationis iusti iuditij dei, qui reddet unicuiq; secundum opera eius. Hæc ergo impœnitẽtia, sic enim uno aliquo nomine possumus, utcũq; appellare & blasphemiam, & uerbum contra spiritum sanctum, quod remissionem, non habet in æternum. Roma. 2. Inpœnitentia remissionem nõ habet in æternum. Marc. 3.

Ibidem. M.

Non ergo propterea quicunq; dixerit uerbum cõtra filium hominis, remittetur ei, qui autem dixerit contra spiritũ sanctum, nõ remittitur ei, quia in trinitate maior est filio spiritus s. quod nullus unq̃ uel hæreticus dixit, Sed quoniam quisquis restiterit ueritati, & blasphemauerit ueritatem, qui est Christus, etiam post tanti sui prædicationem, ut apud homines uerbum caro fieret, et habitaret in nobis, quod est filius hominis, ideſt, ipse Christus, si non dixerit uerbum, illud cordis impœnitentis, contra spiritum sanctum, de quo dictum est, Qui non renatus fuerit ex aqua & spiritu, & de quo item dictum est, accipite spiritum sanctum, si cui dimiseritis peccata, dimittuntur ei, ideſt si penituerit eum, accipiet p̃ hoc donũ remissionem peccatorũ, simul & huius, quod uerbum dixit contra filium hominis, quia peccato ignorãtiæ, siue cõtumatiæ, siue cuiuscunq; blasphemiæ. nõ addidit peccatũ inpenitẽtiæ cõtra donũ dei, et gratiam regenerationis, uel recõciliationis, quæ fit in ecclesia spiritu sancto. Nullus unaquãq; hereticorum spiritum sanctum maiorẽ dixit filio. Iohan. 1. Iohan. 3. Iohan. 20.

Ibidem infine.

Societas spiritus in uinculo pacis custodienda est.

Vnum ergo suffugium est, ne sit irremissibilis blasphemia, cor inpœnitens caueatur, nec aliter pœnitentia, prodesse credatur, nisi ut teneatur ecclesia, ubi remissio peccatorum datur, & societas spiritus in pacis uinculo custoditur.

Libro XI. De ciuitate dei. Cap. X.

Quod enim de simplici bono genitum est, pariter simplex est, & hoc est quod illud de quo genitum est, quæ duo patrem & filium dicimus, & utrumq; hoc cum spiritu sancto, unus est deus, qui spiritus

patris

patris,patris & filij,ideſt,ſpirituſſanctus,propria quã dam nationem,huius nominis in ſacris literis nuncupatur. Alius eſt autem q̃ pater & filius,quia nec pater eſt nec filius,ſed alius dixi non aliud, quia & hoc pariter ſimplex pariterq;,bonum eſt incõmutabile & coæternũ, & hec trinitas unus eſt deus.

Alius eſt ſpiritus ſanctus q̃ pater & filius.

Libro.XVIII. Cap. L.

Conuerſatus eſt in terra quadraginta dies cum diſcipulis ſuis,atq; ſuis,atq; ipſis uidentibus aſcendit in cœlum, & poſt dies decem promiſſum ſpiritumſanctum, miſit patris ſui,cuius aduenientis in eos,qui crediderant tunc ſignum erat maximum,& maxime neceſſarium, ut unus quiſq; eorum,liguis omnium gentium loqueretur,ita ſignificans unitatem catholicæ eccleſiæ, per omnes gentes futurã ac ſic linguis omnibus locuturam,

Acto. 1.

Acto. 2. Quod apoſtoli linguis omnium gẽ tium locuti, vnitas eccleſiæ ſignificabatur.

De ciuitate dei. Libro XV. Cap. VI.

Spiritus autem ſanctus operatur intrinſecus, ut ualeat aliquid medicina,quæ adhibetur extrinſecus.

Spiritus ſanctus operatur in trinitate.

De fide & ſimbolo.Cap.IX.

De ſpirituſancto autem non tantum copioſe ac diligenter diſputatum eſt à doctis, & magnis diuinarum ſcripturarum tractatoribus,ut intelligi facile poſſit eius proprium,quo proprio ſit,ut eum neq; filium,neq; patrem,dicere poſſumus, ſed ſpiritumſanctum, niſi quod eum donum dei eſſe prædicant,deum credimus, non ſe ipſo inferius donum dare,ſeruant tamen,ut non genitũ ſpiritumſanctum,tanq̃ de patre prædicent,unicus enim eſt Chriſtus,neq; de filio, tanq̃ nepotem,ſummi patris nec tamen id quod eſt,nulli debere, ſed patri ex quo omnia, ne duo conſtituamus principia, ſine principio, quod falſiſſimum eſt,& abſurdiſſimum, & non catholice fidei, ſed quorumdam hereticorum errori proprium.

Dicitur aũt Spiritꝰ ſanctus donum dei,& deus creditur.

Expoſitionis Epiſtolæ ad Romanos inchoatæ.

Nam ſi quis per inuidiam opera blaſphemat quoniam bonis dei,hoc eſt, donis dei, malicia ſua reſiſtit in ſpiritumſanctum peccare, & propterea ſpem ueniæ nõ habere æxiſtimandus eſt.

Qui donis dei malitia reſiſtit in ſpiritum ſanctũ peccare exiſtimatur.

Ibidem III.

Verbũ enim dicere in ſpiritumſanctum,non ita uidetur hic poſitum,ut tantũmodo illud intelligatur, quod per liguam fabricamus,ſed quod corde conceptũ, etiam opere exprimimus. Sicut enim non confitentur deum, qui tantum oris ſono confitentur, non etiam bonis operibus,nam de his dictum eſt, Confitentur enim ſe noſſe deum,factis autem negant. Ex quo manifeſtum eſt dici aliquid factis,ſicut manifeſtum eſt negari aliquid factis, Et ſicut illud,quod ait apoſtolus,nemo dicit dominus Ieſus,niſi in ſpiritu ſancto,non poteſt recte intelligi,niſi in factis dicere intelligatur,

Verbum dicere in ſpiritũ ſanctum eſt, q̃d corde conceptum opere exprimitur

Titum.3. 1.Cori.12.

In libro octoginta trium quæſtionũ Quæſt. LXII.

Quæritur utrum qui baptiſati ſunt illo tempore,quo ſcriptum eſt,dominũ per diſcipulos ſuos baptizaſſe plures quam Ioannes, acceperunt ſpiritumſanctum,alio enim loco Euangelij ſic dicitur,ſpiritus enim nondum erat datus,quia Ieſus nondum erat clarificatus.

Iohan. 4. An perdiſcipulos Chriſti acceperunt ſpiritũ ſanctum. Iohan.7.

Ibidem reſponſio.

Spirituſſanctus latenter dabatur,ante domini clarificationem,poſt manifeſtationem autem diuinitatis eius manifeſtius datus eſt. Et hoc dictum eſt,ſpiritus autem non dum erat datus, ideſt nondum ſic apparuerat, ut omnes eum datum eſſe faterentur.

Poſt manifeſtationem diuinitatis Chriſti manifeſtius datus eſt ſpiritus ſanctꝰ. Iohan. 7.

Poſt pauca ibidem.

Nam ſi non erat in hominibus ſpirituſſanctus,ante domini uiſibilem clarificationem,quomodo dicere potuit Dauid,& ſpiritũſanctũ tuum ne auferas a me? aut quomodo impleta eſt Elizabeth & zacharias uir eius ut prophetarent, & Anna,& Simeon de quibus omnibus ſcriptum eſt,quod impleti ſunt ſpirituſancto, ut illa quæ in euangelio legimus dixerunt? Vt autem quædam latenter,quædam uero per creaturam uiſibilem uiſibiliter deus operetur,pertinet ad gubernationem prouidentiæ, qua omnes diuinæ actiones locorum temporumq; ordines diſtinctione pulcherrima peraguntur, cũ ipſa diuinitas nec teneatur,nec migret locis, nec tendatur uarietũrue temporibus.

Et ante domini viſibilem glorificationem, ſpiritus ſanctus erat in hominibus. Pſalm.50 Luc.3.&.2

Viginti unius ſententiarum ſententia XXI.

Manifeſtum eſt in ſpiritumſanctum peccantem ueniam habere non poſſe,nam uindicatur,cum enim affligitur in ipſa pœnitentia,punit peccatum, & ſoluit uindictam,non ergo dimittitur quia punitur.

Peccans in ſpiritũ ſanctum veniã non habet.

Contra Epiſtolam Manichei,quam uocant fundamenti.Cap.X.

Propter geminam Chriſti clarificationem, ſecundum hominem,& ſecundum deum, bis etiam datus eſt ſpirituſſanctus,Semel poſtquam reſurrexit a mortuis, cum inſufflauit in faciem diſcipulorum dicens, accipite ſpiritum ſanctum. Et iterum poſtquam aſcendit in cœlum,decem diebus tranſactis,qui numerus perfectionem ſignificat,cum ſeptenario numero quo condita uniuerſa conſiſtunt,additur trinitas conditoris &c,

Propter geminã Chriſti glorificationem, bis datus legiꝰ ſpiritus ſanctus. Iohan. 20. Acto. 2.

De agone Chriſtiano.Cap. XXII.

Quare autem ſpirituſſanctus non eſt natus de columba,quemadmodum Chriſtus de fœmina ? Illa cauſa eſt,quia non columbas liberare uenerat ſpirituſſanctus, Sed hominibus ſignificare innocentiam & amorem ſpiritalem, quod in columbæ ſpecie uiſibiliter figuratum eſt.

Spiritꝰ ſanctus quare non hic natus ſicut de colũba ſicut Chriſtus de fœmina.

Ibidem in fine.

Neq; hoc ita dicimus, ut Dominum Ieſum Chriſtum

Spiritus sā ctus nō apparuit hominibus fallaciter.

Christum dicamus solum uerum corpus habuisse, spiritum sanctum autem fallaciter apparuisse oculis hominum, sed ambo illa corpora uera corpora credimus. Sicut enim non oportebat, ut homines falleret filius dei, sic non decebat, ut homines falleret spiritus sanctus. Sed omnipotenti deo, qui uniuersam creaturam de nihilo fabricauit, non erat difficile uerum corpus columbæ, sine aliarum columbarū ministerio figurare, sicut et nō fuit difficile uerum corpus in utero Mariæ sine uirili semine fabricare, cum creatura corporea, et in uisceribus fœminæ adformandum hominē. & in ipso mundo adformandam columbam imperio domini uoluntatiq; seruiret. Sed stulti homines & miseri, quod aut ipsi facere non possunt, aut in uita sua nunq̄ uiderunt. Etiā ab omnipotenti deo fieri potuisse non credunt.

Iohan. 14. Actor. 9. Spiritꝰ sanctus non in priuata persona solus uenit quēad modum nec reticti somniant. Luce. 24. Acto. 1. &. 2.

Eodem libro. Cap. XXVIII.

Nec eos audiamus, qui dicunt spiritum sanctum, quē in euangelio, dominus promisit discipulis, aut in Paulo Apostolo uenisse, aut in Montano, aut Priscilla, sicut Cataphriges dicūt, aut in nescio quo Manite, uel Manicheo, sicut Manichei dicunt. Tam enim cœci sunt isti, ut scripturas manifestas non intelligant, aut tam negligentes salutis suæ, ut omnino non negant. Quis enim cū legerit, non intelligt, uel in euangelio quod post domini resurrectionem scriptum est, dicente domino, Ego mitam promissum patris mei in uos, uos autē sedete in ciuitate. quousq; induamini uirtute ab alto, Et in actibus Apostolorum, posteaq̄ dominus abscessit à discipulorū oculis in cœlum, decem diebus peractis, die pentecostes, non attendunt apertissime uenisse spiritum sanctum, & cum essent illi in ciuitate sicut eos ante monuerat, impleuisse illos, ita ut loquerentur uarijs linguis. Nam diuerse nationes que tunc aderant, unus quisq; audientium suam linguam intelligebant.

Libro III. De doctrina Christiana Cap. VI.

Sed qui crediderunt ex quibus facta est prima ecclesia Hierosolymitana, satis ostenderunt quanta utilitas fuerit, eo modo sub pædagogo custodiri, ut signa que tēporaliter imposita erant, seruientibus ad unius dei cultū, qui fœcit cœlum & terram, opinionem obseruantium religarent. Namq; illi quia proximi spiritualibus fuerunt, in ipsis enim temporalibus & carnalibus uocibus atq; signis, quamuis quomodo spiritualiter essent intelligenda nescirent. quia unum tamen didicerant uenerari æternum deum, tam capaces extiterunt spiritussancti, ut omnia sua uenderent, eorumq; præcium indigentibus distribuendum ante Apostolorum pedes ponerent, seq; totos dedicarent deo, tanq̄ tēplū nouū, cuius terrenæ imagini hoc est tēplo ueteri seruiebāt. Nō enī hoc ullas ecclesias gentiū fœcisse scriptū est. quia nō tam prope inuenti erant, qui simulachra manufacta deos habebant.

Qui vnum deum veneratisunt primū capaces spiritus sancti fuerunt.

De correctione Donatistarum ad Bonifatium. Cap. XXX.

Proinde Ecclesia catholica sola corpus est Christi, cuius ille saluator corporis sui caput est. Extra hoc corpus neminem uiuificat spiritussanctus, quia sicut ipse dicit apostolus, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritumsanctum, qui datus est nobis. Non est autē particeps diuinæ charitatis, qui hostis est unitatis, Non habent itaq; spiritumsanctum, qui sunt extra ecclesiam, de illis quippe scriptum est. Qui se ipsos segregāt animales, spiritum non habentes, Sed nec ille eum percipit, qui fictus est in ecclesia, & quoniam deinde scriptum est, Sanctus enim spiritus disciplinæ effugiet fictū. Qui ergo uult habere spiritumsanctum, caueat foris ab ecclesia remanere, caueat in eam simulate intrare &c.

Extra ecclesiā neminem viuificat spūs sanctꝰ. Roma. 5.

Iude. 1.

Sapien. 1.

De præsentia dei ad Dardanum Cap. XII.

Dicimus ergo in baptisatis paruulis, q̄uis id nescirant, habitare spiritumsanctum. Sic enim eum nesciunt, q̄uis sit in eis, quemadmodum nesciunt et mentem suam, cuius in eis ratio, qua uti non dum possunt, uelut quædam scintilla sopita est, excitāda ætatis accessu. Neq; hoc in paruulis mirum debet uideri, cum apostolus quibusdā etiam maioribus dicat, nescitis quia templum dei estis, et spiritus dei habitat in uobis? de qualibus paulo ante dixerat: Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei, quos etiam paruulos uocat, non carnis ætate sed mentis. Non itaq; percipiebant cognitione spiritūsanctum, qui habitabat in eis, & habitante in se spiritu sancto, adhuc animales nondum spirituales erant, quia nō dum poterant in habitatorem suum spiritum, cognitione percipere, habitare autem ideo & in talibus dicitur, quia in eis occultè agit, ut sint templum eius, idq; in proficientibus, & proficiendo perseuerantibus proficit.

In paruulis etiam spiritus sanctus habitare creditur.

1. Corin. 3.

1. Chor. 2.

Ibidem. Cap. XIII.

Hos enim tales homines, si etiam anteq̄ peruenīant ad spiritualem mentis ætatem, ubi non lacte alantur, sed solido cibo, dies uitæ huiusextremus inuenerit, perficiet in eis habitator illorum, quicquid hic intelligentiæ minus habuerunt, quoniam & ab unitate corporis Christi, qui nobis uia factus est, & a templi dei societate non recesserunt. Vnde ut non recedant regulam fidei pusillis magnisq; cōmunem in ecclesia per seueranter tenent, & in quod peruenerunt in eo ambulant, donec eis deus reuelet, si quid aliter sapiunt, cogitationes suas carnales nō dogmatisant, quia non obdurant contentiosis defensionibus imanendo, sed quodamodo ambulando, idest proficiendo desudant intelligentiæ perspicuitatem impetrātes per fidei pietatem.

Manentes in vnitate corpis Christi, multa prærogatiua donant. Philip. 3.

Contra sermonem Arrianorum Cap. XIX.

Consolatorem uero, quod officiū tanq̄ pſonæ infimæ in illa trinitate, isti spirituisancto deputāt, deū dicit apostolus, sicut in epistola eius legimus ad Corinth. Is qui cō solatur humiles, cōsolatus est nos deus in presetia Tit.

Consolator spiritꝰ sanctus deus dicit a paulo. 2. Corin. 7.

Sanctorum

Sanctorum ergo deus est consolator, ipsi quippe sunt humiles, Vnde tres uiri illi in camino dicunt benedicite sancti, & humiles corde dominum, Deus est itaq; spiritus sanctus, qui consolatur humiles.

Daniel. 3.

Ibidem. Cap. XX.

Iam illud quod ideo spiritum sanctum, filio minorem Arriani conantur ostendere, quod iste sic illius tanquam iudicis aduocatus, etiam homines sanctos eidem mira cœcitate præponunt, de quibus ait idem dominus, sedebitis super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israhel. Ibi respondeant quid erit spiritus sanctus, cum filio iudex, an apud homines etiam iudices aduocatus? Absit autem ista à fideli cordæ uæcordia, ut sit iudicibus minor, aduocatus spiritus sanctus, cum illi utiq; ut iudices sint, repleantur spiritu sancto, secundum quem uiuentes fiunt spiritales, spiritalis enim omnia iudicat.

Math. 19. Si spiritus sanctus ideo minor filio quia ad uocatus vt Arriani dicunt, etiam apostolis minor esset. 1. Corin. 2.

Contra eundem. Cap. XXII.

Filius inquiunt minister est patris, spiritus sanctus minister est filij: Nec attendunt quod isto modo meliores faciunt spiritui sancto apostolos sanctos, Qui cum se dei ministros esse dicunt, nõ eos isti utiq; etiam dei patris ministros negabũt. Eius quippe ministri facti sunt, in cuius nomine etiam baptisauerunt, ideſt patris & filij, & spiritus sancti, ac per hoc secundum istorum uaniloquia, meliores erũt trinitatis ministri, si propterea minor est spiritus sanctus, quia, solius minister est filij, Legitur itaq; inscripturis sanctis filius subditus patri, Nõ autem dicit scriptura alicubi spiritum sanctum subditum filio.

Nusq̃ legitur in scriptura spiritus sanctus subditus filio.

Luce. 2. Philip. 2.

Libro II. contra aduersarium legis & prophetarum Cap. III.

Sed fieri non potuit, inquit, ut a Iudeorum prophetis saluatoris nostri prænunciaretur aduentus, cur fieri nõ potuit cum dicat apostolus, quia credita sunt illis eloquia dei? Sed ante saluatoris aduentum, inquit, spiritus sanctus ac diuinus non erat super terram. Hoc uanitas non ueritas loquitur: Nam quo nisi spiritu sancto prophetas suos dominus impleuit? de quibus in epistolæ exordio dictum est, ad Romanos, quod & supra cõmemoraui: Paulus seruus Christi Iesu, uocatus apostolus, segregatus in euangelio dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis, de filio, non qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem.

Roma. 3 Ante aduẽtum Christi etiam spiritus sanctus fuit in prophetis & patribus. Roma. 1.

Post pauca ibidem.

Quis erat, qui dixit, quod ipse Christus de se testatur esse prædictum, dixit dominus domino meo, sede à dextris meis, donec ponam inimicos tuos, scabellum pedum tuorum? Et hoc Dauid in spiritu dixisse confirmat, quem spiritum negat iste fuisse super terram, ante domini aduentum &c.

Dauidem de Christo per spiritũ sanctũ prophetauisse legitur. Psalm. 109.

Quæstionum noui & ueteris testamenti. Quæsti. CXXIII.

Spiritum sanctum habere ultra naturam, & perfectionem hominis est, ut possit quæ dei sunt, ac per hoc in ueteribus sanctis, non ita fuit spiritus sanctus sicut nunc est in fidelibus, quia exeuntes de hoc sæculo apud inferos erant, ait enim deus, in nouissimis diebus effundam spiritum meum super omnem carnem &c. & apostolus inter alia, cum autem apparuerit inquit benignitas & humanitas saluatoris nostri dei &c,

Habere spiritum sanctum vltra naturam & perfectionem hominis est. Iohan. 2. Titum. 3.

Ibidem.

Cum prophetis ergo & iustis uiris sanctum fuisse spiritum, non est ambiguum, cum prophetis propter dispensationem, cum iustis uero causa sanctitatis, sicut legitur de sancto Simeone, quia spiritus sanctus, inquit, erat cum eo, non ut signum esset adoptionis in eo, sed meritorum eius gratia, Nam filij dei credentes tunc esse cœperunt, quando manifestatus est filius dei, uicta morte cunctæ creaturæ. Si autem in Adam uel in cæteris, sic dicatur fuisse spiritus sanctus sicut nunc est in fidelibus, quæ noua dona dedit deus, cum regnũ filij sui dedicauit in nobis? Et quomodo fœlix, et beatũ tẽpus præ ceteris dicitur saluatoris aduẽtus, si ea præstitit, quæ iam fuerũt prestita? et ubi est illud quod dicit saluator ad discipulos: Multi inquit pphetæ et iusti cupierũt uidere quæ uidetis, et audire quæ auditis, & nõ audierũt? Qua ratione ergo poterit dici, quod beatitudo tẽporis huius, nihil amplius contulit doni, q̃ ueteribus est collatum? Quod quidem ad iniuriam proficit saluatoris, ut nihil habuerit nouum quod in ortu imperij sui susciperentibus se donaret &c.

Spiritus sanctus quomodo cum pphetis & Christo fuerit. Luce. 2.

Matth. 15.

Beatitudo tẽporis huius plus dignitatis cõtulit, q̃ patribus ante Christi aduentum.

Eodem Libro, Quæst. CXXV.

Memini in quodam libello Eusebij quondam, egregij in reliquis uiri legisse, quia nec spiritus sanctus sciat mysterium natiuitatis domini nostri Iesu Christi, & admiror tantæ, doctrinæ uirũ hãc maculã spiritui sancto, inflixisse, hoc enim dicens degenerem illum significauit. Neq; enim potest dici de deo esse, si nescit quæ dei sũt, quia inferior natura, qd in potẽtiore sit, nescit, Sin uero substantiæ est eiusdem, & diuinitatis, quo modo potest nescire quæ sua sunt? deniq; filius dei, quia ego inquit et pater unum sumus, propter unitatem substantiæ nõ immerito adiecit dicens. Omnia que patris sunt, mea sunt, & quæ mea patris sunt. Quamobrem si spiritus sanctus eiusdem diuinitatis est, qua ratione segregatur, ne sit eiusdem scientiæ, cum eiusdem nõ negetur esse substantiæ. Quod plus est concessit, quod minus est renuens &c.

Eusebius per errorem ipsum spiritũ sanctum nescisse mysterium natiuitatis Christi scripsit.

Iohan. 10. Iohan. 16.

Libro III. contra Maximinum Arrianorum Episcopum. Cap. XXI.

Nescitis quia corpus uestrum templum in nobis spiritus sancti est, quẽ habetis à deo, & nõ estis uestri iuris? Empti enim estis præcio magno, continuo secutus adiũxit, glorificate ergo deum in corpore uestro, ubi diligentius deum esse spiritum sanctum, glorificandum scilicet in corpore nostro tanq̃ in templo suo. Et quod Ananiæ dixit Apostolus Petrus, ausus es mentiri spiritui sancto? atq; ostendens deum esse spiritum sanctum, non es in-

1. Corin. 6. Spiritus sanctus, deus probatur, per Paulũ.

Acto. 5.

Non es, inquit, hominibus mentitus, sed deo.

Ibidem.

Spiritus. deus demõstratur. Tam malè sentientes de spiritu sancto, ut nõ ei tribuatis saltem quod tributum est Moysi famulo dei, qui non munera gratiarum, sed plagarum prodiga in eodem spiritu sancto, quia ipse est digitus dei, Aegyptijs ingerebat, & tamen Pharaoni deus erat. Vbiq; adest spiritus sanctus in æternam uitam regenerandis, et non est eis deus? Imò uero est, & deus uerus est, quia dei ueri membra templum eius est, & utiq; subiectum est templum illi, cuius est templum. Quomodo ergo deus non est, cui sunt membra dei subiecta?

Exod. 8. 7.

De inquisitione Trinitatis. C.

Interrogatur, utrum ad solam sanctispiritus personam pertineat charitas, dum Apostolus dicit, Deus charitas est, qui dilectio patris & filij esse legitur. Responsio. Nullatenus ita spiritus sanctus charitas intelligitur, quasi non sit pater & filius charitas. Sicut spiritus sanctus est charitas, ita & pater est charitas, & filius est charitas, Non tamen tres charitates, sed una charitas.

1. Ioan. 4.

Spiritus. cur dicatur charitas. Sed quia spiritus sanctus donum dei proprie dicitur, & nullum dei donum charitate maius est, imò sine eo nullum donum ad perpetuam hominem ducere poterit beatitudinem, proinde spiritus proprie dicitur charitas.

Lib. VI. de Trinitate, cap. V.

Spiritus. cum patre & filio in eadem unitate substãtiæ cõsistit. Quapropter etiam spiritus sanctus in eadem unitate substantiæ & æqualitate consistit. Siue enim sit unitas amborum, siue sanctitas, siue charitas, siue ideo unitas, quia charitas, & ideo charitas, quia sanctitas. Manifestum est, quod non aliquis duorum est, quo uterq; coniũgatur, quo genitus à gignente diligatur, generatoremq; suum diligat, simq; non participatione, sed essentia sua, neq; dono superioris alicuius, sed suo proprio, seruantes unitatem spiritus in uinculo pacis. Quod imitari per gratiam, & ad deum & ad nos iubemur. In quibus duobus præceptis, tota lex pendet & prophetæ. Ita sunt illa tria, deus unus, solus, magnus, sapiens, sanctus, beatus.

Ephes. 4.

Matth. 22

In Euangelium Ioannis, Tractatu XXXII.

Quantum quisq; amat ecclesiam, tantum habet spiritum sanctum. Credamus fratres, quantum quisq; amat ecclesiam, tantum habet spiritum sanctum, Datus est enim spiritus, sicut Apostolus dicit, ad manifestationem. Quam manifestationem? Sicut idem ipse dicit: Quia alij datur per spiritum sermo sapiẽtiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alij fides in eodem spiritu, alij donatio curationum in uno spiritu, alij operatio uirtutum in eodem spiritu. Multa enim dantur ad manifestationem, sed tamen forsan horum omnium, quæ dixi, nihil habes. Si amas, nonnihil habes: Si enim amas unitatem, etiam tibi habet, quisquis in illa habet aliquid.

1. Corin. 12

Tractatu LXXIIII. in eundem.

Fides catholica patri et filio consubstantialem Hic est utiq; in trinitate spiritus sanctus, quem patri & filio consubstantialem & coëternum fides catholica confitetur, ipse est, de quo dicit Apostolus, Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Quomodo ergo dominus dicit? Si diligitis me, mandata mea seruate, & ego rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis. Cum hoc dicat de spiritu sancto, quem nisi habeamus, nec diligere deum possumus, nec eius mandata seruare. Quomodo diligimus, ut eum accipiamus, quem nisi habeamus, diligere non ualemus? Aut quomodo mandata seruabimus, ut eum accipiamus, quem nisi habeamus, mandata seruare non possumus?.

credit spiritum sanctũ. Roma. 5.

Fideles nisi habeãt spiritũ sanctũ, nec diligere deum possunt, nec mandata eius seruare.

Post pauca, Responsio.

Restat ergo, ut intelligamus spiritũ sanctũ habere, qui diligit, et habẽdo mereri, ut plus habeat, & plus habendo plus diligat. Iam itaq; habebant spiritum discipuli, quem dominus promittebat, sine quo eum dominum non dicebant, nec tamen eum adhuc habebant, sicut eum dominus promittebat. Et habebãt ergo, et non habebant, qui quãtum habendus fuerat, non habebant. Habebant itaq; minus, dandus erat eis amplius. Habebant occultè, accepturi fuerant manifestè, quia & hoc ad maius donum spiritus sancti pertinebat, ut eis innotesceret quod habebant.

Habuerunt Apli spiritum sanctũ, & non habuerunt.

Eodem tractatu.

Spiritus. hominibus datur ad mẽsuram. Quòd autem in unitatem personæ unigeniti adsumptus est homo, gratiæ est, non naturæ, confitente Euangelio atq; dicente: Puer autem crescebat, & confortabatur, plenus sapiẽtia, et gratia dei erat in illo. Cæteris autem ad mensuram datur, et datus additur, donec unicuiq; pro modo suæ perfectionis propria mensura cõpleatur.

Lucæ 2.

Vnde & monet Apostolus, non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad temperãtiam, unicuiq; sicut deus partitus est mensuram fidei. Neq; enim ipse diuiditur spiritus, sed dona per spiritum: Nam diuisiones donationum sunt, idem autem spiritus.

Roman. 12

1. Corin. 12

Ibidem.

Spiritus. nisi inuisibiliter videri non potest. Mundus ergo eum accipere non potest, quia non uidet eum, neq; scit eum. Non enim habet inuisibiles oculos mundana dilectio, per quos uideri spiritus sanctus nisi inuisibiliter non potest.

Ioan. 14.

Tractatu XCIIII.

Quid est ergo, Si non abiero, paracletus non ueniet ad uos? Nisi non potestis capere spiritum, quamdiu secundum carnem persistitis nosse Christum? Vnde ille inquit, qui iamiam cœperat spiritum sanctum, Et si noueramus secundum carnem Christum, sed nunc iam non nouimus. Etiam ipsam quippe carnem Christi non secundum carnem nouit, qui uerbum carnem factum spiritaliter nouit.

Iohan. 16.

2. Corint. 5

Spiritaliter nosse debemus, verbũ carnẽ factũ.

Tractatu XCIX.

Temerariũ est definire, quid interfit inter procedere & nasci. Nam & filius ei, de quo natus est, & spiritus sanctus ei, de quo procedit, æqualis est. Quid autem illic interfit inter procedere & nasci, et longum est quærendo disserere, & temerarium cum disserueris definire, quia hoc & menti utcunq; comprehendere, & si quid fortè mens inde comprehenderit, linguæ difficillimũ est explicare, quantuslibet præsit doctor, quantuslibet adsit auditor.

Ibidem.

Spiritus. quare proprie dicatur spiritus.

Nec ob aliud existimo ipsum uocari proprie spiritum, cum etiam de singulis interrogemur, non posimus nisi patrem & filium spiritum dicere, quoniam spiritus est deus, id est, non corpus est deus, sed spiritus. Quod ergo communiter uocantur & singuli, hoc proprie uocari oportuit eum, qui non est unus eorum, sed in quo communitas apparet amborum.

Ioan. 4.

De verbis dñi secundū Matthæū, Sermon. XI.

Illa eccl'ia spiritū sanctum dare potest, et remissionem peccatorū, quæ habet spiritū sanctum.

Remißio peccatorum quoniam non datur, nisi in spiritu sancto. In illa ecclesia tantummodo dari potest, quæ habet spiritum sanctum.

Serm. CLXXXI. de tempore.

Spiritus. nisi adsit cordi audiē tis, ociosus est sermo doctoris.

Ipse uos docebit omnia, Quia nisi idem spiritus cordi adsit audientis, ociosus est sermo doctoris. Nemo docenti homini tribuat, quod ex ore docentis intelligit, nisi quia intus sit qui doceat, doctoris lingua exterius in uacuum laborat. Vnde quia sine eo nihil boni agere possumus, ipso opitulante tales nos reddamus, ad quos spiritus sanctus aduenire, & in quibus habitare dignetur.

Serm. CLXXXIII. de tempore.

Omnib⁹ relinquentib⁹ mundū, dat etiam spiritū sanctus. Roman. 2.

Si hunc mundum relinquimus, nos similem paracletum, sicut Apostoli, id est, spiritum ueritatis, quem mittet nobis pater, accipiemus: Quoniam non est personarum acceptio apud deum patrem, sed promissa Apostolorum nobis proficiunt, si opera, & desideria, & actus gerimus, quos Apostoli fœcerunt.

Lib. I. de doctrina Christ. cap. xxx.

Matth. 22 Præcepto charitatis etiā angeli continent.

Iam uero, si uel cui præbendum est, uel à quo nobis præbendum est officium misericordiæ, rectè proximus dicitur, Manifestum est hoc præcepto, quo iubemur diligere proximum, etiam sanctos angelos contineri, à quibus nobis tanta misericordiæ officia impenduntur, quanta multis diuinarum scripturarum locis animaduertere facile est. Ex quo & ipse deus & dominus noster proximum se nostrum dici uoluit. Nam & seipsum significat dominus Iesus Christus, opitulatum esse semiuiuo iacenti in uia afflicto & relicto à latronibus. Et Propheta in oratione ait, Sicut proximum, sicut fratrem nostrum ita complacebam.

Lucæ 10.

Psalm. 34.

Lib. XX. contra Faustū, cap. XXI.

Ipsi enim sancti, uel homines, uel angeli, exhiberi sibi nolunt, qd' uni deo deberi norunt. Apparuit hoc in Paulo & Barnaba, cum commoti miraculis, quæ per eos facta sunt, Liconij, tanq̄ dijs immolare uoluerūt: Conscissis enim uestimentis suis, confitentes & persuadentes se deos non esse, ista sibi fieri uetuerunt. Apparuit et in angelis, sicut & in Apocalypsi legimus, angelum se adorari prohibentem, ac dicentem adoratori suo: Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum. Ista sibi plané superbi spiritus exigunt, diabolus & angeli eius, sicut per omnia templa & sacra gentilium.

Act. 14.

Angeli nolūt adorari. Apo. 9. 22

De videndo deo ad Paulinā, Cap. V.

Quomodo uerum est: Angeli eorum semper uident faciē patris mei, qui in cœlis est, Si deū nemo uidit unq̄? Si ergo iam dictum est, Deum nemo uidit unq̄, ac si diceretur, nemo hominū. Hactenus illa quæstio soluta esse uidebitur, ut non sit huic sententiæ contrarium, quod dominus ait, Angeli eorū semper uident faciem patris mei, ut scilicet angelos deum uidere credamus, quem nemo uidit unq̄, scilicet hominum.

Matth. 18.

Ioan. 1. Angelos deum uidere credim⁹ quem nemo unq̄ uidit hominum.

Eodem lib. Cap. VI.

Et ideo deum nemo uidit unq̄, quia eam, quæ in deo habitat plenitudinem diuinitatis nemo conspexit, nemo mente aut oculis comprehendit: Vidit enim ad utrunq; referendum est. Deniq; cū additur, Vnigenitus filius ipse enarrauit, mentium magis q̄ oculorum uisio declaratur. Species uero uidetur, Virtus autem enarratur, illa oculis, hæc mente cōprehenditur. Sed quid de trinitate dicam? Seraphin quando uoluit, apparuit, & uocem eius Esaias solus audiuit. Apparuit angelus, & nunc præsto est, sed non uidetur. Neq; enim in nostra potestate est uidere, sed in potestate illius apparere.

Ioan. 1. Colloss. 2

Ioan. 1.

Esaiæ 6. Lucæ 1.

In nostra potestate non est uidere angelum, sed in illius apparere.

Cap. IX. libro eodem.

Nō ab omnibus angelis deus æqualiter videtur.

Eo autem modo, quo uidetur deus sicuti est, nunc fortasse uidetur à quibusdam angelis, à nobis autem tunc ita uidebitur, cum eis facti fuerimus æquales.

In argumento librorum Musices.

Virtus in angelis sanctis deo seruit.

Esse spiritalem uitalemq; uirtutem, etiam si nō sit animal mundus. Quæ uirtus in angelis sanctis ad decorandum atq; administrandum omnium deo seruit, & à quibus non intelligitur, rectissimè credatur.

In fine ibidem.

In diuinis eloquijs nō legit angelos habere animas.

Angelos sanctos habere animas, nusquam me legisse in diuinis eloquijs canonicis recolo.

De vera religione, Cap. XIII.

Angeli natura mutabiles sunt.

Fatendum est enim, & angelos natura esse mutabiles, si solus deus est incommutabilis, Sed ea uoluntate, qua magis deū q̄ se diligunt, firmi & stabiles manent in illo, & fruuntur maiestate eius, & uni libentissimè subditi.

Eodem Cap. LV.

Volūt angeli, vt homines cum ipsis colant deum.

Hoc etiam ipsos optimos angelos, & excellentissima dei ministeria uelle credamus, ut unum cum ipsis colamus deum, cuius contemplatione beati sunt. Neq; enim & nos uidendo angelos beati sumus, sed uidendo ueritatem, qua etiam ipsos diligimus angelos, & his congratulamur. Nec inuidemus quòd eò paratiores, uel nullis molestijs impedientibus te perfruuntur, Sed magis eos diligimus, quoniam & nos tale aliquid sperare à communi domino iussi sumus. Quare honoramus eos charitate, non seruitute, nec eis templa construimus: Nolunt enim se sic honorari à nobis, quia nosipsos cum boni sumus, templa summi dei esse nouerunt. Rectè itaq; scribitur, hominem ab angelo prohibitum, ne se adoraret, sed unum deum, sub quo ei esset & ille conseruus.

2. Corin. 9 Apocal. 22

Quæstionum veteris & noui Testamenti, Quæst. I

Quia

Quid enim supra omnia deus est, necesse est ut omnium mentes excedat. Homines enim quantum possunt aciem mentis extendere, adspiciunt quid deus sit opinione, non definitione. Angeli autem, qui superiores hominibus sunt, quia plus de deo aliquid sentiunt, non est dubiū. Archangeli uero eo ipso amplius. Cherubin autem & seraphin, quæ potentiæ iuxta deum esse dicuntur, maiora de deo sentiunt, non tamen comprehendunt penitus quid deus sit: Quia nemo nouit patrem nisi filius, nec filium quis nouit, nisi pater.

Necq; angeli penitus cō prehendūt quid sit deus. Matth. 11

Quæstione XX. eodem libro.

Ideo autem angelorum panis dictus est manna, quia ea uirtute creatus est, qua angelica natura subsistit & uiuit, sine deo enim nulla uita est. Per id, quod ergo de cælo uenisse dicitur, angelorum dictus est panis.

Manna q. re dicaī panis angelorum.

Ibidem in fine.

Et quia maior gratia est nunc, q̄ in prophetis, & libertas data per Christum, quia ubi spiritus domini, ibi libertas, ad comparationem temporum & gratiarum, Christiani, angeli dicti sunt, quorum pane, qui Christus est, satiati sunt Iudæi, quos homines dixit. Horum enim magis Christus est, quibus & reuelatus est, & qui hoc nomine uocari censentur. Duplici ergo generi potest intelligi supradicta quæstio, ut & panis angelorū cœlestiū dici possit, & Christianorum secundū ea quæ dicta sunt.

2. Corin. 3 Christiani etiam angeli dicuntur.

Quæst. ad Orosiū, Quæst. XVII.

Omnes quidem angeli æquales creati sunt, sed cadentibus illis per superbiā, cæteri domino pia obedientia cohærerunt, accipientes certam scientiam suæ stabilitatis, quam illi nunquā habuerunt. Et sic sunt gratia dei in omnibus circumdati, ut nunquàm possint cadere à beata uita, qua fruuntur, domino cohærentes.

Angeli æquales omnes creati sunt.

Ibidem Quæst. XXI.

Porrò primus dies ipse est angelica natura, quæ primo cœli nomine nuncupata est. Vnde euidenter ostenditur primo die spiritalem factam, id est, angelicam naturam, & sic hoc cœlum, quod oculis cernimus.

Gene. 1. Angelica natura cœli nomine nūcupata est.

Lib. III. contra Maximinum, Arrianorum Episcopum, cap. XXV.

Quod aūt tibi uidetur, nihil magnū de deo patre dici, si forma serui maior est, qua maiores uidentur & angeli, nō rectè cogitas, quē locū in rebus habeat humana natura, quæ condita est ad imagnem dei. Maiores angeli dici possunt homīe, quia maiores sunt hominis corpore, maiores sunt & animo, sed infirmo, quem peccati originalis merito corruptibile aggrauat corpus. Natura uero humana qualē naturā Christus humanæ mentis adsumpsit, quæ nullo peccato potuit deprauari, solus maior est deus. Denig; ꝓpter qd' dictū est, Minorasti eū paulo minus ab angelis, aperuit scriptura ubi legitur. Eū aūt modico mīus q̄ angl'os minoratū uidimus Iēsum ꝓpter paßionē mortis, nō ergo ꝓpter naturā hoīs, sed ꝓpter paßionē mortis.

Angeli maiores dici possunt homine. Sapient. 7.

Psalm. 8.

Hebræ. 2.

Ad Orosium contra Priscillianistas & Origenistas, Cap. X.

Quanq̄ in cōparatione iustitiæ dei, si nec sancti in cœlis angeli iusti esse dicantur, nō mihi uidetur importuna sententia, non quia ut hoc essent, à iustitia lapsi sunt, sed quia facti sunt, & deus non sunt, tantumq̄; spiritalis luminis habere non possunt, quantum habet ille, à quo facti sunt. Ibi enim summa iustitia, ubi summa sapientia, et hoc deus est, de quo dictum est, Soli sapienti deo &c. Sed alia quæstio est, q̄tū iustitiæ ipsius capiant angeli, quantumq̄; non capiant, cuius enim participatione iusti sunt, eius comparatione nec iusti sunt.

Angeli participatione dei iusti, eius cōparatione iusti non sunt.

Cap. XI. ad eundē, contra eosdē.

Certè ait Apostolus: Siue sedes, siue dominatiōes, siue principatus, siue potestates &c. Et esse ita q; sedes, dominationes, principatus, et potestates in cœlestibus apparatibus, firmißimè credo, & differre inter se aliquid, indubitata fide teneo. Sed quò me cōtemnas, quem magnū putas esse doctorem, quæ nam ista sint, et quid inter se differant, nescio. Nec sanè ea ignorantia periclitari me puto, sicuti non obedientia, si domini præcepta neglexero.

Colloss. 1. Quid inter se differant. dominationes, principatus, et potestates, August. se fatet ignorare.

Contra sermonem Arrianorum, Cap. XIII.

Si autem quod dictum est: In iussu, in uoce archangeli, Christum descendere de cœlo, ipsius archangeli iussum uolunt intelligi, sicut uerba ipsa uidentur sonare, quid eis restat, nisi ut angelis etiam minorem dicant unigenitum filium, quorum iußis obedire perhibetur, si iubente minor est cui iubetur? Quàmuis quod dictum est, Iniussu in uoce archangeli, poßit etiam sic intelligi, ut ipsa uox archangeli, iussu dei fieri accipiatur, id est, ut angelus qui tuba dei intelligendus est esse, à domino deo iubeatur emittere uocem suam, quod inferiori creaturæ necessariū erit audire, cū filius dei descendet de cœlo. Ipsa est enim tuba, de qua dicit alio loco: Canet enim tuba, & mortui resurgent incorrupti.

1. Thess. 5

1. Thess. 4.

Angelus tuba dei intelligendus est esse.

1. Corin. 15

Quæstionum super Numer. lib. IIII. cap. XLIX.

Veritas & iustitia dei, irasci angelum facit.

Dei veritas irasci facit angelum. Num. 22.

Ad Laurentium in Enchiridio, Cap. XXIX.

Placuit itaq; uniuersitatis creatori atq; moderatori deo, ut quoniam non tota multitudo angelorum deum deserendo perierat, ea quæ perierat in perpetua perditione remaneret. Quæ autem cum deo illa deserente perstiterat, de sua certißimè cognita semper futura felicitate secura gauderet. Alia uero creatura rationalis, quæ in hominibus erat, quoniam peccatis atq; supplicijs, & originalibus & proprijs tota perierat, ex eius parte reparata, quod angelicæ societati ruina illa diabolica minuerat, suppleretur. Hoc enim repromißum est resurgentibus sanctis, quod erunt æquales angelis dei.

Angelica ruina hominibus supplebitur.

Ibidem Cap. LVIII.

Quomodo aūt se habeat beatißima illa & superna societas, quæ ibi sint differentiæ personarū, ut cum omnes tanq̄ generali nomine angeli nuncupentur, sicut in epi-

stola ad Hebræos legimus. Cui enim angelorũ dixit deus aliquando, Sede à dextris meis? Hoc quippe modo significauit omnes uniuersaliter angelos dici. Sunt tamen illic archangeli, & utrum ijdem archangeli nominentur uirtutes, atq; ita dictum sit, Laudate eum omnes angeli eius, laudate eũ omnes uirtutes eius. Ac si diceretur, Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes archangeli. Et quid inter se distent quatuor illa uocabula, quibus uniuersam ipsam cœlestem societatem uidetur Apostolus esse complexus, dicendo: Siue sedes, siue dominationes, siue principatus, siue potestates, dicent qui possunt, si tamen possunt probare quod dicunt, ego me ista ignorare confiteor. Sed nec illud quidem certum habeo, utrum ad eandem societatem pertineat sol, & luna, & cuncta sydera, quàmuis nonnullis lucida corpora esse, non cũ sensu uel intelligentia uideantur.

Heb. 1. Psal. 109.

Psal. 148.

Collo. 1. Superna societas quomodo se ad inuicem habeat, Aug. se nescire dicit.

Eodem lib. Cap. LIX.

Itemq; angeli quis explicet cum qualibus corporibus apparuerint hominibus? ut non solum cernerentur, uerumetiam tangerentur, & rursus non solida corpulentia, sed spiritali potentia quasdam uisiones, non oculis corporeis, sed spiritalibus uel mentibus ingerant, uel dicant aliquid, non ad aurem forinsecus, sed intus in animo hominis, etiam ibidem ipsi constituti, sicut scriptũ est in prophetarum libro: Et dixit mihi angelus, qui loquebatur in me: Non enim ait, qui loquebatur ad me, sed in me, uel appareant & in somnijs, & colloquantur more somniorũ. Habemus quippe in Euangelio, Ecce angelus domini apparuit illi in somnis dicẽs &c. His enim modis uelut indicant se angeli contrectabilia corpora non habere. Faciuntq; difficilimam quæstionẽ, quomodo patres eis pedes lauerint, quomodo Iacob cum angelo tam solida contrectatione luctatus sit. Cum ista quæruntur, & ea sicut potest quisq; coniectat, non inutiliter exercentur ingenia, si adhibeatur disceptatio moderata, & absit error opinantium se scire quod nesciunt. Quid enim opus, ut hoc atq; huiusmodi affirmentur, uel negentur, uel definiantur cum discrimine, quando sine crimine nesciũtur.

Angeli cũ qualibꝰ corporibus apparuerint hominibus nemo explicabit.

Zacha. 2.

Matth. 1. Gene. 18. & 19. Gene. 32.

Ibidem Cap. LXI.

Nõ enim pro angelis mortuus est Christus, sed ideo etiam pro angelis fit, quicquid hominũ per eius mortem redimitur, & liberatur à malo, quoniam cum eis quodammodo redit in gratiam post inimicitias, quas inter homines & sanctos angelos peccata fœcerunt, & ex ipsa hominum redemptione, ruinæ illius angelicæ detrimenta reparantur.

Pro angelis non est mortuus Christus.

Ibidem Cap. LXII.

Et utiq; nouerunt sancti angeli docti de deo, cuius ueritatis æterna contemplatione beati sunt, quanti numeri supplementum de genere humano, integritas illius ciuitatis expectet. Propter quod ait Apostolus, Instaurate omnia in Christo, quæ in cœlis sunt, & quæ in terris. In ipso quippe instaurentur, quæ in cœlis sunt, cum id quod inde in angelis lapsum est, ex hominibus redditur. Instaurantur quæ in terris sunt, cum ipsi homines, qui prædestinati sunt ad uitam æternam, à corruptionis uetustate renouantur.

Angeli eterna dei contemplatione beati fũt

Ephe. 1.

Eodem lib. Cap. LXIII.

Nos aũt quantuscunq; sit in nobis intellectus humanus, ex parte scimus, & uidemus nunc per speculum in ænigmate, Cum uero æquales angelis dei fuerimus, tunc quemadmodũ et ipsi uidebimus facie ad faciem, tantamq; pacem habebimus erga illos, quantam & ipsi erga nos, quia tantum eos dilecturi sumus, quantum ab eis diligimur. Itaq; pax eorum nota nobis erit, quia & nostra talis ac tanta erit, nec præcellet tunc intellectum nostrum. Dei uero pax, quæ illic est erga eos, & nostrum & illorum intellectum sine dubitatione præcellet.

Æquales angelis fiet, videbimꝰ facie ad faciẽ, quod nunc videmus per speculum. 1. Chor. 13.

Philip. 4.

Lib. I. meditationum, Cap. XXIX. in fine.

Et ideo certum est, O deus, corporeis oculis te non posse sentiri, sed nec ab ullo mortalium in propria essentia aliquando potuisse uideri. Hinc etenim patenter datur intelligi, quod unde angeli te intuentur, inde & nos post hanc uitam te uidebimus. Sed nec ipsi profectò te uidere possunt sicuti es, nulli deniq; alij, tota nisi tibi soli nota est omnipotens trinitas.

Angeli deũ non vident vt est.

Lib. II. meditationum, Cap. III.

Omnia enim, ait Apostolus, nostra sunt, superiora scilicet, æqualia, & inferiora. Superiora quidẽ nostra sunt ad perfruendum, ut deus trinitas. Aequalia nostra sunt ad conuiuendum, scilicet angeli, qui etsi modo sunt superiores nobis, in futuro erunt æquales. Et inferiora nostra sunt, quia ad usum nobis, sicuti res dominorum dicuntur esse famulorũ, non priuatione à domino, sed quia sunt ad usum eorum, ipsiq; angeli in quibusdam scripturæ locis nobis seruire dicuntur, dum propter nos in ministerium mittuntur. Vnde Apostolus ait, Quoniam omnes administratorij spiritus sunt missi in ministerium, propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis. Neq; id incredibile cuiquam uideatur, quandoquidẽ et ipse creator, & rex angelorũ uenit non ministrari, sed ministrare, et dare animam suam pro multis. Dicũtur enim angeli orationes & uota nostra offerre deo, non quia deum doceant, quia omnia anteq̃ fiunt, sicut & postra facta sunt, nouit, sed quia eius uoluntatem super his consulunt, & quod deo iubente completum esse cognouerint, hoc nobis euidenter uel latenter reportent. Vnde angelus hominibus ait, Cum orastis, orationem uestram obtuli deo. Similiter & nos cum oramus non deum docemus, quasi nesciat quid uelimus, & quo indigeamus, sed necesse habet rationalis creatura temporales causas ad æternam ueritatem referre, siue petendo quid erga se fiat, siue consulendo quid fiat. De excelso igitur cœlorum habitaculo ad consulendos, uisitandos, & adiuuandos, nos attrahit supereminens charitas angelos propter deum, propter nos, propter seipsos. Propter deum utiq; cuius tanta erga nos pietatis uiscera, ipsi quoq;, ut dignum est, imitantur.

1. Corin. 3.

Matth. 22

Hebræo. 1.

Matth. 20.

Angeli orationes & vota nra offerre dicuntur deo.

Tobiæ 12.

tur. Propter nos in quibus mirum propria similitudine admirantur, propter seipsos, quorum ordines instauran dos ex nobis toto desiderio præstolantur.

De vera & falsa pœnitentia, Cap. XVI.

Angeli boni etiam liberi peccare cum cæteris potuissent.

Angeli quoq; qui perstiterunt, si liberi non fuissent unde coronarentur? Potuerunt enim peccare, quorũ similes ceciderunt. Licet enim misericorditer cuncta creauerit, iustitiam tamen in misericordia, qui iustus est, custodire oportuit.

De cognitione veræ vitæ, Cap. VI.

Angeli graphica descriptio.

Angelus autem sp. iritus est substantia incorporea, inuisibilis, sensibilis, rationalis, intellectualis, immortalis, bonorum lucida & impassibilis, malorum tetra & passibilis. Sed uidendum est, utrum aliqua substantia talis in rebus creatis esse credatur, cum à nobis minimè uideatur. Angelos enim esse, ipsa insensibilia probãt, quæ tam certam sui motus legem obseruant. Omne quippe quod mouetur, aut motum à se habet aut aliunde. Sed omne quod motum à se habet, est sensibile, ut anima: Qui aliunde insensibile, ut corpus. Quòd si sol, luna, & sydera per se mouentur, sensu uel ratione uigere uidentur, quæ tam certa tempora, tam certa cœli spatia custodiunt, & quodammodo suum intellectum huic mundo lumine uel signis innuunt. Sed qui ea rationabilia, aut saltem sensibilia corpora arbitrantur, iure sensu carentes, inter irrationabilia computantur. Cum autem uerè sint corpora uisibilia, sed motu carentia, utputè insensibilia, & tamen moueantur, constat profectò, quòd aliunde moueantur. Restat igitur ea per angelica ministeria moueri, similiter uentos, pluuias, grandines, fulgura, tonitrua, tempestates, auras, iussu dei per illos regi. Qui dubitat, & ea sensibilia putat, hunc ratio stultum cum insensibilibus probat. Bruta quoq; animalia, usibus humanis per illos obsecundari, uel aduersare qui non credunt, aut illa per rationalem intellectum hæc facere credunt, longè à ratione recedunt. Sed & cuncta, quæ in rebus insensibilibus, uel creaturis sensibilibus geruntur, per illos administrari qui ambigit, multũ à luce ueritatis desipit. Igitur constat angelos uerè esse, & cuncta nobis occulta patenter nosse. Sed hoc differt inter illorum & nostram scientiam, quòd ipsi omnes causas rerum antequàm eueniant præsciunt, nos autem uix & cum magno labore inuestigamus eas, postquàm res in actu constant.

Angeli occulta etiam hominibus norunt.

Eodem lib. Cap. VIII.

In angelis ordo est.

Sicut enim luna stellas, sol lunam, in claritate excellere cernitur, sic quilibet superior ordo angelorum, inferiorem ab angelis usq; ad seraphin, gloria, dignitate, claritate, præcellere creditur.

Ibidem post pauca.

Igitur constat, quanquàm animam toto mundo longè maiorem fore, angeli autem sicut ab animabus beatitudine, ita etiam differunt magnitudine. Hic nemo magnitudinem corporalis quantitatis intelligat, sed illam potius intellectualem, quæ hunc mundum corporeum, & cuncta in eo corpora ad paruitatem redigat.

Anima maior toto mũdo, nõ quãtitate, sed intellectuali magnitudine, angel⁹ maior anima.

Ibidem Cap. XXIIII.

Omnis creatura deum sibi inesse per aliquid sentit, Angeli enim & uniuersa uiuentia deum sibi inesse sentiunt. Deus quippe uita est, & omne qd' uiuit, uita uiuit. Non enim angelus magis uita uiuit, quàm uermis, licet iste sit immortalis, ille mortalis. Nec angelus magis subsistit quàm uermis, quàmuis illius substantia sit æterna, istius autem caduca.

Angeli substantia æterna.

Eodem lib. Cap. XXXI.

Angeli mutabiles sunt, quia de præteriw in præsens, de præsenti in futurum mouentur. Præteritum quippe habent, futurum nondum habent. Constat enim, quòd socios angelicos olim amissos non habent, & quòd adhuc consortio sanctorum in terra peregrinantium carent, præterita memoria recolligunt, futurum præsciendo intelligunt: Et sicut potest cogitari, quod aliquando cœperunt, ita etiam potest cogitari, quod finiri possint.

Angeli mutabiles sunt

Ibidem in fine.

Solus ergo deus habet immortalitatem, quia nullam recipit mutabilitatem. Hic etiam solus est inuisibilis, quia nullæ creaturæ ad plenum intelligibilis, nempe beatorum & angeli suo more, non nostro eum semper uident, non per interualla spatiorum sicut nos corporea uidemus, sed intra se, & extra se, in omni creatura, et extra omnem creaturam eum conspiciunt, nec ullo intellectus intuitu amplitudinem suæ claritatis excedunt: Et quia non ita pleniter ab ipsis, ut à seipso conspicitur uel intelligitur, ideo solus inuisibilis dicitur.

Angeli suo more deum semp vidẽt.

De fide ad Petrum, Cap. XXIII.

Firmissimè tene, & nullatenus dubites, omnem creaturam naturaliter mutabilem, à deo incommutabili factam, nec tamen posse quemlibet sanctorum angelorum in deterius mutari, quia sic acceperunt æternam beatitudinem, qua deo stabiliter perfruuntur, ut ea carere nõ possint: Sed hoc ipsum, quod ab illo statu beatitudinis, in quo sunt, mutari in deterius nullatenus possunt, non est eis naturaliter insitum, sed postquàm creati sunt gratiæ diuinæ largitate collatum. Si enim angeli naturaliter incommutabiles fierent, nunquàm de eorum consortio diabolus & eius angeli cecidissent.

Sancti angeli in deterius nõ possunt mutari, licet sine mutabiles.

Ibidem Cap. XXXIIII.

Firmissimè tene, & nullatenus dubites, in omni creatura, quam spiritalem atq; corpoream, summa trinitas fecit, solos spiritus angelicos & humanos intelligendi facultatem diuinitus accepisse, & etiam hoc omnino habere non posse.

In omni creatura angelos & homines solos intellectuales esse.

De Spiritu & anima, Cap. XVIII.

Omnis uero rationalis creatura corporea est, angeli & omnes uirtutes corporeæ sunt, licet non carne subsistant. Et ex eo intellectuales naturas corporeas esse dicimus, quia loco circumscribuntur, sicut & anima humana, quæ carne clauditur, quæ idcirco in loco et localis esse dicitur. In loco, quia hic alicubi præsens est: Localis, quia quod alicubi præsens est totum, alibi non est. Non habet tamen corporalem dimensionem, nec corporalem circũscriptionem, quoniam corporalis quantitatis expers est. Sed quia per præsentiam & operationem in loco cõcluditur, localis & ipsa dicitur. Veruntamen non sicut corpus, cui secundum locum, principium, medium, & finis aßignatur. Circumscriptum est, quod cum alicubi est totum, non potest simul esse alibi: quod de solis corporeis naturis cernitur. In circumscriptum uero est, quod simul est ubiq; totum: quod de solo deo intelligitur. Circumscriptum autem simul, & incircumscriptum est, quod cũ alicubi sit totum, potest simul alibi esse totum, non tamen ubiq;, quod de creatis spiritibus cognoscitur.

Angelos et aias quomodo locales dicunt.

Circũscriptum quid dicatur.

Eodem lib. Cap. XXIIII.

Angeli siquidem his corporalibus iudicandis & ministrandis præsunt, & eorum significatiuas similitudines in spiritu ita discernunt, & tanta potentia quodãmodo tractant, ut eas etiam poßint hominum spiritibus reuelando miscere. Inde est quod angelus dei apparuit in somnis Ioseph dicens, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. Et iterum. Tolle puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum. Deus etiam per Prophetam dicit. Effundam de spiritu meo super omnem carnem, & iuuenes uisiones uidebũt, et senes somnia somniabunt &c.

Angeli spiritibus hominum reuelãdo possunt miscere

Mat. 1 et. 2

Iohel. 2.

Ibidem XXVII.

Humanum spiritum aliquando bonus aliquando malus assumit spiritus, nec facile discerni potest à quo spiritu assumatur, nisi quia bonus instruit, malus fallit.

Differẽtia inter bonũ & malum.

Eodem lib. Cap. XXIX.

Cum homines mortui, siue uiui, hominibus dormientibus uel uiglantibus apparent, non in ipsis rebus ut sunt uidentur, sed in quibusdam similitudinibus rerum. Istud autem angelicis fieri operationibus creditur, per dispensationem prouidentiæ dei, benè utentis bonis uel malis, secundum inscrutabilem altitudinem iuditiorum suorũ. Siue hinc instruantur mentes mortalium, siue fallantur, siue consolentur, siue terreantur, sicut unicuiq; uel præbenda est misericordia, uel irroganda iustitia, ab eo cui misericordiam & iuditium non inaniter decantat ecclesia. Ibi siquidem sunt spiritus defunctorum, ubi non uident, neq; audiunt, quæ aguntur aut eueniunt in ista uita hominibus. Ita tamen est eis cura de uiuis, quamq; quid agant omnino nesciant, quemadmodum cura est nobis de mortuis, quamuis quid agant, utiq; nesciamus. Nesciunt quidem mortui quid hic agatur, sed dum hic agitur, postea audire possunt ab eis, qui hinc moriendo ad eos pergunt, non quidem omnino, sed quantum sinitur eis indicare, & eos oportet audire. Scire etiam possunt ab angelis, qui hic nobis præsto sunt, & animas nostras ad illos deferunt. Spiritu etiam dei reuelante cognoscere possunt, quæ hic aguntur, quæ necessarium est eos noscere. Quidam etiam ex mortuis ad uiuos rapi possunt, nõ per propriam naturam, sed per diuinam potentiam. Vtrum tamen ista fiant per eorum præsentiam, aut per angelos suscipientes eorum personam, affirmare non audeo. Deus enim omnipotens, qui est ubiq; præsens, per angelica ministeria usquequaq; diffusa, potest præbere ista hominibus solatia, quibus in huius uitæ miseria iudicat esse præbenda.

Psalm. 100

Mortui, ab his qui hinc emigrant, possint rescire qd hic agatur, quãtum a deo sinitur.

De Ecclesiasticis dogmatibus, Cap. X.

In principio creauit deus cœlum & terram & aquã ex nihilo, & cum adhuc tenebræ ipsam aquam occultarent, & aqua terram absconderet, facti sunt angeli & omnes cœlestes uirtutes, ut non esset ociosa dei bonitas, sed haberet in quibus per multa ante spacia bonitatem suam ostenderet, et ita hic uisibilis mundus, ex materia quæ à deo facta fuerat, factus est & ornatus.

Genes. 1 Quando facti sunt angeli & cœlestes virtutes.

Ibidem Cap. LIX.

Angeli uero qui in illa, qua creati sunt, beatitudine perseuerant, non natura poßident bonum, ut non mutaretur cum cæteris, sed arbitrio seruantes bonam uoluntatem, & bonum conditionis, & fidem domino. Propter quod & merito ab ipso domino sancti angeli uocantur, quod tenuerunt arbitrio sanctitatem, nec sociorum exẽplo deuiauerunt à bono.

Angeli per seuerãtes in beatitudine non naturaliter poßident bonum.

Cap. LXI. eodem libro.

Virtutes angelicæ, quæ in diuino amore perstiterunt fixæ, lapsis superbientibus angelis, hoc munere retributionis acceperunt, ut nulla iam rubigine surripientis culpæ mordeantur, ut & in contemplatione conditoris sine fœlicitatis fine permaneant, & in hoc sic conditæ, æterna stabilitate subsistunt.

Angeli in contẽplatione creatoris sine fine permanebunt.

Item LXII. Cap.

Tales creati sunt angeli, ut si uellent, in beatitudinis luce persisterent, si autem uellent, etiam labi potuissent. Vnde & sathan cum sequentibus legionibus cecidit, sed post eius lapsum ita confirmati sunt angeli qui perstiterunt, ut cadere omnino non possunt, quia ne omnino iã caderent, uirtutem incommutabilitatis acceperunt.

Angeli beati ita cõfirmati sũt, ut amplius cadere nõ possunt.

De mirabilibus sacræ scripturæ, Cap. XXIII.

Panis angelorum Manna dicitur, non quòd illo angeli, qui cibo non egent, saturentur, sed per angelorum ministerium tale officium, sicut lex & cætera, populo præbebantur, quæ dispoßita per angelos, in manu mediatoris tribuitur.

Manna panis angelorum dicitur quia eorum ministerio populo dabatur. Gala. 3.

Ad Honoratum, Epist. CXX.

Annunciabitur domino generatio uentura, et annunciabunt iustitiam eius populo, qui nascetur, quem fecit dominus. Quod non sic accipiendum est tanq; nescienti deq

Psalm. 21.

Angeli & beneficia dei, nobis annũciant, & nostras preces deo offerunt. Tobie. 12. Math. 6.

tì deo aliquid annuncietur, ut sciat, sed sicut annunciant angeli, non solum nobis beneficia dei, uerumetiã illi preces nostras. Nam scriptum est, ubi angelus hominibus dicit. Ego obtuli memoriam orationis uestræ, non ut tũc deus nouerit quid uelimus, uel quo indigeamus. Nouit enim pater uester, ait dominus, quid uobis necessarium sit, priusq̃ petatis ab eo. Sed quia necesse habet rationalis creatura, obtemperans deo, temporales causas ad æternam ueritatem referre, siue petendo, quod erga se fiat, siue consulendo quid faciat, qui pius mentis effectus est, ut ipsa construatur.

Ad Probam Epistola. CXXI.

Collo. 4.

Vnde & illud apostoli, ubi ait, Postulationes uestræ innotescant apud deum, non sic accipiendum est, tanq̃ deo innotescant, qui eas & anteq̃ essent, utiq; nouerat, sed nobis innotescant apud deum, per tolerantiam, non apud homines per iactantiam. Aut forte etiam innotescant angelis, qui sunt apud deum, ut quodãmodo eas offerant deo, et de his consulant, et quod eo iubente complendum esse cognouerint, sicut oportere ibi cognouerint. Hoc nobis, uel euidenter, uel latenter adportent. Tobie. 12. Dixit enim angelus homini, cum oraretis, ego obtuli orationem uestram inconspectu claritatis dei.

Angeli q̃d deo iubente faciendum esse cognouerint, illud hominibus adportant.

Sup Psalmum. CIII.

Psalm. 103.

Qui facit angelos suos spiritus, & ministros suos ignem flagrantem. Quamuis non uideamus apparitionem angelorum, abscondita est enim ab oculis nostris, & est in quadam republica magna imperatoris dei, tamen esse angelos nouimus ex fide, et multis apparuisse scriptum legimus & tenemus. Nec inde dubitare phas nobis est. Spiritus autem angeli sunt, & cum spiritus sunt, non sunt angeli, Cum mittuntur fiunt angeli. Angelus enim offitij nomen est, non naturæ. Queris nomen eius naturæ, spiritus est, queris offitium, angelus est. Ex eo quod est, spiritus est, Ex eo quod agit, angelus est &c.

Heb. 1. et. 13 Esse angelos, dubitare phas non est.

De incarnatione uerbi. Cap. VI.

Angeli quãdo creati sint, non manifeste dici potest.

Est etiam illud in ecclesiastica prædicatione, esse angelos dei quosdam, & uirtutes bonas, qui ei ministrant ad salutẽ hominum consumandam, sed quando isti creati sint, uel quales, aut quomodo sint, non satis in manifesto distinguitur &c.

De uisitatione infirmorum. Libro. II. Cap. II.

Esaiæ 9. Angeli locũ Augustinus non optaret, si posset habere locũ debitũ homini.

Quod tu es, fieri dignatus est deus fili mi, non factus est, quod est angelus, & si sit magni consilij angelus, te exaltauit super angelos, tu etenim iudicabis angelos. Nollem habere locum angeli, si possem habere locum debitum homini.

De eo, quod dictum est, Ego sum, qui sum.

Angelus enim offitij nomen est, non naturæ, nam angelus græcè, qui latine nuncius appellatur. Nuncius ergo actionis nomen est agendo, idest, aliquid nunciando nuncius appellatur.

Angelus offitij nomen est non naturæ.

De ciuitate dei. Libro. IIII. Cap. XVII.

An forte dicunt Romani, quod deam Victoriam Iuppiter mittat, atq; illa tanq̃ regi deorum obtemperans, ad quos iusserit ueniat, et in eorum parte consistat? Hoc uerè dicitur, non de illo Ioue, quem eorum regem, pro sua opinione confingunt, sed de illo uero rege sæculorũ, quod mittat non Victoriam, quæ nulla substantia est, sed angelum suum, & faciat uincere, quem uoluerit, cuius consilium occultum esse potest, iniquum esse non potest.

Mittit deus angelũ suũ, & vincere faciat quos voluerit.

Libro. VII. Cap. XXX.

Agit autem multa deus, etiam per angelos, sed non nisi ex se ipso beatificat angelos. Ita quamuis propter aliquas causas hominibus angelos mittat, non tamen ex angelis homines, sed ex se ipso sicut angelos beatificat. Ab hoc uno & uero deo, uitam speramus æternam.

Agit multa per angelos deus.

Eodem libro. XXXII. Cap.

Hoc mysterium uitæ æternæ, iam inde ab exordio generis humani, per quædam signa & sacramenta, temporibus congrua, quibus oportuit, per angelos prædicatum est. Deinde populus Hebræus in unã quandam rẽ publicam (quæ hoc sacramentum ageret) congregatus est, ubi per quosdam scientes, per quosdam nescientes, id quod ex aduentu Christi, usq; nunc, & deinceps agitur, prænunciaretur esse uenturum.

Mysterium uitæ æternæ ab exordio per quædã signa, temporibus cõgrua, per angelos prædicatum est.

Libro. IX. Cap. V.

Sancti uero angeli, & sine ira puniant, quos accipiunt æterna dei lege puniendos, & miseris sine miseriæ cõpassione subueniant, & periclitantibus eis, quos diligunt, sine timore opitulentur, & tamen istarum nominum passionum, consuetudine locutionis humanæ etiam in eos usurpentur, propter quandam operum similitudinem, non propter affectionum infirmitatem, sicut ipse deus secundum scripturas irascitur, nec tamẽ ulla passione turbatur. Hoc enim uerbum uindictæ, usurpauit effectus, non illius turbulentus affectus.

Angeli sine passionibus operantur.

Eodem Libro. Cap. XXII.

Hic igitur angelis bonis, omnis corporalium rerumq; temporalium scientia, qua inflantur dæmones, uilis est, non quod earum ignari sint, sed quod illis dei, qua sanctificantur, charitas chara est, præ cuius non tãtum incorporeli, uerumetiam incommutabili, & ineffabili pulchritudine, cuius sancto amore inardescunt omnia, quæ infra sunt, & quod illud est non sunt, seq; ipsos inter illa contemnunt, ut ex toto quod boni sint, eo bono ex quo boni sunt perfruantur. Et ideo certius etiam temporalia & mutabilia ista nouerunt, quia eorum

Bonis angelis scientia inflantur dæmones, uilis est.

principales causas in uerbo dei conspiciũt, per quod factus est mundus, quibus causis quædam probãtur, quædam reprobantur, cuncta ordinantur.

Infine Capitis ibidem.

Angelis bonum quo beati sunt, deus est.

Itaq; non solum æterni, uerumetiam beati sunt, bonum autẽ quo beati sunt, deus illis est, à quo creati sunt, Illius quippe indeclinabiliter participatione et contemplatione perfruuntur.

Libro. X. Cap. XII.

Miracula per angelos facta, quæ cultum dei unius cõmendant, deo operante fieri credendã est.

Porrò autem quæcunq; miracula, siue per angelos siue quocunq; modo ita diuinitus fiunt, ut dei unius, in quo solo beata uita est, cultũ religionem q; cõmendent, ea uerè ab eis, uel per eos, quæ nos secundum ueritatem pie tatemq; diligunt fieri, ipso deo in illis operante credendum est.

Eodem libro. Cap. XIIII.

Omnia esse in dei potestate etiam quæ ab angelis hominibus nunt.

Omnia quippe, quæ præstare hominibus, uel angeli, uel homines possunt, in unius esse omnipotentis potestate, quisquis diffitetur, insanit.

Cap. XV. Eodem libro.

Acto. 7.

Sic itaq; diuinæ prouidentiæ placuit ordinare temporum cursum, ut quemadmodum dixi, & in actibus Apostolorum legtur, lex in ædictis angelorum daretur, de unius ueri dei cultu, in quibus & persona ipsius dei, non quidem per suam substantiam, quæ semper incorruptibilibus oculis inuisibilis permanet, sed certis iuditijs, per subiectam creatori creaturam uisibiliter appareret, & syllabatim per transitorias temporum morulas, humanæ linguæ uocibus loqueretur, qui in sua natura, non corporaliter, sed spiritaliter, non sensibiliter sed intelligibiliter, non temporaliter, sed ut ita dicam, æternaliter, nec incipit loqui, nec desinit, quod apud illum syncerius audiunt, nõ corporis aure, sed mentis ministri eius & nuntij, qui eius ueritate incõmutabili perfruuntur immortaliter beati, & quod faciendum modis ineffabilibus audiunt, & usq; in ista uisibilia, atq; sensibilia perducendum incunctanter, atq; indifferẽter efficiunt.

Angelimentis dei ministri sunt.

Libro. XI. Cap. IX.

Vbi de mundi constitutione sacræ literæ loquuntur, non euidenter dicitur, utrum uel quo ordine creati sint angeli, sed si prætermissi nõ sunt, uel cœli noĩe ubi dictum est. In principio fœcit deus cœlum & terrã, uel potius lucis huius, de qua loquor, significati sunt. Opus autem dei esse angelos, hic quidem, & si non prætermissum, non tamen euidenter expressum est, sed alibi hoc sancta scriptura clarissima uoce testatur. Nam & in hymno trium in camino uirorum cum prædictum esset, Benedicite omnia opera domini dominum, in executione eorundem operum, etiam sancti angeli nominati sunt. Et in Psalmo canitur, Laudate eum omnes angeli eius, laudate eum omnes uirtutes eius &c.

Gene. 1.

Opus dei angeli sunt.

Daniel. 3.

Psalm. 148.

Eodem Libro. Cap. XIII.

Ex angelis nullus nouus diabolus futurus est. Math. 22.

Quis enim Catholicus Christianus ignorat? nullum nouum diabolum, ex bonis angelis ulterius futurum, sicut nec istum in societatem bonorum angelorum ulterius rediturum? ueritas quippe in Euangelio sanctis fidelibusq; promittit, qui erunt æquales angelis dei, quibus etiam promittitur, & ibunt in uitam æternam,

Math. 25.

Eodem Libro. Cap. XV.

Angelica natura omnia cætera, quæ deus cõdidit, præcedit.

Non enim est ulla natura. etiam in extremis infimisq; bestiolis, quam non ille constituit, à quo est omnis modus, omnis spes, omnis ordo, sine quibus, nihil rerum inueniri uel cogitari potest, quantomagis angelica creatura, quæ omnia cætera, quæ deus condidit naturæ dignitate, præcedit.

Cap. XXIX.

Angeli sancti, nõ per uerba sonantia deum discũt sed per uerbum dei unigenitum.

Illi quippe angeli sancti, non per uerba sonantia deum discunt, sed per ipsam præsentiam immutabilis ueritatis, hoc est uerbum eius unigenitum.

Eodem libro. Cap. XXXI.

Angeli sine difficultate nos adiuuãt

Sancti uero angeli, ad quorum societatem, & congregationem in hac peregrinatione laboriosissima suspiramus, sicut habent permanendi æternitatem, ita cognoscendi facilitatem, & requiescendi fœlicitatem. Sine difficultate nos adiuuant, quoniam spiritalibus motibus puris & liberis non laborant.

Libro XII. Cap. IX.

Et de angelis dici potest, quod charitas dei diffusa sit in cordibus eorum, per spiritũ sanctum. Psalm. 72. Roman. 5.

Confitendum est igtur, cum debita laude creatoris, non ad solos sanctos homines pertinere, uerumetiã de sanctis angelis posse dici, quod charitas dei diffusa sit in eis per spiritum sanctum, qui datus est eis, nec tantum hominum, sed primitus præcipueq; angelorum bonum esse, quod scriptũ est, Mihi autem adhærere deo bonum est. Hoc bonum, quibus cõmune est, habent & cum illo cui adhærẽt, & inter se societatem sanctam, & sunt una ciuitas dei, eademq; uiuum sacrificium eius, uiuumq; templum eius &c.

Eodem libro. Cap. XV.

Angeli omni tempore fuerunt.

Ideo semper fuisse dicuntur angeli, quia omni tempore fuerunt, sine quibus tempora nullo modo esse potuerunt, tempus autem quoniam mutabilitate transcurrit, æternitati immutabili non potest esse coëternum.

Cap. XXIIII.

Angelos per Platonicos deos dici.

Neq; enim phas est, ullius naturæ, quamlibet minimæ mortalisq;, creatorem suum nisi deum credere ac dicere, & antequam possit intelligi. Angeli autẽ quos Platonici deos libentius appellant, etiam si adhibent uel iussi uel permissi operationem suam rebus, quæ gignuntur in mũdo, tamen non eos dicimus creatores animalium, quàm nec agricolas frugum atq; arborum,

Cap. XXV. Eodem libro.

Angelos qualem ministerium præbuisse deo cætera facienti scire mandum sit Augustinus nescit.

Proinde facti primitus angeli, cuiusmodi ministerium præbuerunt creatori, cætera facienti nescio, nec tribuere illis audeo, quod forte nõ possunt, nec debeo derogare qd' possunt. Creationẽ tamẽ cõditionẽq; omniũ naturarum,

naturarum, qua fit, ut omnino naturæ sint eis quoq; fa-
uentibus, nõ faciẽtibus illi deo tribuo, cui se etiam ipsi de
bere, quod sunt cum gratiarum actione nouerunt.

Libro. XIII. Cap. XVIII.

Si enim ars humana efficit, ut ex metallis, quæ in a-
quis posita cõtinuo submerguntur, quibusdã modis ua
sa fabricata etiam natare possint, quanto credibilius, &
efficatius occultus aliquis modus operationis dei, cuius
omnipotentissima uoluntate, Plato dicit, nec orta interi-
re, nec colligata posse dissolui, cum multo mirabilius in-
corporea corporeis, quàm quæcunq; corpora quibus-
Angeli cor pora terre stria rape re, & pone re possunt, ubi uolunt. cunq; corporibus copulentur, potest molibus præstare terrenis, ut nullo in ima pondere deprimantur, ipsisq; animis perfectissimè beatis, ut quamuis terrena, tamẽ in corruptibilia, iam corpora ubi uolunt ponant, & quo uolunt, agant situ motúq; facillimo. An uero si hoc an-
geli faciunt, et quælibet animalia terrestria rapiant, un-
de libet, constituantq; ubi libet, aut eos sine labore nõ pos
se, aut onera sentire credendum est? cur ergo sanctõ-
rum perfectos, atq; beatos, diuino munere spiritus, sine
ulla difficultate posse ferre, quo uoluerint, & sistere, ubi
uoluerint sua corpora, non credamus?

Eodem Libro. Cap. XXII.

Angeli quoq; uisibiliter, & tractabiliter apparen-
Angelos ho minib⁹ ap paruisse, nõ phantasma re factũ cre dendum est. tes, non quia indigebant, sed quia uolebant, & poterãt,
ut hominibus congruerent sui ministerij quadam hu-
manitate comederunt, Neq; enim illud in phantasmate
fœcisse credendum est, quando eos homines hospitio su-
sceperunt, quamuis utrum angeli essent ignorantibus cõ
simili nobis indigentia uesci uiderentur. Vnde est quod
Tobie. 12. angelus in libro Tobiæ, uidebatis me manducare, sed ui-
su uestro uidebatis, ideſt, necessitate reficiendi corporis
sicut uos facitis me cibum sumere putabatis. Sed si forte
de angelis aliud credibilius disputari potest, certæ fides
Iohan. 21. Christiana de ipso saluatore nõ dubitat, quod etiam post
resurrectionem, iam quidem in spiritali carne, sed tamẽ
uera, cibum ac potum cum discipulis sumpsit. Non enim
potestas, sed egestas edendi, ac bibendi talibus corpori-
bus auferetur.

Libro. XV. Cap. XXIII.

Angeli an fœminis pos sint misceri. Vtrum possint angeli, cum spiritus sint, corpora-
liter coire cum fœminis. Et quoniam creberrima fama
est, multúq; se expertos, uel ab eis, qui experti essent, de
quorum fide dubitandum non est, audisse confirmant,
Syluanos et Faunos, quos uulgo incubos uocant, impro-
bos sæpe extitisse mulieribus, et earum appetisse, ac per-
egisse concubitum. Et quosdam dæmones, quos Dusios,
Galli nuncupant, hanc assiduè immunditiam, et temptare
& efficere, plures talesq; asseuerant, ut hoc negare im-
pudentiæ uideatur. Non hinc aliquid temere audio dif-
finire, utrum aliqui spiritus, elemento Aereo corporati
sint, nam hoc elementum etiam cum agitatur flabello,
sensu corporis tactúq; sentitur, possint etiam hanc pa-
ti libidinem, ut quomodo possint sentientibus fœminis,
misceantur. Dei tamen angelos sanctos nullo modo, sic
labi illo tempore crediderim potuisse, nec dixisse de illis
apostolum Petrum, Si enim deus angelis peccantibus nõ
pepercit, sed carceribus caliginis inferi retrudens, tra- 2. Petri. 2
didit in iuditio puniendos reseruari. Sed potius de illis, Nota.
qui primum apostatantes á deo, cum diabolo principe
suo ceciderunt, qui primum hominem per inuidiam ser-
pentina fraude decepit. Angelos autem fuisse etiam dei Gene. 3.
homines nuncupatos, eadem scriptura sancta locupletis-
sima testis est. Nam & de Ioanne scriptum est, Ecce e- Math. 11.
go mitto angelum meum, ante faciem tuam, qui præpa-
rabit uiam tuam. Et Malachias Propheta, propria qua- Malach. 3.
dam, ideſt sibi proprie impertita gratia, dictus est ange-
lus. Verum hoc mouet quosdam, quod ex illis, qui di-
cti sunt angeli dei, & ex mulieribus quas amauerunt,
non quasi homines generis nostri, sed gigantes legimus Gene. 6.
esse natos, quasi uero corpora hominum modum no-
strum longè excedentia, quod etiam supra cõmemora-
ui, non etiam nostris temporibus nata sint. Nonne an-
te paucos annos, cum Romanæ urbis, quod à Gothis fa
ctum est, appropinquaret excidiũ, Romæ fuit fœmina,
cum suo patre, & sua matre, quæ corpore quodãmodo
giganteo longè cæteris præmineret? ad quam uisendã
mirabilis fiebat usq; quaq; concursus. Et hoc erat ma-
xime admirationi, quod ambo parentes eius, nec tam lõ-
gi erant, saltem quàm longissimos uidere consueuimus.
Potuerunt ergo gigantes nasci, & priusq; filij dei (qui
et angeli dei dicti sunt) filiabus hominum, hoc est secun-
dum hominem uiuentium, miscerentur, filij scilizet Seth,
filiabus Cain,

Ibidem post pauca.

Non autem illos fuisse angelos dei, ut homines non
essent, sicut quidam putant, sed homines proculdubio fu
isse scriptura ipsa sine ulla ambiguitate declarat. Cum
enim præmissume esset, quod uidentes angeli dei filias ho-
minum, quia bonæ sunt, sumpserunt sibi uxores ex om-
nibus quas elegerant. Mox adiunctũ est, & dixit do- Gene. 6.
minus deus, non permanebit spiritus meus in hominibus Homo, ho mo dicitur nominena turæ nõ gra tiæ.
his inæternum, propter quod caro sunt. Spiritu dei
quippe fuerunt facti angeli dei, et filij dei, sed declinan-
do ad inferiora, homines dicuntur, nomine naturæ, non
gratiæ, dicuntur & caro, desertores spiritus, deserendo
deserti.

Libro XVI. Cap. VI.

Nec sic loquitur angelis deus, quomodo nos inui- Quomodo angelis lo qui deus dicatur.
tem loquimur nobis, uel deo, uel angelis, uel ipsi angeli
nobis, siue per illos deus nobis, sed ineffabili suo modo,
nobis autem hoc indicatur nostro modo.

Eodem Libro. Cap. XXIX.

Item deus apparuit Abrahæ, ad quercum Mambræ
in tribus uiris, quos dubitandum non est, angelos
fuisse,

Tres uiri Abrahæ apparentes angeli fuerũt. Lib. 2. de trini. Cap. 18. Cõtra Adimantum. Cap. 28. Hebre. 13.

fuisse, quamuis quidam existiment unum in eis fuisse dominum Christum, asserentes eum etiam ante indumentũ carnis fuisse uisibilem. Angelos autem fuisse scriptura testatur, nec solũ hæc, in hoc Geneſis libro, ubi hæc gesta narrantur, uerũetiã in epistola ad Hebræos, ubi cum hospitalitas laudaretur, per hanc etiam, inquit, quidam nescientes, hospitio receperunt angelos.

De Trinitate. Libro III. Cap. VIII.

Nec boni, nec mali angeli nisiquãtum permittuntur faciunt.

Sed nec boni angeli, hæc nisi quantum deus iubet, nec mali, hæc iniustè faciunt, nisi quantum iustè ipse permittit, Nam iniqui malitia uoluntatẽ habẽt iniustam, potestatem autem non nisi iustè accipit, siue ad pœnam suã, siue ad aliorum, uel pœnã malorum, uel laudem bonorũ.

Eodem libro. Cap. X.

Numer. 23.

Aliquando ad hoc fit quædam species, uel aliquantulum mansura, sicut potuit serpens ille æneus exaltatus in hæremo, sicut possunt et literæ, uel peracto ministerio transitura, sicut panis ad hoc factus in accipiendo sacramento consumitur. Sed quia hæc hominibus nota sunt, quia per homines fiunt, honorem tanq religiosa possunt habere, stuporem tanq mira non possunt. Itaq illa quæ per angelos fiunt, quo difficiliora et ignotiora, eò mirabiliora sunt nobis, illis autem tanq suæ actiones, notæ atq faciles.

Ea, quæ per angelos fiunt, nobis propterea mirabiliora uidentur quia ignotiora.

Eodem Libro. Cap. XI.

Sed quid ultra differimus ora eorum euidentissimo atq grauissimo alio documento oppilare, ubi non angelus singulariter, nec uiri pluraliter, sed omnino angeli dicuntur, per quos sermo non quilibet factus, sed lex ipsa data manifestissime ostenditur, quæ certe nullus fidelium deum dedisse Moysi dubitat, ad subiugandum populum Israhel, sed tamen per angelos datam, ita Stephanus loquitur, Dura ceruice, inquit, & non circũcisi corde, & auribus, uos semper spiritui sancto restitistis, sicut patres uestri. Quem prophetarum non persecuti sunt patres uestri? Et occiderunt eos, qui prænunciabant de aduentu iusti, cuius uos proditores & interfectores fuistis, qui accepistis legem ædictis angelorum, nec custodistis. Quid hoc euidentius, quid tanta auctoritate robustius. In ædictis quippe angelorum lex illi populo data est, sed Iesu Christi, per eam disponebatur, & prænunciabatur aduentus.

Actor. 7. In ædictis angelorum lex populo Israhel data est.

Libro. II De geneſi ad literam. Cap. VIII.

Angeli inuisibilia non per uisibilia conspiciũt. Roma. 1.

Neq enim sicut nos ad percipiendam sapientiam proficiebant angeli, ut inuisibilia dei, per ea quæ facta sunt intellecta conspicerent, qui ex quo facti sunt, ipsa eternitate sancta, & pia contemplatione perfruuntur, atq inde ista despitientes, secundum id quod intus uident, uel recte facta approbant, uel peccata improbant.

Libro. XI. De geneſi ad literam. Cap. XXIX.

Habent boni & mali angeli quædam opera similia.

Habent enim quidam boni et mali angeli opera similia, sicut Moyses & magi Pharaonis. Verum in his etiam boni angeli potentiores sunt, nec mali angeli etiam talium operum quicquam possunt, nisi quod bonos angelos permiserit deus, ut retribuatur unicuiq secundum cor eius, uel secundum gratiam dei, utrumq iuste ac benigne per altitudinem diuitiarum sapientiæ, & scientiæ dei.

De fide ad Petrum. Cap. III.

Angeli nullis meritis præcedentibus meruerunt, ut tales conderentur.

Superiores uero spiritus, nullum cum corporeis elementis habere fœcit naturale consortium, quos æternos creauit, & eis facultatem, & intelligentiam cogtandæ, cognoscendæ, diligendæq diuinitatis inseruit. Quos tamen ita creauit, ut etiam præ se ipsis illum diligerent, cuius se tales creatos operæ cognouissent, cum eorum ut talis fierent, nulla merita præcessissent.

Soliloquiorum animę ad deum. Cap. XXVII.

Gene. 3.

Dilexisti enim me unice amor meus, anteq diligerem te, & ad imagnem tuam creasti me, omnibus creaturis tuis præposuisti me, quam dignitatem tunc quidem seruo, cum nouerim te, propter quem fœcisti me. Insuper facis angelos tuos spiritus propter me, quibus mãdasti ut custodiant me in omnibus uijs meis, ne forte offendam ad lapidem pedem meum, Hij enim sunt custodes super muros ciuitatis nouæ tuæ Hierusalem, & mõtes in circuitum eius uiglantes, & custodientes uigilias noctis super gregem tuum, ne quando rapiat ut leo animas nostras, dum non esset, qui eriperet, Ille antiquus serpens aduersarius noster diabolus, qui quasi leo rugiens, semper circuit, quærẽs quem deuoret. Hij sunt ciues beatæ ciuitatis supernæ Hierusalem, quæ sursum est mater nostra, in ministerium missi propter eos, qui hæreditatem capiunt salutis, ut eos liberent ab inimicis suis, et custodiant in omnibus uijs suis, confortent quoq et moueant, & orationes filiorum tuorum offerant in conspectu gloriæ maiestatis tuæ. Diligunt nempè conciues suos, per quos suæ ruinæ scissuras instaurari expectant. Ideoq magna cura, et uiglanti studio adsunt nobis omnibus horis & locis, succurrentes & prouidentes necessitatibus nostris, solliciti discurrentes inter nos & te domine, gemitus nostros atq suspiria referẽtes ad te, ut impetrent nobis facilem tuæ benignitatis propitiationẽ & referant ad nos desideratam tuæ gratiæ benedictionem. Ambulant enim nobiscum in omnibus uijs nostris, intrant & exeunt nobiscum, attentè considerantes, quàm piè, quàm honestè in medio prauæ nationis conuersemur, quantoq studio & desiderio quæramus regnum dei, & iustitiam eius, quantoq timore seruiamus, & exultemus tibi in lætitia cordis nostri. Adiuuant laborantes, protegunt quiescentes, hortantur pugnantes, coronãt uincentes, congaudent gaudentibus.

1. Petri. 5.

Pſalm. 90.

Angelorũ erga homines charitas & ministeria.

dentibus,de te inquam gaudentibus, Compatiuntur patientibus, pro te inquam patientibus. Grandis est eis cura de nobis, Magnus est affectus dilectionis, erga nos. Et hoc totum propter honorem tuæ inæstimabilis charitatis,qua dilexisti nos. Diligunt enim quos tu diligis,Custodiunt quos tu custodis, & deserunt quos tu deseris,nec diligunt operantes iniquitatem, quoniam & tu odisti omnes operantes iniquitatem, et perdes omnes qui loquuntur mendatiũ. Quoties bene agimus,gaudent angeli,& tristantur dæmones. Quotiẽs a bono deuiamus,diabolum lætificamus,& angelos tuos suo gaudio defraudamus. Gaudium est enim eis,super uno peccatore pœnitentiam agente,sed diabolo super uno iusto pœnitentiam deserente &c.

Pſalm.51

Luce.15.

Contra Fortunatum disputatione.II.

Adam liberum arbitrium habuit.

Liberum uoluntatis arbitrium in illo homine dico, qui primus formatus est,Ille sic factus est, ut nihil omnino uoluntati eius resisteret,si uellet præcepta dei seruare. Postquam autem libera uolũtate ipse peccauit,nos in necessitatem præcipitati sumus, qui ab eius stirpe descendimus. Quamdiu ergo portamus imaginem hominis terreni,idest quamdiu secundum carnem uiuimus, qui uetus etiam homo nominatur, habemus necessitatem consuetudinis nostræ,ut non quæ uolumus faciamus. Cũ autem gratia dei amorem nobis diuinum inspirauerit, & nos suæ uoluntati subiectos fecerit, quibus dictum est,uos in libertatem uocati estis,& gratia dei liberauit nos à lege peccati & mortis. Lex autem peccati est, ut quicunq; peccauerit moriatur,ab ista lege liberamur, cũ iusti esse cœperimus. Lex mortis est, qua dictum est homini,Terra es,et in terrã ibis. Ex ipsa enim homines sic nascimur,quia terra sumus,& in terram ibimus propter meritũ peccati primi hominis,propter gratiã autẽ dei,qui liberat nos à lege peccati & mortis,ad iustitiam conuersi liberamur,ut postea eadem ipsa caro,quæ nos in pœnis torsit,in peccatis manẽtes,subijciatur nobis in resurrectione,& nulla aduersitate nos quatiat,quo minus lege dei,& præcepta diuina seruemur.

Galat. 5. Roman. 8.

Gene. 3.

Epistola CVI. ad Paulinum.

Philosophi virtute propria beatã vitam efficere voluerunt.

Ne offendant in lapidem offensionis,uel argute defendendo naturam,& liberum arbitrium, quemadmodum philosophi huius mundi,qui uehementer egerunt, ut putarentur, uel putarent sibi beatam uitam uirtute propriæ uoluntatis efficere. Caueant ergo isti,ne per sapientiam uerbi euacuent crucem Christi, & hoc sit eis offendere in lapidem offensionis. Natura enim humana, etiam si in illa integritate,in qua condita est permaneret, nullo modo se ipsam creatore suo non adiuuante seruaret. Cum igitur sine gratia dei,salutem non posset custodire quam accepit, quomodo sine gratia dei,potest reparare quam perdidit?

Epistola CVII.ad Vitalem.

Qui oppugnat gratiam captiuũ habet arbitrium.

Si uere uolumus defendere liberum arbitrium, non oppugnemus unde sit liberum. Nam qui oppugnat gratiam,qua nostrum ad declinandum à malo & faciendum bonum,liberatur arbitrium, ipse arbitrium suum adhuc uult esse captiuum.

Ad Paulinum LIX. Epistola.

Sine pœnitentia dona & uocatio dei sunt.

Sine pœnitentia sunt dona & uocatio dei, certe illos significari,qui pertinent ad numerum prædestinatorum,de quibus alio loco dicit,scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum his,qui secundum propositum uocati sunt sancti. Multi enim sunt uocati,pauci uero electi. Qui uero electi,ipsi secundum propositum uocati,in quibus dei præscientia proculdubio falli non potest. Hos præsciuit & prædestinauit cõformes imaginis filij sui,ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos prædestinauit,hos & uocauit. Hæc uocatio secundum propositum est,hæc est sine pœnitentia. Quos autem uocauit,illos & iustificauit. Quos autem iustificauit, illos & glorificauit. Si deus pro nobis quis contra nos? Non sunt in ista uocatione,qui in fide quæ per dilectionem operatur, etiam si aliquantulum ambulant,non perseuerant usq; in finem. Et utiq; posuerunt rapi,ne malitia mutaret intellectum eorum, si ad illam prædestinationem & uocationem,quæ secundũ propositum et sine pœnitentia est,pertinerent. At ne quisquam præsumptor ita de occultis iudicet alienis, ut dicat,ideo non rapti sunt, ex hac uita anteq̃ essent fidei desertores,quia in eadem uita non fideliter ambulabant, hoc in eorum cordibus nouerat dominus,quamuis hominibus aliter appareret, quid dicturus est de infantulis paruulis,qui pleriq; accepto in illa ætate Christianæ gratiæ sacramento,cum sine dubio pertinerent ad uitam æternam regnumq; cœlorum,si continuo ex hac uita migrarent,sinuntur crescere, & nonnulli etiam apostatæ fiunt,unde? nisi quia non pertinent ad illam prædestinationem,& secundum propositum,ac sine pœnitentia uocationem. Cur autem alij ad eam pertineant, occulta causa esse potest, iniusta non potest. Nunquid enim iniquitas apud deum? absit. Nam & hoc ad illam pertinet altitudinem iuditiorum, quam mirans Paulus,tanq̃ expauit,apostolus,O altitudo diuitiarum etc. Ideo quippe illa iuditia uocat,ne quisquam talia fieri putat, sine iniquitate,sine temeritate facientis,sine casu et fortuitò, labentibus ullis partibus,iam dispositorum sub tanta potentia & sapientia dei sæculorum,

Roman.8

Math. 22.

Ad Valentinum. Epistola XLVI.

Iacobus 1. Nemo meritis operũ suorum,dicat se habere dei gratiam.

Omne datum optimum,& omne donum perfectũ desursum est, descendens à patre luminũ. Nec quisquam dicat meritis operum suorum. uel meritis orationum suarum,uel meritis fidei suæ, traditam dei gratiam,& putetur uerũ esse,quod illi hæretici dicũt,gratiã dei secũdum merita nostra dari,quod omnino falsissimum est.

Non quia

Non quia nullum est meritum,uel bonum piorum, uel malum impiorum,alioqui quomodo iudicabit deus mundum? Sed gratia & misericordia dei,conuertit hominẽ de qua psalmus dicit,deus meus misericordia eius præueniet me,ut iustificetur impius,hoc est ex impio fiat iustus. Et incipiat habere meritum bonum,quod deus coronabit, quando iudicabitur mundus. Psalm. 78.

Ad Vitalem epistola. CVII.

Respondeo obsecro,quomodo dicit apostolus,gratias agentes patri idoneos facienti,nos in parte sortis sanctorum in lumine,si non ipse arbitrium nostrum,sed ipsum arbitrium se liberat? Mendaciter ergo gratias agimus patri tunq; ipse faciat,quod ipse non fecit. Et errauit qui dixit,quod ipse nos faciat idoneos. Respondeo quomodo ad declinandum à malo & faciendum bonum liberum habemus arbitrium,quando erat sub potestate tenebrarum,unde nos,si,quemadmodum dicit apostolus,deus eruit,ipse utiq; illud liberum fecit. Ita fit ut neq; fideles fiant nisi libero arbitrio,& tamen ipsius gratia fideles fiant,qui à potestate tenebrarum liberauit arbitrium. Sic & dei gratia non negatur, sed sine ullis humanis præcedentibus meritis uera monstratur,et liberũ arbitriũ ita defenditur,ut humilitate solidetur,non elatione præcipitetur arbitrium. Non est igitur gratia dei in natura liberi arbitrij, & in lege atq; doctrina,sicut Pelagiana peruersitas desipit,sed ad singulos actus datur illius uoluntate,de quo scriptum est, animam uoluntariam segregans hæreditati tuæ. Quia & liberum arbitrium ad diligendum deum primi peccati granditate perdidimus,et lex dei atq; doctrina,quamuis sancta,& iusta & bona,tamen occidit,si non uiuificet spiritus,per quem fit non audiendo, sed ut obediendo,neq; ut lectione,sed ut dilectione teneatur. Quipropter ut in deum credamus,& pie uiuamus,non uolentis neq; currentis,sed miserentis dei est, non quia uelle & currere non debemus,sed quia ipse in nobis, & uelle operatur,& currere. Non ergo gratiam dicamus esse doctrinam,sed agnoscamus gratiam,quæ facit prodesse doctrinam,quæ gratia si desit,uidemus etiam obesse doctrinam, Psalm. 67. Vt in deum credant homines & pie uiuant dei op⁹ est.

Ad Paulinam Epistola. CVI.

Nam quis nos nisi qui uenit quærere & saluare, quod perierat,ab illa perditionis massa,& contentione discernit? unde apostolus interrogat dicens, Quis enim te discernit? Vbi si dixerit homo,fides mea,uoluntas mea,bonum opus meum,respondetur ei, Quid enim habes,quod non accepisti? Si autem & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Hoc itaq; totum ideo,nõ ut homo nõ glorietur, sed ut qui gloriatur, in dño glorietur. Nõ exopibus ne forte quis extollatur. Nõ quia bona opa ista pia cogitatione frustrãtur,cũ deus reddat unicuiq; secũdũ opa eius,fitq;,gloria,honor et pax,omni operanti bonũ,Sed quia opera ex gratia, non ex operibus gratia,quoniam fides, quæ per dilectionem operatur,nihil operaretur, nisi ipsa dilectio dei diffunderetur in cordibus nostris per spiritumsanctum, qui datus est nobis. Nec ipsa fides esset in nobis,nisi deus unicuiq; partiretur mensuram fidei. Bonum est igitur homini, ut cum totis uiribus liberi arbitrij sui,ueraciter dicat,fortitudinem meam ad te custodiam,quia ille qui putauit sine ipsius adiutorio se posse custodire quod dedit, profectus in regionem longinquam, & uiuens prodige cuncta consumpsit,& miseria duræ seruitutis attritus,reuersusq; insemetipsum dixit,surgam & ibo ad patrem meum. Quam cogitationem bonam quando haberet,nisi et ipsam illi in occulto, pater misericordissimus inspirasset? 1. Cor. 4 Deus quomodo unicuiq; reddit secundum opera. Roma. 2. Luce. 15.

Libro L. Homiliarum homilia. XIIII.

Cum ergo coronat deus merita tua, nihil coronat nisi dona sua. Hanc fidem & ueram pietatem, ne quis extollatur de libero arbitrio in bonis operibus,quisquis sic accipiat ut nouerit dantem, aut quisquis datori non sit ingratus medico,non superbiat, uel insanus adhuc, uel non à se sanus. Hanc inquam fidem suam atq; pietatem,nullæ argumentationes euellant de cordibus uestris seruate quod accepistis. Et humiliter consideremus, quod apostolus dicit,deus est qui operatur in nobis, & uelle & perficere. Deus in homine coronat dona sua.

Ad Anastasium. Epistola. CXLIIII.

Tantum porro quisq; peccatum odit,quantum iustitiam diligit,quod non poterit lege terrente per literam,sed spiritu sanante per gratiam.

Psalmo. XLI.

Et redime nos propter nomen tuum,hoc est gratis propternomen tuum,non propter meum meritum,quia tu dignatus es facere,nõ quia ego dignus sum cui facias, Nam est hoc ipsum,quod non sumus obliti te,& non recessit retro cor nostrum,quod non extendimus manus nostras ad deum alienum,nisi te adiuuante unde possemus? ne te intus alloquente,exhortante,nõ deserente unde ualemus? Ergo siue patientes in tribulationibus,siue gaudentes in prosperitatibus,redime nos,non propter meritum nostrum,sed propter nomen tuum. Vt propter nomen suũ nos liberet deus, peten dũ nõ propter merita nostra,quæ nulla sunt.

In Psalmum. XXX.

Omnes enim peccauerunt,& egent gloria dei. Quid est egent gloria dei? ut ipse liberet,non tu. Quia tu liberare non potes,indiges liberatore. Quid est quod te iactas,quid est quod de lege,& iustitia præsumis? Non uides quod intus confligat in te,de te,aduersus te,nõ aydis pugnantem, & confitentem,& adiutorium in pugna desiderantem? Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christũ dominum nostrum. Quare gratia? Quia gratis datur. Quare gratis datur? Quia merita tua non præcesserũt sed benefitia dei te præuenerunt. Roma. 8. Benefitia dei merita nostra præuenerunt.

Prima quinquagena ex prologo. Psalmi. XXXI.

Credidit

Rom.4. Credidit Abraham deo, & reputatum est ei ad iustitiam. Et ei qui operatur, id est, de operibus præsumit, et eorum merito sibi dicit datã esse gratiam fidei, merces nõ imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Quid est hoc nisi quod merces nostra gratia uocatur? Si gratia est, gratis datur. Quid est, gratis datur? gratis constat. Nihil boni fœcisti, et datur tibi remissio peccatorum.

Omnia opera nra mala Attenduntur opera tua, & inueniuntur omnia mala. Si quod debetur istis operibus, deus redderet, utiq; damnaret. Non tibi deus reddit debitam pœnam, sed donat indebitam gratiam.

Lib. L. Homiliarum, XIIII. homilia.

Cõtra liberi arbitrij defensores. Hæc ergo & his similia, diligenter ac fideliter cogitãtes, non acquiescamus eis, qui liberum arbitrium extollentes, præcipitare magis quàm eleuare conantur. Sed humiliter cõsideremus illud quod Apostolus dicit, Deus est

Philip. 2. qui operatur in nobis & uelle & perficere. Gratias agamus domino & saluatori nostro, qui nos nullis præcedentibus meritis uulneratos curauit, & inimicos reconciliauit, & de captiuitate redemit, de tenebris ad lucem reduxit, de morte ad uitam reuocauit, & humiliter confitentes fragilitatem nostram, illius misericordiam depræ

Psal. 38. cemur, ut quia nos secundum psalmistam misericordia sua præuenit, dignetur in nobis non solum custodire, sed etiam augere munera & beneficia sua, quæ ipse dignatus est dare.

Ad Vitalem Epistola. CVII.

1. Chorin. 2 Sed sicut illud quod dictũ est: Omnes in Christo uiuificabuntur, cum tam multi æterna morte damnantur, ideo dictum est, quia omnes qui uitam æternam percipiunt,

1. Thimo. 2 Oẽs homines ĩ Christo viuificari, & omnes saluos fieri, quomodo ĩtelligendũ. non percipiunt nisi in Christo. Ita quod dictum est omnes homines uult deus saluos fieri, cum tam multos nolit saluos fieri, ideo dictum est, quia omnes qui salui fiunt, nisi ipso uolente non fiunt, & si quo alio modo illa uerba apostolica intelligi possunt, ut tamen huic apertissimæ ueritati, in quam uidemus tam multos, uolentibus hominibus, sed deo nolente, saluos non fieri, contraria esse nõ possunt. Quomodo autem non detur gratia diuina uoluntas meretur humana, si eis quibus datur, gratuita misericordia datur, ut uera sit gratia? Quomodo in hac re merita pensantur humanæ uoluntatis? Quandoquidem illis, quibus gratia ista non datur, nullo plerumq; merito, nulla uoluntate distantibus, sed misericordia cum eis, qui bus datur habentibus caussam, iusto tamen dei iuditio non datur. Non enim est iniquitas apud deum, ut intelligant quibus datur quàm gratis eis detur, quando iusto utiq; non daretur, quoniam simile m habentibus causam iustè non datur.

Ad Sixtum Romanum presbyterum Epistola. CV.

Cõtra illos qui deũ acceptorẽ dicũt personarum Quòd autem personarum acceptorem deum se credere existimant, si credant quod sine ullis præcedẽtibus meritis, cuius uult, miseretur, & quos dignatur uocat, & quem uult religiosum facit, parum attendunt, quod debita pœna reddatur damnato, indebita gratia liberato, ut nec ille se indignum quæratur, nec dignum se iste glorietur, atq; ibi potius acceptionem nullam fieri personarũ, ubi una eademq; massa damnationis et offensionis inuoluit, ut liberatus de nõ liberato discat, quod etiam sibi supplicium conueniret, nisi gratia subueniret. Si autem gratia utiq; nullis meritis reddita, sed gratuita bonitate donata. Sed iniustum est inquiũt, in una eademq; mala causa, hunc liberari, illũ puniri. Nempe ergo iustum est utrũq; puniri, quis hoc negauerit? Agamus ergo gratias saluatori, dum nobis redditum non cernimus, quod in damnatione similium etiam nobis debitum fuisse cognoscimus. Si enim utriq; liberarentur, lateret quid peccato per iustitiã debeatur, si nemo, quid gratia largiretur? Vt ergo in hac difficillima quæstione uerbis potius utamur Apostoli, uolens deus ostendere iram, & demonstrare potentiã Rom. 9 suam &c. Vbi quia uniuersa massa damnata est, contumeliam debitam reddit iustitia, honorẽ indebitum donat gratia, non meriti prærogatiua, non fati necessitate, non temeritate fortunæ, sed altitudine diuitiarum sapientiæ, & scientiæ dei. Cur igitur sua merita iactaturus est liberatus: Cui si digna suis meritis redderentur, nõ esset nisi dãnatus? Nulla ne ergo sunt merita iustorũ? Sunt planè, quæ iusti sunt. Sed ut iusti fierent, merita non fœcerunt. Iusti enim facti sunt, cum iustificati sunt, sed sicut dicit Apostolus, iustificati gratis per gratiã ipsius. Quærimus nãq; meritũ obdurationis, & inuenimus. Merito nãq; peccati uniuersa massa damnata est, nec obdurat impartiẽdo malitiam, sed non impartiendo misericordiam. Quibus enim nõ impartitur, nec digni fiunt, nec merentur, at potius ut non impartiatur, hoc digni sunt, hoc merentur. Quærimus autem meritũ misericordiæ, nec inuenimus, quia nullum est, ne gratia euacuetur, si non gratis donatur, sed meritis redditur. Si enim dixerimus fidem præcessisse in qua erat meritum gratiæ, quid meriti habet homo ante fidem? Quid enim habet, quod non accepit? Nã si quærere uellet homo, ante gratiã quid meruerit, ut acciperet eum, mala sua poterit homo inuenire, nõ bona. Etiam si eum unius diei uitam habentem super terram, gratiam saluatoris inuenerit.

Roma. 9 Meritũ indurationis si quæritur inuenitur.

1. Chor. 4

Lib. I. ad Simplitianum, Quæ. II.

Gratiam õ debeẽ operibus. Eo ipso quod gratia est Euangelica, operibus non debetur, alioquin gratia iam non est gratia. Et multis locis hoc sæpe testatur fides, gratiam præponens operibus, nõ Acto. 15 Roma. 11 ut opera extinguat, sed ut ostendat non esse opera præcedentia gratiam, sed consequentia, ut scilicet non esse quisq; arbitretur ideo percepisse gratiã, quia benè operatus est, sed benè operari non posse, nisi per fidem perceperit gratiam.

Ibidem.

Vocantis dei gratia & Sed ut de re, qua agitur, potius loquamur ad frangẽdam atq; deijciendam superbiam hominum ingratorum gratiæ dei, & audentium gloriari de meritis suis ista cõ

memorantur. Cum enim nondum nati fuissent Iacob & Esau, neq; aliquid egissent bonum aut malum, nõ ex operibus, sed ex uocãte dictum est, & quia maior seruiet minori. Vocantis est ergo gratia, percipientis uero gratiam consequenter sunt opera bona, nec quæ gratiam pariant, sed quæ gratia pariantur.

Roma.9 Gene. 25.

Post pauca ibidem.

Nemo enim credit qui non uocatur: Misericors autẽ deus uocat, nullis hoc uel meritis fidei largiens, quia merita fidei sequuntur uocationem potius quàm præcedant. Quomodo enim credent ei, quem non audierunt? Et quomodo audient sine prædicante? Nisi ergo uocando præcedat misericordia dei, nec credere quisq; potest, ut ex hoc incipiat iustificari, & accipiat facultatem benè operandi. Ergo ante omne meritum est gratia: Etenim Christus pro impijs mortuus est &c.

Qui nõ uocat, nõ credit.

Roma.10

Roma.5

Ibidem.

Vocando deus præstat & fidem, quia sine uocatione non potest quisq; credere, quamuis nullus credat inuitus. Nemo itaq; credit non uocatus, sed non omnis credit uocatus. Multi enim sunt uocati, pauci uero electi.

Vocãdo deus præstat & fidem.

Matth. 20

Post pauca.

Aliter enim deus præstat ut uelimus, aliter præstat quæ uoluerimus, ut uelimus enim & suum esse uoluit, & nostrum, suum uocando, nostrum sequendo. Quod autem uoluerimus solus præstat, id est, posse benè agere, & semper beatè uiuere.

Quod uolumus solus dei est præstare.

Ibidem.

Illa etiam uerba si diligenter attendas, igitur non uolentis, neq; currentis, sed dei miserentis, non hoc Apostolus propterea tãtum dixisse uidebitur, quod adiutorio dei ad id, quod uolumus, perueniamus, sed etiam ex illa intẽtione, qua & alio loco dicit: Cum timore & tremore uestram ipsorum salutem operamini. Deus enim est & qui operatur, & uelle & operari pro bona uolũtate. Vbi satis ostendit, etiam ipsam bonam uoluntatem in uobis, operante deo, fieri. Nam si quæramus, utrum dei donum sit uoluntas bona, mirum si negare quisq; audeat.

Bona etiam uoluntas à deo est.

Philip.2

Post pauca ibidem.

Ergo cui uult miseretur, & quẽ uult indurat, ita sentẽtiæ superiori posse congruere, ut obduratio dei sit, nolle misereri, ut non ab illo irrogetur aliquid, quo sit homo deterior, sed tantum quo sit melior non erogetur.

Roma.9 Nolle misereri obduratio dei est

Ibidem.

Itaq; huius impudentiam quæstionis ita retundit apostolus, homo tu quis es, qui respondeas deo? Sic enim respondet deo, cum hoc displicet, quod de peccatoribus conquæritur deus, quasi quemq; deus peccare cogat: Sed tantummodo quibusdam peccantibus misericordiam iustificationis suæ non largiatur, & ob hoc dicatur obdurare peccantes quosdam, quia non eorum miseretur, non quia impellit ut peccent, eorum autem non miseretur, quibus misericordiam non esse præbendum æquitate occultissima, & ab humanis sensibus remotissima, iudicat. Inscrutabilia enim sunt iuditia eius, & inuestigabiles uiæ eius.

Roma.9

Deus non impellit peccantes

Roma.11

Ibidem post pauca.

Illud tantummodo inconcussa fide teneatur, quod non sit iniquitas apud deum, qui siue donat, siue exigat debitum, nec ille à quo exigit, rectè potest de iniquitate eius conqueri, nec ille cui donat, debet de suis meritis gloriari. Et ille enim, nisi quod debetur, non reddit, & ille non habet, nisi quod accepit. Quod ergo uolens deus ostendere iram, attulit uasa iræ, ualet ad utilem alijs præstandum timorẽ, et ut notas faceret diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam.

Nemo de iustitia dei conqueri potest.

Lib. XIII. De trinitate, Cap. XVI.

Scimus quoniam diligentibus deum omnia cooperantur in bonum, his, qui secundum propositum uocati sunt sancti. Quoniam quos ante præsciuit & prædestinauit, conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prædestinauit, illos & uocauit, & quos uocauit, illos & iustificauit, quos autẽ iustificauit, ipsos & glorificauit: Horum prædestinatorum nemo cum diabolo peribit, nemo usq; ad mortẽ sub diaboli potestate remanebit.

Roma.8 Vocatis secũdum propositum omnia cooperantur ī bonum.

In solutionibus quæstionum Hilarij, Quæst. I.

Illud uero quod dicunt, sufficere homini liberum arbitrium ad dominica præcepta implenda, etiam si dei gratia et spiritus sancti dono, ad opera bona non adiuuetur, omnino anathematizandum est, & omnibus execrationibus detestandum. Qui enim hoc asserunt, à gratia dei penitus alieni sunt: Qui ignorantes dei iustitiam, sicut de Iudæis dicit Apostolus, & suã uolentes cõstituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Plenitudo quippe legis non est, nisi charitas. Et utiq; charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Valet itaq; liberum arbitrium ad opera bona, si diuinitus adiuuetur, quod fit humiliter petendo & faciendo: Desertum uero diuino adiutorio qualibet scientia legis excellat, nullo modo habebit iustitiæ soliditatem, sed inflationem impiæ superbiæ, & exitiosum tumorem.

Quod dicit per liberum arbitriũ posse præcepta dei sine gratia seruare aliquẽ, anathematizandum.

Roma.10

Roma.13

Roman.5

Post pauca ibidem.

Desinant ergo sic insanire, & ad hoc se intelligant habere quantum possunt liberum arbitrium, non ut superba uoluntate respuant dei adiutorium, sed ut pia uoluntate inuocent dominum. Hæc enim uolũtas libera, tãto erit liberior, quanto sanior, tanto autem sanior, quanto diuinæ misericordiæ gratiæq; subiectior. Ipsa quippe fideliter orat & dicit: Itinera mea dirige secundum uerbum tuum, ne dominetur mihi omnis iniquitas. Quomodo enim libera est, cui dominatur iniquitas.

Pſalm. 118 Libera uoluntas nõ ẽ, cui dominatur iniqtas.

Ibidem.

Non enim omnis, qui uiribus suis confidit, sed omnis, qui inuocat nomen domini, saluus erit. Quomodo autem inuocabunt, inquiunt, in quem non crediderunt?

Roman.10 Iohel.2

Ad hoc

Non qui uirib⁹ suis cõfidit, sed qui nomen domini inuocauerit, saluus erit.

Ad hoc ergo credunt qui rectè credunt, ut inuocent in quem crediderunt, & ualeant facere, quod in præceptis legitimis acceperunt: Quoniam id, quod lex imperat, fides impetrat.

Post pauca ibidem.

Sapien. 8 Iubet deus continenti am, & dat cõtinentiã. 1. Corint. 13

Cum scirem, inquit, quia nemo potest esse continens, nisi deus det. Iubet ergo deus continentiam, & dat continentiam, iubet per legem, dat per gratiam, iubet per literam, dat per spiritum. Lex enim sine gratia facit abundare delictum, & littera sine spiritu occidit. Iubet ideo, ut facere iussa conati, & in nostra infirmitate sub lege fatigati, adiutorium gratiæ poscere nouerimus, & siquid facere potuerimus operis boni, ei qui adiuuat, nõ simus ingrati, hoc & iste fœcit. Id enim eũ sapientia docuit, cuius esset hoc donum. Neq; enim uoluntatis arbitrium ideo tollitur, quia iuuatur, sed ideo iuuatur, quia non tollitur.

Psalm. 26

Quid enim deo dicit? Adiutor meus esto? Confitetur se uelle implere, quod iusserit, sed ab eo, qui iusserit adiutorium poscere, ut possit &c.

Ad articulos Augustino falso impositos, ad secundam responsionem.

2. Timo. 2 Quod multi pereunt, pereuntium est meritũ.

Siquidem Apostolus sollicite præcipit, quod in omnibus ecclesijs pijssimè custoditur, ut deo pro omnibus hominibus supplicetur: Ex quibus quod multi pereunt, pereuntium est meritum, quod multi saluãtur, saluantis est donum, Vt enim reus dãnetur, inculpabilis est dei iustitia: Vt autem reus iustificetur, ineffabilis dei gratia est.

Quod multi saluãtur, saluantis est donum.

Ad primum.

Qui sine fide hoc fœculũ pertrãseunt, redẽptionis alieni sunt.

Quod ergo ad magnitudinem et potentiam precij, et quod ad unam pertinet causam generis humani, sanguis Christi redemptio est totius mundi. Sed qui hoc sæculum sine fide Christi, & sine regenerationis sacramento pertranseunt, redemptionis alieni sunt.

Ibidem ad tertium.

Nullꝰ a deo creatꝰ ideo est ut pereat.

Omnium quidem hominum deus creator est, sed nemo ab eo ideo creatus est, ut pereat, quia alia causa est nascendi, alia pereundi. Vt enim nascuntur homines, est beneficium, ut autem pereant, prævaricatoris est uitium. In

Roma. 5

Adam quippe, in quo omnium hominum præformata est natura, omnes peccauerũt: Eademq; sententia, quam ille accepit, obstricti sũt, neq; ab hoc uinculo, etiã si propijs peccatis careant, resoluũtur, nisi in sacramẽto mortis & resurrectionis Christi, per spiritum sanctum renascantur. Nimis ergo impius et indoctus est, qui uitiũ naturæ nõ discernit ab auctore naturæ, à quo prorsus alienũ ẽ, quicquid in uno quoq; damnandũ est. Creat enim ut sint homines, nec multiplicandis generationum successionibus, opificium suum subtrahit, secundum consilium bonæ uoluntatis suæ, reparaturus in multis quod ipse fœcit, puniturus in multis, quod ipse non fœcit. Sicut per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi: Ita per unius hominis obediẽtiam iusti constituentur multi.

Ad quartum.

Præuaricatio enim hominum, dispositæ à sæculo creationis, ordinem turbare non potuit, & merito creatura peccatrix pœnalem quidem illius damnationem patitur, cui relicto uero deo, sponte se uendidit. Hæc scilicet seruitus, non institutio dei est, sed iuditiũ, quo fraus deceptoris diaboli facta est deceptio, & male credulo homini pœna peccati, de quo nemo eruitur, nisi per mediatorem dei & hominum, hominẽ Iesum Christum, cuius gratuita gratia & multorum malis meritis non tribuitur, & nullorum bonis meritis præuenitur.

Seruitꝰ peccati non institutio dei est, sed iuditium.

1. Timot. 2

Ad quintum.

Quicquid contra naturã est, nõ est a deo.

Deum iustum, bonum, sic humanæ substantiæ & interiorum exteriorumq; sensuum nouimus creatorem, ut prorsus ab illo sit, quicquid pertinet ad naturam, & prorsus ab illo non sit, quicquid est contra naturam: Peccatũ autem contra naturam est, de quo mors, & omnia, quæ mortis sunt, oriuntur.

Ibidem in fine.

Deus nõ est peccati auctor, sed naturæ creator.

Non ergo cuiusq; peccati auctor deus est, sed naturæ creator, quæ cum potestatem habuerit non delinquendi, sponte deliquit, & deceptori suo propria uoluntate se subdidit. Nec naturali, sed captiuo motu, uersatur in uitio, donec moriatur peccato, & uiuat deo, quod sine gratia dei facere non potest, quia libertatem quam perdidit, nisi Christo liberante, non capit. Non enim est aliud nomen sub cœlo datum hominibus, in quo oporteat saluos fieri.

Acto. 4

Ad sextum articulum.

Totus quidem mundus, sicut ait Apostolus Ioannes, in maligno positus est, & multorum hominum talis est malitia, qualis & dæmonum, qualibus dicebat Ioannes: Pro

1. Iohan. 5

Matt. 3

genies uiperarum quomodo potestis bona loqui, cum sitis mali? Et uos de patre diabolo estis, & concupiscentias patris uestri facere uultis. Sed hoc inter malos homines & dæmones distat, quod hominibus etiam ualde malis superest, si deus misereatur, reconciliatio, dæmonibus nulla seruata est conuersio. Sicut ergo prævaricatoribus angelis, non indidit deus illam, in qua ueritate non stetterunt, uoluntatem, ita nec hominibus hunc affectum, quo diabolum imitarentur, inseruit. Mendatium enim de proprio loquitur, & liber à mendatio non erit, nisi eum ueritas liberauerit.

Matth. 12 Iohan. 8

Deꝰ nec diabolo, nec malis hominibus indidit peccandi uoluntatem. Ioh. 8

Ad septimum.

Nemo nisi gratia dei erigitur. Psalm. 144

Nullo modo credendum est, huiusmodi homines in hanc desperationẽ ex dei uoluntate cecidisse, cum potius dominus alleuet omnes qui corruunt, & erigat omnes elisos. Nemo enim, nisi illius gratia, erigitur, nemo nisi illius gratia stabilitur: Dei ergo est uoluntas, ut in bona uoluntate maneat, qui & priusq; deseratur, neminem deserit, & multos deserores ad se conuertit.

Ad decimum.

Detestanda opinio est, quæ deum cui usq; malæ uoluntatis aut malæ actionis credit auctorem,

Detestanda opinio est, quæ deum

malę uolun tatis uel actionis credit auctorem. Psalm. 24

cuius prædestinatio nunq̃ extra bonitatem, nunq̃ extra iustitiam est. Vniuersæ enim uiæ domini misericordia & ueritas. Adulteria enim matronarum, et corruptelas uirginum, non instruere nouit sancta diuinitas, sed damnare, nec disponere, sed punire. Quæ mala homines cũ admittunt, suis concupiscentijs & cupiditatibus seruiunt, quas ab illa prima uoluntariæ prævaricationis labe traxerunt. Cum autem declinant à malo, & faciunt bonum: à domino gressus hominis diriguntur, ut uiam eius uelit, propter quod dicit Apostolus, Oramus autem ad dominum, ut nihil mali facitis, non ut nos probati appareamus, sed ut uos, quod bonum est, faciatis. Non ergo casus ruentium, nec malignitatem iniquorum, neq; cupiditates peccantium, prædestinatio dei aut excitauit, aut suasit, aut impulit, sed plane prædestinauit iuditium suum, quo unicuiq; retributurus est prout gessit, siue bonum, siue malum. Quod iuditium futurum non esset, si homines dei uoluntate peccarent: Erit autem iuditium manifestißime, et omnis homo quem discretio diuinæ sententiæ in sinistra constituerit parte, damnabitur, quòd nõ dei, sed suam executus est uoluntatem.

Psalm. 36

1. Cor. 13

Ad vndecimum articulum.

Si diabolo obijceretur quod facinorum effet auctor, hac se posset in uidia exonerare.

Si diabolo obijceretur, quod talium facinorum ipse auctor, ipse esset incentor, puto quòd aliqua ratione hac se posset exonerare inuidia, & talium scelerum patratorem de ipsorum uoluntate uinceret: Quia & si delectatus sit furore peccantium, probaret tamen se non intulisse uim criminum. Qua ergo insipientia, quaúe dementia definitur ad dei referendum concilium, quod nec diabolo in toto adscribi potest, qui in peccantium flagitijs illecebrarum adiutor, non uoluntatum credẽdus est esse generator? Nihil ergo talium negotiorum deus prædestinauit ut fieret, nec illam animam turpiter nequiterq; uicturam ad hoc, ut taliter uiueret, præparauit, sed talem futuram nõ ignorauit, & de tali se iustè iudicaturum esse præscinit, atq; ita ad præstinationem eius nihil amplius referri potest, nisi quod aut ad debitam iustitiæ retributionem, aut ad indebitam pertinet gratiæ largitatem.

Ad duodecimum.

Sine pœnitentia sunt dona & uocatio dei.

Prædestinatio dei, et si apud nos, qui dum præsentis uitæ periculis uersamur, incerta est, apud illum tamẽ, q fœcit, quæ futura sunt, incommutabilis permanet, nec quæ illuminauit obcæcat, nec quæ ædificauit destruit, nec quæ plantauit euellit: Sine enim pœnitentia sunt dona, & uocatio dei: Et firmum fundamentum dei stat, habens signaculum hoc. Cognouit dominus qui sunt eius. Nullo ergo modo, prædestinatio dei facit, ut aliqui ex filijs dei, sint filij diaboli, aut ex templo spiritussancti templa fiant dæmonum, aut ex mẽbris Christi, mẽbra meretricis: Sed potius prædestinatio facit, ut ex filijs diaboli fiant filij dei, & ex templo dæmonum, templum spiritussancti, & ex membris meretricis fiant mẽbra Christi, quia ipse alligat fortem, & uasa eius rapit, eruens ea de potestate tenebrarum, & transferens de contumelia in gloriam. Hij autẽ, de quibus dicitur, ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, si enim fuissent ex nobis, mansissent utiq; nobiscum, uoluntate exierunt, uoluntate ceciderunt, Et quia præsciti sunt casuri, non sunt prædestinati: Essent autem prædestinati, si essent reuersuri, et sanctitate ac ueritate mãsuri. Ac p hoc prædestinatio dei multis est causa standi, nemini causa labendi.

Roma. 11

2. Timo. 2.

Marci. 3

1. Ioha. 2

Ad decimumtertium articulum.

Nephas est deo adscribere causas ruinarum.

Omnibus quidem à fide ad infidelitatẽ, à sanitate ad turpitudinem relapsis, & ante finem uitæ nulla purgatione emendatis, nihil aliud q̃ æterna mors debetur, sed nephas est deo adscribere causas talium ruinarũ: Qui etsi ex æterna sciẽtia præcognitũ habet, qd uniuscuiusq; meritis retributurus sit, nemini tamen per hoc, quod falli nõ potest, aut necessitatem, aut uoluntatẽ intulit delinquendi. Si ergo à iustitia & pietate qs deficit, suo in præceps fertur arbitrio, sua cõcupiscentia trahitur, sua persuasione decipitur. Nihil ibi pater, nihil filius, nihil spiritussanctus, nec in tali negotio quicquam diuinæ uoluntatis interuenit, cuius ope scimus multos ne laberẽtur detentos, nullos autem ut laberentur impulsos.

Ad decimumquartum.

Deus cur illum retineat illum nõ retineat ipossibile est cõ prahẽdere.

Ad prævaricationẽ legis, ad neglectum religionis, ad corruptelã disciplinæ, ad desertionẽ fidei, ad perpetrationẽ qualiscunq; peccati, nulla est omnino prædestinatio dei, nec fieri potest, ut p quem à talibus malis surgitur, p eum in talia decidatur. Si ergo in sanctitate uiuitur, si in uirtute ꝓficitur, si in bonis studijs permanetur, manifestum est munus dei, sine quo nullius boni operis fructus acqritur. Si autẽ ab his receditur, & ad uitia atq; peccata transitur, nihil ibi deus malæ tẽtationis immittit, et recessurum nõ deserit, anteq̃ deserat, & facit plerumq; ne deserat, aut etiam si discesserit, ut redeat. Cur autẽ illum retineat, illum nõ retineat, nec posibile est cõprahẽdere, nec licitum inuestigare, cum scire sufficiat, & ab illo esse quod statur, & non esse ab illo, quod ruitur.

Ad decimumquintum.

Qui captiuitatẽ suam gemũt, & iudicãtes semetipsos ad misericordiã domini mutato corde cõfugiunt, nõ sine spiritu diuinæ uisitatiõis hoc faciunt. Hæc est enim mutatio dexteræ excelsi, qui innumeris lapsis pœnitẽtiã dat, ut resipiscent à laqueis diaboli, à quo captiui detinebãtur ad ipsius uoluntatẽ. Nemini autẽ deus correctiõis ademit uiã, nec quemq̃ boni posibilitate dispoliat, quia q se à deo auertit, ipse & uelle quod bonum est, & posse sibi sustulit. Nõ est ergo cõsequens, sicut putant q talia obijciũt, ut deus, qbus pœnitẽtiã nõ dederit, resipiscentiã abstulerit, & quos nõ leuauerit, alliserit. Cum aliud sit insontẽ crimen egisse, quod alienum est à deo, aliud criminoso ueniã non dedisse, quod de peccatoris est merito.

Pfalm. 76

2. Timo. 2.

Lib. III. Contra Pelagianos hyponosticon.

Respondemus, neminem posse per se sibi, id est p liberũ arbitriũ sufficere implere quod uelit. Recte dicimus, nisi

Protop'astus solus liberum habuit arbitrium

nisi protoplastum solum potuisse, cum uoluntas liberi arbitrij fuisset sana eidem ante culpam &c.

Ibidem.

Liberū arbitrium unde, & quare dicatur.

Esse fatemur omnibus hominibus liberum arbitriū, & certa fide credimus, et prædicamus indubitanter. Sed cur dicatur liberum arbitrium, est paululum differendum. Arbitrium ab arbitrādo rationali consideratione, uel discernēdo quid eligat, quidue recuset, puto quod nomen accepit, uel ideo liberum arbitrium dictum, quod in sua positum sit potestate, habēs agendi quod uelit posībi litatem, quòd est uitalis & animæ rationalis motus: Sed huiusmodi, ut ante iam dixi, fuit in homine protoplasto, cum ante peccatum maneret illæsus.

Post pauca.

Per peccatum liberū arbitriū post sibilitatis bonam perdidit, nō nomen & rationem.

Per peccatum ergo liberum arbitrium hominis posībilitatis bonum perdidit, non nomen & rationem. Esse fatemur omnibus hominibus liberum arbitrium, habēs quidem iuditium rationis, non per quod sit idoneū, quæ ad deum pertinent, sine deo aut inchoare aut certe perage re, sed tantū in operibus uitæ præsentis. Bonis dico, quæ de bono naturæ oriuntur, id est, uelle laborare in agro, uelle manducare & bibere, uelle habere amicum, uelle habere indumenta, uelle fabricare domum, uxorem uelle ducere, pecora nutrire, artem discere diuersarum rerum bonarum, uelle quicquid bonum ad præsentem pertinet uitam, quæ omnia non sine gubernaculo diuino subsistunt, imò ex ipso, & per ipsum sunt, uel esse cœperunt. Malis uero dico, ut est uelle idolum colere, uelle homicidium uel adulteriū facere, res alienas uelle diripere, deum uiuentē in sæcula blasphemare, uelle turpiter uiuere, uelle maleficio discere, uelle inebriari & luxuriose uiuere, uelle quicquid non licet, uel nō expedit operari. Sed ista non pertinent ad substantiā uitæ præsentis, quia nō sunt à deo, imò malè desiderata maculant uitam, quæ est à deo.

Ibidem.

Gratia sua deus præcedit uoluntatē liberi arbitrij quærentis se. 1. Iohan. 5

Non ergo homo uolūtate sua, adhuc in ūitio liberi arbitrij claudicāte, præuenit deum, ut cognoscat, et quærat eā gratiā tanq̄ pro meritis accepturus, sed præcedit, ut iā dixi, misericordissima gratia sua deus hominis ignorātis, et nondum se quærentis uoluntatem liberi arbitrij, ut eū se scire & quærere faciat, sicut dixit Ioannes Apostolus in Epistola sua: Scimus quoniam filius dei uenit, et dedit nobis sensum, ut cognoscamus uerum deum, & simus in uero filio eius. Hic est uerus deus, & uita æterna.

Post pauca ibidem.

Nullum esse meritum hominis, in accipienda gratia ad salutem. Ephe. 2.

Nullum autem esse hominis meritū in accipienda gratia ad salutē, Paulus Apostolus docet, scribens ad Ephesios, Deus aūt, ait, qui dives est in misericordia propter nimiā charitatē suam, qua dilexit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Christus, cuius gratia estis saluati.

Ibidem.

Quomodo autem unicuiq; redderetur secundum sua opera in die iuditij, nisi liberum esset arbitrium? Ideo nō est personarum acceptio apud deum. Quicunq; enim sine lege peccauerunt, sine lege peribunt, et quicunq; in lege peccauerunt, per legem iudicabūtur. In omni itaq; opere sancto, prior est uoluntas dei, posterior liberi arbitrij, id est, operatur deus, cooperatur homo. Quòd si dicas, ut dicere consueſlis, quia ego prior uolui, deus noluit. Iā meritum facis, ut gratia ex operibus, iam non sit gratia, sed merces. Hoc loco redarguit te Apostolus, dicens: Si autem gratia iam non ex operibus, alioquin gratia iam nō est gratia. Roma. 11

Roma. 2 Operatī deus, cooperatur homo.

Ibidem.

Declinandū a malo, & faciendū bonum. Psalm. 36

Nemo sit segnis et remissus ad seruiēdum deo, nec sic de gratia confidat, tanq̄ deus liberi arbitrij eius, quod p mortem filij sui reparauit, et sibi præparauit, opera non requirat: Imò declinat à malo, & faciat bonum. Viglet, quærat, pulset, petat, contendat uincere sæculum, deo placere sic, ut dum per mundi pelagus currit, quemadmodū sæpe dictū est, anchoram gratiæ ceruicibus reuectam, fiducia liberi arbitrij nō soluat, quia siue in prospero cursu ne extollatur, siue in tempestate tentationum ne mergatur, eius gubernaculo quoadusq; ad portum paradisi perueniat, non poterit permanere securus, & cum impleuerit cursum, fidēter dicat cum Apostolo Paulo: Bonum certamen certaui, cursum consumaui, fidem seruaui. 2. Timo. 4

Ibidem.

Paruuli sine usu liberi arbitrij a deo habent uitam æternam. Acto. 16

Itaq; nec gratia sine libero arbitrio facit hominem habere beatam uitam, nec liberum arbitrium sine gratia, & tamen paruulos sine usu liberi arbitrij facit gratia habere beatam, & perpetuam, æternamq; uitam. Eos autē, q iam rationis capaces sunt, prævenit atq; docet, ut bonum uelint & posint. Scriptum est enim in actibus Apostolorum: Et aperuit deus cor Lidiæ purpurariæ, ut audiret ea, quæ dicebantur à Paulo.

Post pauca ibidem.

Sapien. 4 Sine gratia dei neminē sanctorū fuisse. Psalm. 55.

Item in libro sapientiæ: Quoniam gratia dei, ait, est in sanctis eius. Ecce generaliter dictum, neminem sanctorum sine gratia dei fuisse uel esse. Sed ut in eis sit ad confirmandos eos, acceperunt gratis per fidem, quæ à deo est, non habuerunt ante fidem, quia ut ait Dauid, p̄ nihilo saluos facies illos.

Ibidem.

Damnātur opera liberi arbitrij, quæ gratiæ præponunt. Roma. 11

Audi hæretice stulte, & inimice fidei ueritatis, opera liberi arbitrij bona, quæ ut fiant, præparantur per gratiæ prævenientum, nullo arbitrij liberi merito, & ipso faciēte, gubernante, & perficiente, ut abundent in libero arbitrio, nō damnamus, quia ex his uel huiusmodi homines dei iustificati sunt, iustificantur, iustificabuntur in Christo: Damnamus uero auctoritate diuina opera liberi arbitrij, quæ gratiæ præponuntur, & ex his tanq̄ meritis in Christo iustificari extolluntur. Quis enim prior dedit ei, & retribuetur illi &c.

Ibidem.

Deus cur ſi li operetur, & illi non.

Ideo cur hoc illi operetur, illi non operetur, metuentē me & trementem iuditia eius inscrutabilia & in cōpræ

operet, non discutiendũ

hensibilia, nolo interroges, quia quod lego, credo et uereor, non autem discutio. Quis est enim homo, qui respondeat deo? Nunquid dicit figmẽtum ei, qui se finxit, quare me sic fœcisti? Habet enim potestatẽ figulus luti, ex eadẽ massa, aliud quidem uas facere in honorem, aliud in cõtumeliam. Sed interroga eum, qui dixit, Nemo uenit ad me, nisi pater, qui misit me, attraxerit eum. Et, Nõ omnes capiunt hoc uerbum, nisi quibus datum est. Item. Vobis datũ est nosse mysterium regni cœlorum, cæteris nõ est datũ.

Roma. 9

Iohan. 6
Marth. 19
Matt. 13

Lib. VI. hyponosticon.

Prædestinatio unde dicatur.

Prædestinatio à præuidendo quippe, & præueniẽdo, uel præordinando, futurum aliquid dicitur, & ideo deus cui præscientia non accidens est, sed essentia fuit semper, & est, quicquid anteq̃ fit, sic præscit, prædestinat, et propterea prædestinat, quia quale futurum sit, præscit. Ideo & Apostolus: Nã quos præsciuit, & prædestinauit. Sed non omne quod præscit prædestinat: Mala enim tantum præscit, & nõ prædestinat, bona uero & præscit et prædestinat. Quod ergo bonũ ẽ, præsciẽtia prædestinat, id est priusq̃ sit in re præordinat. Hoc cũ ipso auctore esse coeperit, uocat, ordinat, & disponit, unde & sequitur: Nam quos prædestinauit, hos & uocauit, & quos uocauit, illos & iustificauit, quos autem iustificauit, illos & glorificauit.

Roma. 8

Eodem libro.

Præscitus ẽ Iudas nõ ad hoc factꝰ, ut aduersus Christũ futurus esset.

Vbi ergo commemoratio operũ Iudæ malorum à sancto sit spiritu in psalmis priusq̃ esset, præscitus est, non factus, quod talis aduersus dei filium futurus esset. Si enim factus esset, iculpabilis esset, & dei opificio reputaretur, non Iudæ, iniustæ etiam in eum prolata sententia damnationis esset. Sed absit hoc à summo bono iudice, auctore omnium bonorum deo, damnatore uero cunctorum malorum, quia mala Iudæ, ut prædixi, præsciit, non prædestinauit, uel fœcit, & tamẽ in quibus præsciit, iuditio iusto tradens eum in reprobum sensum, ut impleret, permisit. Et ideo permisit, quia p spiritũ sanctum eum perituũ ante prædixit, quia sicut Christum oportebat pati p Iudam, præcinente sancto spiritu per Prophetas, ita oportebat Iudam perire, eodem sancto spiritu prædicente.

Post pauca ibidem.

Peccatores i malis præscios esse nõ prædestinatos.

Tenenda est igitur inconcussæ huius disputationis regula, quæ diuinis testimonijs claruit, peccatores in malis propriis, anteq̃ essent in mundo præscitos esse tantum, nõ prædestinatos: Pœnam enim eis esse prædestinatam secundum quod præscii sunt.

Eodem libro.

Prædestinatis bonis operibꝰ incumbere debent.

Nolite itaq; putare, quod hæc & huiusmodi dicẽtes, liberum uoluntatis amputemus arbitrium, cũ tamen consteat ea, quæ loquimur, ex auctoritate diuina pendere, uelut nobis calumniã obiscitis, quod operari bona, & oportere esse in dei proposito sollicitos, prohibeamus: Quin potius, qui se dono gratiæ ad dei misericordiam sentiunt peruenire, hortamur oportere, incumbere orationibus, obsecrationibus, ieiunijs, uigilijs, omniq; operi uolũtatis diuinæ, prædestinatis enim dicit Apostolus, cum tamẽ generale sit, quod illis dicitur à Christo prædestinato secundum carnem ex semine Dauid, prædestinante autem secundum potentiam dei patris cum patre & spiritu sancto: Vigilate, & orate, ne intretis in tentationem.

Roman. 1

Matth. 26

Post pauca ibidem.

Et quia non potest homo à se facere quicquam, nisi datum illi fuerit desup. Non hoc agit deus summe bonus malicia, sed iustitia, nec personarum acceptione, sed causarum secretarum discretione. Nouimus nonnunq̃ quosdã uolentes æternæ uitæ uitam accipere, & eam adipisci, quosdam autem non, aliquos etiam nolentes consequi, cũ in eis diuina gratia, aut dederit uel immutauerit uoluntatem, aliquos non. Nouimus aliquos etiam perfectos, ex labore multorum annorũ prolapsos in ultimo uitæ suæ & perijsse. Aliquos uero ab incunte ætate sua in omnẽ scelere & damnabilitate, usq; ad decrepitam ætatem, perdurasse, & repente cœlitus inspirata salute raptos esse ad requiem regni cœlorum. Nouimus etiam paruulos, quibus usus liberij arbitrij non est, ut de bonis aut malis eorum iudicemus meritis, parentum manibus ad sacramentum sacri baptismatis deportatos, & cum in uno eorum, per manus sacerdotis mysteriũ fidei adimpleretur, aliquotiens alterum in parentum manibus factum exanimem, fraudatum gratia saluatoris. Quis sapiens & intelliget hæc? aut quis idoneus erit horum reddere rationẽ? Dicamus cum Dauid, Iustus dominus in omnibus uijs suis, & sanctus in omnibus operibus suis.

Ioh. 19
Omnia facit deus iustitia.

Psalm. 144
Psalm. 91.

Ibidem circa finem.

Dicite igitur, quare deus, qui personarum acceptor non est, & uult omnes homines saluos fieri, aliquorum corda reserat ad credendum, oculos illuminat ad uidendum, & ad sciendum mysterium regni cœlorum, quo scilicet salui fieri possint. Aliorum uero, ut lectionis textus dixit, inuoluens in parabolis ueritatem, obtundit cor, excœcat oculos, claudit aures, ne Euangelium salutis agnoscant, ne remissionem accipiant peccatorum? Dicite quæso, qualiter hæc loca Euangelij accipitis, docete quid hic de deo, qui uult omnes homines saluos fieri, sentitis. Ecce iam omnes generaliter salui non sunt, cum alijs datur nosse uiam salutis, alijs non datur. Hæc itaq; cum facit deus, non personarum acceptione facit, non iniustitia, sed iustitia inenarrabili, & misericordia inde bita. Quoniam uero hinc liquido utraq; pars dicere nihil ualemus, credamus tantum reum mortis ex iudicis uoluntate pendere. Ne quisq̃ autem putaret diuino iuditio fieri, non omnes homines saluari, dixit Apostolus: Qui uult omnes homines saluos fieri. Quapropter omnes homines qui saluãtur, dei uoluntate saluantur. Deus enim noster, deus saluos faciendi, & domini domini exitus mortis: Et, Quia ira in furore eius, & uita in uoluntate eius. Intelligite itaq; in furore iustitiam, in uoluntate

Marci. 4

1. Timot. 2
Psalm. 67
Psalm. 29

Prædestinationem dei negare, est immanis blasphemia

in uoluntate misericordiam. Prædestinationem igitur negare, quam apud deum esse breuiter probauimus, immanis blasphemia est, quam non tantum sicut soletis dicere uos Pelagiani, in Apostolis debemus accipere, sed á Patriarchis, & Prophetis, & martyribus, & confessoribus, in omnibus sanctis, & digne seruientibus deo. Hinc nemo glorietur, nemo desperet. Solus enim dominus scit, qui sunt eius. In quantum autem possumus, omnes homines ad bonum opus exhortemur, nulli desperationem demus, pro inuicem oremus, in conspectu dei nos humiliemus, dicentes, Fiat uoluntas tua, Ipsius erit potestatis, iuditium in nobis debitum mutare damnationis, & gratiam prædestinationis indebitam prærogare &c.

2. Timo. 2

Mathei. 6.

De vera innocentia. Cap. CLII.

Arbitrium libertatis tunc uere liberum est, cum uitijs peccatisque non seruit, tale datum est à deo, quod amissum, nisi à quo potuit dari, non potest reddi, unde ueritas dicit, Si uos filius liberauerit, uere liberi eritis.

Arbitrium libertatis tunc uere liberum est, cum uitijs non seruit.

Iohan. 7.

Eodem libro. Cap. CCCLXXIIII.

Nullus saluatur præcedentibus meritis.

Si naturam cogitemus, in qua creati sumus, cum omnes ueritas creauerit, quis non est ex ueritate? Sed non omnes sunt, quibus ut audiant ueritatem, & credant, ex ipsa ueritate præstatur. Nullus proculdubio præcedentibus meritis saluatur, ne gratia non sit gratia. Si enim dixisset, omnis qui audit uocem meam, ex ueritate est, ideo dictus ex ueritate putaretur, quia obtemperat ueritati. Non autem hoc ait, sed omnis, inquit, qui est ex ueritate, audit uocem meam: Ac per hoc non ideo est ex ueritate, quia audit uocem eius, sed ideo audit, quia ex ueritate est, id est, quia illi hoc donum collatum est, quod quidem non est aliud, quàm donante Christo, credit in Christum.

Iohan. 18.

Ibidem. Cap. CCCLXXIX.

Neminem deus ad peccandum cogit, præuidet tamen.

Neminem deus ad peccandum cogit, præuidet tamen eos, qui propria uoluntate peccabunt. Cur ergo non uindicet iustus, quæ fieri non cogit præscius? Sicut enim nemo memoria sua cogit facta esse, quæ præterreunt, sic deus præscientia sua non cogit facienda quæ futura sunt. Et sicut homo quædam, quæ facit, meminit, nec tamen omnia, quæ meminit, facit, ita deus omnium, quorum ipse auctor est, præscit, nec tamē omnium, quæ præscit, ipse auctor est. Quorum autem non est auctor malus, iustus est ultor.

In Euangelium Ioannis, tractatu XLV.

2. Timo. 2.

Roma. 8.

Nouit dominus qui sunt eius, nouit præscitos, nouit prædestinatos, de illo quippe dicitur. Quos autem præsciuit, & prædestinauit, conformes fieri imaginis filij sui, ut sit primogenitus in multis fratribus: Quos autem prædestinauit, ipsos & uocauit, & quos uocauit, ipsos & iustificauit, quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit. Si deus pro nobis, quis contra nos? Adde ad huc: Qui proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eum, quomodo etiam non cum illo omnia nobis donauit? sed quibus? Nobis præscitis, & prædestinatis, iustificatis, glorificatis, de quibus sequitur, Quis accusabit aduersus electos dei? Nouit dominus qui sunt eius, ipsæ sunt oues, aliquando se ipsæ nesciunt, sed pastor nouit eas, secundum istam prædestinationem, secundū istam dei præscientiam, secundum electionem ouium, ante constitutionem mundi. Secundum ergo istam præscientiam dei & prædestinationē, quàm multæ oues foris, quàm multi lupi intus, & quàm multæ oues intus, & quàm multi lupi foris &c.

Romano. 8 Nouit dominus, qui sunt eius. 2 Timo. 2.

Ibidem.

Nemo alius oues proprias uocat nominatim nisi qui nouit. Ioan. 10.

Quis enim alius oues proprias uocat nominatim, & educit eas hinc ad uitam æternam, nisi qui nomina nouit prædestinatorum? Vnde ait discipulis suis: Gaudete, quia nomina uestra scripta sunt in cœlo.

Tractatu. XLIX.

De suo sathanas est homo, de dei uero beatus est. 1. Corint. 4

Nemo ergo se palpet, de suo Sathanas est, de dei beatus est. Quid est enim de suo, nisi de peccato suo, Tolle peccatum quod est tuum. Iustitia, inquit, de meo est. Quid enim habes, quod non accepisti?

Tractatu. LIII.

Esaie. 53. Prædixit dominū per prophetam infidelitatē Iudæorum, non fecit.

Quidam ergo inter se mussitant, & ubi possunt aliquando proclamant, & turbulenta disceptatione contendunt, dicentes: Quid fecerunt Iudæi, uel quæ culpa eorum fuit, si necesse fuit, ut sermo Esaiæ impleretur, quem dixit: Domine quis credidit auditui nostro? & brachium domini cui reuelatum est? Quibus respondemus, deum præscium futurorū, per prophetam prædixisse infidelitatem Iudæorum, prædixisse tamen, non fecisse, Non enim propterea quenq; deus ad peccandum cogit, quia futura hominum peccata iam nouit, ipsorum enim præsciuit peccata, non sua, non cuiusq; alterius, sed ipsorum. Quapropter si ea, quæ ille præsciuit ipsorum, non sunt ipsorum, non uere ille præsciuit. Sed quia illius præscientia falli non potest, sine dubio non alij, sed ipsi peccant. quos deus peccatores esse præsciuit, fecerunt ergo peccatum Iudæi, quod eos non compulit facere, cui peccatum non placet, sed facturos esse prædixit, quem nihil latet. Et ideo si non malum, sed bonum facere uoluissent, non prohiberentur, & hoc facturi præuiderentur ab eo, qui nouit quid sit quisq; facturus, & quid ei sit pro eius opere redditurus &c.

Eodem tractatu.

Quid ergo dicemus inquit? Nunquid iniquitas est apud deum? absit. Si ergo absit ut iniquitas sit apud deū, Roman. 9.

siue quando adiuuat, misericorditer facit, siue quando non adiuuat, iuste facit, quia omnia non temeritate, sed iuditio facit, Porrò si iudicia sanctorum iusta sunt, quanto magis sanctificantis, et iustificantis dei, iusta ergo sunt, sed occulta. Ideo cum quæstiones huiusmodi in medium uenerint, quare alius sic, alius autẽ sic, quare ille deo deserente excœcetur, ille deo adiuuante illuminetur, non nobis iuditium de iuditio tanti iudicis usurpemus, sed contremiscentes exclamemus cum Apostolo, O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei, quàm inscrutabilia sunt iuditia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Vnde dictum est in psalmo. Iuditia tua abyssus multa.

Quid homini Christiano ĩ his quæstionibus facto opus sit. Roma. 11. Psalm. 35.

Eodem tractatu post pauca.

Si quis autem istam quæstionem liquidius & melius nouit se posse, et confidit exponere, absit, ut non sim paratior discere quàm docere, tantum ne audeat quisq; liberum arbitrium sic defendere, ut nobis orationem quam dicimus, ne nos inferas in tentationem, conetur auferre. Rursus ne quisq; neget uoluntatis arbitrium, & audeat excusare peccatum. Sed audiamus dominum & præcipientem, opitulãtem, et iubentem, quid facere debeamus, & adiuuantem ut implere possimus. Nam & quosdam nimia suæ uoluntatis fiducia extulit in superbiã, et quosdam nimia suæ uoluntatis diffidentia deiecit in negligentiam. Illi dicunt, ut quid rogamus deum, ne uincamur tẽtatione, quod in nostra est potestate? Isti dicunt, ut quid conamur benè uiuere, quod in dei est potestate? O domine, ó pater, qui es in cœlis, ne nos inferas in quamlibet istarum tentationum, sed libera nos à malo.

Ne excusetur peccatum, defendit hominis liberũ arbitriũ Augustinus.

Tractatu LXXXI.

Sicut palmes non potest ferre fructum à semetipso, nisi manserit in uite, sic nec uos nisi in me manseritis. Magna gratiæ commendatio fratres mei, corda instruit humilium, ora obstruit superborum. Ecce si cui audent respondeant, qui ignorantes dei iustitiam, & suam uolentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Ecce cui respondeant sibi placentes, & ad bona opera facienda deum sibi necessarium non putantes, nonne huic resistunt ueritati, homines mente corrupti, reprobi circa fidẽ, qui respondent et loquũtur iniquitatẽ, dicentes: A deo habemus, q̃ homines sumus, à nobisipsis autẽ quòd iuste sumus? Quid dicitis, quid uosmetipsos decipitis, non assertores, sed præcipitatores liberi arbitrij, ex alto elationis, per inania præsumptionis in profunda submersi? Nempe uox uestra est, quod homo ex semetipso facit iustitiam, hoc est, altũ elationis uestræ, sed ueritas contradicit, & dicit: Palmes non potest ferre fructũ à semetipso, nisi manserit in uite &c.

Ioannis 15. Gratiæ dei cõmẽdatio. Roman. 10

2. Timo. 3

Tractatu LXXXII.

Hæc est ad deum gloria, qua glorificatur non homo, sed deus, si non ex operibus, sed ex fide iustificatur, ut ex deo illi sit, quod etiam bene operatur, quoniam palmes, sicut superius dixi, non potest ferre fructum à semetipso. Si enim in hoc glorificatus est deus pater, ut fructum plurimum afferamus, & efficiamur Christi discipuli, non hoc gloriæ nostræ tribuamus, tanq̃ ex nobis ipsis habeamus, eius est enim hæc gratia, & ideo in hoc non nostra, sed eius est gloria &c.

Roman. 4. Abacuc 2. Vt fructũ

plurimũ afferamus, nõ gloriæ nostræ tribuendum.

Tractatu. LXXXVI

Non uos me elegistis, sed ego elegi uos, neq; enim iam credideramus in eum, ut eligeret nos, nam si iam credentes elegit, electos elegit. Cur ergo diceret, non uos me elegistis, nisi quia misericordia eius præuenit nos. Hic certe uacat uana illorum ratiocinatio, qui præscientiam dei defendunt contra gratiam dei, et ideo dicunt nos electos ante mundi constitutionem, quia præsciuit nos deus futuros bonos, non se ipsum nos facturum bonos, non hoc dicit, qui dicit, non uos me elegistis, quoniam si propterea nos elegisset, quia bonos futuros nos esse præsciuerat, simuletiam præscisset, quod eum nos fuissemus prius electuri, Non enim aliter esse possemus boni, nisi forte dicendus est bonus, qui non eligit bonum. Quid ergo eligit in non bonis? Non enim electi sunt, quia boni fuerunt, qui boni non essent, nisi electi essent, alioquin gratia iam non est gratia. Si præcessisse contendimus merita. Hæc quippe electio gratia est, de qua dicit Apostolus: Sic ergo et in hoc tempore reliquiæ per electionem gratiæ dei saluæ factæ sunt. Vnde subiungit: Si autem gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Audi ingrate, Ingrate audi, Non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Non est ut dicas, ideo electus sum, quia iam credebã. Si enim credebas in eum, iam elegeras eum. Sed audi, non uos me elegistis, sed ego elegi uos. Non est ut dicas, antequàm crederem iam bona operabar, ideo electus sum. Quid enim est boni operis ante fidem, cum dicat Apostolus, Omne quod non est ex fide, peccatum est? Quid ergo dicturi sumus audiendo, non uos me elegistis, nisi quia mali eramus, & electi sumus, ut boni per gratiam nos eligentis essemus? Non est enim gratia, si præcesserant merita, est autem gratia, Hæc igitur nõ inuenit, sed effecit merita. Et uidete, charissimi, quemadmodum non eligat bonos, sed quos elegit, faciat bonos,

Ioan. 15. Pſalm. 58. Epheſ. 1. Roman. 11. Roman. 14

Pij boni non essent, nisi electi essent.

Quos deus elegit, facit bonos.

Tractatu LXXXVII.

Quia uero de mundo non estis, sed ego elegi uos de mundo, propterea odit uos mundus. Ergo & ipsi inde erant, Vnde ut non essent, electi sunt inde, non meritis suis, quorũ nulla bona præcesserant merita, non natura, quæ tota fuerat per liberũ arbitriũ in ipsa radice uitiata, sed gratuita, hoc est, uera gratia. Qui enim de mundo mũdũ elegit, fecit qd' eligerit, nõ inuenit, qua reliquiæ per electionẽ gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia inquit

Ioan. 15.

Si ex operibꝰ, iam gratia non est gratia. Roman. 11.

inquit, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia.

In Epistolam Ioannis tractatu. IIII.

Et omnis qui habet spem hanc in ipso, castificat semetipsum, sicut & ipse castus est. Videte quemadmodum non abstulit liberum arbitrium, ut diceret, castificat semetipsum. Quis nos castificat nisi deus? sed deus te nolente non castificat, ergo quod adiungis uoluntatem tuã deo castificas temetipsum, castificas te, non de te, sed de illo qui uenit, ut habitet in te, tamen quia agis ibi aliquid uoluntate, ideo & tibi aliquid tributum est. Ideo autem tibi tributum est, ut dicas, sicut in psalmo: Adiutor meus esto, ne derelinquas me, si dicis adiutor meus esto, aliquid agis. Nam si nihil agis, quomodo ille adiuuat.

Voluntas homini non omnino adimitur.

Psalm. 26.

Contra Cresconium grammaticum. Libro. II. Cap. IX.

Hæc cõuersio uoluntatis repente mutauit non solum in telonio peccatorem, uerumetiam in cruce latronem.

Ab exemplo. Math. 9. Luce. 23.

Libro III. Contra eundem. Cap. LI.

Frustra dicis, relinquar libero arbitrio, cur enim non in homicidijs, & in stupris, & inquibuscunq; alijs facinoribus & flagitijs libero te arbitrio dimittendum esse proclamas. Quæ tamen omnia iustis legibus comprimi, utilissimum ac saluberrimum est. Dedit quidem deus homini liberam uoluntatem, sed nec bonam infructuosam, nec malam uoluit esse impunitam &c.

Vitia iustis legibus comprimi utilissimum est.

Libro II. De peccatorum meritis & remissione. Cap. XVIII.

Quòd à deo nos auertimus, nostrum est, & hæc est uoluntas mala, quod uero ad deum nos conuertimus, nisi ipso excitante atq; adiuuante, non possumus, & hæc est uoluntas bona. Quid habemus quod non accepimus? Si autẽ accepimus, quid gloriamur, quasi nõ acceperimus, ac per hoc ut qui gloriatur, in domino glorietur. Quibus hoc dominus donare uoluerit, eius misericordiæ est, non merito illorum, quibus autem noluerit, ueritatis est.

Quod a deo se uertit ipsius est, deo autẽ est ad deũ nos conuertere. 1. Cor. nr. 1. 1. Cor. 4.

Post pauca ibidem in fine.

Quare autem illos uelit conuertere, illos pro auersione punire, quamq; & in beneficio tribuendo nemo iuste reprehendat misericordem, & in uindicta exercenda, nemo iuste reprehendat ueracem, sicut in illis euangelicis operarijs, alijs placitam mercedem reddentem, alijs etiam non placitum largientem, nullus iuste culpauerit, consiliũ tamen occultioris iustitiæ penes ipsum est.

Deus quare illos cõuertit, illos pro auersione punit, occultioris suæ iustitiæ est. Math. 20.

De spiritu & litera. Cap. III.

Nos autem dicimus humanam uoluntatem, sic diuinitus adiuuari ad faciendã iustitiam, ut præter quod creatus est homo cum libero arbitrio uoluntatis, præter quam doctrinam qua ei præcipitur, quemadmodum uiuere debeat, accipiat spiritum sanctum, quo fiat in animo eius delectatio dilectioq; summi illius atq; incõmutabilis boni, quod deus est, etiam nunc per fidem ambulatur, nondum per speciem, ut hac sibi uelut arra data gratuiti muneris inardescat inhærere creatori, atq; inflammetur accedere ad participationem illius ueri lumi nis, ut ex illo ei bene sit, à quo habet ut sit. Nam neq; liberum arbitrium quicquam nisi ad peccandum ualet, si lateat ueritatis uia. Et cum id, quod agendum et quo nitendum est, cœperit non latere, nisi etiam delectet & ametur, non agitur, non suscipitur, nõ beeruiuitur. Vt autẽ diligatur, charitas dei diffũditur in cordibus nostris, non per arbitrium liberum, quod surgit ex nobis, sed per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

2. Corin. 5.

Charitas dei diffunditur in cordibus nostris per spiritũ sanctum: nõ liberũ arbitrium. Romano. 5

De spiritu & litera. Cap. XXX.

Liberum ergo arbitrium euacuamus per gratiã? absit, sed magis liberum arbitrium statuimus. Sicut enim lex per fidem, sic liberum arbitrium per gratiam non euacuatur, sed statuitur. Neq; enim lex impletur, nisi libero arbitrio, sed per legem cognitio peccati, per fidem impetratio gratiæ contra peccatum, per gratiam sanatio animæ à uitio peccati, per animæ sanitatem libertas arbitrij, per liberum arbitrium iustitiæ dilectio, per iustitiæ dilectionem legis operatio. Ac per hoc, sicut lex non euacuatur, sed statuitur per fidem, quia fides impetrat gratiam, qua lex impleatur, ita liberum arbitriũ non euacuatur per gratiam, sed statuitur, quia gratia sanat uoluntatem, qua iustitia liberè diligatur, omnia hæc quæ uelut catenatim connexui, habent uoces suas in scripturis sanctis. Lex dicit, non concupisces, Fides dicit, sana animam meam, quoniam peccaui tibi, Gratia dicit, ecce sanus factus es, iam noli peccare amplius, ne quid tibi deterius contingat, Sanitas dicit, domine deus meus, clamaui ad te, & sanasti me, Liberum arbitrium dicit, uoluntariè sacrificabo tibi, Dilectio iustitiæ dicit, narrauerunt mihi iniusti delectationes, sed non ut lex tua domine. Vt quid ergo miseri homines, aut de libero arbitrio audent superbire anteq; liberentur, aut de suis uiribus, si iam liberati sunt? Nec attendunt in ipso nomine liberi arbitrij utiq; libertatem sonare, ubi autem spiritus domini, ibi libertas, si ergo serui sunt peccati, quid se iactant de libero arbitrio? A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Si autem liberati sunt, quid se iactant uelut de opere proprio, & gloriantur, quasi non acceperint, an ita sunt liberi, ut nec illum uelint habere dominum, qui eis dicit, Sine me nihil poteſtis facere. Et, Si uos filius liberauerit, tunc uerè liberi eritis.

Liberum arbitrium per gratiam statuitur nõ euacuatur.

Exodi. 20. Psalmus 40. Iohan. 5. Psalm. 29. Psalm. 50. Psalm. 118. 2. Corinth. 3. 2. Petri. 2. Iohan. 15. Iohan. 8.

Eodem libro. XXXIIII.

Quid habes, quod non accepisti, propterea etiam uoluntas, qua credimus dono dei, attribuitur, quia de libero exiſtit arbitrio, quod cum crearemur accepimus, attendat & uideat non ideo tantum istam uoluntatem diuino muneri tribuendam, quia ex libero arbitrio est, quod nobis naturaliter concreatum est, uerumetiam quod uisorũ suasionibus agit deus ut uelimus, & ut credamus, siue extrinsecus per euangelicas exhortationes, ubi & mala

1 Corinth. 4.

ubi & mandata legis aliquid agunt, si ad hoc admonent hominem infirmitatis suæ, ut ad gratiam iustificãtem credendo confugat, siue intrinsecus, ubi nemo habet in potestate, quid ei ueniat in mentem, sed consentire uel dissentire propriæ uoluntatis est. His ergo modis quando deus agit, cum anima rationali, ut ei credat, neq; enim credere potest quolibet arbitrio, si nulla sit suasio uel uocatio cui credat, profecto & ipsum uelle credere deus operatur in homine, et in omnibus misericordia eius præuenit nos, consentire autem uocationi dei, uel ab ea dissentire, sicut dixi, propriæ uoluntatis est. Quæ res non solum non infirmat, quod dictum est (Quid enim habes, quod non accepisti) uerumetiam confirmat, accipere quippe & habere anima non potest dona, de quibus hoc audit, nisi consentiendo, ac per hoc quid habeat, & quid accipiat, dei est, accipere autem & habere utiq; accipientis & habentis est. Iam si ad illam profunditatem scrutandam quisquam nos coartet, cur illi ita suadeatur, ut persuadeatur, Illi autem non ita, duo sola occurrunt interim, quæ respondere mihi placeat: O altitudo diuitiarum, & nunquid iniquitas apud deum? cui responsio ista displicet, quærat doctiores, sed caueat ne inueniat præsumptores.

Neq; enim credere quis q̃ potest, si suasio uel uocatio deest.

Roma. 11.

Roman. 9.

De natura & gratia contra Pelagianos. Cap. I.

Falso quæritur de natura sua genus humanum, nam si per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est, si autem non gratis mortuus est, in illo solo iustificatur impius, cui credenti in eum, qui iustificat impium, deputatur fides ad iustitiam. Omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei, iustificati gratis per sanguinem ipsius. Quicunq; autem non putantur pertinere ad hoc omnes qui peccauerunt, & egent gloria dei, profectò nullam necessitatem habent ut Christiani fiant, quia non est opus sanis medicus, sed ægrotantibus, unde non uenit ille uocare iustos, sed peccatores.

Gala. 2. Roman. 4. Roman. 3. Aegrotis opus est medicus. Mathei. 9.

Cap. III. Ibidem.

Natura quippe hominis primitus inculpata, & sine ullo uitio creata est: Natura uero ista hominis, qua unusquisq; ex Adam nascitur, iam medico indiget, quia sana non est. Omnia quidem bona, quæ habet in formatiõe, uita, sensibus, mente, à summo deo habet creatore et artifice suo: Vitium uero, quod ista naturalia bona contenebrat, & infirmat, ut illuminatione & curatione opus habeat, non ab inculpabili artifice contractum est, sed ex originali peccato quod cõmissum est libero arbitrio, ac per hoc natura pœnalis ad uindictam iustissimã pertinet. Si enim iam simus in Christo, noua creatura, tamen eramus natura filij iræ, sicut & cæteri: Deus autem qui dives est in misericordia, propter multam dilectionem qua dilexit nos, & cum essemus mortui delictis, conuiuificauit nos Christo, cuius gratia sumus salui facti.

Ecclesia. 7. Natura hominis sine ullo uitio primũ creata est.

2 Corint. 5 Ephes. 2

Cap. IIII. Eodem libro.

Hæc igitur Christi gratia, sine qua nec infantes, nec ætate grandes salui fieri possunt, non meritis redditur, sed gratis datur, propter quod gratia nominatur. Iustificati, inquit, gratis per sanguinem ipsius. Vnde hi, qui non per illam liberantur, siue qui audire nondum potuerunt, siue quia obedire noluerunt, siue etiam cũ per ætatem audire non possent, lauacrum regenerationis quod accipere possent, per quod salui fierent, non acceperunt, iustè utiq; damnantur, quia sine peccato non sunt, uel quod originaliter traxerũt, uel quod malis moribus addiderunt, omnes enim peccauerunt, siue in Adam, siue in semetipsis, & egent gloria dei.

Roman. 11. Romano 3 Sine gratia Christi nec infantes, nec ætate grandes saluabuntur.

Cap. V.

Vniuersa igitur massa pœnas debet, & si omnibus debitum damnationis supplitium redderetur, non iniustè proculdubio redderetur. Qui ergo inde per gratiam liberantur, non uasa meritorum suorum, sed uasa misericordiæ nominantur, cuius misericordiæ, nisi illius qui Christum Iesum misit in hunc mundum, peccatores saluos facere, quos præsciuit, & prædestinauit, & uocauit, & iustificauit, & glorificauit? Quis igitur usq; adeo dementissimè insaniat, ut non agat ineffabiles gratias misericordiæ, quos uoluit liberantis, qui rectè nullo modo possent culpare iustitiam, uniuersos omnino damnantes?

Vniuersa massa generis humani pœnas debet.

Roman 9 1 Thimo 1 Romano 8

Cap. XXIII.

Nemo enim dicit, sic hominem factum, ut de iustitia quidem possit in peccatum ire, & de peccato ad iustitiam redire non posset, sed ut in peccatum iret, sufficit ei liberum arbitrium, quo se ipse uiciauit. Vt autem redeat ad iustitiam, opus habet medico, quoniam sanus est, opus habet uiuificatore, quia mortuus est.

Vt ad iustitiam redeat quisq; a peccatis, opus habet Christo uiuificatore.

Cap. XL. Eodem libro.

Sed putat fortasse ideo necessarium esse Christi nomen, ut per eius euangelium discamus, quemadmodum uiuere debeamus, non etiam ut eius adiuuemur gratia, qua bene uiuamus, uel hinc saltem confiteatur esse miserabiles tenebras in animo humano, qui scit quemadmodum debeat leonem domare, & nescit quemadmodũ uiuere. An & hoc, ut sciat, sufficit ei liberum arbitrium lexq; naturalis? Hæc est sapientia uerbi, qua euacuatur crux Christi. Sed qui dixit, Perdam sapientiam sapientum, quia ista crux non potest euacuari, profecto istam sapientiam per stultitiam prædicationis, qua credentes saluantur, euertitur. Si enim possibilitas naturalis per liberum arbitrium, & ad cognoscendum, quomodo uiuere debeat, et ad bene uiuendum sufficit, sibi ergo Christus gratis mortuus est, ergo euacuatum est scandalum crucis.

Quæ sit sapientia uerbi, q̃ euacuatur crux Christi.

Abdiæ 1

1 Corint 1

Cap. XLIII.

Verum est autẽ, quod dicitur, quod deus, tam bonus quàm iustus, talẽ hominẽ fœcerit, cui peccati malo carere sufficeret, sed si uoluisset. Quis enim nescit eũ sanũ et inculpabilem factum, & libero arbitrio, atq; ad iustè

uiuendum

uiuendum potestate libera constitutum? Sed nunc de illo agitur, quem semiuiuum latrones in uia reliquerunt, qui grauibus saucius, confossusq; uulneribus, non ita potest ad iustitiæ culmen adscendere, sicut potuit inde descendere. Qui etiam & si iam in stabulo est, adhuc curatur. Non igitur deus impossibilia iubet, sed iubendo admonet, & facere quod possis, et petere quod non possis, iam nunc uideamus unde possit, unde non possit. Ista dicit, uoluntate non est, quod natura potest. Ego dico uoluntate quidem non est homo iustus, si natura potest, sed medicina poterit, quod nitio non potest.

Luce. 10. Deus iubendo admonet & facere quod possit homo, & petere quod non potest.

Cap. LXV. Ibidem.

Item quód quidam dicunt, à Hieronymo præsbytero dictum esse, liberi arbitrij, nos condidit deus, nec ad uirtutem, nec ad uitia, necessitate trahimur, alioqui ubi necessitas, nec corona est, Quis non agnoscat? quis non toto corde suscipiat? Quis aliter conditam humanam neget esse naturam? Sed in rectè faciendo, ideo nullum est uinculum necessitatis, quia libertas est charitatis.

Hieronim⁹ in Matthæū Cap. 5. Homo nec ad uirtutes, nec ad uitia necessitate trahitur.

Contra Pelagium & Cœlestium de gratia Christi. Cap. V. Libro. I.

Deus enim est, qui operatur in uobis, & uelle, & perficere, uel sicut in alijs, & maxime græcis codicibus legitur, & uelle, & operari. Videte, si non Apostolus gratiæ dei futuros aduersarios sancto spiritu tanto ante præuidit, & hæc duo, id est, & uelle, & operari, quæ Pelagius ita nostra esse uoluit, tanq; ipsa diuinæ gratiæ non adiuuentur auxilio, deum in nobis dicit operari.

Spiritus sanctus gratiæ dei futuros aduersarios præuidit.

Contra duas epistolas Pelagianorum ad Bonifatium. Libro. I. Cap. II.

Quis autem nostrum dicat, quòd primi hominis peccato perierit liberum arbitrium de humano genere? libertas quidem perijt per peccatum, sed illa quæ in paradiso fuit, habendi plenam cum immortalitate iustitiam, propter quod humana natura diuina indiget gratia, dicente domino, Si uos filius liberauerit, uere liberi eritis, utiq; liberi ad bene iustéq; uiuendum. Nam liberum arbitrium usq; adeo in peccatore non perijt, ut per illud peccent maxime omnes, qui cũ delectatione peccant, & amore peccati hoc eis placet, quod eos libet, unde & Apostolus, Cum essetis, inquit, serui peccati, liberi fuistis iustitiæ. Ecce ostenduntur etiam peccato minime potuisse, nisi alia libertate seruire, liberi ergo à iustitia non sunt, nisi arbitrio uoluntatis, liberi autem à peccato non fiunt, nisi gratia saluatoris &c.

Joannis 8. Libero arbitrio peccatur.

Roman. 6.

Eodem Libro. Cap. III.

Datur ergo potestas, ut filij dei fiant, qui credunt in eum, cum hoc ipsum datur, ut credant in eum. Quæ potestas, nisi detur à deo, nulla esse potest ex libero arbitrio, quia nec liberum in bono erit, quod liberator non liberauerit, Sed in malo liberum habet arbitrium, cui delectationem maliciæ, uel occultus, uel manifestus deceptor inserit, uel sibi ipse persuasit.

Joannis 1. Vt credatur in deum etiam a deo dari.

Ibidem in fine.

Nec potest homo boni aliquid uelle, nisi adiuuetur ab eo, qui malum non potest uelle, hoc est, gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Omne enim quod non est ex fide, peccatum est. Ac per hoc bona uoluntas, quæ se abstrahit á peccato, fidelis est, quia iustus ex fide uiuit. Ad fidem autem pertinet credere in Christum, Et nemo potest credere in eum, hoc est, uenire ad eum, nisi fuerit illi datum. Nemo igitur potest habere uoluntatem iustam, nisi nullis præcedentibus meritis acceperit ueram, hoc est, gratuitam desuper gratiam.

Homo boni aliquid uelle nõ potest, nisi adiuuetur ab eo. Roma. 14.

Abacuc. 2.

Cap. XVIII.

Hominem inquit, dei opus, defendimus, nec ex illius potentia, uel in malũ, uèl in bonum inuitum aliquem cogi, sed propria uoluntate aut bonũ facere aut malum. In bono uero opere à dei gratia semper adiuuari, in malum uero diaboli suggestiõibus incitari. Ad hæc respondemus, homines esse opus dei, in quantum homines sunt, Sed sub diabolo esse, in quantum peccatores sunt, nisi eruantur inde per eum, qui non ob aliud factus est inter deum, & homines mediator, nisi quia ex hominibus non potuit esse peccator, neq; ex dei potentia, uel in malum, uel in bonum inuitum aliquem cogi, sed deo deserente, pro meritis ire in malum, & deo adiuuante, sine meritis conuerti ad bonum. Non est enim homo bonus, si nolit, sed gratia dei etiam ad hoc adiuuatur, ut uelit, quoniam non inaniter scriptum est. Deus est enim, qui operatur in uobis & uelle & operari, pro bona uoluntate, et præparatur uoluntas à domino.

Homo bonus nõ esse potest inuitus.

Philip. 2.

Cap. XIX

Dic mihi obsecro, quid boni Paulus, adhuc Saulus, uolebat, ac non potius magna mala, quando spirans cædem agebat, ad uastandos horrenda mentis cœcitate ac furore Christianos? Quibus meritis bonæ uoluntatis deus illum ab his malis ad bona, mirabili ac repentina uocatione conuertit? Quid ergo dicam quibus meritis cũ ipse clamet, non ex operibus iustitiæ, quæ fœcimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fœcit?

Act. 9.

Paulus mirabili, ac repentina uocatione ad fidem uocatus est.

Titum 3.

Libro. II. contra easdem, Cap. IX.

Auertat enim deus hanc amentiam à nobis, ut in donis eius nos priores faciamus, posteriorem ipsum, quoniam misericordia præueniet me, & ipse est cui fideliter ueraciterq; cantatur, quoniam præuenisti eum in benedictione dulcedinis, & quid hic aptius intelligitur, q̃ ipsa, de qua loquimur, cupiditas boni?

Misericordia dei præuenit hominem.

Psalmus 58

Psalmus 20

Ibidem. Cap. IX.

Non enim omnes uocati, secundum propositum sunt uocati, quoniam multi uocati, pauci uero electi.

Mathei. 20

Ipsi ergo

Ipsi ergo secundum uocati propositum, qui electi ante cõstitutionem mundi. De hoc proposito dei dictum est, & illud quod iam cõmemoraui de geminis Esau & Iacob, ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dictum est, maior seruiet minori. Hoc propositum dei, & illo cõmemoratur loco, ubi ad Timotheum scribens ait, Collabora Euangelio secundum uirtutem dei, saluos nos facientis, & uocantis uocatione sua sancta, non secundum opera nostra, sed secundum propositum & gratiam, quæ data est nobis, in Christo Iesu, ante sæcula æterna, manifestata autem nunc per aduentum saluatoris nostri Iesu Christi. Hoc ergo propositum dei, unde dicitur, omnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt. Hominis autem propositum bonum adiuuat quidem subsequens gratia, Sed nec ipsum esset, nisi præcederet gratia. Studium quoq; hominis, quod dicitur bonum, quamuis cum esse cœperit adiuuentur gratia, non tamen incipit sine gratia, sed ab illo inspiratur, de quo dicit apostolus, Gratias autem deo, qui dedit idem studium pro uobis in corde Titi, Si studiũ quisq;, ut pro alijs habeat deus dat, ut pro se ipso habeat, quis alius est daturus?

2. Timo. 1

Roma. 8. Bonum hominis propositum adiuuat gratia dei.

2. Cor. 8.

Cap. X. In fine.

Quia sicut nemo potest bonum inchoare sine domino, sic nemo perficere sine domino.

Nec inchoare, nec perficere sine domino bonum possumus.

Libro. V. Contra Iulianum. Cap. III.

Ex numero electorum, & prædestinatorum etiam, qui pessimam duxerunt uitam, per dei benignitatem ad ducuntur ad pœnitentiam, per cuius patientiam, nõ sunt huic uitæ in ipsa scelerum perpetratione subtracti, ut ostendatur & ipsis, et alijs cohæredibus eorum de quàm profundo malo possit dei gratia liberare. Ex his nemo perit, quacunq; ætate moriatur, absit enim ut prædestinatus ad uitam, sine sacramento mediatoris finire permittatur hãc uitam, propter hos dominus ait, Hæc est autem uoluntas eius qui misit me patris, ut omne quod dedit mihi, non perdam ex eo &c.

Ex numero prædestinatorum, etiam pessimi adducuntur p bonitatẽ dei ad pœnitentiam.

Iohan. 6.

Libro. VI. Contra eundem. Cap. VIII.

Cum ergo deum nisi stulta impietas non reprehendat, quod homines uitiosa uoluntate damnabiles illo uiuificante uiuunt, qui uiuificat omnia, cur putamus ab eius operibus abhorrere, quod origine uitiata damnabiles illo creante nascuntur, qui creator est omnium, et per mediatorem regeneratiã damnatione liberantur debita, Sed gratuita miseratione nõ debita, quos elegit ante cõstitutionem mundi, per electionem gratiæ, non ex operibus, uel præteritis, uel præsentibus, uel futuris, alioquin gratia, iam non est gratia? Quod maximè apparet in paruulis, quorum nec præterita possunt dici opera, quia non fuerunt, nec præsentia, quia nihil operantur, nec futura, quando in illa ætate moriuntur &c.

In paruulis, nec præteriti ex, nec præsentia opera inueniri. Ephe. 1.

Roman. 11

In Enchiridio ad Laurentium. Cap. XXVII.

Melius enim iudicauit deus de malis benefacere, quàm mala nulla esse permittere.

Mirabiliter de iudicijs.

Eodem Libro. Cap. XXX.

Verum hæc pars generis humani, cui liberationem deus regnumq; promisit æternum, nunquid meritis operum suorum reparari potest? absit. Quid enim boni operari potest perditus, nisi quantum fuerit à perditione liberatus? Nunquid libero uoluntatis arbitrio? & hoc absit. Nam libero arbitrio male utens homo, & se perdidit & ipsum. Gratia salui facti estis per fidem.

Libero arbitrio, per se met ipsum homo reparari non potest.

Ephe. 2.

Cap. XXXI. Ibidem.

Et ne ipsam sibi saltem fidem sic arrogarent, ut nõ intelligerent diuinitus esse donatam, sicut idem apostolus, alio loco se dicit, ut fidelis esset, misericordiam consecutum, hic quoq; adiunxit atq; ait. Et hoc non ex nobis, sed dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Et ne putarentur fidelibus, bona opera defutura, rursus adiecit, Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu, in operibus bonis, quæ præparauit deus, ut in illis ambulemus. Tunc ergo efficimur uerè liberi, cum deus nos fingit, id est format & creat, non ut homines, quod iam fecit, sed ut boni homines simus, qd' nunc gratia sua facit, ut simus in Christo Iesu noua creatura, secundum quod dictum est, Cor mundum crea in me deus, Neq; enim cor eius quantum pertinet ad naturam cordis humani, non iam creauerat deus &c.

1. Corint. 7

Ephesios. 2

Bona opera fidelibus non defutura.

Psalmus 50

Cap. XXXII. Eodem libro.

Item ne quisquam, etsi non de operibus de ipso glorietur libero arbitrio uoluntatis, tanquam ab ipso incipiat meritum, cui tanq; debitum reddatur præmium bene operandi, ipsa libertas audiat eundem gratiæ præconẽ dicentem, deus est enim, qui operatur in uobis, & uelle, & operari, pro bona uoluntate. Et alio loco, Igitur non uolentis, neq; currentis, sed miserentis est dei. Cum proculdubio, si homo eius ætatis est, ut ratione iam utatur, non possit credere, sperare, diligere, nisi uelit, nec peruenire ad palmam supernæ uocationis dei, nisi uoluntate cucurrerit. Quomodo ergo non uolentis, neq; currẽtis, sed miserentis est dei, nisi quia & ipsa uoluntas, sicut scriptũ est, á deo præparatur?

Philippẽ. 2

Romano. 9

Voluntas hominis bona a deo pparatur.

Cap. XCVII.

Quàmobrem uidendum est, quemadmodum sit deo dictum, quia et hoc apostolus uerissimẽ dixit, qui omnes homines uult saluos fieri, & ad agnitionem ueritatis uenire, cum enim non omnes, sed multo plures non salui fiunt, uidetur utiq; non fieri, quod deus uult fieri, humana scilicet uoluntate impediente uoluntatem dei. Quando enim quæritur causa, cur non omnes salui fiant, responderi solent, quia hoc ipsi nolunt. Item dominus in Euangelio, Quotiens uolui, inquit, colligere filios tuos sicut gallina pullos suos, & noluisti, tanq; dei uoluntas superata sit hominum uoluntate, & infirmissimis nolendo

1. Thimo. 2

Causa quod non omnes salui fiũt, est quod nolũt.

Math. 23.

nolendo impedientibus, non potuerit facere potentissimus quod uolebat.

Cap. XCVIII. Ibidem, responsio ad illa.

Quomodo misereri & indurare dicat deus. Roma. 9

Quis porrò tam impiè desipiat, ut dicat deum magnas hominum uolũtates, quas uoluerit, quando uoluerit, ubi uoluerit, in bonum non posse conuertere? Sed cum facit, per misericordiam facit, cum autem non facit, per iuditium non facit: Quoniam cuius uult miseretur, & quẽ uult indurat &c.

Eodem lib. Cap. C.

Nõ fit præter dei uolũtatem, quod etiam fieri uidetur contra eius uoluntatem. Psalm. 100.

Quantum enim ad ipsos malos attinet, quod deus noluit, fœcerunt, quantum uero ad omnipotentiam dei, nullo modo id efficere ualuerunt. Hoc quippe ipso, quod cõtra uoluntatem dei fœcerunt, de ipsis facta est uoluntas eius. Propterea magna, inquit, opera domini exquisita in omnes uoluntates eius, ut miro et ineffabili modo nõ fiat præter eius uoluntatem, quod etiam fit contra eius uoluntatem, quia non fieret, si non sineret, nec utiq; nolens sinit, sed uolẽs. Nec sineret bonus fieri malè, nisi omnipotens etiam de malo facere posset benè.

Cap. CI.

Vult aliqñ homo bona uolũtate aliquid, quod deus non uult.

Aliquando autem bona uoluntate homo uult aliquid, quod deus non uult, etiam ipse bona multo amplius, multoq; certius uoluntate: Nam illius uoluntas mala esse nunq̃ potest, tanq̃ si bonus filius patrem uelit uiuere, quẽ deus bona uoluntate uult mori. Et rursum fieri potest, ut hoc uelit homo uoluntate mala, quod deus uult bona, uelut si malus filius uelit mori patrem, uelit hoc etiam deus. Nempe ille uult quod non uult deus, iste uero id uult, quod uult & deus, & tamen bonæ uoluntati dei pietas illius potius consonat, quamuis aliud uolentis, q̃ huius, idẽ uolentis impietas. Tantum interest, quid uelle homini, quid deo congruat, & ad quem finem suam quisq; referat uoluntatem, ut aut approbetur, aut improbetur. Nã deus quasdam uoluntates suas utiq; bonas implet, p̃ malorum hominum uoluntates malas, Sicut per Iudæos maleuolos, bona uoluntate patris, Christus pro nobis occisus est. Quod tãtum bonum factum est, ut Apostolus Petrus, quando id fieri nolebat, sathanas ab ipso, qui occidi uenerat, diceretur. Quàm bonæ apparebant uoluntates fidelium, qui nolebant Apostolũ Paulum Hierusalẽ pergere, ne ibi pateretur mala, quæ Propheta Agabus prædixerat, & tamen deus hæc illum pati uolebat, pro annuncianda fide Christi exercens martyrem Christi. Neq; iste bonam uoluntatem suam impleuit, per Christianorum uoluntates bonas, sed per Iudæorum malas, & ad eũ potius pertinebant, qui nolebant, quod uolebat, q̃ illi p̃ quos uolentes factum est, quod uolebat, quia idipsum quidem, sed ipse p̃ eos bona, illi autem mala uoluntate fœcerunt.

Matth. 16.

Act. 21.

Cap. CIII.

1. Timot. 2. Locus ille Pauli exponitur.

Qui omnes homines uult saluos fieri, non quod nullus hominum esset, quẽ saluum fieri nosset, qui uirtutes miraculorum facere noluit apud eos, quos dicit acturos fuisse pœnitentiam si fœcisset, sed ut omnes homines, omne genus humanum intelligamus, per quascunq; differentias distributum: Reges, priuatos, nobiles, ignobiles, sublimes, humiles, doctos, indoctos, ĩtegros corporis, debiles, ingeniosos, tardicordes, fatuos, diuites, pauperes, mediocres, mares, fœminas, infantes, pueros, adolescentes, iuuenes, seniores, senes, in linguis omnibus, in moribus omnibus, in professionibus omnibus, in artibus omnibus, in uoluntatum & conscientiarum uarietate innumerabili constitutos, & si quid aliud differentiarum est in hominibus.

Cap. CIIII.

In peccante Adam, mihi hominus impleta est dei uolũtas bona.

Quapropter etiam primum hominem deus in ea salute, in qua conditus erat, custodire uoluisset, eumq; opportuno tempore post genitos filios sine interpositione mortis ad meliora perducere, ubi iam non solum peccatũ non committere, sed nec uoluntatẽ posset habere peccandi, si ad permanendum sine peccato, sicut factus erat, perpetuam uolũtatem habiturum esse præsciuisset. Quia uero eum malè usurum libero arbitrio, hoc est, peccaturum esse præsciebat, ad hoc potius præparauit uoluntatem suam, ut benè ipse faceret etiam de malè faciente, ac sic hominis uoluntate mala non euacuaretur, sed nihilominus impleretur omnipotentis bona.

Cap. CVI.

Natura humana per liberum arbitrium perdidit immortalitatem.

Immortalitatem natura humana perdidit per liberũ arbitrium, & hanc est acceptura per gratiam, quam fuerat (si non peccasset) acceptura per meritum, quamuis si ne gratia nec tunc ullum meritum esse potuisset, quia etsi peccatum in solo libero erat arbitrio constitutum, nõ tamen iustitiæ retinendæ sufficiebat liberum arbitrium, nisi participatione immutabilis boni diuinum adiutoriũ præberetur.

Cap. CXVIII.

Sap. 11.

Sic est & dei populus ordinatus per temporum interualla, sicut deo placuit, qui in mensura, & numero, & pondere, cuncta disponit. Nam fuit primitus ante legẽ, secundo sub lege, quæ per Moysen data est, deinde sub gratia, quæ reuelata est per primum mediatoris aduentum, quæ quidem gratia nec antea defuit, quibus impartiri eam oportuit, quamuis pro temporis dispensatione uelata & occulta. Neq; enim antiquorum quicunq; iustorum, præter Christi fidem salutem potuit inuenire. At uero nisi & illis cognitus fuisset, non potuisset nobis per eorũ ministeriũ alijs apertius, alijs occultius Prophetari.

gratia Christi patribus non defuit, quibus impartiri eam oportuit.

Ad Valentinum præliminaris Epistolæ, libri de gratia & libero arbitrio, primæ.

Venerunt ad nos duo iuuenes, Cresconius & Fœlix, de uestra congregatione se esse dicentes, qui nobis retulerunt monasterium uestrum nonnulla dissensione turbatum, eo quòd quidam in uobis sic gratiam prædicent, ut negent hominis esse liberum arbitrium, & quod est grauius dicant, quòd in die iuditij nõ sit redditurus deus unicuiq; secũdum opera eius? Etiam hoc tamen indicauerũt,

Recte sentire de libero arbitrio, qui ta sentiunt.

quòd plures uestrum non ita sentiant, sed liberum arbitrium adiuuari fateantur per dei gratiam, ut recte sapiamus atq; faciamus, ut cum uenerit dominus reddere unicuiq; secundum opera eius, inueniat opera nostra bona, quæ præparauit deus, ut in illis ambulemus. Hoc qui sentiũt, benè sentiunt.

Ibidem in fine.

Gratiæ dei omnia debẽtur, nihil meritis.

Eo ipso quippe, quo præceptum & imperatum est, ut intelligamus atq; sapiamus, obedientiam nostram requirit, quæ nulla potest esse sine libero arbitrio. Sed si posset hoc ipsum sine adiutorio dei gratiæ fieri per liberum arbitrium, ut intelligeremus atq; saperemus, non diceretur deo: Da mihi intellectum, ut discam mandata tua. Neq; in Euãgelio scriptum esset, tunc aperuit illis sensum, ut intelligerent scripturas. Nec Iacobus Apostolus diceret, si quis autem uestrum indiget sapientia, postulet à deo, qui dat omnibus affluenter, & nõ improperat, & dabitur ei.

Psalm. 18. Luc. 24 Iacob. 1.

In secunda Epistola ad eundem.

Parulꝰ qui bus non per lauacrum regenerationis subuenitur gra saluatoris, ob originale peccatũ damnant. Collo. 1.

Soli enim paruuli, qui nondum habent opera ꝓpria, uel bona, uel mala, secundum solum originale peccatum damnabuntur, quibus per lauacrum regenerationis non subuenit gratia saluatoris. Cæteri autem omnes, qui iam utentes libero arbitrio, sua propria peccata originali peccato insuper addiderunt, si de potestate tenebrarum per gratiam dei, non eruuntur, nec transferuntur ad regnum Christi, non solum secundum originis, uerumetiam secundum propriæ uoluntatis merita, iuditium reportabũt. Bonis uero etiam ipsis quidem, non solum secũdum suæ bonæ uoluntatis merita premium consequentur, sed etiã ipsam bonam uoluntatem per dei gratiam consecuti sunt, ac sic impletur, quod scriptum est: Ira & indignatio, tribulatio & angustia, in omnem animam hominis operãtis malum, Iudæi primum & Græci, gloria autem, & honor, & pax, omni operanti bonum, Iudæo primũ & Græco.

Roma. 2

Post pauca ibidem.

Libero arbitrio nõ tãtum tribuẽdum, ut sine gratia aliqd ualeat.

Quãtum ergo potuimus, egimus cum istis, & uestris, & nostris fratribus, ut in fide sana catholica perseueret. Quæ neq; arbitrium liberum negat, siue in uitam malã, siue in bonam, neq; tantum ei tribuit, ut sine gratia dei ualeat aliquid, siue ut ex malo conuertatur in bonum, siue ut in bono perseueranter proficiat, siue ut ad bonum sempiternum perueniat, ubi iam non deficiat, non timeat.

De gratia & libero arbitrio ad Valentinum. Cap. II.

Præcepta dei quare data.

Reuelauit autem nobis per scripturas suas sanctas, esse in homine liberum uoluntatis arbitriũ: Quomodo autem reuelauit, commemoro uos, non humano eloquio, sed diuino. Primum, quia ipsa diuina præcepta homini non prodessent, nisi haberet liberum uoluntatis arbitrium, quo ea faciens, ad promissa premia perueniret. Ideo enim data sunt, ut homo excusationem de ignorantia non haberet, sicut dominus dicit in Euangelio de Iudæis: Si non uenissem, & locutus eis fuissem, peccatum non haberent: Nunc autem excusationem non habent de peccato suo:

Iohan. 15.

De quo peccato dicit, nisi de illo magno, quod præsciebat eorum futurum, quando ista dicebat, id est, quo eum fuerant occisuri?

Ibidem post pauca.

Homo ad quid habeat liberum arbitrium.

Ipse ab initio fœcit illum, & reliquit illum in manu cõsilij sui, si uolueris cõseruabis mandata, et fidẽ bonã placiti, apponet tibi ignẽ & aquã, ad quodcũq; uolueris extende manum tuam. In conspectu hominis uita & mors, & quodcunq; placuerit, dabitur ei. Ecce apertissimè uidemus expressum liberum humanæ uoluntatis arbitrium. Quid illud, quod tam multis locis omnia mandata sua custodiri & fieri iubet deus? Quomodo iubet, si non est liberum arbitrium? Quid beatus ille, de quo Psalmus dicit, quod in lege domini fuit uoluntas eius? Nonne satis indicat uoluntate sua hominem in lege dei consistere? Deinde tam multa mandata, quæ ipsam quodammodo nominatim conueniunt uoluntatem, sicut est: Noli uinci à malo.

Psalm. 1

Roma. 12

Cap. IIII.

Metuendũ ne defensores liberi arbitrij, gratiæ dei non relinquant ocum.

Sed metuendum est, ne ista omnia diuina testimonia, & quæcunq; alia sunt, quæ sine dubitatione sunt plurima, in defensione liberi arbitrij sic intelligantur, ut ad uitam piam, & bonam conuersationem, cui merces æterna debetur, adiutorio & gratiæ dei locus non relinquatur, & audeat miser homo, quando benè uiuit, & benè operatur, uel potius benè uiuere, & benè operari sibi uidetur, in se ipso non in domino gloriari, & spem recte uiuendi in se ipso ponere, ut sequatur eum maledictũ Hieremiæ dicentis: Maledictus homo, qui spem habet in homine, & firmat carnem brachij sui, & à domino discedit cor eius.

Ibidem.

Matth. 26

Proinde, charissimi, sicut superioribus testimonijs scripturarum probauimus sanctarum, ad benè uiuendum, et rectè agendum, esse in homine liberum uoluntatis arbitrium, sic etiam de gratia dei, sine qua nihil boni agere possumus, quæ sint diuina testimonia uideamus. Vigilate inquit, et orate, ne intretis in tentationem. Ergo unus quisq; contra suam cõcupiscentiam dimicans, oret ne intret intẽtationẽ, id est, ne sit ab illa abstractus et illectus. Nõ aũt intrat in tẽtationẽ, si uolũtate bona uincat cõcupiscẽtiam malã. Nec tamen sufficit arbitriũ uolũtatis humanæ, nisi à domino uictoria concedatur orãti, ne intret in tentatiõem. Quid uero euidẽtius, q̃ dei ostenditur gratia, ubi quod oratur, accipitur. Si enim dixisset saluator noster: Vigilate, ne intretis in tentationem, admonuisse tãtummodo uideretur hominis uoluntatem, cum uero addidit, & orate, ostendit deum adiuuare, ne intretur in tẽtationem. Dictum est libero arbitrio, Fili, noli deficere à disciplina domini. Et dominus dicit: Ego rogaui pro te Petre, ne deficiat fides tua. Homo ergo gratia iuuatur, ne sine caussa uoluntati eius iubeatur,

Homo gratia iuuatur, ne sine caussa uoluntati eius iubeatur.

Prouer. 3 Luce. 22

Cap. V. Eodem lib.

Nam inter cætera, quæ Pelagio ab Episcopis oriẽtis, hoc est,

hoc est, in prouincia Palestina, in qua est ciuitas Hierusalem, obiecta sunt, & hoc obiectum est illi, quod dicere: gratiam dei secundum merita nostra dari: Quod sic alienum est à catholica doctrina, et inimicũ gratiæ Christi, ut nisi hoc obiectum sibi anathematizasset, ipse inde anathematizatus exisset.

gratiã Christi dari secũdum merita nostra, alienũ est a doctrina Catholica.

Cap. VI.

Testimonijs diuinis probatur gratia dei, non secundũ merita nostra dari, quandoquidem non solum nullis bonis, uerumetiam multis meritis, malis præcedentibus, uidemus datam, et quotidie dari uidemus. Sed plane cum data fuerit, incipiunt esse etiam merita nostra bona, per illam tamen, Nam si se illa subtraxerit, cadit homo nõ erectus, sed præcipitatus libero arbitrio. Quapropter quãdo cœperit homo habere merita bona, non debet sibi tribuere illa, sed deo, cui dicitur in psalmo: Adiutor meus esto, ne derelinquas me. Dicendo ne derelinquas me, ostendit, quia si derelictus fuerit, nihil boni ualet ipse p se &c.

Homo si derelictus fuerit, nihil ualet per se. Psalm. 26.

Cap. VII.

Si ergo dei dona sunt bona merita tua, non deus coronat merita tua tanq̃ merita tua, sed tanq̃ dona sua.

Deus coronat dona sua in nris operibus.

Ibidem.

Misericordiam consecutus sum, dicit Apostolus, ut fidelis essem. Hinc ostendens etiam ipsam fidem haberi, nisi deo miserante, non posse, & esse donum dei, quod apertissimè docet, dicens: Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non ex uobis, sed dei donum est.

1. Timot. 1 Fides etiam donũ dei est Ephe. 2.

Ibidem.

Homines autem non intelligentes, quod ait ipse Apostolus: Arbitramur iustificari hominẽ per fidem sine operibus legis, putauerunt eum dicere sufficere homini fidem, etiamsi malè uiuat, & bona opa non habeat. Quod absit, ut sentiret uas electionis, qui cum dixisset quodam loco: In Christo enim Iesu neq; circumcisio ualet aliquid, neq; præputium, mox addidit, sed fides, quæ per dilectionem operatur. Ipsa est fides, quæ fideles dei separat ab immundis dæmonijs &c.

Roma. 3 Fides quę p dilectionem operat, ualet.

Gala. 5.

Iacobi. 2

Cap. XV.

Quare iubet deus si ipse daturus est? Quare dat si homo facturus est, nisi quia dat quod iubet, & adiuuat ut faciat, cui iubet? Semper est autem in nobis uoluntas libera, sed nõ est semp bona, aut enim à iustitia libera est, quando seruit peccato, & tunc est mala. Aut à peccato libera est, quando seruit iustitiæ, & tunc est bona. Gratia uero dei semper est bona, & per hanc fit, ut sit homo bonæ uoluntatis, qui prius fuit uoluntatis malæ. Per hanc etiam fit, ut ipsa bona uoluntas, quæ iam esse cœpit, augeatur, & tam magna fiat, ut posit implere diuina mandata, quæ uoluerit, cum ualde perfecteq; uoluerit.

Per gratiã dei uolũtas hominis bona & incepta augeri.

Cap. XVI.

Certum enim est nos mãdata seruare si uolumus, sed præparatur uoluntas à domino, ab illo petendum est, ut tantum uelimus quantum sufficit ut uolẽdo faciamus. Certum est nos uelle cum uolumus, sed ille facit ut uelimus bonum, de quo dictum est, quod paulo ante posui, quod præparatur uoluntas à domino, de quo dictum est: A domino gressus hominis dirigentur, et uiam eius uolet, de quo dictum est, Deus est qui operatur in uobis, & uelle, et operari. Certum est nos facere cum facimus, sed ille facit ut faciamus, præbendo uires efficacissimas uoluntati, qui dixit: Faciam ut in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis, & faciatis.

Deus in homine facit, ut uelit bonum.

Psalm. 36

Cap. XVII.

Quoniam deus ut uelimus operatur incipiens, qui uolentibus cooperatur perficiens, propter quod ait Apostolus: Certus sum, quoniam qui operatur in uobis opus bonum, perficiet usq; in diem Christi Iesu. Vt ergo uelimus sine nobis operatur, cum autem uolumus, & sic uolumus ut faciamus, nobiscum cooperatur, tamen sine illo uel operante ut uelimus, uel cooperante cum uolumus, ad bona pietatis opera nihil ualemus &c.

Philip. 1 Sine deo ad opera pietatis nihil ualemus.

Cap. XX.

Vnde dicit dominus ad Iesum Naue, nõ poterunt filij Israhel subsistere à facie inimicorum suorum. Quid est non poterunt subsistere? Quare non subsistebant per liberum arbitrium, sed per timorem turbata uoluntate fugiebant, nisi quia deus dominatur & uoluntatibus hominum, & quos uult, in formidinem conuertit iratus &c.

Iosue. 7 Dominatur deus uoluntatibus hominum.

Cap. XXI.

Quis non ista iuditia diuina contremiscat, quibus agit etiam deus in cordibus malorum hominum quicquid uult, reddens eis tamen secundum merita eorum. Roboam filius Salomonis respuit cõsilium salubre seniorum, quod ei dederant, ne cum populo durè ageret, & uerbis coæuorum suorum potius acquieuit, respondendo minaciter, quibus leniter debuit, unde hoc nisi propria uoluntate? Sed hinc ab eo recesserunt decem tribus Israhel, & alium regem sibi constituerunt Hieroboam, ut irati dei uoluntas fieret, quod etiam futurum esse prædixerat. Quid enim scriptura dicit? Et non audiuit rex plebem, quoniam erat cõuersio à domino, ut statueret uerbũ suum, quod locutus est in manu Ahiæ Silonitæ de Hieroboam filio Nabath. Nempe sic factum est, et illud per hominis uoluntatem, ut tamen conuersio esset à domino &c.

3. Regũ. 12 Conuersio ad deum, a domino est.

Eodem Cap.

His, & talibus testimonijs diuinorum eloquiorum, quæ omnia commemorare nimis longum est, satis quantum existimo manifestatur, operari deum in cordibus hominum, ad inclinandas eorum uoluntates quocunq; uoluerit, siue ad bona pro sua misericordia, siue ad mala pro meritis eorum: Iuditio itaq; suo aliquando aperto, aliquando occulto, semper autem iusto. Fixum enim debet esse, et immobile in corde uestro, quia non est iniquitas apud deum. Ac per hoc quando legitis in literis ueritatis à deo seduci homines, aut obtundi, uel obdurari corda eorum, nolite dubitare præcessisse mala merita eorũ, ut iustè

Roma. 9 Quomodo intelligere debemus deũ quemptam indurare.

ut iuste ista patrentur, ne incurratis in illud prouerbium Salomonis: Insipientia uiri uiolat uias eius, deum autem causatur in cordæ suo. Gratia uero non secundum merita hominum datur, alioquin gratia iam non est gratia, quia ideo gratia uocatur, quia gratis datur. Si autem potens est, siue per angelos, uel bonos, uel malos, siue quocũq; alio modo operari, etiam in cordibus malorum pro meritis eorum, quorum malitiam non ipse fecit, sed aut originaliter tracta est ab ipso Adam, aut creuit per propriam uoluntatem.

Cap. XXIII.

Exo. 8 Iusto iudicio deus indurauit Pharaonẽ.

Deus indurauit per iustum iuditium Pharaonem, & ipse Pharao per liberum arbitrium. Certi ergo estote, qa non erit inanis labor uester, si in bono proposito proficientes, perseueretis usq; in finem. Deus enim qui modo illis, quos liberat, non reddit secundum opera eorum, tunc reddet unicuiq; secundum opera eius. Reddat omnino deus & mala pro malis, quoniam iustus est, & bona pro malis, quoniam bonus est, & bona pro bonis, quoniam bonus & iustus est. Tantummodo mala pro bonis non reddet, quoniam iniustus non est. Reddet ergo mala pro malis, pœnam pro iniustitia, & reddet bona pro malis, gratiam pro iniustitia, & reddet bona ꝓ bonis, gratiam pro gratia.

De correptione & gratia.

Cap. II.

Vt declinemꝰ a malo, et faciamus bona, a deo esse.

Intelligenda est enim gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, qua sola homines liberantur à malo, & sine qua nullum prorsus siue cognitando, siue uolendo & amando, siue agendo faciunt bonum: Non solum ut monstrante ipsa quid faciendum sit sciant, uerumetiam ut præstante ipsa faciant cum dilectione quod sciunt. Hanc quippe inspirationem bonæ uolũtatis atq; operis, poscebat Apostolus eis, quibus dicebat: Oramus aũt ad deum, ne quid faciatis mali, non ut nos probati appareamus, sed ut uos, quod bonum est, faciatis. Quis hoc audiat & non euiglet, atq; fateatur à domino deo nobis esse, ut declinemus à malo, & faciamus bonum?

2. Cor. 13

Eodem Cap.

Homines quomodo se fallũt qui offendunt prædestinatione dei. 4 Philip. 2.

Non se itaq; fallant, qui dicunt, ut quid nobis prædicatur atq; præcipitur, ut declinemus à malo, & faciamus bonum, si hoc nos non agimus, sed id uelle & operari deus operatur in nobis, sed potius intelligãt, si filij dei sunt, spiritu dei se agi, ut quod agendũ est, agant, & cum egerint illi, à quo aguntur, ut gratias agant, aguntur enim ut agant, non ut ipsi nihil agant: Et ad hoc eis ostenditur, quid agere debeãt, ut quando id agunt sicut agendum est, idest cum dilectione & delectione iustitiæ suauitatẽ quam dedit dominus, ut terra eius daret fructum suum, accepisse se gaudeant. Quando autem non agunt, siue omnino non faciendo, siue non ex charitate faciendo, orent, ut quod nondum habent, accipiant. Quid enim habebũt,

1. Corint. 4 quod non accepturi sunt, aut quid habent, quod non acceperunt &c.

Cap. IX.

Vsq; in finẽ ſeculi uocandi & iuſtificandi in uentuntur.

Adhuc enim usq; in finem sæculi multi uocandi & iustificandi sunt, & tamen uerba præteriti temporis posuit, & de rebus etiam futuris, tanq̃ iam fœcerit deus, quæ iam, ut fierent, ex æternitate disposuit. Ideo de illo dicit & Propheta Esaias, Qui fœcit quæ futura sunt. Quicunq; ergo in dei prouidentissima dispositiõe præsciti, prædestinati, uocati, iustificati, glorificati sunt, non dico etiam nondum renati, sed etiam nondum nati, iam filij dei sunt, & omnino perire non posse. Si uerè ueniũt ad Christum, quia ita ueniũt, quomodo ipse dicit, Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet, & eum qui uenit ad me, non eiciam foras &c.

Iohan. 6

Cap. X.

Pauci in cõparatione pereuntiũ, in ſuo uero numero liberanꝰ multi.

Quia uero per liberum arbitrium deum deseruit iustum iuditium dei expertus est Adam, ut cum tota sua stirpe, quæ in illo adhuc posita, tota cum illo peccauerat, damnaretur. Quotquod enim exhac stirpe gratia dei liberantur, à damnatione utiq; liberantur, qua iam tenentur obstricti, unde etiam si nullus liberaretur, iustum dei iuditium nemo iuste reprehenderet. Quod ergo pauci in comparatione pereuntium, in suo uero numero liberantur multi, gratia fit, gratis fit, gratiæ agendæ sunt, quia fit ne quis uelut de suis meritis, extollatur, sed omne os obstruatur, & qui gloriatur, in dño glorietur &c.

Hiere. 9.

Cap. XII.

Qui pereũt in prædeſtinatorũ numero non sunt.

Deus ergo eos facit perseuerare in bono, qui facit bonos, qui autem cadunt & percunt, in prædestinatorum numero non fuerunt &c.

Ibidem.

Sãcti dono dei in bonis perseuerãt.

Primo itaq; homini, qui in eo bono, quo factus fuerat rectus, acceperat posse non peccare, posse non mori, posse ipsum bonum non deserere, datum est adiutorium perseuerantiæ, non quo fieret ut perseueraret, sed sine quo per liberum arbitrium perseuerare non posset. Nunc uero sanctis in regnum dei per gratiam dei prædestinatis, nõ tantũ tale adiutorium perseuerãtiæ datur, sed tale ut eis perseuerantia ipsa donetur, non solum ut sine isto dono perseuerantes esse non possint, uerumetiam ut per hoc donum non nisi perseuerantes sint. Nõ solum enim dixit: Sine me nihil potestis facere, uerumetiam dixit, Nõ uos me elegistis, sed ego elegi uos, & posui uos, ut eatis, & fructum afferatis, & fructus uester maneat.

Iohan. 15. Ibidem.

Ibidem.

Deus in ſanctis operaꝰ, ut uelint.

Tantum quippe spiritusancto accẽditur uoluntas sanctorum, ut ideo possint, quia sic uelint, ideo sic uelint, qa deus operatur ut uelint.

Cap. XIII. Eodem lib.

Prædeſtinatorũ certus eſt numerus

Hæc de his loquor, qui prædestinati sunt in regnum dei, quorum ita certus est numerus, ut nec addatur eis quisquam, nec minuatur ex eis, non de his, qui cum annunciasset,

nunciasset,& locutus esset,multiplicati sunt super numerum. Ipsi autem uocati dici possunt,non autem electi,quia non secundum propositum uocati. Certum uero esse numerũ electorum,neq; augendum neq; minuendum,quãuis & Ioannes Baptista significet,ubi dicit,Facite ergo dignum pœnitentiæ fructum,& nolite dicere apud uosmetipsos,patrem habemus Abraham. Potens est enim de us de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ,ut ostendat sic istos esse amputandos,si non fœcerint fructum,ut nõ desit numerus,qui promissus est Abrahæ.

Ibidem post pauca.

Nullꝰ se de prædestinatione præsumere debet. Quis enim ex multitudine fidelium, quamdiu in hac mortalitate uiuitur,in nũero prædestinatorũ se esse præsumat,quia id occultari opus est in hoc loco,ubi sic cauẽda est elatio,ut etiam per sathanæ angelum ne extolleretur,tantus collaphizaretur Apostolus. Hinc Apostolis dicebatur: Si manseritis in me, dicente illo ,qui illos utiq; sciebat esse mansuros. Et per Prophetam: Si uolueritis,et audieritis me,cũ sciret ipse ,in quibus operaretur & uelle. Et similia multa dicuntur: Nam propter huius utilitatem secreti, ne forte quis extollatur , sed omnes etiam,qui bene currunt , timeant , dum occultum est quo perueniant

2. Corin. 12 Ioh. 15

Esai. 7

Cap. XIIII. Eodem lib.

Cum autem homines per correptionem in uiam iustitiæ seu ueniunt seu reuertuntur,quis operatur in cordibus eorum salutem,nisi ille,qui quolibet plantante atq; rigãte,& quolibet in agris atq; arbustulis operante dat incrementum deus,cui uolenti saluum facere, nullum hominum resistit arbitrium? Sic enim uel uelle,uel nolle,in uolentis aut nolentis est potestate , ut diuinam uoluntatem non impediat,nec superet potestatem. De his enim,qui faciunt quæ non uult,facit ipse quæ uult. Et quod scriptum est,quòd uult omnes homines saluos fieri,nec tamen omnes salui fiũt: Multis quidẽ modis intelligi potest,ex quibus in alijs opusculis nostris aliquos commemorauimus, sed hic unum dicam: Ita dictum est: Omnes homines uult saluos fieri, ut intelligantur omnes prædestinati, quia omne genus hominum in eis est , sicut dictum est Pharisæis,Decimatis omne olus ,ubi non est intelligendum,nisi omne quod habebant : Neq; enim omne olus, quod erat in toto terrarum orbe ,decimabant,secundum istum locutionis modum dictum est , sicut & ego omnibus per omnia placeo, nunquid enim,qui hoc dixit,placebat etiã tam multis persecutoribus suis ? Sed placebat omni generi hominum,quòd Christi congregabat ecclesiæ,siue iam intus positis,siue introducendis in eam. Non est itaq; dubitandum uoluntati dei,qui in cœlo & in terra omnia,quæcunq; uoluit, fœcit , & qui etiam illa,quæ futura sunt,fœcit ,humanas uoluntates non posse resistere quo minus faciat ipse quod uult,quandoquidem etiam de ipsis hominum uoluntatibus,quod uult cum uult ,facit. Nisi forte,ut ex multis aliqua commemorem , quando deus uoluit Sauli regnũ dare,sic erat in potestate Israhelitarum subdere se memorato uiro , siue non subdere,quod utiq; in eorum positum erat uoluntate,ut etiam deo uellent resistere. Qui tamen hoc non fœcit ,nisi per ipsorum hominum uoluntates, sine dubio habens humanorum cordium,quo placeret inclinandorum omnipotentissimam potestatem. Sic enim scriptum est: Et dimisit Samuël populum, & abijt unusquisq; in locum suum, & Saul abijt in domum suam in Gabaa, & abierunt potentes,quorum tetigit deus corda cum Saulo. Et filij pestilentes dixerunt: Num saluabit nos hic? Et inhonorauerunt eum,& non obtulerunt ei munera. Nunquid aliquis dicturus est,non iturum fuisse cum Saul quemq; eorum,quorum tetigit corda deus,ut irent cum illo,aut esse aliquem pestilentium,quorum ut hoc facerẽt, corda non tetigit?

3. Timot. 2 Multis modis intelligitur locus ille Pauli.

Luce. 11

1. Corin. 10

3. Regũ. 10

Lib. I. Retractationum. Cap. XXI.

Deum mortem non fecisse, quõ intelligendũ, Sap. 1 Ecclesia. 11

Nullius mortem deus quærit, quod sic accipiendum est,quia homo sibi acquisiuit mortem deserens deum,& acquirit qui non recurrit ad deum ,secundum quod scriptum est,deus mortem non fœcit,sed etiam illud non minus uerum est: Vita & mors à domino deo est, uita scilicet à donante,mors à uindicante.

De ciuitate dei libro V. Cap. IX.

Præscia dei falli non potest.

Quapropter & uoluntates nostræ tantum ualent, quantum deus eas ualere uoluit atq; præsciuit,& ideo quicquid ualent , certissimè ualent , & quod facturæ sunt ipsæ omnino futuræ sunt,quia ualituras atq; facturas ille præsciuit,cuius præscietia falli non potest &c.

Cap. X.

Vnde quicquid præter suam uoluntatem patitur homo,non debet tribuere humanis, uel angelicis,uel cuiusq; creati spiritus uoluntatibus,sed eius potius, qui dat potestatem uolentibus . Non ergo propterea nihil est in nostra uoluntate,quia deus præsciuit,quid futurum esset in nostra uoluntate,non enim qui hoc præsciuit nihil præsciuit. Porrò si ille , qui præsciuit, quid futurum esset in nostra uoluntate, non utiq; nihil, sed aliquid præsciuit, profectò & illo præsciente est aliquid in nostra uolũtate. Quocirca nullo modo cogimur , aut retenta præscia dei tollere uoluntatis arbitrium , aut retento uoluntatis arbitrio,deum(quod nephas est)negare præscium futurorum,sed utrumq; amplectimur , utrumq; fideliter & ueraciter confitemur. Illud ut benè credamus , hoc ut benè uiuamus. Male autẽ uiuitur,si de deo non benè creditur. Vnde absit à nobis eius negare præsciam,ut liberi esse uelimus,quo adiuuante sumus liberi uel erimus. Proinde non frustra sunt leges,obiurgationes, exhortationes, laudes,& uituperationes,quia & ipsas futuras esse præsciuit, & ualent plurimum, quantum eas ualituras esse præsciuit, & preces ualent ad ea impetranda ,quæ se

precantibus concessurum esse præsciuit, & iusta præmia bonis factis, & peccatis supplitia, constituta sunt. Neq; enim ideo peccat homo, quia deus illum peccaturum esse præsciuit: Imò ideo non dubitatur ipsum peccare cũ peccat, quia ille, cuius præscientia falli non potest, non fatũ, non fortunam, non aliquid aliud, sed ipsum peccaturum esse præsciuit, qui si nolit, omnino non peccat, sed si peccare noluerit, etiam hoc ille præsciuit &c.

Homo non ideo peccat quia eũ deus peccaturum præsciuit.

Lib. XI. Cap. XVII.

Deus sicut naturarum bonarum optimus creator est, ita malarum uoluntatum iustissimus ordinator, ut cum malè illæ utuntur naturis bonis, ipse benè utatur etiam uoluntatibus malis. Itaq; fecit ut diabolus, institutione illius bonus, uoluntate sua malus, in inferioribus ordinatus illuderetur ab angelis eius, id est, ut prosint tentationes eius sanctis, quibus eas obesse desiderat. Et quoniam deus, cum eum conderet, futuræ malignitatis eius non erat utiq; ignarus, & præuidebat quæ bona de malo eius esset ipse futurus, propterea Psalmus ait: Draco hic quem finxisti ad illudendum ei, ut in eo ipso quod eum finxit, licet per suam bonitatem bonum, iam per suam præscientiam præparasse intelligatur, quomodo illo uteretur & malo.

Deus bene utitur uoluntatibus hominũ malis.

Psalm. 103

Lib. XIIII. Cap. XI.

Sed quia deus cuncta præsciuit, & ideo hominẽ quoq; peccaturum ignorare non potuit, secundum id, quod præsciuit atq; disposuit, ciuitatem sanctam eam debemus asserere, non secundum illud, quod in nostram cognitionem uel religionem peruenire non potuit, quia in dei dispositione nõ fuit. Non enim homo peccato suo, diuinũ potuit perturbare consilium, quasi deum quod statuerat mutare compulerit, cum deus præsciendo utrumq; peruenerit, id est, & homo, quem bonum creauit, quam malus esset futurus, & quid boni etiam sic de illo esset ipse facturus &c.

Peccato suo Adã diuinum non potuit perturbare cõsilium.

Eodem lib. Cap. XXVI.

Verũtamen omnipotenti deo summo, ac summè bono creatori omnium naturarum, uoluntatum autem bonarum adiutori ac remuneratori, malarum autem relictori & damnatori, utrarumq; ordinatori, non defuit utiq; cõsilium, quo certum numerum ciuium in sua sapiẽtia prædestinatum, etiam ex damnato genere humano suæ ciuitatis impleret, non eos iam meritis, quandoquidem uniuersa massa tanq; uitiata radice damnata est, sed gratia discernens, & liberatis non solum de seipsis, uerumetiam de non liberatis, quid eis largiatur, ostendens? Nõ enim debita, sed gratuita bonitate tunc se quisq; agnoscit erutum malis, cum ab eorum hominum consortio fit immunis, cum quibus illi iusta esset pœna communis. Cur ergo non crearet deus, quos peccaturos esse præsciuit, quãdoquidem in eis, & ex eis, & quid eorum culpa meretur, & sua gratia quid donaretur, posset ostendere: Nec sub illo creatore ac dispositore peruersa inordinatio delinquẽtium rectum peruerteret ordinem rerum &c.

Certum numerũ ex hominibus deus prædestinauit ad uitam.

Eodem lib. Cap. XXVII.

Proinde peccatores, & angeli, & hoĩes nihil agunt, quo impediantur magna opera domini, exquisita in omnes uoluntates eius. Quoniam qui prouidenter atq; omnipotenter sua cuiq; distribuit, non solum bonis, uerumetiam malis, benè uti nouit. Ita factum est, ut nec deũ aliquid futurorum lateret, nec præsciendo quemq; peccare compelleret, & quid esset inter propriam cuiusq; præsumptionem, & suam tuitionem, angelicæ & humanæ rationali creaturæ consequenti experientia demõstraret. Quis enim audeat credere aut dicere, ut neq; angelus, neq; homo caderet, in dei potestate nõ fuisse. Sed hoc eorum potestati maluit non auferre, atq; ita & quantum mali eorum superbia, & quantum boni sua gratia, ualeret ostendere.

Psalm. 110 Deus nõ solũ bonis, uerumetiã malis, bene utitur.

Lib. XV. Cap. XXI.

Vnde ex ipsa etiam comparatione uasorum iræ, supna ciuitas discat, quæ peregrinatur in terris, non fidere libertate arbitrij sui, sed sperare inuocare nomen domini dei, quoniam uoluntas in natura, quæ facta est bona à bono deo, sed mutabilis ab immutabili, ex nihilo ab eo q est, & à bono potest declinare, ut faciat malum, quod fit libero arbitrio, & à malo ut faciat bonum, quod non fit sine diuino arbitrio.

Roma. 9 Gene. 4. Discant ciues supernæ ciuitatis nõ fidere libertate arbitrij sui.

De verbis Apostoli, sermo. II.

Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Durus est, sed duris, id est incredibilis, sed incredulis. Sed ut doceret nos etiam ipsum credere, doni esse, non meriti, sicut inquit: Dixi uobis, nemo uenit ad me, nisi cui datum fuerit à patre meo, ubi autem hoc dominus dixerit, si superiora Euangelij recolamus, inueniemus eum dixisse: Nemo uenit ad me, nisi pater, qui misit me, traxerit eum. Nõ dixit duxerit, sed traxerit eum, ista uiolentia cordi fit, non carni: Quid ergo miraris? Crede & uenis, ama & traheris. Ne arbitreris istam asperam molestamq; uiolentiam, dulcis est, suauis est, ipsa suauitas te trahit. Nõne ouis trahitur cum esurienti herba monstratur? Et puto, quia non corpore impellitur, sed desiderio colligatur. Sic & tu ueni ad Christum, noli longa itinera meditari. Vbi credis, ibi uenis, ad illum enim, qui ubiq; est, amando uenitur, non nauigando &c.

Iohan. 6 Credere doni est, non meriti.

Eodem sermone.

Habeo inquis liberum arbitrium: Quis me ab ista uia separabit? Si legas diligenter, inuenies quendam de sua quadam abundantia, quam tamen acceperat extollere se cœpisse, dominum autem misericordem, ut doceret humilitatem, quod erat abstulisse, illum uero subito inopem remãsisse, et misericordiã dei recordatiõe confessum dixisse: Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum &c.

Ab exẽplo docet, nemĩ nẽ se extollere debere de sua abũdantia. Psalm. 29

Post pauca

Post pauca ibidem.

Quid ergo faciam? Sequitur, Beati omnes, qui cõfidunt in eum, non in se, sed in eum. Gratia salui facti sumus, nõ ex nobis, sed dei donum est. Forte dicatis, Quid sibi uult, quod hoc sæpe dicit? Iterũ hoc, & in tertio hoc, & prope nunquàm loquitur, nisi quando dicit, utinam non sine causa dicam. Sunt enim homines ingrati gratiæ dei, multum tribuentes inopi sauciæq; nature. Verum est magnas arbitrij liberi uires homo, cum conderetur, accepit, sed peccando amisit &c.

Homo peccãdo uires liberi arbitrij perdidisse.

De verbis Apostoli, Sermo. XVI.

Roman. 8.

Si deus pro nobis, quis contra nos? Deus pro nobis ut prædestinaret nos, deus pro nobis, ut uocaret nos, deus pro nobis, ut iustificaret nos, deus pro nobis, ut glorificaret nos, si deus pro nobis, quis contra nos? prædestinauit anteq̃ essemus, uocauit cum auersi essemus, iustificauit cum peccatores essemus, glorificauit cum mortales essemus, si deus pro nobis, quis contra nos? prædestinatis à deo, uocatis, iustificatis, glorificatis, qui uult aduersari, paret se, si potest bellare aduersus deũ &c.

Quomodo fideles prædestinentur, uocentur, iustificẽtur, glorificentur.

Sermo. CXXIIII. de tempore.

Exemplo Petri ostenditur hominem, sine gratia dei nihil posse. Ysate. 40.

Quid enim homo sine dei gratia posset, timor beati Petri Apostoli euidenter ostendit, per solum enim liberum arbitrium, non addito etiam dei adiutorio, promiserat se pro dño moriturum. Sed quid est homo sine gratia dei, nisi quod fuit Petrus, quando negauit Christum, & nisi, quod ait Propheta, omnis caro fœnum. Et ideo beatum Petrum paululum dominus subdeseruit, ut in illo totum humanum genus posset agnoscere, nihil se sine dei gratia prævalere, & ut ecclesiæ rectori futuro ignoscendi peccantibus quædam regula poneretur &c.

Sermo. CXCII.

Manichæi erat, qui dixit hominẽ peccatum uitare non posse.

Iouiniani error.

Liberum sic confitemur arbitrium, ut dicamus nos dei semper indigere auxilio, & tam illos errare, qui cũ Manichæo dicunt hominem peccatum uitare non posse, quàm illos, qui cum Iouiniano asserunt hominem non posse peccare, Vterq; enim tollit arbitrij libertatem. Nos uero dicimus hominem semper & peccare & non peccare posse, ut nos liberi confiteamur esse arbitrij. Hæc est fides, dilectissimi, quam in catholica didicimus ecclesia, quamq; semper tenuimus, & tenemus, quam credimus, & á nobis deinceps posse teneri.

Sermo. CCXXXIII.

Cur deus illum uocet alium non.

Multi enim dicunt, & scire uolunt, quare illum uocat ad se dominus, & illum non uocat, uni subuenit, & uni non, hunc dignum habet, & illum indignum, istum honorat, illum cruciat & affligit. Audi ò homo. Hunc dignum habet pro bonis operibus suis, illum habet indignum pro operibus suis malis quia debitor est dominus, & reddet bonis bona, & malis mala.

De uera religione. Cap. XIIII.

Voluntate peccatur, Et quoniam peccari non dubium est, nec hoc quidem dubitandum uideo, habere animas liberum uoluntatis arbitrium. Tales enim seruos suos meliores esse deus iudicauit, si ei seruirent liberaliter, quod nullo modo fieri posset, si non uoluntate, sed necessitate seruirent. Quod autem homini à peruerso angelo persuasum dicitur, etiam ad hoc utiq; uoluntate consensit, nam si necessitate id fœcisset, nullo peccati crimine teneretur.

Homo libera uoluntate peccat.

In expositione Epistolę ad Romanos inchoata.

Roman. 1.

Omnibus, inquit, qui sunt Romæ dilectis dei, uocatis sanctis. Etiam hic significauit benignitatem dei potius, quàm meritum illorum, non enim ait, diligentibus deum, sed dilectis dei. Prior enim dilexit nos ante omnia merita, ut & nos eum dilecti diligeremus, inde etiam addidit uocatis sanctis, Quamq̃ enim sibi, qui tribuat, quod uocanti obtemperat, nemo potest sibi tribuere, quod uocatus est. Vocatis autem sanctis, non ita intelligendum est, tanquam ideo uocati sint, quia sancti erant, sed ideo sancti effecti, quia uocati sunt &c.

Deus ante omnia merita prior suos diligit.

Ibidem.

Iusta est ergo gratia dei, & gratia iustitia, cum in eo quoq; etiam pœnitentiæ meritum gratia præcedat, quod neminem peccati sui pœniteret, nisi admonitione aliqua uocationis dei.

Neminem peccati sui, pœnitere, nisi aliqua admonitione uocationis dei.

In libro. LXXXIII. Quæstionum, Quæstione. II.

Omne quod fit, ei à quo fit, par esse non potest, alioquin iustitia, quæ sua cuiq; tribuere debet, de rebus auferatur necesse est. Hominem ergo deus cum fœcit, quanquam optimum fœcerit, non tamen id fœcit, quod erat ipse. Melior autem homo est, qui uoluntate, quàm qui necessitate bonus est, Voluntas igitur libera danda homini fuit.

Homo, qui uoluntate bonus est, melior, q̃ qui necessitate.

Quæstione. LXIIII.

Ioannis 11. Prædestinatio uocationis hominis occulta est. 1 Corint 13

Quod autem dominus interrogat, dicens, Vbi eum posuistis? uocationem nostram, quæ fit in occulto, arbitror significari. Prædestinatio enim uocationis nostræ occulta est, cuius secreti signum est interrogatio domini, quasi nescientis, cum ipsi nesciamus, Sicut dicit Apostolus, ut cognoscam sicut & cognitus sum, uel quod ignorare se peccatores alio loco dominus ostendit, dicẽs Non noui uos &c.

Mathei. 7.

Quæstione. LXVIII.

Parum est enim uelle, nisi deus misereatur. Sed deus non miseretur, qui ad pacem uocat, nisi uoluntas præcesserit, quia in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Et quoniam nec uelle quisquam potest, nisi admonitus & uocatus, siue intrinsecus, ubi nullus homi-

nũ uidet, siue extrinsecus per sermonem sonantem, aut
Philip. 2. Luce. 14. per aliqua signa uisibilia efficitur, ut etiam ipsum uelle deus operetur in nobis. Ad illam enim cœnam, quam dominus dicit in euangelio præparatam, nec omnes, qui uocati sunt, uenire uoluerũt, neq; illi, qui uenerũt, uenire possent, nisi uocarentur. Itaq; nec illi debẽt sibi tribuere qui uenerũt, quia uocati uenerũt, nec illi qui uoluerunt uenire, debent alteri tribuere, sed tantum sibi, quoniã ut uenirent, uocati erant in libera uoluntate. Vocatio ergo ante meritum, uolũtatem operatur, propterea & si quisq; sibi tribuit, quòd ueniat uocatus, non sibi potest tribuere, quód uocatus est. Qui autem uocatus nõ uenit, sicut non habuit meritum premij ut uocaretur, sic inchoat meritum supplicij, cum uocatus uenire neglexerit.
Psalm. 100 Ita erunt duo illa, Misericordiam & iuditium cantabo tibi domine, ad misericordiam pertinet uocatio, ad iuditium pertinet beatitudo eorum, qui uenerũt uocati, et supplitium eorum, qui uenire noluerunt. Nunquid ergo latebat Pharaonem, quantum boni consecutæ fuerint terræ illæ per aduentum Ioseph? Illius ergo rei gestæ cognitio, uocatio eius fuit, ut populum Israel misericorditer tractans, non esset ingratus. Quòd autem huic uocationi obtemperare noluit, sed exercuit crudelitatem in eis quibus humanitas et misericordia debebatur, meruit pœnam ut indararetur illi cor, & tantam cœcitatem mentis pateretur, ut tot & tantis, tamq; manifestis dei signis non crederet, quo posset eius supplitio, siue obdurationis, siue ultimæ uisibilis submersionis erudiri populus, cuius afflictione, illæ & occultæ obtusionis, & manifestæ submersionis meritum sibi compararet. Hæc autem uocatio, quæ siue in singulis hominibus, siue in populis, atq; in ipso genere humano per temporum oportunitates operatur, altæ & profundæ ordinationis est.
Beneficia per Ioseph Aegypto facta uocatio fuit regis Pharaonis.
Hieremic. 1 Quis pertinet etiam illud, In utero sanctificaui te, & cũ
Malach. 9. Romano 9 Deutro. 7 Leuit. 19. Mathe. 22 Ephes. 3 esses in renibus patris tui, uidi te. Et, Iacob dilexi, Esau autem odio habui, cum dictum sit anteq; nascerentur, nec comprehẽdi potest, nisi sorte ab eis, qui diligunt deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente sua, & diligunt proximos suos tanq; se ipsos. Tanta enim charitate fundati, possunt iam fortasse cum sanctis comprehendere, longitudinem, latitudinem, altitudinem & profundum. Illud tamen constantissima fide retinendum, neq; quicquam deum iniuste facere, neq; ullam esse naturam, quæ non deo debeat id quod est, quia deo debetur omne decus, & pulchritudo, et congruentia partium, quam si penitus prosecutus fueris, & usq; ad omnes reliquias de rebus detraxeris, remanet nihil &c.

De animæ quantitate. Cap. XXXVI.

Omnia sibi subijcit deus. Deus igitur summus & uerus, lege inuiolabili, et incorrupta, qua omne quod condidit, regit, subijcit animæ corpus, animam sibi, & sic omnia sibi, neq; in ullo actu eandem deserit, siue pœna, siue premio. Id enim iudicauit esse pulcherrimum, ut esset quicquid est, quomodo est, & ita naturæ gradibus ordinaretur, ut considerantes uniuersitatem nulla offenderet ex ulla parte deformitas, omnisq; animæ pœna, & omne premium conferret semper aliquid proportioni iustæ pulchritudinis dispositioniq; rerum omnium. Datum est enim animæ liberum arbitrium, quod qui nugatorijs ratiocinationibus labefactare conantur, usq; adeo cœci sunt, ut ne ista ipsa quidem uana atq; sacrilega propria uoluntate se dicere intelligant, nec tamen ita liberum arbitrium animæ datum est, ut quodlibet eo moliens, ullam partem diuini ordinis legisq; perturbet. Datum est enim à sapientissimo atq; inuictissimo totius creaturæ domino, sed ista ut uidenda sunt, uidere paucorum est, neq; ad hoc quisq; nisi uera religione sit idoneus.

In argumento librorum de libero arbitrio in fine.

Cum enim omnia bona dicerentur ex deo, id est, & magna, & media, & minima, in medijs quidem bonis inuenitur liberum uoluntatis arbitrium, quia & male illo uti possumus, sed tamen tale est, quod sine illo rectè uiuere nequeamus, Bonus autẽ usus eius iam uirtus est, quæ in magnis reperitur bonis, quibus malum uti nullus potest. Et quia omnia bona, sicut dictum est, & magna, & media, & minima ex deo sunt, sequitur, ut ex deo sit & bonus usus liberæ uoluntatis, quæ uirtus est, & in magnis numeratur bonis, Deinde dictum est, ex qua miseria peccãtibus iustissimè inflicta liberet dei gratia, quia sponte homo, ideſt libero arbitrio, cadere potuit, non etiam surgere. Ad quam miseriam iustæ damnationis pertinet ignorantia & difficultas, quam patitur omnis homo, ab exordio natiuitatis suæ, nec ab isto malo liberatur quisq;, nisi dei gratia.

Homo libero arbitrio cadere potuit, resurgere non potuit.

De libro arbitrio. Libro. I. Cap. I.

EVODIVS. Dic mihi quæso te, utrum deus non sit auctor mali? AVGVST. Dicam, si planum feceris de quo malo quæras. Duobus enim modis appellare solemus malum, uno cum malè quemq; fœcisse dicimus, Alio, cum mali aliquid esse perpessum. EVODIVS. De utroq; scire cupio. AVGVSTINVS. At si deum bonum esse nosti uel credis, neq; aliter fas est, malũ non facit. Rursus si deum iustum fatemur, nam & hoc negare sacrilegum est, ut bonis premia, ita supplicia malis tribuit, quæ utiq; supplitia, patientibus mala sunt. Quamobrem si nemo iniustè pœnas luit, quod necesse est credamus, quandoquidem diuina prouidentia hoc uniuersum regi credimus, illius primi generis malorum nullo modo, huius autem secundi auctor est deus.

Deum auctorem mali non esse.

Libro III. Cap. III.

AVGVSTI-

AVGVSTINVS, Voluntas igitur nostra nec uoluntas esset, nisi esset in nostra potestate. Porró quia est in potestate, libera est nobis, non enim est nobis liberum, quod in potestate non habemus, aut potest non esse quod habemus. Ita fit, ut & deum non negemus esse præscium omnium futurorum, & nos tamen uelimus quod uolumus. Cum enim sit præscius uoluntatis nostræ, cuius est præscius ipsa erit. Voluntas ergo erit, quia uoluntatis est præscius. Non igitur per eius præscientiam mihi potestas adimitur, quæ propterea mihi certior aderit, quia ille cuius præscientia non fallitur, affuturam mihi esse præscit. EVODIVS. Ecce iam non nego ita necesse esse fieri, quæcunq; præsciuit deus, & ita eũ peccata nostra præscire, ut maneat tamen nobis uoluntas libera, atq; in nostra posita potestate.

Liberum quomodo aliquid dicatur.

Eodem libro. Cap IIII.

EVODIVS. Nondum uideo quomodo sibi non aduersentur hæc duo, præscientia dei de peccatis nostris, & nostrum in peccando liberum arbitrium. Nam & iustum deum necesse est fateamur, et præscium. Sed scire uellem, qua iustitia puniat peccata, quæ necesse est fieri, aut quomodo nõ sit necesse fieri, quæ futura esse præsciuit, aut quomodo non creatori deputandum est, quicquid in eius creatura fieri necesse est. AVGTSTINVS. Vnde tibi uidetur aduersum esse liberum arbitrium nostrum præscientiæ dei, quia præscientia est, an quia dei præscientia est? EVODIVS. Quia dei potius. AVGVSTINVS. Quid ergo, si tu præscires peccatur ẽ alicuẽ, non esset necesse, ut peccaret? EVODIVS. Imõ necesse esset ut peccaret, non enim aliter esset præscientia mea, nisi certa præscirem. AVGVSTINVS. Non igitur quia dei præscientia est, necesse est fieri quæ præscierit, sed tantummodo quia præsciẽtia est, quæ si nõ certa prænoscit, utiq; nulla est. EVODIVS. Consentio, sed quorsum ista? AVGVSTINVS. Quia nisi fallor, non continuo tu peccare cogeres, quẽ peccaturum esse præscires. Neq; ipsa præscientia tua peccare eum cogeret, quamuis sine dubio peccaturus esset, non enim aliter id futurũ esse præscires. Sicut itaq; non sibi aduersantur hæc duo, ut tu præscientia tua noueris, quod alius sua uoluntate facturus est, Ita deus neminem ad peccandum cogens, præuidet tamen eos, qui propria uoluntate peccabunt. Cur ergo non iudicet iustus, quæ fieri non cogit præscius? Sicut enim memoria tua non cogis facta esse, quæ præterierunt, sic deus præscientia sua non cogit facienda, quæ futura sunt. Et sicut tu quædam, quæ fœcisti, meministi, nec tamen, quæ meministi, omnia fœcisti, ita deus omnia, quorum ipse auctor est, præscit, nec tamen omnium, quæ præscit, ipse auctor est. Quorum autem non est malus auctor, iustus est ultor. Hinc ergo iam intellige, qua iustitia deus peccata puniat, quia quæ nouit, futura non facit. Nam si propterea non debet retribuere supplicium peccantibus, quia præuidet peccaturos, nec rectè facientibus debet premia retribuere, quia & rectè facturos nihilominus præuidet. Imò uero fateamur & ad præscientiam eius pertinere, ne quid eũ lateat futurorum, & ad iustitiam, ut peccatum quia uoluntate cõmittitur, ita iuditia eius impuné non fiat, sicut præscientia non cogitur fieri.

De præscientia dei.

Deus malorum iust⁹ ultor.

Cap. V.

AVGVSTINVS. Quàpropter non te iam moueat, qnód uituperẽtur animæ peccatrices, ut dicas in corde tuo, melius fuisse, si non essent: In sui enim cõparatione uituperantur, dum cogitatur quales essent, si peccare noluissent. Institutor tamen earum, deus præclarissimè pro humana facultate laudandus est, non solum quoniam peccantes eas iustè ordinat, sed quia tales instituit, ut etiam peccatis sordidatæ, nullo modo lucis corporalis dignitate superentur, de qua tamen iure laudatur. Illud quoq; moneo caueas, ne forte non dicas quidem melius fuisse, ut non essent sed dicas aliter fieri eas debuisse. Quicquid enim tibi uera ratione melius occurrerit, scias fœcisse deum, tanq̃ bonorum omnium conditorem &c.

Deus omnia bene fecit.

Meditationum altero Libro. Cap. VII.

Et tu quoq; si cogitare cœperis, ò anima mea, quot, et quales in comparatione tui abiecti sunt, qui hanc quæ tibi data est, gratiam consequi non potuerunt? Certe audisti ab initio usq; ad hanc diem, quòd multæ generationes pertransierunt, quæ omnes sine cognitione dei, & precio suæ redemptionis in interitum sempiternum dilapsæ sunt, omnibus illis redemptor tuus te prætulit, quando tibi hanc gratiam largitus est, quam nullus eorum percipere meruit, ut sola præ omnibus illis assumpta es, & quare hoc in te factum sit, nullum præter solam saluatoris tui charitatem inuenire poteris causam, Elegit ergo, & præelegit te sponsus tuus, amator tuus, deus tuus, redemptor tuus. Elegit te in omnibus, & adsumpsit te ex omnibus, & amauit te in omnibus, nomine suo uocauit te, ut memoriale eius semper esset apud te uoluit te participem esse in nomine, participẽ in nominis ueritate, quoniam unxit te illo, quo & ipse unctus erat oleo lætitiæ, ut ab uncto sis unctus, quia à Christo dicitur Christianus &c.

Multæ generationes præterierunt sine cognitione dei.

Soliloquiorum. Cap. XIIII.

Fateor quidem, quia qicquid facio, & quæcunq; facio, ante te facio, et illud quicquid est quod facio, melios tu uides quàm ego qui facio. Quicquid enim semper operor, tu pariter semper præsens assistis, utpote perpetuus inspector omnium cogitationum, intentionum, delectationum, & omnium operationum mearum. Domine ante te est semp omne desiderium meum, ante te tota cogitatio mea.

Deus perpetuus inspector cordium.

Cap. XV. Eodem libro.

Nam ut

Nam ut dixi, domine credebam me aliquid fore ex me, Existimabã me sufficere p me, nec pcipiebã, quoniã tu regebas me, donec aliquantulum te elongasti à me, & cecidi statim in me, & uidi, & cognoui, quoniam tu regebas me, & quód cecidi, fuit ex me, & quód surrexi, fuit ex te. Apuisti mihi oculos lux, & excitasti, & illuminasti me, & uidi, quoniam tentatio est hominis uita super terram, & quòd gloriari non ualeat ante te omnis caro, nec iustificatur omnis uiuens, quoniam si quid boni est parui uel magni, donum tuum est, & nostrum non nisi malum est. Vnde igitur gloriabitur omnis caro? Nunquid de malo? Hæc non est gloria, sed miseria &c.

Cadere hominis est, resurgere autẽ dei. Iob. 7.

Cap. XXIIII.

Magna est multitudo miseriarum mearum mecum. Velle quippe mihi adiacet, perficere autem non inuenio. Velle quod bonum est nõ possum, nisi tu uelis, nec quod uolo possum, nisi tua potentia me confortet, & quod possum, aliquando nolo, nisi tua uoluntas fiat sicut in cœlo & in terra. Et quod uolo & possum, ignoro, nisi tua sapientia me illustret, Etsi etiam sciam quandoq; uolens quandoq; ualens, imperfectu & uacua transit sapientia mea, nisi adiuuet uera sapientia tua. In tua uoluntate cuncta sunt posita, & nonést qui possit resistere uoluntati tuæ, domine uniuersorum &c.

Roma. 7.

In voluntate dei omnia posita esse.

Cap. XXV.

Dicebam aliquando, hoc fáciam, illud perficiam, nec hoc, nec illud fáciebam, aderat uoluntas, non erat facultas, aderat facultas, non aderat uoluntas, quoniam de meis uiribus confidebam, Nunc autem confitebor tibi domine deus meus, pater cœli & terræ, quia non in fortitudine sua roborabitur uir, ut glorietur ante te stulta præsumptio omnis carnis. Non enim est hominis uelle quod possit, aut posse quod uelit, uel scire quod uelit & possit, sed potius à te gressus hominis diriguntur, illorum, inquam, qui non á se, sed à te dirigi confitentur.

3 Regum. 2.

Gressus hominis a deo diriguntur.

Cap. XXVIII.

Quos igitur tibi elegisti de multis in templum sanctum tuum, ipsos mundas, effundens super eos aquam mundam, quorum nomina numerumq; tu nosti, qui solus numeras multitudinem stellarum, & omnibus eis nomina uocas, quæ etiam scriptæ sunt in libro uitæ, qui nequaq̃ perire possunt, quibus omnia cooperantur in bonum, etiam ipsa peccata. Cum enim cadunt, non colliduntur, quia tu supponis manum tuam, custodiens omnia ossa eorum, ut unum ex eis non conteratur. Attamen mors peccatorum pessima, illorum inquam, quos antequã faceres cœlum & terram, secundũ abyssum multam iuditiorum tuorum occultorum, semper autem iustorum, præsciisti ad mortem æternam, quorum dinumeratio nominum & meritorum prauorum apud te est, qui numerum arenæ maris dinumerasti, & dimensus es profundum abyssi, quos reliquisti in immunditijs suis, quibus omnia cooperantur in malum, & ipsa etiam oratio uertitur in peccatum, ut si etiam usq; ad cœlos adscenderint, & caput eorum nubes tetigerit, & inter sydera cœli collocauerint nidum suum, quasi sterquilinium in fine perdentur.

Ezech. 36.

Psalm. 46.

Nota profundissimũ.

Psalm. 33.

Nota horrendum.

Abdie. 1.

De fide ad Petrum. XXV.

Firmissimé tene, & nullatenus dubites, primos homines, id est, Adam & mulierem eius, bonos & rectos, & sine peccato creatos esse cum libero arbitrio, quo possent, si uellent, humili & bona uolũtate seruire atq; obedire, quo arbitrio etiam possent, si uellent, propria uoluntate peccare, eosq; non necessitate, sed propria uoluntate peccasse, illoq; peccato sic in deterius mutatam humanã naturam, ut non solum in ipsis primis hominibus per peccatum mors obtineret regnum, sed etiam in omnes homines transiret, peccati mortisq; dominium.

Primos homines sine peccato & libero arbitrio creatos esse.

Romano. 5

Cap. XXXI.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, neminem hic posse hominum pœnitentiam agere, nisi quem deus illuminauerit, & gratuita sua miseratione conuerterit. Apostolus enim dicit, Ne forté det illis deus pœnitentiã ad cognoscendam ueritatem, & resipiscant à diaboli laqueis &c.

Neminem posse hic pœnitentiam agere, nisi quem deus conuerterit

2. Timo. 2

Cap. XXXII.

Firmissimé tene, & nullatenus dubites, posse quidem hominem, quem nec ignorantia literarum, nec aliqua prohibet imbecillitas, uel aduersitas, uerba sanctæ legis & Euangelij siue legere, siue ex ore cuiusq̃ prædicatoris audire, Sed diuinis mandatis obedire neminem posse, nisi quem deus gratia sua præuenerit, ut quòd audit corpore, corde etiã percipiat, et accepta diuinitus bona uoluntate atq; uirtute, mandata dei fácere uelit & possit, Neq; enim qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus, qui etiam operatur in nobis & uelle, & perficere, pro bona uoluntate,

Sine gratia dei mandatis diuinis obedire neminẽ posse.

1. Corint 3.

Philippẽ. 2

Cap. XXXIIII.

Firmissime tene, & nullatenus dubites, trinitatem deum incommutabilem rerũ omnium atq; operum, tam suorum quàm humanorum, certissimum cognitorem, ante omnia sæcula scire, quibus esset per fidem gratiam largiturus, sine qua nemo potest ex initio mundi usq; in finem à reatu tã peccati originalis quàm actualis, absolui. Quos enim deus præsciuit, & prædestinauit, cõformes fieri imaginis filij sui &c.

Ante sæcula, quibus esset gratiam largiturus, præsciuit deus.

Roman 8

Cap. XXXV.

Firmissimé tene, & nullatenus dubites, omnes, quos uasa misericordiæ gratuita bonitate deus fœcit ante consti-

De immutabili dei prædestinatione.

ante constitutionem mundi, in adoptionem filiorum dei, prædestinatos à deo, neq; perire posse aliquem eorũ, quos deus prædestinauit ad regnum cœlorum, nec quẽq; eorum, quos non prædestinauit, ad uitam ulla posse ratione saluari. Prædestinatio enim illa, gratuitæ donationis est præparatio, qua nos, Apostolus ait, prædestinatos in adoptionem filiorum dei, per Iesum Christum in ipsum.

Ephesios. 1

De Ecclesiasticis dogmatibus. Cap. XXI.

Libertati arbitrij sui cõmissus est homo statim in prima conditione, ut salua uigilantia mentis animæ etiam præcepti custodia perseueraret, si uellet in eo quod creatus est permanere. Postq; uero seductione serpentis per Euam cecidit, naturæ bonum perdidit, pariter et uigorem arbitrij, non tamen electionem, ne non esset suum quòd euitaret peccatum, nec merito indulgeretur quòd non arbitrio diluisset. Manet itaq; acquirendam salutem arbitrij libertas, id est, rationalis uoluntas, sed admonente prius deo, & inuitante ad salutem, ut uel eligat, uel sequatur, uel agat occasione salutis, hoc est, inspiratione dei. Vt autem consequatur quod eligit, uel quod sequitur uel quod occasione agit, dei esse liberè confitemur: Initium ergo salutis nostræ, deo miserante, habemus, ut acquiescemus salutiferæ inspirationi, nostræ potestatis est, Vt adipiscamur quod acquiescendo admonitioni cupimus, diuini est muneris: Vt non labamur in adepto salutis munere, sollicitudinis nostræ est, et cœlestis pariter adiutorij: Vt labamur, potestatis nostræ est & ignauiæ, non tamen ad obtinendam sine illo, qui quærentes facit inuenire, qui pulsantibus aperit, qui petentibus donat. Sicut ergo initium salutis nostræ, deo miserante, & inspirante, habere nos credimus, Ita arbitrium naturæ nostræ sequax est diuine inspirationis, liberè confitemur. Igitur ut non labaumr à bono, uel naturæ, uel meriti, sollicitudinis nostræ est, & cœlestis pariter adiutorij, ut labamur potestatis nostræ & ignauiæ &c.

Genes. 3.

Quid liberi arbitrij: uel dei esse proprie dicatur.

Mathei. 7.

Ibidem. XXIII.

Neminem esse per semetipsum bonum, nisi ille participationem sui donauerit, qui solus est bonus.

Nemo per se ipsum bonus.

Cap. XXII. Eodem Libro.

Firmissime credendum est, in præuaricatione Adæ omnes homines naturalem possibilitatem & innocentiam perdidisse, & neminem de profundo illius ruinæ per liberum arbitrium posse consurgere, nisi eum gratia dei miserantis erexerit, Liberum enim arbitrium ille perpessus, dum suis inconsultius utitur bonis, cadens in præuaricationis profunda, demersus est, Et nihil quemadmodum ex inde surgere posset, inuenit, suaq; inæternum libertate deceptus, Huius ruinæ latuisset oppressus, nisi eum post Christi pro sua gratia releuasset aduentus, qui per nouæ regenerationis purificationem omne præteritum uitium sui baptismatis lauacro purgauit.

Omnes homines in præuaricatione Adæ naturalem possibilitatem amiserunt.

Cap. XXIIII.

Nemine etiam baptismatis gratia renouatum, idoneum esse ad superandas diaboli insidias, & ad uincendas carnis concupiscentias, nisi per quotidianum adiutorium dei perseuerantiam bonæ conuersationis acceperit.

Ad superandas diaboli insidias nemo idoneus, nisi per quotidianum adiutorium dei.

Cap. XXV.

Quòd nemo, nisi per Christum, libero benè utatur arbitrio, idem magister in epistola ad Mileuentanum cõcilium data prædicat, dicens, aduerte tandem ò prauissima um mentium doctrina, quòd primum hominem ita libertas ipsa decepit, ut dum indulgentius frenis eius utitur, in præuaricatione præsumptionis concideret. Nec ex hac potuit erui, nisi ei prouidentia regenerationis statum pristinæ libertatis Christi domini reformasset aduentus.

Christi aduentus genus humanum reparauit.

Cap. XXVI.

Quòd omnia studia, & omnia opera ac merita sanctorum, ad dei gloriam laudemq; referẽda sint, quia nemo aliunde ei placeat, nisi ex eo, quòd ipse donauerit. In quam nos sententiam dirigit beatæ recordationis Papæ Zozomi regularis auctoritas, cum scribens ad totius orbis Episcopos, ait. Nos autem instinctu dei, omnia enim bona ad auctorem suum, referenda sunt, unde nascũtur, ad fratrum et coepiscoporum nostrorum conscientiam uniuersa retulimus.

Omnia studia, omnia opera sanctorum, ad laudem dei referenda.

Ibidem.

Ideo utiq; quia præparatur uoluntas à domino: Et ut boni aliquid agant, paternis inspirationibus suorum ipse tangat corda filiorum. Quòtquot enim spiritu dei aguntur, hi filij dei sunt, ut nec nostrum deesse sentiamus arbitrium, & in bonis quibusq; uoluntatis humanæ singulis motibus, magis illius ualere non dubitemus auxilium.

Vt boni aliquid agũt per deum eorum corda tanguntur. Romano 8

Cap. XXVII. Eodem libro.

Ita deus, in cordibus hominum, atq; in ipso libero operatur arbitrio, ut sancta cogitatio, pium consilium, omnisq; motus bonæ uoluntatis ex deo sit, quia per illum aliquid boni possumus, sine quo nihil possumus.

Sine deo nihil possumus

Cap. XXVIII.

Quicunq; dixerit gratiam dei, qua iustificamur per Iesum Christum dominum nostrum, ad solam remissionem peccatorum ualere, quæ iam commissa sunt, non etiam ad adiutorium gratiæ ut non committantur, anathema sit.

Gratia dei non solum ad præteritorũ ualet remissionẽ peccatorũ. uerumetiã ne amplius peccetur.

Cap. XXIX.

Quisquis dixerit gratiam dei per Iesum Christum propter hoc tantum nos adiuuare ad non peccandum, quia per ipsum nobis reuelatur, et aperitur intelligentia mandato

Gratia dei præstari, ut ea, quæ facienda cognouimus, etiam diligamus.

mandatorum, ut sciamus quid appetere, & quid uitare debeamus, non autem per illam nobis præstari, ut quod faciendum cognouimus, etiam facere diligamus, atq; ualeamus, anathema sit &c.

Cap. LI.

Sanctis fidem esse a deo daram credendum

In omni opere bono non nos incipimus, & postea per dei misericordiam adiuuamur, sed ipse nullis precedentibus bonis meritis, & fidem, & amorem sui, prius inspirat, ut et baptismi sacramenta fideliter requiramus, & post baptismum cum ipsius adiutorio, ea, quæ sibi sunt placita, implere possimus. Vnde manifestissimè credendum est, quod et illius latronis, quem dominus ad paradisi patriam reuocauit, Cornelij centurionis, ad quem angelus domini missus est, Zacheiq;, qui ipsum dominum suscipere meruit, illa tam admirabilis fides non fuerit de natura, sed diuinæ gratiæ largitate donata.

Luce. 23.

Acto, 10.

Luce. 19.

Cap. LVI.

Nullum, nisi deo inuitante, ad salutem uenire.

Nullum credimus ad salutem, nisi deo inuitante, uenire. Nullũ inuitatum saluẽm suam, nisi deo auxiliante, operari. Nullum nisi orantem auxilium promereri. Nullum dei uoluntate perire, sed per se ipsum pro electione arbitrij, ne ingenuitatis libertas atq; potestas, semel homini attributa, ad seruilem cogatur necessitatem.

Cap. LVII.

Malitia a deo non est creata, sed a diabolo inuenta,

Malum uel malicia non est à deo creata, sed à diabolo inuenta, qui & ipse bonus à deo creatus est, sed quia libero arbitrio utpote rationalis creatura à deo auersus missus est, excogitandi acceperat facultatem, scientiam boni uertit ad malum, & multa cogitando factus est inuentor mali, & quod in se perdiderat, inuidit in alijs, nec contentus solus perire, suasit alijs, ut qui esset suæ malitiæ inuentor, fieret & aliorum auctor, & ex eo, malum uel malitia percurrit in cæteras rationales creaturas &c.

De cantico nouo. Cap. VIII.

Liberum arbitrium ad malum sufficit, ad bonum nõ.

Quid enim ualeat liberum arbitrium non adiutũ, in ipso Adam demonstratum est. Ad malum sufficit sibi, ad bonum non, nisi adiuuetur à deo. Primus enim ille homo accepit liberum arbitrium rectum, & posuit deus ante eum, sicut scriptura dicit, Ignem et aquam, ad quod uolueris, inquit, porrige manum tuam. Elegit ignem, reliquit aquam, uidete iustum iudicem. Quód elegit homo, liber accepit, malum uoluit, hoc illũ secutum est. Videte rursum illũ iustũ iudicem, misericordiam facientem: Cum enim uideret quòd homo stirpem suam totam, malé usus libero uoluntatis arbitrio, in se tanq; in radice damnasset, ipse non rogatus de cœlo descendit, & humanum genus, superbia pereunte, sua humilitate sanauit, errantes perduxit ad uiam, peregrinos perducit ad patriam. Non ergo glorietur humana natura de se, sed in eo glorietur, qui fecit se.

Ecclesia. 15

De patientia. Cap. XX.

Hanc autem electionem non præcedentium in bonis operibus meritorum, sed electionem gratiæ de

Roman. 11.

monstrans Apostolus, sic inquit, Et in hoc tempore reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt, si autem gratia, iam non ex operibus, alioquim gratia iam non est gratia, Hæc est electio gratiæ, quia omnia bona merita præueniuntur humana, Si enim ullis bonis meritis datur, iam non gratis donatur, sed debita redditur, ac per hoc non uero nomine gratia nuncupatur, ubi merces, sicut idem dicit Apostolus, non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Si autem ut uera sit gratia, ideſt gratuita, nihil inuenit in homine cui merito debeatur, quòd benè intelligitur, & in eo quòd dictum est, pro nihilo saluos facies illos, profectò ipsa dat merita, nõ meritis datur, Præuenit ergo etiam fidem, ex qua omnia opera bona incipiunt, Iustus enim, sicut scriptum est, ex fide uiuit. Porrò autem gratia non solum adiuuat iustum, uerumetiam iustificat impium. Et ideo etiam cum adiuuat iustum, & uidetur eius meritis reddi, nec sic desinet esse gratia, quoniam id adiuuat, quod ipsa est larga, propter hanc itaq; gratiam, quæ cuncta bona merita humana præcedit, non solum Christus ab impijs occisus est, uerumetiam pro impijs mortuus est, Et anteq; moreretur, non utiq; iustos, sed iustificandos elegit Apostolos, quibus ait: Ego uos de mundo elegi. Quibus enim dixit, de mundo non estis, ne putarent se nunq; fuisse de mundo, mox addidit, Sed ego uos de mundo elegi, profectò ut de mundo non essent, ipsius in eos electione collatum est. Quócirca si per suam iustitiam, non per gratiam eius eligerentur, non de mũdo electi essent, quoniam de mundo iam non essent, si iam iusti essent. Deinde si propterea sunt electi, quia iam iusti erant, ipsi priores iam dominum elegerant. Quis enim potest esse iustus, nisi eligendo iustitiam? Finis autem legis Christus est ad iustitiam omni credenti, Qui factus est nobis sapientia à deo, & iustitia, & sanctificatio, ipse est ergo nostra iustitia.

Quæst electio gratiæ.

Roman. 4.

Psalm. 55.

Abacuc. 2

Iohan. 15.

Roman. 10

1 Corint. 1

Cap. XXII.

Homo utens propria uoluntate, ut iustus cit.

Quod cum ita sit, quid est homo utens in hac uita propria uoluntate anteq; eligat & diligat deum, nisi iniustus & impius? Quid est inq; homo aberrans à creatore creatura, nisi creator eius memor sit eius, & eligat eum gratis, & diligat gratis, quia non potest eligere uel diligere, nisi prius electus dilectusq; curetur, qui cœcitate eligenda non cernit, languore diligenda fastidit? Sed forte quis dicat, Quomodo deus prius eligit & diligit iniquos aut iustificat, cũ scriptum sit, Odisti domine omnes operantes iniquitatem? Quomodo putamus, nisi miro et ineffabili modo? Et tamen etiam non possumus cogitare, quòd medicus bonus, ægrotum & odit & diligit, odit enim, quia ægrotat, qui diligit ita, ut ægritudinem pellat.

Psalm. 5.

Cap. XXV.

Voluntas autem creatoris, de qua scriptum est, Et Torrente uoluptatis tuæ potabis eos, longè alterius generis est, neq; enim sicut nos creatura est. Nisi ergo amor eius

Psalm. 35.

amor eius detur inde nobis, non est unde esse possit in nobis. Ac per hoc uoluntas bona, qua diligitur deus, in homine non potest esse, nisi in quo deus operatur & uel
Philip.2 le. Hæc igitur uoluntas bona, id est, uoluntas deo fideliter subdita, uoluntas sanctitate superni ardoris accensa, uoluntas quæ diligit deum, & proximum propter deum, siue amore, de quo respondit Apostolus Petrus: Do-
Iohan.21. mine tu scis quia amo te: Siue timore, de quo dicit Apo-
Philip. 2. stolus Paulus: In timore & tremore uestram ipsorum sa-
Roma.13 lutem operamini: Siue gaudio, de quo dicit, Spe gaudẽtes in tribulatione patientes: Siue tristitia, qualem se dicit habuisse magnam pro fratribus suis. Quæcunq; amara & aspera sufferat, charitas dei est, quæ omnia tol-
1. Corin.13 Roma.5 lerat, quæ non diffunditur in cordibus nostris, nisi per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

De prædestinatione & gratia.

Cap.I.

De incommutabili uoluntate dei. Quod si etiã pro magnitudine rei, de qua quæritur, non facile intellectus sensibus quærentis occurrit, maxime si de incommutabili uoluntate omnipotentis dei, diuersum sonet canonicæ auctoritatis utraq; sentẽtia, ita illa oĩa ad pietatis regulam dirigenda sunt, ut nec iniustũ deum esse, nec merita singulorum confusa quadam personarum acceptione taxantẽ, nec infirmũ quicquid uoluerit nõ ualuerit explicare, incõcussa definitõe teneatur.

Cap.II.

Sub huius igitur definitõis iugo, ne in sacrilegam temeritatem male libera colla luxurient, quæstionis huius, quantum deo donante possumus, occulta memoremus: quam beatus Apostolus Paulus diuersis in locis, nõ parum discrepantibus uerbis, studiosis proponit scrutatoribus, eisq; per ipsam loquitur ueritatem. Sententiam siqui dẽ in dei gratia præcedente latissima & robustissima disputatione confectam, ita concludens, ait: Ergo cuius uult
Roma.9 misereatur, & quem uult indurat, cum in alia Epistola de
1. Timo.2. diuina beneuolentia, ipse sic dicat: Qui uult omnes homines, saluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire. Occurrit enim cur pereant ex his aliqui, cum omnipotens deus omnes homines saluos fieri uelit, & in agnitionem ueritatis uenire? Deinde cur rursus indurat alios, misertus alio-
De iustitia dei lege humanæ iustitiæ non disputandum. rum, aut quomodo omnes saluos fieri uelit homines, cũ ipse nonnullos, ne saluentur, induret. Hoc quantũ ad humanam iustitiã uidetur iniustum. Sed quis ita desipiat, uel potius quis ita blasphemet, ut dicat de iustitia dei, lege humanæ iustitiæ disputandum? Quæ profectò, si iustitiæ dei aduersatur, iniusta est. Ab illo enim, qui summè iustus est, omne quod qualitercunq; iustum est, manare manifestũ est. Quis ergo erit qui incõmutabiliter manentẽ, & omnia quæ sunt condentem, regentem, atq; seruantem dei sapientiam, pendat humanæ sapientiæ arbitrio? De qua idẽ
Roma.8. 1. Cor.3 Apostolus dicit: Quia sapientia carnis inimica est deo. Et alibi, Sapiẽtia huius mundi stultitia est apud deum. Nõ est ergo de illa maiestate diuinæ sapientiæ, humanæ uanitatis arbitrio disputandum.

Cap.III.

Si quis autem peccata sua ita nutriẽdo figura, uel umbra, uel typo superbiæ blãdiente decipitur, ut dicat quod nonnullos esse dicturos, statim uidit Apostolus Paulus. Roman.9 Deus cuius uult misereSubiunxit enim, dicet aliquis, si cui uult misereatur, & tur, & quẽ uult induquẽ uult indurat, quid adhuc quæritur? Voluntati enim rat. eius quis resistet? Nouerit hac plus nos ad humilitatẽ ac pietatem cogi atq; artari sententia. Cum enim totum ad deũ referens humanis uiribus neget doctor amplissimus, quid aliud quàm in deum toto corde suspensi, ab eo salutis auxilium postulemus, hortatur. Quẽ ergo mouet hæc in diuinæ gratiæ dispensatione diuersitas, & iniustũ putat, negari alteri, quod alter acceperit, intelligat quemadmodum diuinitus dixerit Psalmista: Vniuersæ uiæ domi-
Psalm.24 ni misericordia & ueritas, atq; agnoscat, tali deum agitari res humanas iuditio, ut debitas pœnas aut iustè reddat, aut misericorditer donat.

Eodem capite in fine.

Quòd uero deus alijs gratuita uocatione conuersis, misericordiam largitur indebitam, non ad dispensatoris iniustitiam, sed ad donantis misericordissimam largitatem, ueritatis ratione referendum est. An audebit debitor creditorem iniquitatis arguere, si alteri donans, ab eo qđ debebat exegerit? Si ergo inter cõtractus hominum, nullus ex hoc præscriptionis locus est, ut à se dicat, debitor Deus uni iniustè exigi, quia scit alteri debitori ab eodem quod de- debitam donat gratiã, bebat creditore donatum, quis in tantam insaniam pro- alteri debitam reddit phanæ uocis erumpat, ut iniustitiæ deũ arguat, si uni in- pœnam. debitam donauerit gratiam, alteri reddiderit debitam pœnam?

Cap.IIII.

Itaq; ex superiori huius parte sententiæ, quæ dicit, Roma.9 Cui uult misereatur, puto quòd nullus, nisi indignus misericordia, audeat disputare. Quod uero sequitur: Quem uult indurat, ibi paululum humanæ mentis intentio uerbi nouitate confunditur. Sed non ita intelligendum est, quasi deus in homine ipsam, quæ non esset, duritiam cordis opetur. Quid enim aliud est duritia, quàm dei obuia re mandatis? Vnde illud beatus Stephanus dicebat ad po-
Acto.7 pulum: Dura ceruice, & non circumciso corde & auribus, uos semper spiritui sancto restitistis. Quam qui à deo fieri putat, propterea quod dictum est: quem uult indurat, ipsum præuaricationis intueatur exordium, & deo donante, mandatum, per quod transgressionis culpam in corde fuerit operatus, attendat, qũis ne ab ipso quidem si Indurare de negaret assensum potuit temptatore compelli. Ergo quic- unaliquem quid post illam præuaricationem natus supplicij homo dicitur, quẽ mollire noluerit. patitur, iustè reddi meritoq; fateatur. Indurare enim deus dicitur eum, quem mollire noluerit. Sic etiam excæcare dicitur eum, quem illuminare noluerit. Sic etiam repellere eum, quem uocare noluerit. Quos enim prædestinauit, illos & uocauit, & quos uocauit, illos & iustificauit. Ipse enim dedit ut simus, ipse ut boni esse possimus. Roma.8

Cap.V

Præſciuit nos dei diuinitas, ſapiẽtia cõdidit, iuſtitia damnauit, gratia liberauit.

Præſciuit enim nos eius diuinitas, Sapientia condidit, iuſtitia damnauit, gratia liberauit. Mundus enim quamuis pro tempore, ex quo factus eſt, cœperit, in illa diuinæ præſciæ luce faciendus nullum potuit habere principium: Et quanticunq; uel ex Adam uſq; in hodiernum diem homines nati ſunt, uel poſt noſtram ætatem generationis ſunt propagine naſciturí, apud deum nati ſunt iam, & decurſo totius uitæ tempore tranſierunt, in illo nihilominus diuini obtutus lumine permanentes: Deus enim, qui nec loco clauditur, nec tempore præuenitur, omnium rerum, tam præteritarum memoria, quàm imminentium ſcientia plenus eſt, nec reminiſcens uoluitur in præteritum, nec ſperans tenditur in futurum &c.

Ibidem circa finem.

In eligendis hominibus, ſicut in luto figulus, de' poteſtatem habet.

Ab illo ergo, quia æternus & præſcius, quia & iuſtus & pius eſt, qui exercet debitam ſæueritatem, et exhibet indebitam pietatem, & habet in creandis atq; eligẽdis hominibus, ſicut in luto figulus, poteſtatem, facta ſunt alia quidem uaſa in honorem, alia uero in contumeliam. Anteq; faceret nos, præſciuit nos, et in ipſa nos præſcientia, cum nondum fœciſſet, elegit. Sed à quo hoc fieri potuit, niſi ab eo, qui uocat omnia quæ non ſunt, tanq; ea quæ ſunt. Apoſtolus enim dicit, qui elegit nos ante mũdi conſtitutionem. Intra mundum facti ſumus, & ante mundum electi ſumus, atq; ita uno eodemq;, nec tranſeunte, nec futuro, ſed continuo tempore, uel ſi quo alio modo dici poteſt, ſi tamen apud deum eſt & præſcire, & facere, & eligere, & præſcientia ſua incommutabiliter permanente eligere faciendos, quos facturus fuerat eligendo, hæc quidem quantũ ad fidei regulã, deo illuminante, prædicta ſunt &c.

Romano. 4 Ephe. 1

Cap. VI.

Deus nihil iniuſte facit Roma. 9

Cum ita; hoc fuerit in mente hominis, ſana pietate ſuſtinendum, quod nulla ſit iniquitas apud deum, ita intelligat, Cui uult miſeretur, & quem uult indurat, quaſi diceret, cuius uult miſeretur, & cuius non uult, non miſeretur. Itemq; hoc ipſum rurſum intelligat, quaſi diceretur, cui uult donat, & à quo uult, debitum poſcit. Quod qui dicere perſeuerat iniuſtum, ab Apoſtolo audiat, O homo tu quis es, qui reſpondeas deo?

Cap. VII.

Vocatio non fit ſecũdum merita Roma. 9

Non ex operibus, ſed ex uocante dictum eſt, quia maior ſeruiet minori. Non enim ait ex præteritis operibus, ſed cum generaliter dixerit, non ex operibus, ibi & præterita intelligi uoluit & futura: Præterita ſcilicet, quæ nulla erant, futura, quæ nondum erant. Prædeſtinatus eſt Iacob uas in honorem, quia non ex operibus, ſed ex uocãte dictum eſt, maior ſeruiet minori.

Cap. VIII.

Viribus noſtris nihil tribuendũ. Ephe. 2.

Et ne forte uaſa in honorem prædeſtinata, ſuis aliqd uiribus tribuendo negarent gratiam conditoris, alio eos loco Apoſtolus uaſa miſericordiæ nominauit, ut totum quod eſſent, ſecundum miſericordiam ſe eſſe cognoſcerẽt. Sic enim & alibi dicit idem Apoſtolus: Et hoc non ex uobis, ſed dei donum eſt. Beatus etiam Moyſes in Deuteronomio dicit ad populum: Et ne dicas in corde tuo: Fortitudo mea & potentia manus meæ, fœcit mihi uirtutem magnam hãc, ſed memoraberis domini dei tui, quia ipſe tibi dat fortitudinem, facere uirtutem, ut ſtatuat teſtamentum ſuum, quod iurauit patribus ueſtris. Deut. 8

Item paulo poſt ibidem ad eos: Ne dicas, inquit, in corde tuo, cum cõſumpſerit dominus deus tuus gentes iſtas ante faciem tuam, dicens, propter iuſtitias meas induxit me dominus hæreditare terram bonam iſtam: Non propter iuſtitiam tuam, neq; propter ſanctitatẽ cordis tui, intras hæreditare terram eorum, ſed propter iniquitatem gentium iſtarum dominus diſperdet eas à facie tua &c. Deut. 9

Cap. IX.

Vocationẽ dei bonorũ principia ſumimus

Ne uero rurſus homo in ultimam fecem deſidiæ reſolutus, arduum uirtutis iter, & quamuis adiuuante gratia dei, nõ niſi labore gradiẽdum, inerti ſibi crederet poſſe deferri, & nullius laboris induſtriam ſtudio ſui profectus adhiberet, ita inter ſe atq; homines, deus tẽpora offitiaq; diſtribuens ordinauit, ut uocatione ipſius bonorũ principia ſumeremus; uocati aũt atq; illuminati uias mãdatorum eius, boni ingenij intelligentia noſceremus, & eas libero uel eligeremus, uel relinqueremus arbitrio. Quas tamen, ſi ipſius fulti adiutorio, continua deuotione ſequeremur, in fine rurſus non repugnantem mandatis ſuis ſubiectam in nobis obedientiam coronaret &c.

Cap. X.

Vocatus à deo Paulus, uocatiõem ſecutus eſt. Roman. 1 1. Corin. 15

Vocatum à deo Apoſtolũ Paulum, uel in eo libro legimus, ubi eius geſta cum omni ueritate narrantur, uel ipſe in Epiſtola ſua cõfitetur, dicens: Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, uocatus Apoſtolus. Secundo autem loco uocationem ſecutus, & totum quod in homine fuerat operatus, ipſe ſic dicit, Plus omnibus illis laboraui. Sed ne hoc ipſum quidem ſibi tribuens, ſollicita pietate ſubiunxit: Nõ ego autem, ſed gratia dei mecum. Iam ergo & uocato & uocationem per opera iuſtitiæ ſubſecuto, quid ſupererat aliud, niſi ut liberatus de corpore mortis huius, ad illius alterius uitæ, quæ ſanctis omnibus ueritatis ore promiſſa eſt, beatitudinem peruueniret? quod nullis humanis meritis reddi, ſed dei donantis, gratia largiente, donari ſibi ipſe reſpondet poſt gemitus, quibus dixerat: Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia, inquit, dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Roma. 7

Cap. XI.

Contra liberi arbitrij defenſores. 1. Corin. 15 Pſalm. 80 1. Timot. 1

Exeat nunc liberi, contra dei gratiam, defenſor arbitrij, audiat dicentem Apoſtolum, cum de bonis ſuis laboribus loqueretur: Non ego autem, ſed gratia dei mecũ. Audiat dei uocem in Pſalmo de his, quos deſeruerat dicentẽ: Et dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in uoluntatibus ſuis. Audiat unum eundemq; Apoſtolum, de uitæ ſuæ uarijs temporibus ſibi tantum mala, gratiæ aũt dei, bona oĩa tribuentem. Qui prius fuit blaſphemus, & perſecutor. Et aliàs: Gratia dei ſum id, quod ſum, cum diceret, q prius fui blaſphemus & perſecutor, nulla gratiæ men-

tiæ mentio iniquo operi copulabatur, quia sufficit sibi, sicut dictum ē, ad nequitiā natura libertatis humanæ. Cum
1. Corin. 15 uero de præsentis uitæ beatitudine loqueretur: Gratia, inquit, dei sum id, quod sum &c.

Cap. XII.

A deo habemus & uelle & pficere Philip. 2.

Velle enim mihi adiacet, pficere aūt non inuenio, q̄uis & ipsum uelle nō ex nobis, sed dei donum est, quoniā ab ipso habemus & uelle & perficere, p bona uolūtate.

Cap. XIII.

Vnde ista in uno eodemq; homine, qui ex aīa & corpore constat, rerum uoluntatumq; diuersitas, nisi quia iusta dei iuditia contemnens, homo deum, creatura creatorē, infimus summum, intra semetipsum inobediētiæ pœnas & cōtumatiā inferioris inuenit? Quis enim iustitia, q̄uis meliori deterior, creaturæ tamen creatura seruiret, si ipsi qualiscunq; creatura, seruire noluit creatori.

Vnde i homine uoluntatū diuersitas.

Cap. XIIII.

Gratulare, ò quicunq; illuminatus es, & gratiā, quā nō merebaris, agnosce: Geme quicunq; induratus es, iustitiā cōfitere. Dic quicunq; ab originali contagio, lauacro gratiæ te gratularis ablutum: Misericors & miserator
Psalm. 144 dominus, patiēs & multæ misericordiæ. Nō secundū pec
Psalm. 102 cata nostra fecit nobis, neq; secundū iniquitates nostras
Daniel. 3 retribuit nobis. Dic quicunq; damnaris: Iustus es dñe in omnibus quæ fecisti nobis, & omnia iuditia tua uera, qa in ueritate & iuditio supinduxisti omnia hæc, propter
Psalm. 24 peccata nostra: Et noli iniustitiæ dei culpam tuæ indurationis adscribere, quia omnes uiæ domini, misericordia & ueritas, ut nec hij, qui misericordiam fuerint consecuti á deo, iuditio ueritatis de meritis suis aliquid gloriētur,

Misericordia dñi saluātur homines, iustitia eius pereunt.

nec hi qui indurati atq; damnati sunt, excusationem culpæ ex hoc habere posse se credant, quòd nullam, qua cōuerterentur, sine misericordiam cōsecuti. Hanc ergo Pharao misericordiam non accepit, & ideo ei ad pereundū liberum suffecit arbitrium, quem quidem nullus ita ignarus diuinarum scripturarum erit, qui audeat dicere illa omnia iniustè esse perpessum &c.

Cap. XV.

Si dicitur iam, Pharaonem non potuisse mutari, quia eum præsciuerat deus non esse mutandum. Respōdetur, Dei præscientiam non cogere hominem, ut talis sit qualē præsciuit deus, sed præscire talē futurum, qualis futurus est, quamuis eum non sic fœcerit deus. Quem si cogeret esse, hoc utiq; cogeret, quod non est. Porrò si hoc præscierat futurum esse quod non est, præscientia non est, quod de deo quàm impie dicatur, aduertit quisq;, qui peccatis suis inde blanditur, quod deus eum peccatorē futurū præscierit esse. Existere nihilominus fortasse aliquem reor, q dicat, minus idoneam ad salutem uiam, si nulla intrinsecus uocatione pulsatus, tamen quispiam flagelletur. Vnde
Daniel. 4 Nabuchodonosor pœnitentiam meruit fructuosam? Nōne post innumeras impietates flagellatus pœnituit, & regnum, quod perdiderat, rursus accepit? Pharao autem
Exo. 14 ipsis flagellis est durior effectus, & periit. Hic mihi ratione reddat, qui diuinum consilium nimium alto sapiēti corde dijudicat, cur medicamentum unius medici confectum, alij ad interitum, alij ualuerit ad salutem, nisi qa
2. Corin. 2 Christi bonus odor, alijs est odor uitæ in uitā, alijs odor mortis in mortem? Quantum ad naturam, ambo homines erant, quantum ad dignitatem, ambo reges, quantum ad caussam, ambo captiuum populū dei possidentes, quātum ad pœnam, ambo flagellis clemēter admoniti. Quid ergo fines eorum fœcit esse diuersos, nisi quod unus manum dei sentiens in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit, alter libero, contra dei misericordissimam ueritatem, pugnauit arbitrio? Hic quicunq; respondet, illi ut mutaretur, adfuisse diuinum, huic ut induraretur, defuisse præsidium, & hoc contendit iniustum. Propter qd' rerum ipsarum fines, in dei uoluntate constituens, dixit Apostolus: Cuius uult miseretur, & quem uult indurat.
Roma. 9 Dicente domino: Sine me nihil potestis facere. Intelligat illa omnia, uel adiuuante domino perfici, uel deserente pmitti, ut nouerit tamen nolente domino nihil prorsus admitti &c.

Cap. XVI.

Nunc autem cum damnatis pœna iusta reddatur, salUatis autem gratia donetur indebita, quis usq; adeo humanæ conditionis oblitus, diuini sensus arcana discutiat, ut cum ipse pœnam merito fuerit consecutus, quærat, cur alius gratiam, quæ non debebatur ei, accepit. Hanc itaq; diuinam electionem, non meritis reddi, sed sola uoluntatis munificentia donari hominibus Moyses, cum iam tunc q̄uis carnalem populum doceret, ostendit: Sic enim euidēter in Deuteronomio dicit ad populum: Ecce domini dei
Deut. 10 tui cœlum est, & cœlum cœli, terra & omnia quæ sunt in ea: Veruntamen patres uestros elegit dominus diligere eos, & semen eorum elegit post ipsos, uos præ omnibus gētibus. Et adiecit, Circūcidimini ergo à duritia cordis uestri, & ceruicem uestram ne induretis amplius.

Donant homines munificētia uoluntatis, i

Eodem capite in fine.

O altitudo diuitiarum sapiētiæ & sciētiæ dei, & in-
Roma. 11 scrutabiles uias eius, & inscrutabilia confitens Paulus dei esse iuditia. Cum illo ergo, quando de talibus quæritur, admiremur, & manente sententia, quòd non sit iniquitas apud deum, si quid est illud quod quæritur, quod
Roman. 9 modum nostri sensus excesserit, & intellectus nostri nō dignatur angustias, in illa iustitiæ, misericordiæ, præsciq; diuinæ, plenitudine permanere, inconcussa æquitate fateamur, ne de superioribus diuinæ uoluntatis arcanis aliter, quàm modus conditionis nostræ patitur, disputātes, dei iustitiam relinquamus, & nostram statuere cupientes, in ima contumatiæ uoragine decidamus &c.
Roma. 10

Admirari cum Paulo inscrutabilia dei debemus.

Libro primo de prædestinatione sanctorum Cap. II.

Quod ergo pertinet ad religionem atq; pietatem, de qua loquebatur Apostolus, si non sumus idonei cogitare aliquid, quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est, profectò non sumus idonei credere aliquid quasi

ex nobiſmetipſis,qđ' ſine cogitatione nõ poſſumus,ſed ſufficiẽtia noſtra,qua credere incipiamus,ex deo eſt. Quo-
2 Corint.3 circa, ſicut nemo ſibi ſufficit ad incipiendum uel perficiendum quodcunq; opus bonum, quod iam iſti fratres,ſicut ſcripta ueſtra indicant,uerum eſſe conſentiunt, unde in omni opere bono,& incipiendo, & proficiendo, ſufficientia noſtra ex deo eſt,ita nemo ſibi ſufficit,uel ad incipiendam,uel ad perficiendam fidem, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt,quoniam fides,ſi non cogtetur, nulla eſt,& non ſumus idonei cogtare aliquid ex nobis,quaſi ex nobiſmetipſis,ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Caeuendum eſt,fratres dilecti,à deo,ne homo ſe extollat adeuerſus deum,cũ ſe dicit facere,quod promiſit deus. Nõne fides gentium promiſſa eſt Abrahæ, & ille dans gloriã deo pleniſſimè credidit? Quoniam quæ promiſit, potens eſt & facere,ipſe ergo fidem gentium facit,qui potẽs eſt facere,quod promiſit. Porrò ſi operetur deus fidem noſtram, miro modo agens in cordibus noſtris,ut credamus,nunquid metuendum eſt,ne totum facere nõ poſſit, & ideo homo ſibi primas eius uendicat partes,ut nouiſſimas ab illo accipere meretur? &c.

Nemo ad incipiendã & perficiendam ſibi ſufficit ſalutẽ.

Roma.4.

Cap III.

Non ſic pius atq; humilis doctor ille ſapiebat,Cyprinum beatiſſimum loquor,qui dixit in nullo gloriandũ, quando noſtrum nihil ſit. Quod ut oſtenderet,adhibuit Apoſtolum teſtem,dicentem: Quid autem habes quod nõ
1. Cor.4 accepiſti? Si autem accepiſti,quid gloriaris quaſi nõ acceperis? Quo præcipuè teſtimonio,etiam conuictus ſum, cum ſimiliter errarem,putans fidem,qua in deum credimus,non eſſe donum dei,ſed à nobis eſſe in nobis,& per illam nos impetrare dei dona,quibus temperanter,et iuſtè,& piè uiuamus in hoc ſæculo. Neq; enim fidem putabam dei gratia præueniri,ut per illam nobis daretur, qđ' poſceremus utiliter,niſi qa credere nõ poſſemus,ſi nõ præcederet præconium ueritatis. Vt autem nobis prædicato Euangelio cõſentiremus,noſtrum eſſe ꝓpriũ,& nobis ex nobis eſſe arbitrabar. Quem meum errorem nonnulla opuſcula mea ſatis indicãt,ante epiſcopatum meũ cripta &c.

Confiteтur Aug. errorem ſuum.

Cap.IIII.

Videtis certe quid tunc de fide atq; operibus ſentiebã, q̃uis de commendãda dei gratia laborarẽ,in qua ſententia iſtos fratres noſtros eſſe nunc uideo,qa non ſicut legere libros meos,ita etiam in eis curauerunt ꝓficere mecũ: Nam ſi curaſſent,inueniſſent iſtam quæſtionem,ſecundũ ueritatem diuinarum ſcripturarum ſolutam: In primo libro duorũ,quos ad (beatæ memoriæ) Simplicianum ſcripſi,epiſcopũ Mediolanẽſis eccleſiæ,ſancti Ambroſij ſucceſſorẽ,i ipſo exordio epiſcopatus mei, niſi forte nõ eos nouerunt,quod ſi ita eſt,faciæ ut nouerint &c.

Quidã fratres fidẽ nõ eſſe donum dei, tempore Auguſtini,dicebant

Cap.V

Proinde poſſe habere fidem,ſicut poſſe habere charitatem,naturæ eſt hominum, habere autem fidẽ quemadmodum habere charitatem,gratiæ eſt fidelium. Illa itaq; natura,in qua nobis data eſt poßibilitas habendi fidem,non diſcernit ab homine hominem,ipſa uero fides diſcernit ab infideli fidelem &c. Non enim omnium eſt fides, cum fi- 1. Theſſa.3
dem poſſe habere ſit omnium.

Fides non eſt omniũ.

Cap.VI.

Multi audiunt uerbum ueritatis,ſed alij credunt,alij contradicunt,uolunt ergo iſti credere, nolunt autem illi. Quis hoc ignoret? Quis hoc neget? Sed cum alijs præpareatur,alijs non præparetur uoluntas à domino,diſcernendum eſt utiq;,quid ueniat de miſericordia eius,quid de iuditio,quod quærebat Iſrahel,ait Apoſtolus,hoc nõ eſt cõſecutus, electio autem cõſecuta eſt, cæteri uero excœcati ſunt,ſicut ſcriptum eſt: Dedit illis deus ſpiriũ compunctionis,oculos ut non uideant,& aures ut non audiant, uſq; in hodiernum diem. Et Dauid dicit: Fiat menſa eorũ in laqueum, & uenationem,& in ſcandalum,& in retributionẽ illis. Obſcurẽtur oculi eorũ ne uideãt,& dorſum eorum ſemper incurua. Ecce miſericordia & iuditium, Miſericordia in electione, qu e conſecuta eſt miſericordiam dei: Iuditium uero in cæteros,qui excœcati ſunt, & tamen illi,qui uoluerunt,crediderunt,illi qua noluerunt,nõ crediderũt. Miſericordia igitur & iuditium in ipſis uolũtatibus facta ſunt. Electio quippe iſta gratiæ ẽ, nõ utiq; meritorum. Superius enim dixerat: Sic ergo & Roman.11
in hoc tẽpore reliquiæ per electionẽ gratiæ ſaluæ factæ ſunt. Si autem gratia,iam nõ ex operibus, alioqn gratia iam nõ eſt gratia. Gratis ergo conſecuta eſt, quod cõſecuta eſt electio. Nõ præceßit eorum aliqd, quod priores darent,& retribueretur illis. Pro nihilo enim ſaluos fœcit eos. Cæteris aũt,qui excœcati ſunt,ſicut ibi nõ tacitũ eſt, in retributiõe factum eſt. Vniuerſæ uiæ dñi miſericordia Pſalm.14
& ueritas. Inueſtigabiles ſunt aũt uiæ eius. Inueſtigabiles igitur ſunt & miſericordia, qua gratis liberat, & ueritas,qua iuſtè iudicat. Roman.11

De miſericordia & iuditio dei.

Roma.11 Oſee.1

Pſalm.68

Cap.VII.

Sed forſitan dicunt,ab operibus fidẽ diſtinguit Apoſtolus,gratiã uero nõ ex operibus eſſe dicit, nõ aũt dicit quod nõ ſit ex fide. Ita uero eſt,ſed ipſam quoq; fidem, opus dei dicit eſſe Iẽſus,& hãc,ut operemur,iubet. Dixerunt enim ad eũ Iudæi: Quid faciemus,ut operemur opera dei? Reſpõdit Iẽſus, & dixit eis: Hoc eſt opus dei,ut credatis in eum quẽ miſit ille. Sic ergo diſtinguit Apoſtolus ab operibus fidẽ,quemadmodũ in duobus regnis Hebræorum diſtinguitur Iudas ab Iſrahel, cũ & ipſe Iudas ſit Iſraël. Ex fide ideo dicit iuſtificari hoïem,nõ ex operibus,qa ipſa prima datur,ex qua impetrẽtur cætera, quæ ꝓprie opera nuncupãtur,in qbus iuſtè uiuitur. Nam dicit etiã ipſe: Gratia ſalui eſtis facti per fidẽ,& hoc nõ ex Epheſ.2
uobis,ſed dei donũ eſt,id eſt,& quod dixi ꝑ fidem,nõ ex uobis,ſed dei donum eſt. Et iam fides nõ ex operibus,inquit,ne forte quis extollatur. Solet enim dici,ideo credere meruit,qa uir bonus erat, & anteq̃ crederet: Quod
de Cornelio dici poteſt, cuius acceptæ ſunt eleemoſynæ, Acto.10
et exauditæ oratiões anteq̃ credidiſſet in Chriſtũ, nec

Fides opus dei eſt.

Iohan.6

tamen

tamen sine aliqua fide donabat & orabat. Nã quomodo
Roman. 10 inuocabat, in quẽ nõ crediderat? Sed si posset sine fide
Christi esse saluus, nõ ad eum ædificandũ mitteretur ar-
Psalm. 126 chitectus Apostolus Petrus, quamuis nisi dominus ædifi
cauerit domum, in uanum laborauerunt ædificantes eã.
Et dicitur à uobis, fides est à nobis, cætera à domino, ad
opera iustitiæ pertinẽtia, quasi ad ædificandum nõ perti
neat fides, quasi ad ædifitium, inquam, nõ pertineat fun-
damentum, Quòd si imprimis & maximè pertinet, in
uanum laborat prædicãdo ædificans fidẽ, nisi eam domi
nus miserãdo intus ædificet. Quicquid igitur & anteq̃
in Christum crederet, & cum crederet, & cum credidis-
set, benè operatus est Cornelius, totum deo dãdum est, ne
forte quis extollatur. Proinde ipse unus magister & do-
Ioh. 6 minus, cũ dixisset, quæ supra cõmemoraui: Hoc est opus
dei, ut credatis in eũ, quẽ misit ille: in eodem ipso sermo-
ne paulopost ait: Dixi uobis, quia & uidistis me, & nõ
credidistis. Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet &c.

Cap. VIII.

Iohan. 6 Omnis qui audiuit à patre, & didicit, uenit ad me,
Absit ergo, ut quisquam nõ ueniat, qui à patre audiuit et
didicit. Quare, inquiunt, nõ oẽs docet? Si dixerimus, qa
nolunt discere quos nõ docet, respõdebitur nobis. Et ubi ẽ
Psalm. 84 Pro incre-dulis orandum esse. quod ei dicitur: Domine tu cõuertẽs, uiuificabis nos. Aut
si nõ facit uolentes ex nolentibus deus, quid orat ecclesia
secundum præceptum domini p̃ persecutoribus suis? Nam
Matth. 6 sic etiã uoluit ĩtelligi sanctus Cyprianus, quod dicimus:
Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra: Hoc est, sicut
in eis, q̃ iam crediderunt, & tanq̃ cœlum sunt, ita & in
eis, qui nõ credũt, & ob hoc, adhuc terra sunt. Quid er-
go oramus p̃ nolentibus credere, nisi ut deus in illis ope-
retur & uelle? De Iudæis certe Apostolus ait: Fratres bo
na uoluntas quidẽ cordis mei, & deprecatio ad deũ pro
Roma. 10 illis fit in salutẽ: Orat p̃ non credẽtibus, quid? nisi ut cre-
dant, nõ enim aliter cõsequuntur salutẽ. Si ergo fides orã-
tium dei præuenit gratiam, nunquid eorum fides, p̃ qui-
bus oratur ut credant, dei præuenit gratiã? Quãdoqdem
hoc pro eis oratur, ut non credentibus, id est, fidem non
habentibus, fides ipsa donetur.

Cap. IX.

Cur deus istum potiꝰ quam illum liberet imp scrutabile. Fides igitur & inchoata & perfecta, donum dei est,
& hoc donum quibusdam dari, quibusdam non dari, om
nino non dubitet, q̃ non uult manifestissimis sacris literis
repugnare, cur autem non omnibus detur, fidelem moue
re non debet, qui credit ex uno oẽs esse in condemnatio-
nẽ sine dubitatiõe iustissimã, ita ut nulla dei esset iusta re-
prehẽsio, etiã si nullus inde liberaretur. Vnde cõstat ma-
gnam esse gratiam, quòd plurimi liberantur, & quid sibi
deberetur in eis, q̃ non liberãtur agnoscunt, ut q̃ glorian
Hiere. 9. tur non in suis meritis, quæ paria uident esse dãnatis, sed
in dño gloriẽtur. Cur aũt istum potius quàm illũ liberet,
Roman. 11 Roma. 9 Inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius.
Melius enim & hic audimus & dicimus: O hõ, tu qs es,
q̃ respõdeas deo, q̃ dicere audeamus quasi nouerimus, qd
occultũ esse uoluit, q̃ tamẽ aliquid iniustũ uelle nõ potuit.

Eodem capite.

Cum enim nonnulli commemorentur in sanctis He-
braicis libris iam ex tempore Abrahæ, nec de stirpe car-
nis eius, nec ex populo Israhel, nec aduentitia societate in
populo Israhel, qui tamen huius sacramenti (incarnatio-
nis Christi scilicet) participes fuerunt, cur non credamus
etiam in cæteris hac atq; illac gentibus, alios atq; alios fu-
isse, quamuis eos cõmemoratos in eisdem auctoritatibus
non legamus? Ita salus religionis huius, per quam solã ue
ram, salus uera ueraciterq; promittitur, nulli unq̃ defuit,
qui dignus fuit, & cui defuit, dignus nõ fuit: Et ab exor
dio ppagationis humanæ usq; in finem, quibusdã ad pre-
mium, quibusdã ad iuditium prædicatur, ac p̃ hoc et qui-
bus omnino annũciata non est, nõ crediturꝰ præsciẽtur,
& qbus nõ crediturꝰ, tamen annunciata est, in illorũ ex-
emplum demonstrãtur. Quibus autem crediturꝰ annun-
ciatur, in regno cœlorũ & sanctorũ angelorum societati
præparantur.

Salus cuĩ de est, indigꝰ est.

Cap. X.

Prædestinã tio ẽ gratiæ præparatio Ephe. 2. Inter gratiã porrò & prædestinationẽ hoc tantũ in-
terest, quòd prædestinatio est gratiæ præparatio, gratia
uero, iam ipsa donatio. Quod itaq; ait Apostolus: Nõ ex
operibus, ne forte quis extollatur, ipsius enim sumus fi-
gmẽtum, creati in Christo Iẽsu, in operibus bonis, gratia
est, quod autem sequitur, quæ præparauit deus ut in il-
lis ambulemus, prædestinatio est, quæ sine præscia non
potest esse, potest aũt esse sine prædestinatione præscien
tia, prædestinatione quippe deus ea præsciuit, quæ fue-
rat ipse facturus. Vnde dictũ est: Fœcit quæ futura sunt.
Præscire autem potens est etiam, quæ ipse nõ facit, sicut
quæcunq; peccata, quia & si sunt quædam, quæ ita pecca
ta sunt, ut pœnæ etiã sint peccatorum. Vnde dictum est:
Roman. 1 Tradidit illos deus in reprobã mentẽ, ut faciant, quæ nõ
conueniunt, nõ ibi peccatum dei est, sed iuditium. Quo-
circa prædestinatio dei, quæ in bono est, gratiæ est, ut di-
xi, præparatio: Gratia uero est ipsius prædestinationis
effectus &c.

Gratia est prædestinatiõis effectꝰ

Cap. XI.

Quare, ut credant homines, illis præcipitur. Ideo enim hæc & nobis præcipiuntur (scilicet ut crẽ
damus, & mortificemus facta carnis) & dona dei esse
monstrãtur, ut intelligatur quod & nos ea faciamus, &
deus facit ut illa faciamus, Sicut per Prophetã Ezechielẽ
apertissimè dicit: Quid enim apertius q̃ ubi dicit: Ego fa
ciã ut faciatis? Locũ ipsum scripturæ, fratres charissimi,
attendite, & uidebitis illa deum promittere facturum se
ut faciant, quæ iubet ut fiant. Non sanè ibi tacet etiã me-
rita eorum, sed mala, quibus se ostendit reddere p̃ malis
bona, hoc ipso quod eos facit habere deinceps opera bo-
na, cum ipse facit, ut faciant diuina mandata.

Cap. XV. Eodem lib.

Dei filius in quãtum ho mo prædestinatus est. Nam & ipsum dominum gloriæ, inquantũ homo fa
ctus est dei filius, prædestinatum esse dicimus, clamat do
ctor gentium in capite Epistolarum suarũ: Paulus seruus

Roma.1. seruorum Iesu Christi, uocatus Apostolus, segregatus in Euangelium dei, quod ante promiserat per Prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnē, qui prædestinatus ē filius dei in uirtute secundum spiritum sanctificationis ex resurrectiōe mortuorum. Prædestinatus est ergo Iesus, ut qui futurus erat, secundum carnem filius Dauid, esset tamen in uirtute filius dei secundum spiritū sanctificatōis, qa natus est de spiritusancto, et uirgine Maria.

Cap. XVI.

Vocat enim deus prædestinatos multos filios suos, ut eos faciat mēbra prædestinati unici filij sui, non ea uocatiōe, qua uocati sunt, qui noluerunt uenire ad nuptias, illa quippe uocatiōe & Iudæi uocati sunt, quibus Christus crucifixus scādalum est, & gentes, quibus Christus crucifixus stultitia est: Sed ea uocatione prædestinatos uocat, quam distinxit Apostolus dicēs: Ipsis aūt uocatis Iudæis & Græcis prædicare se Christum, dei uirtutem, & dei sapientiā, Sic enim ait, ipsis aūt uocatis, ut illos ostenderet non uocatos, sciens esse quandam certam uocationē eorum, qui secūdum propositū uocati sunt, quos præsciuit & prædestinauit, conformes fieri imaginis filij sui: Quam uocationem significās, ait: Non ex operibus, sed ex uocāte dictum est ei: Quia maior seruiet minori.

Luc.14 1. Corin.1 Duplex uocatio.

Roma.8 Roman.9 Malach.1

Eodem capite in fine.

Ad hanc uocationem, qui pertinent, omnes sunt docibiles dei, nec potest eorum quisq; dicere, credidi ut sic uocarer, præuenit eum quippe misericordia dei, qua sic uocatus est, ut crederet. Omnes enim docibiles dei, ueniunt ad filium, quoniā audierunt & didicerunt à patre p filium, qui euidentissime dicit, Omnis q audiuit à patre et didicit, uenit ad me. Istorum autem nemo perit, quia omne quod dedit ei pater, nō perdet ex eo quicquam. Quisquis ergo inde est, omnino nō perit, nec erit inde qui pereat, propter quod dictum est: Ex nobis exierunt, sed nō erant ex nobis, nam si fuissent ex nobis, mansissent utiq; nobiscum &c.

Esai.54 Prædestinati & uocati omnes docibiles dei,

Ioh.6

1. Ioha.2

Cap. XX.

Audiant Pelagiani: Dabo eis cor cognoscendi me, & aures audientes: uel, Dabo eis cor aliud, & spiritum nouum dabo uobis. Audiant etiam illud: Spiritum meum dabo uobis, & faciam, ut in iustificatiōibus meis ambuletis, & iuditia mea obseruetis et faciatis. Audiant: A domino corriguntur gressus uiri. Mortalis autem quomodo intelliget uias suas? Audiant, Omnis uir uidetur sibimetipsi iustus, dirigit autem corda dominus. Audiant. Crediderunt quotquot erant præordinati in uitā æternā. Audiant hæc & alia, quæcunq; non dixi, quibus ostenditur deus ad regnum etiam cœlorum, & ad uitam æternam parare & conuertere hominum uoluntates. Cogitate autem, quale sit ut credamus ad constituenda regna terrena hominum uoluntates operari deum, & ad capescendum regnum cœlorū homines operari uoluntates suas.

Ezech.36

Deus ad uitam æternā parat, & cōuertit hominū uoluntates.

Non enim in potestate nostra est cor nostrum, & cogitatiōes nostræ, quæ improuiso offusæ mentem animūq; confundunt, atq; aliô trahūt, q̄ tu proposueris. Ad secularia reuocant, mundana inserunt, uoluptuaria ingerunt, illecebrosa intexunt, ipsoq; in tempore, quo eleuare mentem paramus, inserti inanibus cogitationibus ad terrena plerumq; deijcimur. Non itaq; in hominum, sed in dei est potestate, ut habeant homines potestatem filij dei fieri. Ab ipso quippe accipiunt eam, qui dat cordi humano cogitationes pias, per quas habeāt fidem, quæ operetur per dilectionem, ad quod bonum sumendum & tenēdum, & in eo perseueranter usq; in finem proficiendū, non sumus idonei cogitare aliqd quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est, in cuius est potestate cor nostrum, & cogitationes nostræ.

In dei potestate est, ut fiant homines filij dei.

Iohan.1.

Gala.5.

2. Corin.3

Ibidem.

Ex duobus itaq; paruulis, originali peccato pariter obstrictis, cur iste adsumatur, iste relinquatur, et ex duobus ætate iā grādibus impijs, cur iste ita uocetur, ut uocātē sequatur, ille aūt aut nō uocetur, aut nō ita uocetur, ut uocantē sequatur, inscrutabilia sunt iuditia dei. Ex duobus aūt pijs, cur huic donetur perseuerātia usq; in finem, illi aūt non donetur, inscrutabiliora sunt iuditia dei. Illud tamē fidelibus debet esse certissimum, hunc esse ex prædestinatis, illum non esse. Nā si fuissent ex nobis, ait unus prædestinatorum, qui de pectore domini bibebat hoc secretum, mansissent utiq; nobiscum &c.

Inscrutabilia iuditia dei.

1. Iohan.2

Cap. IX.

Væ tibi Corozim, uæ tibi Bethsaida, quia si in Tyro et Sidone factæ fuissent uirtutes, quæ factæ sunt ī uobis, olim in cilicio & cinere sedētes, pœniterēt. Veruntamē Tyro & Sydoni remissius erit in iuditio q̄ uobis. In q̄bus uerbis suis dominus Iesus altius nobis mysteriū prædestinatiōis ostendit. Si enim quæratur à nobis, cur apud eos tanta miracula facta sint, qui uidentes ea non fuerāt crediturī, & apud eos facta non sint, qui crederent si uiderent, quid respondebimus?

Luc.10

Altum prædestinatiōnis mysterium.

Cap. X.

Quidā disputator Catholicus, nō ignobilis, hunc Euāgelij locū sic exposuit, ut diceret præscisse dñm Tyrios et Sidonios, à fide fuisse postea recessuros, cū factis apd' se miraculis credidissent, et misericordia potius nō eū illic ista fœcisse, quoniā grauiori pœnæ obnoxij fierēt, si fidē quā tenuerāt, reliquissent, q̄ si eā nullo tēpore tenuissent. In qua sententia docti hominis, & admodum acuti, quæ sint adhuc meritò requirenda, quid me nunc attinet dicere, cum & ipsa nobis ad id quid agimus, suffragetur? Si enim miseratione dominus non fœcit in istis uirtutes, per quas fieri possent fideles, ne grauius punirentur, cum postea fierent infideles, quod eos iterum infideles futuros fuisse præsciuit, satis aperteq; demōstratur, de his peccatis neminē iudicari mortuorū, quæ præsciuit fuisse facturū, si aliquo modo ei, ne illa faciat subuenitur, sicut Tyrijs et Sidonijs, si sentētia illa uera ē, subuenisse dicitur

De' Catholico quodā disputatore

citur Christus, quos maluit non accedere ad fidem, quàm scelere multo grauiore discedere à fide, quod eos si accessissent, præuiderat fuisse facturos.

Roman. 9. Non omnes infantes saluari.

Cap. XI.

Proinde, sicut Apostolus ait, Nõ uolentis, neq; currẽtis, sed miserentis est dei, qui & paruulis, quibus uult, etiam nõ uolentibus, neq; currentibus, subuenit, quos ante mundi constitutionẽ elegit in Christo, daturus etiam eis gratiam gratis, hoc est, nullis eorum uel fidei uel operum meritis præcedentibus, et maioribus etiam his, quos præuidit, si apud eos facta essent, suis miraculis crediturос, quibus non uult subuenire, non subuenit, de quibus in sua prædestinatione occultè quidem, sed iustè aliud iudicauit, non enim est iniquitas apud deum, sed inscrutabilia sunt iuditia eius, & inuestigabiles uiæ eius, uniuersæ autem uiæ domini misericordia et ueritas. Inuestigabilis ergo est misericordia, qua, cuius uult, miseretur, nullis eius præcedentibus meritis, & inuestigabilis ueritas, qua, quem uult, obdurat, eius quidem præcedentibus meritis, sed cũ eo cuius miseretur plerũq; cõmunibus, Sicut duorum geminorum, quorũ unus assumitur, alius relinquitur, dispar est exitus, merita cõmunia: In quibus tamẽ sic alter magna dei bonitate liberatur, ut alter sine eius iniquitate damnetur. Nunquid enim iniquitas est apud deum? absit, Sed inuestigabiles sunt uiæ illius. Itaq; misericordiam eius in his, qui liberantur, & ueritatem in his, qui puniuntur, sine dubitatione credamus, neq; inscrutabilia scrutari, neq; inuestigabilia uestigare conemur.

Roma. 11. Psalm. 24

Cap. XII.

Gratiam dei non dari secundũ merita accipientium. 1. Corin. 1.

Confiteamur itaq;, gratiam dei non secundũ merita accipientium dari, sed secundũ placitũ uoluntatis eius in laudem & gloriam ipsius gratiæ eius, ut qui gloriatur nullo modo in se ipso, sed in domino glorietur, qui hominibus dat, quibus uult, quoniam misericors est, quod & si non det, iustus est, & non dat, quibus non uult, ut notas faciat diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ. Dando enim quibusdam quod non merentur, profectò gratuitam, & per hoc ueram suam gratiam esse uoluit. Non omnibus dando, quid omnes merentur, ostendit, Bonus in benefitio certorum, iustus in supplicio cæterorũ, & bonus in omnibus, quoniam bonum est cum debitum redditur, & iustus in omnibus, quoniam iustum est, cum debitum sine cuiusquam fraude donatur.

Roma 9.

Ibidem in fine.

Fato nõ cogitur deus.

Neq; enim fato cogitur deus illis infantibus subuenire, illis autem non subuenire, cum sit utriusq; causſa cõmunis. Aut res humanas in paruulis non diuina prouidẽtia, sed fortuitis agi casibus opinabimur, cũ rationales uel damnandæ uel liberandæ sint animæ, quandoquidem nec passer cadit in terram sine uoluntate patris nostri, qui in cœlis est, aut parẽtũ negligẽtiæ sic tribuẽdũ est, qđ paruuli sine baptismo moriũtur, ut nihil ibi agãt superna iuditia, tanq̃ ipsi, qui hoc modo malè moriuntur, parentes sibi negligẽtes uolũtate ꝓpria, de quibus nascerẽtur, elegerint. Quid dicã, qđ paruulus aliquãdo, ãte quã illi per ministeriũ baptizantis succurri possit, expirat? Plerũq; enim festinantibus parẽtibus, et paratis ministris, ut baptismus paruulo detur, deo tamen nolẽte nõ datur, qui eum paululũ in hac uita nõ tenuit, ut daretur. Quid etiam, quòd aliquando paruulis infidelium filijs potuit, ne irent in perditionem, & filijs fidelium nõ potuit baptismate subueniri? Vbi certè ostenditur, quod psonarum apud deum non sit acceptio, alioquin cultorũ suorum potius, quàm inimicorum filios liberaret.

Matth. 10.

Cap. XIII.

Sine pœnitentia sunt dona et uocatio dei, ad quã uocationẽ pertinere nullus est homo, ab hominibus certa assẽueratione dicendus, nisi cũ de hoc sæculo exierit, in hac autẽ uita humana, quæ tẽtatio est super terram, qui uidetur stare, uideat ne cadat. Ideo quippe, sicut iam supra diximus, non perseueraturi perseueraturis prouidentissima dei uoluntate miscentur, ut esse discamus non alta sapientes, sed humilibus consentientes, & cum timore et tremore nostrã ipsorũ salutẽ opemur, Deus est enĩ, qui opatur in nobis et uelle & perficere, pro bona uolũtate, hoc nobis expedit & credere & dicere, hoc est pium, hoc uerum, ut sit humilis, & submissa confessio, & detur totum deo. Cogitantes credimus, cogitantes loquimur, cogitantes agimus quicquid agimus &c.

Notate in certorũ sanctorum patront. Iob. 7. 1. Corin. 10

Roman. 12

Philippẽ. 2

In fine ibidem.

Cum enim non sit in nostra potestate cor nostrũ, sed diuino subleuetur auxilio, ut adscendat, & quæ sursum sunt sapiat, ubi Christus est in dextera dei sedens, nõ quæ super terram, cui de hac tãta re agendæ sunt gratiæ, nisi hoc facienti dño deo nostro, qui nos per tale benefitiũ liberando de profundo huius mundi elegit & prædestinauit ante constitutionem mundi?

Corda nostra diuino egent auxilio, ut sursum adscendant. Collo. 3.

Ephe. 1

Cap. XIIII.

Sed aiunt, prædestinationis definitiõem utilitati prædicationis aduersam, quasi uero aduersata sit apostolo prædicanti. Nonne ille doctor gentium in fide & ueritate prædestinationem totiens cõmendauit, & uerbum dei prædicare non destitit? Nũquid quia dixit, Deus est qui opatur in nobis & uelle & opari, ꝓ bona uoluntate sua, ideo nõ ipse, & ut uelimus quæ deo placeãt, & ut opemur hortatus est? Aut quia dixit: Qui in uobis bonũ opus cœpit, pficiet usq; in diẽ Christi Iẽsu, ideo ut incipent hoĩes, et pseuerarẽt usq; in finẽ, ipse nõ suasit? Nẽpe ipse dñs hominibus præcepit, ut crederent, atq; ait, Credite in deũ, et in me credite, nec tamen ideo eius falsa est sententia, nec uana definitio, ubi ait, Nemo uenit ad me, id est, nemo credit in me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Nec rursus, quia uera est hæc definitio, ideo uana est illa præceptio. Cur ergo prædicationi, præceptioni, exhortationi, correctioniq;, quæ omnia frequentat scriptura diuina, existimamus inutilem definitionem prædestinationis, quam cõmendat eadem scriptura diuina,

Contra illos, qui prædestinationis definitionem, utilitati prædicationis diount esse aduersam. Philip. 2 Philip. 1

Ioan. 14.

Ioan. 6.

Ibidem post pauca.

Nec prædestinationis igitur prædicatione impediẽda est præ-

da est prædicatio fidei perseuerantis & proficientis, ut
Roman. 10 quod oportet audiant, & quibus datum est, ut obediant. Quomodo enim audient sine prædicante? Nec rursus prædicatione fidei profitentis, & usq; ad ultimum permanentis, impediendae est prædicatio prædestinationis, ut qui fideliter & obedienter uiuit, non de ipsa obedientia, tanq̃ de suo non accepto bono, extollatur, sed qui gloriatur, in dño glorietur. In nullo enim gloriandum, quando nostrum nihil sit. Quod uidit fidelissimè Cyprianus, & fidentissimè definiuit, per quod utiq; prædestinationem certissimam pronunciauit. Nam si in nullo gloriandum est, quando nostrum nihil est, profectò nec de obedientia perseuerantissima gloriandum est. Nec ita nostra, tanq̃ non sit nobis desuper donata, dicẽda est &c.

Hieremi 9

Hominibus de nullis gloriandum est.

Cap. XV.

Et nostro quo tales in uentuntur.

Fuit quidam in nostro monasterio, qui corripientibus fratribus, cur quædam non facienda faceret, & facienda non faceret, respondebat, qualiscunq; nunc sim, talis ero, qualem me deus futurum esse præsciuit. Qui profectò & uerum dicebat, & hoc uero non proficiebat in
Prouer. 26 bonum, sed usq; adeo profecit in malum, ut deserta monasterij societate, fieret canis reuersus ad uomitum suum, & tamen adhuc qualis futurus sit, incertũ est. Nunquid ergo propter huiusmodi causas ea, quæ de præscięta dei uera dicuntur, uel neganda sunt, uel tacenda, tunc scilicet quando si non dicantur, in alios itur errores.

Cap. XVI.

Vna ratio tacendi uerum.

Sed alia est ratio uerum dicendi, alia uerum tacendi necessitas. Causas uerum tacendi, lõgum est omnes quæ rere uel inferere, quarum tamen est & hæc una, ne peiores faciamus eos, qui non intelligunt, dum uolumus eos, qui intelligunt, facere doctiores, qui nobis aliquid tale tacentibus, doctiores quidem nõ fiunt, sed ne peiores fiunt. Cum autem res uera ita se habet, ut fiat peior, nobis eam dicentibus, ille qui capere non potest, nobis autem tacentibus, ille qui potest, quid putamus esse faciendum? Nonne potius est dicendũ uerũ, ut qui potest capere capiat, quàm tacendũ, ut nõ solũ, id ambo nõ capiant, uerũctã qui est intelligẽtior, ipse sit peior? Qui si audiret et caperet, p illum etiam plures discerent. Quò enim est capatior ut discat, eò magis est idoneus ut alios doceat &c.

Cap. XVIII.

Aliquando prædestinationem significare nomine præscientiæ.

Vnde aliquando eadem prædestinatio significatur etiã nomine præscientiæ, sicut ait Apostolus, Non repulit deus plebem suam, quã præsciuit. Hoc quod ait, præsciuit, non recte intelligitur, nisi prædestinauit, quod circũstantia ipsius locutionis ostendit, loquebatur enim de reliquijs iudeorũ, quæ saluæ factæ sunt, peuntibus cæteris.

Cap. XIX.

Lucę. 9. Samaritani cur nõ receperint Christum.

Beatus ambrosius in expositione sup Lucã, cum ad illum uenisset locũ, ubi dominum ad Hierusalem pergentem, Samaritani recipere noluerũt. Simul disce, inquit, quia recipi noluit nõ simplici mente cõuersos, nam si uoluisset, ex indeuotis fęcisset deuotos. Cur autẽ non receperunt eum, Euangelista ipse demonstrat, dicẽs, Quia facies eius erat euntis in Hierusalem. Discipuli autem recipi intra Samariam gestiebant. Sed deus quos dignatur uocat, & quem uult, religiosum facit &c.

Ibidem post pauca.

Gregorius Nazianzenus, nõ Gregorij papa.

Et, Gregorius, Vnius deitatis, inquit, quæsumus uos, confitemini trinitatem. Si uero aliter uultis, dicite unius esse naturæ, & deus uocem dari uobis à sanctospiritu de precabitur, id est, rogabitur deus, ut permittat uobis dari uocem, qua quod creditis, cõfiteri possitis. Dabit enim certus sum, Qui dedit quod primum est, dabit & quod secuudũ est, Qui dedit credere, dabit & confiteri &c.

Cap. XX.

De prædestinatione populis prædicandum esse,

Et si uerũ est, quod dicitur de prædestinatione beneficiorũ dei, nõ est tamen populis prædicandũ. Prædicandũ est prorsus, ut qui habet aures audiendi, audiat. Quis autem habet, si nõ accepit ab illo, qui ait: Dabo eis cor cognoscendi me, & aures audientes? Certe qui nõ accipit reijciat, dũ tamẽ qui capit, sumat, & bibat, & uiuat. Sicut enim prædicanda est pietas, ut ab eo, qui habet aures audiendi, deus rectè colatur. Prædicanda est pudicitia, ut ab eo, qui habet aures audiendi, nihil genitalibus membris illicitum perpetretur. Prædicãda est charitas, ut ab eo, qui habet aures audiendi, deus & proximus diligatur. Ita & prædicanda est ista prædestinatio beneficiorũ dei, ut q habet aures audiẽdi, nõ in se ipso, sed in dño glorietur.

Cap. XXI.

De præscientia dei quomodo prædicandum.

Hæc autẽ omnia, initũ scilicet fidei, et cætera usq; in finẽ dona sua deus largiturũ se uocatis suis esse præsciuit. Nimiæ igitur cõtentionis est, prædestinationi cõtradicere, uel de prædestinatione dubitare. Quæ tamen nõ ita populis prædicãda est, ut apud imperitã, uel tardioris intelligentiæ multitudinẽ, redargui quodãmodo ipsa sua prædestinatione uideatur, sicut redargui uidetur et præscientia dei, quam certe negare nõ possunt, si dicatur hominibus, siue curratis siue dormiatis, quod uos præsciuit, qui falli nõ potest, hoc eritis. Dolosi autem uel imperiti medici est, etiã utile medicamẽtũ sic alligare, ut aut nõ, psit, aut obsit. Sed dicẽdũ est: Sic currite, ut cõprehẽdatis, atq; in ipso cursu uestro, ita uos esse præcognitos noueritis, ut legitimè curratis, Et si quo alio mõ dei præscia prædicari potest, ut hois segnitia repellatur

Libro de prædestinatione dei.

Cap. I.

De prædestinatione dei locuturi, anxietatibus quibusdã, inuoluimur, quia dũ cõscietiã nostræ stoliditatis pscrutamur, ab appetitu tã arduæ disputationis reprimimur, sed dũ ad omnipotentiã illius, qui p os asinæ irrationalis rationali sessori uerba uoluntatis suæ monstrauit, mentem reducimus sub spe superni adiutorij, ad audẽdũ uires accipimus, scientes qđ quicquid boni loquimur, uel facimus, nõ ex nobis hoc, sed ex deo accipimus.

Nume. 22 Quicquid boni loquimur nel fame ex deo habemus.

Cap. II.

In primis nephas est dicere, deum aliquid, nisi bonum

Prædestinationis differentia.

nisi bonum prædestinare. Sed prædestinationum aliæ sunt alligationis, aliæ conditionis, Istæ sunt iustitiæ, illæ potentiæ. Vt lucidius fiat quod dicitur, quæ sunt alligationis & potentiæ, quæ conditionis & iustitiæ demonstretur. Creauit deus cœlum & terram, solem & lunam, diem & noctem, prædestinauit insuper, ut cœlum semper uolueretur, terra immobilis, circumuoluenti cœlo loco centri haberetur, Sol & luna, diei noctiq; præessent, dies & nox certis temporibus uicissim succederent. Hæ prædestinationes potentiæ sunt et alligationis. Vnumquodq; enim illorum, quæ prædiximus, sic alligatum est suo operi per prædestinationem dei, ut ab eo dimoueri non possit. Creauit deus hominem, & prædestinauit, ut si obediens esset, ac à gustu uetiti pomi se abstineret, in uita permaneret, Sin autem inobediens esset, sententiam mortis subiret, Hæc prædestinatio conditionis est & iustitiæ. Nõ enim deus ante casum hominis sic eum per potentiam alligationis prædestinauit mori, ut necesse esset eum mori, sed sub ea conditione, si peccaret. Quia igitur peccauit homo, iustum erat ut moreretur, si non peccaret, nullo uinculo prædestinationis diuinæ morti alligaretur.

Cap. V. In fine.

Certa dei prædestinatio.

Quos enim deus suos fidei opere futuros esse prænouit, hos prædestinauit ad gloriam. Quos absq; correctione diabolicæ persuasioni militaturos esse præsciuit, hos pro certo prædestinauit ad pœnam.

Libro. X. Confessionum. Cap. XXIX.

Et tota spes mea, nonnisi in magna ualde misericordia tua. Da quod iubes, & iube quod uis, Imperas nobis continentiam, & cum scirem, ait quidam, quia nemo potest esse continens, nisi deus det, et hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum, per cõtinentiã quippe colligimur & redigimur in unum, á quo in multa defluximus, Minus enim te amat, qui tecum aliquid amat, quod non propter te amat. O amor, qui semper ardes, & nunquam extingueris, Charitas deus meus accende me, continentiam iubes, da quod iubes, & iube quod uis.

Sap. 8. Orare debemus, ut quod iubet deus nobis det.

Cap. XXXI.

Augustinus nunquam fuit ebrius.

Nemo enim potest esse continens, nisi tu des, Multa nobis orantibus tribuis, et quicquid boni, antequam oremus, accipimus, à te accipimus, & ut hoc postea cognosceremus, à te accipimus, Ebriosus nunquam fui, Sed ebriosos, à te sobrios factos, ego noui.

Post pauca ibidem.

Philip 4. 1 Corin. 1.

Omnia possum inquit, in eo, qui me confortat, cõforta me, ut omnia possim. Da quod iubes, et iube quod uis. Iste se accepisse confitetur, & quod gloriatur, in domino gloriatur.

Cap. XXXVII.

Tentamur his tentationibus quottidie domine, sine cessatione tentamur. Quottidiana fornax nostra est humana lingua, Imperas nobis & in hoc genere cõtinẽtiam. Da quod iubes, & iube quod uis. Tu nosti de hac re ad te gemitum cordis mei, & flumina oculorum meorum.

In Psalmum XXVI.

Contra de libero suo arbitrio præsumentes,

Iam tu, accepto libero arbitrio, quasi præsumis unde ambules. Noli de te præsumere, si te dereliquerit deus, in ipsa uia deficies, cades, aberrabis, remanebis. Dic ergo illi, uoluntatem quidem liberam dedisti mihi, sed sine te nihil est mihi conatus meus, Adiutor meus esto, ne derelinquas me &c,

In præfationem Psalmi. XXXI.

Ante fidem opera inania sunt,

Quid ergo? Debemus nulla opera præponere fidei, id est, ut ante fidem quisquam dicatur bene operatus? Ea enim ipsa opera, quæ dicuntur ante fidem, quamuis uideantur hominibus laudabilia, inania sunt. Ita mihi uidentur esse, ut magnæ uires, et cursus celerrimus præter uiam. Nemo ergo computet bona opera sua ante fidem, ubi fides non erat, bonum opus non erat. Bonum enim opus intentio facit, intentionem fides dirigit. Non ualde attendas quid homo faciat, sed quid cum facit, adspiciat, quò lacertos optimæ gubernationis dirigat. Nemo ergo iactet bona opera sua ante fidem, nemo fit piger in bonis operibus accepta fide. Dat deus ergo indulgentiam omnibus impijs, & eos iustificat ex fide &c.

In Psalmum. XXXII.

Consilium domini per prædestinationem manet in æternum,

Vnde igitur consilium domini manet inæternum, nisi de nobis, quos ante præsciuit & prædestinauit? Quis tollit prædestinationem dei? Ante mundi constitutionẽ uidit nos, fecit nos, emendauit nos, misit ad nos, redemit nos, Hoc eius consilium manet inæternum, hæc eius cogitatio manet in sæcula sæculorum.

Super Psalmum. XLIII.

Merita nostra nos dãnant,

Quid dicturi sumus deo, qui primo gratis nos fecit? Quia bonus est, non quia aliquid meruimus, Deinde de ipsa reparatione, de secunda natiuitate, quid dicturi sumus? Merita nostra fecisse, ut nobis illa salus perpetua mitteretur à domino? absit. Si merita nostra aliquid facerent, ad damnationem nostram ueniret. Nõ uenit ille ad inspectionem meritorum, sed ad remissionem peccatorum. Non fuisti, & factus es, quid deo dedisti? Malus fuisti, & liberatus es, quid deo dedisti? Quid non ab eo gratis accepisti? Meritò & gratia nominatur, quia gratis datur. Exigitur ergo à te, ut & tu gratis eum colas, non quia dat temporalia, sed quia præstat æterna.

In Psalmum. XLIX.

Roman 4

Qui ad gratiam se scit pertinere, quòd est Christus, & quòd est Christi, nouit, quia indiget gratia, Si gratia uocatur, gratis datur. Si gratis datur, nulla merita tua præcesserunt, ut detur, Nam si præcesserunt merita tua, merces non imputatur secundum gratiã, sed secundũ debitũ. Si ergo dicis præcessisse merita tua, te uis laudari, nõ deum, ideo nõ agnoscis Christũ, qui uenit cum gratia dei? Conuerte ergo te ad merita tua, uide illa mala fuisse,

Qui meritis suis fidit, nõ uult deum laudari.

mala fuisse,ut non tibi deberetur nisi supplitium,nõ premium.Et cum uideris quid tibi per meritum debeatur,agnoscis quid per gratiam donetur, & sacrificio laudis glorificans deum. Ibi est enim uia,in qua noueris Christum salutare dei &c.

In Psalmum. LXII.

Quoniam melior misericordia tua super uitas,Multæ sunt uitæ humanæ,sed deus unam uitam promittit,et non illam dat nobis, quasi propter merita nostra,sed propter misericordiam suam. Quid enim boni egimus,ut illud mereremur? Aut quæ bona facta nostra præcesserunt,ut deus nobis gratiam suam daret, Nunquid mueni t iustitias quas coronaret, & non delicta quæ donaret? Vtiq; delicta quæ donauit,si punire uellet, non esset iniustum. Quid enim tam iustum quàm ut puniatur peccator? Cum iustum sit ut puniatur peccator, pertinuit ad misericordiam ipsius non punire peccatores,sed iustificare,& de peccatore facere iustum,& de impio facere pium &c.

Deus dat nobis uitã non propter merita nostra.

In Psalmum XCIII.

Hæc est ergo disciplina Christiana. Nemo facit aliquid benè, nisi gratia ipsius. Quod facit homo malè, ipsius est hominis,quod facit benè,de benifitio dei facit, cum cœperit facere benè non sibi tribuat, cum non sibi tribuerit,gratias agat ei,à quo acceperit. Cũ autem benefacit, non insultet qui illud non facit,aut extollat se super eum,Non enim in illo finita est gratia dei, ut ad alium non perueniat &c.

Nemo benefacit, nisi gratia dei.

In vltimum Psalmum.

Nõ enim frustra mihi uidetur quinquagesimus psalmus esse de pœnitentia,centesimus de misericordia et iuditio,centesimus quinquagesimus de laude dei in sanctis eius,Sic enim ad æternam beatamq; tendimus uitam, primitus peccata nostra dãnãdo,deinde benè uiuẽdo,ut post cõdẽnatã uitã malã,gestãq; bonã,mereamur æternam.

Misericordia & pœnitentia tendimus ad uitã beatam.

Ad Valentinum Epistola.XLVI.

Creditæ diuinis eloquijs,quia et liberũ est hominis arbitrium,ex gratia dei,sine cuius adiutorio liberum arbitriũ nec cõuerti potest ad deum, nec proficere in deo. Et quod piè creditis,ut etiã sapienter intelligatis,orate. Et ad hoc ipsum enim,id est, ut sapienter intelligamus, est utiq; liberum arbitriũ. Nisi enim libero arbitrio intelligeremus atq; saperemus,non nobis præciperetur,dicente scriptura,Intelligite ergo qui insipiẽtes estis in populo,et stulti aliquãdo sapite, Eo ipso quippe quo præceptum & imperatũ est,ut intelligamus atq; sapiamus. obedientiam nostram requirit,quæ nulla potest esse sine libero arbitrio,sed si posset hoc ipsum sine adiutorio dei gratiæ fieri,per liberũ arbitriũ, ut intelligeremus atq; saperemus,nõ diceretur deo, Da mihi intellectũ, ut discam mandata tua. Neq; in euangelio scriptũ esset, Tũc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas. Nec Iacobus apostolus diceret: Si quis autem uestrum indiget sapientia,postulet à deo,qui dat omnibus affluenter,& non improperat,& dabitur ei. Potens est autem dominus,qui & uobis donet & nobis, ut de nostra pace & pia consensione,nuncijs celerrimis gaudeamus.

Sine gratia dei liberum arbitriũ nihil potest.

Psalm.93.

Psalm. 108

Lucę. 24.

Iacob. 1.

Ad Valentinum epistola.XLVII.

Boni quidem non solum secundum suæ bonæ uoluntatis merita premium consequentur,sed etiam ipsam bonam uoluntatem per dei gratiam cõsecuti sunt,ac sic impletur quod scriptum est,ira et indignatio,tribulatio et angustia,in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primũ & græci,gloria autem,& honor,& pax, omni operanti bonum,Iudæo primũ & græco.

Voluntatẽ etiam bonã a deo habemus per gratiam. Roman. 2.

Ibidem post pauca.

Legimus etiam librum beatissimi martyris Cypriani de oratione dominica, & ostendimus quemadmodũ docuerit omnia,quæ ad mores nostros pertinent,quibus rectè uiuimus à patre nostro, qui in cœlis est, esse poscenda,ne de libero præsumentes arbitrio, à diuina gratia decidamus &c.

Cyprianus martyr de libero arbitrio,nõ esse præsumendũ, docuit.

In eadem epistola.

Fides sana Catholica,neq; liberum arbitrium negat, siue in uitã malã,siue in bonam,neq; tantum ei tribuit, ut sine gratia dei ualeat aliquid,siue ut ex malo conuertatur in bonũ,siue ut in bono perseueranter proficiat, siue ut ad bonũ sempiternũ perueniat, ubi iam non timeat,ne deficiat.

Catholica fides nõ tãtum tribuit libero arbitrio, ut sine gratia dei ualeat aliquid.

Ad Hilarium Epistola.LXXXIX.

Quisquis autem hac uelut occasione cõperta,cũ audierit neminem hic arbitrio suo sine peccato uiuere, dederit se libidinibus,et criminibus uarijs se obligauerit, atq; usq; in diem suũ ultimũ perdurauerit,quaslibet inter hæc eleemosynas faciat,et infœliciter ducit uitam,et infelicius finit.Sed isti utcũq; tollerãdi sunt,quãdo dicũt uel esse uel fuisse hic aliquem,præter unũ sanctũ sanctorũ,qui nullũ omnino haberet peccatũ. Illud uero quod dicunt sufficere homini liberũ arbitriũ ad dominica præcepta implenda,etiam si dei gratia & spiritussancti dono,ad opa bona nõ adiuuetur, omnino anathematizandũ est,& omnibus execratiõibus detestandũ,Qui enim hoc asserunt,à gratia dei penitus alieni sunt,Qui ignorantes dei iustitiã,sicut de Iudæis dicit Apostolus,& suam uolentes constituere,iustitiæ dei non sunt subiecti.Plenitudo quippe legis non est,nisi charitas. Et utiq; charitas dei diffusa est in cordibus nostris,non per nos ipsos, nec uiribus propriæ uolũtatis,sed per spiritumsanctum qui datus est nobis.Valet itaq; liberũ arbitriũ ad opera bona,si diuinitus adiuuetur,quod fit humiliter petendo & faciendo. Desertũ uero diuino adiutorio,qualibet scientia legis excellat, nullo modo habebit iustitiæ solidita tẽ,sed inflationẽ impiæ superbiæ,& exitiosum tumorẽ,

Doctrina quæ per liberum arbitrium dominica implere præcepta posse adferit, anathematizanda. Roman.10 Roman.13 Roma. 5.

Ad Paulinum epistola. CVI.

Cũ uero p liberũ arbitriũ primi hoïs in cõdẽnationẽ uniuersa defluxerit natura, pculdubio q; ex ea fiũtuasa in honorẽ,nõ ipsius iustitiæ,quæ gratiã nulla præcessit,sed dei misericordiæ,qd' uero in cõumeliã,nõ iniqtati dei, quæ absit,ut sit

Quod salvamur misericordiæ dei, quod damnantur quidam, iuditio dei adscribendū.

abſit, ut ſit apud deum, ſed iuditio deputandum eſt, hoc quiſquis cum eccleſia ſapit, nō contra gratiam pro meritis diſputat, ſed miſericordiam & iuditium dño cantat, ut nec miſericordia recuſet ingratus, nec iuditium accuſet inuitus. Secundum propoſitum enim occultiſſimæ iuſtitiæ bonitatis ſuæ, deus quos prædeſtinauit, illos & uocauit, & quos uocauit, ipſos & iuſtificauit, quos autem iuſtificauit, illos & glorificauit. Prædeſtinatio noſtra non in nobis facta eſt, ſed in occulto apud ipſum in eius præſentia. Tria uero reliqua in nobis fiunt, uocatio, uſtificatio, & glorificatio. Vocamur prædicatione pœnitentiæ. Sic enim cœpit dominus euangelizare: Agite pœnitentiam, appropinquauit enim regnum cœlorum. Iuſtificamur in uocatione miſericordiæ, & timore iuditij. Hinc eſt quod dicitur, Deus in nomine tuo ſaluum me fac, & in uirtute tua iudica me, non timet iudicari, qui impetrauerit ante ſaluari. Vocati renunciamus diabolo per pœnitentiam, ne ſub iugo eius remaneamus. Iuſtificati ſanamur per miſericordiam, ne iuditium timeamus, Glorificati tranſimus in uitam æternam, ubi deum ſine fine laudamus &c.

Sapienti. 8

Roman. 8.

Mathei. 6.

Pſalm. 53.

DE SACRAMENTO CORPORIS ET SANGVInis domini.

Libro III. De conſenſu Euangeliſtarum. Cap. I.

Hinc igitur incipiamus ſecundum Matthæum. Cœnantibus autē eis, accepit Iēſus panem, & benedixit, ac fregit, deditq; diſcipulis ſuis, ait: Accipite et cōmedite, hoc eſt corpus meum, Hæc & Marcus Lucasq; cōmemorant. Quod enim Lucas de calice bis cōmemorauit, priusquā panem daret, deinde poſteaquàm panē dedit, illud quod ſuperius dixit, præoccupauit ut ſolet, Illud uero quod ordine ſuo poſuit, non cōmemorauerat ſuperius, Vtrumq; autem coniunctum, hanc ſententiam facit, quæ & illorum eſt. IOANNES AVTEM DE CORPORE ET SANGVINE DOMINI, HOC LOCO NIHIL DICIT. Sed plane alibi multo uberius hinc dominum locutum eſſe teſtatur.

Math. 26.

Mar. 14.

Luce. 22.

Concordāntia euangeliſtarum circa cœnæ inſtitutionem.

In Pſalmum. X.

Auguſtinus Iudam, primam Chriſto euchariſtiam acceptiſſe, hic dicit.

Chriſtus traditorem ſuum tanta patientia pertulit, ut ei primam euchariſtiam cōfectam manibus ſuis, & ore ſuo cōmendatam, ſicut cæteris Apoſtolis traderet.

In Pſalmum. XCVIII.

Iohan. 6. De ſpirituali manducatione fidei, quæ ſine pane & uino fieri poteſt.

Spiritus eſt qui uiuificat, caro non prodeſt quicquā, Quando hoc dominus cōmendauit, & de carne ſua locutus erat, & dixerat, Niſi quis manducauerit carnem meā, non habebit in ſe uitam æternam, Scandalizati ſunt quidam diſcipuli eius, ſeptuaginta fermē, & dixerunt, Durus eſt hic ſermo, quis poteſt hoc intelligere. Et receſſerunt ab eo, & amplius cum eo non ambulauerunt, durum illis uiſum eſt, quod ait, Niſi quis māducauerit carnem meam, non habebit uitam æternam, acceperunt illud ſtulte, carnaliter illud cogitauerunt, & putauerunt, quòd præciſurus eſſet illis dominus particulas de corpore ſuo, et daturus illis, Et dixerunt, Durus eſt hic ſermo, Ipſi erant duri, non ſermo. Etenim ſi duri non eſſent, ſed mites eſſent, dicerent ſibi: Non ſine cauſa dicit hoc, niſi quia eſt ibi aliquod ſacramentum latens, Manerent cum illo lenes, non duri, & diſcerent ab illo quod illis diſcedentibus, & qui remanſerunt didicerunt. Nam cum remanſiſſent cū illo diſcipuli duodecim, illis recedentibus, ſuggeſſerunt illi tanq; dolētes illorū mortem, quod ſcandalizati ſunt in uerbo eius, & receſſerunt. Ille autem inſtruxit eos, et ait illis, Spiritus eſt qui uiuificat, caro nō prodeſt quicq;, uerba quæ locutus ſum uobis, ſpiritus & uita ſunt, Spiritaliter intelligite, quod locutus ſum: Non hoc corpus, quod uidetis, manducaturi eſtis, & bibituri illū ſanguinem, quem fuſuri ſunt, qui me crucifigent, Sacramentum uobis aliquod cōmendaui, ſpiritualiter intellectum, uiuificabit uos. Et ſi neceſſe eſt illud uiſibiliter celebrari, oportet tamen illud inuiſibiliter intelligi.

Cœna & illa uiſibiliter agitur, inuiſibiliter tñ intelligitur.

In Pſalmum. XXXIII.

Manibus aliorū poteſt portari homo, manibus ſuis nemo portatur, ferebatur autem Chriſtus in manibus ſuis qñ cōmendās ipſum corpus ſuū, ait: Hoc eſt corpus meum, ferebat enim illud corpus in manibus ſuis. Eadē dicit in ſermone ſecundo ſuper eundem pſalmum.

Chriſtus portauit corpus ſuū in manibus ſuis.

Ad Iulianum epiſtola. CXI.

Vnusquiſq; antēq; corpus et ſanguinem domini noſtri Iēſu Chriſti accipiat, ſe ipſum probet, & ſecundum apoſtoli præceptū, ſic de pane illo edat, et de calice bibat, Quia qui indigne manducat corpus et ſanguinē domini, iuditium ſibi manducat & bibit, non dijudicās corpus domini. Quando enim eum accipere debemus, antea ad confeſſionē & pœnitentiam recurrere debemus, & omnes actus noſtros curioſius diſcutere, & peccata obnoxia, ſi in nobis ſenſerimus, citò feſtinemus per confeſſionē & uerā pœnitentiā abluere, ne cū Iuda proditore diabolum intra nos cælantes pereamus, protrahentes & cælantes peccatū noſtrū de die in diem, & ſi quid mali aut neq; cogitauimus, de eo pœnitentiam agamus, et uelociter illud de corde noſtro eradere feſtinemus.

Homo ante ſuſceptionē Euchariſtiæ ſe probare debet.

Ad Paulinum Epiſtola. LIX.

Vouentur omnia, quæ offeruntur deo, maximè ſancti altaris oblatio, quo ſacramento prædicatur noſtrum aliud uotū maximum, quo nos nouimus in Chriſto eſſe manſuros, utiq; in cōpage corpis Chriſti, cuius rei ſacramentum eſt, quòd unus panis, unū corpus multi ſumus. Ideo in huius ſanctificatione & diſtributionis præparatiōe, exiſtimo Apoſtolū iuſſiſſe, ppriè fieri προσεύχας id eſt orationes (uel ut nonnulli minus periti interpretati ſunt) adoratiōes, hoc eſt enim ad uotū, qd' uſitatius in ſcripturis nuncupatur εὐχή. Interpellationes autem, ſiue, ut ueſtri codices habēt, poſtulationes, fiunt cū populus benedicitur, Tūc enim antiſtites uelut aduocati ſuſceptos ſuos, manus impoſitionē miſericordiſſimæ offerunt

Quare Auguſtinus & veteres fere omnes, cœnam dominicam altaris oblationem nominauerint, ibi rationē habes. 1. Corin. 10

ferũt poteſtati. Quibus peractis & participato tanto ſancto ſacramento, gratiarum actio cuncta concludit, quam in his etiã uerbis ultimam cõmendauit apoſtolus.

In euangelium Ioannis tracta. L.

Ioannis 12

Pauperes ſemp habebitis uobiſcũ, me autẽ nõ ſemper habebitis. Quid eſt enim non ſemp, & quid eſt ſemp? Si bonus es, ſi ad corpus Chriſti ptines, quod ſignificat Petrus, habes Chriſtum & in præſenti & in futuro. In præſenti p fidem, in præſenti p ſignũ Chriſti, in præſenti per baptiſmatis ſacramentũ, in præſenti per altaris cibũ & potũ. Habes Chriſtũ in præſenti, ſed habetis ſemp, quia cum hinc exieris, ad illũ uenies, qui dixit latroni. Hodie mecum eris in paradiſo. Si autem male uerſaris, uideris habere in præſenti Chriſtũ, quia intras eccleſiã, ſignaris ſigno Chriſti, baptiſaris baptiſmo Chriſti, Miſces te membris Chriſti, accedis ad altare Chriſti, in præſenti habebis Chriſtum, ſed male uiuendo non ſemper habebis. Poteſt & ſic intelligi, Pauperres ſemper habebitis uobiſcum, me autem non ſemper habebitis. Accipiant & hoc boni, Sed non ſine ſolliciti, loquebatur enim de præſentia corporis ſui. Nam ſecundum maieſtatem ſuam, ſecundum prouidentiam, ſecundum ineffabilem & uiſibilem gratiam, impletur quod ab eo dictum eſt, Ecce uobiſcum ſum omnibus diebus uſq; ad conſumationem ſæculi, ſecundum carnem uero, quam uerbum aſſumpſit, ſecundum id quod de uirgine natus eſt, ſecũdum id quod à Iudæis compræhenſus eſt, quòd ligno confixus, quòd de cruce depoſitus, quòd linteis inuolutus, quòd in ſepulchro conditus, quòd in reſurrectione manifeſtatus, non ſemper habebitis me uobiſcum. Quare? Quoniam conuerſatus eſt ſecundum corporis præſentiam quadraginta diebus cum diſcipulis ſuis, & eis deducentibus uidendo, non ſequendo adſcendit in cœlum, et non eſt hic, Ibi enim ſedet ad dexteram patris, & hic eſt. Non enim receſſit præſentia maieſtatis, aliter ſecundum præſentiam maieſtatis ſemper habemus Chriſtum, ſecundũ præſentiam carnis, recte dictum eſt diſcipulis. Me autem nõ ſemper habebitis. Habuit enim illum eccleſia, ſecundum præſentiam carnis paucis diebus, modo fide tenet, oculis non uidet &c.

Ad corpus Chriſti pertinentes, habent Chriſtũ in præſenti perfidem.

Luce 23

Mathei. 28

Ad Bonifatium Epiſtola. XXIII.

Si enim ſacramenta quandam ſimilitudinem earum rerum, quarum ſacramenta ſunt non haberent, omnino ſacramenta non eſſent. Ex hac autem ſimilitudine plerumq; etiam ipſarum rerum nomina accipiunt, Sicut ergo ſecundum quendam modum ſacramentum corporis Chriſti, corpus Chriſti eſt, Sacramentum ſanguinis Chriſti, ſanguinis Chriſti eſt, ita ſacramentum fidei fides eſt, Nihil eſt autem aliud credere, quàm fidem habere &c.

Secundum quendam, modum, ſacramentum corporis Chriſti, corpus Chriſti eſt.

De Trinitate. Libro. III. Cap. IIII.

Illud corpus & ſanguinem Chriſti dicimus, quod ex fructibus terræ acceptum, & prece myſtica conſecratum, rite ſumimus ad ſalutem ſpiritualem in, memoriam pro nobis dominicæ paſſionis.

In ſermone ad infantes ad altare de ſacramento.

Hoc quod uidetis in altari dei, etiam tranſacta nocte uidiſtis, ſed quid eſſet, quid ſibi uelit, quàm magnæ rei ſacramentum contineret, nondum audiſtis. Quod ergo uidiſtis, panis eſt & calix, quod uobis etiam oculi ueſtri renũciant. Quod autem fides ueſtra poſtulat inſtruenda, panis eſt corpus Chriſti, calix eſt ſanguis, Breuiter quidem hoc dictum eſt, quod fidei fortaſſe ſufficiat, ſed fides inſtructionem deſiderat, dicit enim propheta. Niſi enim credideritis, non intelligetis. Poteſtis ergo modo dicere mihi, præcepiſti ut credamus, expone ut intelligamus. Poteſt enim in animo cuiuſpiã cogitatio talis oboriri, Dominus noſter Ieſus Chriſtus, nouimus unde acceperit carnem de uirgine Maria, infans lactatus eſt, nutritus eſt, creuit, ad iuuenilẽ ætatem perductus eſt, à Iudæis perſecutionem paſſus eſt, ligno ſuſpenſus eſt, in ligno interfectus eſt, ſepultus eſt, tertio die reſurrexit, Quo die uoluit, in cœlum adſcendit, Illuc leuauit corpus ſuum, unde eſt uenturus, ut iudicet uiuos & mortuos, Ibi eſt modo, ſedens ad dexteram patris, Quomodo eſt ergo panis corpus eius? Et calix, uel quod habet calix, quomodo eſt ſanguis eius? Iſta fratres ideo dicũtur ſacramenta, quia in eis aliud uidetur, aliud intelligitur. Quod uidetur ſpeciem habet corporalem. Quod intelligitur fructum habet ſpiritalem, Corpus ergo Chriſti ſi uis intelligere, Apoſtolum audi dicentem fidelibus, Vos eſtis corpus Chriſti & membra, Si ergo uos eſtis corpus Chriſti & membra, myſterium ueſtrum in menſa poſitum eſt, myſterium dei accipitis, Ad id quod eſtis, amen reſpondetis, & reſpondendo ſubſcribitis. Audis ergo corpus Chriſti, & reſpondes amen. Eſto membrũ corporis Chriſti, ut uerum ſit amen tuum. Quare ergo in pane? Nihil hic de noſtro adferamus, Ipſum apoſtolum item audiamus, cum ergo de iſto ſacramento loqueretur, ait, Vnus panis, unum corpus multi ſumus. Intelligite & gaudete, unitas, pietas, ueritas, charitas, unus panis, unum corpus multi. Recolite quia panis non fit de uno grano, ſed de multis. Quãdo exorcizabamini, quaſi molebamini, quando baptizati eſtis, quaſi conſperſi eſtis. Quando ſpiritus ſanctificationem accepiſtis, quaſi cocti eſtis, Eſtote quod uidetis, et accipite quod eſtis, Hoc Apoſtolus de pane dixit. Iam de calice quid intelligeremus, etiam nõ dictum ſatis oſtendit, ſicut enim ut ſit ſpecies uiſibilis panis, multa grana in unum conſpergũntur, tanq illud fiat, quod de fidelibus ait ſcriptura ſancta Erat illis anima una, & cor unum in deum, ſic & de uino fratres recolite, unde fit uinum, grana multa dependẽt ad botrum, ſed liquor granorum in unitatem confunditur. Ita dominus noſter Ieſus Chriſtus nos ſignificauit, nos ad ſe pertinere uoluit, myſterium pacis & unitatis noſtræ in ſua menſa conſecrauit. Qui accipit myſterium unitatis, et non ſeruat uinculum pacis, nõ myſterium

Panis quo modo dicatur corpus Chriſti, & calix ſanguis eius.

Esaie. 7

1. Corin. 10

1. Corin. 10

Act. 4

sterium accipit pro se, sed testimonium contra se. Nulli est aliquatenus ambigendum, tunc unumquemq; fideliũ corpis sanguinisq; dominici participẽ fieri, quãdo in baptismate membrũ Christi efficitur, nec alienari ab illius panis calicisq; consortio, etiam si antequam panem illum cõmedat, & calicem bibat, & de hoc sæculo in unitate corporis Christi constitutus abscedat &c.

Sermone. XXVIII. Cœnæ.

Dominus cor discipuli nequiter induratum, ad dilectionem sacramenti dulciter inuitauit, dicens sibi post Petrum & cæteris, Accipite, & comedite, hoc est corpus meum.

In Ioannem super locum, Fur erat &c.

De uno pane & Petrus & Iudas accepit, & tamen quæ pars fideli cum infideli. Petrus enim accepit ad uitam, Iudas ad mortem, qui enim manducat indigne, reus erit &c.

In Psalmum. XXXIX.

De mystico Christi corpore.

Cum datum est quod promissum est, ablata sunt uerba promissiua, data sunt completiua. Sacrifitia ergo illa, tanq; uerba promissiua ablata sunt. Quid est ergo quod datum est completiuum? Corpus autẽ quod nostis, quod non omnes nostis, quod utinam qui nostis omnes, non ad iuditium noueritis. Sacrifitium, inquit, & oblationẽ noluisti. Quid ergo, nos iam hoc tẽpore sine sacrifitio dimissi sumus? Absit. Corpus autem perfecisti mihi. Ideo illa noluisti ut hoc perficeres, perfectio promissorum absulit uerba promittentia. Hoc promittebatur quibusdã signis, ablata sunt signa promittentia, quia exhibita est ueritas promissa. In hoc corpore sumus, huius corporis participes sumus, quod accipimus, nouimus, & qui non nostis, noueritis, & cum didiceritis, non ad iuditium acipiatis. Qui enim manducat & bibit indigne, iuditium sibi manducat & bibit, perfectum est nobis corpus, perficiamur in corpore.

Psalm. 39 Hebræ. 10.

1. Cor. 11.

Super Ioan. Tract. XXVI.

Iohan. 6 Quid sit manducare carnem, & bibere sanguinẽ Christi.

Qui manducat carnem meam, & bibit sanguinẽ meum, in me manet, & ego in illo: hoc est ergo manducare, illam escam, & illum bibere potũ, in Christo manere, & illum manentem in se habere. Ac per hoc qui non manet in Christo, & in quo non manet Christus, proculdubio nec manducat spiritaliter carnem eius, nec bibit eius sanguinem, licet carnaliter et uisibiliter premat dentibus sacramentum corporis & sanguinis Christi, sed magis tantæ rei sacramentum, ad iuditium sibi manducat & bibit, qa immundus præsumpsit ad Christi accedere sacramenta, quæ aliquis non digne sumit, nisi qui mundus est, de quibus dicitur: Beati mundo corde, quoniã ipsi deũ uidebũt.

Matt. 5

Ibidem.

Non enim filius, participatione patris, fit melior, qui est natus æqualis, sicut participatione filij, per unitatem corporis eius & sanguinis, quod illa manducatio potatioq; significat, nos efficimur meliores.

Ibidem.

Vt autem quisq; uiuat propter me, participatio facit qua manducat me.

Eodem Tractatu.

Aliud est sacramentũ, aliud uirtus sacramenti. 1. Corin. 11.

Nam & nos hodie accepimus uisibilem cibũ, sed aliud est sacramentũ, aliud est uirtus sacramenti. Quãmulti de altari accipiunt & moriuntur, & accipiendo moriũtur, unde dicit Apostolus: Iuditium sibi manducat & bibit. Non enim dominica buccella uenenum fuit Iudæ, & tamẽ accepit, & cum accepit, in eum inimicus intrauit, non quia malum accepit, sed quia bonum malè malus accepit. Videte ergo fratres, panẽ cœlestem spiritaliter mãducate, innocentiã ad altare apportate, peccata & si sunt quotidiana, uel non sint mortifera, antẽq; ad altare accedatis, attendite quod dicatis: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Si dimittis, dimittitur tibi. Securus accede, panis non uenenum est, sed uide si dimittis, nam si non dimittis, mentiris, & ei mentiris, quem non fallis: Mentiri deo potes, deum fallere nõ potes. Nouit ille quid agat, intus te uidet, intus te examinat, intus inspicit, intus iudicat, intus aut damnat, aut coronat.

Matth. 6

Ibidem.

Et omnes eundem potum spiritalem biberunt, aliud illi, aliud nos, sed specie uisibili quidem, tamen hoc idẽ significante uirtute spiritali.

1. Corin. 10

Eodem.

Hic est ergo panis, qui de cœlo descendit, ut si quis manducauerit ex ipso, non moriatur, sed qui pertinet ad uirtutem sacramenti, non qui pertinet ad uisibile sacramẽtum, qui manducat intus, non foris, qui manducat in corde, non qui premit dente.

Eodem.

Vnus panis, inquit, unum corpus multi sumus. O sacramentum pietatis, ó signum unitatis, ó uinculum charitatis: Qui uult uiuere, habet ubi uiuat, habet unde uiuat, accedat, credat, incorporetur ut uiuificetur, nõ abhorreat à compage membrorum, quod resecari mereatur, non sit distortum, de quo erubescatur &c.

1. Corin. 10

Ibidem.

Huius rei sacramentũ, id est, unitatis corporis & sanguinis Christi, alicubi quottidie, alicubi certis interuallis dierum in dominica mensa præparatur, & de mensa dominica sumitur, quibusdam ad uitam, quibusdam ad exitium, res uero ipsa, cuius & sacramentum est, omni hoi ad uitam, nulli ad exitiũ, quicunq; eius particeps fuerit.

Ibidem.

Quare sub pane & uino corpꝰ et sanguinẽ suum Christus nobis commẽdauerit.

Proptered quippe, sicut etiam ante nos hoc intellexerunt homies dei, dñs noster Iesus Christus, corpus et sanguinẽ suũ in eis rebus cõmendauit, quæ ad unum aliqd redigũtur ex multis: Nãq; aliud in unũ ex multis granis cõficitur & cõstat, aliud in unũ ex multis acinis cõfluit.

Tract. XXVII.

Qui manducat carnem meã, & bibit sanguinẽ meũ,

in me manet, & ego in illo: Signum, quia manducauit et bibit, hoc est, si manet & manetur, si habitat & inhabitatur, si hæret non deseratur. Hoc ergo nos docuit & admouit mysticis uerbis, ut simus in eius corpore, sub ipso capite in mẽbris eius, edentes carnem eius, non relinquẽtes unitatem eius, sed qui aderant plures non intelligendo scandalizati sunt, non enim cogitabant hæc audiendo, nisi carnem, quod ipsi erant. Apostolus autẽ dicit, & uerum dicit: Sapere secundum carnem, mors est: Carnem dat nobis dominus suam manducare, & sapere secundũ carnem, mors est, cum de carne sua dicat, quia ibi est uita æterna, ergo nec carnẽ debemus sapere, secundũ carnẽ.

Carnem nõ debemus sapere secundum carnẽ.

Roman. 8

Ibidem.

Si ergo uideritis filium hominis adscendentẽ, ubi erat prius. Quid est hoc? Hinc soluit illud quod non nouerant, hinc aperuit unde fuerant scandalizati, hinc planè si intelligerent. Illi enim putabant eum erogaturum corpus suum, ille autem dixit se adscensurum in cœlum, utiq; integrum, Cum uideritis filium hominis adscendentem ubi erat prius, certè uel tunc uidebitis, quia non eo modo, quo putatis, erogat corpus suum, certe uel tũc intelligetis, quia gratia eius non consumitur morsibus.

Ioh. 6

Gratia dei non consumitur morsibus.

Ibidem.

Caro non prodest quicquam, sed quomodo illi intellexerunt, carnem quippe sic intellexerunt, quomodo in cadauere dilaniatur, aut in macello uenditur, non quomodo spiritu uegetatur, proinde sic dictum est, Caro non prodest quicquam, quomodo dictum est, scientia inflat, iam ergo debemus odisse scientiam? Absit, Et quid est, scientia inflat? sola sine charitate, ideo adiũxit, charitas uero ædificat. Adde ergo scientiæ charitatem, & utilis erit sciẽtia, non per se, sed per charitatem. Sic etiam nunc caro non ꝓdest quicq̃, sed sola caro. Accedat spiritus ad carnẽ, quomodo accedit charitas ad scientiã, & ꝓdest plurimũ, nã si caro nil prodesset, uerbũ caro nõ fieret, ut inhabitaret in nobis.

Iohan. 6

1. Cor. 8 Caro nõ ꝓdest quicq̃, quomodo intelligẽdũ.

Ibidem.

Hoc ergo totũ ad hoc nobis ualeat, dilectissimi, ut carnem Christi, & sanguinem Christi non edamus tantũ in sacramento, quod & multi mali, sed usq; ad spiritus participationẽ manducemus & bibamus, ut in domini corpore tanq̃ mẽbra maneamus, ut eius spiritu uegetemur, & non scandalizemur, etiam si multi modo nobiscum manducant & bibunt tẽporaliter sacramenta, qui habebunt in fine æterna tormenta. Eodem. Modo enim corpus Christi mixtũ est tanq̃ area, sed nouit dominus qui sunt eius.

Mali edunt corpꝰ Christi, & bibũt sanguinem Christi in iudicium.

2. Timo. 2

Tract. LIX. in Ioan.

Apostoli manducabant panem domini, Iudas uero panẽ dñi contra dominum: Illi uitã, ille pœnam. Qui enim mãducat indignè, ut Apostolus ait, iuditiũ sibi mãducat.

De Ecclesiasticis dogmatibus.

Cap. LIII.

Quotidiæ eucharistiæ cõmunionẽ percipere nec laudo nec repræhẽdo. Oĩbus tamen dominicis diebus cõmunicãdũ suadeo, & hortor, si tamẽ mẽs sine affectu peccãdi sit: Nã habẽtẽ adhuc uolũtatẽ peccãdi, grauari magis dico eucharistiæ ꝓceptione, q̃ purificari, & ideo q̃is qs peccato mordeatur, peccãdi nõ habeat de cætero uolũtatẽ, & cõmunicaturus satisfaciat lachrymis, & oratiõibus, et cõfidẽs de dñi miseratiõe, q peccata piæ cõfessiõi donare cõsueuit, accedat ad eucharistiã ĩtrepidus et securus, sed hoc de illo dico, quẽ capitalia & mortalia peccata nõ grauant. Nã quẽ mortalia crimina, post baptismum cõmissa, premunt, hortor prius publica pœnitentia satisfacere, & ita sacerdotis iuditio reconciliatum cõmunioni sociari, si uult non ad iuditium & cõdemnatiõem sui eucharistiã percipere: Sed & secreta satisfactiõe solui mortalia crimina non negamus, sed mutato prius sæculari habitu, & cõfesso religiõis studio, per uitæ correctiõem, & iugẽ imò ꝓpetuo luctu miserãte deo, ita duntaxat, ut cõtraria ꝓ his, quæ pœnitet, agat, & eucharistiã oĩbus dominicis diebus supplex & submissus, usq; ad mortem percipiat.

Omnibus dominicis diebus communicãdũ, si mens sine affectu peccandi.

Sceleratí publica pœnitentia satisfacere debent.

Cap. LXXIIII.

Ille nẽpe baptizatus cõmunicat eucharistiæ in cõmemoratiõe mortis domini: Hic Catechuminus ipsi Christo commoritur.

Cap. LXXV.

In eucharistia non debet pura aqua offerri, ut quidam sobrietatis fallũtur imagine, sed uinum cum aqua mixtũ, quia & uinum fuit in redemptiõis nostræ mysterio, cum dixit, Non bibã amodò de hoc genimine uitis, et aqua mixtum, non quod post cœnam dabatur, sed quod de latere eius lancea pfosso, aqua cum sanguine egressa, uinũ de uera eius carnis uite, cum aqua expressum ostenditur.

Vinũ quare cũ aqua misceatur.

Ad inquisitiones Ianuarij.

Cap. I.

Primo itaq; tenere tẽ uolo, quod est huius disputationis caput, dominum nostrũ Iẽsum Christum, sicut ipse in Euangelio loqtur, leni iugo suo nos subdidisse, et sarcinæ leui. Vnde sacramentis numero paucissimis, obseruatione facillimis, significatiõe præstantissimis, societatem noui populi colligauit, sicuti est baptismus trinitatis nomine consecratus, cõmunicatio corporis & sanguinis ipsius, & si q̃d aliud in scripturis canonicis cõmẽdatur, exceptis his, quæ seruitutem populi ueteris, pro congruentia cordis illorum, & prophetici temporis onerabant, quæ et in q̃q; libris Moysi leguntur &c.

Matth. 11 Sacramẽta sunt numero pauciss̃ima.

Cap. II

Alia uero quæ ꝓ loca terrarum regionesq; uariãtur, sicuti est, quod alij ieiunant sabbato, alij uero nõ, alij quoti die cõmunicant corpori & sanguini dominico, alij certis diebus accipiũt, alibi nullus dies intermittitur, quo nõ offeratur, alibi sabbato tantum & dominico, alibi tantũ dominico, & si q̃d aliud huiusmodi animaduerti potest, totum hoc genus rerum liberas habet obseruatiões: Nec disciplina ulla est in his melior, graui prudentiq; Christiano, quàm ut eo modo agat, quo agere uiderit ecclesiã, ad

Quod contra fidem et bonos mores non est, indifferẽter habendũ est

quamcunq;

quamcunq; forte deuenerit. Quod enim neq; contra fidē, neq; contra bonos mores iniungitur, indifferēter est habēdū, & p eorū, inter quos uiuitur, societate seruandū est.

Cap. III.

Dixerit aliquis, non quotidie accipiendam eucharistiam. Qu esieris quare? Quoniam, inquit, eligendi sunt dies, quibus purius homo continentiusq; uiuit, quo ad tantum sacramentum dignus accedat. Qui enim manducauerit indignè, iuditium sibi manducat & bibit. Alius contra: Imò, inquit, si tanta est plaga peccati atq; impetus morbi, ut medicamenta talia differenda sint, auctoritate antistitis, debet quisq; ab altario remoueri ad agendā pœnitentiam, & eadē auctoritate reconciliari. Hoc est enim indignè accipere, si eo tempore accipiat, quo debet agere pœnitentiam, non ut arbitrio suo, cum libet, uel auferat se communioni, uel reddat. Cæterum si peccata tanta nō sunt, ut excommunicandus quisq; homo iudicetur, non se debet à quotidiana medicina dominici corporis separare. Rectius inter eos fortasse quispiam dirimit litem, qui monet, ut præcipuè in Christi pace permaneant. Faciat autem unusquisq;, quod secundum fidem suam piè credit esse faciendum. Neuter enim eorum exhonorat corpus & sanguinem domini, si saluberrimum sacramentū certatim honorare contendunt. Neq; enim litigauerunt inter se, aut quisquam eorū se alteri præposuit, Zachæus & ille Centurio, cum alter eorum gaudens, in domum suam susceperit dominum. Alter dixit, non sum dignus ut intres sub tectum meum. Ambo saluatorem honorificantes, diuerso & quasi contrario modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Valet etiam ad hanc similitudinem, quod in primo populo unicuiq; Manna, secundum propriam uoluntatem in ore sapiebat, sic in ore cuiusq; Christiani sacramentum illud, quo subiugatus æstimandus: Nam et ille honorando nō audet quotid ie sumere, & ille honorando non audet ullo die prætermittere. Contemptum solum non uult cibus ille, sicut Manna fastidium. Inde enim & Apostolus indignè dicit acceptum ab eis, qui non discernebant à cæteris cibis, uenerationē singulariter debita. Continuo quippe cum dixisset: Iuditium sibi manducat et bibit, addidit, ut diceret: Non dijudicans corpus domini, quod satis toto ipso loco in Epistola ad Cor. 1. si diligenter attendatur, apparet.

Quid sit indigne accipere corpꝰ Christi,

Luc. 19

Matth. 8

1. Corin. 11

Cap. VI.

Liquido apparet, quando primum acceperunt discipuli corpus & sanguinem dñi, nō eos accepisse ieiunos, nūquid tamen propterea calumniandum est uniuersæ ecclesiæ, quod à ieiunis semper accipitur? Ex hoc enim placuit spiritussancto, ut in honore tanti sacramenti, IN OS CHRISTIANI prius dominicū corpus intraret q̄ ex teri cibi. Nā ideo per uniuersum orbē mos iste seruatur. Neq; enim quia post cibos dedit dñs, propterea prāsi aut cœnati fratres ad illud sacramentum accipiendum cōuenire debent, aut sicut faciebant, quos Apostolus arguit et emendat, mensis suis ista miscere: Nanq; saluator quo uehementius commendaret mysterij illius altitudinē, ultimū hoc uoluit cordibus & memoriæ discipulorum infigere, à quibus ad passionem digressurus erat. Et ideo non præcepit, quo deinceps ordine sumeretur, ut Apostolis, per quos ecclesias dispositurus erat, seruaret hunc locū: Nam si hoc ille monuisset, ut post cibos alios semper acciperetur, credo quod eum morem nemo uariasset. Cum uero ait Apostolus de hoc sacramento, loquens: Propter quod, fratres, cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate, si quis esurit domi manducet, ut nō ad iuditium cōueniatis, statum subtexuit: Cætera autem cum uenero, ordinabo, unde intelligi datur, quia multū erat, ut in Epistola totum illum agendi ordinem insinuaret, quem uniuersa per orbem seruat ecclesia, ab ipso ordinatum esse, quod nulla morum diuersitate uariatur.

Nō propterea uniuersæ ecclesiæ calumniandum, quod a ieiunis corpꝰ Christi sumitur.

1. Corin. 11

In Psalm. III.

In historia noui Testamenti ipsa dñi nostri Iēsu Christi, tanta & tam mirāda fuit patientia, q. Iudam tamdiu pertulit tanq̄ bonum, cum eius cogitationes non ignorauit, cum adhibuit ad conuiuium, in quo corporis & sanguinis sui figuram discipulis commendauit, & tradidit.

De ciuit. dei. Lib. XVII. Cap. XX.

Sacrifitium & oblationem noluisti, corpus autem perfecisti mihi, quia pro illis oībus sacrifitijs et oblationibus corpus eius offertur, & participantibus ministratur.

Psalm. 39

Lib. XXII. Cap. VIII.

Vir Tribunitius Hesperius, qui apud nos est, habet in territorio Fussalensi fundum zubedi appellatū, ubi cum afflictione animalium, & seruorū suorum, domum suam spirituum malignorum uim noxiam perpeti cōperisset, rogauit nostros me absente presbyteros, ut aliquis eorū illò pergeret, cuius orationibus cederent, perrexit unus, obtulit ibi sacrifitium corporis Christi, orans quantū potuit, ut cessaret illa uexatio, deoq; protinus miserante, cessauit &c.

Historia

Ex Lib. LXXXIII. Quæstionum. Cap. LXI.

Ita dominus noster Iēsus Christus ostenditur rex noster. Ipse est etiam sacerdos noster in æternum secundum ordinem Melchisedech, qui se ipsum obtulit holocaustū pro peccatis nostris, & eius sacrifitij similitudinem celebrandam, in suæ passionis memoriam commendauit, ut illud quod Melchisedech obtulit deo, iam per totum orbē terrarum Christi in ecclesia, uideamus offerri.

In commemorationē passionis Christi cœna domini peragenda.

In libro contra Adimantum. Cap. XVII.

Nonne Apostolus Paulus Christianis fidelibus loquebatur, cum diceret: Probet autem seipsum homo, & sic de pane illo edat, & de calice bibat? Qui enim manducat & bibit indignè, iuditium sibi manducat & bibit, nō dijudicans corpus domini: Propterea in uobis multi infirmi & ægri, & dormiunt multi, si autem nosipsos dijudicaremus, non utiq; dijudicaremur: dum iudicamur autē, à domino corripimur, ne cum hoc mundo damnemur. 1. Corin. 11

Apud Corinthios qs correxerat deus mortibus temporalibus non damnauit.

Ecce manifestum est deum cum dilectione corrigere, non solum infirmitatibus & ægritudinibus, sed etiam mortibus temporalibus eos, quos non uult damnare cum hoc mundo.

Cap. XII.

Nam ex eo quod scriptum est Deut. 12. Sanguinẽ pecoris animam eius esse, præter id quod supra dixi, nõ ad me pertinere quid agatur de pecoris anima, possum etiam interpretari præceptum illud in signo esse positum, non enim dominus dubitauit dicere: Hoc est corpus meum, cũ signum daret corporis sui.

Matth. 26

Ex lib. de fide ad Petrum diaconum, Cap. XVIII.

Sacrifitia veteris Testamenti figuræ fuerunt sacrifitij, quod p nobis Christum obtulisse credimus.

Firmißimè tene & nullatenus dubites, ipsum unigenitum deum, uerbum carnem factum, se pro nobis obtulisse sacrifitiũ & hostiã deo in odorẽ suauitatis, cui cũ patre et spiritusancto à Patriarchis, Prophetis & sacerdotibus, tẽpore ueteris testamẽti, animalia sacrificabãtur, et cui nũc, id est, tempore noui Testamenti, cum patre & spiritusancto, cum quibus illi est una diuinitas, sacrifitium panis & uini in fide et charitate, sanctа ecclesia catholica per uniuersum orbem terræ offerre non cessat: In illis enim carnalibus uictimis figuratio fuit carnis Christi, quam p peccatis nostris, ipse sine peccato, fuerat oblaturus, & sanguinis, quem erat effusurus in remißionẽ peccatorũ nostrorum. In isto autem sacrifitio gratiarum actio atq; commoratio est carnis Christi, quã pro nobis obtulit, & sanguinis, quem pro nobis idem deus effudit, de quo beatus Paulus dicit in actibus Apostolorum: Attendite uobis & uniuerso gregi, in quo uos spiritussanctus posuit episcopos, regere ecclesiam dei, quam acquisiuit sanguine suo. In illis ergo sacrifitijs, quid nobis esset donandum, figuratè significabatur: In hoc autem sacrifitio quid nobis iã donatum sit, euidenter ostenditur. In illis enim sacrifitijs prænunciabatur filius dei pro impijs occidendus: In hoc autem pro impijs annunciatur occisus, testante Apostolo: Quia Christus, cum adhuc infirmi essemus secundum tẽpus, pro impijs mortuus est, & quia cũ inimici essemus, reconciliati sumus deo, per mortem filij eius.

Acto. 20

Roma. 5

Libro. XXII. de ciuitate dei. Cap. X.

Denicq; gentiles talibus dijs suis & templa ædificauerunt, & statuerunt aras, & sacerdotes instituerunt, et sacrifitia fecerunt: Nos autem martyribus nostris, non tẽpla sicut dijs, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud deum uiuunt spiritus, fabricamus, nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus martyribus, sed uni deo & martyrum & nostro sacrifitiũ immolamus, ad quod sacrifitium sicut homines dei, qui mundum in eius confeßione uicerunt, suo loco & ordine nominantur, nõ tamen à sacerdote, qui sacrificat, inuocantur, deo quippe, non ipsis sacrificat, qũis in memoria sacrificet eorum, qa dei sacerdos est, non illorum. Ipsum uero sacrifitium est corpus Christi, quod nõ offertur ipsis, qa hoc sunt et ipsi.

Sacrifitiũ quod offertur in ecclesia, est corpus Christi mysticum.

De ciuitate dei, lib. XVII, Cap. XX.

Quid credibilius dicere intelligitur, quàm q; ad participationem mensæ huius pertinet, quam & sacerdos ipse mediator testamenti noui exhibet, secundum ordinẽ Melchisedech, de corpore et sanguine suo. Pro omnibus enim sacrifitijs ueteris Testamẽti corpus eius offertur, & participantibus ministratur.

Ex. XXI. lib. De ciuitate dei. Cap. XXV.

Sed iam respondeamus illis etiam, qui nõ solum diabolo & angelis eius, sicut nec isti, sed ne ipsis quidem oĩbus hominibus liberationem ab æterno igne promittũt, uerum eis tãtum, q Christi baptißmate abluti, et corporis eius et sanguinis participes facti sunt, quomodolibet uixerint, in quacunq; hæresi uel impietate fuerint. Sed cõtradicit eis apostolus, dicẽs, Manifesta aũt sunt opera carnis, quæ sunt fornicatio, immunditia, luxuria, idolorum seruitus, uenefitia, inimicitiæ, cõtentiões, æmulatiões, animositates, dissensiões, hæreses, inuidiæ, ebrietates, cõmessationes et his similia, quæ prædico uobis sicut prædixi, quoniã q talia agunt, regnum dei nõ posidebunt. Hæc p fectò Apostolica est sentẽtia falsa, si tales post quantalibet tẽpora liberati regnum dei posidebunt. Sed quoniã falsa nõ est, pfectó regnũ dei nõ posidebunt. Et si in regnẽ dei possessiõe nunq̃ erunt, æterno supplitio tenebuntur, quoniã nõ est locus medius, ubi nõ sit in supplitio, q illo nõ fuerit cõstitutus in regno. Quamobrẽ quod ait dominus Iesus: Hic est panis, q de cœlo descẽdit, si quis ex ipso manducauerit, nõ morietur. Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descẽdi, si quis manducauerit ex hoc pane, uiuet in æternum, quomodo sit accipiẽdum, merito quæritur. Et ab istis quidẽ, qbus nunc respõdemus, hunc intellectũ auferunt, illi qbus deinde respõdẽdum est. Hij sunt aũt, qui hãc liberationẽ nec oĩbus habẽtibus sacramentum baptismatis & corporis Christi, sed solis catholicis, q̃uis malè uiuẽtibus, pollicẽtur, q non solum in quæ, sacramento, sed re ipsa mãducauerunt corpus Christi, in ipso scilicet eius corpore cõstituti. De quo corpore ait apostolus, Vnus panis, unũ corpus multi sumus. Qui ergo ẽ in eius corpis unitate .i. in Christianorũ cõpage mẽbrorũ, cuius corporis sacramentũ fideles cõmunicãtes de altari sumere cõsueuerũt, ipse uerè dicẽdus ẽ mãducare corpus Christi, & bibere sanguinẽ Christi. Ac p hoc hæret ici et scismatici, ab huius unitate corporis separati, possunt idẽ percipe sacramentũ, sed nõ sibi utile, imò uero etiã noxiũ, quo iudicẽtur grauius, q̃ uel tardius liberẽtur. Nõ sunt enim in eo uinculo pacis, qd' in illo exprimitur sacramẽto. Sed rursus etiã isti, q rectè intelligunt, nõ dicẽdum eum mãducare corpus Christi, q in corpore nõ est Christi, non rectè pmittunt eis, q uel in hæresim, ul' etiã in gentiliũ superstitionẽ, ex illius corporis unitate labuntur, liberationẽ q̃q; ab æterni igne supplitij, primo qa debent attẽdere, q̃ sit inuollerabile, atq; à sana doctrina nimis deuium, ut multi

Gala. 5.

Iohan. 6

corpꝰ Christi sacramẽtotenus, & re ipsa, comedere differunt.

1. Corin. 10

ut multi ac penè oēs, q hæreses impias cōdiderint, exeuntes de catholica ecclesia, et facti sunt Hæresiarchæ, meliores habeant causſas quàm hij, q nunq̄ fuerunt Catholici, cum in eorū laqueos incidiſſent, ſi illos Hæreſiarchas, hoc facit liberare à ſupplitio ſempiterno, quod in catholica eccleſia baptizati ſunt, et ſacramentū corporis Chriſti in uero Chriſti corpore primitus acceperunt. Cū peior utiq; ſit deſertor fidei, et ex deſertore oppugnator eius effectus, q̄ ille qui nō deſeruit, quam nunq̄ tenuit.

Ex eodem capite.

1. Cor. 6 Iohan. 6 Quid ſit ſacramentotenus, & reuera corpus Chriſti mā ducare.

Vt enim alia taceā, nō poſſunt ſimul eſſe & membra Chriſti, et membra meretricis, deniq; ipſe dicēs: Qui mā ducat carnem meā, et bibit ſanguinē meum, in me manet, & ego in eo: Oſtendit qd ſit nō ſacramentotenus, ſed reuera corpus Chriſti manducare, et eius ſanguinē bibere, hoc eſt enim in Chriſto manere, ut in illo maneat et Chriſtus. Sic enim hoc dixit, tanquam diceret. Qui non in me manet, & in quo ego non maneo, non ſe dicat aut exiſtimet manducare corpus meum, aut bibere ſanguinem meum. Non itaq; manent in Chriſto, qui non ſunt membra eius. Non ſunt autem membra Chriſti, qui ſe faciunt mēbra meretricis: Niſi malum illud pœnitendo eſſe deſtiterint, & ad hoc bonum reconciliatione redierint.

De verbis dñi in Euangelio Ioan.

Sermo. 46

Qui iā manducant carnē dñi, et bibunt ſanguinē eius, cogitent qd manducent, & qd bibant, ne ſicut Apoſtolus dixit, iuditium ſibi manducent et bibant. Qui autem nōdum manducant, & nondum bibunt, ad tales epulas inuitati feſtinent. Per iſtos dies magiſtrati paſcūt, Chriſtus quotidie paſcit, menſa ipſius eſt illa, in medio conſtituta. Quid cauſſæ eſt, ó audientes, ut menſam uideatis, et ad epulas non accedatis?

1. Cor. 11 Ad epulas corporis et ſanguinis Chriſti feſtinandum.

Et poſt pauca.

Qui aūt uxores nondū habetis, & tamē ad menſam dominicā iā acceditis, & carnem Chriſti manducatis, et ſanguinē bibitis, ſi ducturi eſtis uxores, ſeruate uos uxoribus ueſtris.

Ex lib. II. Confeſſionum.

Cibus ſum grandium, creſce, & manducabis me, nec tu me mutabis in te, ſicut cibum carnis tuæ, ſed tu mutaberis in me.

Contra literas Petiliani, lib. II. Cap. LV.

Qui corpus & ſanguinem Chriſti in ſacramento mā ducant & bibunt, & membra eius toto orbe diffuſa in Euangelio non agnoſcunt, in iuditio non computantur.

De Eccleſiaſticis dogmatibus.

Sacramentum nō merito conſecrantis, ſed in uerbo efficitur creatoris.

Hoc ſacramentum non in merito cōſecrātis, ſed in uerbo efficitur creatoris, nec bonorum diſpenſatorum meritis ampliatur, nec malorum attenuatur.

De verbis domini in Euangelio ſecundum Lucam, Serm. XXVIII.

Panē noſtrum quotidianum da nobis hodie &c. Memini ſermonis mei, cum de ſacramentis tractarē, dixi uobis, quòd ante uerba Chriſti, quod offertur panis dicatur, ubi Chriſti uerba deprōpta fuerint, iā non panis dicitur, ſed corpus appellatur. Quare ergo in oratiōe dominica, quæ poſtea ſequitur, ait: Panē noſtrum. Panē quidē dixit, ſed ἐπιούσιον dixit, hoc eſt ſupſubſtantialē, nō iſte panis, q uadit in corpus, ſed ille panis uitæ æternæ, q animæ noſtræ ſubſtantiā fulcit. Ideo ergo Græcè ἐπιούσιον dicitur, Latinus autem hunc panē quotidianum dixit, qa græci dicūt aduenientem. Ergo quod latinus dixit & græcus, utrunq; utile uidetur. Græcus utrunq; uno ſermōe ſignificauit, Latinus quotidianum dixit. Si quotidianus eſt panis, cur poſt annum illum ſumas, quē iā modum græci in oriēte facere cōſueuerunt? Accipe quotidie, quòd quotidie tibi ꝓſit: Sic uiue, ut quotidie mereari accipere: Qui nō meretur quotidie accipere, nō meretur poſt annum accipere. Quo modo ſanctus Iob quotidie ꝓ filiis offerebat ſacrifitiū, ne forte aliqd, uel in corde, uel in ſermone peccaſſent. Ergo tu audis, quod quotienſcunq; offertur ſacrifitium, mors domini, reſurrectio domini, eleuatio dñi ſignificetur, & remiſſio peccatorum, & panē iſtum uitæ noſtræ quotidianum nō aſſumis? Qui uulnus habet, medicinam requirit: Vulnus eſt, quia ſub peccato ſumus, medicina, eſt cœleſte & uenerabile ſacramentum.

Luce. 11 Poſt uerba Chriſti non amplius panē, ſed corpus appellari.

Iob. 1

Ex ſermone de Sacramento altaris.

De myſtica oblatione Chriſti.

Iteratur quotidie hæc oblatio, licet Chriſtus ſemel paſſus ſit, qa quotidie peccamus peccatis, ſine qbus mortalis infirmitas uiuere non poteſt, & ideo, quia quotidie labimur, Chriſtus ꝓ nobis myſticè immolatur.

Ad inquiſitiones Ianuarij, Lib. I. Cap. III.

Faciat unuſq̄ſq; ſecūdū fidē ſuam, quotidie an rarius cōmunicet. Neuter enim eorū exhonorat corpus & ſanguinē domini, ſi ſaluberrimum ſacramētum certatim honorare cōtendunt, ille honorādo non audet quotidie ſumere, alter honorando nō audet ullo die prætermittere.

Super Ioannē homilia. LXXXVIII.

Accedens enim debet eſſe plenus ſanctimonia, & immaculatus.

De verbis domini in Euangelio ſecundum Matthæum.

Sermo. 11

Multi deniq;, q uel corde ficto carnē illam manducāt, & ſanguinē bibunt, uel cū manducauerint & biberint, apoſtatæ fiunt: Nunqd manent in Chriſto, aut Chriſtus in eis? Sed ꝓfectò eſt quidā modus manducādi illā carnē, & bibēdi illum ſanguinē, quomodo, q māducauerit et biberit, in Chriſto manet, & Chriſtus in eo. Nō ergo quocunq; modo quiſq̄ māducauerit carnē Chriſti, & biberit ſanguinē Chriſti, manet in Chriſto, & ī illo Chriſtus, ſed certo quodā modo, quē modum utiq; ipſe uidebat, qñ iſta dicebat.

Certo q̄dā modo, qui corpꝰ Chriſti manducat, manere in Chriſto, & Chriſtus in illo.

Ibidem.

Qui māducat carnē meam, & bibit ſanguinē meum, in me manet, & ego in illo, quomodo intellecturi ſumus? Nunquid etiā illos hic poterimus accipere, de quibus dicit Apoſtolus, quod iuditium ſibi manducent & bibant,

Ioh. 6

1. Corin. 11

Iudam corpus Christi manducasse, & sanguinem bibisse. Luc. 22

cum ipsam carnem manducent, & ipsum sanguinem bibant. Nunqd & Iudas, magistri uēditor et traditor impius, quamuis primum ipsum manibus eius cōfectum sacramentum, carnis & sanguinis eius cum cæteris discipulis, sicut apertius Lucas Euāgelista declarat, manducaret & biberet, mansit in Christo, & Christus in eo?

De verbis dñi in Euangelio Luc.

Sermo. 33

Cœnam, manibus suis cōsecratam, discipulis dedit, sed nos in illo cōuiuio non discubuimus, & tamen ipsam cœnam fide quotidie mǎducamus. Nec magnum putetis in illa cœna, quam suis manibus dedit, sine fide interfuisse, melior extitit fides postea, q̄ tunc pfidia. Nō ibi fuit Paulus, qui credidit, ibi fuit Iudas, q̄ tradidit. Quàm multi & modo in ipsa cœna, q̄uis illā tunc mensam non uiderint, nec panē, quē dñs gestauit in manibus, oculis suis nō aspexerint, uel faucibus gustauerint, tamen qa ipsa nunc præparatur. Quàm multi etiā nunc in ipsa cœna iuditi i sibi manducant & bibunt. Vnde autem tanq̄ occasio nata est dño, ut de ista cœna loqueretur, dixerat unus de discumbentibus, in cōuiuio enim erat, quo fuerat inuitatus: Beati q̄ manducant panem in regno dei, quasi in longinqua iste suspirabat, & ipse panis antè illum discumbebat. Quid ē panis de regno dei, nisi q̄ dicit: Ego sum panis uiuus, q̄ de cœlo descēdi? nolite parare fauces, sed cor, Inde cōmēdata est ista cœna. Ecce credimus in Christum, cum fide accipimus. In accipiēdo nouimus q̄d cogitemus, modicū accipimus, & in corde sagnamur, nō ergo quod uidetur, sed quod creditur, pascit.

1. Corin. 11

Luc. 14

Iohan. 6

Non quod videtur, sed quod creditur pascit.

Super Ioan. Tract. XXV.

Vt quid paras dētem & uentrē, crede, & mǎducasti.

De uerbis Apostoli, sermo. II.

Iohan. 6

Hoc uos scǎdalizat, Si ergo uideritis filium hois adscendentē ubi erat prius: Quid sibi nult, hoc uos scǎdalizat? Putastis q̄a de hoc corpore, quod uidetis, partes fecturus sum, & mēbra mea cōsciscurus, & uobis daturus? Quid si ergo filiū hois uideritis adscēdentē ubi erat prius? Certe q̄ iteger adscēdi potuit, cōsumi nō potuit, Ergo & de corpore ac de sanguine suo, dedit nobis salubrē refectionē, & tam magnam breuiter soluit de sua integritate quæstionē. Mǎducēt ergo q̄ mǎducant, & bibant q̄ bibunt, esuriant & sitiant, uitam mǎducent, et uitā bibant. Illud mǎducare refici est, sed sic reficeris, ut non deficiat unde reficeris. Illud bibere, q̄d est nisi uiuere? Mǎduca uitam, bibe uitam, habebis uitam, & integra est uita. Tunc aūt hoc erit, id est, uita unicuiq; erit corpus & sanguis Christi, si quod in sacramēto uisibiliter sumitur, in ipsa ueritate spiritaliter mǎducetur, spiritaliter bibatur. Audiui mus enim dñm dicentē: Spiritus est q uiuificat, caro non pdest quicq̄: Verba quæ locutus sum, spiritus et uita sunt.

Spiritaliter manducandum, spiritaliter bibendum, quod sacramento uisibiliter sumitur. Ioh. 6

Idem.

Rogo uos fratres, diligenter attendite, si ad mensam cuiuscunq; potentis hominis, nemo præsumit cum uestibus scissis & inquinatis accedere, quāto magis ad conuiuiū æterni regis. Ideo ab altari domini debet se unusquisq; inuidiæ uel odij ueneno percussus, iracundiæ furore rēpletus, cum reuerentia & humilitate subtrahere, ppter illud quod scriptum est: Vade prius recōciliare fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum. Et iterum: Quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialē, et illo obmutescente, dixit ministris: Ligate illi manus & pedes, & proijcite eum in tenebras exteriores, ibi erit fletus et stridor dentium. Ecce qualē sententiam merebitur audire, qui ad conuiuium nuptiale, id est, ad altare domini, aut ebrius, aut adulter, aut odiū in corde retinens, præsumit accedere. Auertat hoc deus à nobis &c.

Matt. 5

Matth. 22

Nemo peccatis obnoxius, ad altare dei accedat.

Ex sermone. V. De beato Stephano.

Qui manducat & bibit indignè, iuditium sibi manducat & bibit. Sed dicit aliquis, grandis labor est inimicos diligere, pro persequutoribus supplicare. Nec nos negamus fratres, non paruus quidem labor est in hoc sæculo, sed grande erit premium in futuro. Per amorem enim hominis inimici, efficieris amicus dei. Imò non solum amicus, sed etiam filius, sicut ipse dominus dixit: Diligite inimicos uestros, benefacite his, qui oderunt uos, ut sitis filij patris uestri, qui in cœlis est.

1. Corin. 11

Inimici diligendi pro persequutoribus supplicandum.

Matth. 5

De uera innocentia. Cap. CCCXXXVIII.

Caro Christi uita fidelium est: Si corpus ipsius esse non negligant. Fiant ergo corpus Christi, si uolunt uiuere de spiritu Christi, de quo nō uiuit, nisi corpus Christi.

Caro Christi uita fidelium est.

Ibidem. Cap. CCCXXXIX.

Escam uitæ accipit, & poculum uitæ bibit, qui in Christo manet, & cuius Christus habitator est. Nam qui discordat à Christo, nec panem eius manducat, nec sanguinem bibit, etiam si tantæ rei sacramentum, ad iuditium suæ præsumptionis quotidie indifferenter accipiat.

De utilitate agendæ pœnitentiæ. Cap. I.

Petrus annunciauit colendum eum, quem crucifixerunt, ut eius iam sanguinem nossent bibere credentes, quem fuderant sæuientes, Idem de .4. feria. cap. 4. super Matthæū in homelia Egressus Iēsus &c. Et super Psal. 75. 28. Tract. 8. in Epist. Ioannis. Lib. 4. cap. 21. de doct. Christiana &c.

Contra Donatistas post collationem. Cap. XX.

Puto autem eos, qui apud Corinthios dicebant, Ego sum Christi, non duxisse iugum cum illis, qui dicebant ego sum Pauli, ego sum Apollo, ego sum Cephæ, & tamen omnes ad unum altare accedebant, & eadem sacramenta communicabant, qui eadem uitia non communicabant. His enim Corinthijs etiam illud dictum est: Qui manducat & bibit indignè, iuditium sibi manducat & bibit. Quid enim aliud Apostolus nisi istos uaniloquos cogitabat, ut ei non sufficeret dicere iuditium

1. Corin. 1

Indigne sumentes, iuditium sibi manducant & bibunt.

1. Corin. 11

ditium manducat & bibit, nisi adderet sibi, ne hoc etiam ad illos pertinere uideretur, qui pariter quidem, sed non ad iuditium manducabant.

Ibidem.

Matth. 22. Per illum unum grande corpus figurabat.

Multi enim sunt uocati, pauci uero electi, Quomodo hoc uerum est, cum potius unus è multis fuisset electus in tenebras exteriores, nisi quia in illo uno, grande corpus figurabatur omnium malorum ante domini iuditiũ conuiuio dominico permixtorum, à quibus se boni corde interim ac moribus separant, simul manducantes et bibentes corpus & sanguinem domini, sed cum magna distinctione, quia isti in honore sponsi induti sunt ueste

Philippẽ. 2 *nuptiali, nõ sua quærentes, sed quæ Iẽsu Christi: Illi autẽ non habent uestẽ nuptialem, hoc est, fidelissimã sponsi charitatem, sua quærentes, nõ quæ Iẽsu Christi: Ac per hoc etiam, & si in uno eodemq; conuiuio, isti misericordiam manducant, illi inditium, quia ipsius conuiuij canticum est, quod & supra cõmemorauí,*

Psalm. 100 *Misericordiam & iuditium cantabo tibi domine, nec ideo tamen dormit ecclesiastica disciplina, ut corripiat inquietos.*

Cap. VII.

Digni & indigni eũdem cibum sanctũ manducant, nec persona præiudicat personæ.

Cum uero boni & mali idem uerbum dei simul audiunt, & simul sacramenta dei percipiunt, & tamen dissimiles habent actuum suorum causas, & dissimiles gerunt uoluntatis diuersitate personas, eundem cibum sanctum, alijs manducantibus dignè, alijs indignè, nec causa causæ præiudicat, nec persona personæ, ac per hoc quæcunq; testimonia sacrarum scripturarum episcopi nostri cõmemorare potuerunt, quibus ab omni malorũ hominum permixtione pura prænunciabatur ecclesia, non qualis nunc est illis testimonijs prænunciabatur, sed qualis post istam mortalitatẽ in uita æterna futura est.

In eodem libro. Cap. VI.

Lucæ 22. Causam nõ præiudicare causæ.

De ipso quippe pane, & de ipsa dominica manu, & Iudas partem et Petrus accepit, & tamen quæ societas? quæ consonantia? quæ pars Petro cum Iuda? Quoniã

1. Ioan. 2 *nec caussa caussæ præiudicat, nec psona psonæ, siue ergo exeant, de quibus scriptum est: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, siue intus iudicantur esse, de quibus beatus Cyprianus apertissimè loquitur, dicens: Nam & si uidentur in ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet, aut fides, aut charitas nostra, ut quoniam zizania in ecclesia esse cernimus, ipsi de ecclesia recedamus.*

Ex præliminari epistola contra donatistas post collationem.

Galat. 6 *Quisquis autem in hac ecclesia benè uixerit, nihil ei præiudicãt aliena peccata, quia unusquisq; in ea pro-*

1. Corin. 11 Cõmunio malorũ nõ maculat quenq; participatione sacramentorum, sed consensione factorũ. *priũ onus portabit, sicut apostolus dicit: Et quicunq; in ea corpus Christi mãducauerit indignè, iuditium sibi mãducat & bibit, Nã etiã hoc ipse apostolus scripsit. Cũ autẽ dicit iuditiũ sibi mãducat et bibit, satis ostẽdit, quia nõ alteri iuditiũ mãducat, & bibit, sed sibi, hoc nos egimus, et ostẽdimus, et obtinuimus, quia cõmunio malorũ nõ maculat quẽquã participatiõe sacramẽtorũ, sed cõsẽsione factorum.*

Ex libro I. contra Cresconium grammaticum, Cap. XXV.

Ioan. 6. Male utentibus corpore Christi, permixtio fum fit. 1. Corin. 11 *Quid de ipso corpe & sanguine dñi unico sacrifitio p salute nostra, quãuis ipse dñs dicat: Nisi quis mãducauerit carnẽ meã, & biberit sanguinẽ meũ, nõ habebit in se uitã? nõne idẽ apostolus docet etiã hoc pniciosũ malè utẽtibus fieri, ait enim, Quicũq; mãducauerit panẽ, et biberit calicẽ dñi idignè, reus erit corpis et sãguinis dñi?*

Libro I. de peccatorum meritis & remissione. Cap. XX.

Iohan. 6. *Dominũ audiamus inquam, non quidẽ hoc de sacramento lauacri dicentem, sed de sacramento sanctæ mensæ suæ, quo nemo ritè, nisi baptizatus accedit, nisi manducaueritis carnem meam, & biberitis sanguinẽ meum, nõ habebitis uitam in uobis. Quid ultra quærimus: Quid ad hoc respõdere potẽrũt, nisi pertinatia pugnaces neruos, aduersus constantiam perspicuæ ueritatis intendat? An uero quisquam etiã hoc dicere audebit, quod ad paruulos hæc sententia non pertineat, possintq; sine participatione corporis huius & sanguinis in se uitam habere, quia non ait, qui non manducauerit, sicut de baptismo, qui nõ renatus fuerit, sed ait, si non manducaueritis, uelut eos alloquens, qui audire & intelligere poterant, quod utiq; non ualent paruuli? Sed qui hoc dicit, nõ attẽdit, quia nisi omnes ista sententia teneat, ut sine corpe & sanguine filij hominis uitam habere non possint, fru-*

Infantes nisi manducauerint carnem filij hominis fide, uitã nõ posse habere. Iohan. 6. *stra etiam ætas maior id curat. Potest enim si non uolũtatem, sed uerba loquentis attendas, eis solis uideri dictũ, quibus tunc dominus loquebatur, quia non ait, qui non mãducauerit, sed si nõ manducaueritis. Et ubi est, qd' eo dem loco de hac ipsa re ait: Panis quem ego dedero, caro mea est, pro mundi uita? Secundum hoc enim, etiam ad nos pertinere illud sacramentum intelligimus, qui tunc nondum fuimus, quando ista dicebat, quia non possumus dicere ad sæculum nos nõ pertinere, pro cuius uita Christus suam carnem dedit. Quis autem ambigat sæculi nomine homines significasse, qui nascendo in hoc sæculum*

Luce. 20. *ueniunt? nam sicut alibi ait: Filij sæculi huius generant & generantur, Ac per hoc etiam pro paruulorum uita caro data est, quæ data est pro sæculi uita, & si nõ manducauerint carnẽ filij hominis, nec ipsi habebunt uitã.*

Cap. XXIIII.

Optime Punici Christiani, baptismũ ipsũ nihil aliud q̃ salutem, et sacramẽtũ corporis Christi, nihil aliud, q̃ uitã uocãt. Vnde nisi ex antiqua, ut æstimo, et Apostolica traditiõe, qua ecclesiæ Christi insitũ tenẽt, præter baptismũ, et participatiõe dñicæ mẽsæ, nõ solũ nõ ad regnũ dei, sed nec ad salutẽ & uitã æternã posse quenquã hominũ puenire? hoc enim & scriptura testatur secũdũ ea, quæ supra diximus: Nã qui aliud tenẽt, q̃ baptismũ noĩe salutis appellãt, nisi q̃ dictũ est, Saluos nos fœcit p lauacrũ regeneratiõis. Et qd' Petrus ait, Sic & uos simili forma baptisma saluos facit: Quid aliud etiã, qui sacramẽtũ mẽsæ dñicæ uitã uocãt, nisi qd' dictũ est, Ego sũ panis uitæ, qui

Titum. 3. 1. Petri 3.

de cœlo descendi, et panis quem ego dedero, caro mea est pro seculi uita. Et, Si non manducaueritis carnem filij hominis, & sanguinem biberitis, non habebitis uitam in uobis: Si ergo & tot & tanta diuina testimonia concinunt, nec salus, nec uita æterna, sine baptismo, & corpore, et sanguine domini cuiq; speranda est, frustra sine his promittitur paruulis.

Ioannis 6. Sine baptismo, & corpore, & sanguine Christi, nulli salus sperãda est.

Contra epistolam Parmeniani lib. II. Cap. VI.

Sacrificia ergo impiorum eis ipsis oberunt, qui offerunt impiè: Nam unum atq; idem sacrificium propter nomen domini, qd' inuocatur, & semper sanctum est, et tale cuique fit, quali corde ad accipiendum accesserit. Qui enim manducat & bibit indigné, iuditium sibi manducat & bibit: Non ait alijs, sed sibi: Qui ergo mã ducat digné & bibit, gratiam sibi manducat & bibit. Illi ergo uideant, utrũ digné manducent, qui inter multos parentes & filios, maritos & uxores, inter tam multos, quod est patentissimum, dei hæredes, & cohæredes Christi, toto orbe diffusos, nefario schismate diuiserunt, cum possent utiq;, si boni essent, & uerè malos arguerẽt, fructuose tollerare pro pace Christi, quæ perniciose tollerant pro parte Donati.

1 Corin. 11.

Cõtra schismaticos.

Libro III. contra epistolam Parmeniani. Cap. II.

Quomodo ergo Cyprianus, & alia frumenta dominica, in illa tunc unitatis ecclesia, cum auaris et rapacibus, cum his, qui regnum dei non possidebunt, non laicis, uel quibuscunq; clericis, sed & ipsis episcopis, panem domini manducabant, & calicem domini bibebant, cum idem Apostolus præcipiat, non eis cõmisceri, & clamet cũ huiusmodi nec cibum sumere? An quia non poterant ab eis corporaliter separari, ne similiter eradicarent & triticũ, sufficiebat eis à talibus corde seiungi, uita moribusq; distingui, propter compensationem custodiendæ pacis & unitatis, propter salutem infirmorum, & tanq; latentium frumentorum, ne membra corporis Christi per sacrilega schismata laniarent?

Cyprianus in epistola de lapsis.

Libro uiginti unius sententiarum siue quæstionum, Sentent. II.

Christus enim cũ omni simplicis animi pura simplicitate sumitur, cũ Pigridijs etenim hoc pasca in Iudæorũ damnationem acerbissimas amaritudines cessit. Non nisi circumcisis dabatur, purgatis enim solis, et lauacro indulgentiæ cœlestis expiatis, percipiendi Christi corporis sacramenti cibi facultas porrigitur. Itaq; figura Israelitis fuerant, in nobis corroborata sunt, & quæ illis imagines, in nobis ipsæ sunt ueritates.

Exodi. 12.

Quæ hebræis fuerant imagines, in nobis sũt ueritates.

Libro II. De bono perseuerantiæ. Cap. IIII.

Panẽ nostrũ quotidianũ da nobis hodie. Vbi beatus Cyprianus ostendit, quomodo & hic intelligatur perseuerentia, postulari, ait, quippe inter cætera. Hunc autem panem, dari nobis quotidie postulamus, ne qui in Christo sumus, & eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo grauiori delicto, dum absentes, & non cõmunicantes, à cœlesti pane prohibemur, à Christi corpore separemur.

Luc. 11.

Libro de salutaribus documentis.

Ab his uenenis pietas domini nostri Iesu Christi nõ liberet, & seipsum edendum nobis tribuat, qui dixit: Ego sum panis uiuus, qui de cœlo descendi, qui manducat meã carnẽ, & bibit meũ sanguinẽ, habet uitã in semetipso æternã. Sed unusquisq; antẽq; corpus et sanguinẽ domini nostri Iesu Christi accipiat, seipsum ꝓbet, et secundum Apostoli præceptum, sic de pane illo edat, et de calice bibat: Quia, qui indigné manducat & bibit, iuditium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus domini. Quando enim illud accipere debemus, antea ad confessionem et pœnitentiam recurrere debemus, & omnes actus nostros curiosius discutere, & peccata obnoxia, si in nobis senserimus, cito festinemus per confessionem et uerã pœnitentiã abluere, ne cum Iuda proditore, diabolum inter nos cælantes, pereamus, protrahentes & cælantes peccatum nostrum de die in diem.

Ioan. 6. Probet se ipsum homo antequ accedat.

1. Corin. 11.

Libro II. De uisitatione infirmorum. Cap. IIII.

Infirmatur quis in uobis, inducat præsbyteros ecclesiæ, ut orent super eũ, ungentes eum oleo sancto in nomine domini Iesu: Et oratio fidei saluabit infirmũ. Ergo sic roges de te, & pro te fieri, sicut dixit apostolus Iacobus, imò ꝓ Apostolum suũ dominus, ipsa uidelicet sacri olei delibutio, intelligitur spiritussancti typicalis unctio. Illud etiam uiuifici corporis dominici supplementum suscipere, fili mi, non renuas: Quinpotius illud auidissimè quæras, fideliter cõmedas, Cibus ille etenim, incorporabilis, ineffabilis, uiaticũ tibi erit saluberrimum, redemptõis tuæ precium, redemptoris monimentum, et redempti munimentum.

Iacob. 5.

Corpus Christi infirmis & morituris uiaticum esse.

Libro de penitentiæ medicina. Cap. III.

Multi enim corriguntur ut Petrus, multi tollerantur ut Iudas, multi nesciuntur, donec ueniat dominus, qui et illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit cõsilia cordiũ. Nam pleriq; nolũt alios accusare, dum se ꝓ illos cupiunt excusare. Pleriq; autem boni Christiani, propterea tacent, & sufferunt aliorũ peccata, quæ nouerunt, quia documentis sæpe deferuntur, & ea quæ ipsi sciunt, iudicibus ecclesiasticis probare nõ possunt. Quãuis enim uera sine quædam, non tamen iudici facile credenda sunt, nisi certis inditijs demonstrentur. Nos uero à cõmunione prohibere quenquam non possumus, quamuis hæc prohibitio nondum sit mortalis, sed medicinalis, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo siue sæculari, siue ecclesiastico iudicio nominatum atq; cõuictũ.

1. Corint. 4

Qui sit a sacra cõmunione prohibendus.

De rectitudine catholicæ conuersationis.

Propterea quoties aliqua infirmitas occurrerit alicui, nõ ꝓrãtur præcãtatores, nõ diuini, nõ sortilegi, nõ carearijs, neq; ꝓ fontes

Infirmi eucharistiam sumant.

fontes, aut arbores, aut biuia philacteria exerceantur, sed qui ægrotat, in sola dei misericordia cõfidat, et eucharistiã cũ fide et deuotione accipiat, oleũq; fideliter benedictũ ab ecclesia petat, unde corpus suũ ungatur, & secundũ Apostolũ, oratio fidei saluabit infirmum, & alleuiabit eum dominus.

Iacob, 5.

Lib. III de doctrina Christiana. Cap. IX.

Sub signo enim seruit, qui operatur aut ueneratur aliquam rem significantem, nesciens quid significet. Qui uero aut operatur aut ueneratur utile signum diuinitus institutum, cuius uim significationemq; intelligit, non hoc ueneratur, quod uidetur, & transit, sed illud potius, quò talia cuncta referenda sunt. Talis autẽ homo spiritualis & liber est, etiam tempe seruitutis, quo carnalibus animis nondum oportet signa illa reuelari, quorũ iugo edomandi sunt. Tales autẽ spirituales erant patriarche ac prophetæ, omnesq; in populo Israhel, per quos nobis spiritussanctus ipsa scripturarũ & auxilia & solatia ministrauit. Hoc uero tempe posteaquàm resurrectione domini nostri manifestissimum inditium nostræ libertatis illuxit, ne eorũ quidem signorum, quæ iam intelligimus opatione graui onerati sumus, sed quædam pauca, p multis, eademq; facta facillima, & intellectu angustissima, & obseruatione castissima, ipse dominus & apostolica tradidit disciplina, sicuti est baptismi sacramentum, & celebratio corpis & sanguinis domini. Quæ unusquisque cũ pcipit, quò referatur imbutus agnoscit, ut ea non seruituæ carnali, sed spirituali potius libertate ueneretur Vt autem literam sequi, & signa pro rebus, quæ his significantur accipere, seruilis infirmitatis est, ita inutiliter signa interpretari malè uagantis erroris est. Qui autẽ nõ intelligit quid significet signũ, & tamẽ signũ esse intelligit, nec ipse premitur seruitute. Melius est autem, uel premi incognitis, sed utilibus signis, quàm inutiliter ea interpretando, à iugo seruitutis eductum ceruicem laqueis erroris inserere &c.

Apostolicã disciplinam duo tantũ sacramenta tradidisse.

Eodem libro. Cap. XVI.

Si præceptiua locutio est, aut flagitiũ, aut facinus uetãs, aut utilitatẽ, aut beneficẽtiã iubẽs, nõ est figurata: si autẽ flagitiũ, aut facinus, uidetur iubere, aut utilitatẽ aut beneficentiam uetare, figurata est. Nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis uitam in uobis, facinus uel flagitium uidetur iubere, figura est ergo, præcipiens passioni domini esse communicandũ, & suauiter atq; utiliter recõdendũ in memoria, qđ pro nobis caro eius crucifixa et uulnerata sit.

Figurata hæc est locutio, Ioannis 6.

Libro IIII. de doctrina christiana. Cap. XXI.

Beatus Cyprianus submisso dicendi genere utitur in eo libro, ubi de sacramemo calicis disputat, Soluitur ibi quippe quæstio, in qua quæritur, utrum calix dominicus aquã solã, an uino mixtã, debeat habere, sed exempli gratia aliquid inde ponendũ est. Post principiũ ergo epistolæ, iam soluere incipiens propositam quæstionẽ, Admonitos autem uos sciatis, inquit, ut in calice offerendo dominica traditio seruetur, neq; aliud fiat à nobis quàm p nobis dominus prior fœcit, ut calix qui in cõmemoratione eius offertur, uino mixtus offeratur. Nam cum dicat Christus: Ego sum uitis uera, Sanguis Christi non aqua est utiq;, sed uinũ, nec potest uideri sãguis eius, quo redempti et uiuificati sumus, esse in calice, quando uinũ desit calici, quo Christi sãguis ostenditur, qui scripturarum omnium sacramento ac testimonio prædicatur.

In epistola beati cypriani, quæ sic incipit, quã ꝓficiam frater &c.

Iohan. 15

Et post pauca ibidem.

Item in sacerdote Melchisedech, dominicũ sacramentũ præfiguratũ uidemus, secũdũ qđ' diuina scriptura testatur, & dicit: Et Melchisedech rex Salem protulit panem & uinum, fuit autem sacerdos dei summi, & benedixit Abraham.

Gene. 14. Et in Melchisedech sacramentũ dominicum præfiguratum esse uidemus.

Et post pauca.

Quo inditio declaratũ uidetur, quod petra illa typũ habuerit corporis Christi, quia scriptum est: Bibebant de consequenti petra, petra autem erat Christus. Quod utiq; nõ ad diuinitatem eius, sed ad carnem relatum est, quæ sitientiũ corda populorum, penni riuo sui sanguinis inundauit.

Petra typũ habuit corporis Christi. 1. Corin. 10

Libro XX. contra Faustum. Cap. XIII.

Cur autem arbitretur Faustus, parem nobis esse religionem circa panem & calicem, nescio, cum Manichæis uinum gustare non religio, sed sacrilegium sit. In uua enim agnoscunt deum suum, in cupa nolunt, quasi aliquid eos calcatus & incluſus offenderit. Noster autem panis & calix, non quilibet quasi propter Christum in spicis, & in sarmentis ligatum, sicut illi desipiunt, sed certa consecratione mysticus sit nobis, non nascitur.

Faustus parem religionem nobis circa panẽ & uinum cum Manichæis esse dixit.

Ibidem post pauca.

Quomodo ergo comparas panẽ & calicẽ nostrũ, & parẽ religionem dicis errorem, longé à ueritate discretum, peius desipiens quàm nonnulli, qui nos propter panem et calicem, Cererem ac Liberum colere existimẽt?

Christiãos quidam Cererẽ & Bachum colere existimauerunt.

In eodem, Cap. XVIII.

Hebræi autem in uictimis pecorum, quas offerebant deo, multis & uarijs modis, sicut re tanta dignum erat prophetia, celebrabant futuræ uictimæ, quam Christus obtulit: Vnde iam Christiani peracti eiusdem sacrificij memoriam celebrant, sacrosancta oblatione & participatione corporis & sanguinis Christi.

XX. Libro Contra Faustum Cap. XXI.

Sacrificium laudis glorificabit me, & illic uia est, ubi ostendam illi salutare meum? Huius sacrificij caro et sanguis, ante aduentum Christi, per uictimas similitudinem promittebatur, in passione Christi per ipsam ueritatem reddebatur, post adscensum Christi per sacramentum memoriæ celebratur: Ac per hoc tantũ interest inter sacrifitia Paganorũ & Hebræorum, quantum inter imitationẽ errantem, & præfigurationem prænũciantẽ.

Psalm. 49. Quid interfit inter sacrifitia Paganorum et Hebræorũ.

DE SACRAMENTO BAPTISMATIS.

Ex I. Libro de moribus Manichæorum Cap. XXXV.

Contra illos, qui baptismate renatis, propria possidere minime licere dicunt.

Nolite uos Manichæi, iam dicere Catechuminis licere uti coniugibus, fidelibus autē nō licere: Catechuminis licere habere pecuniam, fidelibus autem nō licere: Nam et multi sunt qui utantur tanquam nō utentes. Et illo sacro sancto lauacro inchoatur renouatio noui hominis, ut p ficiendo perficiatur, in alijs citius, in alijs tardius, à multis tamen proceditur in nouā uitam, si quisq; non inimicē, sed diligenter intēdat, ipse quippe sicut ait Apostolus, Et

2. Corin. 4

si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. Apostolus interiorē hominē renouari dicit, ut pficiatur, et uos à pfectiōe uultis incipiat

Ex libro epistolæ ad Romanos expositionis inchoatæ.

Baptismi sacramentum non contemnendum, ab exemplo. Acto. 10

Nōnulli enim et ante præceptū baptismi sacramentū cognouerunt dei uoluntatem. Nam & Cornelius centurio uoluntatem dei, utiq; apostolo Petro docente, cognouit, et ipsum spiritū sanctū manifestissimis coattestantibus signis, antequā baptizaretur, accepit, quāquam nō ideo sacramenta illa contempserit, sed multo certior baptizatus sit, ut ipsa sacrosancta signacula, quorum res in eo præcesserat, ad perficiendā scientiam ueritatis percipere nullo modo moraretur. Multi autē nec post acceptum baptismū curant cognoscere uoluntatem dei, Quapropter quisquis ante baptismū cognita dei uolūtate peccauerit, nō possumus dicere, aut ullo mō credere, cū ad baptismū accesserit, nō oia dimitti ei quæcūq; peccauit.

Contra Faustum libro. XIX. Cap. XI.

Contra sacramentorum contemptores.

In nullum aūt nomen religionis, seu uerum, seu falsū coagulari homines possunt, nisi aliquo signaculorum uel sacramentorū uisibilium cōsortio colligentur, quorū sacramentorum uis inenarrabiliter ualet plurimum, & ideo contempta sacrilegos facit. Impiē quippe contemnitur, sine qua non potest perfici pietas.

Eodem libro. Cap. XIIII.

2 Macha 7 Sacramenta sunt indicia rerū cōpletarum.

Si Machabeos cum ingenti admiratione præferimus, quia escas, quibus nunc Christiani licitē utuntur, attingere noluerunt, quia tunc pro tempore prophetico non licebat, quanto magis nunc pro baptismo Christi, pro eucharistia Christi, pro signo Christi, ad omnia perferenda paratior debet esse Christianus, cum illæ fuerint promissiones rerū complēdarū, hæc sint inditia cōpletarū?

Libro eodem. Cap. XII.

Acto. 8
2 Thimo 3

1. Timo. 1. Sacramenta pietatis

Veruntamen quia uisibilia sacramenta pietatis inesse possunt etiā impijs, sicut habuisse sanctum baptismū etiam magum Simonem legimus, fiunt tales, quales Apostolus ait, Habentes formam pietatis, uirtutem autē eius abnegantes, uirtus autē pietatis, est finis præcepti, id est, charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide nō ficta. Vnde Apostolus Petrus, cū de sacramento arcæ, in qua Noë domus à diluuio liberata est, loqueretur, sic et uos, inquit, simili forma baptisma saluos facit. Et ne sibi sufficere putarent uisibile sacramētū, per qd' habebāt formam pietatis, & per malos mores perdite uiuendo, uirtutem eius abnegarent, continuo subiecit, Non carnis depositio sordium, sed cōscientiæ bonæ interrogatio.

inesse possunt impijs 1. Petri. 3

Contra epistolam Parmeniani, libro II. Cap. XVII.

Non interesse quis a quo baptizetur, hoc est, siue bonus, siue malus ministet fuerit.

Quinimmò ut intermittā inquirere diligentius, cur ipse saluator noster baptizari uoluerit, quia certe aliqua caussa uoluit, propterea fortasse, cū se posset tingere, qui etiam suū baptizatorē poterat baptizare, uoluit dominus à seruo, et ille, per quem facta sunt omnia, ab illo, qui factus est inter omnia, baptizari, ut & doceret humilitatem, & ostenderet non interesse, quis à quo baptizetur, dum eo baptismo, quo baptizandus est, baptizetur.

Libro II. contra literas Petiliani Cap. II

Baptizari non nostrū esse opus, sed Christi dei.

Nec aqua nostra iniquinamur, nec uestra mūdamur, sed aqua baptismi, In nōie patris, et filij, & spiritussancti, cum datur alicui, nec nostra, nec uestra est, sed illius, de quo Ioanni dictum est: Super quem uideris spiritum sicut columbam descendentem, et manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritusancto. Ioan. 1.

Cap. XXIIII.

Baptismus Christi, Christū habet auctorem. Matth. 28. Ioan. 14.

Baptismus in nomine patris, & filij, & spiritussancti, Christum habet auctorem, non quemlibet hominem, & Christus est ueritas, non quilibet homo.

Libro II. contra Cresconium grāmaticum. Cap. XIII.

Baptismus est nouæ uitæ sacramentum.

Baptismus igitur est sacramentū nouæ uitæ ac salutis æternæ, quem multi habent non ad uitam æternā, sed ad pœnam æternam, non benè utentes tanto bono.

Et post pauca.

Aquam uisibilem & boni & mali habere possunt.

Si quis sitit, ueniat, & bibat: Non aquam uisibilem cōmendans, quæ baptismatis sacramento, quam & boni & mali habere possunt, quamuis sine illa boni salui fieri non possunt.

Libro III. contra eundem Cap. V.

In baptismo non sanctificat, nisi deus.

Siue à fideli, siue à perfido dispensatore sacramentum quisq; percipiat, non sanctificat, nisi deus.

Cap. VI.

Et ideo per ministros dispares dei munus æquale est, quia non illorum, sed eius est.

Cap. XI.

1. Corin. 1.

Gratias ago deo meo, quòd neminem uestrum baptizaui, ne quis dicat, qd' in nomine meo baptizauit: Quid aliud insinuans, nisi baptisma Christi non esse nisi eius, cuius nomine datur, & ideo non fieri melius, cum p meliorem datur, nec deterius, per deteriorem.

Libro IIII. contra Cresconium. Cap. LXII.

Certè perspicis, quomodo à me de scriptura sancta commemoratum est: Bonum est confidere in domino, quàm con-

quàm confidere in hominem, Teq; inaniter, quantum ad
Psalm. 117 hanc causſam pertinet, reſpondiſſe, quod in eo magis ut
iuſtus, & ſi fidelis ſit, per quem hoc ſacramentum cele-
bretur, inquiras, quia ſpem & fidutiam dei non hominis
habes, dei autem eſſe fidem atq; iuſtitiam, quam ſemper
in eius miniſtris attendas &c.

Dcfide & operibus. Cap. XXVI.

Caueamus ergo diligenter, in adiutorio domini dei no
Vita Chri ſtianorum baptiſmo debet eſſe conſona, ſtri, non facere homines malè ſecuros, dicentes eis, quòd
ſi fuerint in Chriſto baptizati, quomodolibet in ea fide
uixerint, eos ad ſalutem æternam eſſe uenturos, nec ſic fa
ciamus Chriſtianos, quomodo Iudæi proſelitos, de quibus
Matth. 23 dominus dicit: Væ uobis ſcribæ & Phariſei, qui circum-
itis mare & terram facere unũ proſelitum, cum autem
fœceritis, facitis eum filiũ gehennæ duplo quàm uos eſtis,
ſed potius ſanam doctrinam dei magiſtri in utroq; tene-
amus, et ſancto baptiſmo conſona ſit uita Chriſtiana, ne
cuiquam homini ſi utrumlibet deſuerit, uita promittatur
Iohan. 3 æterna, Qui enim dixit, Niſi quis renatus fuerit ex a-
qua et ſpiritu, non intrabit in regnum cœlorum, ipſe
Matthæi. 5. etiam dixit, Niſi abũdauerit iuſtitia ueſtra plusquã ſcri-
barum et phariſæorũ, non intrabitis in regnũ cœlorũ.

Ex libro XIII. De ciuitate dei. Cap. VII.

Nam quicunq; etiam non percepto regenerationis la
Sancti mar tyres etiam non aqua baptizati in ſãguine ba ptiſantur. uacro, pro Chriſti confeſſione moriuntur, tantum eis ua-
let ad dimittenda peccata, quantum ſi abluerentur ſacro
fonte baptiſmatis. Qui enim dixit, Niſi quis renatus fu-
erit ex aqua & ſpiritu ſancto, non intrabit in regnum
Ioannis 3. Matth. 10. cœlorum, alia ſententia iſtos facit exceptos, ubi nõ minus
generaliter dixit: Qui me confeſſus fuerit coram homi-
nibus, confitebor et ego eum coram patre meo, qui in
Matth. 16. cœlis eſt. Et alio loco. Qui perdiderit animam ſuã pro-
pter me, inueniet eam. Hinc eſt, quod ſcriptum eſt, Præ-
Pſalm. 115 cioſa in conſpectu domini mors ſanctorum eius. Quid
enim præcioſius quàm mors, per quam ſit, ut etiam deli
cta oĩa dimittantur, & merita cumulatius augeãtur.

Libro I. De nuptijs & concupiſcentia ad Valerium. Cap. XXXIII.

Sic enim accipiendum eſt, quod ait idem Apoſtolus,
Omnia pec cata in bap tiſmo dimit ti. Chriſtus dilexit eccleſiam, et ſe ipſum tradidit pro ea,
Ephe. 4 ut eam ſanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uer
bo, ut exhiberet ſibi ipſe glorioſam eccleſiam, non haben
tem maculam, aut rugã, aut aliquid huiuſmodi. Sic in-
quã accipiendum eſt, ut eodem lauacro regenerationis et
uerbo ſanctificationis, omnia prorſus mala hominũ rege
neratorũ mũdẽtur atq; ſanentur, nõ ſolum peccata, quæ
omnia nũc remittuntur in baptiſmo, ſed etiam quæ poſte-
rius humana ignorantia uel infirmitate cõtrahuntur. Nõ
ut baptiſma, quotiens peccatur totiẽs repetatur. Sed quia
ipſo quod ſemel datũ ſit, ut nõ ſolũ antea, uerumetiã po-
ſtea quorũlibet peccatorum uenia fidelibus impetretur.
Quid enim prodeſſet uel ante baptiſmum pœnitẽtia, ni-
ſi baptiſmus ſequeretur, uel poſtea, niſi præcederet.

Libro III. De anima & eius origene, ad Vincentium uictorem. Cap. IX.

Nam ſi eos, de quibus non ſcriptum eſt, utrũ fuerint
baptizati, ſine baptiſmo de hac uita receſſiſſe cõtendimus
ipſis calumniamur Apoſtolis, qui, præter apoſtolũ Pau-
lũ, quando baptizati ſunt, uel fuerint, ignoramus, Sed ſi
ipſos baptizatos eſſe, p hoc nobis inoteſcere potuit, quòd
beato Petro dominus ait: Qui lotus eſt non indiget, niſi
ut pedes lauet. Quid de alijs, de quibus uel tale nihil leg
mus dictum, de Barnaba, de Timotheo, de Tito, de Silea
de Philemone, de ipſis euangeliſtis Marco & Luca, de
innumerabilibus cæteris, quos abſit ut baptiſatos eſſe du-
bitemus, quamuis non legamus?

Apoſtoli ubi, & q; quã do baptiza ti fuerint ig noratur. Acto. 9.

Contra duas epiſtolas Pelagianorum, ad Bonifatium libro III. Cap. III.

Baptiſmus igitur abluit quidem peccata oĩa, prorſus
Per baptiſ mum abluũ omnia pec cata. omnia, factorũ, dictorũ, cogitatorũ, ſiue originalia, ſiue
addita, quæ ignoranter, ſiue quæ ſcienter admiſſa ſunt,
ſed non auſert infirmitatẽ, cui regeneratus reſiſtit, quan
do bonum agonem luctatur, conſentit autem, quando ſi-
cut homo in aliquo delicto præoccupatur.

Et poſt pauca in eodem.

Nã ſi á me quiſquàm quæſierit, utrũ p baptiſmũ ſal-
ui facti fuerimus, negare nõ potero, dicente apoſtolo: Sal-
uos nos fœcit p lauacrũ regeneratiõis et renouatiõis ſpi-
rituſſãcti. Sed ſi quæſierit uirũ p idẽ lauacrũ oĩ ,prſus
Spe ſalui fa cti ſumus. modo iã nos fœcerit ſaluos, reſpondebo, nõ ita eſt, Idem
quippe item dicit Apoſtolus, Spe enim ſalui facti ſumus,
Spes autẽ quæ uidetur, nõ eſt ſpes, quod enim uidet quis
quid ſperat, Si autẽ qd' nõ uidemus ſperamus, p patientiã Roman. 8
expectamus. Salus ergo hoĩs in baptiſmate facta eſt, qa
dimiſſum eſt, qd' peccatũ à parentibus traxit, uel quic-
quid etiã proprie ante baptiſmum peccauit: Salus uero
hominis tãta eſſe poterit, ut peccare omnino nõ poſſit.

Libro VI. Contra Iulianum pelagianum. Cap. V.

Nolite errare, neq; fornicari, neq; ſimulachris ſeruie-
Baptizatus non omnino a carnis concu piſcentia liberatur. 1. Corint. 6 ntes, et cætera, quibus cõmemoratis cõcludit Apoſtolus,
qd' regnũ dei nõ poſſidebũt. Et hæc quidẽ fuiſtis, ſed ab-
luti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, mutatos eos dixit in meli-
us, nõ ut ea carerẽt, qd' in hac uita fieri nõ poteſt, ſed ut
ei non obedirent, qd' in bona uita fieri poteſt, atq; ut ab
eo quo erant uinculo eius obnoxij, liberatos ſe eſſe co-
gnoſcerent, quod niſi regeneratione fieri non poteſt.

Libro. I. Retractionum. Cap. VII.

Ardor quippe charitatis, ſequẽdo deũ factus idoneus
et tã magnus, ut uitia cũcta cõſumat, in hac uita naſci et
creſcere poteſt, pficere uero ppter qd' na ſcitur, ut nullũ
inſit homini uitiũ, nõ cõſequẽter hic poteſt. Quãuis tãta
iſta res eodẽ ardore charitatis pficiatur, ut pficiat quã-
do pfici poteſt, ut quemadmodũ lauacrum regeneratiõis
purgat à reatu omniũ peccatorũ, quæ humana traxit
natiuitas, et contraxit iniquitas, ita illa perfectio purget Epheſ. 5.
ab omni labe uitiorũ, ſine quibus nõ poteſt eſſe humana

in hoc ſæ-

in hoc ſæculo infirmitas, ſicut accipiendum eſt etiam, quod ait Apoſtolus, Chriſtus dilexit eccleſiam &c. Hoc eſt enim lauacrum aquæ in uerbo, quo mundatur eccleſia, Sed cum tota dicat eccleſia, quàmdiu eſt hic, Dimitte nobis debita noſtra, non utiq; hic eſt ſine macula aut ruga &c.

Matthæi. 6.

Super Ioannem tractatu. V.

Si enim uiam humilitatis Chriſtus demonſtraturus aduenerat, et ſe ipſum facturus ipſam humilitatis uiam, in omnibus ab eo implenda erat humilitas. Auctoritatem dare baptiſmo ſuo hinc dignatus eſt, ut cognoſcerent ſerui ſui, quanta alacritate deberent currere ad baptiſmũ domini, quando ipſe non dedignatus eſt ſuſcipere baptiſmum ſerui.

In omnib⁹ a Chriſto implenda erat humilitas.

Et poſt pauca.

Intendat charitas ueſtra, quomodo creauit Mariam, et creatus eſt per Mariam, ſic dedit baptiſmum Ioanni, & baptizatus eſt à Ioanne. Ad hoc ergo accepit baptiſmum à Ioanne, ut accipiẽs quod inferius erat ab inferiore, ad id quod ſuperius erat hortaretur inferiores.

Chriſtus quare baptizatus a Ioanne,

Super Ioannem tractatu. V.

Aliud eſt enim baptizare per miniſterium, aliud baptizare per poteſtatem, Baptiſma enim tale eſt, qualis eſt ille, in cuius poteſtate datur, non qualis eſt ille, per cuius miniſterium datur.

Baptiſma tale eſt, qualis eſt ille, in cuius poteſtate datur,

Et poſt pauca.

Poteſtatem dominici baptiſmi in nullum hominem à domino tranſituram, ſed miniſterium planè tranſiturum: Poteſtatem à domino in neminem miniſtrorum, miniſterium & in bonos & in malos.

Miniſteriũ ſacramẽtorum bonorum & malorum eſſe,

Tractatu. XV.

An utrumq; uerum eſt, ſcilicet quia & Iẽſus baptizabat, et non baptizabat? Baptizabat enim, quia ipſe mundabat, nõ baptizabat, quia ipſe nõ tingebat. Præbebant diſcipuli miniſterium corporis, præbebat ille adiutorium maieſtatis. Quando enim ceſſaret à baptizando, quando non ceſſat à mũdando? de quo dictum eſt ab eodem Ioanne, per Ioannis baptiſtæ perſonam dicentis, Hic eſt qui baptizat, Ergo Iẽſus adhuc baptizat, et quo uſq; baptizandi ſumus, Iẽſus baptizat. Securus homo accedat ad inferiorem miniſtrum, habet enim ſuperiorem magiſtrum. Sed forte ait aliquis, Baptizat quidem Chriſtus in ſpiritu, non in corpore, quaſi uero alterius dono, quàm illius quiſquã etiam ſacramento corporalis et uiſibilis baptiſmatis imbuatur. Vis noſſe, quia & ipſe baptizabat, non ſolum ſpiritu, ſed etiã aqua, audi Apoſtolum: Sicut Chriſtus, inquit, dilexit eccleſiam ſuam, & ſe ipſum tradidit pro ea, mundans eam lauacro aquæ in uerbo, ut exhiberet ipſe ſibi glorioſam eccleſiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliquid huiuſmodi, Mundans eam, Vnde? lauacro aquæ in uerbo: Tolle aquã, nõ eſt baptiſmus, Tolle uerbũ, et nõ eſt baptiſmus.

Chriſtum etiam aqua baptiſare, Epheſi. 5.

Tractatu LXXX. Super euangelium Ioannis.

Iam uos mundi eſtis propter uerbum, quod locutus ſum uobis. Quare non ait mundi eſtis propter baptiſmum, quo loti eſtis, ſed ait, propter uerbum quod locutus ſum uobis, niſi quia & in aqua uerbũ mundat. Detrahe uerbum, & quid eſt aqua niſi aqua? Accedit uerbum ad elementum, et fit ſacramentum, etiam ipſum tãquam uiſibile uerbum. Nam & hoc utiq; dixerat, quando pedes diſcipulis lauit: Qui lotus eſt, non indiget, niſi ut pedes lauet, ſed eſt mundus totus. Vnde iſta tanta uirtus aquæ, ut corpus tangat, & cor abluat, niſi faciente uerbo, Non quia dicitur, ſed quia creditur: Nam & in ipſo uerbo, aliud eſt ſonus tranſiens, aliud uirtus manẽs. Hoc eſt uerbũ fidei, quod prædicamus. ait Apoſtolus, quia ſi confeſſus fueris in ore tuo, quia dominus eſt Iẽſus, & crediderís in corde tuo, quia deus illum ſuſcitauit à mortuis, ſaluus eris: Corde enim creditur ad iuſtitiã, ore autem confeſſio fit ad ſalutẽ. Vnde in actibus Apoſtolorum legimus: Fide mundans corda eorum. Et in epiſtola ſua beatus Petrus, Sic & uos, inquit, baptiſma ſaluos facit, non carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio, hoc eſt uerbum fidei, quod prædicamus, quo ſine dubio ut mundare poſſit, conſecratur & baptiſmus. Chriſtus quippe nobiſcum uitis, cũ patre agricola, dilexit eccleſiam, & ſe ipſum tradidit pro ea. Lege Apoſtolum, & uide quid adiungat: Vt eam ſanctificaret, inquit, mundans eam lauacro aquæ in uerbo. Mundatio igitur nequaquam fluxo et labili tribueretur elemento, niſi adderetur in uerbo, Hoc uerbum fidei tantum ualet in eccleſia dei, ut per ipſum credentem, offerentem, benedicentem, tingentem etiam tantillum, mundet infantem, quamuis nondum ualentem corde credere ad iuſtitiam, & ore confiteri ad ſalutem, Totum hoc fit per uerbum, de quo dominus ait, Iam uos mundi eſtis, propter uerbum, quod locutus ſum uobis.

Iohan. 15. Per uerbũ non, quia dicitur, Sed quia creditur, cor mũ datur.

Roman. 10

Actor. 15. 1. Petri. 3

Ephe. 5. Mundatio non tabili et fluxus elemento tribuitur.

In epiſtolam beati Ioannis tractatu. V.

Intendat charitas ueſtra, uidete quid dicam: Ecce accipit ſacramentum natiuitatis homo, Baptizatus ſacramentum habet, & magnum ſacramentum, ſanctum, diuinum, ineffabile, Conſidera quale, ut nouum hominem faciat, dimiſſionem omnium peccatorum. Attendat tamen in cor, ſi perfectum eſt ibi, quod factum eſt in corpore. Videat, ſi habeat charitatem, & tunc dicat, natus ſum ex deo. Si autem non habet, characterem quidem impoſitum habet, ſed deſertor uagatur, habeat charitatẽ, aliter non ſe dicat natum ex deo. Sed habeo, inquit, ſacramentum. Audi Apoſtolum, ſi ſciam omnia ſacramenta, & habeã omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil ſum.

Baptizatus qui charitatem habet. uere ex deo natus dicetur.

1. Corin. 13

Ex libro de fide ad Petrum diaconum. Cap. III.

Baptiſmus extra eccleſiam eſſe poteſt quidem, Sed niſi in eccleſia prodeſſe nequit, In eccleſia igitur tantũmodo catholica, poteſt unicuiq; prodeſſe, & perceptio baptiſmatis,

Baptiſmus niſi in eccleſia prodeſt.

baptismatis, & opera misericordiæ, & nominis Christi gloriosa confessio, si tamen in ecclesia catholica benè uiuat. Sicut enim sine ecclesiæ catholicæ societate, nec baptismus alicui potest prodesse, nec opera misericordiæ, nisi forte ut mitius torqueatur, non tamen ut inter filios dei reputetur: Sic intra ecclesiam catholicam per solum baptismum uita æterna non acquiritur, si post baptismũ male uiuat.

Item in eodem, Cap. XXXVII.

Extra Christi ecclesiã nemo saluatur.

Firmissimè tene, et nullatenus dubites, omnem, extra ecclesiam catholicam, baptizatum participem fieri non posse uitæ eternæ, si ante finem uitæ huius catholicæ non fuerit redditus, atq; incorporatus ecclesiæ. Quia si habeam, inquit, Apostolus, omnem fidem, & nouerim omnia sacramenta, charitatem autem non habeã, nihil sum. Nã & in diebus diluuij neminem legimus extra arcã potuisse saluari.

In libro de cantico nouo, Cap. I.

Baptizatus homo nouus dicit.

Omnis qui baptismum Christi desiderat, uitam nouã concupiscit, transeat ergo à uetustate, ut perueniat ad nouitatem. Prius enim fuit testamentum uetus, canticum uetus, homo uetus, nunc autem testamentum nouum, canticum nouum, propter hominem nouum.

Ex Lib de Cataclysmo. Cap. I.

Baptizatus cum vitijs pugnabit.

Baptizatus es, signatus es, regio charactere cœpisti cõsequi annonam de mẽsa regis tui. Pugnabis enim cũ uitijs, & ut beatus martyr Cyprianus ait: Si depresseris auaritiam, exurget libido, quod etsi libidinem superabis, succedat ambitio, & si ambitio à te fuerit deuicta, ira, zelus, æmulatio, inuidentia, superbia, ebrietas, cum cæteris suis pestiferis socijs, in unum contra te dimicantium constituẽt castra.

Ibidem. Cap. III.

Ecce dilectissimi uenturi estis ad fontem aquæ, non dicatis in cordibus uestris, hoc est totum, quod pro magno desiderabamus. Fons iste uisibilis similitudo est æterni fontis, renascemini ex aqua et spiritu. Aqua illa nõ solum corporis sordes mundat, sed animam à peccatis liberat. Debetis autem nosse, cur uirtus illius aquæ & dãæ, p sit & corpori. Non enim omnis aqua mundat, sanctificatur hæc per cõsecrationem uerbi. Tolle enim uerbum, & quid est aqua nisi aqua? Accedit uerbum ad elementũ, et fit sacramentũ uirtus uerbi per aquam mundauit nos, quia super aquas ambulauit. Vt autem à tẽpestate huius sæculi nos liberaret, uos uidete potentiam uerbi dei, quẽ admodum dominetur cunctæ creaturæ suæ.

Accedat verbum ad elementum, & fit sacramentum.

Ibidem. IIII. Cap.

Ecclesiæ duo sacramenta.

Os non comminuetis ex eo, sed unus ex militibus latus eius aperuit, & continuo exiuit sanguis et aqua, quæ sunt matris ecclesiæ gemmina sacramenta.

Ad Seleutianam Epist. CVIII.

Ioha. 20

Rectè dici potest, quia cum Petrus negauit dominũ, nondum fuerant Apostoli baptizati, non tamen aqua, sed spiritusancto. Hoc enim eis dixit, postq; resurrexit, & conuersatus est cum eis: Ioannes quidẽ baptizauit aqua, uos autem spiritusancto baptizabimini, quem & accepturi estis non post multos dies. Aliqui autem codices habẽt, uos autem spiritusancto incipietis baptizari. Sed siue dicatur baptizabimini, siue incipietis baptizari, ad rem nihil interest. Nam in quibusdã codicibus inuenitur baptizabitis, aut incipietis baptizare, mẽdosi sunt, q ex Græcis facillime conuincuntur. Si autem dicimus aqua nõ fuisse baptizatos, metuendum est, ne grauiter in eis erremus, ne demus hoĩbus authoritatem cõtemnendi baptismum, quem usq; adeo non contemnendũ ipsa Apostolica disciplina cõmendat, ut Cornelius centurio, & hij, qui cũ illo erant, etiam accepto iam spiritusancto fuerint baptizati. Sicut antiqui iusti, si nõ circũciderentur, nõ erat eis peccatum. Postea uero q̃ iussit deus, ut circumcideretur Abraham, eiusq; posteritas, iã si non fieret, graue peccatũ fuit. Sic etiam, postq̃ dominus Christus in ecclesia sua, sacramentum noui Testamenti, p circumcisione carnis, sanctum baptismum dedit, & apertissimè dixit: Si quis non renatus fuerit ex spiritusancto, nõ intrabit in regnũ cœlorum: Iam nõ debemus quærere, qñ quisq; fuerit baptizatus, sed quoscunq; legimus in corpore Christi, quod ẽ ecclesia, pertinere ad regnum cœlorum, non nisi baptizatos intelligere debemus, nisi forte quos angustia passionis inuenit, & nolẽtes negare Christum, anteq̃ baptizarentur, occisi sunt, quibus ipsa passio pro baptismo deputata est. Sed nunquid hoc possumus de Apostolis dicere, qui usq; adeo largum tempus habuerunt, quõ baptizarentur, ut alios etiam baptizarent? Sed nõ oia quæ facta sunt, etiã scripta inueniuntur, ueruntamen facta esse ex cæteris documentis probãtur. Scriptũ est, quando baptizatus sit Apostolus Paulus, & scriptum nõ est, quãdo baptizati sunt alij Apostoli, uerũtamen ipsos baptizatos intelligere etiã debemus, quẽadmodum scriptum est, qñ baptizatæ sint plebes ecclesiarum in Hierusalem et Samaria, qñ aũt baptizatæ sunt plebes aliæ gentiũ, quibus Apostoli epistolas miserunt, nõ est utiq; scriptum, et tamen etiam ipsas baptizatas utiq; minimè dubitamus, p ter illã dñi sententiã: Nisi qs renatus fuerit ex aqua et spiritusancto, non intrabit in regnum cœlorum.

Acto. 1

Acto. 10

Gene. 17.

Ioh. 3

Apostolos fuisse baptizatos, certis argumẽtis colligere possumus.

Acto. 9

Matth. 3 Luce. 3

Iohan. 3

Post pauca ibidem.

Post baptismum etiam nobis p pœnitentiam dimitti peccata probat Acto. 2

Agunt enim homines ante baptismum pœnitẽtiã de suis ꝑprijs peccatis, ita tamẽ, ut etiã baptizẽtur, sicut scriptum est in actibus Apostolorũ, loquẽte Petro ad Iudæos, & dicẽte: Agite pœnitẽtiã, & baptizetur unusq;q; uestrum in nomie dñi Iẽsu Christi, & dimittẽtur uobis peccata uestra. Agunt etiã hoĩes pœnitẽtiã, si post baptismum ita peccauerint, ut excõmunicari, & postea recõciliari, mereãtur: Sicut agunt in oĩbus ecclesijs illi, q ꝑprie pœnitẽtes appellãtur. De tali enim pœnitẽtia locutus est Apostolus Paulus, ubi ait: Ne iterum cũ uenero humiliet me deus apud uos, & lugeã multos ex his, q antea peccauerunt, & nõ egerunt pœnitẽtiã sup immunditia, & luxuria, & fornicatione, quam egerunt. Neq; enim scri-

2. Corin. 2

Acto.8 bebat ista,nisi eis,q̃ iã baptizati fuerant. Habemus etiam in actibus Apostolorum,Simonem iam baptizatum,cum pecunia uellet emere,ut ei p impositionẽ manus eius,daretur spiritussanctus,admonitum à Petro,ut de hoc graui peccato ageret pœnitentiam. Est enim pœnitentia bonorum atq; humilium fidelium pœna quotidiana, in qua Matth.6 pectora tundimus,dicentes:Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Neq; enim à nobis dimitti uolumus,quæ dimissa non dubitamus in baptismo,sed illã utiq;,quæ humanæ fragilitati,q̃uis parua, tamen crebra,subrepunt, Quæ si collecta contra nos fuerint,ita nos grauabunt et oppriment,sicut unum aliquod grande peccatum.

In Psalm.LXXVII.

Matth.28 Baptismus licet sit communis, non tamen gratia, quæ uirtus est sacramentorũ, cõmunis est In ueteri testamento cũ essent omnia cõmunia sacramenta,non cõmunis erat omnibus gratia,quæ sacramentorũ uirtus est,Sicut & nunc iã reuelata fides, quæ tunc uelabatur omnibus,in nomine patris,& filij,& spiritus sancti,baptizatis cõmune est lauacrum regenerationis,sed ipsa gratia,cuius ipsa sunt sacrauẽta,qua membra corporis Christi cum suo capite regenerata sunt, non cõmunis est omnibus. Nam & hæretici habent eundẽ baptismum, & falsi fratres in communione catholici nominis &c.

In Psalmum.XC.

Matth.4 Matth.3 Baptizatus est dominus, ieiunauit. Quare baptizatus? Vt nõ aspernarẽtur baptizari. Et domino cum diceret Ioannes: Tu ad me uenis baptizari,ego à te debeo baptizari. Et dominus: Sine modo,sic enim oportet nos implere oẽm iustitiã,uoluit impleri humilitatem, ut abluerẽtur,q̃ sordes nõ habebat. Vt q̃d hoc? Propter supbiam futurorum. Exiſtit enim aliqs Catechuminus,q̃ fortè doctrina & moribus uincit multos fideles: Attendit iã baptizatos multos imperitos,nõ sic uiuẽtes,quomõ ipse uiuit,nõ in tanta cõtinẽtia,nõ in tãta castitate, iam ille nec uxorẽ quærit,& uidet aliquando fidelẽ,etsi nõ fornicantẽ,tamen uxore intẽperantius utentẽ, potest erigere ceruicẽ supbiæ,et dicere: Quid mihi iã opus est baptizari, ut hoc accipiã, quod iste habet,quẽ iã & uita & doctrina præcedo? Huic dñs: Quid præcessisti? quantum præcessisti? tantum ne,quantum ego te? non est seruus sup dominum suum,neq; discipulus super magistrum suũ. Sufficit seruo,ut sit sicut dominus eius,& discipulo,ut sit sicut magister eius. Noli extolli,ut non quæras baptismũ. Baptisma quæres domini,ego serui quæsiui &c.

Christus q̃re baptizatus sit, cum peccatum nullum habuerit.

Matth.10

In Psalm.CXVIII.

Sed adhuc quærendum est,quæ petamus dimitti nobis,qñ dicimus deo: Dimitte nobis debita nostra: Vtrum quæ nos operamur,quãdo peccati desiderijs obedimus, an ipsa desideria nobis dimitti uolumus,quæ nos nõ opamur,sed quod habitat in nobis peccatũ? Quantum quidẽ ego sapere possum,lãguoris illius & infirmitatis,unde illicita desideria cõmouentur,quod peccatum appellat Apostolus: uniuersus reatus sacramento baptismatis est solutus,cum omnibus,quæ illi obedientes,fecimus,diximus,

Matth.6 Et post baptismum desiderũ peccãdi manet

Roma.7

cogitauimus,nec deinceps nobis languor iste obesset,q̃uis inesset,si desiderijs eius illicitis nullis unq̃ obedientiã præberemus,siue operatione,siue locutiõe,siue tacita assensione,donec etiã ipse sanaretur,cum id,quod poscimus,esset impletum,siue dicẽtes, Veniat regnum tuum,siue dicẽtes, Matth.6 Iob.7 Libera nos à malo. Sed quoniã tẽtatio est uita humana sup terrã, etiãsi à criminibus longè simus,non tamen deest ubi desiderijs peccati,uel facto,uel dicto,uel cogitatu obediamus,quando aduersus maiora uiglãtibus quædã incauis inuita subrepũt,quæ si aduersus nos colligantur,et si non singula suis motibus cõterunt,omnia tamen aceruo nos obruũt. Et propter hoc etiã mihi uidetur hij,q̃ ambulant in uijs domini,dicunt, Dimitte nobis debita nostra, Matth.6 quoniã ad uias domini,& ipsa oratio pertinet,& ipsa cõfessio,q̃uis nõ ad ea peccata pertineant.

Libro Quæstionum ueteris & noui testamenti.Quæst.LIX.

Qui baptismum putat,carnali ratiõe cõsistere, hic nõ est spiritalis,nec donum cœleste poterit cõsequi,qui se p aquam nõ per fidem immutari credat. Aqua enim cernitur,sed q̃ nõ uidetur,spiritus opatur,ut fides in eo sit, q̃a sicut sordes corporeas aqua,ita spiritus animam abluit à peccatis,ut quomodo uisibilia uisibilibus,ita & spiritalibus,psit spiritus,ac p hoc spiritalis ratio uertitur in baptismo. Plus enim est ibi quod auditur,quàm quod uidetur. Cum hinc ergo Nicodemus carnali instructus ratione dubitaret,saluator ut eum ad fidẽ attraheret, exemplo usus ẽ cõgruo,ut ad rem inuisibilẽ firmandã,uisibile daret exẽplum,quod solo auditu cõsistit,nõ uisu, & nõ negatur,& est tamen terrenũ,q̃a mũdi rem operatur. Ait ergo dominus ad Nicodemum suadẽdo illi: Spiritus ubi Ioan.3 uult spirat, & uocem eius audis,sed nescis unde ueniat aut quo uadat,sic est omnis q̃ renascitur ex aqua & spiritusancto,ut quomodo uox aduenientis spiritus,id ẽ uẽti auditur quidẽ,nõ aũt uidetur: Sicut dictum est, sic et ratio baptismi auditur quod dicatur,tamen quomodo p spiritum sit nõ uidetur,auditur tamen, cum quid futurum ẽ ab eo qui uerba insinuat,prædicatur, ut fieri credatur quod auditur,non tamen ratio facti reddatur &c.

Qui baptismum putat aqua tantũ consistere, & non potius spiritu, failtur &cẽ

In lib. de hæresibus Quoadultdeum,Cap.XLVI.

Manichæi baptismũ in aqua nihil cuiq̃ phibẽt salutis afferre,nec quenq̃ eorũ quos decipiũt,baptizandũ putãt. Manichęi.

Ex lib. contra Petiliani epistolam, Cap. XVIII.

Cum uero Ioãnes baptista & Paulus Apostolus unũ sunt,qa uterq; spõsi amicus erat,tamen qa nõ erat unus baptismus,q̃ dabatur à Ioãne: Et q̃ dabatur à Paulo,iussit Paulus Christi baptismo baptizari eos,q̃ baptismo Ioãnis fuerant baptizati. Itaq; ille baptismus Ioãnis dictus est,q̃ aũt p Paulũ datus est,nõ est dictus baptismus Pauli,sed iußit,inqt, eos baptizari in Christo. Ecce unũ sunt Ioãnes & Paulus,& nõ unum dant. Ecce nõ sunt unum Petrus & Iudas,et unũ dant. At uero Petrus et Paulus, & unum

Baptismus Iohannis et Pauli erat diuersus. Acto.19

& unum sunt, & unum dant. Abraham & Cornelius ex fide iustificati unum sunt, & nō unum sacramentum acceperunt. At uero Cornelius, & ille spado quē Philippus in itinere baptizauit, & unum sunt & unum sacramentum acceperunt. Idemq; Cornelius, et Simon Magus non sunt unum, & unum sacramentum acceperunt. Cū ergo unum est sacramentū, nec diuersi datores, nec diuersi perceptores, faciunt ut non sit unum quod unum est.

Act. 8.

Lib. cōtra Fulgentium donatistam, statim a principio.

Baptismus trinitatis nomine cōsecratus, est uerus.

Etenim Paganus baptizat, Iudæus baptizat, Saducæus baptizat, & multi extra regulā legis datæ baptizare nō cessant, sed illud est unum quod uerum, illud uerū qđ Christo, illud Christi quod patris, et filij, & spiritussancti, hoc est uerum, hoc salubre, huic nullum est comparādum Hoc qui non accipit, ipse sibi & uitæ meritum claudit, & mortis aditum patefecit.

De uera innocentia. Ca. CCCXXIIII.

Regenerationis gratiā ita etiā ij minuunt, q eius dona nō seruant, sicut lucis nitorē loca immunda non possunt. Qui ergo gaudes baptismi pceptiōe, uiue in noui hominis sanctitate, et tenēs fidē, quæ p dilectionē operatur, habe bonū qđ nōdum habes, ut pfit tibi bonū qđ habes.

Gala. 5.

Item contra Fulgentium, vbi supra.

Sicut enim, q manducat & bibit sanguinē dñi indigne, iuditium sibi manducat & bibit: Sic & q accipit indigne baptisma, iuditium accipit, nō salutem. Nā & Iudas, pditor bonum corpus, & Simon Magus bonum baptisma Christi, pcepit, sed qa bono bene non usi sunt, mali male utēdo deleti sunt, bonū est baptisma bonū est Christi sāguis et corpus, bona ē lex, sed si qs ea legittime utatur.

1. Corin. 11. Qui indigne sumunt baptismum, iuditium sibi sumunt.

Ex sermo. quodā de imolatione Isaac.

Rogo uos fratres, ut qcunq;, aut filium, aut uernaculum suum, baptizari desiderat, iā nūc eum ecclesiæ offerre non differat, qa nō est iustum, ut res, quæ tam magna, tam præclara creditur, negligēter aut tardius, q̄ expedit, requratur. Timeo enim, ne aliquæ mulieres, ideo tardius infantulos suos offerāt, qa cum ipsis ad uiglias uenire dissimulant. Certissime enim credimus, quod quæ statim incipiēte quadragesima, eos, q baptizādi sunt, offerre uoluerint, et cum ipsis ad uiglias fœliciter puenerint, & filij eorum legittimo ordine accipient baptismi sacramentum, & ipsi acquirēt indulgentiam peccatorum, præstāte domino nostro Iesu Christo &c.

Baptismus non differē dus.

EX AVGVSTINO DE VNICO BAPTISMATE contra anabaptismum.

Lib. I de baptismo contra Donatistas, Cap. I.

Baptizatus per recessionem baptismum non amittit.

Sacramentum baptismi est, quod habet q baptizatur, & sacramentum baptismi est dādi, quod habet q ordinatur. Sicut autem baptizatus si ab unitate recesserit, sacramentum baptismi non amittit, sic etiā ordinatus, si ab unitate recesserit, sacramentum dādi baptismi non amittit. Nulli enim sacramēto iniuria faciēda est. Si discedit à malis, utrunq; discedit, si pmanet in malis, utrunq; pmanet, sicut ergo acceptatur baptismus, quē nō potuit amittere, q ab unitate, discesserat, sic acceptādus ē baptismus, quē dedit ille, q sacramentū dandi cū discederet, nō amiserat.

In eodem, cap. XVIII.

Cypriani autoritas.

Extant beati martyris Cypriani in eius literis, magna documenta, ut ad illum iā uenia, de cuius sibi auctoritate isti carnaliter blādiuntur, cum eius charitate spiritaliter pmantur. Nā illis tēporibus anteq̄ plenarij cōcilij sentētia, qd in hac re sentiendum esset, totius ecclesiæ cō sensio confirmaret, uisum est ei cū fermè octoginta episcopis suis Affricanarum ecclesiarum, omnē hominē, qui extra ecclesiæ catholicæ cōmuniōem baptizatus fuisset, oportere ad ecclesiā uenientē denuo baptizari. Quod nō rectè fieri tāto uiro nimirum, pterea dñs nō aperuit, ut eius pia & humilitas & charitas in custodiēda salubriter ecclesiæ pace patesceret, & non solum illius tēporis Christianis, sed etiā posteris ad medicinalē, ut ita dicā, notitiā signaretur. Cum enim tāti meriti, tātæ ecclesiæ, tāti pectoris, tāti oris, tātæ uirtutis, episcopus aliud de baptismo arbitraretur, q̄ erat inqsita diligentius ueritas obfirmatura, multiq; eius collegæ, q̄uis liq̄do nondum manifestatum, id tamen tenerent, quod & præteritæ ecclesiæ cō suetudo, & postea totus catholicus orbis amplexus ē, nō se ille tamen, à cæteris diuersa sentiētibus separata cōmuniōe disiunxit, & hoc etiā cæteris pſuadere nō destitit, ut sufferrent inuicē in dilectiōe, studētes seruare unitatē spiritus in uinculo pacis. Ita enim corporis manēte cōpage, si quid in quibusdam membris infirmabatur, ex eorū sanitate conualesceret potius, q̄ præcisione mortificatum diligentiā nullius curationis admitteret. Et si se ille sepasset, q̄ multi sequerentur, quantum sibi nomē inter hoīes faceret, q̄ latius Cyprianiste q̄; Donatiste uocarentur.

Eodem lib. Cap. XIX.

Neminē esse denuo baptizandū.

Est quidem Christi baptisma, quod ubiq; sanctum ē, q̄uis apud hæreticos & scismaticos, ipsius tamen hæresis uel scismatis nō est, & ideo nec ad ipsam catholicā inde uenientes, oportet denuo baptizari.

Lib. secundo de baptismo contra donatistas. Cap. VII.

Autoritas Cypriani neminē debet permouere, ut reb aptizenē reuertentes ad ecclesiam.

Nolite ergo nobis auctoritatem obijcere Cypriani ad baptismi repetitionem, sed tenete nobiscum exemplū Cypriani ad unitatis cōseruationē. Nōdum enim erat, diligenter illa baptismi quæstio ptractata, sed tamen saluberrimam cōsuetudinē tenebat ecclesia, in ipsis quoq; scismaticis & hæreticis corrigere quod prauum est, nō iterare quod datum est, sanare quod uulneratum est, nō eurare quod sanum est. Quā cōsuetudinē credo ex Apostolica traditione uenientem, sicut multa non inueniuntur in literis eorum, neq; in concilijs posterorum, & tamen quia custodiuntur per uniuersam ecclesiam, non nisi ab ipsis tradita & commendata creduntur.

Eodem lib. Cap. XIII.

Quid ergo facimus, inquit, de his, quos iã rebaptizauimus, respõdetur: Redite cum eis ad ecclesiã, medicamẽto pacis offerte curãdos, quos uulneraſtis, uitæ charitatis offerte ſuſcitandos, quos occidiſtis, multũ ualet ad ꝓpitãdum deum fraterna cõcordia. Si duobus ex uobis, ait dñs, cõuenerit in terra, qdquid petieritis, fiet uobis, ſi duobus hoĩbus, quanto magis duobus populis? Simul nos dño ꝓſternamus, participamini nobiſcum unitate, participemur uobiſcum dolore, et charitas cooperiet multitudinẽ peccatorum.

Matth. 18 Cõcordiæ ſtudendum.

1. Pet. 4

Libro eodem, Cap. XIIII.

Quid ſit aũt pnitioſius, utrũ omnino nõ baptizari, an rebaptizari, iudicare difficile eſt. Video quidẽ quid amplius homines, deteſtentur atq; horreant, uerũtamẽ recurrẽs ad illã ſtaterã dominicam, ubi nõ ex humano ſenſu, ſed auctoritate diuina rerũ meritã penſantur, inuenio de utraq; re dñi ſententiã. Nã et Petro dixit, q lotus eſt, nõ indiget niſi ut pedes lauet, uel nõ habet neceßitatẽ iterũ lauandi. Et Nicodemo: Niſi qs renatus fuerit ex aqua et ſpiritu ſancto, nõ intrabit in regnum cœlorum. Quid habeat ſecretior dijudicatio dei, hoĩbus quales nos ſumus, difficile eſt fortaſſe cognoſcere, quantũ tamen ad ipſa uerba attinet, cuilibet hoĩ manifeſtum eſt, quantum diſtet inter, nõ habet neceßitatẽ iterum lauandi, et nõ intrabit in regnum cœlorum. Ipſa deniq; eccleſia ſic traditum tenet, Vt hominem ſine baptiſmo, ad altare prorſus non poßit admittere, rebaptizatum aũt cum poſt pœnitentiã liceat admitti, quid aliud oſtenditur, niſi eũ baptiſmũ nõ carere.

Iohan. 13

Ioh. 3

Non baptizari ab aliquo remouendi.

Lib. III. contra Donatiſtas de baptiſmo Cap. IIII.

Dicit fortaſſe quiſpiã, qd ergo tu modo dicis, quid ad Iubaianum ſcripſerit Cyprianus? Iã lego fateor, et ꝓfectò iſſem in eandẽ ſententiã, niſi me ad diligentiorẽ cõſiderationẽ reuocaret tãta auctoritas aliorum, quos uel paris gratia doctrinæ, uel etiã fortaſſe doctiores, ꝓ tot gentes Latinas, Græcas, Barbaras, et ipſam Hebræã, eccleſia toto orbe diffuſa parere potuit, quæ ipſum quoq; peperat, q mihi quoq; nullo modo uideri potuerũt fruſtra noluiſſe illã ſententiã, nõ qa fieri nõ potuit, ut in obſcuriſſima quæſtiõe uerius pluribus unus pauciúe ſentirent, ſed qa nõ facile ꝓ uno, uel ꝓ paucis aduerſus innumerabiles eiuſdẽ religiõis et unitatis uiros, et magno ingenio, et uberi doctrina prædiros, niſi pertractatis pro uiribus, atq; ꝓſpectis rebus ferenda ſententia eſt. Itaq; ſollicitius inquirenti, quantum mihi etiam ipſius Cypriani litere ſuggeſſerint, pro hac ſententia, quã nunc eccleſia catholica tenet, ut Chriſti baptiſmus nõ ex merito eorũ, per quos datur, ſed ex ipſius, de quo dictũ eſt, hic eſt q baptizat, agnoſcẽdus et ap ꝓbandus ſit in progreſſu ſermonis noſtri res ipſa indicabit.

Baptiſmus non ex merito, ſed gratia datur. Ioha.)

Eodem lib. cap. X.

Nec nos abnuimus eum, q apud hæreticos uel in aliquo ſciſmate, extra cõmunionẽ eccleſiæ, baptizatur, non ei ꝓdeſſe inquantum hæreticorũ et ſciſmaticorum perſonam uerſitati conſentit. Nec illos q baptizant, q̃uis ipſum et uerum dent baptiſmi ſacramentum, recte tamen facere, extra eccleſiam colligere, et contra eccleſiam ſentire. Sed aliud eſt nõ habere aliquid, aliud nõ iurè habere, uel illicitè uſurpare. Non itaq; ideo nõ ſunt ſacramenta Chriſti et eccleſiæ, quia eis illicitè utuntur, non hæretici ſolum, ſed etiã oẽs iniqui et impij. Sed tamen illi corrigendi aut puniendi, illa uero agnoſcenda et ueneranda ſunt.

Sacramẽta ſunt, etiamſi eis illicite utãt hoĩes

Poſt pauca ibidem.

Non eſt aũt aqua prophana et adultera, ſup quam nomen dei inuocatur, etiãſi à Prophanis et adulteris inuocetur, quia nec ipſa creatura, nec ipſum nomen adulterũ eſt. Baptiſmus uero Chriſti, uerbis Euangelicis cõſecratus, et ꝓ adulteros et in adulteris ſanctus eſt, q̃uis illi ſint impudici et immundi, qa ipſa eius ſanctitas pollui nõ poteſt, et in ſacramento ſuo diuina uirtus aßiſtit, ſiue ad ſalutẽ benè utentium, ſiue ad pnitiẽ male utẽtium. An uero ſolis uel etiã lucerne lux cum ꝓ cœnoſa diffunditur nihil inde ſordium cõtrahit, et baptiſmus Chriſti poteſt cuiuſq̃ ſcœleribus inquinari? Si enim res ipſas uiſibiles, q bus ſacramenta tractantur, aĩum conferamus, quis neſciat eas eſſe corruptibiles. Si autem ad id, quod per illas agitur, quis non uideat non poſſe corrumpi, q̃uis hoĩes, per quos agitur, ꝓ ſuis moribus uel premia ꝓcipiant, uel pœnas luant? Rectè aũt non mouit Cyprianũ, quod ſcripſit Iubaianus Nouatianenſis, rebaptizare eos, qui ad ſe ex catholica uenirent.

Baptiſmus Chriſti non poteſt ſceleribus inquinari.

III. Lib. Contra Donatiſtas de baptiſmo, Cap. XI.

Sed aliud eſt cur hæretici rebaptizare nõ debeant, aliud cur catholica, hæretici enim nec, ſi in catholica faciendum eſſet, facere deberent, quia in catholicis hoc non eſſe dicunt, quod ipſi cum ibi eſſent acceperunt, et cum diſcederent abſtulerunt: Catholica propterea nõ debet iterare baptiſma, quia apud hæreticos datũ eſt, ne iudicare uideatur ipſorũ eſſe quod Chriſti eſt, aut eos nõ habere, qd' intus cũ acciperẽt, amittere utiq; foras exeũdo nõ poſſent.

Catholici non debẽt iterare baptiſma.

Cap. XIII. Ibidem.

Tunc incipit ualere idem baptiſmus ad dimittenda peccata, cum ad eccleſiæ pacẽ hæretici uenerunt, ut uerè dimiſſa nõ retineantur, neq; ut ille baptiſmus quaſi alienus aut alius imꝓbetur, aut alter tradatur, ſed ut idem ipſe, qui propter diſcordiam foris operabatur mortem, propter pacem intus operetur ſalutem.

Baptiſmus ualet ad dimittenda peccata.

Cap. XIIII. In eodem.

Nec intereſt cum de ſacramenti integritate et ſanctitate tractatur, quid credat, aut quali fide imbutus ſit ille, qui accepit ſacramentũ, intereſt quidem plurimũ ad ſalutis uiam, ſed ad ſacramenti quæſtionẽ nihil intereſt, fieri enim poteſt, ut homo integrũ habeat ſacramentũ et peruerſam fidem, ſicut fieri poteſt, ut integra teneat uerba Symboli, et tamen non rectè credat, ſiue de ipſa trinitate, ſiue de reſurrectione, uel aliquid aliud: Neq; enim

Hõ habet integrũ ſacramentum etiamſi haparua

beat per ter fam fidem.

parua res est in ipsa intus catholica tenere integram fidem, ut non omnino de aliqua creatura, sed de ipso deo nihil aliud credat quàm ueritas habet.

Cap. XV. Ibidem.

Quamobrem si Euãgelicis uerbis, in nomine patris, & filij, & spiritussancti, Marcion baptismum consecrabat, integrum erat sacramentum, q̃uis eius fides sub eisdẽ uerbis aliud opinantis, q̃ catholica ueritas docet non esset integra, sed fabulosis falsitatibus inquinata. Nã sub eisdẽ uerbis, id est, in nomine patris, & filij, & spiritussancti, non solum Martion, aut Valentinus, aut Arrius, aut Eunomius, sed ipsi carnales paruuli ecclesiæ, quibus dicebat Apostolus, nõ potui loq uobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Si possent singuli diligenter interrogari, tot diuersitates opinionũ fortassis, quot homines numerarẽtur, animalis enim homo nõ pcipit ea quæ sunt spiritus dei. Nunqd tamen ideo nõ integrum sacramentum accipiunt? Aut nunquid ideo si, pfecerint, & opinionum carnalium uanitatẽ emendauerint, denuo quod accepant repetendum est? Accipit quisq; secundum fidẽ suã, sed quã tũ capit gubernante illa misericordia dei, de qua præsumens idẽ Apostolus, dicit, si quid aliter sapitis, id quoq; uobis deus reuelabit.

Probat ex exemplo.

1. Cor. 3

2. Corin. 2

Secundum fidem suam accipit quisq.

Philip. 3.

Cap. XVI.

Neq; enim tẽporalibus & sensibilibus miraculis attestantibus p manus impositionẽ modo datur spiritussanctus, sicut antea dabatur ad cõmendationem rudis fidei et ecclesiæ primordia dilatanda. Quis enim nunc hoc expectat, ut hi, qbus manus ad accipiẽdum spiritum sanctum imponitur, repentè incipiant linguis loq. Sed inuisibiliter & latenter intelligitur per uinculum pacis eorũ cordibus diuina charitas inspirari, ut possint dicere. Quoniam charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

Acto. 8

Modo non datur spiritus per impositionem manuum.

Roma. 5

Cap. XVIII.

Sicut autem isti, qui intus cum gemitu tolerantur, q̃uis ad eandẽ columbæ unitatem, & illã gloriosam ecclesiam, non habentem maculam, aut rugam, aut aliqd huiusmodi, non ptineant, tamen si corrigantur, & se pessimos ad baptismum accessisse fateantur, non rebaptizantur, sed incipiunt ad columbam pertinere, per cuius eis gemitus peccata soluuntur, à cuius pace alienatis tenebantur: Sic & q apertius foris sunt, si eadem sacramenta sumpserunt, cum correcti ad ecclesiæ ueniunt unitatẽ, non iterato baptismo, sed eadem charitatis lege & unitatis uinculo liberantur.

Ephe. 5

Baptismus non iterandus.

Cap. XIX.

Illi sanè, q propterea dicunt non esse iterandum baptismum, qa manus tantũmodo imposita est eis, quos Philippus diaconus baptizauerat, nihil ad rem pertinens, dicunt, Et absit, ut cum uerum quærimus, talibus argumẽtis utamur. Qua ppter magis hæreticis non cedimus, sed quod habent de Christi ecclesia, non esse dicamus ipsorũ, nec propter scelera deserto rum imperatoris nostri signa nolumus agnoscere, magis quia dñs deus noster deus zelans est, quicquid eius apud aliquem agnoscimus, nullo modo ei concedamus, ut suum proprium esse arbitretur.

Acto. 8

Exo. 34

Lib. quarto de baptismate contra Donatistas. Cap. I.

Ita fit, ut eum Paradisi aqua sit extra Paradisum, beatitudo tamen nõ sit, nisi intra Paradisum. Sic ergo baptismus ecclesiæ potest esse extra ecclesiam, munus autẽ benè uitæ & beatæ, non nisi intra ecclesiam reperitur, quæ super Petram etiam fundata est, quæ ligandi atq; soluendi claues accepit.

Baptismus ecclesiæ potest esse extra ecclesiã.

Cap II.

Aqua enim ecclesiæ fidelis, & salutaris, & sancta est benè utentibus, ea uero benè uti extra ecclesiam nemo potest, malè autem utentibus & foris & intus, ad supplitiũ geritur, non ad premium suffragatur, & ideo baptismus corrumpi & adulterari non potest, & si à corruptis & adulteris habeatur, sicut & ipsa ecclesia incorrupta, & casta, & pudica est, & ideo non ad eam pertinent auari, raptores, & fœneratores, quos non tantum foris, sed etiã intus esse, multis literarum suarum locis Cyprianus ipse testatur, & tamen non mutato corde baptizantur & baptizant.

Baptismus non potest corrumpi sicut ecclesia.

Cap. IIII.

Nõ itaq; hæreticorum baptisma acceptamus quando post eos non baptizamus, sed quod Christi esse cognoscimus, etiã in malis hominibus, siue apertè foris, siue intus occulte sepatis, illis in ea re in qua deliquãt correctis, debita ueneratiõe suscipimus. Sicut aũt urgeri uideor, cũ mihi dicitur: Ergo hæreticus dimittit peccata, Sic & ego urgeo, cum dico: Ergo q cœlestia mandata nõ seruat, auarus, raptor, fœnerator, iuuidus, uerbis nõ factis, sæculo renunciãs, dimittit peccata, si p uim sacramenti dei, sicut et ille, ita & ille. Si p meritũ suũ, nec ille, nec ille. Illud enim sacramentũ, & in malis hoĩbus, Christi esse cognoscitur: In corpore aũt unicæ colũbæ, icorruptæ, sanctæ, pudicæ, nõ habẽtis maculã aut rugam, nec ille, nec ille inuenitur.

Non accipimus baptisma hæreticorum.

Ephe. 6.

In eodem, cap. VI.

Nõ ergo inuenimus ab Apostolis aliquẽ, cũ apud hæreticos baptizatus esset, in eodẽ baptismo admissum esse & cõmunicasse, sed neq; hoc inuenimus ab hæreticis aliquem uenientẽ, qui apud illos fuerit baptizatus, ab Apostolis denuo baptizatum. Sed illa consuetudo, quam etiã, tunc hoies sursum uersus respicientes nõ uidebant aposterioribus institutã, rectè ab Apostolis trãdita creditur.

Apostoli nõ rebaptizarunt uenientes ab hæreticis baptizati.

Eodem lib. Cap. VIII.

Verè decuit Cyprianum de zelo & liuore, & argure grauiter, & monere, à quo tã mortifero malo, cor eius penitus alienatum, tãta charitatis abundãtia cõprobauit, qua uiglãtissimè custodita, cum collegis suis nõ mali uolè de baptismo, diuersa sentiẽtibus, nec ipse maliuola cõtentione, sed humana tẽtatione aliter sapiẽs, qd̃ ut illi deus in charitate pseueranti, cũ uellet postea reuelaret, in cõmunionis unitate pmansit, apertè dicens: Neminẽ iudicantes, neq; à iure cõmunionis aliquẽ, si diuersum senserit, amouentes. Neq; enim quisq̃ nostrum episcopum se

Philip. 3. Cyprianus in concilio Carthaginensi.

esse episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adegit.

Cap. X. In eodem.

Dixerit aliquis, interiora zizania facilius in frumento conuerti, Cōcedo ita esse, sed quid hoc pertinet ad baptismum iterandum? Nunquid si forte aliquis ab hæreticis conuersus, cōuersionis suæ tempore ac facilitate præ Summa, nemo rebaptizandus est. uenerit eū, q tardius à malitia intus corrigitur & mutatur, ei non est iterandum baptisma, & illi qui præuētus est ab eo, qui ex hæreticis uenit, quia tardius correctus ē iterandum est? Nihil ergo ad rem pertinet, de qua nunc quæstio est, quis serius se, tardiusúe conuertat à propria peruersitate, ad rectitudinē fidei, uel spei, uel charitatis.

Post pauca in eodem cap.

Cogita qd, non qs det. Quantum arbitror iā claret, & liquet in ista quæstione, de baptismo non esse cogitandum, quis det, sed quid det, aut quis accipiat, sed quid accipiat, aut quis habeat, sed quid habeat.

Cap. XI.

Non nos concedimus hæretico baptismum, sed illius baptismum, de quo dictum est, hic est qui baptizat, ubicunq; inuenerimus agnoscimus. Perfidus aūt et blasphemus, si in perfidia & blasphemia permanserit, nec extra ecclesiam, nec intra ecclesiam, remissionem accipit peccatorum, aut si propter uim sacramenti ad punctum tēporis accipit, & foris & intus eadem uis operatur, sicut uis noīs Christi expulsionē dæmonū etiā foris opabatur.

Blasphemi et perfidi nec intra aut extra eccle siam habēt remissiōem peccatorū.

Eodem lib. cap. XVII.

Baptismus pijs & impijs cōmunis, vitia & peccata uero non communia. Potest igitur nobis & hæreticis baptisma esse cōmune, cum qbus potest & Euangelium esse cōmune, q̄is à fide nostra error distet illorum, siue aliud de patre, uel de filio, uł de spiritu sācto sentiāt, q̄ ueritas habet, siue ab unitate præcisi nō colligant cum Christo, sed spargant, quia potest nobis si frumenta dominica sumus, etiam intus cū auaris, cum raptoribus, cum ebriosis, & cæteris eiusmodi pestibus de qbus dicitur. Regnum dei non possidebūt, & baptismatis sacramentum esse commune, & tamē uitia, qbus à regno dei separantur, nō esse communia.

Cap. XXIII.

Luc. 23 Quid aūt ualeat, & qd agat in hoie corporaliter, adhibita sanctificatio sacramenti, sine qua tamē ille latro nō fuit, qa nō eius accipiendæ uoluntas defuit, sed nō accipiendæ eius necessitas affuit, difficile est dicere: Nisi tamen Matth. 3 Plurimum valet baptis mus. plurimum ualeret, non serui baptismum dīs accepisset.

V. Lib. Contra Donatistas de baptismo, Cap. I.

Cyprianus Ecclesiæ catholicæ cōsuetudinē pristinam nunc teneri, cum ab hæreticis & scismaticis ueniētes, si Euangelicis uerbis baptisma consecratum perceperunt, denuo nō baptizantur, beato Cypriano teste &c.

Cap. II.

Væ, q ab unitate ecclesiæ recedunt. Et ideo uæ istis, q p sacrilegā præcisionē ab unitate dirupti, & si apud nos & apud illos est baptismus rebaptizant. Si aūt in catholica sola est, nec baptizabant, siue ergo rebaptizent, siue non baptizent, nō sunt in uinculo pacis, unde cuilibet, istorum uulneri adhibeant medicinam.

Cap. V.

Quocirca etiā, si uere ꝓpterea uellent hæretici correcto errore uenire ad ecclesiā, qa putarent se baptismū nō habere, nisi in catholica acciperent, nec sic eis deberemus ad iterationē baptismi cōsentire, sed potius docēdi essent, nec integritatē baptismi ꝓdesse puersitati eorum, si corrigi nollent, nec eorum puersitate uiolatū fuisse integrū baptisma, q̄diu corrigi noluerunt, nec qa corrigi uolūt melius in eis baptisma fieri, sed ipsos à malignitate discedere, illud aūt ꝓdesse iā incipe ad salutē, qd' prius ineratꝫ ad pnitiē. Hæc enim discētes, & salutē i catholica unitate desiderābūt, & suū esse, qd' Christi est, nō estimabūt, et ueritatis sacramētū, q̄is in se positū, cū errore ꝓprio nō miscebūt. Baptismus impœnitētibus non ꝓdest.

Cap. XI.

Iā nunc de baptismo hōis uidendū est, qd dicatur: Baptizatos enim à Paulo eos, q iā baptismo Ioānis baptizati fuissent, legimus in actis Apostolorum nō ob aliud, nisi qa Ioānis baptismus non fuerit Christi baptismus, sed Ioanni à Christo concessus, q Ioannis proprie diceretur, sicut idē Ioannes dicit, Nō potest homo accipere quic̄q̄, nisi datū fuerit ei de cœlo. Accepit aūt hoc Ioannes certe dispensatiōis gratia, non diu mansurū, sed quantū satis esset ad parandā uiā dño, cuius eū esse præcursorē oportebat. Act. 9 De baptismo Ioannis. Ioan. 3

Vbi supra. Cap. X.

Quero itaq;, si baptismo Ioannis peccata dimittebnatur, quid amplius præstari uoluit p baptismū Christi eis, quos Apostolus Paulus post baptismū Ioānis Christi baptismo uoluit baptizari? Si aūt Ioānis baptismo non dimittebātur peccata, utrum nam meliores erant Ioāne, Cypriani temporibus, de qbus ipse dicit, qd' fundos insidiosis fraudibus rapiebant, & usuris multiplicātibus fœnus augebant, qbus tamē baptizātibus fiebat remissio peccatorum? An qa eos unitas ecclesiæ tenebat? Quid ergo? Ioānes non erat in unitate, amicus ille sponsi, uiæ doīcæ præparator, & ipsius dñi baptizator? Quis hoc dementissimus dixerit? Qua ꝓpter quamq̄ credā ita baptizasse Ioannē in aqua pœnitētiæ in remissionē peccatorum, ut ab eo baptizatis in spe remitterētur peccata, re ipsa uero in dñi baptismo id fieret, sicut resurrectio, quæ expectatur i finē, spe in nobis facta est, sicut dicit idē Apostolus. Quia simul nos excitauit, & simul sedere fœcit in cœlestibus. Et idē dicit: Spe enim salui facti sumus. Nā & ipse Ioannes, cū dicat: Ego quidē baptizo uos, in aqua pœnitentiæ in remissionē peccatorum: Dīm uidens, ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Cyprianus in Epistola de lapsis. Iohan. 1 Ephes. 2 Roma. 8 Matth. 3 Iohan. 1

Cap. XI.

Quæ igitur causa est, nisi qa baptisma, qd' illos iussit Paulus accipere, nō p Ioannē dabatur, & ideo i eadē ipsa unitate ecclesiæ baptismus Christi, si baptizāte fœneratore tradatur, repeti nō potest, baptismū aūt Ioānis etiam ab ipso Ioāne accipiētes, postea Christi baptismo baptizari oportebat. cur post Ioannem baptizatū fit, iamiam aūt non liceat.

Cap. XII.

Sed Christi baptismū nō oportuit iterari, de quo idē Ioannes In baptis-

mo Ioannis non dabatur spiritus qui in Christi.

Ioãnes ait, Hic est q̃ baptizat in spiritusancto, Per quẽli bet enim ministrũ detur, illius ẽ baptismus, de quo dictũ est: Hic est qui baptizat, sed neq; ipsius Ioannis baptismus iteratus est, cum ab eo baptizatos, baptizari in Christo Paulus apostolus iussit, quod enim ab amico sponsi nõ acceperant, hoc ab ipso sponso accipere debuerũt, de quo ille amicus dixerat: Hic est, qui baptizat in spiritusãcto.

Cap. XIIII.

1. Thessa. 2 Roman. 11. Ephes. 3. 2 Thimo. 2

Itaq; inuenimus dictum ab Apostolo: Et gloriã meã, quamuis utiq; in domino, et ministeriũ meũ, & prudentiam meam, & euangelium meum, quamuis utiq; à domino impertitum atq; donatum: Baptismus autem meus nemo dixit eorum omnino &c.

Cap. XV.

In baptizato autem inseparabiliter baptisma permanere, manifestum est, quia in quodlibet profundũ malorum, & in quãlibet horribilem uoraginem peccatorum irruat baptizatus, usq; ad apostaticam ruinam non caret baptismo, & ideo per penitentiam redeunti non redditur, quia eo non potuisse carere iudicatur, Baptizatũ autem separari ab ecclesia posse quis dubitauerit? Inde quippe omnes hæreses exierunt, quæ uocabulo Christiano decipiunt.

Cap. XIX.

Quod bonis & malis ministris equefacramẽta ministrãtur.

Si autem deus adest sacramentis, & uerbis suis per quales libet administrentur, et sacramenta dei, ubiq; recta sunt, & mali homines, quibus nihil prosunt, ubiq; peruersi sunt.

Cap. XX.

Spirituscanctus in sacramentis nõ datur, etiam malis administrantib⁹. Ioannis 9.

Si ergo ad hoc ualet, quod dictum est in euangelio: Deus peccatorem nõ audit, ut per peccatorem sacramenta nõ celebrentur, quomodo exaudit homicidam deprecantem, uel sup aquã baptismi, uel super oleũ, uel sup eucharistiam, uel sup capita ipsorum, quibus manus imponitur? Quæ omnia tamẽ, & fiunt, & ualent, etiã p homicidas, id est, per eos, qui oderunt fratres, etiam in ipsa intus ecclesia, cum dare nemo possit, quod nõ habet, quo modo dat homicida spiritumsanctũ, & tamen ipse intus etiã baptizat, deus ergo dat etiã ipso baptizante spiritũ sanctum.

Cap. XXI.

Quapropter sacramentũ gratiæ dat deus per malos, ipsam uero gratiã non nisi per se ipsum, uel per sanctos suos, & ideo remissionẽ peccatorum, uel per se ipsum facit, uel per illius columbæ membra, quibus ait: Si cui dimiseritis, dimittentur, si cui tenueritis, tenebuntur.

Cap. XXIII.

Quare ad ecclesiam rediens nõ rebaptizatur.

Ad Pompeium scribit etiam Cyprianus de hac eadẽ re, ubi aperte indicat Stephanum, quem Romanæ ecclesiæ episcopũ tunc fuisse didicimus, non solum sibi ad ista nõ consensisse, uerumetiã contra scripsisse atq; præcepisse: Qui utiq; Stephanus non propterea cõmunicauit hereticis, quia baptisma Christi, quod in eorum puersitate integrũ mansisse cognouit, improbare nõ est ausus. Nam si nõ habet baptismũ qui de deo praua sentiunt, hoc posse & intus accidere, iam satis, ut arbitror, disputatum est. Apostoli autẽ nihil quidem exinde præceperunt, sed cõ suetudo illa, quæ apponebatur Cypriano, ab eorum traditione exordium sumpsisse credenda est, sicut sunt multa, quæ uniuersa ecclesia tenet, et ob hoc ab apostolis præcepta, bene creduntur, quãq̃ scripta non reperiuntur.

Cyprianus in Epistola ad Pompeum.

Cap. XXIIII.

An baptismus possit esse sine spiritusancto. Gala. 3.

Quotquot in Christo baptizati estis, Christũ induistis. Induunt autem homines Christũ usq; ad sacramenti perceptionẽ, aliquãdo & usq; ad uitæ sanctificationem: Atq; illud primum & bonis & malis potest esse cõmune, hoc autem alterũ propriũ est bonorũ piorũ. Quapropter si baptisma esse sine spiritu nõ potest, habent & spiritũ heretici, sed ad pernitiem, non ad salutem, sicut habuit Saul, Nam per nomen Christi in spiritusancto eiciuntur demonia, quod & ille poterat, qui erat extra ecclesiam, de quo discipuli domino fugesserunt, sicut habent auari, qui tamen nõ sunt templũ dei. Quoniam quæ societas templo dei cum idolis? Si autem non habẽt auari spiritum dei, & tamen habent baptisma, potest esse sine spiritu baptisma.

1. Samu. 18

Mar. 9.

Cap. XXVI.

Vnum baptisma esse in ecclesia Christi, Ephe. 4

Traditum est ergo nobis, sicut Cyprianus cõmemorat, ab Apostolis, quod sit unus deus, & unus Christus, & una spes, & una fides, & una ecclesia, & unũ baptisma. Cum ergo Apostolorũ temporibus inueniamus fuisse quosdam, quibus una spes nõ erat, et unum baptisma erat: Sic ex ipso fonte ita in nos ducitur ueritas, ut appareat nobis sic fieri posse, ut cum sic una ecclesia, sic spes una, & baptisma unũ: Habene tamẽ unũ baptisma qui nõ habent unã ecclesiã, sicut etiam illis temporibus fieri potuit ut baptisma unũ haberent, qui unã spem nõ haberent &c. Quomodo enim habebant unã spem cũ sanctis & iustis, qui dicebant: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur: Et tamen in ipsis erant, quibus idẽ dicit Apostolus: Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis? ad eos enim apertissimè scribit, dicens: Quomodo quidam in uobis dicunt, quia resurrectio mortuorum non est?

1. Chori. 15

1 Chorint. 1.

1 Chor. 15.

Libro. VI. Cap. XIIII.

Vis baptismatis non permittit, ut rebaptizetur quis.

Tanta uis est in sacramento simplicis baptismi, ut cũ fateamur aliquem baptizatum, & adhuc male uiuentẽ, debere mundari, uetemus tamẽ ulterius baptizari.

Cap. XVI.

Vniuersæ ecclesiæ catholicæ hæc est sententia, ut hæretici, quãuis in heresi iam Christi baptismo baptizati ad ecclesiã uenientes, non baptizentur. Si enim nulla est apud hæreticos remissio peccatorum, nec intus peccatores peccata dimittunt, & tamẽ ab eis baptizati nõ rebaptizantur.

Ibidem. Cap. XVII.

Verũ baptismum etiã perditi habent.

Patrem, & filiũ, & spiritũsanctũ in sacramento dũtaxat habere omnes, qui baptismo, uerbis euãgelicis cõsecrato, baptizãtur, in corde autẽ, & in uita nec illos habere, qui intus pditẽ & execrabiliter uiuunt.

Cap. XXV.

In sacris idolorũ multi baptizantur.

Cæterum quis neſciat non eſſe bapatſmum Chriſti, ſi uerba euangelica, quibus ſimbolum conſtat, illic defuerint? Sed facilius inueniuntur hæretici, qui omnino non baptizant, quàm qui illis uerbis nõ baptizant. Ideoq; dicimus, non omne baptiſma, nam in multis idolorum ſacrilegis ſacris baptizari homines perhibentur, ſed baptiſmum Chriſti, id eſt, uerbis euangelicis conſecratum, ubiq; eundem eſſe, nec hominum quorumlibet, & qualibet peruerſitate uiolari.

Cap. XXVII.

Non probandus baptiſma in malis,

Nõ eſt baptiſmus hereticorum, quem in hereticis ꝓbamus, ſicut non eſt baptiſmus, auarorum, inuidorum, quem probamus in eis, omnes quippe iſti iniqui ſunt, ſed iuſtus eſt Chriſtus, cuius in ſe ſacramentum, quod ad ipſum attinet, non uiolant &c.

Libro VII. contra Donatiſtas

Cap. XXXVI.

Manet unũ baptiſma in reuerſis.

Sic eſt unum baptiſma in eccleſia catholica, ut cũ exinde aliqui exierint, in hiss qui exeunt, non fiunt duo, ſed idem unum maneat. Quod ergo in redeuntibus agnoſcitur, hoc & in eis, qui à recedentibus acceperunt, quod illi cum recederent non miſerunt?

Cap. L.

Sacramenta poſſũt dari ys, qui nõ ſunt in eccleſia, Philip. 3

Ex quo apparet, & in eis eſſe poſſe, atq; ab eis dari poſſe ſacramentum Chriſti, qui nõ ſunt in eccleſia Chriſti, in quo non niſi unanimis & concordes habitare Cyprianus ipſe teſtatur. Neq; enim ſaltem hoc dici poteſt, tunc baptizare poſſe eum latent, quoniam illi Paulum apoſtolum non latebant, quos in epiſtola ſua ueraciſſimus teſtis notat, & gaudere ſe dicit, quoniam & ipſi Chriſtũ annunciabant, de his quippe ait, Siue occaſione, ſiue ueritate Chriſtus annuncietur, & in hoc gaudeo, ſed & gaudebo.

Eodem libro. Cap. LIII.

Qualiscunq; ſit qui dat aut recipit ꝓbaptiſma Chriſti, ſemper recipit, & dat ſacramentum,

Solet etiã queri, utrum ad ꝓbandũ ſit baptiſma, quod ab eo, qui nõ accepit, accipitur, ſi forte hoc curioſitate aliqua didicit, quẽadmodũ dandum ſit: Et utrũ nihil interſit, quo animo accipiat, ille, cui datur, cũ ſimulatione, an ſine ſimulatione: Si cũ ſimulatione, utrum fallens ſicut in eccleſia, uel in ea, quæ putatur eccleſia, an iocans ſicut in Mimo, & quid ſi ſceleratius, in eccleſiã fallaciter accipere, an in hereſi uel ſciſmate ſine fallatia, id eſt, animo nõ ſimulato: Et utrũ in hereſi fallaciter, an in Mimo cũ fide, ſi quiſquã inter agendũ, repentina pietate moueatur, quãq; talem, ſi etiam illi cõferamus, qui in ipſa catholica fallaciter accipit, mirum ſi dubitatur quis cui præferendus ſit. Sed nobis tutum eſt in ea non progredi aliqua temeritate ſententiæ, quæ nullo in catholico regionali cõcilio cœpta, nullo plenario cõcilio terminata ſunt. Id autem ſit curo ſecuræ uocis aſſerere, quod in gubernatione domini dei noſtri & ſaluatoris Iẽſu Chriſti uniuerſitatis eccleſiæ cõſenſione roboratũ eſt. Verumtamen ſi quis forte in eo concilio conſtitutum, ubi taliũ rerũ quæſtio uerſaretur, non præcedentibus talibus, quorũ ſententias ſequi mallem, urgeret, ut dicerem, quid ipſe ſentirem: ſi eo modo affectus eſſem, quo erã cũ iſta dictarem. Nequaq; dubitarem eos habere baptiſmum, qui ubicunq; & aquibuscunq; illud uerbis euãgelicis cõſecratum, ſine ſua ſimulatione, & cũ aliqua fide accepiſſent, quamq; eis ad ſalutem ſpiritalẽ nõ prodeſſet, ſi charitate caruiſſent qua catholicæ inſerentur eccleſiæ. Si enim habeã fidem, inquit, ut montes transferam, charitatem autẽ nõ habeam, nihil ſum, ſicut iam præteritis maiorũ ſtatutis, nõ dubito etiam illos habere baptiſmum, qui quãuis fallaciter id accipiant in eccleſia, tamen accipiunt, uel ubi putatur eſſe eccleſia ab eis, in quorum ſocietate id accipitur, de quibus dictum eſt: Ex nobis exierunt. Vbi autem neq; ſocietas ulla eſſet ita credentium, neq; illa qui ibi acciperet ita crederet, ſed totum ludicre, & inimice, & ioculariter ageretur, utrum baptiſmum, qui ſic daretur, approbãdus eſſet, diuinum iuditium, per alicuius reuelationis oraculum, concordi oratione, & impenſis ſupplici deuotione gemitibus, imploraudum eſſe cenſerem, Ita ſane ut poſt me dicturos ſententias, nequid iam exploratum & cognitum afferrent, humiliter exſpectarem, quanto magis ergo nunc ſine præiuditio diligentioris inquiſitiõis, uel maioris auctoritatis iſtud dixiſſe accipiendus ſum.

1. Corin. 13

Iohan. 2.

Ad Vincentium Donatiſtam, Epiſtola. XLVIII.

Cyprianum aliter ſenſiſſe de baptiſmo quàm forma & cõſuetudo habebat eccleſiæ, non in canonicis, Sed in ſuis, et inconcilij literis inuenitur. Correxiſſe autẽ iſtã ſententiã non inuenitur, nõ in cõgruenter tamen de tali uiro exiſtimandũ eſt, qđ correxerit, & fortaſſe ſuppreſſum ſit ab eis, qui hoc errore nimium delectati ſunt, & tãto uelut patrocinio carere noluerunt. Quãq; nõ deſint qui hoc Cyprianũ prorſus nõ ſenſiſſe cõtendant, ſed ſub eius nomine á præſumptoribus atq; mendacibus fuiſſe confictum. Neq; enim, ſic potuit integritas atq; notitia literarũ, unius quãlibet illuſtris epiſcopi cuſtodiri, quẽ admodũ ſcriptura canõica, tot linguarum literis, & ordine, ac ſucceſſione cælebrationis eccleſiaſticæ cuſtoditur. Contra quam tamẽ non deſuerunt, qui ſub nominibus apoſtolorum multa cõfingerent, fruſtra quidem, quia illa ſic cõmendata, ſic celebrata, ſic nota.

Sunt quidã qui Cyprianum non eadem ſenſiſſe dicunt de anabaptiſmate, quę a quibuſdã ſibi impoñuntur.

Ad Eleuſium, Glorium, & Fœlicem. Epiſtola, CLXIII.

Catabaptiſta ſceleratior, q̃ homicida,

Reuera enim fieri poteſt, ut ſceleratior ſit rebaptizator totius hominis, quàm ſolius corporis interẽptor.

Ad Maximinum, Epiſtola CCIII.

Baptizare Catholicũ, immaniſſimũ ſcelus eſt.

Noui enim, quæ ſit eccleſia catholica, gentes ſunt hereditas Chriſti, & poſſeſſio Chriſti, termini terræ, Noſtis & uos: Nam & ſi non noſtis, aduertite, facillimé à uolentibus ſciri poteſt. Rebaptizare igitur hereticum hominẽ, qui hæc ſanctitatis ſigna perceperit, quæ Chriſtiana tradidit diſciplina, omnino peccatũ eſt. Rebaptizare autem catholicum ſcelus eſt immaniſſimum &c.

Ex libro

Ex libro expositionis Epistolæ, ad romanos inchoatæ.

Qui semel baptizati non iunt re baptizandi,

Non enim possunt denuo baptizari, qui semel baptizati sunt, quamuis etiam post baptismum, per ignorantiam ueritatis peccauerint. Ita fit, ut quoniam sine baptismo, nemo recte dicitur scientiam accepisse ueritatis, o-

Hebre. 6

mnis qui accæpit eam, non ei relinquatur pro peccatis sacrifitium, hoc est, non possit denuo baptizari. Eos enim, qui iam baptizati fuerint, curari melius dicimus, per pœnitentiam non renouari, quia renouatio in baptismo est, Ideoq; remittentes, inquit, initio Christi uerbum, in consumationẽ respiciamus, non iterum iacientes fundamentũ pœnitentiæ à mortuis operibus, & fidei in deum lauacri doctrinæ, impositionis manus, resurrectionis mortuorũ & iuditij æterni, Ista omnia in baptismo tradantur, quæ negat esse repetenda, utiq; in consecrandis fidelibus.

Libro II. Contra epistolam Parmeniani. Cap. XIII.

1. Corin. 14

Deus enim noster nõ est dissensionis deus, sed pacis, nec ecclesiæ eius sacramenta in eis, qui ab ecclesia recesserunt, sed ipsi qui recesserunt inimici sunt, sicut autem habent in baptismo, quod per eos dari possit, sic in ordinatione ius dandi, utrunq; quidem ad pernitiem suam, quàm diu charitatem non habent unitatis. Sed tamen aliud est prorsus non habere, aliud pernicioſe habere, aliud salubriter habere, quicquid non habetur dandum est cum opus est dari, quod uero pernicioſe habetur, p correctionem, depulso pernitie, agendum est, ut salubriter habeamus, quamquàm etsi laicus aliqua pereuntis dederit necessitate compulsus, quod cum ipse acciperet, dandum esse addidicit, nescio an pie dixerit quispiam esse repetendum. Nulla enim cogentæ necessitate si fiat, alieni muneris usurpatio est. Si autem necessitas urgeat, aut nullum aut ueniale delictum est. Sed & si nulla necessitate usurpetur, & à quolibet cuilibet detur, quod datum fuerit, non potest dici nõ datũ, quamuis recte dici possit illicitè datum &c.

In necessitate laicus baptizare potest.

Libro I. Contra literas Petiliani. Cap. III.

Psalm. 117 Hieremi 17 Non fidendum hominibus. Psa. 3. et 59

Bonũ est confidere in domino, quàm cõfidere in homine. Et maledictus omnis, qui spem suam ponit in homine, spem baptizandorum auferũt à dño deo, & in homine ponendã esse psuadent: Vnde fit omnino ut nõ incerta, ed prsus nulla sit salus, quia dñi est salus, et uana salus hominis. Itaq; quisquis in homine spem posuerit, etiam quem iustũ et innocentẽ nouit, maledictus est. Vnde & apostolus Paulus eos, qui dicebant se Pauli esse, obiurgat, & dicit: Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est? aut in nomine Pauli baptizati estis?

1 Coirnt, 1.

Libro I. Contra Cresconium grãmaticum. Cap. XXXI.

Iohan. 13. Qui semel lotus est, nõ opus habet iterum lauari,

Ab hæreticis ueniẽtẽ, pbate in scripturis canonicis denuo baptizatũ, Nam & nos, pferimus Petro dictum. Qui lotus est semel, nõ opus habet iterũ lauari, Sed etiã uos dicitis: Petrus non fuerat apud hæreticos baptizatus, inde quia nec uos potestis afferre de scripturis, quarum nobis est cõmunis auctoritas, ab hæreticis uenientẽ denuo baptizatum, nec nos ita susceptum, quantum ad hanc rem attinet, par nobis caussa est.

Libro III. Contra eundem. Cap. V.

Deus sãctificat, non minister.

Siue à fideli, siue à perfido dispensatore, sacramentũ quisq; percipiat, non sanctificat, nisi dominus.

Eodem libro. Cap. VIII. & IX.

Hiere. 3 Pastores boni mali. Ezech. 34

Dabo uobis pastores secundum cor meũ, & pascent uos, pascentes cũ disciplina, Scio completum est, tales Apostoli fuerũt, tales etiã nunc, & si pro ecclesiæ latitudine perpauci, nõ tamen desunt. Sed qnid etiam per Ezechielem prophetam dicatur aduersus pastores malos, debuisti querere, legere, cogitare, ibi enim dicit: Ego pascã, nõ pastores. Proinde cum per pastores bonos & pastores malos, uerbum suum sacramentum q; dispensat, ipse pascit, quia de ipso ait: Vt sit unus grex, & unus pastor Ioan. 10. Psalm. 117 Bonũ est enim confidere in dño, q̃ cõfidere in hominẽ.

Ex libro de unico baptismo contra Petilianum. Cap. II.

Sacrilegus nõ est, qui unicũ baptismum, nõ quod tuũ Sed quod Christi est, iterare nõ audet, Christi est enim unicam hominis in baptismate cõsecratio, tua est autẽ unici baptismatis iteratio. Corrige in te quod tuũ est, agnosce quod Christi est, Hoc enim iustũ est, ut cũ mala homĩ nũ reprobamus, quicũq; in illis bona dei repimus ap, probemus.

Sanctificatio Christi est, quæ fit baptismate

Cap. VII.

Neq; enim tantum nihil eũ adiuuant hæc euangelica testimonia, sed etiam caussæ nostræ plurimũ suffragãtur de baptismo Ioannis agebatur, à quo baptizatos quosdã, si baptizauit Apostolus, non utiq; Ioannis baptismũ habentibus, iteram Ioannis baptismũ dedit, sed Christi baptismũ non habentes, baptizari iussit in Christo, æp hoc neutrum destruxit, sed utrunq; distinxit.

Acto. 19

Distinctio Christi & Ioannis baptismi.

Contra eundem. Cap. IX.

Ita quisquis extra ecclesiam fuerit ab hereticis uel scismaticis, tamen Christi baptismate, consecratus, cũ ad ecclesiam uenerit, non est negandum sacramentũ ueritatis quo imbutus est, sed adijcienda est pietas unitatis, à quà separatus est, & sine quo illud inesse illi possit, prodesse non possit: Hoc facimus, hoc à maioribus traditũ accepimus, hoc in catholica ecclesia, quæ toto orbe diffunditur, contra omnes falsitatis nebulas custodimus.

Pietas unitatis cõmunicanda, cũ reuertis, nõ iteratio baptismi.

Cap. XI.

Quid est ergo, quod dicit: Illic esse uerum baptismã ubi est uera fides? Prorsus fieri potest, ut aliqui uerum habeant baptisma, & non habeant ueram fidem: Sicut fieri potest, ut habeant uerum euangelium, quod nõ recte intelligendo, falsi aliquid credant de deo. Nunquid propter ipsam fidei falsitatem, etiam euangelium, quod uerum apud eos inuenitur, detestandum autem emendãdum putabimus?

Vbi uera fides, ibi uerus baptismus, quomodo intelligendum.

Cap. XIII.

Ego autem

Contra cata baptistas,

Ego autem, ut quòd de hac re sentiam breuiter dicam rebaptizare hereticos quod illi fœcisse dicuntur, tunc fuit humani erroris: Rebaptizare autem catholicos, quod adhuc isti faciunt, semper est diabolicæ præsumptionis.

Cap. XIIII.

Stephanus & Cyprianus Episcopi.

Duo erant eminentissimarum ecclesiarum, Romanæ scilicet & Carthaginensis, Episcopi, Stephanus & Cyprianus, ambo in unitate catholica constituti, Quorum Stephanus baptismum Christi in nullo iterandũ esse censebat, & hoc facientibus, grauiter succensebat, Cyprianus autem in Heresi uel schismate baptizatos, tanq̃ nõ habentes baptismum Christi, baptizandos in ecclesia catholica existimabat, multi cum illo, quidam cum isto etiam sentiebant, utriq; cum eis in unitate sistentes, si ergo uerum est, quod isti dicunt, & unde causſam suæ separationis asserere uel excusare conantur, quod in una cõmunione sacramentorum mali maculant bonos, & ideo corporali disiunctione à malorum contagione recedendum est, ne omnes pariter pereant: Iam nunc Stephani & Cypriani temporibus, cõstat periisse ecclesiam, nec posteris derelictam, ubi donatus spiritaliter nasceretur,

Libro II. contra secundam Gaudentij Epistolam, Cap. IIII.

Lauacro regenerationis abluuntur pœnitentia.

Galienus autem noster, qui fuit aliquando uester et àliquàm plurimi, qui ex uobis ad nos, considerata catholica ueritate transierunt, non ideo tibi uideantur à uestra contagione non fuisse purgati, quia non sunt à nobis rebaptizati. Hi enim qui nondum baptizati sunt, à peccatis omnibus, in catholica ecclesia lauacro regenerationis abluuntur, in eis autem, qui hoc sacramentum non ad

1. Petri 4. auxilium, sed ad iuditium foris accipiunt, quia in desertore uiolamus, characterem regum, fit illud quod scriptum est: Charitas coaperit multitudinem peccatorum.

In euangelium Iohannis tractatũ. V.

Boni non præcidũt se ab ecclesia, etiam si erant. Philippẽ. 3

Tamen quid nobis solent dicere? Ecce post Ioannem baptizatum est. Antẽq̃ enim quæstio ista bene tractaretur in ecclesia catholica, multi in ea errauerunt, & magni & boni, sed quia de membres columbæ erant, non se præciderunt, & factum est in eis quod dicit Apostolus: Si quid aliter sapitis, hoc quoq; uobis deus reuelauit.

Et post pauca ibidem.

Et Iudas Christi baptisma dabat. Ioannis 4.

Baptisma Christi das, ideo post te nõ baptizaretur, Post Ioannem ideo baptizatus est, quia baptisma Christi non debet, sed baptisma suũ, quia sic acceperat ut ipsius esset, Nõ ergo tu melior quàm Ioannes, sed baptisma quòd p te datur, melius quàm Ioannis: Ipsum enim Christi est istud autẽ Ioannis. Et qd' dabatur à Paulo, & qd' dabatur à Petro, Christi est, Et qd' datũ est à Iudã, Christi erat, dedit Iudas, & nõ baptizatũ est post Iudã: Dedit Ioannes, & baptizatũ est post Ioannem, quia si datũ est à Iuda, Christi erat baptisma, qd' autem à Ioanne datum est, Ioannis erat. Non Iudam Ioanni, sed baptismũ Christi, etiam per Iude manus datũ, baptismo Ioannis ea tiã per manus Ioannis dato, recte præponimus. Etenim dictum est de domino antẽq̃ pateretur, quia baptizabat plures quàm Ioannes. Deinde subiunctum est, quàmuis ipse nõ baptizaret, sed discipuli eius: Ipse, et non ipse: Ipse potestate, illi ministerio, seruitutem ad baptizandũ illi admouebãt, potestas baptizãdi in Christo pmanebat.

Post pauca ibidem.

Matth. 11. Per malum ministrum potest dari baptismus.

Ceterum fratres mei, delirum est dicere, quia melioris meriti fuit, non dico Iudas, sed quilibet hominũ, quàm ille de quo dictum est, In natis mulierum nemo surrexit maior Ioanne baptista. Non ergo huic quisq̃ seruus sed baptisma domini etiam per seruum malum datum, baptismati etiam amici serui præponitur.

Libro de uera & falsa penitentia. Cap. III.

Sicut semel Christus Crucifixus est, sic baptismus iterandus nõ est.

In signo enim crucis, quisq; in aqua submergitur, & submersus sepultus ostenditur, non enim qui lapsi sunt, p iterat baptismũ consequi ueniam poterunt: Sicut enim semel Christus Crucifixus est: Sic baptismus iterandus non est: Vna enim morte sua omnes redemit, ut amplius mori non oporteat. Quod uidens ecclesia, intellexit non iterandũ baptisma, per fructus itaq; penitentiæ baptizatis adhibetur spes ueniæ. Nam filius qui recesserat, à patre in regionem longinquam, susceptus est à patre per penitentiam confitentem. Lucæ 15.

De fide ad Petrum. Cap. III.

Reuerso hereticõ, non repetendus baptismus.

Ergo ideo hereticus debet ad ecclesiam redire, non ut sacramentũ baptismatis iterum accipiat, quod nemo debet in quolibet homine repetere baptizato, sed ut in catholica societate uitam æternam accipiat: Ad quam obtinendã, nunq̃ potest esse idoneus, qui cũ sacramento baptismatis, ab ecclesia catholica remanserit alienus.

Ibidem. Cap. XXXVI.

Separati ab ecclesia, habet baptismum in iuditium.

Firmissimè tene, et nullatenus dubites, sacramentum baptismatis, non solum intra catholicã ecclesiam, sed etiã apud hereticos, qui in nomine patris, et filij, & spiritus sancti baptizant, esse posse: Imò sicut intra ecclesiã recte credentibus, per sacramentum baptismi conferri salutem, sic extra ecclesiam baptizatis, si ad ecclesiam nõ redierint, eodem baptismo accumulari perniciem, tantũ enim ualet ecclesiasticæ unitas societatis ad salutem, ut baptismo non saluetur, cui ibi non datur, ubi oportet ut detur: Inesse tamen homini baptismũ, etiam extra ecclesiam baptizato, sed ad iuditiũ inesse ab ecclesia separato, Et quia manifestum est, ubicunq; datum fuerit hoc baptisma, semel esse dandum: Et ideo si ab hereticis in nomine patris, & filij, & spiritussancti fuerit datum, uenerabiliter agnoscendum, Et ab hoc nullatenus iterandum, saluator enim dicit: Qui semel lotus est, non indiget nisi ut pedes lauet. Ioan. 13.

De uera innocentia. Cap. CCCXXX.

Vna est nativitas de terra, alias de cœlo est: Vna est de

Quemadmodum uteri renascentia non potest repeti, ita nec aquæ.

Vna est de carne, alia de spiritu: Vna est de æternitate, alia de mortalitate: Vna est de masculo & fœmina, alia est de deo & ecclesia, & ipsæ duæ singulares sunt: Quomodo ergo uterus non potest repeti, ita nec baptismus.

Libro contra Petiliani Donatistæ epistolam. Cap. XIX.

Hæc sine pertinatia considerantes atq; cogitantes, facile potestis intelligere, id in quo q̃ corrigẽdum esse, quod paruum est, quod autem rectum est approbandum: Et hoc dandum esse quod deerit, quod autem inerit agnoscẽdum. Veniens itaq; hæreticus, ut catholicus fiat, errorem corrigat proprium, non Christi uiolet sacramentum, accipiat uinculum pacis quod non habebat, sine quo illi prodesse non poterat baptisma, quod habebat: Vtrunq; enim necessarium est, ad regnum dei adipiscendum, & baptismus, et iustitia. Et in contemptore quidem baptismi Christi, non potest esse iustitia. Baptismus autem & in eo, qui iustitiam non habet, potest esse, sed non potest prodesse, sicut enim ueritas dixit: Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum cœlorum, Ita eadem ueritas dixit: Nisi abundauerit iustitia uestra, super scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnũ cœlorum, ut non baptismus solus, sed etiam iustitia perducat ad regnum, cui autem uel utrunq;, uel unum defuerit, illuc peruenire non possit.

Baptismus esse potest in eo, qui non habet iustitiam,

Libro de ecclesiasticis dogmatibus. Cap. LII.

Neq; enim credendum est eos fuisse baptizatos, qui non in nomine patris, & filij, et spiritus sancti, iuxta regulam à domino positã, tincti sunt, ut sunt Pauliani, Prodiani, Borburite, Siphori, qui nunc uocantur Bonosiani, Fotiniani, Montani, et Manichæi, uariaq; impietatis germina, uel cæteræ istorũ origines, siue ordinis pestes, quæ duo principia sibi ignota introducunt, ut Cerdon & Martion, uel contraria, ut Manichæus, uel tria & barbara, ut Secianus & Theodosius, uel multa, ut Valentinus, uel Christum hominem fuisse absq; deo, ut Cherinthus, Hebion, Arthemon & Fotinus. Ex istis certé inquam, si qui ad nos uenerint, non requirendum ab eis utrum baptizati sint an non, sed hoc tantum, si credant ecclesiæ fidem, & baptizentur ecclesiastico baptismate.

Hæreticorum uaria impietatum germina circa baptismum.

In sermone quodam, dominicæ in octaua paschæ, ad baptizatos.

Sed uos me audite, ò baptizati, audite me, per sanguinem Christi, quo estis renati, obsecro uos per nomen, qd̃ super uos inuocatum est, per illud altare, ad quod accessistis, per sacramenta, quæ accepistis, per iuditium futurum uiuorum & mortuorum. Obsecro uos, obstringo uos per nomen Iẽsu Christi, ut non imitemini eos, quos infideles esse cognoscitis, sed illius sacramentum maneat in uobis, qui de ligno descendere noluit, sed uoluit de sepulchro resurgere, AMEN.

Hortatur ne imitentur infideles.

DE INFANTIVM BAPTISMATE.

In euangelium Ioannis, tractatu. LXVII.

In domo patris mei mansiones multæ sunt. Proinde respuendi sunt à corde Christiano, qui putant ideo dictum multas esse mansiones, quia extra regnum cœlorũ erit aliquid, ubi maneant beati innocẽtes, qui sine baptismo ex hac uita emigrarunt, quia sine illo in regnũ cœlorum intrare non potuerunt. Hæc fides non est fides, quoniam non est uera & catholica fides. Absit, absit, ut qui uolunt habitare in regno cœlorum, in hac stultitia uelint habitare uobiscum, absit inquam, ut cum omnis domus regnantium filiorum non sit alibi, nisi in regno ipsius, regiæ domus pars aliqua non sit in regno &c.

Iohan. 14.

In regno dei sunt domus regnãtium filiorum.

De libero arbitrio libro III. Cap. XXIII.

Quo loco etiam illud perscrutari homines solent, baptismi sacramentum Christi, quid paruulis prosit, cum eo accepto plerunq; moriuntur, priusq̃ ex eo quicquam cognoscere potuerunt: Qui in re satis piè rectéq; creditur, prodesse paruulo eorum fidem, à quibus consecrandus offertur: Et hoc cõmendat ecclesiæ saluberrima auctoritas, ut ex eo quisq; sentiat, quid sibi prosit fides sua, quando in aliorum quoq; beneficium, qui propriã nondũ habẽt, potest aliena cõmodari. Quid enim in filio uidue prosuit fides sua, quam utiq; mortuus non habebat, cui tamen prosuit matris ut resurgeret? Quãto ergo potius fides alienapotest cõsulere paruulo, cui sua pfidia nõ potest imputari. De cruciatibus autẽ corpis, quibus affliguntur paruuli, quorũ p ætatẽ nulla peccata sunt, si animæ quibus animãtur, nõ priusq̃ ipsi homines esse cœperũt, maior quærela, & quasi misericors deponi solet, cũ dicitur: Quid mali fœcerũt ut ista paterentur? quasi possit esse innocẽtiæ meritũ, antẽq̃ quisq; aliquid nocere possit: Cũ autẽ boni aliquid opatur deus in emẽdatiõe maiorũ, cũ paruulorũ suorũ, qui eis chari sunt, doloribus ac mortibus flagellãtur, cur ista nõ fiãt, quãdo cũ trãsierint p nõ factis erũt, in quibus facta sunt, ppter quos autẽ facta sunt, aut meliores erũt, si tẽporalibus incõmodis emẽdati rectius elegerint uiuere, aut excusationẽ in futuri iuditij supplicio nõ habebũt, si uitæ huius ãgoribus ad æternã uitã desideriũ cõuertere noluerũt. Quis autẽ nouit qd̃ puulis, de quorũ cruciatibus, duritia maiorũ cõtũditur aut exercetur, fides aut misericordia ꝓbatur? Quis ergo nouit, quid ipsis paruulis, in secreto iuditiorũ suorũ, bonæ cõpensationis reseruet deus? Quoniã quãq̃ nihil recte fœcerint, tamen nec peccãtes aliquid ista ppessi sunt. Nõ enim frustra etiam infantes illos, qui cum dominus noster Iẽsus Christus ab Herode necandus quereretur, occisi sunt, in honore martyrum receptus cõmendat ecclesia, quanq̃ isti calumnioſi, & talium quæstionũ non studioſiſſimi examinatores, sed loquaciſſimi uentilatores, etiã de pecorũ laboribus et doloribus, ſolent minus eruditorũ ſollicitare fidem &c.

Prodest aliena fides offerentium paruulos ad baptiſmum

Matthæi. 2

In ar

In argumento libri de duabus animabus contra Manichæos.

Paruuli nõ uoluntate, sed originis rei sunt.

Cur ergo inquiunt Manichæi, peccatum dicitis paruulorum, quorum uoluntatem nõ tenetis reã? respondetur: Non eos proprietate uoluntatis, sed origine reos teneri, omnis enim homo terrenus, quid est origine, nisi Adam? Porrò autem Adam habebat utiq; uoluntatem cũ peccasset, peccatum per eum intrauit in mundum.

Libro IIII. contra Donatistas de baptismo Cap. XXIII.

Luce 23.

Quid autem ualeat, & quid agat in homine corporaliter adhibita sanctificatio sacramenti, sine qua tamen ille latro non fuit, quia non eius accipiendæ uoluntas defuit, sed non accipiendæ necessitas adfuit, difficile est dicere. Nisi tamen plurimum ualeret, non serui baptismũ

Matth. 3

dominus accepisset. Verum quia per se ipsa consideranda est, excepta salute hominis, cui perficiendæ adhibetur satis indicat, quod & in malis, & in eis, qui sæculo uerbis, non factis, renunciant, ipsa integra est, cũ illi nisi corrigantur, salutem habere non possunt. Sicut autem in latrone, quia per necessitatem corporaliter baptismus defuit, perfecta salus est, quia per pietatem spiritaliter adfuit, sic & cum ipsa præsto est, si per necessitatem desit, quod latroni adfuit, perficitur salus: Quod traditum tenet uniuersitas ecclesiæ, cũ paruuli infantes baptizantur, qui certe nondum possunt corde credere ad iustitiam, & ore confiteri ad salutem, quod latro potuit, quinetiam flẽdo et uagiendo, cum in eis mysterium celebratur, ipsis mysticis uocibus obstrepunt, & tamen nullus Christianorum dixerit eos inaniter baptizari.

Latroni spiritaliter adfuit baptismus per pietatẽ, cum corporaliter per necessitatẽ adesse non poterant, Roman. 10

Cap. XXIIII. Ibidem.

Exemplis demonstrat quid ualeat baptismus in paruulis,

Et si quisq; in hac re auctoritatem diuinam quærat, quanq; quod uniuersa tenet ecclesia, nec conciliis institutum, sed semper retentum est, non nisi auctoritate Apostolica traditum rectissimé creditur, tamen ueraciter conijcere possumus, quid ualeat in paruulis baptismi sacramentum, ex circumcisione carnis, quam prior populus accepit, quam priusq; acciperet, iustificatus est Abraham: sicut Cornelius etiam dono spiritussancti, priusq; baptizaretur, ditatus est. Dicit tamen Apostolus de ipso Abraham: Signum accepit circumcisionis, signaculum fidei iustitiæ, qui iam corde crediderat ei, deputatum illi erat ad iustitiã, Cur ergo ei præceptum est, ut omnem deinceps infantem masculum, octauo die circũcideret, qui nondum corde poterat credere, ut ei deputaretur ad iustitiã, nisi quia & ipsum per se ipsum sacramentum mul

Gene. 15. Acto. 10. Roma 4.

Exo. 4

tum ualebat? Quod in filio Mosi per angelum manifestatum est, qui cum adhuc incircumcisus à matre ferretur, præsenti & euidenti periculo, ut circumderetur, exactum est, & cum factum esset, de pulsa est pernities. Sicut ergo in Abraham præcessit fidei iustitia, & accessit circumcisio, signaculum iustitiæ fidei, ita in Cornelio præcessit sanctificatio spiritalis, in dono spiritussancti, & accessit sacramentum regenerationis in lauacro baptismi. Et sicut in Isaac, qui octauo suæ natiuitatis die, circumcisus est, præcessit signaculũ iustitiæ fidei: Et quoniam patris fidem imitatus est, secuta est increscente ipsa iustitia, cuius signaculum in infante præcesserat, ita & in baptizatis infantibus præcedit regenerationis sacramentũ, Et si Christianam tenuerint pietatẽ, sequitur etiã in corde conuersio, cuius mysterium præcessit in corpore. Et sicut in illo latrone, qd' ex baptismi sacramento defuerat, compleuit omnipotentis benignitas, quia non superbia uel contemptu, sed necessitate defuerat: Sic in infantibus qui baptizati moriuntur, eadem gratia omnipotentis implere credenda est, quod non ex impia uoluntate, sed ex ætatis indigentia, nec corde credere ad iustitiam possunt, nec ore confiteri ad salutem: Ideo cum alij pro eis respondent, ut impleatur erga eos celebratio sacramenti, ualet utiq; ad eorum consecrationẽ, quia ipsi respondere non possunt, at si pro eo qui respõdere potest, alius respondeat, non itidem ualet. Ex qua regula illud in Euangelio dictum est, quod omnes cum legitur, naturaliter mouet, ætatem habet, ipse pro se loquatur.

Gene. 21 Romano 4

Iohan. 9

Cap. XXV. Ibidem.

Aliud est baptismus, aliud conuersio cordis.

Quibus rebus omnibus ostenditur, aliud esse sacramẽtum baptismi, aliud conuersionem cordis, sed ad salutem hominis ex utroq; compleri, Nec si unum horum defuerit, ideo putare debemus consequens esse, ut et alterum desit, quia et illud sine isto potest esse in infante, et hoc sine illo potuit esse in latrone, complente deo siue in illo, siue in isto, quod non ex uoluntate defuisset. Cum uero ex uoluntate alterum horum defuerit, reatu hominẽ inuolui, & baptismus quidem potest inesse, ubi conuersio cordis defuerit: Conuersio autem cordis potest quidem inesse non percepto baptismo, sed contempto baptismo non potest. Neq; enim ullo modo dicenda est conuersio cordis ad deum, cum dei sacramentum contemnitur. Iuste igitur reprehendimus, anathematizamus, detestamur, abominamur peruersitatem cordis hæreticorum: Sacramentum tamen euangelicum non ideo non habent, quia per quod utile est, non habent. Quapropter cum ad fidem & ueritatem ueniunt, & agentes pœnitentiã, remitti sibi peccata deposcunt, non eos decipimus neq; fallimus, cum correctos à nobis ac reformatos in eo, quo deprauati atq; peruersi sunt ad regnum cœlorum, sic disciplinis cœlestibus erudimus, ut quod in eis integrũ est nullo modo uiolemus, nec propter hominis uitiũ, si quid in homine dei est, uel nullum, uel uitiosum esse dicamus.

Libro X. De genesi ad literam. Cap. XXIII.

Apostolica traditio, infantes baptizare, Matthæi 2.

Consuetudo matris ecclesiæ, in baptizandis paruulis nequaq; spernẽda est, neq; ullo modo superflua deputanda, nec omnino credenda nisi apostolica esset traditio, Habet enim & illa parua ætas, magnum testimonij pondus, quæ prima meruit pro Christo sanguinem fũdere.

Libro

Lib. XXI de ciuitate dei, Cap. XIIII.

Eccle. 40 Paruuli absoluti a vinculo originalis peccati per baptismum, etiamnũ culpa Adę mitigatiũtur.

Quod scriptum est: Graue iugum super filios Adam, á die exitus de uentre matris eorum, usq; in diem sepulturæ in matrem omnium. Vsqueadeo impleri necessum est, ut ipsi paruuli per lauacrum regenerationis, ab originalis peccati, quo solo tenebantur, uinculo iam soluti, mala multa patientes. Nonnulli etiam incursus spirituum malignorum aliquãdo patiantur. Quæ quidem passio absit, ut eis obsit, si hanc uitam in illa ætate, etiam ipsa passione ingraueſcente, & animam de corpore excludente, finierint.

Lib. XXII. Cap. XXII.

Sathan vexat & paruulos baptizatos.

Contra milleformes dæmonum incursus, quis innocentia sua fidit, quandoquidem ne quis uideret etiam paruulos baptizatos, quibus certè nihil est innocentius aliquando sic uexant, ut in eis maximè, deo sinente, ista mõstretur huius uitæ flenda calamitas, & alterius desideranda fœlicitas.

Ex lib. solutionum queſt. Hilarij, Queſt. II.

Quòd autem dicunt, infantem morte præuentum, non baptizatum, perire non posse, quoniam sine peccato nascitur, non hoc dicit Apostolus, & arbitror esse melius, ut Apostolo potius, quàm illis credamus. Dicit enim ille doctor gentium, in quo Christus loquebatur: Per unũ hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Et paulo post dicit: Nam iudicium quidem ex uno delicto in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Proinde isti, quem fortè inuenerint infantem, non ex ullius hominis cõcupiscentia procreatum, ipsum dicant illi damnationi nõ esse obnoxium, nec per Christi gratiam ab illa damnatione esse liberandũ. Quid est enim, ex uno delicto in cõdemnationem, nisi illo delicto, quo deliquit Adam? Et quid est, ex multis delictis in iustificationem, nisi quia Christi gratia non solum illud delictum soluit, quo obstringũtur infantes, ex illo uno homine procreati, sed etiam multa delicta, quæ cũ creuerint homines, addunt malis moribus suis? Tamen & illud unum, quo est obligata propago carnalis, quæ ab illo primo homine originem ducit, sufficere dicit ad condemnationem: Ideo non est superfluus baptismus puerorum, ut qui per generationem illi condemnationi obligati sunt, per regenerationem liberentur: Et sicut non inuenitur homo, qui ab eadem condemnatione soluatur, sic non inuenitur homo, qui præter Christum spiritaliter regeneretur. Carnalis autem generatio, delicto illo uni & damnationi eius obnoxia est: Spiritalis uero regeneratio, non solum illud unum, propter quod baptizantur infantes, sed multa delicta facit aboleri, quæ homines malè uiuendo ad illud, in quo generati sunt, addiderunt.

Baptismus puerorum non est superfluus.

De hæresibus. Quodadultdeutũ, Cap. LXXXVIII.

Hæretici Pelagiani

Pelagiani paruulos negant secundum Adam carnaliter natos, contagium mortis antiquæ prima natiuitate contrahere: sic enim eos sine ulla peccati originalis uinculo adserunt nasci, ut prorsus non sit, quod de eis oporteat secunda natiuitate dimitti: sed eos propterea baptizari, ut regeneratione adoptati admittantur ad regnum dei, de bono in melius translati, non ista renouatione ab aliquo malo obligationis ueteris absoluti. Nam etiam si non baptizentur, promittunt eis extra regnum quidem dei, sed tamen æternam & beatam quandam uitam suam.

negant peccatum originale.

Eodem lib. XLVII. loco.

Hæretici Hierachitę dicunt, ad regnum dei puulos non pertinere.

Hierachitæ, quorum auctor Hieracha nuncupatur, resurrectionem carnis negant: monachos tantum, & monachas, & coniugia non habentes, in communionem recipiunt. Ad regnum cœlorum non pertinere paruulos dicunt, quia non sint eis merita ulla certaminis, quo uita superetur

Lib. V. contra Pelagianos Hyponoſt.

Lucæ 19

Sinite itaq; paruulos uenire ad Christum uitam, ut eis perditam per Adam medicina sua redonet uitam: Venit enim non inaniter quærere & saluare, quod perierat. Vos uidebat præscientia sua futuros hæreticos, uosq; notabat in Apostolis suis, dicens: Sinite infantes uenire ad me, & nolite eos prohibere, talium est enim regnum cœlorũ. Talium ad comparationem uidelicet uenientium ad se dixit, non omnium paruulorum generaliter, etiam & qui in eo renati non sunt. Ideo inquit, Sinite paruulos uenire ad me, id est, nolite eos credere me non indigere, non enim possunt uenire in regnum patris mei, nisi per me. Denique ait: Ego sum uia, ueritas & uita: nemo uenit ad patrem nisi per me. Est enim deus uerax, omnis aũt homo mendax. Quinimmò in remissionem baptizantur & paruuli, alioquin non habent in regno cœlorum uitam. Dimittitur eis regeneratione spiritali, quod traxerunt (ut sæpe dixi) ex Adam generatione carnali

Lucæ 18

Ioan. 14

Psalm. 115.

Regeneratione spirituali dimittitur paruulis, qđ traxerunt ex Adam generatione carnali.

In lib. de fide ad Pet. diac. cap. xxvij.

Firmissimè tene, & nullatenus, dubites, non solum homines, iam ratione utentes, uerumetiam paruulos, qui siue in uteris matrum uiuere incipiunt, & ibi moriuntur, siue cum de matribus nati, sine sacramento sancti baptismatis, qui datur in nomine patris, & filij, et spiritussancti, de hoc sæculo transeũt, ignis æterni sempiterno supplicio puniendos, quia & si propriæ actionis peccatum nullum habuerunt, originalis tamen peccati damnationem carnali conceptione traxerunt & natiuitate.

Paruuli qui sine baptismate decedunt, damnantur ret peccati originalis.

Lib. de spiritu & anima, Cap. XLII.

Vnde si aliqui sub peccato geniti paruuli obeunt absq; remedio salutari, pertimesce iustitiam dei, qui nihil debet alicui, sed damnat in singulis malum, quod nõ fecit in eis. Si autem paruulos renouat sacramentis, admirare misericordiam dei. Ipsi enim sicut nesciunt culpam, cum qua ex carne nascuntur, sic nesciunt gratiam, qua per Christum renouantur. Non excusat paruulos á culpa, quia eam non norunt: nec excludit gratiam ab eis, quia eam nesciunt. Quæris in eis culpam, inuenis ex carne traductã: Quæris in eis gratiam, inuenis á deo collatam.

Ignorantia non excusat puulos.

De Eccleſiaſt. dogmat. Cap. XXXIIII.

Anathema eſt, qui negat in paruulis eſſe peccata originis. Roma. 5

Quicunq; paruulos recentes ab uteris matrum baptiſandos negat, aut dicit in remiſſionem quidem peccatorũ eos baptizari, ſed nihil ex Adã trahere originalis peccati, quod lauacro regenerationis expietur, unde ſit conſequẽs, ut in eis forma baptiſmatis in remiſſionẽ peccatorũ non uera, ſed falſa intelligatur, anathema ſit, quoniam nõ aliter in telligendum eſt, quod ait Apoſtolus: Per Vnum hominem peccatũ intrauit in mundum, et per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccauerunt, niſi quemadmodum catholica eccleſia ubiq; diffuſa ſemper intellexit. Propter hanc enim fidei regulã, etiam paruuli, qui nihil peccatorum in ſeipſis adhuc cõmittere potuerunt, ideo in peccatorum remiſſionem uere baptizantur, in meis regeneratione mundetur, quod generatione traxerunt.

Libro II. De bono perſeuerantiæ, Cap. XII.

Non eſt apud deũ perſonarũ reſpectus.

Neq; enim fato cogitur deus illis infantibus ſubuenire, illis autem nõ ſubuenire, cum ſit utriuſq; cauſa cõmunis aut res humanas in paruulis, non diuina prouidentia, ſed fortuitis agi caſibus opinabimur, cum rationales uel damnãdæ uel liberãdæ ſint animæ, quandoquidẽ nec paſſer cadit in terram ſine uoluntate patris noſtri, qui in celis eſt, Aut parentum negligentiæ ſic tribuendum eſt, quod paruuli ſiue baptiſmo moriuntur, ut nihil ibi agant ſuperna iuditia tanquam ipſi, qui hoc modo male moriuntur parentes ſibi negligentes uoluntate propria, de quibus naſcerentur, elegerint, quid dicam, quod paruulus aliquando, anteq; illi per miniſterium baptizantis ſuccurri poſſit, expirat? Plerunq; enim feſtinantibus parẽtibus et paratis miniſtris, ut baptiſmus paruulo detur, deo tamẽ nolente nõ datur, qui eum paruulũ, in hac uita nõ tenuit ut daretur. Quid etiam quod aliquando paruulis in fidelium filijs potuit, ne irent in perditionem, et filijs fidelium non potuit baptiſmate ſubueniri? Vbi certe oſtenditur, quod perſonarum apud deum non ſit acceptio, alioqui cultorum ſuorum potius, quam inimicorum filios liberaret.

De verbis Apoſtoli, Sermone. VII.

Mortui in Adam oẽs habent uiuificatione Chriſti.

Ecce infantes in ſuis utiq; operibus innocentes ſunt, nihil ſecum, niſi quod de primo homine traxerunt, habentes, quibus propterea eſt Chriſti gratia neceſſaria, ut in Chriſto uiuificentur, qui in Adam mortui ſunt, ut quia inquinati ſunt generatione, purgentur regeneratione.

Item Sermone, VI. in octauo Paſcæ.

Fideiuſſores ſeu baptiſmatis ſuſceptores, admonere debẽt ſpirituales filios.

Hoc itaq; admoneo, fratres dilectiſſimi, ut quotiens paſcalis ſolennitas uenit, quicunq; uiri, quæcunq; mulieres de ſacro fonte filios ſpiritaliter exceperũt, cognoſcant ſe pro ipſis fideiuſſores apud deum extitiſſe & ideo ſemper illis ſollicitudinem ueræ charitatis impendant et admoneant, ut caſtitatẽ cuſtodiant, uirginitatem uſq; ad nuptias ſeruẽt a maledicto uel periurio linguã refrenẽt, cantica turpia uel luxurioſa ex ore nõ proferant, non ſuperbiant, non inuideant, iracundiam uel odium in corde non teneant, auguria non obſeruẽt, philacteria & characteres diabolicos, nec ſibi, nec ſuis, aliquando ſuſpendant, incantatores uelut miniſtros diaboli fugiant, fidem catholicam teneant, ad eccleſiam frequentius currant, cõtempta uerboſitate lectiones diuinas attentis auribus audiant, peregrinos ſuſcipiãt, et ſecundũ quod ipſis in baptiſmo dictũ eſt, hoſpitũ pedes lauent, pacẽ et ipſi teneãt, diſcordes ad concordiã reuocare contendant, ſacerdotibus & parentibus honorẽ amore ueræ charitatis impendant. Hæc ergo omnia, & hic ſimilia ſi filios et filias ueſtras admonere contẽderitis, cũ ipſis ad æternã beatitudinẽ fœliciter puenietis.

In Sermone quodam de Chriſtiano nomine dñica, X. poſt Trinita.

Quos de fõte excipimꝰ caſtigari ut veros filios debemus.

Et ideo, fratres, tam illos qui de uobis nati ſunt quam illos, quos de fonte excipitis, ſemper caſtigate atq; corrigite, ut caſtè, & iuſtè, et ſobriè uiuant, & uos ipſi ita agite, ut ſi uos filij ueſtri imitari uoluerint, nõ uobiſcũ in igne ardeant, ſed ſimul uobiſcũ ad premia æterna perueniant.

De verbis Apo. ſer. de baptiſmo puuloꝝ contra Pelagianos, XIIII.

Acto. 4

Sollicitos autem nos facit, non ipſa ſententia, iam olim in eccleſia catholica ſumma auctoritate fundata, ſed diſputationes quorundam, quæ modo crebreſcere, et multarũ animos euertere moliuntur. Fratres enim noſtri ſunt, permoti ſunt profunditate quæſtionis, ſed regi debuerũt gubernaculo auctoritatis. Nõ enim eſt aliud nomẽ ſub celo, in quo oportet ſaluos fieri omnes puſillos cum magnis, ſi autem ſaluos fieri oportet in hoc nomine ſine hoc nomine proculdubio nec ſalus erit, quæ ſine Chriſto promittitur paruulis. Pace eorũ dicam, qui cuiquam ſalutem promittit ſine Chriſto, neſcio utrum ipſe ſalutem habere in Chriſto poſſit.

Sine Chriſto nõ eſt ſalus.

Ibidem.

Iohan. 3 Sine fide et baptiſmate nemo ſaluatur.

Inter credentes igitur baptiſatos paruulos numerabis, nec iudicare ullo modo aliter audebis, ſi non uis eſſe apertus Hereticus, Ergo ideo habent uitam æternam, quia qui credit in filium habet uitam æternam. Nolo eis ſine iſta fide, ut ſine iſto ſacramẽto fidei, promittere uitam æternã.

Et poſt pauca.

Nemo liberatus, niſi regeneratus.

Proinde nemo nos fallat, ſcriptura euidens eſt, auctoritas fundatiſſima eſt, Fides catholiciſſima eſt. Omnis generatus damnatus, nemo liberatus niſi regeneratus, unde & alteri uerſuciæ illorum iam uos inſtructi, reſpondete chariſſimi. Quãdo dicunt & paruulos turbant, ſi de peccatore peccatores nati ſunt, quare non de baptizato iam fideli, cui remiſſa ſunt omnia peccata, iuſti naſcũtur? Cito reſpondete: Ideo de baptizato non iuſtus naſcitur, quia nõ eum generat unde regeneratus eſt, ſed unde generatus eſt Carnalis eſt certè iſta generatio, & carnalis eſt circunciſio, et tamen de circunciſo non naſcitur circumciſus: Sic ergo de baptizato non poteſt naſci baptizatus, quia nemo renatus antequam natus.

Poſt pauca ibidem.

Sed abſit ut ego dicam, non credentes infantes. Iam ſuperius

superius disputaui, credit in altero, qui peccauit in altero: Dicitur credit et ualet, et inter fideles baptizatos cõputatur. Hoc habet auctoritas matris ecclesiæ, hoc fundatus ueritatis obtinet canon, contra hoc robur, contra hunc inexpugnabilem murum, quis quis arietat, ipse confringitur. Ergo prodest Christus aliquid infantibus baptizatis, & sicut ego doceo, & sicut mecum tota ecclesia dicit, credentibus prodest, fidelibus prodest.

Christũ infantib⁹ fidelib⁹ prodest

In eodem Sermone.

Si baptizatis infantibus credentibus dicis Christum aliquid prodesse, benedicis, mecum dicis, credunt & infantes. Vnde credunt? Fide parentum. Si fide parentum purgantur peccato parentũ polluti sunt, Corpus mortis inprimis parentibus generauit uos peccatores, spiritus uitæ in posterioribus parentibus, regenerauit eos fideles. Tu das fidem nõ respondenti, et ego peccatũ nihil agenti.

Credunt filii fide parẽtum.

Et iterum post pauca ibidem. Cap.

Interrogatus est Cyprianus, utrum infans baptizari debeat, ante octauam diem, quia in ueteri lege, non licebat circũcidi infantem, nisi octauo die, Dixit sanctus Cyprianus inter cætera: Propter quòd neminẽ putamus ad gratiã cõsequendã, impigendũ esse a lege, quæ iam statuta est, nec spiritalẽ circumcisionẽ impediri carnali circumcisione debere, sed omnem omnino admittendum esse ad gratiam Christi, quando & Petrus in actibus Apostolorum loquatur, et dicat, deus mihi dixit, neminẽ hoiem cõmunẽ dicendum & immundũ, cæterum si homines impedire aliquid, ad consecutionem gratiæ, possit magis adultos, & proiectos, & maiores natu possint impedire grauiora peccata, Porro autem etiam grauissimis delictoribus, & in domino multũ ante peccantibus, cum postea crediderunt, remissio peccatorum datur, & à baptismo & gratia nemo prohibetur, quanto magis non debet prohiberi infans qui recens natus nihil peccauit, nisi quod secundũ Adam carnaliter natus contagiũ mortis antiquæ, prima natiuitate, contraxit qui ad remissa peccatorum accipienda hoc ipso facilius accedit, quod illi dimittuntur non propria, sed aliena peccata &c.

Genes. 7

Actorũ. 10.

Nihil impedit pueros a gratia Christi.

Et iterum post pauca.

Fundata ista res est, ferendus est disputatur errans in alijs quæstionibus, non bene digestis, nondum plena ecclesiæ auctoritate firmatis: Ibi ferendus est error, non tantum progredi debet, ut etiam ipsum fundamentum ecclesiæ quatere moliatur. Ecclesiæ sanctæ pro remissione peccati originalis, paruulorum quotidie laboranti non contradicant.

Ecclesia propter origis vicium, parulos baptisat quotidie.

In Psalmum L.

Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum &c. Nunquid Dauid de adulterio natus erat, de Isse uiro iusto & coniuge ipsius. Quid est, quòd se dicit, in iniquitate conceptum, nisi quia trahitur iniquitas ex Adam? Etiam ipsum uinculum mortis, cum ipsa iniquitate concretum est. Nemo nascitur nisi trahẽs pœnem, trahens meritũ pœnæ, Dicit & in alio loco Propheta: Nemo mundus in conspectu tuo nec infans cuius est unius diei uita super terrã. Nouimus enim ex baptismo christi solui peccata, et baptisma Christi ualere ad remissionem peccatorũ. Si infantes omnino innocentes sunt, cur matres ad ecclesiam cũ languentibus currũt: Quid illo baptismo: Quid illo rẽissione dimittitur? Innocentẽ magis uideo flentẽ, quàm trascentem. Quid diluit baptismum? Quid soluit illa gratia? soluitur propago peccati, quia si loqui tibi posset ille infans, diceret, et si iam intellectum haberet, quem habebat Dauid, respondere tibi: Quid me attendis in sontem: Nũ quid uides facinora mea? sed ego in iniquitate conceptus sum, & in peccatis me mater mea in utero aluit. Preter hoc uinculum concupiscentiæ carnalis, natus est Christus sine masculo, Ex uirgine concipiente de spiritu sancto. Erat enim et dominus mortalis, sed non de peccato susceperit penam nostram, & ideo soluit culpam nostram. Merito ergo in Adam omnes moriuntur, in Christo autem omnes uiuificantur. Per unum hominem enim, ait Apostolus, peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Definita est sententia. In Adam, inquit, omnes peccauerunt. Solus esse infans innocens potuit, qui de opere in Adam non est natus &c.

Infantes baptizãdi propter originale peccatum

Iob. 15

Corint. 15

Roman. 5

Ad Bonifacium, Epistola XXV.

Tanta illius sacramenti, hoc est baptismi salutaris est uirtus in sancta compage corporis Christi, ut semel generatus per alicuius carnalem uoluptatem: Cum semel regeneratus fuerit per aliorum spiritalem uoluntatem, deinceps non possit uinculo alienæ iniquitatis obstringi, cui nulla sine uoluntate consentit. Et anima enim patris mea est, inquit, & anima filij mea est &c.

Ezech 18

DE INFANTIVM baptismate et peccato originali.

Ibidem post pauca.

Vt autem possit regenerari infans per officium uoluntatis alienæ, cũ offertur consecrandus, facit hoc unus spiritus, ex quo regeneratur oblatus. Non enim scriptum est: Nisi quis renatus fuerit ex parentum uoluntate, aut ex offerentium aut ministrantium fide: Sed nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. Aqua igitur exhibens forinsecus sacramentum gratiæ, & spiritus operans intrinsecus beneficium gratiæ, Soluens uinculum culpæ, reconcilians bonum naturæ, regenerat hominem in uno Christo, ex uno Adam generatum, Regenerans ergo spiritus in maiorib⁹ offerentibus, & paruulo renato et oblato communis est. Ideo per hanc societatem unius eiusdemque spiritus, prodest offerentium uoluntas paruulo oblato.

Infantes q̃d regenerãt per oblationẽ voluntatis alienæ facit hoc vnus atq; idẽ spiritus. Iohan. 3.

In Eadem Epistola.

Ab ecclesia offerunt' paruuli baptizandi.

Offeruntur quippe paruuli ad percipiendum spiritalẽ gratiam, non tam ab eis, quorum gestantur manibus, quãuis & ab ipsis si et ipsi boni fideles sunt, quam ab unuersa societate sanctorum atq; fidelium. Ab omnibus nanque offerri recte intelliguntur, quibus placet quod offeruntur, & quorum sancta atq; indiuidua charitate ad cõmunicationem sancti spiritus adiuuantur. Tota hoc ergo mater Ecclesia, quæ in sanctis est, facit, quia tota omnes, tota singulos parit &c.

Sub finem eiusdem Epistolę.

Infãs baptizat', credere et fidel' dicit, ꝓpter fidei sacamẽtum.

Sacramentum fidei, fides est, secundum quẽdam modum: Nihil est autem aliud credere quam fidem habere. Ac per hoc cum respondetur paruulos credere, qui fidei nondum habet affectum: Respõdetur, fidem habere propter fidei sacramentum, & conuertere se ad deum propter conuersionis sacramentum, quia & ipsa responsio ad celebrationem pertinet sacramenti. Sicut de ipso baptismo Apostolus ait: Consepulti, inquit, sumus Christo per baptismum in mortem. Non ait sepulturam significauimus, Roman. 6. sed prorsus ait, consepulti sumus. Sacramentum ergo tantæ rei, non nisi eiusdem rei uocabulo nuncupauit. Itaque paruulum, & si nondum fides illa, quæ in credentium uoluntate consistit, iam tamen ipsius fidei sacramentum fidelem facit. Nam sicut credere respondetur ita etiam fidelis uocatur, non rem ipsa mente annuendo, sed ipsius rei sacramentum percipiendo. Cum autem homo sapere ceperit, non illud sacramentum reppetit, sed intelligit, cuiusq; ueritati consona etiam uoluntate coaptabitur. Hoc quamdiu non potest, ualebit sacramentum ad eius tutelam aduersus contrarias potestates, & tantum ualebit, ut si ante rationis usum, ex hac uita emigrauerit, per ipsum sacramentum commendante ecclesiæ Charitate, ab illa commendatione, quæ per unum hominem intrauit in mundum, Christiano adiutorio liberetur. Hoc qui nõ credit, & fieri non posse arbitratur, profecto infidelis est, & si habeat fidei sacramentum: Longeq; melior est ille paruulus, qui etiam si fidem nondum habeat, in cogitatione, non ei tamen obicem contrariæ cogitationis opponit, unde sacramentum eius salubriter percipit &c.

Ad Hieronimum, Epistola. XXVIII.

Totam cõdẽnat Ecclesiã, qui infãtes sine baptismo decedentes, saluos fieri aumat.

Quisquis dixerit quod in Christo etiam uiuificabuntur paruuli, qui sine sacramenti eius participatiõe, de uita exeunt, hic profectò & contra Apostolicam predicationẽ uenit, et totã condẽnat Ecclesiã, ubi propterea pro baptisandis paruulis festinatur, & curritur, quia sine dubio creditur, aliter eos in Christo uiuificari omnino nõ posse. Qui autẽ nõ uiuificatur in Christo, restat ut eadẽ damnatione maneat, de qua dicit Apostolus: Per unius delictum in omnes homines ad condemnationem. Cui delicto obnoxios paruulos nasci, omnis credit ecclesia &c.

Ad Sixtum Romanum Pontificem Epistola. CV.

Vt ergo alia omittam, hoc de paruulis solum dicam, quod Pelagiani quoque auctoritate Euangelica territi uel potius Christianorum populorum concordissima fidei conspiratione prefracti, sine illa excusatione concedunt, quod nullus paruulus nisi renatus ex aqua et spiritu intrat in regnum coelorum. Quam quæso allaturi sunt causam, quod alius sic gubernatur, ut baptizatus hinc exeat, alius infidelium manibus traditus, uel etiam fideliũ, priusquam ab eis baptizandus offeratur, expirat? An hoc fato uel fortunæ donaturi sunt, Non opinor eos in tantam dementiam prodituros, quamulumcumque nomen Christianum tenere cupientes, Cur ergo in regnum cœlorũ, nõ accepto regenerationis lauacro, paruulus nullus intrabit Nunquid nam ipse sibi parentes infideles uel negligentes, de quibus nasceretur, elegit? Quid dicam de inopinatis uel repentinis innumerabilibus mortibus, quibus sæpe etiam religiosorum Christianorum preueniuntur infantes, et baptismo preripiũtur Cũ ecõtrario sacrilegorũ et inimicorũ Christi aliquo modo in Christianorũ manus uenientes, ex hac uita nõ sine sacramẽto regẽeratiõis emigrẽt? Quid hinc dicturi sunt, qui ut gratia dari possit, nonnulla præcedere merita humana contendunt, ne sit personarũ acceptor deus: Quæ tandem hic merita præcesserunt, si eorundem cogitaueris paruulorum, nulla sunt propria, utrisq; est illa massa cõmunis. Si parentum attenderis, bona sunt illa, quorum filij repentinis mortibus sine Christi baptismate perierũt, Mala uero illa, quorũ filij per Christianorum aliquam potestatem, ad sacramenta ecclesiæ peruenerunt. Et cum prouidentia dei, cui nostri capilli numerati sunt, sine cuius uoluntate nõ cadit passer in terram, que nec fato premitur, nec fortuitis casibus impeditur, nec illa iniquitate corrumpitur, ut renascantur ad hæreditatem cœlestem, non consulit omnibus paruulis filiorũ suorum. & nonnullis consulit paruulis impiorum. Iste infans, de fidelibus coniugatis ortus, lætitia parentum susceptus, matris nutricis somnolentia suffocatus, fit exterus & expers suorum fidei, Ille infans de sacrilego stupro nascitur, crudeli timore matris exponitur, alienorum misericordi pietate colligitur, eorum Christiana sollicitudine baptisatur, fit enim, consors & particeps regni. Ista cogitent, ista considerent: Hinc audent dicere deũ uel acceptorem, in sua gratia personarum, uel remuneratorẽ præcedentium meritorum. Nam & si conabuntur maioris ætatis aliqua merita suspicari, seu bona, seu mala, quid de istis infantibus dicent, quorum nec isti sibi ullis proprijs meritis, acquisinit uiolentiam suffocantis, nec bonis ille diligentiam baptisantis? Nimiæ uanitatis & cæcitatis sunt, si etiam his consideratis non dignantur exclamare nobiscum: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quam

Infãtes sine baptismi regeneratione in regnũ coelorũ intrare non possunt.

Mathæ. 10

Roman. 11

dei,quàm inscrutabilia sunt iudicia eius,& in uestigabiles uiæ eius: Non itaque dei Misericordiæ gratuitæ pertinacissima aduersentur insania. Stant filium hominis, in qualibet ætate querere, et saluũ facere quod perierat,nec de inscrutabilibus iudicijs eius audeãt iudicare,cur in una eademque causa super alium uenit misericordia eius,super alium maneat ira eius&c.

Contra dei gratiã impugnantes, & merita iactantes.

Ad Eundem in Eadem Epistola.

Quis est enim tam uecors,qui ea neget per baptismũ posse dimitti,quæ sine baptismo dicit posse puniri? Sed dũ sputando aduersus eos,qui usquequaq; conuicti,Etiam nõ commissorum peccatorum deum persuadere moliuntur ultorem,uerendum est ne nos in eos ista fingere existimemur: Illi autem nullo modo tam hebetes esse credantur, ut hæc uel sentiant,uel cuiquam persuadere conentur. Verũ tamen nisi eos hæc dicere audissem,refellenda esse non arbitrarer. Circumstipantur enim & diuinarum authoritate lectionũ,& antiquitus tradito & retento firmo ecclesiæ ritu in baptismate paruulorum,ubi apertissimè demõstrantur infantes,et cum exorcizantur. Et cum ei per eos á quibus gestantur, renunciare respondent á diaboli dominatione liberari. Et non inuenientes qua exeant,Pergunt in precipitem stulticiam, dum nolunt mutare sententiam. Illud sanè sibi uidentur acutissimè dicere,quomodo peccatum transit in filios fidelium,quod in parentibus non dubitamus dimissum esse per baptismum? quasi propterea possit non habere generatio carnalis,quod sola tollit regeneratio spiritalis. Aut uero in baptismo concupiscentiæ carnis infirmitas continuo sanetur,Sicut continuo reatus eius aboletur,sed gratia renascendi,non conditiõe nascendi. Vnde quisquis per hanc concupiscentiam, etiam de renato nascitur,sine dubitatione oberit nato,nisi et ipse similiter renascatur &c.

Renatorũ filii nisi renascantur p baptismũ, ets oberit originale peccatum.

Libro III. contra Cresconium grammaticum,Caput.X.

Et Iudæis inquis,à Moyse baptizatis, Petrus dixit: Pœnitẽimini,& baptizetur unusquisque uestrũ,in nomine Ihẽsu Christi. Si propterea iam baptizati erãt Iudæi,quia Moyses per mare rubrum ante tam longum tempus parentes eorum baptisauerat, qui de Christianis baptisatis nascuntur,sine causa hodie baptizantur,& tamen dicis ista et scribis ista,audiris,et legeris,et putaris respondere literis nostris,quasi hec sic respondere potuisse, quod est tacere noluisse.

Actor.2. Exodi 14. 1. Corin. 10

Iudei per mosen ĩ mari rubro baptizati.

Gratia Christi gratis datur

Libro de natura & gratia contra pelagianos,Caput.IIII.

Hæc igitur Christi gratia, sine qua nec infantes, nec ætate grandes salui fieri possunt, non meritis redditur, sed gratis datur, propter quod gratia nominatur: Iustificati,inquit, gratis per sanguinem illius,unde hi, qui nõ per illam liberantur,siue qui audire nõdum potuerunt,siue quia obedire noluerunt,siue etiam cũ per ætatẽ audire possent, lauacrum regenerationis quod accipere possent,per quod salui fierent,non acceperunt,iustè utiq; damnantur,quia sine peccato non sunt,uel quod originaliter traxerunt,uel quod malis moribus addiderunt. Omnes enim peccauerunt,siue in Adam siue in semetipsis,et egent gloria dei.

Eodem libro,Caput.VIII,

Ego autem dico,paruulum natum in eo loco ubi ei nõ potuit per Christi baptismum subueniri, morte preuentum,idcirco talem fuisse, idest, sine lauacro regenerationis exisse,quia esse aliud non potuit, Absoluat ergo eum, & aperiat ei contra sententiam domini regnum cœlorum. Sed non eum absoluit Apostolus,qui ait: Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors,& ita in omnes homines pertransijt,in quo omnes peccauerunt. Recte ergo ea damnatione,quæ per uniuersam massam currit, non admittitur in regnum cœlorum, quãuis Christianus non solum non fuerit,sed nec esse potuerit.

Iohan. 3 Roman. 5. Non baptizat⁹, non absolutus erit

Libro I. de peccatorum meritis & remissione, Caput.XVI.

Potest proinde rectè dici, paruulos sine baptismo de corpore exeuntes, in damnationem omnium mitissimam futuros. Multum autem fallit et fallitur,qui eos in damnationem predicat non futuros. & dicente Apostolo. Iuditium ex uno delicto in condemnationem. Et paulo post, Per unius delictũ in omnes homines ad condemnationem. Quando ergo peccauit Adam,non obediens deo,nũc eius corpus,quãuis esset animale atque mortale,gratiam perdidit, qua eius animæ omni ex parte obediebat.

Roman 5. Non baptizari ex uno delicto ĩbũt in condemnationẽ

In eodem post pauca.

Sic itaq; impletum est quod dixerat deus: Qua die ederitis,morte moriemini. Ex hac igitur inobedientia carnis,ex hac lege peccati et mortis,quisquis carnaliter generatur,regenerari spiritaliter opus habet,ut non solum ad regnum dei perducatur,uerũetiam á peccati damnatione liberetur. Simul itaq; peccato & morti primi hominis obnoxij nascuntur in carne,& simul iustitiæ uitæque æternæ secundi hominis sociati renascuntur in baptismo.

Genes. 2

Quisquis carnali generat opus habet regenerationespiritali.

Cap.XVII.

Quapropter qui dicunt paruulos ideo baptizari, ut hoc eis remittatur. Quod in hac uita proprium contraxerunt,non quod ex Adam traduxerunt,non magno molimine refellendi sunt,quando enim secum ipsi paululum sine certandi studio cogitauerunt,quàm sit absurdũ, nec disputatione dignum,quod dicunt,continuo sententiam commutabunt. Quod si noluerint,non usq; adeo de humanis sensibus desperandum est,ut metuamus ne hoc cuipiam persuadeant.

Refellendi sũt, qui dicunt paruulos baptizari propter propria peccata, quæ ĩ traxerunt ipli, et non propter reatum Adam;

Caput.XX.

Cæterum quis ignorat,quod baptizatus paruulus,si ad rationales annos ueniens,non crediderit,nec se ab illicitis concupiscentijs abstinuerit,nihil ei proderit,quod paruus accepit. Veruntamen si precepto baptismate de hac uita emi-

te emigrauerit, soluto reatu cui originaliter erat obnoxius, perficietur in illo lumine ueritatis, quod incõmutabiliter manens inæternũ, iustificatos præsentia creatoris illuminat. Peccata enim sola separant inter homines et deũ, quæ soluuntur Christi gratia, per quem mediatorẽ reconciliamur, cum iustificat impium. Terrentur autem isti sententia domini dicentis: Nisi quis natus fuerit denuo, non uidebit regnum dei,

Peccata separãt deũ & homines. Esaiæ 59.

Iohan. 3.

Et post pauca.

Qui credit in filium, habet uitam æternam: Qui autem incredulus est filio, non habebit uitam, sed ira dei manet super eum. In quo igitur horum genere ponemus infantes in eorum qui credũt in filiũ an in eorũ qui sunt increduli sunt filio? In neutro ait aliquis, quia cum adhuc credere non possunt, nec increduli deputandi sunt: Non hoc indicat ecclesiastica regula, quæ baptisatos infantes fidelium numero adiungit.

Iohan. 3.

Baptizatos pueros misericordia adiungit numero fidelium.

Caput. XXI, eodem libro.

Nam et ij, quibus uidetur iniustũ, ut paruuli sine gratia Christi de corpore exeuntes, non solum regno dei, quo & ipsi fatentur, nisi per baptismum renatos intrare non posse, uerumetiam uita æterna & salute priuentur, quærentes quomodo iustũ sit, ut alius ab originali impietate soluatur, alius non soluatur, cum eadem sit utriusq; conditio, ipsi respondeant secundum suam sententiam, quomodo idem identidem iustum sit, ut huic præstetur baptismus, quo intret in regnum dei, illi non præstetur, cum sit utriusq; par causa. Si enim mouet cur ex his duobus, cum ex æquo ambo sint originaliter peccatores, alius ab hoc uinculo soluitur, cui conceditur baptismus, alius non soluitur, cui talis gratia non conceditur, cur non pariter mouet, quod ex duobus originaliter innocentibus, alius accipit baptismũ, quo in regnum dei possit intrare, alius non accipit, ne ad regnum dei possit accedere? Nempe in utraq; causa ad illam exclamationem reditur: O altitudo diuitiarum. Ex ipsis deinde baptizatis paruulis dicatur mihi: Cur alius rapitur, ne malitia mutet intellectum eius, Et alius uiuit impius futurus? Nonne si ambo raperentur, ambo in regnum cœlorum ingrederentur? Et tamen non est iniquitas apud deum, quid illud? quem non moueat? quem non in tãta altitudine exclamare compellat, quod alij paruuli spiritu immũdo uexantur, alij nihil tale patiuntur, alij etiã in uteris matrum, sicut Hieremias, sanctificantur, cum omnes, si est originale peccatum, pariter rei sunt, si non est, pariter innocentes sint? Vnde ista tanta diuersitas, nisi quia inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius.

Quare alij a peccatis soluantur p baptismum, alij nõ, causa est quam Paul. ostendit O altitudo.

Roman. 11.

Sapie. 4.

Hiere. 1.

Roman. 11.

Caput. XXII.

Cedamus igitur, & consentiamus auctoritati sanctæ scripturæ, quæ nescit falli uel fallere, et sicut nondum natos ad discernenda merita eorũ aliquid boni uel mali ægisse nõ credimus, ita omnes sub peccato esse, quod per unum hominem intrauit in mundum, et per omnes homines pertransijt, à quo non liberat gratia dei, per dominum nostrum Iesum Christum nasci minime dubitemus.

Roman. 9

Rom. 5.

Rom. 7

A peccatis liberat gratia dei.

Caput. XXIII.

Et qui incredulus erit filio non habebit uitam, sed ira dei manet super eum. Ab hoc peccato, ab hac ægritudine, ab hac ira dei, cuius naturaliter filij sunt, qui etiam si per ætatẽ nõ habent proprium, trahunt tamen originale peccatum, non liberat nisi agnus dei, qui tollit peccata mundi, nõ nisi medicus, qui nõ uenit propter sanos, sed propter ægrotos, non nisi saluator, de quo dictum est generi humano: Natus est uobis hodie saluator, nõ nisi redemptor, cuius sanguine deletur debitum nostrum. Nam quis audeat dicere, non esse Christum infantum saluatorem, nec redemptorem? Vnde autem saluos facit, si nulla in eis est originalis ægritudo peccati? Vnde redimit, si non sunt per originem primi hominis iecundati sub peccato? nulla igitur ex nostro arbitrio, preter baptismum Christi, salus æterna promittatur infantibus, quã non promittit scriptura diuina, Humanis omnibus ingenijs præferenda.

Iohan. 3

Ephe. 2

Agn⁹ dei liberat ab originali peccato.

Luce 2

Caput. XXV, ibidem

Ego lux in sæculum ueni, ut omnis qui credit in me, nõ maneat in tenebris, quod sacramentũ baptismatis in paruulis fieri, non dubitat mater ecclesia, quæ cor maternum eis præstat, ut sacris mysterijs imbuantur, quia nondum possunt corde proprio credere ad iustitiam, nec ore proprio confiteri ad salutem. Nec ideo tamen eos, quisquam fidelium, fideles appellare cunctatur quod à credendo utique nomen est, quamuis hoc non ipsi, sed alij pro eis inter sacramenta responderint.

Ioan. 12

Alij p pueris credunt & cõfitẽtur

Cap. XXVI.

Porrò quia paruulos baptizandos concedunt, qui cõtra auctoritatem uniuersæ ecclesiæ proculdubio per dõinum & Apostolos traditam, uenire non possunt, concedant oportet eos egere illis beneficijs mediatoris, ut oblati per charitatem sacramentũ q; fideliũ, ac sic in corporati Christi corpori, quod est ecclesia, reconcilientur deo, ut in illo uiui, ut salui, ut liberati, ut redempti ut illuminati fiant, unde nisi à morte, uitijs, reatu, subiectione, tenebris peccatorum? quæ quoniam nulla in ea ætate per suam uitam propriam commiserunt, restat originale peccatum.

In pueris originale peccatum.

Cap. XXVII.

Euuntes in mundum uniuersum, prædicate Euangelium omni creaturæ, Qui crediderit & baptisatus fuerit, saluus erit, qui uero non crediderit condemnabitur. Quis autem nesciat credere infantibus esse baptizari, non credere autem non baptizari: Quoniam ergo de ouibus eius esse, non incipiunt paruuli nisi per baptismũ, profecto si hoc non accipiunt, peribunt; Vitam enim æternam, quam dat suis ouibus Christus, non habebunt.

Matth. 28

Caput. XXVIII. eodem libro.

Quia sicut per unum omnes ad condemnationem sic per unum

Paruuli nõ baptizati pibunt Ioha. 3

per unum omnes ad iustificationem. Nec est ullus ulli medius locus, ut possit esse nisi cum diabolo, qui non est cum Christo. Hinc & ipse dominus uolens aufferre de cordibus malè credentium, istam nescio quam medietatem, quam conantur quidam paruulis non baptizatis tribuere, ut quasi merito innocentiæ sint in uita æterna, sed quia non sunt baptizati, non sint cum Christo in regno eius, definitiuum protulit ad hæc ora obstruenda sententiam, ubi ait: Qui mecum nō est, aduersum me est. Constitue igitur quēlibet paruulum, si iam cum Christo est, ut quid baptizetur? Si autem, quod habet ueritas, ideo baptizatur, ut sit cum Christo, profectò non baptizatus non est cum Christo. Et quia non est cum Christo, aduersus Christum est: Neq; enim eius tam manifestam debemus aut possumus infirmare, uel immutare sententiam.

Qui nō est cū Christo, cum diabolo est.

Matth. 12.

Cap. XXXIII.

Qui credit in eum, non iudicatur: qui autem non credit, iam iudicatus est, quia non credit in nomine unigeniti filij dei. Vbi ergo ponimus paruulos baptizatos, nisi inter fideles? Sicut uniuersæ ubiq; ecclesiæ clamat auctoritas, ergo inter eos qui crediderunt: hoc enim eis acquiritur per uirtutem sacramenti, & offerentium responsionem, ac per hoc eos qui baptizati non sunt, inter eos qui non crediderunt. Porrò si illi, qui baptizati sunt, non iudicantur: isti, quia carent baptismo, iudicantur.

Ioan. 3.

Qui carent baptismo, iudicantur.

Cap. XXXIX.

In paruulis certè gratia dei per baptismum eius, qui uenit in similitudine carnis peccati, id agitur, ut euacuetur caro peccati. Euacuatur autem, non ut in ipsa uiuente carne concupiscentia conspersa & innata repentè absumatur, & non sit, sed ne obsit mortuo, qui inerat nato.

Gratia dei euacuat carnē peccati.

Lib. II. Cap. IIII.

Concupiscentia igitur, tanquàm lex peccati, manens in membris corporis mortis huius, cum paruulis nascitur: in paruulis baptizatis à reatu soluitur, ad agonem relinquitur, ante agonem mortuos nulla damnatione persequitur, paruulos non baptizatos reos innectit, & tanquàm iræ filios, etiam si paruuli moriantur, ad condemnationem trahit.

Paruuli nō baptizati, filij iræ.

Libro eodem, Cap. XXVII.

Quisquis uero adhuc mouetur, quare baptizentur qui iam de baptizatis nascuntur, hoc breuiter accipiat. Sicut generatio carnis peccati per unum Adam in condemnationem trahit, omnes qui eo modo generantur: sic regeneratio spiritus gratiæ per unum Iēsum Christum, ad iustificationem uitæ æternæ ducit omnes, qui eo modo prædestinati regenerantur: sacramentum autem baptismi profectò sacramentum regenerationis est: Quocirca sicut homo, qui non uixerit, mori non potest: & qui mortuus non fuerit, resurgere non potest: ita qui natus non fuerit, renasci non potest: Ex quo conficitur, neminem in suo parente renasci potuisse non natum.

Nemo in suo parente renasci potest.

Cap. XXIX.

Quis est igitur qui audeat dicere, dominum Christum tantum maioribus, non etiam paruulis esse Iēsum, qui uenit in similitudine carnis peccati, ut euacuaret corpus peccati, in quo infirmissimo nulli usui congruis uel idoneis infantilibus membris anima rationalis miserabili ignorantia prægrauatur. Quam planè ignorantiam nullo modo crediderim fuisse in infante illo, in quo caro uerbum factum est, ut inhabitaret in nobis: nec illam ipsius animi infirmitatem in Christo paruulo fuerim suspicatus, quam uidemus in paruulis.

Christus etiam est paruulorum Iesus, id est, saluator. Roman. 8.

Sapient. 9. Ioan. 1.

Ex libro III. Cap. II.

Benè quòd ipsi nos admonent, iustitiam Christi nisi credentibus prodesse non posse, & prodesse aliquid paruulis confitentur, unde (ut diximus) necesse est eos baptizatos in numero credentiū sine ulla terguersatione constituant. Consequenter igitur si non baptizentur, inter eos qui non credunt, erunt, ac per hoc nec uitam habebunt, sed ira dei manet super eos: Quoniam qui non credit filio, non habebit uitam, sed ira dei manet super eum.

Non baptizati reputātur in numero non credentium. Ioan. 3.

Cap. IIII. ibidem.

His atq; huiusmodi alijs, quæ nunc prætereo, testimonijs diuina luce clarissimis, diuina auctoritate certissimis, nonne ueritas sine ulla ambiguitate proclamat, non solum in regnum dei non baptizatos paruulos intrare non posse, sed nec uitam æternam habere posse præter Christi corpus, cui ut incorporentur sacramento baptismatis imbuuntur.

Corpori Christi incorporētur paruuli per baptismum

Cap. V.

Quantum uero, inquit beatus Cyprianus, ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundum uel tertium diem, quo nati sunt, constitutos, baptizari non oportere: & considerandam esse legem circumcisionis antiquæ, ut intra octauum diem eum, qui natus est, baptizandum & sanctificandum non putares, longè aliud in concilio nostro uisum est. In hoc enim quòd tu putabas esse faciendum, nemo consensit, sed uniuersi potius iudicauimus, nulli hominum nato misericordiam dei & grātiam denegandam. Nam cum dominus in Euangelio dicat, Filius hominis non uenit animas hominum perdere, sed saluare, quantum in nobis est, si fieri potuerit, nulla anima perdenda est.

Genes. 17. Nulli grātia dei denegāda. Luc. 19.

Et post pauca.

His certis, illa incerta, de octauo die quæstio dissoluta est, atq; in concilio iudicatum, homini nato ne in æternum pereat, omni die licere succurrere, cum etiam de ipsa carnali circumcisione ratio redderetur, quòd umbra esset futuri, non quòd intelligeremus ipsum baptisma, octauo ex quo natus est homo die dare oportere, sed nos in Christi resurrectione spiritaliter circumcidi, qui tertio quidem post diem passionis, in diebus tamen hebdomadarum, quibus tempora prouoluuntur, octauo, hoc est, post sabbatum primo die à mortuis resurrexit.

Homini nato licet omni die succurrere.

Cap. VII.

Iouinianus persuasit monialibus nuptias, etiam adulteris.

Ante paucos annos Romæ quidam extitit, Iouinianus nomine, qui sanctimonialibus etiam ætate prouectioribus nuptias persuasisse dicatur, non illiciendo, quo earum aliquam ducere uellet uxorem, sed disputando uirgines sanctimonio dicatas, nihil amplius fidelibus coniugatis apud deum habere meritorum: nunquàm tamen ei hoc commentum uenit in mentem, ut asserere conaretur, sine originali peccato nasci hominum filios: Et utiq; si hoc adstrueret, multo procliuius uellent fœminæ nubere, fœtus mundissimos parituræ.

Cap. IX.

Cedite itaq; ueritati, & uidete sicut fieri potuit, quod et uos fatemini, ut de Christianis nõ Christianus, de membris Christi non membrum Christi: atq; ut etiam occurramus omnibus, qui licet falso, tamen quocunq; religionis nomine detinentur, de consecratis non consecratus, ita etiam fieri, ut de mundatis non mundatus nascatur. Quid respondebitis, quare de Christianis non Christianus nascatur, nisi quia non facit generatio, sed regeneratio Christianos.

Regeneratio facit Chrianos.

Lib. I. de origine animæ ad Hieronymum, Cap. V.

Propter reatum originis pueros ieiunasse olim, Hieronymus scriplit.

Liber tuus in Ionam prophetam satis insigniter dilucideq; declarat, ubi ieiunare paruulos propter ipsum originale peccatum meritò coactos esse dixisse, non inconuenienter abs te quæro, hunc reatum anima ubi cõtraxerit, unde oporteat eam etiam in illa ætate, per sacramentum Christianæ gratiæ liberari.

Cap. XVIII.

Cõdemnãt ecclesiã qui aiunt paruulos saluari sine baptismate.

Item quisquis dixerit, quòd in Christo uiuificabuntur etiam paruuli, qui sine sacramenti eius participatione de uita exeunt, hic profectò & contra Apostolicam prædicationem uenit, & totam condemnat ecclesiam, ubi propterea cum baptizandis paruulis festinatur & curritur, quia sine dubio creditur, aliter eos nisi in Christo uiuificari omnino non posse. Qui autem nõ uiuificatur in Christo, restat ut in eadem damnatione maneat, de qua dicit Apostolus, Per unius delictum in omnes homines ad condemnationem.

Roman. 5.

Cap. XX.

Curritur ad baptismum, ne anima ueniat in periculũ condemnationis.

Deinde quis ferat, si credant se illi qui ad baptismum cum suis paruulis currunt, propter carnes eorum, non propter animas currere. Beatus quidem Cyprianus non aliquod decretum condens nouum, sed ecclesiæ fidem firmissimam, seruans ad corrigendum eos, qui putabant ante octauum diem natiuitatis non esse paruulum baptizandum, non carnem, sed animam dixit esse perdendam, & mox natum ritè baptizari posse, cum suis coëpiscopis quibusdam censuit. Contra ecclesiæ fundatissimum morem nemo sentiat, ubi ad baptismum si propter sola paruulorũ corpora curreretur, baptizandi offerrentur & mortui.

Cap. XXIII.

Sed antequàm sciam, quæ nam earum potius eligenda sit, hoc me non temerè sentire profitcor, eam quæ uera est non aduersari robustissimæ ac fundatissimæ fidei, qua Christi ecclesia nec paruulos homines recẽtissimè natos à damnatione credit, nisi per gratiam nominis Christi, quam in suis sacramentis commendauit posse liberari.

Sacramentis liberantur paruuli.

Lib. II. de sententia beati Iacobi apostoli ad Hieronymum, Cap. I.

Cum quidam ruisset in puteum, ubi aqua tanta erat, ut eum magis exciperet ne moreretur, quam suffocaret ne loqueretur: accessit alius, & eo uiso admirans ait: Quomodo huc cecidisti? Ait ille, Obsecro inquit, cogita quomodo hinc me liberes, non quomodo huc ceciderim quæras. Ita quoniam fatemur, & fide catholica tenemus, de reatu peccati, tanquàm de puteo etiam paruuli infantis animam Christi gratia liberandam: satis est ei, quòd modum quo modo salua fiat, nouimus, etiamsi nunquàm quomodo in malum illud deuenerit nouerimus.

Satis est nosse modũ saluationis, ut gratia saluemur baptismatis.

Libro de præsentia dei ad Dardanum, Cap. XI.

Scire autem diuina paruulos, qui nec humana adhuc nouerint, si uerbis uelimus ostendere, uereor ne ipsis sensibus nostris facere uideamur iniuriam, quando id loquendo suademus, ubi omnes uires officium q; sermonis facillimè superat euidentia ueritatis. Vnde autem in ipso tantæ salutis præsidio, quando eis Christiana gratia subuenitur, quod uocibus quibus possunt & motibus reluctantur, non eis imputatur, atq; eis remissus ipsorum nihili penditur, donec in eis sacramenta peragantur, quibus id quod de originali tractũ est damnatione expietur, nisi quia in tantũ nescium quod faciunt, ut nec facere iudicentur.

Gratia saluãtur pueri nõ ratione aut sermone.

Cap. XII. ibidem.

Dicimus ergo in baptizatis paruulis, quàmuis id nesciant, habitare spiritum sanctum, Sic enim eum nesciunt, quàmuis sit in eis, quemadmodum nesciunt & mentem suam, cuius in eis ratio, qua uti nondũ possunt, uelut quædam scintilla sopita est, excitanda ætatis accessu, neq; hoc in paruulis mirum debetur uideri, cum Apostolus quibusdam etiam maioribus dicat, Nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitet in uobis.

Spiritussanctus habitat in paruulis, etiam si nescium.

1. Corin. 3

Cap. XVI. eodem.

Si igitur homo regenerari per gratiam spiritus in utero potest, quoniam restat illi adhuc nasci, renascitur ergo antequàm nascitur quod fieri nullo modo potest.

Homo non potest nisi natus renasci.

Libro II. contra Pelagium & Cœlestium de peccato originali, Cap. XI.

Ipsa inquam sanctæ ecclesiæ sacramenta satis indicant, paruulos à partu etiam recentissimos, per gratiam Christi de diaboli seruitio liberari: excepto enim quòd in peccatorum remissionem non fallaci, sed fideli mysterio baptizantur, etiam prius exorcizatur in eis, & exufflatur potestas contraria, cui etiam uerbis eorum, à quibus portantur se renunciare respondent. Quibus omnibus rerũ occultarum

Pueri fatil eruũtur per baptismum a potestate diaboli.

Matth. 12. 1. Corint. 1. cultarum sacratis & euidentibus signis à captiuatore pessimo, ad optimum redemptorem transire monstrãtur, qui pro nobis infirmitate susceptã, alligauit fortem ut uasa eius eriperet, quia infirmum dei non solum est hominibus, uerum & angelis fortius. Liberans itaq; deus pusillos cum magnis, in utrisq; ostendit quod locutus est per Apostolum ueritas: non enim solos ætate maiores, sed etiam pusillos eruit à potestate tenebrarum, ut intransferat in regnum filij claritatis suæ.

Collos. 1.

Lib. II. de nuptijs & concupiscentia ad Valerium, Cap. III.

Pelagiani dicũt à bono deo bonam naturã creatam. Lucæ 19. Pelagiani & Celestiani dicunt, naturam humanam à bono deo, conditam bonam, sed ita esse in nascentibus paruulis sanam, ut Christi non habeam necessariam in illa ætate medicinam, quos ueritas redarguit, dicens: Venit filius hominis quærere, & saluum facere quod perierat. Sed uos egregij Christiani respondetis Christo: Si quod perierat quærere & saluare uenisti, ad paruulos non uenisti, isti nec perierant, & salui nati sunt: uade ad maiores, de uerbis tuis ubi præscripsimus, Non est opus sanis medicus, sed malè habentibus.

Matth. 9.

In eodem, cap. XVIII.

Vasa iræ, siũt uasa misericordiæ, per baptismum. Ioan. 12 Ac sic accusat Ecclesiam, toto orbe diffusam, in qua ubiq; omnes baptizandi infantuli non ob aliud exufflantur, nisi ut ab eis princeps mundi mittatur foras, à quo necesse est uasa iræ possideantur, cum ex Adam nascuntur, si in Christo non renascantur, & in eius regnum per gratiam, facta uasa misericordiæ transferantur.

Ibidem Cap. XXIX.

Pelagiꝰ originale malum nõ credit. Est itaq; per quod homo diuino operi uendicetur, quia non esset homo, nisi diuino opere crearetur, malum autem non esset in paruulis, nisi uoluntate primi hominis peccaretur, & ex origine uitiata peccatum originale traheretur. Nõ ergo, sicut iste ait, perfectè Manichæus est, qui malum originale defendit: sed perfectè Pelagianus est, qui malum originale non credit. Neq; enim ex quo esse cœpit Manichæi pestilentiosa doctrina, ex illo cœperunt in ecclesia dei paruuli baptizandi, exorcizari, & exufflari, ut ipsis mysterijs ostenderetur, non eos in regnum Christi, nisi erutos à tenebrarum potestate transferri.

In eodem.

Cyprianus de baptismate paruulorum. Nunquid & gloriosissimæ coronæ Cyprianus dicetur ab aliquo, non solũ fuisse, sed esse potuisse Manichæus, cum prius iste sit passus, quàm illa in orbe Romano pestis apparuit, & tamen in libro de baptismate paruulorum, ita defendit originale peccatum, ut propterea dicat, & ante octauum diem, si necesse sit paruulum baptizari oportere, ne pereat anima eius. Quem tanto uult intelligi ad indulgentiam baptismi peruenire facilius, quanto magis ei dimittuntur non propria, sed aliena peccata.

Ibidem.

Ambrosius cõtendit ob originale peccatũ in pueris, ut opus habeãt Christo medico. Veruntamen ut emittam beatum Ambrosium, cui Pelagius (sicut iam commemoraui) tam magnum integritatis in fide perhibuit testimonium, qui tamen Ambrosius nihil aliud defendit in paruulis, ut haberent necessarium medicum Christum, nisi originale peccatum.

Lib. de anima & eius origine ad Renatum, Cap. VII.

Gratia dei sanat uulnꝰ Adæ. Præscientia quippe dei eos, quos sanaturus est, peccatores præneoscit, non facit: nam si eas animat liberas à peccato, quasi innocentes & mundas implicuit ipse peccato, uulnus sanat quod intulit nobis, non quod inuenit in nobis: Auertat autem deus, & omnino absit, ut dicamus quando lauacro regenerationis deus mundat animas paruulorum, tunc eum malasua corrigere, quæ illis ipse fecit, cum eas nullum habentes peccatum, peccatrici carni, cuius originali peccato contaminarentur admiscuit.

Ibidem Cap. IX.

Ioan. 3. Matth. 10. Latro sanguine suo baptizatur. Lucæ. 23 Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, non potest intrare in regnum dei. Et alio loco: Qui perdiderit animã suã propter me, inueniet eam. Nemo fit mẽbrũ Christi, nisi aut baptismate in Christo, aut morte pro Christo. Vnde et latro ille non ante crucem domini sectator, sed in cruce confessor, de quo nonnunquã præiuditium capitur sine temptatur contra baptismatis sacramentum. A Cypriano sancto inter martyres computantur, qui suo sanguine baptizantur, quod pleriq; non baptizatis, feruente persequutione prouenit. Verum hæc ut uolet quispiam accipiat, dum tamen de baptismo non præscribatur saluatoris præcepto, huius latronis exemplo, & non baptizatis paruulis, nemo promittat inter damnationem regnumq; cœlorum, quietis uel fœlicitatis cuiuslibet atq; ubilibet, quasi medium locum.

Ibidem Cap. X.

De fratre septẽni Perpetuæ defuncto. De fratre autem sanctæ Perpetuæ Diuecrate nec scriptura ipsa canonica est, nec illa scripsit sic, uel quicunq; illud scripsit, ut illum puerum qui septennis mortuus fuerit, sine baptismo diceret fuisse defunctũ: pro quo illa immunente martyrio creditur exaudita, ut à pœnis transferretur ad requiem, nam illius ætatis pueri, & mentiri, & uerum loqui, & confiteri, & negare iam possunt. Et ideo cum baptizantur, iam & symbolum reddunt, & ipsi pro se ad interrogata respondent. Quis igitur scit, utrum puer ille post baptismum persequutionis tempore, à patre impio per idolatriam fuerit alienatus à Christo, propter qđ in damnationẽ mortis ierit, nec inde nisi pro Christo morituræ sorores precibus donatus exierit.

Cap. XI.

A maiore ad minus. Sed etiam si hoc isti concedatur, quod salua fide catholica & ecclesiastica regula, nulla ratione cõceditur, ut pro non baptizatis cuiuslibet ætatis hominibus, offeratur sacrificium corporis & sanguinis Christi, tanq; per huiusmodi pietatem sacrorum, ad regnum cœlorum quo perueniant, adiuuentur: quid responsurus est de tot milibus infantum, qui nascuntur ex impijs, nec in manus piorum aliqua, uel diuina uel humana miseratione perueniunt, & de ista uita in illa tenerrima ætate, sine lauacro regenerationis abscedunt?

Ibidem.

Roman. 9. In paruulis originale peccatum.

Apostolus quippe apertissimè definiuit, nondum in carne natos nihil egisse boni seu mali. Vnde constat paruulos ut remissione indigeant peccatorum, non nisi originale traxisse peccatum.

Cap. XIII. ibidem.

Hoc itaq; medium, ex quo anima missa est in carnem quousq; solueretur à carne, quoniam paruuli anima est, nec liberi arbitrij gessit ætatem, non inuenit unde damnaretur nõ percepto baptismo, nisi originale peccatum. Ex hoc peccato iustè damnari animam non negamus, quia peccato supplitiũ lex iusta constituit. Sed ad hoc peccatũ subeundũ cur damnata sit quærimus, si non ex illa una trahitur, quæ in generis humani primo patre peccauit.

Ex peccato originali animæ damnantur.

Lib. II. de anima & eius origine, ad Petrum Cap. XII.

Ioan. 3. *Si quis non fuerit renatus ex aqua & spiritu, nõ potest introire in regnum dei. Atq; ut ab hac sententia exceptos martyres faciat, quibus contigerit ante pro nomine Christi occidi, quàm Christi baptismate dilui. Dicit alio*

Matth. 10. *loco: Qui perdiderit animam suam pro me, inueniet eam. Et ne cuiquam qui non renatus fuerit, Christianæ fidei lauacro promittatur peccati originalis abolitio, clamat A-*

Roman. 5. *postolus, Per unius delictum in omnes homines ad condemnationem: contra quam condemnationem dominus*

Marc. 16. *unum esse ostendens salutis auxilium, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur. Cuius mysterium credulitatis in paruulis per eorum responsionem, à quibus gestantur, impletur, ne si factum non fuerit, eant ex uno omnes in condemnationem: Et tamen contra tam manifestas uoces, quas concinit ueritas, procedit in medium magis uecors q̃ misericors uanitas, & dicit: Non solum non eunt in condemnationem paruuli, & si nullum eos Christianæ fidei lauacrum à uinculo originalis peccati absoluat, uerumetiam fœlicitate paradisi post mortem interim perfruũtur, post resurrectionem uero, etiã regni cœlorũ fœlicitatẽ possidebunt. Hæc iste contra catholicam fundatissimam fidem nũquid dicere auderet, si quæstionem soluendã de animæ origine uires suas excedentem suscipere non auderet?*

Vani sunt qui dicunt pueros saluari absque regeneratione.

Lib. III. de anima & eius origine, ad Vincentiũ Victorem, Cap. IX.

Infantes anteqũ baptizentur morte præuentos, peruenire posse ad originalium indulgentiam peccatorũ, si uis esse catholicus. Exempla enim quæ te fallunt, uel de latrone, qui dominum est cõfessus in cruce, uel de fratre sanctæ Perpetuæ Diuocrate nihil tibi ad huius erroris sententiam suffragãtur: Nam ut omittam quòd creditur latronem illum iuditio diuino inter eos deputari, qui martyrij confessione purgantur, tamen utrum etiam non fuerit baptizatus ignoras. Post

Actor. 9. *pauca. Nam si eos, de quibus non scriptum est, utrũ fuerint baptizati, sine baptismo de hac uita recessisse contendimus, ipsis calumniamur Apostolis, quibus præter apostolum Paulum, quando baptizati fuerint, ignoramus. Sed si ipsos baptizatos esse per hoc nobis innotescere potuit, qui beato Petro dominus ait: Qui lotus est, non indiget* Ioan. 13 *nisi ut pedes lauet. Quid de alijs, de quibus tale nihil legamus, dictum, de Barnaba, de Timotheo, de Tito, de Sila, de Philemone, de ipsis Euangelistis Marco et Luca, de innumerabilibus cæteris, quos absit ut baptizatos dubitemus, quamuis non legamus.*

Infantes anteqũ baptizentur, non perueniunt ad indulgentiam originalium peccatorum.

In eodem lib. Cap. XII.

Noli credere, nec dicere, nec docere, sacrificium Christianorum, pro his qui non baptizati, de corpore exierint offerendum, si uis esse catholicus: Quia nec illud quod de Machabæorum libris commemorasti, sacrificium Iudæorũ pro eis, qui non circumcisi de corpore exierint, ostendis oblatum.

Pro nõ baptizatis nihil offertur in ecclesia. 2. Mac. 12

Cap. XIII.

Noli credere, nec dicere, nec docere, aliquos eorum, qui sine baptismo Christi ex hac uita emigrauerint, interim non ire in regnum cœlorum, sed in paradisum, postea uero in resurrectione mortuorum, etiam ad regni cœlorum beatitudinem peruenire, si uis esse catholicus: hoc enim eis dare, nec Pelagiana hæresis ausa est, quæ opinatur paruulos non trahere originale peccatum.

Non baptizati nõ perueniunt in regnum cœlorum.

Lib. I. contra duas epist. Pelagianorum ad Bonifatiũ, Cap. XXII.

Gratiam Christi, inquiunt, omnibus necessariam, & maioribus & paruulis confitemur, & eos qui dicunt de duobus baptizatis natum non debere baptizari, anathematizamus. Nouimus quomodo non secundum Paulum apostolum, sed secundum Pelagium hæreticum ista dicatis, paruulis uidelicet baptismum necessarium non propter remissionem peccatorum, sed tantummodo propter regnum cœlorum: Datis enim eis extra regnum dei locum salutis & uitæ æternæ, etiam si non fuerint baptizati: Nec attenditis quod scriptum est, Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui autem non crediderit, condemnabitur. Propter quod in ecclesia saluatoris per alios paruuli credunt, sicut ex alijs ea, qui illis in baptismo remittuntur peccata, traxerunt.

Pelagiani dicunt baptismũ paruulis necessarium, non propter remissionem peccatorũ, sed propter regnum cœlorum. Marc. 16.

Lib. I. contra Iulianum, Cap. II.

Absit inquam, ut Constantinopolitanus Ioannes de baptismate paruulorum eorum, quæ à paterni chirographi liberatione per Christum, tot ac tantis coëpiscopis suis, maximeq; Romano Innocentio, Carthaginensi Cypriano, Cappadoci Basilio, Gregorio Nazianzeno, Gallo Hilario, Mediolanensi resistat Ambrosio, alia sunt, in quibus inter se, aliquando etiam doctissimi atq; optimi regulæ catholicæ defensores, salua fidei compage non consonant, & alius alio de una re melius aliquid dicit & uerius: Hoc autem unde nunc agimus, ad ipsa fidei pertinet fundamenta, quisquis in Christiana fide uult labefactare, quòd scriptum est, Per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut in Adam omnes moriuntur, ita

1. Corin. 15

tur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Totum quod in Christum credimus auferre molitur, omnino et paruulorum saluator est Christus, omnino nisi per illum redimantur, peribunt, qroniam sine carne & sanguine eius uitam æternam non habebunt: Hoc sensit, hoc credidit, hoc docuit & Ioannes.

Paruulorũ Christ⁹ saluator est.

Ibidem.

Poterat etiam noster Cyprianus hoc dicere de paruulis, quod Ioannes, quandoquidem ait: Quòd infans natus nihil peccauerit, & quòd ei remittantur non propria, sed aliena peccata. Comparans ergo eos Ioannes maioribus, quorum propria peccata dimittuntur in baptismo, dixit illos non habere peccata, non sicut uerba eius ipse posuisti non coinquinatos esse peccato, dum uis utiq; intelligi, non eos peccato primi hominis inquinatos.

paruuli peccato primi parentis coinquinati.

Libro IIII. contra Iulianũ Pelagianum, Cap. III.

Minus enim Fabritius quàm Catilina punietur, non quia iste bonus, sed quia ille magis malus, et minus impius quàm Catilina Fabritius, non ueras uirtutes habendo, sed a ueris uirtutibus non plurimum deuiando. An forte & istis, qui exhibuerunt terrenæ patriæ Babylonicam dilectionem, & uirtute ciuili non uera, sed uerisimili dæmonibus, uel humanæ gloriæ seruierũt, Fabritijs uidelicet Regulis, Fabijs, Scipionibus, & Camillis, cæterisq; talibus: sicut infantibus, qui sine baptismate moriuntur, prouisuri estis aliquem locum inter damnationem regnumq; cœlorum, ubi non sint in miseria, sed in beatitudine sempiterna, qui deo non placuerunt, cui sine fide placere impossibile est, quam nec in operibus, nec in cordibus habuerunt, non opinor perditionem uestram usq; ad istam impudentiam posse prosilire.

Ironia aduersus Pelagianos.

Eodem lib. Cap. IIII.

Paruuli nouiter geniti, ideo sub diaboli sunt potestate, qui de corporum commixtione nascuntur, antequam per spiritum renascantur, quia per illam renascuntur concupiscentiam, qua caro concupiscit aduersus spiritum, & aduersum se cogit concupiscere spiritum, quæ pugna boni & mali nulla esset, si nemo peccasset: Sicut autem ante hominis iniquitatem nulla erat, ita post infirmitatem nulla erit.

Quare sint paruuli sub potestate diaboli. Galat. 5.

Lib. V. contra eundem, Cap. VIII.

Ego autem non dico paruulos, sine Christi baptismate morientes, tanta pœna esse plectendos, ut eis non nasci potius expediret, cum hoc dominus non de quibuslibet peccatoribus, sed de scelestissimis & impijssimis dixerit. Si enim quòd de Sodomis ait, & utiq; non de solis intelligi uoluit, alius alio tolerabilius in die iuditij punietur. Quis dubitauerit paruulos non baptizatos, qui solum habent originale peccatum, nec ullis proprijs aggrauantur, in damnatione omnium leuissima futuros, quæ qualis & quanta erit, quamuis definire non possim, non tamen audeo dicere, quòd eis ut nulli essent, quàm ut ibi essent potius impediret: Verum uos quoq;, qui eos uelut liberos, ab omni damnatione esse contenditis, cogitare nonultis, qua illos damnatione puniatis, alienando à uita dei, & à regno dei tot imagines dei: Postremò separãdo à parentibus pijs, quos ad eos procreandos tam disertus hortaris. Hæc autem iniustè patiuntur, si nullum habent omnino peccatum: aut si iustè, ergo habent originale peccatum.

Paruuli nõ baptizati ĩ qua damnatione sint.

Eodem lib. Cap. IX. contra eundem.

Et ideo putas malũ, qd' est in parente utiq; in subiecto, alij rei, id est proli, ad quam non peruenit, reatũ non posse transmittere: Rectè hoc diceres, si malum concupiscentiæ de parente non perueniret ad prolem: cum uero sicut sine illo nemo seminatur, ita sine illo nemo nascatur. Quomodo dicis eò non pertinere quo transit, non enim Aristoteles, cuius Cathegorias insipienter sapis: sed Apostolus dicit, Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per omnes homines transijt. Nec sanè illa dialectica mentitur, sed tu non intelligis.

Malum de parente trãsit ad prolẽ.

Roman. 5.

Lib. VI. contra eundem, cap. I

Ergo quod generatum est, regeneretur, ut similiter quia non potest aliter, quod tractum est, remittatur. Frustra identidem conaris obtegere, quòd superfluum baptismum putatis in paruulis, dicentes mysteriorum Christi gratiam multis locupletem esse muneribus, uelitis, nolitis, paruulos credere confitmini in Christum per corda & ora gestantium: Ergo & ad illos pertinet dominica ista sententia: Qui non crediderit, condemnabitur.

Quod generatũ est, regenerẽ.

Marc. 16.

In eodem cap. circa finem.

Quicunq; enim baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. Et illud nihil aliud est, quàm peccato mori. In Christo baptizantur infantes, peccato ergo moriuntur. Cui peccato quæso te? nisi quòd originale traxerunt: argumentationes hominum conticescant. Dominus nouit cogitationes hominum, quoniam uanæ sunt. Abscondit hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelauit ea paruulis. Si tibi Christiana fides displicet, apertius confitere: nam Christianam aliam uiam non potes inuenire. Vnus homo est ad mortem, unus ad uitam: ille tantum homo, iste deus & homo: per illum est mundus inimicus factus deo, per istum mundus reconciliatus deo, electus ex mundo: Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes uiuificabuntur: Sicut portauimus imagnem terreni, ita portemus & imaginẽ eius, qui in cœlo est. Hæc stabilitamẽta fidei Christianæ qui subuertere nititur, stantibus eis ipse subuertitur.

Roman. 6.

Psalm. 93.

Matth. 11.

Vnus homo ad mortem, vnus ad vitam generat.

1. Corin. 15

Cap. II. in eodem.

Prorsus quòd in libro meo dixi cui resistis uerum est, nam quod dimissum est in parente, ut trahatur in prole, miris quidem modis fit, sed tamen fit: & quia modus ipse non facili ratione indagatur, nec sermone explicatur, ab infidelibus non creditur.

Eodem lib. contra eundem, Cap. II.

Quo corde, quo ore, qua fronte paruulos mortuos negatis, pro quibus Christum mortuum non negatis. Si non est pro eis Christus mortuus, ut quid baptizantur?

Pueri mortui et renati per baptismum, viuunt deo.

Qui cunq;

Quicunq; enim baptizati sumus in Christo Iesu, in morte illius baptizati sumus. Si aũt etiam pro eis mortuus est, qui unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt, & isti cum omnibus. Et quia in peccato mortui sunt, moriuntur & peccato, ut uiuant deo, quando renascuntur ex deo.

In lib. enchiridion ad Laurentium, Cap. XLIII.

Senes per baptismum renati, non solum peccatum originis, sed totius vitę remissionem per baptismum consequuntur.

A paruulo enim recens nato, usq; ad decrepitum senem, sicut nullus prohibendus est à baptismo, ita nullus est qui non peccato moriatur in baptismo, sed paruuli tantum originali: maiores autem etiam his omnibus moriuntur peccatis, quæcunq; malè uiuendo addiderũt ad illud, quod nascendo traxerunt.

Cap. XLIIII. in eodem.

Sed ideo etiam ipsi peccato mori plerunq; dicuntur, cũ proculdubio non uni, sed multis peccatis, omnibusq; moriantur, quæcunq; iam propria commiserunt, uel cogitatione, uel locutione, uel opere, quia etiam per singularem numerum pluralis numerus significari solet, sicut ait ille: Virg. in Aeneid. 2. *Vterumq; armato milite cõplent, quámuis hoc multis milibus fœcerint. Et in nostris literis legitur: Ora ergo ad dominũ, ut auferat à nobis serpentem,* Num. 21. *Non ait serpentes, quos patiebatur populus, ut hoc diceret, & innumerabilia talia. Cum uero & illud originale unũ, plurali numero significatur, quando dicimus in peccatorũ remißionem baptizari paruulos, nec dicimus in remißionẽ peccati, illa est econtraria locutio, qua per pluralem locutionẽ significatur numerus singularis, sicut de Herode mortuo in Euangelio dictũ est:* Matth. 22 *Mortui sunt enim qui quærebant animam pueri, Non dictum est, mortuus est. Et in Exodo:* Exod. 32. *Fœcerunt, inquit, sibi deos aureos, cum unum uitulũ fœcerint tantum, de quo dixerunt: Hi sunt dij tui Israël, qui eduxerunt te de terra Aegypti. Et hic ponentes pluralem pro singulari.*

Per peccatum originis singulare intelligitur peccatorum omnium pluralitas.

DE ECCLESIA, ET eius auctoritate.

Lib. I. de moribus Ecclesiæ catholicæ, Cap. XXXIIII.

Ecclia malos filios vti mater castigat et corrigit.

Nunc uos illud admoneo, ut aliquando Ecclesiæ catholicæ maledicere desinatis, uituperando mores hominũ, quos & ipsa condemnat, & quos quotidie tanquam malos filios corrigere studet: Sed quicunq; illorum bona uoluntate, deiq; auxilio corrigũtur, quod amiserant peccando, pœnitendo recuperant. Qui aũt uolũtate mala in pristinis uitijs perseuerant, aut etiã addũt grauiora prioribus, in agro quidẽ domini sinuntur esse, & cum bonis seminibus crescere: sed ueniet tempus quo zizania separentur, Matth. 3 *aut si propter ipsum Christianum nomen, magis in palea quàm in spinis esse arbitrandi sunt,* Matth. 3 *Veniet etiã qui aream purget, & à frumentis paleam separet, & singulis partibus pro suo cuiusq; merito, quod oportet summa æquitate, distribuat.*

Super Ioan. Tract. XXXII.

Cum ergo & modo accipiatur spiritus sanctus, dixerit aliquis: Quare & nemo loquitur linguis omniũ gentium? Quia iam ipsa ecclesia linguis omniũ gentium loquitur, antea in una gente erat ecclesia, ubi omnium linguis loquebantur. Loquendo linguis omnium significabat futurum, ut crescendo pergentes, loqueretur linguis omnium gentiũ. In hac ecclesia qui non est, nec modo accipit spiritum sanctum. Præcisus enim & diuisus ab unitate mẽbrorum, quæ unitas linguis omnium loquitur, renunciet sibi, non habet, nam si habet, det signum quod tunc dabatur. Loquatur omnibus linguis, respondet mihi, Quid enim tu, loqueris omnibus linguis? Loquor planè, quia omnis lingua mea est, id est, eius corporis cuius membrũ sum. Diffusa ecclesia per gentes, loquitur omnibus linguis. Ecclesia corpus est Christi, in hoc corpore membrum es: Cum ergo membrum sis eius corporis, quod loquitur omnibus linguis, crede te loqui omnibus linguis, Vnitas enim membrorum charitate concordat, & ipsa unitas loquitur, quomodo tunc unus homo loquebatur. Accipimus ergo & nos spiritum sanctum, si amamus ecclesiam, si unitate compaginamur, si catholico nomine & fide gaudemus. Credamus fratres, quantum quisq; amat ecclesiam Christi, tantum habet spiritum sanctum, Datus est enim spiritus ad manifestationem, sicut dicit Apostolus: 1. Corin. 12 *Quam manifestationem? quia alij datur per spiritũ sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum.*

Ecclesia est corpꝰ Chri cuius nos membra.

Tract. LXII. super eundem.

Habebat ergo & dominus loculos, & à fidelibus oblata conseruans, & suorum necessitatibus, & alijs indigentibus tribuebat. Tunc primum Ecclesiasticæ pecuniæ forma est instituta, ubi intelligeremus quod præcepit non cogitandum esse de crastino, non ad hoc fuisse præceptum, ut nihil pecuniæ seruetur à sanctis: sed ne deo pro ista seruiatur, & propter inopiæ timorem iustitia deseratur: Nam & Apostolus in posterum præuidens, ait: 1. Timot. 5 *Si quis fidelis habet uiduas, sufficienter tribuat eis, ut non grauetur ecclesia, quo ueris uiduis sufficere possit.*

Ioan. 13

Quomodo intelligatur non esse solicitum de crastino.

Tract. CXVIII.

Quadripartita uestis domini Iesu Christi, quadripartitam figurant eius ecclesiam, toto scilicet, quæ quatuor partibus constat, terrarum orbe diffusam, & omnibus eiusdem partibus æqualiter, id est, concorditer distributam, propter quod alibi dicit missurum se angelos suos, ut colligant electos eius à quatuor uentis, quod quid est nisi à quatuor partibus mundi, oriente, occidente, aquilone, & meridie.

Quadripartita vestis Christi quatuor angulos mundi ecclesiæ significat.

Ibidem post pauca.

Tunica autem inconsutilis, ne aliquando dissuatur, ad unum peruent, quia in unum omnes colligit, sicut in Apostolis, cum esset etiam ipse numerus duodenarius, id est quadripartitus in ternos, & omnes essent interrogati, solus Petrus respondit: Tu es Christus filius dei uiui. Et ei dici-

Matth. 19

Inconsutilis tunica vnitatem significat ecclesiæ.

ei dicitur, tibi dabo claues regni cœlorum, tanq; ligandi et soluendi solus acceperit potestatem, cum & illud unus p omnibus dixerit, et hoc cum omnibus tanq; personam gerens ipsius unitatis & acceperit. Ideo unus pro omnibus, quia unitas est in omnibus, unde & hic cum dixisset, desuper contexta, addidit per totum, quod si referamus ad id quod significat, nemo eius est expers, quæ pertinere ad totum inueniatur, à quo toto sicut græca indicat lingua catholica uocatur ecclesia &c.

Tract. CXXIIII.

In ecclesia potestate clauium remissio peccatorum est Matth. 6

Et quia in ipsa quoq; uia ambulantes non sunt sine peccatis, quæ de huius uitæ infirmitate surrepunt, dedit elemosinarum remedia salutaria, quibus eorum adiuuaretur oratio, ubi eos dicere docuit, dimitte nobis debita nostra, sicut et nos dimittimus debitoribus nostris. Hoc agit ecclesia, spe beata in hac uita erumnosa cuius ecclesiæ Petrus Apostolus, propter Apostolatus sui primatum, gerebat figurata generalitate personã. Quod enim ad ipsum proprie pertinet, natura unus homo erat, gratia unus Christianus, abundantiore gratia unus idemq; primus Matth. 16 Apostolus, sed quando ei dictũ est, tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunq; ligaueris super terram, erit ligatum & in cœlis, et quodcunq; solueris super terram erit solutum & in cœlis, uniuersam significabat ecclesiã, quæ in hoc sæculo diuersis tentationibus, uelut imbribus fluminibus, tempestatibusq; quatitur, & non cadit, quoniam fundata est super Petram, unde & Petrus nomen accepit, non enim à Petro Petra, sed Petrus à Petra, sicut non Christus à Christiano, sed Christianus à Christo uocatur. Ideo quippe ait dominus, super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam, quia dixerat Petrus. Tu es Christus filius dei uiui, super hanc ergo inquit Petram, quam confessus es, ædificabo ecclesiam meam, Petra enim erat Christus, super quod fundamentum etiam ipse ædificatus est Petrus. Fundamentum quippe aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iesus. Ecclesia ergo quæ fundatur in Christo, claues ab eo regni cœlorum accepit in Petro, id est, potestatem ligandi soluendiq; peccata &c.

Matth. 7

Matth. 16

1. Corin. 10

1. Corin. 3

Matth. 16

Ibidem post pauca.

Est autem alia uita immortalis, quæ non est in malis, 1. Corin. 13 ibi facie ad faciem uidebimus quod hic per speculũ & in enigmate uidetur, quando multum inconspitienda ueritate proficitur. Duas itaq; uitas sibi diuinitus prædicatas & commendatas nouit ecclesia, quarum est una in fide, altera in specie, una in tempore peregrinationis, altera in æternitate mansionis, una in labore, altera in reqe una in uia, altera in patria, una in opere actionis, altera in mercede contemplationis, una declinat à malo & facit bonum, altera nullum habet, à quo declinat malum, et magnum habet quo perfruatur bono, una cum hoste pugnat, altera sine hoste regnat. Vna fortis est in aduersis, altera nihil sentit aduersi. Vna carnales libidines frenat, altera spiritalibus delectationibus uacat, una est uincendi cura sollicita, altera uictoriæ pace secura, una in tentationibus adiuuatur, altera sine ulla tentatione in ipso adiutore letatur, una subuenit indigenti, altera ibi est, ubi nullũ inuenit indigẽtẽ, una aliena peccata ut sua sibi ignoscantur ignoscit, altera nec patitur quod ignoscat, nec facit quod sibi poscat ignosci, una flagellatur malis, ne extollatur in bonis, altera tãta plenitudine gratiæ caret omni malo, ut sine ulla tentatione superbiæ cohereat summo bono, una bona & mala discernit, altera quæ sola bona sunt cernit. Ergo una bona ẽ sed adhuc misera, altera melior & beata. Ista significata est per Apostolum Petrũ, illa per Ioannẽ. Tota hic agitur ista usq; in huius sæculi finem, differtur illa complenda, post huius sæculi finem.

ecclesia militans & triumphans.

Post pauca ibidem.

Omnibus igitur sanctis ad Christi corpus in separabiliter pertinentibus, propter huius uitæ procelloſissimæ Matth. 16 gubernaculum, ad liganda & soluenda peccata: Claues regni cœlorum primus Apostolorum Petrus accepit, eisdemq; omnibus sanctis, propter uitæ illius secretissimæ quietissimum sinum, super pectus Christi Ioannes Euangelista discubuit, quoniam nec iste solus, sed uniuersa ecclesia ligat soluitq; peccata. Nec ille in principio uerbũ deũ Ioh. 1 Vniuersa ecclesia ligat & soluit peccata apud deũ & cætera de Christi diuinitate, & de totius diuinitatis trinitate atq; unitate sublimia, quæ in illo regno facie ad faciẽ contemplanda nunc autem donec ueniat dominus, in speculo atq; in enigmate contuenda sunt, quæ prædicando ructaret, de fonte dominici pectoris solus bibit, sed ipse dominus ipsum Euangelium, pro sua cuiusq; capacitate, omnibus suis bibendum, toto orbe terrarum diffundit.

In Epistolam beati Ioan. Tracta. I.

Per diem sol non uret te, neq; luna per noctem, id est Psalm. 120 si tenueris charitatem, nec in Christo scandalum patieris, nec in ecclesia, nec Christum relinques nec ecclesiam. Qui enim ecclesiam relinquit, quomodo est in Christo, qui in membris Christi non est? Quomodo est in Christo, qui in corpore Christi non est. Illi ergo patiuntur scãdalum, qui relinquunt aut Christum aut ecclesiam. Q relinquũt Christũ ac eius sponsam ecclesiam patiuntur scãdalũ

Post pauca ibidem.

Quando uolunt homines uidere Lunam nouam dicimus, ecce Luna, ecce ubi est: Et si sunt ibi qui non ualeãt intendere aciem, & dicant ubi? Intenditur illis digitus ut uideant. Aliquando dum erubescunt, ne cœci putentur, dicunt se uidisse quod non uiderunt. Nunquid sic ostendimus ecclesiam fratres mei? Nonne aperta est? Nonne manifesta? Nonne obtinuit omnes gentes? Vni fideli promissum est, in milibus fidelium mundus impletus est. Gene. 22 Nonne impletur quod ante annos tot promissum est Abrahæ, in semine eius benedici omnes gentes? Ecce mons implens faciem uniuersæ terræ, ecce ciuitas de qua dictum est, Non potest ciuitas abscondi super montem constituta. Matt. 5

In fide ecclesia est cõspicua.

Tracta.II.super eandem.

Audistis fratres,tenere: Nemo dubitat de ecclesia,quia per omnes gentes est. Nemo dubitat, quia ab Hierusalem cœpit,& omnes gentes impleuit,agnoscimus agrum ubi uitis plantata est, cum autem creuerit, non agnoscimus, quia totum occupauit. Vnde cœpit? Ab Hierusalem. Quo peruenit? Ad omnes gentes,paucæ remanserunt,omnes tenebit. Interea cũ omnes tenet,aliqua sarmenta inutilia uisa sunt agricolæ præcidẽda,& fœcerunt hæreses & scismata,non uos inducant præcisa ut præcidamini,hortamini magis quæ præcisa sunt,ut iterum inserantur &c.

Ecclesia ab Hierusalem incepit & impleuit omnes gentes.

Tractatu.X. in fine super eandem.

Euangelium loquitur,oportebat pati Christum & resurgere die tertia à mortuis,& prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum. Vbi remissio peccatorum,ecclesia est. Quo modo ecclesia? Illi enim dictum est, tibi dabo claues regni cœlorum, & quæ solueris in terra,soluta erunt & in cœlis, & quæ ligaueris in terra,ligata erunt & in cœlis. Qua diffunditur ista remissio peccatorum? Per omnes gentes,incipientes ab Hierusalem &c.

Luc.24 Vbi remissio peccatorum ibi ecclesia. Matth.16

Luc.24

Super Apocalipsim homilia.I.

Septem ecclesias quas uocat uocabulis suis Ioãnes nõ ideo dicit,quia ille solæ sunt ecclesiæ,quod dicit uni,omnibus hoc dicit. Deniq; siue in Asia,siue in toto orbe septẽ ecclesias omnes esse,et unam esse catholicam,sicut ad Timotheum ait,quomodo oportet te in domo dei conuersari,quæ est ecclesia dei uiui &c.

Apoc.1.

1.Timo.3 Septẽimo omnes ecclesiæ particulares una est domus dei viui.

In Apocalipsim homilia.II.

Et quia ipsa ecclesia,sicut habet claues uitæ,ita & inferorum. ipsi enim dictum est,cui dimiseritis peccata, dimittuntur,& cui retinueritis retenta sunt.

Vitæ æternæ,& inferni claues habet ecclesia. Ioh.21

In lib. de vera & falsa pœnitentia. Cap.XII.

Credendum est enim, & pietas fidei expostulat credere, quod omnes elemosinæ totius ecclesiæ & orationes & opera iustitiæ & misericordiæ succurrant recognoscenti mortem suam ad conuersionem suam. Ideoq; nemo digne penitere potest quem non sustineat,unitas ecclesiæ.

Opera pietatis succurrũt in ecclesia reuerenti & pœnitẽti.

De fide ad Petrum. Cap.XXXIX.

Firmissimè tene & nullatenus dubites quemlibet hæreticum siue scismaticum,in nomine patris & filij & spiritussancti baptizatum: Si ecclesiæ catholicæ non fuerit aggregatus,quantascunq; elemosinas fœcerit,& si pro Christi nomine etiam sanguinem fuderit,nullatenus posse saluari: Omni enim homini qui ecclesiæ catholicæ non tenet unitatem,neq; baptismus, neq; elemosina quamlibet copiosa,neq; mors pro Christi nomine susceptа proficere poterit ad salutem,quamdiu in eo hæretica uel scismatica prauitas perseueret,quæ ducit ad mortem.

Hæretici cũ non sit in ecclesia nõ saluantur.

Cap.XLIII.Ibidem.

Firmissimè tene & nullatemus dubites aream dei esse ecclesiam catholicam,& intra eam usq; in finem sæculi frumento mixtas paleas contineri: Hoc est bonis malos sacramentorum communiõe misceri,& in omni professione siue clericorum,siue monachorum,siue laicorũ, bonos esse simul et malos,nec pro malis bonos deserendos,sed pro bonis malos inquantum exigit fidei & charitatis ratio tolerandos,id est,si uel in ecclesia nullius pfidiæ semina spargunt,uel fratres ad aliquod malũ opus, mortifera imitatione ducunt. Nec posse aliquem intra ecclesiam catholicam rectè credentem,beneq; uiuentem alieno unquam maculari peccato si cuiq̃ peccanti nec consensionem præbeant nec fauorem. Vtiliterq; malos à bonis intra ecclesiam tolerari,si hoc cum eis benè uiuendo, & benè monendo agatur,ut & uidentes & audientes, quæ bona sunt,mala sua respuant: Iudicandos se à deo pro suis malis operibus contremiscant, atq; ita præueniente dono gratiæ,de suis iniquitatibus confundantur,& ad bonam uitam per dei misericordiam conuertantur. Bonos uero à malis intra ecclesiam duntaxat catholicam constitutis,non debere nisi operum dissimilitudine separari: Vt cum quibus diuina communicant sacramenta,non habeant mala opera, quibus illi sunt criminosi communia. In fine uero sæculi,bonos à malis etiam corpore separandos,quando ueniet Christus habens uentilabrum in manu sua,& permundabit aream suam,& congregabit triticum in horreum suum. Paleas autem conburet igni inextinguibili,quando per iuditium iustum, segregabit iustos ab iniustis bonos à malis,rectos à peruersis, bonos constituet à dextris,malos à sinistris, & ex eius ore iusti æterniq; iuditij, sempiterna atq; incommutabili prolata sententia, iniqui omnes ibunt in combustionem æternam,iusti autem in uitam æternam, iniqui semper arsuri cum diabolo,iusti autem regnaturi sine fine cũ Christo.

Et boni et mali mixti iu ecclesiæ sacramenta suscipiunt.

Matth.3

Matth.25

Lib.III.de mirabilibus sacræ scripturæ,Cap.XVI.

Ecce quanta est Apostolica uirtus in Christo, sanum Ananiam,dum Petrus arguit per sermonis tantum imperiũ,morte ligauit,& Tabitam mortis uinculo ligatã, eadem imperij potestate dissoluit. Ideoq; prius Ananias & Saphira in conspectu ecclesiæ cito mortui sunt,ut Apostolica auctoritas quanta esset ostenderetur, & q̃ magnum peccatum esset,quod oblatum iterum ab ecclesia retraheretur monstraretur, & cæteri exemplo huius castigarentur.

Acto.5 Quanta ec clesię virtꝰ. Acto.9

Lib.primo de símbolo ad cathecuminos.cap.V.

Credimus ecclesiam catholicam. Ipsa est ecclesia sancta,ecclesia una,ecclesia uera,ecclesia catholica,cõtra omnes hæreses pugnans,pugnare potest, expugnari tamẽ non potest. Hæreses omnes de illa exierunt tanq̃ sarmenta inutilia, de uite præcisa,ipsa autẽ manet in radice sua, in uite sua, in charitate sua portæ inferorum non uincent eam.

Portæ inferorum non prꝙualebũt ecclesiam. Matth.16

Lib.III de simbolo ad cathecuminos.,Cap.XIII.

Sancta ecclesia in qua omnis huius sacramenti terminatur auctoritas, mater & uirgo, corpore casta, prole fœcunda. sponsa Christi superius declarata, pie nutrit filios, quos deo patri dignos assignare contendit. Filij boni amate tantum matrem, filij boni nolite deserere quotidie uos requirentem, rependite uicem, amate amantem, Tanta est, talis est, nobilis est, regia prole fœcũda est, nõ eam patiamini aut filiorum malorum, aut pessimorũ seruorum iniurijs atq; insidijs macerari.

ecclia Christi casta corpore prole fœcunda.

Et in fine eiusdem, capite.

Vos autem dilectissimi, qui ab initio uberibus sancte matris ecclesiæ nutriti, usq; ad solidum cibum estis ab ea perducti manete in ea. Si quis eius uel disciplinam, uel quamlibet admonitionem aspere tulit, & iratus abscesserit, agnoscat matrem, redeat ad eam libenter, & hoc suscipit quæ requirit, gaudebit filium perditum fuisse cõuersum. Sed licet multũ gaudeat filiũ perditũ fuisse conuersum, stabilitatis dignitatem non quiescit prædicare secum permanentium filiorum.

ecclesia gaudet de perdito uerum reuerso filio.

IIII. Lib. de simbolo ad Cathecuminos, Cap. X.

Per sanctam ecclesiam, propterea huius conclusio sacramenti, per sanctam ecclesiam terminatur, quoniam si quis absq; ea inuentus fuerit, alienus erit à numero filiorũ. Nec habebit deum patrem, qui ecclesiam noluerit habere matrem: Nihilq; ei ualebit quod credidit uel fœcit tanta bona sine fine summi boni. Ecclesia mater spiritalis est: Ecclesia sponsa Christi ẽ, gratia eius dealbata præcioso sanguine dotata. Totum possidet quod à uiro suo accepit in dote. Lego tabulas matrimoniales eius, recitabo, audite hæretici quid scriptum sit, oportebat Christum pati & resurgere à mortuis, et prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gẽtes, omnes gentes totus mundus est. Ecclesia totum possidet, quod à uiro suo accepit in dote. Quæcunq; congregatio cuiuslibet hæresis in angulis sedet, concubina est non matrona.

Qui non habet ecclesiã matrem nõ habiturus ẽ deum patrẽ.

Luc.24

Ex lib. de correctione Donatistarũ ad Bonifacium. Cap. III.

Ecclesiam uero toto terrarum orbe diffusam, cui non communicat pars donati, uniuersarum scripturarum testimonia, consona uoce proclamant: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Lex dei dicit, ab ortu solis usq; ad occasum, sacrificium mundum offertur nomini meo, quoniam glorificatum est nomen meum in gentibus, per Prophetam deus dixit dominabitur à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis terrarum, per Psalmum dominus dixit: Fructificans & crescens in uniuerso mũdo, p Apostolum dominus dixit: Eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudæa & in Samaria, & usq; ad fines terræ, filius dei ore suo dixit.

ecclesia per totum terrarum orbem diffusa. Gene.22 Malach.1 Psalm.71 Collo.1 Luc.23 Acto.1

In eodem, Cap.XXV.

Iustus autem hic nemo est iustitia sua, id est, tanq̃ sibi à seipso facta, sed ut dicit Apostolus, sicut unicuiq; deus partitus est mensuram fidei. Sequitur autem & adiungit, sicut enim in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eosdem actus habent, ita multi unum corpus sumus in Christo. Ac per hoc nemo poterit esse iustus, q̃diu fuerit ab unitate eius corporis separatus.

Roman.12 In ecclia nemo perfectus iustus est.

Eodem lib.cap.XXX.

Vnus panis unum corpus multi sumus, proinde ecclesia catholica sola corpus est Christi, cuius ille caput ẽ saluator corporis sui. Extra hoc corpus neminem uiuificat spiritussanctus, quia sicut ipse dicit Apostolus. Charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus est nobis, non est autem particeps diuinæ charitatis, qui hostis est unitatis. Non habent itaq; spiritum sanctum, qui sunt extra ecclesiam, de illis quibus scriptum est. Qui se ipsos segregant, animales, spiritum non habentes.

1.Corin.10 Roma.5 Extra ecclesiam non ẽ spiritussanctus. Iudæ.1

Libro I. de nuptijs & concupiscentia ad Valerium, Cap.XXXIIII.

Ac per hoc non solum omnia peccata, sed omnia prorsus hominum mala, Christiani lauacri sanctitate tollũtur quo mundat ecclesiam suam Christus, ut exhibeat eam sibi, non in isto sæculo sed in futuro, non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Nam qui modo eã talem esse dicunt, & tamen in illa sunt, quoniam & ipsi fatẽtur se habere peccata si uerum dicant, profecto quoniam mundi non sunt à peccatis, habet in eis ecclesia maculam. Si autem falsum dicunt quia corde duplici loquuntur, habet in eis ecclesia rugam. Si autem dicunt se habere ista, non ipsam, ergo se nõ esse membra eius, nec se ad corpus eius pertinere fateantur, ut etiam sua confessione dãnentur.

Ephes.5 In futuro sæculo ecclesia non ẽ habitura rugã nec maculã

Lib.VII. Quæstionum superiuditium, Cap.XLIX.

Ex omnibus quippe ætatibus ecclesia congregatur, quarum prima est ab Adam usq; ad diluuium. Secunda à diluuio, idem à Noe usq; ad Abraham. Tertia ab Abraham usq; ad Dauid. Quarta à Dauid usq; ad transmigrationem in Babyloniam. Quinta ab hac transmigratione usq; ad uirginis partum. Sexta inde usq; in huius sæculi finem.

Per sex ætates ecclesia cõgregatur

Lib. Quæstionum ueteris & nouitestamenti.XCIII.

Illud autem quod insufflasse in discipulos dominus legitur post dies paucos resurrectionis suæ & dixisse, accipite spiritum sanctum Ecclesiastica potestas collata intelligitur esse. Quia enim omnia in traditiõe dominica per spiritum sanctum aguntur. Iccirco cum regula eis et forma traditur huius disciplinæ, dicitur eis accipite spiritum sanctum: Et quia uere ad ius ecclesiasticum pertinet, statim subiecit dicens, cuius tenueritis peccata, tenebuntur, & cuius remiseritis, remittentur ei. Inspiratio ergo hæc gratia quædam ẽ, quæ per traditionem infunditur ordi-

Inspiratio spiritussancti gratia dei est. Ioha.20

natis, per quam commendationes habeantur. Vnde Apostolus dicit ad Timotheum: Noli, inquit, negligere grátiam, quæ est in te, quæ data est tibi per impositionem manuum presbyteri &c.

1. Timot. 4

Post pauca ibidem.

Tres formæ officiorum in Apostolis ostensæ Ioan. 20

Trium ergo officiorum formæ doni spiritus sancti in Apostolis sunt ostensæ: Quarum prima est hæc, quæ ad ius ecclesiasticum pertinet, in regenerandis uel cæteris officijs. Secunda quæ in pentecoste data est, quæ est generalis, non solum enim in Apostolos, uerumetiam in omnes decidit spiritus sanctus credentes. Tertia forma est, quæ solis Apostolis concessa est, in signis & uirtutibus faciẽdis, usq; dum fidei semina iacerentur ad incrementum.

Act. 1. 2

Mar. 16

Ex libro Quæstionum Euangeliorũ secundum Matthæum, Ca. XI.

Matth. 13 Inter frumẽta & non inter zizania numerantur ecclesia.

Sed tamen ut dictum est propter eandem fidẽ & unitatem ecclesiæ, neq; inter zizania, quoniam illa extra radicata sunt, neq; inter aristarum paleam, quæ se etiã frumentis audet aspera dissensione & fragili electione supponere, sed quamuis subiectam frumentis, tamẽ inter palearn, quæ ultima uentilatione separanda est numerantur.

Quæstionum. LXV. ad Orosium, Quæst. LII.

Arca est ecclesia, bitumẽ charitas in uinculo pacis.

Sicut Arca de lignis quadratis construebatur, ita & ecclesia de sanctis construitur. Quadratum enim in quacunq; parte posueris, fortiter stat, et sancti i quibuslibet tentationibus stabiles permanent, non aduersitatibus, nõ prosperitatibus cedunt. Bitumen enim significat charitatem, per quam sancti nec illis scandalis, quæ fiunt ab his qui intus sunt cedunt, nec illis quæ fiunt ab his qui foris sunt, & seruant unitatem spiritus, in uinculo pacis, tolerantes & malos Christianos qui sunt in ecclesia, & hæreticos qui sunt foris & extra ecclesiam.

Et alibi.

Gene. 6. Qui in Arca Noë ecclesiæ ecclesia est saluabitur.

Sicut in Arca Noë, nemo nisi qui in ea erant à diluuio liberantur, ita nullus, nisi ecclesiæ membrũ fuerit, saluabitur.

Ex Dialogo altercationis ecclesiæ & Synagogæ. B.

Gene. 25. Maior seruiet minori de ecclesia dictum.

Eccle. dixit, lege quid Rebeccæ sit dictum cum pareret, duæ gentes in utero tuo sunt, & duo populi de uentre tuo diuidentur, & populus populum superabit, & maior seruiet minori. Certe maiorem pauloante te dixisti regnasse, triumphasse, scriptum teuisse, purpurã possedisse: Me minusculam uallibus delituisse quondam, uel in collibus habitasse saporum, te auro, ornamento, bisso, serico, gemmis claruisse nobilibus, me minorem pecorum lacte uixisse, ego oues & pecora, tu militem posidebas. Inde est quod ego minor atq; pauperior, tu maior & diues subiugata mihi eligas populo seruitura minori.

Contra Petiliani Donatistæ Epistolã. Cap. II.

Collo. 1

Hæc autem ecclesia corpus Christi est, sicut Apostolus dicit, pro corpe eius, quæ est ecclesia. Vnde utiq; manifestum est eum. qui non est in membris Christi, Christianam salutem habere non posse, membra uero Christi p unitatis charitatem copulantur sibi, & per eandem capite suo cohærent, quod est Christus Iesus, totum igtur quod annunciatur de Christo, caput & corpus est.

Cap. Christus corporis hoc est ecclesiæ eius est.

Cap. III. Ibidem.

In Scripturis sanctis ecclesiam requirimus. Matth. 24.

Si autem Christi ecclesia, canonicarum scripturarum, diuinis & certissimis testimonijs, in omnibus gentibus designata est, quicquid attulerint & undecunq; recitauerint, qui dicunt, Ecce hic Christus, ecce illic, audiamus potius, si oues eius sumus, uocem pastoris nostri dicentis, Nolite credere. Illæ quippe singulæ in multis gẽtibus, ubi ista est, non inueniuntur, hæc autem quæ ubiq; est, etiam ubi illæ sunt inuenitur. Ergo in scripturis sanctis eam ecclesiam scilicet requiramus.

Cap. IIII. Ibidem

Non sunt i ecclesia, q scripturis sanctis non consentiũt.

Totus Christus caput & corpus est, caput unigenitus dei filius, & corpus eius ecclesia, sponsus & sponsa: duo in carne una. Quicunq; de ipso capite, ab scripturis sanctis dissentiunt, etiam si in omnibus locis inueniantur in quibus ecclesia designata est, non sunt in ecclesia. Et rursus quicũq; de ipso capite scripturis sanctis cõsentiũt, & unitati ecclesiæ non communicant, non sunt in ecclesia, qa de Christi corpore, quod est ecclesia, ab ipsius Christi testificatione dissentiunt.

In eadem, Cap. X.

Hierusalem cœlestis ẽ ecclesia Christi. Luc. 24

Teneamus ergo ecclesiam ex ore domini designatam, unde cœptura et quousq; peruentura esset, cœptura scilicet ab Hierusalem & peruentura in omnes gentes. Hic iam quisquis dixerit: Hierusalem non illam uisibilem ciuitatem intelligendam, sed figurate positam, ut spiritaliter accipiatur tota ecclesia æterna in cœlis, & ex parte in terris peregrina: Potest dicere etiam illud figurate dictum, Quia oportebat Christum pati, & resurgere tertia die. Quod quisquis dixerit, nec quoquo modo Christianus habendus est.

Cap. XI.

Luc. 24

Euangelizata est ecclesia nobis, per totum orbem terrarum futura, hoc in lege & Prophetis & Psalmis esse prænunciatum, ipse dominus testificatus est, qui eam cœpturam ab Hierusalem, & per omnes gentes permansuram esse prædixit, testes sibi futuros in Hierusalem & in tota Iudæa & Samaria, & usq; in totam terram, cum iam in cœlum ascenderet, prænunciauit. Hæc uerba, facta secuta sunt. Quomodo cœptum sit ab Hierusalem, & deinde processum in Iudæam & Samariã, & in totam terram, ubi adhuc crescit ecclesia, donec usq; in finem, etiam reliquas gentes, ubi adhuc non est obtineat, scripturis sanctis testibus consequenter ostenditur. Quisquis aliud Euangelizauerit anathema sit.

Act. 1

Ab Hierusalem incepit ecclesia, et adhuc crescit p orbẽ, diffusa donec usq; in finem.

Ibidem. Cap. XIII.

Testimõia de cõmixtione malorũ cum bonis in ecclesia

Habemus innumerabilia testimonia, & de cõmixtione malorum cum bonis, in eadem communione sacramẽti, sicut Iudas ab initio malus inter bonos undecim conuersatus

uersatus est,& de bonorum paucitate,propter malorum plurimam comparationem,& rursus de bonorum multitudine per seipsam considerata,ex quibus ne longum faciam pauca commemorabo: Est in canticis cãticorum,qđ de sancta ecclesia omnis Christianus dictũ esse agnoscit, sicut lilium inter spinas,ita proxima mea in medio filiarum: Item qui gement & mœrent peccata & iniquitates populi mei,quæ fiunt in medio eorum: Item in Euangelio Matthæi,simile ẽ regnum cœlorum sagenæ missæ in mari,quæ cõgregat omnia genera piscium: cum autem esset impleta,eduxerunt omnia ad littus,& sedentes elegerunt optimos in uasa sua,malos autem foras miserunt, sic ergo erit in consumatione sæculi &c. Item intrate per angustam portã.

Cantí,2
Ezech.9
Matth.13
Matth.13
Ma.th.7

Cap.XIIII.in fine.

Sunt enim adhuc non nullæ gentes,in quibus nondũ est Euangelium prædicatũ, necesse est autem impleri omnia quæ de Christo & ecclesia prædicta sunt,oportet ergo in eis prædicari quod cum impletum fuerit,tunc erit finis.

Prædicãdũ euangelium ubiq; tunc finis,

Cap.XV. in fine.

Tenent enim ecclesiæ,apostolico labore fundatæ,cum quanta cura sibi prædictum sit,si quis uobis Euangelizauerit,præterq̃ quod accepistis,anathema sit.

Christus annunciandus in ecclesijs, Gala.1

Lib.IIII.de trinitate.Cap.VIII. &.IX.

Non pro his autem rogo inquit tantum,sed & pro eis qui credituri sunt per uerba eorum in me,ut omnes unũ sint,sicut tu pater in me,& ego in te,ut & ipsi in nobis unum sint,ut mundus credat,quia tu me misisti,& ego claritatem,quam dedisti mihi,dedi eis,ut sint unum,sicut & nos unum sumus: Nõ dixit,ego & ipsi unum,quamuis per id quod ecclesiæ caput est,et corpus eius ecclesia, posset dicere,ego & ipsi non unum sed unus,quia caput & corpus unus est Christus,sed diuinitatem eius consubstantialem patri ostendens,hoc ait,propter quod & alio loco dicit,ego & pater unum sumus in suo genere &c.

Ioha.17

Vnitas ecclesię,p̃ qua rogauit Christus

Iohan.10

Libro de baptismo contra Donatistas.Cap.XVI.

Quæ autem peperit Abel & Enoch & Noë & Abraham,ipsa peperit Mosen & Prophetas tempore posteriores ante aduentum domini,& quæ istos,ipsa & Apostolos & martires nostros omnes bonos Christianos, omnes enim quidem diuersis temporibus nati apparuerunt,sed societate unius populi continentur,& eiusdem ciuitatis ciues,labores huius peregrinatiõis experti sunt, & quidam eorum nunc experiuntur,& usq; in finem cæteri experientur. Item quæ peperit Cham & Hismael & Esau,eadem ipsa peperit & Dathan & alios in eodem populo similes,& quæ istos,eadem ipsa & Iudam pseudoapostolum,& Simonem magum,& cæteros usq; ad hæc tempora pseudochristianos,in affectione animali pertinaciter obduratos,siue in unitate permixti sint, siue aperta præcisione dissentiant. Sed cum tales à spiritalibus Euangelizantur,& sacramentis imbuuntur,tanq̃ per seipsam Rebecca eos parit,sicut Esau,tum autem per illos qui non caste annunciant Euangelium,tales in dei populo generantur non per Sarã quidem sed per Agar. Item boni spiritales quando Euangelizantibus uel baptizantibus carnalibus generantur,Lia quidem uel Rachel iure coniugali eos,sed per ancillarum uterum parit. Cum uero per spiritales in Euangelio generantur boni fideles, qui uel euadunt in spiritalis ætatis affectum,uel eó tendere non desistunt,uel ideo non faciunt quia non possunt,sicuti ex utero Saræ,Isaac uel Rebeccæ Iacob,in nouam uitam & nouum testamentum nascuntur.

Gen.4.et 5
Exo.2

ecclesia mater est fidelium omniũ.

Gen.4 & 5 & 16,et 25
Nume,16
Luc.6
Acto.8

Gene.25

Gene.16

Cap.XVII.In eodem lib.

Itaq; siue intus uersari uideãtur,siue aperte foris sint quod caro est,caro est,siue in area sua sterilitate perseueret,siue occasione tentationis tanq̃ uento euellatur,qđ palea est,palea est,& semper ab illius ecclesiæ, quæ sine macula & ruga est unitate diuisus est,etiam qui congregatione sanctorum incarnali obdurationе miscetur. De nullo tamen desperandum est,siue qui intus talis appareat siue qui foris manifestius aduersatur. Spiritales autẽ siue ad hoc ipsum pio studio proficientes,non eunt foras, quia & cum aliqua uel peruersitate uel necessitate hominum uidentur expelli,ibi magis probantur,q̃ intus permaneant,cum aduersus ecclesiam nullatenus eriguntur, sed in solida unitatis Petra,fortissimo robore charitatis radicantur. Ad hoc enim pertinet,quod in illo Abrahæ sacrifitio dicitur,aues autem non diuisit.

Ephe.5

De nullo in ecclesia desperandũ ẽ.

Gene.15

Lib. VII. De baptismo contra Donatistas.Cap.LI.

Quibus omnibus consideratis,puto me non temere dicere alios ita esse in domo dei,ut ipsi etiam sint eadem domus dei,quæ dicitur ædificari super Petram quæ unica columba appellatur,quæ sponsa pulchra sine macula & ruga,& hortus conclusus,fons signatus,puteus aquæ uiuæ,Paradisus cum fructu pomorum: Quæ domus etiã claues accepit,ac potestatem ligandi atq; soluendi. Hanc domum si quis corripientem corrigentemq; cõtempserit, Sit tibi inquit tanq̃ Ethnicus & Publicanus. De hac domo dicitur,domine dilexi decorem domus tuæ,& locum habitationis gloriæ tuæ. Et qui habitare facit unanimes in domo. Et iocundatus sum in his quæ dixerunt mihi, in domum domini ibimus. Et beati qui habitant in domo tuo domine,in sæculo sæculorum laudabunt te & innumerabilia talia. Hæc domus etiam triticum dicitur,siue tricenum siue sexagenum,siue centenum afferens fructũ cum tolerantia. Hæc domus est in uasis aureis & argenteis,et lapidibus præciosis,et lignis imputribilibus. Huic domui dicitur: Sufferentes inuicem in dilectione studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Et templũ dei sanctum est quod estis uos. Hoc quippe in bonis fidelibus est. Et sanctis dei seruis ubiq; dispersis,& spiritali unitate deiunctis,eadem communione sanctorum sacramentorum: Siue se facie nouerint,siue nõ nouerint. Alios

ecclesia domus dei est.

Matth.16
Matth.18
Psalm.25
Psalm.67
Psalm.121
Psalm.83
Matth.13
2.Timo.2

Ephe.4
1.Corin.3

autem ita dici constat esse in domo, ut non pertineant ad cõpagem domus, nec ad societatem fructiferæ pacificæq; iustitiæ: sed sicut esse palea dicitur in frumentis: Nam & 2. Timo. 2 istos esse in domo negare non possumus, Paulo Apostolo dicente, in magna autem domo non solũ aurea uasa sunt uel argentea, sed & lignea & fictilia & alia quidẽ sunt in honorem, alia uero in contumeliam. Ex hoc numero innumerabili, non solum turba intus premens cor paucorũ in tantæ multitudinis comparatione sanctorum, sed etiam diruptis rethibus hæreses & scismata existunt, in eis qui iam magis ex domo, quam in domo esse dicendi sunt, de 1. Ioha. 2 quibus dicitur: Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, separationes enim sunt, iam etiam corporaliter segregati, quàm illi qui in terris carnaliter & animaliter uiuunt, & spiritaliter separati sunt.

Lib. II. contra literas Petiliani. Cap. CVIII.

Nec ideo hæretici putandi sunt esse in Christi corpore quod est ecclesia, quia sacramentorum eius corporaliter participes fiunt, illa enim & in talibus sancta sunt, et eis indigne tractantibus & sumentibus ad maius iuditiũ ualebunt. Collo. 2 Ipsi autem non sunt in illa Christi cõpage, quæ in membris Christi per connexum & contactum crescit in incrementum dei. Illa quippe ecclesia in Petra est, Mat. 16 sicut dominus dicit, super hanc Petram ædificabo ecclesiã meam. Illi autem in arena ædificant, sicut idem dominus Matth. 7 dicit, qui audit uerba mea, & non facit ea, similabo eũ uiro stulto, qui ædificat domum suam super arenam. Sed ne putes, ecclesiam quæ in Petra est, in una parte esse terrarum, & non diffundi usq; ad fines terræ, audi eius uocẽ de Psalmo gementis inter mala peregrinationis suæ, ait Psalm. 60 enim, à finibus terræ ad te clamaui, dũ angeretur cor meũ in Petra exaltasti me, deduxisti me qa factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici, uidete quemadmodum à finibus terræ clamat. Non est ergo in sola Aphrica, uel solis Aphris, episcopum Romam paucis Montensibus, et Ecclesia in Petra exaltatur. in Hispaniam domui unius mulieris ex Aphrica mittentibus. Videte quemadmodum in Petra exaltetur.

II. lib. contra Cresconiũ grammaticũ. Cap. XXII.

In scriptura quippe sancta, quæ neminẽ fallit, area dicta est ecclesia dei, dominumq; ipsum cum uẽtilabro esse Area domini est ecclesia quã purgat. uenturum, et mundaturũ aream suam, ut frumenta recõdat Matth. 3 in horreo: Paleã uero comburat igni inextinguibili.

In eodem. Cap. XXXI.

Philip. 3 Proinde cum dicat Apostolus, cuius Epistolæ in auctoritate canonica uigent, quotquot ergo perfecti hoc sapiamus, & si quid aliter sapitis, id quoq; uobis deus reuelabit, quamdiu aliter saput Cyprianus, si scripta eius esse cõstat, quæ pro uobis proferenda arbitramini, quãdiu ergo de hac re aliter saput, q̃ ueritas diligentius considerata patefecit, donec ei deus id qd' reuelaret ineffabili laude charitatis, unitatẽ pacemq; catholicam etiam cum collegis suis à quibus aliter saput non reliquit.

charitas nõ reliquit etiam aliud in ecclesia sapientes donec reuelatur eis a deo dũmodo unitatem pacẽ q; ecclesiæ ipsi non uiolent.

In eodem. Cap. XXXIIII. Contra eundem.

Nã & si uidentur inquit in ecclesia esse zizania, non tamẽ impediri debet aut fides aut charitas nostra, ut quo niã zizania esse in ecclesia cernumus, ipsi de ecclesia recedamus nobis tãtummodo laborãdum est, frumentum esse possumus, ut cum cœperit frumentum, dñicis horreis cõdi, fructum p opere nostro & labore capiamus. Apostolus in Epistola sua dicit: In domo autem magna, non solũ uasa sunt aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: Et quædam quidem honorata, quædam inhonorata, nos operam demus, & quantum possumus laboremus, ut uas aureum & argenteum simus. Cæterũ fictilia uasa cõfringere dño soli concessum est, cui uirga ferrea data est. In domo dei uasa aurea et fictilia sunt. 2. Timot. 2

Post pauca ibidem.

Vides frater secundum scripturas diuinas hoc præcepisse Cyprianum, etiã ppter malos. Qui cũ sint à bonis uita moribusq; spiritaliter separati, corporaliter tñ eis in ecclesia uidẽtur esse pmixti usq; in diẽ iuditij, quo etiam corporaliter debitas separabũtur ad pœnas. Nõ est ecclesia deserẽda, tanq̃ frumenta propter paleam uel zizania, sicut nec domus magna propter uasa inhonorata. Vides, audis, sentis, capis, intelligis, quanto scelere propter eos, q uobis siue rectẽ siue cum fallimini displicent, separemini ab ecclesia, quæ toto orbe diffunditur, cui secundum diuinas scripturas, tam magnum tam firmum, tam clarum atq; luculentum testimonium perhibet Cyprianus. ecclesia non est deserenda propter paleam uel zizania.

Lib. tertio contra eundem. Cap. XXXVIII.

Si ergo licuit regi Dauid, Samueli, Esaiæ, Hieremiæ, Zachariæ, cæterisq; sanctis ac Prophetis dei inter cõtemptores legis dei mandata seruare, atq; in illos ipsos mãdati trãsgressores, multa digna & uera uerba iaculari, patrũ quoq; illa peccata qbus sub Mose ita offenderunt deũ ut nemo eorum dignus esset terrã pmissionis intrare, nõ imitari, nõ sectari, sed detestari ac fugere, & illos q ea cõmitterent: Simulitudine talium patrũ increpare: Nec tñ sibi alterum populum quasi purgatum & liquatũ, separatione sacrilega cõstituere: Et quomodo nobis nõ liceat nec facta, nescio quorum, quæ magis obiscitis quam probatis, imitari, nec tamen ab ea quæ in uniuerso mundo sicut apostolus dicit, fructificat & crescit, sancta eccla separari? Inter contemptores legis tuenda mandata dei. Collo. 3

Eodem lib. contra eundem. Cap. L.

Nullis tñ bonis ĩ catholica hoc placet, si usq; ad mortẽ, ĩ quẽq̃ licet hæreticũ seuiatur: Neq; uero si lõge à morte cuiuslibet molestijs libido ulciscẽdi, malum p malo retribuat, ap phamus multo amplius detestãtes, si ex hac occasione, uelut p unitate conãdi cõcupita, qsq; auferat aliena, nõ illa q̃ sub noĩe ecclesiæ, nõ debẽt ab hæreticis possideri, sed quorũq; priuata. Hæc oĩa displicẽt bonis, & ea phibẽt & cohibẽt quantũ possunt, quãtũ aũt nõ possunt ferũt, & sicut dixi p pace laudabiliter tolerãt, nõ ea laudabilia sed dãnabilia iudicãtes, nec ppter zizania segetẽ Christi, nec ppter uasa inhonorata, domũ magnã Christi, nec propter malos pisces in mari hoc est ecclesia rethe non deserendum. Matth. 13 2. Timot. 2 Matth. 13

sti, nec propter pisces malos retia Christi derelinquunt.

Libro IIII. Contra eundem. Cap. LXI.

Gene. 22.

In semine tuo benedicentur omnes gentes, omnes inquit gentes, non dixit omnium gentium homines, unde nece sse est, non solum fœcunditate crescentis ecclesiæ, uerum etiam permixta multitudine eius inimicorum, per quos pietas eius exerceri, & probari possit, usq; in finem iudiciariæ seperationis totus orbis impleatur.

Malt mixti bonis.

De gratia noui Testamenti ad Honoratum. Cap. VI.

Ecclesia in Christo patiebatur.

Psalm. 21.

Ecclesia in Christo patiebatur, quando pro ecclesia patiebatur, sicut etiam ipse in ecclesia patiebatur, quando pro illo ecclesia patiebatur. Nam sicut audiuimus ecclesiæ uocem in Christo patientis: Deus deus meus respice in me, quare me dereliquisti: Sic etiam audiuimus Christi uocem in ecclesia patientis, Saule Saule, quid me persequeris?

Acto. 9.

Quarto loco Collationis, tertij diei cum Donatistis.

Luce 5

Hæc duo tempora ecclesiæ, quæ nunc est, & qualis tunc erit, significata esse etiam duabus piscationibus. Vna ante resurrectionem Christi, quando mitti iussit rethia, nec sinistram, nec dexteram nominans partem, ut nec solos malos, nec solos bonos, sed cõmixtos bonis malos intra retia suorum sacramentorum futuros doceret, Post resurrectionem autem quando iussit retia mitti in dexteram partem, ut post resurrectionem nostram, bonos solos, in ecclesia futuros intelligeremus, ubi ulterius hæreses & scismata non erunt quibus modo retia dirumpuntur.

Joannis 21 Duabus piscatiõbus, duo tempora hoc, & futurum significabatur.

In epistola, post collationem contra Donatistas. C.

Non habebit uitam is qui separatur ab ecclesia, Joan. 3. Gala. 6.

Quisquis ergo ab hac catholica ecclesia fuerit seperatus, Quantumlibet laudabiliter se uiuere existimet: hoc solo scelere, quòd à Christi unitate disiunctus est, non habebit uitam, sed ira dei manet super eum. Quisquis autem in hac ecclesia bene uixerit, nihil ei præiudicant aliena peccata, quia unusquisq; in ea proprium onus portabit &c.

Contra Donatistas post collationem. Cap. IX.

Futura ecclesia erit pura hæc habet permixtionẽ, ibi

Ecce manifestum est, quod dicebatur à nobis, esse distinguenda tempora ecclesiæ, non tamen nunc esse talem, qualis post resurrectionẽ futura est, nunc malos habere permixtos, tũc omnino non habituram, ad illam eius puritatem, non ad huius temporis permixtionem, illa diuina testimonia pertinere, quibus eam dominus prædixit ab omni malorum permixtione pœnitus alienam.

Contra epistolam Manichæi, quam uocant fundamenti. Cap. IIII.

Vt ergo hanc omittam sapientiam, quam in ecclesia catholica esse non creditis, multa sunt alia, quæ in eius gremio me iustissime teneant, Tenet consensio populorũ atq; gentium. Tenet auctoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, uetustate firmata. Tenet ab ipsa sede apostoli Petri, cui pascendas oues suos, post resurrectionem dominus commendauit, usq; ad præsentem episcopatum successio sacerdotum. Tenet postremo ipsum catholicæ nomen, quod non sine caussa in tam multos hæreses, sic ista ecclesia sola obtinuit, ut cũ omnes hæretici se catholicos dici uelint, querenti tamen peregrino alicui, ubi ad catholicam conueniatur, nullus hæreticorum, uel Basilicam suam, uel domum audeat ostendere &c.

Quid in gremio ecclesiæ aliquem retinere debet,

In eodem. Cap. V.

Euangelio ecclesiæ nõ crederem inquit nisi me auctoritas ecclesiæ moneret,

Si ergo inuenirem aliquem, qui euangelio nondũ crederet, quid faceres dicenti tibi, non credo? Ego uero euangelio non crederem, nisi me catholicæ ecclesiæ cõmoneret auctoritas.

De agone Christiano. Cap. XXIX.

Nec illos audiamus, qui afunt Romæ tantum esse ecclesiam Catholicam, Psalm. 2

Nec eos audiamus, qui sanctam ecclesiam, quæ una catholica est, negant per orbem esse diffusam: Sed in sola Affrica, hoc est in parte Donati pollere arbitrantur, Ita surdi sunt aduersus prophetam dicentem, filius meus es tu, ego hodie genui te, postula ame & dabo tibi gentes hereditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ: Et alia multa siue in ueteris, siue in noui testamenti libris, quæ scripta sunt, ut apertissime declarent ecclesiam Christi, per orbem terræ esse diffusam. Quod cum eis obijcimus, dicunt iam ista omnia fuisse completa, antequàm esset pars Donati: Sed postea totam ecclesiam periisse, & in sola Donati parte reliquias eius remansisse contendunt. O linguam superbam & nefariam, nec uere sic uiuerent, ut uel inter se pacem postea custodirent.

Libro. XIII. contra Faustum. Cap. XIII.

Math. 5.

Math. 24.

Daniel. 2.

Ecclesia nõ potest abscondi supra mõtem constituta,

Propter hos enim motus paruulorum, qui possunt seduci ab hominibus à manifestacione claritatis ecclesiæ, dominus quoq; prouidens dixit: Non potest ciuitas abscondi supra montem constituta, quia utiq; sedes gloriæ exaltata est sanctificatio nostra, ut nõ audiantur illi, qui ad religionum scissuras traducunt dicentes: Ecce hic est Christus, Ecce illic. Partes enim ostendunt, dicentes, ecce hic, ecce illic, Cum illa ciuitas, super montem sit, quem montem nisi eum, qui secundum prophetiam Danielis, ex paruulo lapide creuit, et factus est mons magnus, Ita ut impleret uniuersam terram? Nec illi audiantur, qui nomine quasi secretæ, & apocriphæ ueritatis, et hominis paucitatis dicunt, Ecce in cubiculis, ecce in deserto, quia non potest ciuitas abscondi supra mõtem constituta quia sedes gloriæ exaltata est sanctificatio nostra.

De Catechisandis rudibus. Cap. XXIIII.

Iohan. 15. Oportebat autem ut eadem uitis, sicut à domino idē tidem prædictum erat putaretur, et ex ea præciderentur infructuosa sarmenta, quibus hæreses & scismata per loca facta sunt, sub Christi nomine, non ipsius gloriam, sed suam quærentium, per quorū aduersitates, magis magisq; exercitaretur ecclesia, & probaretur, & illustraretur, & doctrina eius, & patientia.

Scismatici præcidun tur à uite hoc est ecclesia Christi.

Ad Glorium Eleusium & Fœlicem Epistola, CLXIII.

Ecclesia in terris, nisi malos amittit, in cœlū nisi bonos admittit. Nemo delet de cœlo constitutionem dei, nemo delet de terra ecclesiam dei, Ille totum orbem promisit, ista totam orbem repleuit, et malos habet & bonos, Sed nec in terris amittit nisi malos, nec in cœlum admittit nisi bonos &c.

In Psalmum. LVI.

Marci, 16, Quoniam totus Christus caput est, & corpus, quód bene uos nosse non dubito. Caput est ipse saluator noster passus sub Pontio Pilato, qui nunc posteaq; resurrexit à mortuis, sedet ad dexteram patris. Corpus autem eius est ecclesia, non autem ista aut illa: sed toto orbe diffusa: Nec ea quæ nunc est in hominibus, qui præsentem uitam agunt, sed ad eam pertinentibus, etiam his qui fuerunt ante nos, & his qui futuri sunt post nos, usq; in finem sæculi. Tota enim ecclesia constans ex omnibus fidelibus, quia fideles omnes membra sunt Christi, habet illud caput positum in cœlestibus, quód gubernat corpus suum, & si separatum est à uisione: sed annectitur charitate: Quia ergo totus Christus caput est & corpus eius, propterea in omnibus psalmis, sic audiamus uoces capitis, & audiamus, & uoces corporis. Nolint enim loqui separatim, quia noluit esse separatus, dicens, Ecce ego uobiscum sum usq; ad consumationem sæculi. Si nobiscum est, loquitur in nobis, loquitur de nobis, loquitur per nos, quia & nos loquimur per illum, et ideo uerum loquimur, qui in illo loquimur. Nam quando in nobis, & ex nobis loqui uoluerimus, in mendatio remanebimus &c.

Ecclesia dei, est illa quæ toto orbe est diffusa.

Mathei 28

In Psalmum. LXII.

Ille enim unus qui natus est de Maria, & passus est, & sepultus est, & resurrexit, & ascendit in cœlum, & modo ad dexteram patris sedet & interpellat pro nobis caput nostrum est. Si ille caput est, nos membra sumus tota ecclesia eius, quæ ubiq; diffusa est, corpus ipsius est, cuius est ipse caput. Non solum autem fideles, qui modo sunt, sed & qui fuerunt ante nos, et qui post nos futuri sunt, usq; in finem sæculi: Omnes ad corpus eius pertinent, cuius corporis ipse caput est, qui ascendit in cœlum. Quid ergo, iam nouimus caput & corpus, ille est caput non corpus. Quando audimus uocem ipsius, & ex capite debemus audire, & ex corpore, quia quicquid passus est in illo, & nos passi sumus, quia & nos quòd patimur in nobis, & ipse patitur. Quomodo si aliquid patiatur caput: Nunquid potest dicere manus, quia non patitur? Aut si aliquid patitur manus, nunquid potest caput dicere, quia non patitur? Quando aliquod patitur membrum nostrum, omnia membra currunt, ut subueniant membro quòd patitur, Si ergo ille cum passus est, nos in illo passi sumus, & ille iam adscendit in cœlum, et sedet ad dexteram patris, quicquid patitur ecclesia ipsius in tribulationibus huius sæculi, in tentationibus, in necessitatibus, in angustijs, quibus illam oportet erudiri, ut igne tanq; aurum purgetur, ipse patitur. Probamus hoc quia nos in illo passi sumus, dicente Apostolo. Si autem mortui estis cum Christo, quid adhuc uelut uiuētes de hoc mundo decernitis? Item dicit, quia uetus homo noster et simul crucifixus est cum illo, ut euacuetur corpus peccati. Si ergo in illi mortui sumus, in illo etiam resurrexi mus, Dicit enim ipse Apostolus, Si autē resurrexistis cū Christo, quæ sursum sunt sapite, quæ sursum sunt quærite, ubi est Christus in dextera dei sedens. Si ergo in illo mortui sumus, & in illo resurreximus, & ipse in nobis moritur, et in nobis resurgit. Ipse est enim unitas capitis & corporis. Non immerito uox ipsius etiam nostra est, & uox nostra etiam ipsius est &c.

Qui fuerunt sunt, & futuri erunt ad ecclesiæ corpus pertinēt. Collo. 1.

Act. 1.

Collo. 2.

Roman. 6

Collo. 3

In Psalmum CIII.

Firmauit ecclesiam super firmamentum ecclesiæ. Quid est firmamentum ecclesiæ, nisi fundamentum ecclesiæ. Quid est fundamentum ecclesiæ? nisi de quo dicit Apostolus, fundamentum aliud nemo potest ponere, preter quod positum est, quod est Christus Iesus. Et ideo tali fundamento suffulta, non inclinabitur in sæculum sæculi. Vbi sunt, qui dicunt de mundo periisse ecclesiam, quando nec inclinari potest?

Fundamentum ecclesiæ Christus.

De ciuitate dei. Cap. XXIIII. Libro. VIII.

Ædificatur enim domus domini ciuitas dei, quæ est sancta ecclesia in omni terra, post eam captiuitatem, qua illos homines de quibus credentibus in deum tanquàm lapidibus uiuis domus ædificatur, captos demonia possidebant.

Domus dei ædificatur in omni terra.

Libro XVIII. Cap. XLVII.

Diuinitus autem prouisum fuisse non dubito, ut ex hoc uno sciremus etiā per alias gentes esse potuisse, q secundum deum uixerunt eiq; placuerunt, pertinentes ad spiritalem Hierosolimam. Quod nemini concessum fuisse credendum est, nisi cui diuinitus reuelatus est unus mediator dei & hominum homo Christus Iesus, qui uenturus in carne, sic antiquis sanctis prænunciabatur, quemadmodum nobis uenisse nunciatus est, ut una eademq;

Et gentes ad ecclesiā pertinent. 1 Timot. 2

ut una eadēq; fides per ipsum omnes in ciuitatē dei, in domum dei, in dei templū, prædestinatos perducat ad deū.

Cap. XLIX.

Acto, 1. Conuersatus est in terra Christus, quadraginta dies cum discipulus suis, atq; ipsis uidentibus ascendit in cœlum, & post dies decem promissum spiritūsanctum misit paris sui, cuius aduenientis in eos qui crediderant, tūc signum erat maximum, et maxime necessarium, ut unus quisq; eorum linguis omnium gentium loqueretur, ita significans unitatem catholicæ ecclesiæ, per omnes gentes futuram, ac sic linguis omnibus locuturam.

Acto. 2. Vnitas ecclesiæ per omnes gentes futura lignificabatur.

Sermo XLVI. de tempore.

Pios in sine suscipiet in terram uentium, impios ad tenebras detrudit. Gene. 8. Math. 25. Si ergo sunt tecum feræ, ideſt si sunt tecum in ecclesia praua docentes, falsa sentientes, hæretici uel scismatici, aut etiam ipsi mali catholici, more ferarum animas deuorare quærentium, tolerentur usq; ad finem sæculi, tanq; finē diluuij, Rugant licet fremant dēbus, atq; ipsā arcē cōfringere conentur, non expauescas finito diluuio, illas rapiet inanis ac spinosa sylua te fertilis susciplet terra. Post finem sæculi, impij rapientur ad tenebras exteriores, ubi est fletus et stridor dentium: Pios suscipiet terra uiuentium.

Sermo, CVII. De tempore.

Ephes. 5. Christus totus quo modo scriptura eum commendat, & caput & corpus est, sicut ecclesiæ caput est Christus ita Christi corpus ecclesia est. Habet ergo ecclesia in se fortes, habemus infirmos. Habet iustos, habet & iniustos Modo enim corpus Christi, quod iustis area est, postea horreum erit. Tamen cum area est, non recusat paleas sustinere. Cum tempus aduenerit, reponet triticum, & à palcis segregabit.

Math. 13.

Ecclesia habet fortes & infirmos iustos & iniustos.

Sermo CXXXI. de tempore.

Ecclesiā credimus nō in ecclesiam. Credimus sanctam ecclesiam catholicam, sciendum est, quòd ecclesiam credere, non tamen in ecclesiā credere debemus, quia ecclesia non est deus, sed domus dei est, Catholicam dicit toto orbe diffusam, quia diuersorum hereticorum ecclesiæ, ideo catholicæ non dicuntur, quia p loca atq; per suas quasq; prouincias continentur: Hæc uero à solis ortu, usq; ad occasum, unius fidei splendore diffunditur.

Sermo CLXXXI, de tempore.

Qui non est in ecclesia Christianus non est. Exo. 12. Quisquis ille est, & qualiscunq; ille est: Christianus non est, qui in Christi ecclesia non est. Sola quippe est, per quam sacrificium dominus libenter accipiat, sola quæ pro errantibus fiducialiter intercedat, unde etiam de agni hostia dominus præcepit dicens, in una domo cōmedetis, nec offeretis de carnibus eius foras. In una nāq; domo agnus comeditur, quia in una catholica ecclesia, uera hostia redemptoris imolatur.

Libro I. de moribus ecclesiæ catholicæ, Cap, XXX.

Ecclesia mater Christianorum. Merito ecclesia catholica mater Christianorum uerissima, non solum ipsum deum, cuius adeptio uita est beatissima, purissime atq; castissime calendum prædicat: Nullam nobis adorandam creaturam inducens, cui seruire iubeamur, & ab illa corrupta atq; inuiolabili æternitate, cui soli homo subijciendus est, cui soli rationalis anima coherendo non misera est, excludens omne quod factum est, quod obnoxium cōmutationi, quòd subditū tempori, neq; confundens quòd æternitas, quòd ueritas, qd' deniq; pax ipsa distinguit. Nec rursum seperas quòd maiestas una coniungit: Sed etiam proximi dilectionem atq; charitatem, ita complecteris, ut uariorum morborū quibus pro peccatis suis, animæ ægrotant, omnibus apud te medicina præpolleat. Tu pueriliter pueros, fortiter iuuenesq; & senes, pro ut cuiusq; non corporis tantum, sed animi ætas est exerces & doces: Tu fœminas uiris suis non ad explendam libidinem, sed ad propagandam prolem, & ad rei familiaris societatem, casta & fideli obedientia subijcis. Tu uiros coniugibus, non ad indulgendum imbecilliorem sexum, sed synceri amoris legibus præficis. Tu parentibus filios libera quadam seruitute subiungis, parentes filijs pia dominatione præponis: Tu fratribus fratres religionis uinculo firmiore atq; arctiore quàm sanguinis nectis: Tu omnem generis propinquitatem & affinitatis necessitudinem, seruatis naturæ, uoluntatisq; nexibus mutua charitate constringis: Tu dominis seruos nō tam conditionis necessitate, quā officij delectatione doces adherere: Tu dōinos seruis summi dei scilicet cōmunus domini consideratione placabiles, & ad consulendum, quàm coercendum propensiores facis: Tu ciues ciuibus, gentes gentibus, & prorsus hominibus homines, primorum parentum recordatione, non societate tantum, sed quadam etiam fraternitate coniungis. Doces reges, pspicere populis, mones populos sesubdere regibus. Quibus honor debeatur, qbus affectus, qbus timor, qbus consolatio, qbus admonitio, qbus cohortatio quibus disciplina, quibus obiurgatio, quibus supplitium, sedulo doces, ostendens quemadmodum & non omnibus omnia, & omnibus charitas, & nulli debetur iniuria.

Libro .III. Contra literas Petiliani, Cap. II.

Si enim firmissimé tenueritis, quòd exhortor & satago maledictum esse omnem, qui spem suam ponit in homine, ut uemo glorietur in homine, aream dominicam p pter paleam, quæ nunc uel uento superbiæ percussa uolat, uel ultima uentilatione seperabitur, nullo modo deseritis, nec domum magnam propter uasa facta incontumeliam refugietis, nec propter malos pisces in litore seperandos per dirupta rætia exibitis, nec propter hœdos pastore diuisuro, ad sinistram ponendos, bona unitatis pascua relinqueris, nec propter commixta zizania, uota tritici, societate, cui caput est granum illud mortificatum & multiplicatum, & quæ per mundum simul usq; ad messem crescit, nefaria decisione seperabitis, ager est enim mundus, non Aphrica messis finis sæculi non tempus Donati.

Math. 2, et 13.
2 Thimo. 2
Mathei 13.
Mathei. 25
Mathei. 13
Iohan. 12.
Mathei 13.
Sinite utrā q̄p crescere usq; ad messem.

Libro

Libro. I. Retractationum. Cap. XXI.

In hoc libro dixi in quodam loco, de apostolo Petro, quod in eo tanq̃ in petra fundata sit ecclesia, qui sensus etiam cantatur ore multorum in uersibus beatissimi Ambrosij, ubi de gallo gallinatio hoc ait, hoc ipsa Petra ecclesia cantante, culpam diluit, sed scio me postea sic exposuisse, tu es Petrus, & super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam, ut super hanc intelligeretur, quem confessus est Petrus, dicens, Tu es Christus filius dei uiui.

Petra est Christus quem confessus est Petrus.

DE MINISTRIS ECCLESIAE ET EIVS CENSVRA.

De fide & operibus. Cap. XXVII.

Iam satis quãtum arbitror, de illa tota opinione, quid mihi uideatur exposui, ubi tres quæstiones mouerunt. Vna de permixtione in ecclesia bonorum et malorum tãquam tritici & zizaniorum, ubi cauendum est, ne ideo putemus esse propositas istas similitudines, uel hanc, uel de immundis in arca animalibus, uel quæcunq; alia idem significant, ut dormiret ecclesiæ disciplina, de qua in figura illius mulieris dictum est: Seueræ sunt conuersationes domus eius, Sed ut nõ eousq; progrediatur dementiæ potius temeritas, quã seueritas diligentiæ, ut quasi bonos à malis, per nepharia scismata seperare præsumat, Neq; enim per has similitudines, & prænunciationes, cõsilium desidiæ datum est bonis, qua negligant quod prohibere debent, sed patientia qua perferant salua doctrina ueritatis, quod emendare non ualent: Nec quia scriptũ est introijsse ad Noe in Arcam, etiam immunda animalia. ideo præpositi uetare non debent, si qui immundissimi ad baptismum uelint intrare saltantes, quod est certe mitius quàm mechantes, sed per hanc figuram rei gestæ prænunciatum est, immundos in ecclesia futuros propter tolerantiæ rationem, non propter doctrinæ corruptionem, uel disciplinæ dissolutionem. Non enim quacunq; libuit intrauerunt immunda animalia arcæ compage confracta, sed ea integra, per unum atq; idem ostiũ quod artifex fœcerat.

Per similitudines de ecclesia nõ est bonis datum consilium desidiæ sed patientiæ.

Gene. 7.

In eodem. Cap. XXVI.

Nisi essent quædam grauia peccata ita, ut etiam ex cõmunicatione plectenda non sint, non diceret apostolus congregatis uobis & meo spiritu, tradere eiusmodi hominem sathanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini Iesu. Vnde etiam dicit: Ne lugeam multos, ex his qui antea peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam, super immunditiam, & fornicationem quẽ gesserunt. Item nisi essent quædam, non ea humilitate pœnitentiæ sananda qualis in ecclesia datur eis, qui proprie pœnitentes uocantur, sed quibusdam correptionũ medicamentis, non diceret ipse dominus, corripe eum inter te & ipsum solũ, et si te audierit lucratus es fratrem tuũ. Postremo nisi essent quædam, sine quibus hæc uita nõ agitur, non quottidianã medelam poneret in oratiõe quã docuit, ut dicamus, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris.

Ecclesia habet quædam grauia peccata.

2. Cor. 12.

Math. 18.

Math. 6.

Libro I. De doctrina Christiana. Cap. XVIII.

Has igitur claues dedit ecclesiæ suæ, ut quæ solueret in terra, soluta essent in cœlo, & quæ ligaret in terra ligata essent in cœlo, scilicet ut quisquis in ecclesia eius dimitti sibi peccata non crederet, seq; ab his correctus auerteret, in eiusdem ecclesiæ gremio constitutus, eadẽ fide atq; correctione sanaretur.

Ioannis 20 Peccata in ecclesia correctione & fide sanãtur.

Libro III. contra Donatistas de Baptismo. Cap. III.

Neq; enim quisquã nostrũ inquit, Episcopũ se episcorũ constituit, aut Tyrannico terrore ad obsequendi necessitatẽ collegas suos adegit, Quid mãsuetius? Quid humilius? Nulla nec certo deterret auctoritas à quærendo quid uerũsit. Quãdo habeat inquit omnis episcopus, p licẽtia libertatis & potestatis suæ arbitriũ, p priũ, tãquã iudicari ab alio non possit, quomodo nec ipse potest alterum iudicare. Nouerat enim quanta sacramenti profunditate, tunc omnis ecclesia uaria disputatione uersabat, liberumq; faciebat quærendi arbitrium, ut examinata ueritas panderetur.

Sunt & episcopi in ecclesia iudicandi.

De verbis domini super Matheum sermone XVI.

Adhibe illi duo uel tres testes, si nec ipsos audierit sit tibi sicut Ethnicus & Publicanus. Noli illũ iam deputare in numero fratrũ tuorũ, nec ideo tamen salus eius negligenda est. Nam et ipsos ethnicos ideſt gentiles uel paganos, in numero quidem fratrũ non deputamus, sed tamen salutem eorũ inquirimus. Hoc ergo audiuimus dominum ita monentem & tanta cura præcipientem, ut etiam hoc adderet continuo, amen dico uobis, quecũq; ligaueritis super terram, erunt ligata & in cœlis, & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in cœlis. Cœpisti habere fratrem tuum tanq̃ publicanũ, ligas illũ in terra, sed ut iuste alliges uide. Nam iniusta uincula disrumpit Iustitia. Cum autem correxeris, & concordaueris cum fratre tuo, soluisti illum in terra, cum solueris in terra, solutus erit & in cœlo. Multũ nõ tibi præstas, sed illi, quia multum noauit non tibi, sed sibi.

Math. 18.

Quomodo ligãdus aut soluendus frater.

Ad festum, Epistola. CLXVI.

Cum tam perspicua ueritas aures, & corda hominum feriat, tanta quosdam malæ consuetudinis uorago submersit, ut omnibus auctoritatibus rationibusq; resisteres, quàm consentire maline. Resistunt autem duobus modis, aut seuiendo, aut pigrescendo. Quid igitur hic faciat ecclesiæ medicina, salutem omniũ materna charitate conquirens, tanquàm inter phreneticos, & lethargicos æstuans? Nunquid contemnere, nunquid desistere uel debet, uel potest? Vtrisq; sit necesse est molesta

quia neutris

Corripiendi charitate & amore sunt fratres

quia neutris est inimica. Nam & phrenetici nolunt ligari, & lethargici nolunt excitari, Sed perseuerat diligentia charitatis, phreneticum castigari, lethargicum stimulare, ambos amare, ambo offenduntur sed ambo diliguntur, ambo molestati, quamdiu ægri sunt indignantur, sed ambo sanati gratulantur.

Epistola CLXIX. ad Eusebium.

Prædicandum verbū dei cum fiducia in ecclesia.

Nam cum deus imperet ut loquamur & prædicemus uerbum, & docentes quæ non oportet refellamus, et instemus oportune atq; importune, sicut dominicis & Apostolicis litteris probo, Nullus hominū mihi silentium de his rebus persuadendum arbitretur. Violenter autem uel latrocinanter si quid audendū putauerint, non deerit dominus ad tuendam ecclesiam suam, qui iugo suo in gremio eius toto orbe diffuso, omnia terrena regna subiecit.

Ad bonifatium Epistola. CLXXXII.

Illicita pro habenda.

Bene enim agere, & illicita non prohibere, erroris consensus est.

Libro expositionis in epistolam ad Galathas.

Dilectione arguendi fratres.

Nunq̄ itaq; alieni peccati obiurgandi, negotium suscipiendum est, nisi interius interrogationibus, examinantes nostram conscientiam, liquido nobis coram deo respōderimus, dilectione nos facere. Quicquid enim lacerato animo dixeris, punientis est impetus, non charitas corrigentis.

Libro III. contra epistolam Parmeniani. Cap. II.

Sæparatio uidetur plus perturbare bonas, q̄ emendare malos.

Quid aliud dixit hic non parcam, nisi quod superius ait, & lugeam multos, ut luctus eius impetret flagellum à domino, quo illi corriperentur, qui iam propter multitudinem non poterant ita corripi, ut ab eorum coniunctione se cæteri continerent, ut eos erubescere facerent, sicut faciendum est, si quis frater in aliquo cœteris dissimili crimine nominatur? Et reuera si peccandi contagio multitudinem inuaserit, diuinæ disciplinæ seuera misericordia necessaria est: Nam consilia sæperationis et inania sunt, & pernicioſa atq; sacrilega, quia et impia & superba fiunt, & plus perturbant infirmos bonos, quam corrigāt animosos malos.

Post pauca ibidem.

Generalis obiurgatio aliquando prodest præsertim cum domini flagellum desuper adparet.

Turba autem iniquorum, cum facultas est in populis promendi sermonē generale obiurgatione feriēda est, & maxime si occasionem atq; opportunitatem prebuerit aliquod domini flagellum desuper quo eos appareat pro suis meritis uapulare. Tunc enim aures humiles præbet emendatis sermoni calamitas auditorum, faciliusq; in gemitum confitendi, quam in murmura resistendi afflicta corda compellit.

Eodem libro Cap. II. Contra eandem.

Scripsi uobis in epistola non commiscere fornicarijs. Non aliquid nouum aut insolitum dicam, sed quod sanitas obseruat ecclesiæ, ut cum quisq; fratrum, id est Christianorum intus in ecclesiæ societate constitutorum, in aliquo tali delicto fuerit deprehensus, ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc ubi periculū scismatis nullum est, atq; id cū ea dilectione de qua ipse alibi præcipit dicens, ut inimicum non eum existimetis, sed corripite ut fratrē, Non enim estis ad eradicandum sed ad corrigendū &c. 1. Corin. 5

Errantes corripiendi ut fratres non ut inimici.

De correctione donatistarum. Cap. VII.

Veri autem martires illi sunt, de quibus dominus ait, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam. Nō ergo qui propter iniquitatem, & propter Christianæ unitatis impiam diuisionem, sed qui propter Iustitiam persecutionem patiuntur, ij martires ueri sunt. Nam & Agar persecutiōem passa est à Sara et illa erat sancta quæ faciebat. Nunquid et huic persecutioni quam passa est Agar, comparandus est sanctus Dauid, quem persecutus est iniquus Saul? Valde utiq; distat, non quia patiebatur, sed quia propter Iustitiam patiebatur. Et ipse dominus cū latronibus crucifixus est, sed quos passio iungebat, causa separabat, ideo in Psalmo uox illa intelligenda est uerorum martirum, uolentium se diserni à martiribus falsis, Iudica me deus & discerne causſam meam de gente non sancta: Non dixit discerne pœnam meam, sed discerne causſam meam. Math. 15. Genesis 16 1. Regu. 18 Mathei 27 Psalmn. 4. Veri martires sunt, quod propter iustitiā persequuntur. Psal. 17.

Cap. VIII.

Deinde quæro, si bonī & sancti nemini faciunt persecutionem, sed tantummodo patiūtur, cuius putant esse in psalmo uocem ubi legitur, persequar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiāt? Si ergo uerum dicere uel agnoscere uolumus, est persecutio iniusta, quam faciunt impij ecclesiæ Christi, & est iusta persecutio quam facit impijs ecclesia Christi. Ista itaq; beata est, quæ persecutionem patitur propter Iustitiam, illi uero miseri qui persecutionem patiuntur propter iniustitiam. Proinde ista persequitur diligendo, illi seuiendo. Ista ut corrigat, illi ut euertant, ista ut reuocet ab errore, illi ut præcipitent in errorem. Deniq; ista persequitur inimicos & comprehendit, donec deficiant in uanitate, ut in ueritate proficiant, illi autem retribuentes mala pro bonis, quia eis consulimus ad æternam salutem, etiam temporalem nobis conantur auferre, sic amātes homicidia, ut in se ipsis ea perficiant, quando in alijs perpetrare non possunt, Miseri q̄d patiuntur persecutionem propter iustitiam.

Cap. X. In eodem.

Misericordia, non uis legū est, ubi quis eripitur ab impia secta.

Vnde magna in eos fit misericordia, cum etiam per istas imperatorum leges, ab illa secta ubi per doctrinas demoniorum mendaciloquorum mala ista didicerunt, prius eripiuntur inuiti, ut in catholica postea bonis præceptis & maioribus sanentur assueti.

Cap. XIII. Per totum.

Quod enim dicunt, qui contra suas impietates leges iustas

Omnia tẽporibus agũtur. Psalm. 2

iustas instituí nolunt, non petisse à regibus terræ Apostolos talia, non considerant aliud fuisse tunc tempus, & omnia suis temporibus agi, Quis enim tunc in Christo crediderat imperator, qui ei pro pietate, contra impietatem leges ferendo seruiret, quando adhuc illud propheticum complebatur, Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania, astiterũt reges terræ, et principes conuenerunt in unum aduersus dominum, & aduersus Christum eius? nondum autem agebatur, quod paulo post in eodem psalmo dicitur, Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram, seruite domino in timore, et exultate ei cũ timore, quõ ergo reges dño seruiũt in timore, nisi ea quæ contra domini iussa fiunt, religiosa seueritate prohibendo atq; plectendo? Aliter enim seruit quia homo est, aliter quia rex est. Quia homo est ei seruit uiuendo fideliter, quia uero etiam rex est, seruit leges iusta præcipientes & contraria prohibentes, conueniẽti uigore sanciendo, sicut seruiuit Ezechias, lucos et templa idolorum, et illa excelsa quæ contra præcepta dei fuerant constructa, destruendo. Sicut seruiuit Iosias, talia & ipse faciendo, sicut seruiuit rex Niniuitarum, uniuersam ciuitatem ad placandum dominum compellẽdo, sicut seruiuit Darius, idolũ frãgendum in potestatẽ Danieli dando, & inimicos eius leonibus ingerendo, sicut seruiuit Nabuchodonosor, de quo iam diximus, omnes in regno suo positos, à blasphemando deo, lege terribili ꝓhibendo. In hoc ergo seruiunt reges domino, in quantũ sunt reges, cum ea faciunt ad seruiendum illi, quæ nõ possunt facere nisi reges, Cum itaq; nondum reges domino seruirent temporibus apostolorum, sed adhuc meditarentur inania aduersus eum, & aduersus Christũ eius, ut prophetarum prædicta omnia complerentur, nõ utiq; tunc possent impietates legibus prohiberi, sed potius exerceri. Sic enim ordo temporum uoluebatur, ut & iudei occiderent prædicatores Christi, putantes se officium deo facere, sicut prædixerat Christus, & gentes fremuerunt aduersus Christianos, ut omnis patientia martirum uinceret: Postea uero quàm cæpit impleri quod scriptũ est, & adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient illi, Quis mẽte sobrius regibus dicat, nolite curare in regno uestro à quo tueatur uel oppugnetur ecclesia dñi uestri: Non ad uos pertineat in regno uestro, quis uelit esse siue religiosus, siue sacrilegus, quibus dici non potest non ad uos pertineat in regno uestro: Quis uelit pudicus esse, quis impudicus?

4 Regum 5 4. Reg. 22. Ione. 3. Daniel. 14.

Daniel. 3. Iohan. 16. Psalm. 2. Psalmo, 71

Cap. XIIII. Ibidem.

Terentius in Adelphis

Proponunt nobis quidam sententiam cuiusdam auctoris sæcularis qui ait, pudore & libertate liberos retinere, satius credo esse quam metu. Hoc quidem uerum est, sed sicut meliores sunt quos dirigit amor, ita plures sunt quos corrigit timor. Nam ut de ipso auctore istis respondeatur, apud illum etiam legunt, tu nisi male coactus recto facere nescis. Porro autem scriptura diuina & ꝓpter illos meliores dixit, timor non est in charitate sed perfecta charitas foras mittit timorem. Et propter hos inferiores qui plures sunt ait, uerbis non emendabitur seruus durus: si enim & intellexerit, non obediet.

1 Ioan. 4. Prouer. 29

Cap. XV. In eodem libro.

Vbi uero est quod isti clamare consueuerunt, liberum est credere uel non credere, cui uim Christus intulit? quẽ coegit? Ecce habent Paulum apostolum, agnoscant in eo prius cogentem Christum, & postea docentem, prius ferientem, & postea consolantem mirum est autem quo modo ille qui pœna corporis ad euangelium coactus intrauit, plus illis omnibus, qui solo uerbo uocati sunt in euangelio laborauit? Et quem maior timor compulit ad charitatem, eius perfecta charitas foras mittit timorem. Cur ergo non cogeret ecclesia, perditos filios ut rediirent: Si perditi filij coegerunt alios ut perirent? Quamuis etiam illos quos non coegerunt, sed tantumodo seduxerunt, si per terribiles, sed salubres leges in eius gremio reuocentur, Blandius pie mater amplectitur, & de illis multo amplius, quàm de his quos nunq̃ perdiderat gratulatur.

Acto. 7.

1. Corin. 15 1. Iohan. 4.

Cogit ecclesia perditos ut redeant.

Cap. XVI.

An non pertinet ad diligentiam pastoralem etiam illas oues qui non uiolenter ereptæ, sed blande leniterq; seductæ, à grege aberrauerint, et ab alienis ceperint possideri, inuentas ad ouile dominicum si resistere uoluerint flagellorum terroribus uel etiã doloribus reuocare, præsertim quoniam si apud fugitiuos, & prædones seruos fœcunditate multiplicentur, plus habet iuris quod in eis dominicus character agnoscitur, qui in eis quos suscepimus, nec tamen rebaptisamus minime uiolatur?

Pastores debent perditas oues ad ouile ecclesiæ.

Post pauca ibidem.

Sed à Christo coactum ostendimus paulum. Imitatur itaq; ecclesia, in istis cogendis dominũ suũ, quæ prius ut neminẽ cogeret expectauit, ut de fide regum atq; gentium prædicatio ꝓphetica compleretur. Etiam hinc enim non absurde intelligitur apostolica sententia illa ubi beatus Paulus dicit: Parati ulcisci omnem inobedientiam, cum completa fuerit prior obedientia uestra. Vnde & ipse dominus ad magnam cœnam suam prius adduci iubet conuiuas: postea cogi. Nam cum ei serui respondissent, domine factum est, quid iussisti, & ad huc est locus: Exite inquit in uias & sæpes, et quoscunq; inueneritis, cogite intrare &c.

Dominus iussit cogere erraneos ut redeant. Acto. 9.

2 Corin. 10

Luce. 14.

Cap. XVIII.

Episcopus quidam Vagiensis Maximianus nomine, contra donatistas, ab Imperatore Christiano petiuit auxilium, non tam sui ulciscendi caussa, quàm tuendæ ecclesiæ sibi creditæ. Quod si prætermisisset non eius fuisset laudanda patientia, sed negligentia merito culpãda. Neq; enim & apostolus Paulus uitæ suæ transitoriæ cõsulebat, sed ecclesiæ dei, quando contra illos, qui eum occidere conspirauerant, consilium illorum tribuno ut ꝓderetur, effecit: Vnde factum est, ut eum ad locum, quo fuerat perducendus, deduceret miles armatus. Ne illorũ

Acto. 23.

pateretur

Actorũ 22. pateretur insidias, Romanas etiam leges implorare minime dubitauit, ciuem Romanum se esse proclamans quos tunc affligi uerberibus non licebat, Itemque ne Iudeis eum interimere cupientibus traderetur, cæsaris popoſcit auxilium, Romam quidem principes, ſed non Chriſtiani, ubi ſatis oſtendit, quid facere deberent poſtea Chriſti diſpenſatores, quando Imperatores Chriſtianos, perciltante eccleſia reperirent. Hinc ergo factũ eſt, ut imperator religioſus & pius perlatis in noticiam ſuam talibus cauſsis, mallet piiſsimis legibus illius impietatis errorem omnino corrigere, et eos qui cõtra Chriſtũ Chriſti ſigna, portarent, ad unitatem catholicã, terrendo & cohercẽdo redigere quã ſæuiendi tantũmodo auferre licentiã et errandi ac pereundi relinquere.

Actorũ 15. Oſtendit Paulus exẽplo ſuo qd diſpenſatores poſtea facere debeãt tali caſu.

Libro V quæſtionum ſuper Deuteronomium, Caput. XXXIX.

1. Corin 5. Afferte malum ex uobisipſis, ex qua apparet Apoſtolum eum uoluiſſe intelligi, qui aliquid tale cõmiſit, ut excommunicatione ſit dignus. Hoc enim nunc agit in eccleſia excommunicatio, quod agebat in ueteri teſtamento interfectio. Quamuis et aliter illud Apoſtolicum poſſit intelligi, ut unusquiſque malum uel malignum ex ſe ipſo ſit iuſſus auferre, qui ſenſus acceptabilior eſſet: ſi hoc malum uel hoc malignum, non autem hunc malignum, in græco inueniretur. Nunc uero credibilius eſt de homine dictum, quàm de utio. Quanquam poſsit elegãter intelligi, etiam homo auferre a ſe malũ hominem, quẽadmodum dictũ eſt, exuite uos ueterem hominem. Quod exponens ait, qui furabatur, iam non furetur.

Eccleſia excõmunicatione id agit q̃d ueteſtamẽtũ interfecẽt ne.

Ad Valerianum. Epiſtola. CXLIII

Laboriosiſſimũ & periculoſiſſimũ Epiſcopi officium. Ante omnia peto ut cogitet religioſa prudentia tua, nihil eſſe in hac uita & maxime hoc tempore facilius & lætius & hominibus acceptabilius, Epiſcopi aut preſbyteri aut diaconi officio, ſi perfunctorie atq; adulatorie res agatur, Sed nihil apud deum miſerius & triſtius & dãnabilius. Item nihil eſſe in hac uita, & maxime hoc tempore difficilius, laborioſius, periculoſius Epiſcopi aut preſbyteri aut diaconi officio, ſed apud deũ nihil beatius, ſi eo modo militetur quo noſter imperator iubet &c,

In Pſalmum. LIIII.

Excõmunicandũ cũ dilectione. In omni congregatione multitudinis neceſſe eſt ut inueniantur mali, deus enim qui nouit exercendos nos, miſcet nobis & non perſeueraturos, aut certe ita ſimulatos, ut nec inchoauerint in quo perſeuerare debeant. Nouit enim neceſſarium eſſe nobis ut feramus malos, & proficiat, quod boni ſumus. Diligamus inimicos, corrigamus caſtigemus & excõmunicemus cũ dilectione etiam a nobis ſeperemus. Videte enim quid dicat Apoſtolus: Si quis autem non obaudit uerbo noſtro per epiſtolam, hunc notate, & nolite cõmiſceri cum illo. Sed ne ſubrepat tibi ex hoc iracundia, & turbet oculum tuum, non inquit ut inimicum eum exiſtimetis, ſed corripite ut fratrem, ut erubeſcat. à quo indixit ſeparationẽ, non precidit dilectionem &c.

2. Theſſa. 3.

De vita Chriſtiana. Cap. I.

Pſalm. 44. Chriſtum unctum interpretari ſapientium & fidelium nullus ignorat. Vnctos uero non niſi ſanctos uiros, & ſatis deo dignos ſemper fuiſſe manifeſtum eſt, nec alios quàm prophetas, aut ſacerdotes, aut reges. Et tam magnum fuit ipſius unctionis myſterium, ut in Iudaico populo, non omnes illud, ſed ſatis pauci de plurimis mererentur accipere, & hoc uſq; ad aduentum domini noſtri Ieſu Chriſti, quem deus oleo lætitiæ, ideſt ſpiritu ſancto præ cæteris conſortibus ſuis unxit. Ex quo tempore credentes illi, et baptiſmatis illius ſanctificatione purgati: non aliqui ſicut ſub lege prius fuerãt, ſed omnes cum prophetis et ſacerdotibus unguntur & regibus, cuius unctionis quales eſſe debemus admonemur exemplo, ut in quibus tam ſancta eſt unctio, ſit nõ minus ſancta cõuerſatio. Ex ſacramẽto enim unctionis huius & Chriſti & Chriſtianorũ omnium, id eſt in Chriſto credentium uocabulum deſcendit & nomen. Quod nomen ille fruſtra ſortitur, qui Chriſtum minime imitatur.

Oẽs fideles in ſacerdotes vngũtur & regeẽ

Quæſtionum veteris & noui Teſtamenti Quæſtio. CI.

I. Thim 3. Preſbyterum intelligi epiſcopum probat Paulus Apoſtolus, quando Timotheum, quem ordinauit preſbyterum, inſtruit qualem debeat crẽare epiſcopum. Quid eſt enim epiſcopus niſi primus preſbyter, hoc eſt ſummus ſacerdos. Deinque non aliter, quàm compreſbyteros hic uocat & conſacerdotes ſuos. Nunquid & miniſtros condiaconos ſuos dicit epiſcopus? Non utique, quia multo inferiores ſunt, & turpe eſt iudicem dicere primicerium, nam in Alexandria & per totã Aegiptũ ſi deſit epiſcopus, conſecrat preſbyter. Quanta autem ſit dignitas ordinis ſacerdotalis, cauſa oſtendit Caiphæ, qui cum eſſet homo peſsimus, prophetauit, quare inquit? quia princeps erat ſacerdotum. Et iterum multum diſtare inter diaconum & ſacerdotẽ, liber approbat quem dicimus actus Apoſtolorum. Cum enim ex Samaria credidiſſent Philippo prædicanti diacono ab apoſtolis ordinato, miſerunt inquit ad Petrum & Ioannem ut uenirent, & his qui crederent, darent ſpiritum ſanctum, per manus impoſitionem, ſed inſcij credo ſcripturarũ aut immemores legis hæc defendũt. Recordari ergo debet, qui iſta putat aſſerenda, quid Leuitis acciderit cum taliter ſaperent. Cum enim nihil inter ſacerdotes & Leuitas intereſſe preſumerent deo Iudice hiatu terræ abſorpti ſunt Chore & conſentientes ei, & ducẽtos quinquagĩta uiros torrens ignis ſimul cõſumpſit. Exceptis enim ſacerdotibus quibus obſequiũ debent, omnibus præponuntur diaconi.

Presbyterũ idem eſſe q̃d epiſcopum.

Iohan. 11.

Actorũ 8.

Num. 16.

Decorreptione & gratia Cap. III.

Ergo inquiunt præcipiant tantummodo nobis quid facere debeamus, qui uobis præsunt, & ut faciamus oremus pro nobis, nō autem nos corripiant et arguant si non fecerimus, imō omnia fiant, quoniam doctores ecclesiarum Apostoli omnia faciebant & præcipiebant quæ fierent, & corripiebant si non fierent, et orabant ut fierent. Præcipit Apostolus dicens, omnia uestra in charitate fiant. Corripit dicens, iam quidem omnino delictum est in uobis quia iudicia habetis uobiscum: Quare enim non magis iniquitatem patimini? quare nō potius fraudamini? Sed uos iniquitatem facitis, et fraudatis, & hoc fratribus, an nescitis quia iniusti regnum dei non possidebunt? audiamus & orantem, uos autem inquit dominus multiplicet & abundare faciat in charitate, inuicem & in omnes. Præcipit ut habeatur charitas, corripit quia non habetur charitas, orat, ut abundet charitas.

Ecclesiarū ministris docere corripere & arguere cōuenit.

1 Corin. 16

2 Corint. 6.

1 Thessa. 3.

Cap. V. ibidem.

Quicunque dei præcepta iam tibi nota non facis, & corripi nō uis etiā propterea corriperis, quia corripi nō uis: Non uis enim tibi tua uicia demonstrari, non uis ut feriantur, fiatque tibi utilis dolor, quo medicum queras, nō uis tibi tuipse ostendi, ut cū deformem te uides, reformatorem desideres, eiq; supplices, ne in illa remaneas fœditate.

Propterea corripiendus est qui corripi nō vult

Ibidem post pauca.

Porro qui sibi Euangelium ab homine patiuntur prædicari: quāuis possit etiam non per hominē homini dari, concedūt etiā corripi se debere a præpositis suis a quibus Christiana gratia prædicatur, quamuis non negetur deus posse quem uelit, etiam nullo homine corripiente corrigere, & ad dolorem salubrem pœnitentiæ occultissima & potentissima medicinæ suæ potestate perducere.

Corripi a præpositis suis concedat homo.

Cap. XV. in eodem.

Corripiantur itaque à præpositis suis subditi fratres correptionibus de charitate uenientibus, pro culparum diuersitate, diuersis uel minoribus uel amplioribus, quia & ipsa quæ damnatio nominatur, quam fecit episcopale iudicium, qua pœna in ecclesia nulla maior est, potest si deus uoluerit, in correptionem saluberrimam cedere atq; proficere.

Pro culparum diuersitate corrigendi subditi.

post pauca Ibidem.

Pastoralis tamē necessitas habet, ne per plures serpant dira contagia, separare ab ouibus sanis morbidam, ab illo cui nihil est impossibile, ipsa forsitan separatione, sanandam.

Separādæ à sanis ouibus morbidæ!

Cap. XVI. ibidem.

Porro quantum ad nos pertinet, qui prædestinatos à non prædestinatis discernere non ualemus, & ob hoc omnes saluos fieri uelle debemus omnibus ne pereant, uel ne alios perdant, adhibenda est à nobis medicinaliter seuera correptio, dei est autem illis eam facere utilem, quos ipse præscíuit et prædestinauit conformes imaginis filij sui. Si enim aliquando timore non corripimus, ne aliquis inde pereat, cur non etiam timore corripimus, ne aliquis inde plus pereat? Neque enim dilectionis maiora uiscera gestamus, q̄ beatus Apostolus qui dicit: Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patiētes estote ad oēs, uidete ne aliquis alicui malū p malo reddat, ubi intelligendū est tunc potius malum pro malo reddi, si corripiendus non corripiatur, sed praua dissimulatione neglegitur. Dicit enim peccantes corā omnibus corripe, ut cæteri timorem habeant, Quod de his peccatis accipiendum est, quæ non latent, ne contra domini sententiam putetur locutus: Ille enim dicit, si peccauerit inte frater tuus, Corripe eum inter te & ipsum. Verumtamen et ipse ueritatem correptionis consequi perducit ut dicat, Si nec ecclesiam audierit, sit tibi sicut Ethnicus & publicanus.

1 Thessa. 5

1 Thim. 5

Matthæi 18

Libro .II. Retractationum. Cap. V.

Sunt duo libri mei quorum titulus est contra partem Donati, in quorū primo libro dixi, Mihi nō placere ullius potestatis sæculoris impetum, schismaticos ad cōmunionē uiolenter artari, quod uere mihi tunc non placebat, quia nondum expertus eram uel quantum mali eorum audaret impunitas, uel quantum eis in melius mutandis conferre posset diligentia disciplinæ.

Hoc retractauit Augustinus.

Super Euangelium Iohannis tractatu CXXII.

Vbi ostendit ex Euangelio uiuendi: hoc est uictum habendi, non necessitatem Apostolis impositam, sed potestatem datam, Quam potestatem commemorat idem Apostolus dicens. Si nos uobis spiritalia seminauimus, magnum est, si uestra carnalia metamus? Si alij potestatis uestræ participes sunt non magis nos? Sed non sumus inquit usi hac potestate. Et paulopost: Qui altario seruiunt inquit alterio cōpartiuntur, Sic et dominus ordinauit his, qui Euangelū annūciant de Euangelio uiuere, ego autem nullius horum usus sum. Satis igitur apertum est, non imperatum, sed in potestate Apostolis positum, ut aliunde non uiuerent, nisi ex Euangelio, & ab eis quibus Euangelium prædicādo spiritalia seminabāt, carnalia meterēt, hoc est carnis huius sustentaculum sumerent, & tanquàm milites Christi, stipendiū debitū acciperent, sicut à prouincialibus Christi. Vnde ipse miles egregius idem paulo superius dehacre dixerat: Quis militat suis stipēdijs unquam? quod tamē ipse faciebat, quia plus illis omnibus laborauit.

Apostolis de Euāgelio viuēdi non necessitatē impositam Sed potestatem datā. 1 Corint. 9

1 Corint. 9

1 Corint. 15

In Epistolam Iohannis tract. III.

Iam hic uidete magnum sacramentum fratres, sonus uerborum nostrorū aures percutit, magister intus est. Nolite putare quemq̄ hominem aliquid discere ab homine. Admonere possumus per strepitum uocis nostræ, Si nō sit intus qui doceat inanis sit strepitus noster. Adeo fratres uultis nosse: Nunquid non sermonem istum omnes audistis? Quam multi hunc iudicem exituri, unt. Quantū ad me

Nisi sit intus qui doceat inanis sit strepitus prædicātium.

ad me pertinet omnibus locutus sum? sed quibus unctio illa intus nõ loquitur, quos spiritus sanctus intus non docet, indocti redeũt. Magisteria forinsecus, adiutoria quædam sunt et admonitiones: Cathedram in cœlo habet qui corda docet. Proptera ait & ipse in Euangelio: Nolite uobis dicere magistrum in terra: Vnus est ergo magister Christus. Ipse uobis ergo intus loquitur, quando nemo hominum illic est.

Matth. 23.

Tractat. IIII.

Hoc autẽ sicut uos recordari certus sum sic exposuimus uobis, quia nos qui forinsecus loquimur ad aures uestras, ita sumus quasi operarij adhibẽtes culturã forinsecus ad arborẽ: Sed incrementũ dare nõ possumus, nec fructus formare: Ille autẽ qui uos recreauit et redemit et uocauit per fidem & spiritum suum habitans in uobis, nisi loquatur uobis intus, sine causa nos perstrepimus. Vnde hoc apparet? Quia cum multi audiunt, non omnibus persuadetur quod dicitur, sed illis solis, quibus intus loquitur deus, Illis autem intus loquitur, qui ei locum præbent. Illi autem locum deo præbent, qui diabolo locum nõ præbent &c.

1. Corint. 3.

Quibus loquatur deus

Libro. I. de ciuitate Dei. Cap. IX.

Nam si propterea quisquis obiurgãdis & corripiendis male agentibus parcit, quia oportunius tempus inquirit, uel eisdem ipsis metuit ne deteriores ex hoc efficiantur, uel ad bonam uitam & piam erudiendos impediat infirmos alios & præmant atq; auertant à fide, non uidetur esse cupiditatis occasio, sed consiliũ charitatis &c.

Cõsilij charitatis est opportunitatẽ temporis in erudiendo quærere.

Quare malis aliquãdo parcatur.

Ibidem.

Plerumq; enim ab eis docendis, admonendis aliquando etiã obiurgandis, et corripiendis male dissimulatur, uel cum laboris piget, uel cũ eos eorum coram quibus sumus uerecundamur offendere, uel cum eorum inimicitias deuitamus, ne impediant & noceant in istis temporalibus rebus, siue quas adipisci adhuc appetit nostra cupiditas, siue quas amittere formidat infirmitas, ita ut quamuis bonis, uita malorum displiceat, & ideo cum eis non incidant in illam damnationem, quæ post hanc uitam talibus preparatur: Tamen quia propterea peccatis eorũ damnabilibus parcunt, dum eos in suis licet leuibus & uenialibus metuunt, iure cum eis temporaliter flagellantur, quamuis inæternum minime puniantur.

Libro. II. ibidem. Cap. XXV.

Si ergo natura nostra esset à nobis, profecto & nostram nos genuissemus sapientiam, nec eam ex doctrina, ideſt, aliunde discendo percipere curaremus, & noster amor à nobis profectus & ad nos relatus, ad beate uiuendum sufficeret: Nec bono alio, quo frueretur ullo indigeret, Nunc uero quia nostra natura ut esset, deum habet auctorem, proculdubio ut uera sapiamus ipsum debemus habere doctorẽ, ipsum etiam ut beati simus, suauitatis intime largitorem.

Vt vera sapiamus deũ debem⁹ habere doctorem.

Libro XIX. Cap. XVI.

Sicut enim non est beneficentiæ adiuuando efficere, ut bonum quod maius est amittatur: Ita non est innocentiæ parcendo sinere, ut in malum grauius incidatur. Pertinet ergo ad innocentis officium, non solum nemini malum inferre, uerumetiam cohibere a peccato, uel punire peccatum, ut aut ipse qui plectitur corrigatur experimento, aut alij terreantur exemplo.

Pertinet ad innocẽtis officium punire delinquẽtes.

Libro. XX. Cap. XXI.

Non enim ex genere carnis & sanguinis, sicut erat primum secundum ordinem Aaron, sed sicut oportebat in nouo testamento, ubi secundum ordinem Melchisedech summus sacerdos est Christus, pro cuius q; merito quod in gratia diuina contulerit, sacerdotes & Leuitas elegit: Sicut nunc uidemus, qui non isto nomine quo sæpe assequuntur indigni, sed ea quæ non est bonis malisq; communis, sanctitate pensandi sunt.

Christus nõ ex genere carnis elegit sacerdotes.

Psalm. 109.

Libro XIX. Ibidem Cap. XIX.

In actione uero nõ amandus est honor in hac uita siue potentia, quoniã omnia uana sub sole, sed opus ipsum quod per eundem honorem uel potentiam fit, si recte atque utiliter fit, ideſt, ut ualeat ad eam salutem subditorum quæ secundum deũ est, unde iam superius disputauimus. Propter quod ait Apostolus: Qui episcopatum desiderat, bonũ opus desiderat. Exponere uoluit quid sit episcopatus, quia nomẽ est operis nõ honoris. Græcũ est enim atq; inde ductũ uocabulũ, qd' ille qui præficitur, eis qbus præficitur superintẽdit, curã eorũ scz gerens. Epi quippe sup, scopos uero intentio est: Ergo episcopin græce, si uelimus, latine superintendere possumus dicere, ut intelligat non se esse episcopum qui præesse dilexerit non prodesse. Itaq; à studio cognoscendæ ueritatis nemo prohibetur, quod ad laudabile pertinet ociũ. Locus uero superior sine quo regi populus non potest, & si ita teneatur atq; administretur ut decet tamen indecenter appetitur. Quamobrẽ ocium sanctum querit charitas, ueritatis negotium iustum suscipit necessitas charitatis. Quam sarcinam si nullus impunit, percipiendæ atq; intuendæ uacandum est ueritati: Si autem impunitur suscipienda est propter charitatis necessitatem, Sed nec sic omnimodo ueritatis delectatio deserenda est, ne subtrahatur illa suauitas, & opprimat ista necessitas.

Eccls. 1.

1. Thimo. 3 Episcopat⁹ est nomẽ operis nõ honoris.

De duodecim abusionum gradibus I. grad.

Primus abusionis gradus, si sine bonis operibus sapiens & prædicator fuerit, qui quod sermone docet, actibus complere negligit. Auditores enim doctrinæ dicta facere contemnunt, cum prædicatoris opera, à prædicationis uerbis discrepare conspitiunt. Nunquam enim fit efficax prædicantis auctoritas, nisi eam effectu operis cordi affixerit audientis, præsertim cum & ipse doctor, si in uitiorum amorem delapsus fuerit, alterius doctoris medicamentum suis uulneribus adhibere paruipendit &c.

Primus gradus abusionis est prædicator sapiens sine bonis operib.

Ibidem decimus gradus.

Decimus gradus abusionis est episcopus negligens qui gradus sui honorem requirit inter homines, sed ministerij sui dignitatem coram deo, pro quo legatione fungitur, nõ custodit. Primo nãq; ab episcopo quid sui nominis dignitas teneat inquiratur, quoniam cum episcopus græcum nomẽ sit, speculator interpretatur. Quare uero speculator ponitur, & quid á speculatore requiritur, dominus ipse denũciat, cũ sub Ezechielis prophetæ persona episcopo officij sui rationem denunciat, ita inquiens speculatorem dedi te domui Israhel. Audiens ergo ex ore meo sermonẽ, nunciabis eis ex me &c.

Decimus gradus abusionis est episcopus negligẽs.

Ezechiel 3.

Post pauca ibidem.

Decet ergo Episcopum qui omnium speculator positus est, peccata diligenter attendere. Audiens ergo & post quam attenderit sermonem si potuerit & actu corrigere. si non potuerit, iuxta Euangelij regulam scelerum operarios declinare. Si enim inquit in Euãgelio dominus, peccauerit inte frater tuus, corripe illũ inter te et ipsum, si te audierit lucratus es fratrem tuum. Si te non audierit, adhibe tecum ad huc unum uel duos, ut in ore duorum uel trium stet omne uerbum. Si ille non audierit dic ecclesiæ, si ecclesiam non audierit sit tibi sicut ethnicus & publicanus, tali ordine expellendus est quicunq; doctori uel episcopo adherere noluerit. Et qui tali ordine expulsus fuerit, ab alio aliquo doctore uel episcopo nõ debet recipi. De sacerdote namq; in lege scribitur: Viduam aut repudiatã non accipiat uxorem. Qui ergo illam excommunicatam à catholico, illo non permittente sibi iungit, iura sacerdotij sancti, quod Christianorum genus electum est exced t. Hac ratione episcopum ad eos quibus in speculatione positus est, esse oportet.

Matth' 18.

Quo ordine expellẽdus sit qui doctori & episcopo obedire noluerit.

Leuiti. 21.

Ibidem.

Cæterum uero qualis in semetipso esse debeat Paulus Apostolus exponit, ut ad gradum episcopi ueniens, sit sobrius, prudens, castus, sapiens, modestus, hospitalis, filios habens subditos, cum omni castitate, testimonium habens bonum ab his qui foris sunt, proferens doctrinæ, fidelem sermonem, ante episcopatum, non plures habent uxores quàm unam. Non percussor, non bilinguis, non ebriosus, non neophitus, ut per hæc ipse ostendat in opere quod alios docet in sermone doctrinæ.

Qualis esse debeat episcopus.

1. Thim. 3.

Ibidem.

Caueant ergo negligentes episcopi, quod in tempore uindictæ dominus per Prophetã conquæritur dicens, Pastores mei demoliti sunt popu'um, et non pascebant gregem meam pastores, sed pascebant semetipsos, sed potius procurent ij quos constituit dominus super familiam suam, dare illis citum in tempore suo tritici mensuram purã scilicet & probatã doctrinam, quatenus ueniente domino mereantur audire, euge serue bone & fidelis, quia supra pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam, intra in gaudium domini tui.

Ezechi. 34 Iudiciũ dei in negligẽtes episcopos.

Matth. 25.

De decem chordis. CaP. IIII.

Nudiusq; tertiano die memini me dixisse sanctitati uestræ, quia si citharedi essemus, aut huiusmodi aliquid populariter exhibentes pro studijs nugacitatis uestræ, quæ tã quæsumus ut reliquatis, Tenuissetis nos ut daremus uobis diem, & quisquis pro modulo suo conferret nobis mercedem, Quare ambularemus delectati uanis canticis, nulli rei profuturis, ad tempus dulcibus, in posterum amaris? Talibus enim turpitudinibus cantionum animi humani illecti eneruantur & decidunt á uirtute, defluentes in turpitudinem & propter ipsas turpitudines postea sentiunt dolores, & cum magna amaritudine digerunt, quod cũ dulcedine temporali biberunt. Melius ergo nos amara uobis cantamus ad tempus, quæ postea dulcescant in uobis. Nec mercedem aliquam exigimus nisi ut faciatis quæ dicimus, Immò non faciatis si dicimus nos.

Amara dãt postea vt dulcescant.

In libro de Pastoribus. Cap. I.

Quisquis ita præpositus est, ut in eo quod præpositus sit gaudeat, & honorem suum querat & cõmoda sua sola respiciat se pascit, non oues.

Se ipsos pascentes qui.

Cap. II. ibidem.

Et quidem Apostolus Paulus, quamquã eligeret manibus suis labore, nec ipsum lac quærere ab oubus, tamen lactis potestatem percipiendi habere se dixit, & sic dominum expossuisse, ut qui Euangelium anunciant de Euangelio uiuãt, Et dicit alios coapostolos suos, usos fuisse hac potestate non usurpata, sed data.

2. Thess 3: De Euangelio posse uiuere quempiam; Matth. 10. 1. Corint. 9

Post pauca ibidem.

Itaq; cum esset quodam tempore Apostolus in magna indigentia uictus in confessione ueritatis: missum est illi á fratribus unde necessitati et indigentiæ eius ministraretur, respondit autem illis, gratias agens & dixit, bene fecistis communicare necessitatibus meis. Ego enim didici, in quibus sum sufficiens esse. Scio & abundare et penuriam pati. Omnia possum in eo qui me confortat.

Philippẽses necessitati bus Pauli cõmunicauere. Phillip. 4

Ibidem post pauca.

Vnde enim uiuitur necisitatis est accipere, charitatis est præbere, non tanquam uenale sit Euangelium, ut istud sit precium eius, quod sumunt qui annunciant unde uiuant. Si enim sic uendunt magnã rem uili præcio uendũt. Accipiant sustentationem necessitatis à populo mercedẽ dispensationis à dño. Nõ enim est idoneus populus reddere mercedem illis, qui sibi in charitate Euangeliũ seruiunt, non exspectent illi mercedẽ nisi unde & isti salutem. Quid ergo isti increpantur, unde arguuntur, qui cum lac sumerent, & lanis se tegerent, oues negligebant? Sua ergo tantum quærebant, non quæ Iesu Christi.

Charitatis est prebere ỹbi ministris vnde uiuant.

Verbi predicatores a deo expectare debent mercedẽ.

Philipe. 2

Cap. III. ibidem.

Proinde ipse Apostolus cum eos commemorat quales fuerint

fuerint erga illum: ne quasi oblitus eorum honorificentiæ uideretur & perhibet testimonium: Sicut angelum dei susceperint eum, & quod si fieri posset, oculos suos uellent eruere, illi dare, & tamen accedit ad ouem languidam, ad ouem putridam, secare uulnus, non parcere putredini. Ergo inimicus factus sum uobis uerum prædicans? ecce et accepit de lacte ouium sicut paulo ante memoramus, & indumentum ex lanis ouium: Sed tamen oues non neglexit: non enim sua quærebat, sed quæ Iesu Christi.

Oues non negligendæ a pastoribꝰ.

Galat 4.

Philippe. 2.

In libro .II. de Baptismo contra Donatistas. Cap. V.

Et ideo plerunq; doctioribus, minus aliquid reuelatur, ut eorum patiens & humilis charitas, in qua fructus maior est cõprobetur: uel quomodo teneant unitatẽ, cũ in rebus obscurioribus diuersa sentiunt: Vel quomodo accipiant ueritatem, cum contra id quod sentiebant, declaratam esse cognoscunt.

Doctoribꝰ quare minꝰ aliquid reuelatur.

De opere Manachorum fer epertotũ Librũ, Sed illud. XXVI. Cap.

Et enim dominus ait: Nolite solliciti esse animæ uestræ quid manducetis neq; corpori quid uestiamini. Recte quoniam ut supra dixerat, non potestis deo seruire & mammonæ. Qui enim propter hoc Euangelium prædicat, ut habeat unde manducet, & unde uestiatur: Simul se putat & deo seruire & mammonæ: deo quia Euangelium prædicat: & mãmonæ, quia propter ista necessaria prædicat quod dñs dicit fieri nõ posse, ac per hoc ille qui ꝓpter ista euangelium prædicat non deo sed mammonæ seruire conuincitur: et si deus illo ad aliorñ prouectũ quomodo ipse nescit utatur: Nam huic sententiæ subiungit dicens. Ideo dico uobis: nolite solliciti esse animæ, quid manducetis, neq; corpori quid uestiamini, non ut ista nõ procurent quantum necessitati satis est, unde honeste potuerint, sed ut non ista intueantur, & propter ista faciant, quicquid in euangelij præconio facere iubentur. Eam quippe intentionem quare quid fiat, oculum uocat, lucerna corporis tui est oculus tuus

Matthæ. 6.

Qui propter temporalia enangelium anũciant nõ deo, sed mamonæ seruire cõuincũtur.

Matthæ. 6

Libro II de Genesi ad literam. Cap. XL.

Alienatus enī à uita Adam, nõ solũ quã fuerat si præceptũ seruasset cum angelis accepturus, sed ab illa etiam quam ducebat in paradiso, fælici quodam corporis statu, separari utiq; debuit à ligno uitæ: Siue quod ex ipso illi subsisteret fælix ille ipse status corporis ex re uisibili uirtute inuisibili, siue quod in eo esset & sacramentum uisibile in uisibilis sapientiæ, alienãdus inde utiq; fuerat, uel iam moriturus, uel ecĩa tanquã excõmunicatus. sicut ecĩa in hoc paradiso idest, ecclesia solent à sacramentis altaris uisibilibus homines disciplina ecclesiastica remoueri.

Gene. 3.

A sacramẽtis scelerato ecclesiast ica disciplina remouet

Libro II. contra literas Petiliani. Cap. XCII.

Quid inquies uobis est cum regibus sæculi quos nunquam Christianitas nisi inuidos sensit? hoc cum dixisses, enumerare conatus es quos reges iusti senserint inimicos, nec considerasti quod plures enumerari possint quos habuerint amicos. Pater Abraam à rege diuinitus admonito ne attaminaret eius uxorem, & amicissime habitus est & munus accepit. Isaac filius eius regem similiter amicissimũ expertus est. Iacob in Aegiptũ à rege honorabiliter exceptus, eum etiam benedicit. Quid loquar de filio eius Ioseph, qui post carceris tribulationem, qua uelut igne sicut aurum, castitas eius probata est, magnis ab eo sublimatus honoribus: Iurabat etiam per Pharaonis salutem, non tãquam typo elatus, sed beneuolentiæ non ingratus. Regis filia Mosen adoptauit. Dauid ad alienigenam, regis Israhel compulsus iniquitate confugit. Helias ante currũ pessimi regis, non illius imperio sed suo cucurrit obsequio. Heliseus hospitæ mulieri si quid sibi forte à rege per eius interceßionẽ præstari uellet etiam ultro offerendum putauit &c.

Fide nihil derogat etsi prelati ec clesiarũ cũ regibꝰ prõ eccleſiæ pace cõueni unt.

Genes. 20.

Genes. 26

Genes. 41

Genes. 23

Exodi 4.

1. Regũ 27

3 Regũ 18

4. Regũ 4.

Eodem libro contra easdem. Cap. CV.

Tu ne iustior Paulo, Tu perfectior tanto Apostolo qui eorum quos docebat orationibus se commendabat: Orationi inquit instate, uigilantes in illa in gratiarum actione, orantes simul & pro nobis, ut deus aperiat nobis ostium uerbi, ad loquendum mysterium Christi, propter quod & unctus sum, ut manifestem illud, ita ut oportet me loqui. Ecce oratur pro Paulo Apostolo, quod fieri nõ uis pro episcopo.

Collos. 4

Petilianus donatista uõ luit vt pro ẽ piscopis oraret eccleſia.

Libor III. contra literas Petiliani. Cap. L.

Et ne propter malos dispẽsatores hoc est præpositos, societas Christiana diuidatur, Etiã illud testimoniũ posui que dicunt facite, que autem faciunt facere nolite, dicunt enim et non faciunt.

Faciẽda fãt eciam quæ dicunt esse mali dispẽſatoris ẏbi a Matthæ. 23

Cap. LV. ibidem.

Philipp. 2.

Minister ergo, idest, dispensator uerbi & sacramenti euangelici, si bonus est consotius sit euangelij, si autẽ malus est, non ideo dispensator non est euangelij. Si enim bonus est, uolens hoc facit. Si autem malus, hoc est sua quærens non que Iesu Christi, inuitus hoc facit propter alia quæ requirit. Vide tamen quid idem Apostolus dixerit, Si ergo uolens hoc facio, Inquit, mercedem habeo, Si autem inuitus dispensatio mihi credita est, tanquam diceret, si bonus bonum anuncio, etiam ipse perueni: Si autem malus bonum anuncio: Nunquid enim dixit si inuitus facio dispensator non ero? annunciauit Petrus & cæteri boni. Inuitus Iudas, tamen eum ipsis missus anunciauit illi mercedem habent: Huic dispensatio credita est.

Iudas ẏbũ Christi & euangeliũ annunciauit, et si maluẽ erat.

Libro. I. contra Cresconium grammaticum. Cap. VII.

Nam procul dubio si ueritatem suam demus, errorem; refellimus, etiam si non ueritate proprie intentionis, sed emolumentum sæculi huiusque humanã gloriam quærentes id

tes id agamus, gaudere debent dilectores ueritatis, quia et hac occasiõe ueritas annũciatur: sicut et Apostolus qui dicit, sed in hoc gaudebo. Si autem quod deo maxime notum est, & quod tibi etiam ipsi quantum est facultatis humanæ si nobiscum uiueret, notum esse potuisset, qua sollicitudine charitatis in huius discussionis labore uersamur, puto nequaquam iusté reprehendi ministerium nostrum, si cõtra quoslibet aduersarios ueritatis, feruenti spiritu pro ueritate certemus.

Gaudere debent ueritatis dilectores quacũq; occasione Christus annuncietur.

Cap. IX. ibidem.

Attende etiam quemadmodum ad Titum cũ explicaret qualis esse episcopus debeat, etiam perseueranter dixit esse oportere, iuxta doctrinam fidelis uerbi, ut potens sit inquit & exhortari in doctrina sana, & contradicentes redarguere &c.

Episcopus contradicẽtes debet redarguere. Titũ 1.

Libro II. contra eundem Cap. XI.

Neq; enim episcopi propter nos sumus, sed propter eos quibus uerbum & sacramentum dominicum ministramus: ac per hoc ut eorum sine scandalo gubernandorum sese necessitas tulerit, ita uel esse uel nõ esse debemus, quod non propter nos sed propter alios sumus. Deniq; non ulli sancta humilitate præditi uiri, propter quædam in se offendicula quibus piè religioseq; mouebantur episcopatus officium, non solum sine culpa, uerumetiam cum laude posuerunt.

Quidam cũ laude episcopale officium posuere.

Eodem Libro. Cap. XXII. Contra eundem.

Tu autem cũ hoc nõ meum, sed sanctæ scripturæ testimonium refellere conaberis: Nullam persequutionem iustam esse posse dixisti: Vbi ignoscendum tibi est nescienti scripturas: Vnde tibi uenire posse in mentem, quam iusta uoce sit dictum, detrahentem proximo suo occulte, hunc persequebar. Et ab ipso domino nostro Iesu Christo in excellentissima prophetia: persequar inimicos meos et compræhendam illos: et non conuertar donec deficiant.

Potest et & iusta persequutio.

Psam. 100.

Psalm. 17.

Contra Donatistas post collationem. Cap. IIII.

Quibus parabolis & figuris Ecclesia prænunciata est usq; in finẽ sæculi bonos et malos simul habitura: Ita ut nec mali bonis obesse possint, cum uel ignorantur, uel pro pace & tranquillitate ecclesiæ tolerantur: Si eos prodi aut accusari nõ oportuerit, aut alijs bonis non potuerint demonstrare: ita sane, ut nec emendationis uigilantia quiescat, corripiendo, degradando, excommunicando, cæterisq; coercitionibus licitis atq; concessis, quæ salua unitatis pace, in ecclesia quottidie fiunt, secundum præceptum Apostolicũ charitate seruata qui dixit: si quis autem non obedit uerbo nostro, per epistolam hunc notate, & nolite cõmisceri cum eo ut erubescat, & non ut inimicum existimetis, sed corripite ut fratrem. Sicut enim & disciplina seruat patientiam, & patientia temperat disciplinam, & utrunq; refertur ad charitatem, ne forte aut indisciplinata patientia foueat iniquitatem, aut impatiens disciplina dissipet unitatem.

Quæ licite sceleratos i ecclesia exerceri possit.

2. Thess. 3.

De videndo deo, ad Paulinam. Cap. XVI.

Neque enim mihi sic credis quemadmodum Ambrosio, de cuius libris tanta illa testimonia posui. Aut si ambobus nobis æqua lance putas esse credendum: Nunquid ullo modo euãgelio comparabis, aut scripta nostra scripturis canonicis coëquabis? profecto si recte in diiudicando sapis longe nos infra uides ab illa auctoritate distare, et me quidem longius: Sed utriq; nostrum quantũlibet credas, utrumq; illi excellentiæ nequaquam comparas.

Hominum scripta euãgelio, nõ cõparanda.

Liber IIII. de doctrina Christiana. Cap. IIII.

Debet igitur diuinarum scripturarum tractator & doctor, defensor rectæ fidei, ac debellator erroris, & bona docere, et mala dedocere, atq; in hoc opere sermonis conciliare auersos, remissos erigere, nescientibus quid agatur quid expectare debeant intimare.

Veri dispẽsatoris verbi, officium hoc est.

Et post pauca ibem.

Si uero qui audiunt, monendi sunt potius quàm docendi: ut in eo quod iam sciunt, agendo non torpeant, & rebus assensum, quas ueras esse fatentur accõmodent, maioribus docendi uiribus opus est: ibi obsecrationes, & increpationes, concitationes, et coercitationes, & quæcunq; alia ualent ad commouendos animos, sunt necessaria. Et hæc quidem cuncta quæ dixi, omnes ferè homines in his quæ loquendo agunt facere non quiescunt.

His dicit ad cõmouẽdos animos necessaria esse opinamur uiendum.

Cap. XV. in eodem.

Ipsa hora iam ut dicat accedens, priusquam exerat proferentem linguam, ad deum leuet animam sitientem: ut eructet q̃ biberit uel quod impleuerit fundat. Cum enim de una quaqua re, quæ secundum fidem delectationemq; tractanda sunt multa sint quæ dicantur, & multi modi quibus dicantur, ab eis qui hoc sciunt, quis nouit quid ad præsens tempus, uel nobis dicere, uel per nos expediat audiri, nisi qui corda omnium uidet? Et quis facit ut quod oportet et quẽadmodũ opportet dicatur à nobis nisi in cuius manu sunt et nos et sermões nostri? Ac per hoc discat quidẽ omnia quæ docẽda sunt, qui & nosse uult et docere facultatẽ docendi ut decet uirum ecclesiasticum comparet. Ad horam uero ipsius dictionis, illud potius bonæ menti cogitet cõuenire, quod dominus ait: Nolite cogitare quo modo aut quid loquãmini dabitur enim uobis in illa quid loquamini: Nõ enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri quiloquitur in uobis. Si ergo loquitur in eis spiritus sanctus, qui persequentibus traduntur pro Christo: cur non & in eis qui tradunt discentibus Christum?

Orãdũ esse predicatorẽ ante equã declamatorũ petat suggestum.

Sapie. 7.

Mat. 10.

Cap.

Cap. XXVII. ibidem.

Qui sapienter dicit, & nequiter uiuit, animæ suæ est inutilis. Matth. 23.

Nam qui sapienter & eloquenter dicit, uiuit autem nequiter, erudit quidem multos dicendi studio, quámuis animæ suæ sit inutilis, sicut scriptum est: Scribæ & pharisæi in cathedra Moysi sederunt, quæ dicunt, facite: quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt enim, & non faciunt.

Et post pauca ibidem.

Multis itaq; prosunt dicendo, quæ non faciunt: sed longè pluribus prodessent faciendo, quæ dicunt. Abundant enim qui malè uitæ suæ defensionem ex ipsis suis præpositis & doctoribus quærunt, respondentes corde suo: aut etiam si ad hoc erumpunt ore suo, atq; dicentes: Quod mihi præcipis, cur ipse non facis? Ita fit ut eum non obedienter audiant, qui seipse non audit, & dei uerbum quod eis prædicatur, simul cum ipso prædicatore contemnant. Deniq; Apostolus scribens ad Timotheum, cum dixisset: Nemo adolescentiam tuam contemnat, subiecit unde non contemneretur, atq; ait: Sed forma esto fidelium in sermone, in conuersatione, in dilectione, in fide, in castitate.

In quibus episcopus forma esse debeat fidelium.

Cap. XXX. ibidem.

Siue autem apud populum uel apud quoslibet iamiam dicturus, siue quòd apud populum dicendum, uel ab eis qui uoluerint aut potuerint legendum est dicturus, oret ut deus sermonem bonum det in os eius. Si enim regina orauit Hester pro suæ gentis temporali salute, locutura apud regem, ut in os eius deus congruum sermonem daret, quanto magis orare debet, ut tale munus accipiat, qui pro æterna hominum salute in uerbo & doctrina laborat. Illi uero qui ea dicturi sunt, quæ ab alijs acceperunt, & antequàm accipiant orent pro eis, á quibus accipiunt, ut eis detur quod per eos accipere uolunt. & cum acceperint, oret ut benè & ipsi proferant, & illi ad quos proferant, sumant. & de prospero exitu dictionis eisdem gratias agant, á quo id se accepisse non dubitant, ut qui gloriatur, in illo glorietur, in cuius manu sumus nos, & sermones nostri.

Hester 14. Prædicatori orandum est, ut sermonem bonum det deus in os eius.

2. Cor. 10. Sapient. 7.

De uerbis Domini secundum Matthæum, Sermone LXII.

Pertineat ergo ad nos cura, ad oues obedientia: ad nos uigilantia pastoralis, ad uos humilitas gregis: Quantùm & nos, qui uobis uidemur de superiore loqui loco, cum timore sub pedibus uestris sumus, quoniam nouimus quàm periculosa ratio, de ista quasi sublimi sede reddatur.

Ad pastorẽ pertinet cura, ad oues obedientia.

De correptione & gratia, Cap. XV.

Nescientes enim quis pertineat ad prædestinatorum numerum, quis non pertineat: sic affici debemus charitatis affectu, ut omnes uelimus saluos fieri. Hoc quippe sit, cum singulos quosq; ut occurrerint, cum quibus id agere ualeamus, ad hoc conamur adducere, ut iustificati ex fide pacem habeamus ad deum, quem prædicabat etiam Apostolus, cum dicebat: Pro Christo ergo legatione fungimur tanquàm deo exhortante per nos, obsecramus pro Christo reconciliari deo. Quid est enim ei reconciliari, nisi pacem ad illum habere? Propter quam pacem etiam ipse dominus Iesus Christus dixit discipulis: In quamcunque domum intraueritis, primum dicite, pax huic domui: Et si ibi fuerit filius pacis, requiescet super eum pax uestra: Sin autem ad uos reuertetur, cum hanc euangelizant pacem, de quibus prædictum est: Quàm speciosi pedes eorum qui annunciant pacem, qui annunciant bona, nobis quidem tunc incipit esse quisq; filius pacis, cum obedierit atq; crediderit huic Euangelio, & ex fide iustificatus pacem ad deum habere cœperit: secundum autem prædestinationem dei, iam filius pacis erat. Neq; enim dictum est, super quem requieuerit pax uestra, fiet filius pacis: sed, ubi fuerit, inquit, filius pacis, requiescat super eum pax uestra. Iam ergo & antequàm annunciaretur hæc pax, filius pacis ibi erat, sicut eum nouerat atq; præscierat non Euangelista, sed dominus. Ad nos ergo, qui nescimus quis nam sit filius pacis, aut non sit, pertinet nullum exceptum facere, nullumq; discernere, sed uelle omnes saluos fieri, quibus prædicamus hanc pacem. Neq; enim metuendum est, ne perdamus eam, si ille cui prædicamus, non est filius pacis, ignorantibus nobis: ad nos enim reuertetur, id est, nobis proderit hæc prædicatio, non & illis. Si autem super eum pax prædicata requieuit, & nobis, & illi. Quia ergo nos qui salui futuri sine nescientes omnes, quibus prædicamus hanc pacem saluos fieri uelle deus iubet, & ipse in nobis hoc operatur, diffundendo istam charitatem in corda nostra per spiritum sanctum, qui datus est nobis &c.

2. Corin. 5

Luc. 10.

Esaiæ 52. Roman. 10

Luc. 10.

Quid sit pacem reuerti ad prædicatorem.

Roman. 5.

DE SACRAE SCRIPTURÆ AUCTORITATE, & de studio illius.

Libro I. de peccatorum meritis & remissione, Cap. XXII.

Cedamus igitur & consentiamus auctoritate sanctæ scripturæ, quæ nescit fallere, nec falli, & sicut nondum natos ad discernenda merita eorum aliquid boni uel mali egisse non credimus, ita omnes sub peccato esse, quod per unum hominem intrauit in mundum, & per omnes transijt, á quo non liberat nisi gratia dei per dominũ nostrum Iesum Christum, nasci minimè dubitemus.

Sacræ scripturæ auctoritati cedendum.

Roman. 9.

Roman. 5.

Roman. 7.

De uera innocentia, Cap. III. & XXXVII.

Ad discendum necessario dupliciter ducimur, auctoritate atq; ratione. Tempore auctoritas, re autem ratio prior est: aliud est enim quod in agendo anteponitur, aliud quod pluris in appetendo estimatur. Quia ergo & principium sapientiæ timor domini, & per humilitatem ad sublimia gradus est, incedat humana ignorantia per fidem, ut mereatur fides uidere quod credit.

Ad discendum dupliciter duci homines.

Ecclesiast.

Libro I. de trinitate, Cap. I.

Vt ergo ab huiusmodi falsitatibus humanus purgaretur animus, sancta scriptura paruulis congruens, nullius generis tecum uerba uoluit, ex quibus quasi gradatim ad diuina siue sublimia noster intellectus uelut nutritus adsurgeret. Nam & uerbis & rebus corporalibus sumptis usa est cum de deo loqueretur, uelut cum ait: In tegmine alarum tuarum protege me. Et de spiritali creatura multa transtulit, quibus significaret illud, quod ita non esset, sed ita dici opus esset, sicuti est: Ego sum deus zelotes. Et, Pœnitet me fœcisse hominem. De rebus autem quæ omnino non sunt, non traxit aliqua uocabula, quibus uel figuraret locutiones, uel spiraret ænigmata.

Sacra scriptura nullius generis rerum uerba uitauit.

Psalm. 16.

Exod. 20. Genes. 6.

Ibidem cap. II. in fine.

Nec pigebit autem me, sicubi hæsito quærere, nec pudebit sicubi erro discere.

In dubijs quærendum in erroneis discendum.

De ciuitate dei lib. IX. Cap. V.

Non est nunc necesse copiose ac diligenter ostendere, quid de istis passionibus, quæ Christianos animos adficiũt, doceat scriptura diuina, qua Christiana eruditio continetur, deo quippe illam ipsam mentem subijcit regendam & iuuandam, mentiq; passiones ita moderandas atq; frenandas, ut in usum iustitiæ conuertantur.

Libro I. de Genesi ad literam, Cap. II.

Omnis diuina scriptura bipartita est, secundum id, quod dominus significat, dicens: Scribam eruditum in regno dei similem esse patrifamilias, proferenti de thesauro suo noua & uetera: quæ duo etiam testamenta dicuntur. In libris autem omnibus sanctis intueri oportet, quæ ibi æterna intimentur, quæ facta narrentur, quæ futura prænuncientur, quæ agenda præcipiantur, uel moneantur.

Bipartitam esse sacram scripturam. Matth. 13.

Super Ioannem, Tractatu IX.

Lege libros propheticos omnes, non intellecto Christo quid insipidum & fatuũ inuenies? Intellige ibi Christum, non solum sapit quod legis, sed etiam inebriat, mutans mentem à corpore, ut præterita obliuiscens, in ea quæ ante sunt extendaris. Ergo prophetia ab antiquis temporibus, ex quo prorsus currit ordo nascentium in genere humano, de Christo non tacuit, sed occultum ibi erat, adhuc aqua erat.

Libri prophetici non intellecto Christo insipidi.

Philip. 5.

Tractatu XVIII.

Neq; enim natæ sunt hæreses, & quædam dogmata peruersitatis, illaqueantia animas, & in profundum præcipitantia, nisi dum scripturæ bonæ intelliguntur non bene, & quod in eis non bene intelligitur, etiam temere & audacter adseritur. Itaq; charissimi, ualde cautè hæc audire debemus, ad quæ capienda paruuli sumus, & corde pio & cum tremore, sicut scriptum est: Hanc tenens regulam sanctitatis, ut quod secundum fidem, qua imbuti sumus, intelligere ualuerimus, tanquàm de cibo gaudeamus: quod autem secundum sanam fidei regulam intelligere non poterimus, dubitationem auferamus, intelligentiam differamus. Hoc est etiam, si quid sit nescimus, bonum tamen & uerum esse minimè dubitemus.

Vnde hæreses et dogmata peruersitatis animas illaqueantia.

In epistolam beati Ioannis, Tract. II.

Vnde crediturí sumus, nisi & unde ipsos palpantes uoluit confirmare? Aperuit enim illis scripturas, et ostendit eis quia oportebat pati Christum, & impleri omnia quæ de illo scripta sunt, in lege Moysi, & prophetis, & psalmis, id est, omnem ueterem scripturam circumplexus est. Quicquid illarum scripturarum est, Christum sonat, sed si aures inueniat. Et aperuit eis sensum, ut intelligerent scripturas, unde & nobis hoc orandum est, ut ipse sensum nostrum aperiat.

Lucæ 24. Orandum nobis est, ut deus sensum nostrũ aperiat.

Ad Orosium contra Priscillianistas, Cap. XI.

Neq; ista multum ad nos pertinent, ut ea summo studio indagare curemus, quæ remota sunt à sensibus nostris, & ab intellectu infirmitatis humanæ, nec in ipsis scripturis ita posita, ut nobis eorum mandata sit cognitio. Imò uero ne præcipiti suspitione in fabulas sacrilegas irruamus, clamat scriptura diuina: Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ tibi præcepit dominus, illa cogita semper, ut magis in istis temeraria præsumptio, quàm cauta ignoratio culpanda uideatur.

Altiora te ne quæsieris

Eccles. 3.

Libro primo de origine animæ ad Hieronymum, Cap. I.

Quanquàm enim te multo quàm ego sum ætate maiorem, tamen etiam ipse iam senex consulo, sed ad discendum quod opus est, nulla mihi ætas sera uideri potest, quia etsi senes magis decet docere quàm discere, magis tamen discere quàm quid doceant ignorare.

Nulla ætas sera ad discendũ est.

Libro II. de anima & eius origine ad Petrum Cap. I.

Habet enim non minimum facultatis, qua possit explicare atq; ornare quæ sentit, si prius det operam rectè sentire: Valde quippe sunt noxia praua diserta, quia hominibus minus eruditis eo quòd diserta sint, uidentur & uera.

Praua diserta noxia.

Libro de octo Dulcitij quæstionibus, Quæstione III. in fine.

Admonemur plus discere q̃ docere. Iacob.3.

Ego enim quod confitendum est charitati tuæ plus admono discere quam docere: Nam hoc admonemur etiam docente apostolo Iacobo: Sit autem omnis homo uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Vt ergo discamus, nos inuitare debet suauitas ueritatis: ut autem doceamus, cogere necessitas charitatis: ubi potius orandum est, ut transeat ista necessitas, qua hominem docet aliquid homo: & simus omnes docibiles dei, quàmuis & hoc simus, cum ea quæ ad ueram pietatem pertinet discimus, etiam quando illa docere uidetur homo: Quia neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Cum itaq; si deus incrementum non daret, non essent Apostoli plantatores, rigatores, quanto magis ego, uel tu, uel quilibet huius temporis homines, quando nobis uidemur esse doctores?

Esaiæ 54. Ioan.6. 1. Corint.3.

De uera & falsa pœnitentia, Cap.XX.

Spiritalis iudex non debet carere munere scientiæ.

Cauèat spiritalis iudex, ut sicut non commisit crimen nequitiæ, ita non careat munere scientiæ. Oportet enim ut sciat cognoscere, quæ debeat iudicare. Iudiciaria enim potestas hæc expostulat, ut quod debet iudicare, discernat.

De spiritu & anima, Cap. L. & LI.

Nulla scientia melior, q̃ cognoscere seipsum.

Scientia est, quando homo ad notitiam sui assidua meditatione illuminatur. Cum nulla scientia melior sit illa, qua cognoscit homo seipsum, discutiamus cogitationes, locutiones, atq; opera nostra. Quid enim prodest nobis, si rerum omnium naturas subtiliter inuestigemus, efficaciter comprehendamus, & nosmetipsos non intelligamus? Examinemus ergo quæ fecimus nos, si secundum quod debuimus, ea fecerimus: Consideremus ea, quæ facturi sumus, si sint secundum deum. Vade siquidem est nobis necessaria circumspectio examinationis, quatenus per experientiam eorum quæ fecimus, ad ea quæ agenda sunt, cautiores reddamur.

In libro de essentia diuinitatis, B.

Sacra scriptura de motibus animę in deũ, quomodo intelligenda.

Vbicunq; autem sacra scriptura sparsim per diuinos libros motus in deum animæ seu humana membra describit, id est, caput, capillos, oculos, palpebras, nares, os, labia, linguam, cor, imaginem, uterum, manus dexteram, sinistram, digitos seu digitum, brachium, alas, posteriora, pedes: item motus animæ, iram, furorem, obliuionem, recordationem, pœnitentiam, hæc & alia his similia non carnaliter iuxta historiam à rectè intelligentibus sentenda sunt, sicut à Iudæis & pleriſq; hæreticis, carnaliter sapientibus, qui deum corporeum atq; localem opinantur, sed spiritaliter omnia de eo intelligenda & cõfitenda sunt. Si quis autem in deum humana membra, seu motus animæ more humano inesse credit, proculdubio idola in corde suo fabricat.

De mirabilibus sacræ scripturæ, Cap.XI.

Veraꝝ rerum nomina in scriptura imaginatis rebus sæpe adscribunt. 1. Reg. 28. Exod. 3. Num. 21.

Si ergo diabolus à Phitonissa ostenditur, quare Samuel in diuina scriptura dicitur suscitatus? In multis sacræ scripturæ locis imaginatis rebus ueraꝝ rerum nomina sæpe adscribuntur. Quomodo & prædicta uirga Moysi in similitudinem serpentis imaginata & phantastica illa magorum serpentum in Aegypto, & ille æneus serpens nominatur.

De symbolo ad Catechumenos, libro IIII. Cap.III.

Exod. 17. Psalm. 77. 1. Corin. 10

Mysticis enim figuris loquitur scriptura diuina, seruans rebus tempora, quibus recognitis manifesta exercent ueritate. Quoniam nec hoc uacat à mysterio, quod in monte Oreb super petram iussus est adscendere Moyses, & stare, ipsa est illa petra, quæ percussa produxit aquas populo sitienti, de qua dicit sanctus Dauid: Dirupit petram, & fluxerunt aquæ. Apostolus autem exponens, ait: Patres nostri escam spiritalem manducauerunt, & eundem potum spiritalem biberunt: bibebant autem de spiritali consequente eos petra, petra autem erat Christus: ipsa sunt illa posteriora dei, Christus dei.

Per posteriora dei Christũ intelligi.

Libro speculi peccatoris, Cap. VI.

Qui dialectices & grãmatices & rhetorices, disceptiunculis dies suos conterunt mortem sibi parant.

Erubescat ergo superbus & infœlix peccator, & timeat, elatione cœcatus, ira inflammatus, impatientiæ uitio fœdatus, scientia inflatus, cui plus placet ars Aristotelis, quàm scientia de Apostolis, plus codex Platonis quàm liber diuinus, quem nulla lectio lætificat, nulla scientia ædificat, nullus sermo sapit, nisi fuerit grãmaticè conceptus, dialecticè imaginatus, rhetoricè purpuratus: stultus es qui hæc ignoras, & erras, quoniam qui talia agunt, & in talibus dies suos consumunt, peccatum sibi generant, & mortem parant, quia ex simili studio similẽ concipiũt scientiam, hoc est, folia colligunt, non fructus, subaudi uerba & non uirtutes: uerba enim in uentum proferunt, & ærem uerbis uerberant, uerbositatem sonant, iactantiam ostendant, de quibus per Psalmistam dicitur: Turbati sunt & moti sicut ebrius, & omnis sapientia eorum deuorata est.

Psalm. 6.

Libro II. de ordine, Cap. VIII.

Studiosis legis dei quõ uiuendum.

Adolescentibus ergo studiosis legis dei ita uiuendum est, ut uenereis rebus, ab illecebris uentris & gutturis, ab immodesto corporis cultu & ornatu, ab inanibus negotijs ludorum, à corpore somni & pigritiei, ab æmulatione, obtrectatione, inuidentia, ab honorum potestatumq; ambitionibus, ab ipsius etiam laudis immodica cupiditate se abstineant, amorem autem pecuniæ totius suæ spei certissimum uenenum esse credant, nihil eneruiter faciant, nihil audacter: in peccatis autem suorum uel pellant omnino iram, uel ita frenent ut sit pulsæ similis. Neminem oderint, nulla uitia non curare uelit.

Libro

Libro I. de moribus Ecclesiæ catholicæ, Cap. I.

A doctioribus scripturarũ expositio petenda.

Quis enim mediocriter sanus non facile intelligat scripturarum expositionem, ab his petendam esse, qui earum doctores se esse profitentur fieriq; posse? Imò id semper accidere, ut multa indoctis uideantur absurda, quæ cum à doctoribus exponuntur, eo laudando uideantur elatius, quo abiectius adspernanda uidebantur, & eo accipiantur aperta dulcius, quo clausa difficilius aperiebantur. Hoc ferè in sanctis ueteris testamenti libris euenit, si modo ille qui eis offenditur, doctorem potius eorum pium, quàm impium laceratorem requirat, priusquàm studio quærentis, quàm temeritate reprehendentis imbuatur. Nec si ea discere cupiens, in aliquos fortè inciderit uel episcopos, uel presbyteros, uel huiuscemodi ecclesiæ catholicæ antistites & ministros, qui aut passim caueant nudare mysteria, aut qui contenti simplici fide, altiora cognoscere non curarint, desperet ibi esse scientiam ueritatis, ubi neq; omnes, à quibus quæratur, docere possunt, neq; omnes qui quærunt, discere digni sunt. Et diligentia igitur, & pietas adhibenda est, altera fiet, ut scientes inueniamus, altera ut scire mereamuur.

De vera religione, Cap. LI.

Theatricis ac poeticis nugis omissis, diuinarũ scripturarũ lectione animus pascendus est.

Omissis igitur & repudiatis nugis theatricis & poëticis, diuinarum scripturarum tractatione & consideratione pascamus animum atq; petemus, uanæ curiositatis fame ac sitı fessum & æstuantem, & inanibus phantasmatibus, tanquam pictis epulis, frustra refici satiariq; cupientem. Hoc uerè liberali & ingenuo ludo salubriter erudiamur, si nos miracula spectaculorum & pulchritudo delectant, illam desideremus uidere sapientiam, quæ pertendit à fine usq; in finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Quid enim mirabilius ui incorporea mundum corporeum fabricante & administrante? aut quid pulchrius ordinante & ornante?

De blasphemia in spiritum sanctum. F.

In sacra scriptura exercemur obscuris.

In omni quippe copia scripturarum sanctarum pascemur apertis, exercemur obscuris, illic fames pellitur, hic fastidium.

De vtilitate credendi ad Honoratum, Cap. VI.

Quicquid in scripturis est, altũ & diuinum est.

Testor Honorate conscientiam meam, et puris animis inhabitantem deum, nihil me existimare prudentius, castius, religiosius, quàm sunt illæ scripturæ omnes, quas testamenti ueteris nomine catholica ecclesia retinet miraris noui? Non enim dissimulare possum longè aliter nobis fuisse persuasum. Quicquid est in scripturis illis, altũ & diuinum est, inest omnino ueritas, & reficiendis instaurandisq; animis crede mihi accommodatissima disciplina, & planè ita modificata, ut nemo inde haurire possit quod sibi satis est, si modo ad hauriendum deuotè ac piè, ut uera religio poscit, accedat,

De Genesi ad literam imperfecto libro, Cap. II. Idem ad Honoratum, Cap. III.

Quid sit historia, allegoria, analogia, etymologia.

Quattuor modi à quibusdam scripturarum tractatoribus traduntur legis exponendæ, secundum historiam, secundum allegoriam, secundum analogiam, secundum etymologiam. Historia est cum siue diuinitus siue humanitus res humana commemoratur: Allegoria, cum figuratè dicta intelliguntur: Analogia, cum ueteris & noui testamentorum congruentia demonstratur: Etymologia, cum dictorum factorumq; causſæ redduntur.

De vtilitate credendi ad Honoratum, Cap. IIII.

Tria genera erroris, quibus homines errãt cum aliquid legunt.

Tria genera sunt erroris, quibus homines errant cum aliquid legunt: De singulis dicam. Primum genus est, in quo id, quod falsum est, uerum putatur, cum aliud qui scripsit putauerit. Alterum est quàmuis non tam latè patens, non tamen minus noxium, cum id quod falsum est, uerum putatur, id tamen putatur, quod etiam ille qui scripsit putauit. Tertium est, cum ex alieno scripto intelligitur aliquid ueri, cum hoc ille qui scripsit, non intellexerit. In quo genere non est parum utilitatis, imò si diligentius consideres, totus legendi fructus est integer. Primi generis exemplum est, ut si quisquam uerbi gratia, dicat & credat, Rhadamantum apud inferos audire ac dijudicare causſas mortuorum, eo quod Maronis in carmine id legerit. Hic enim errat duobus modis, quòd & rem non credendam credit, neq; id putandus est credidisse ille quem legit. Alterum genus animaduerti sic potest: Si quis quia Lucretius animam ex atomis esse scribit, eamq; post mortem in easdem atomos solui atq; interire, id uerum ac sibi credendum arbitretur. Nam & hic non minus miser est, si de re tanta id quod falsum est pro certo sibi persuasit, quam quàm id Lucretius, cuius libris deceptus est, opinatus sit. Quid enim huic prodest de sententia auctoris certum esse, quando sibi eum non per quem erraret, sed cum quo erraret, elegerit? Tertio generi est illud accommodatum, Si quis Epicurum lecto in libris eius aliquo loco, ubi continentiam laudat, in uirtute illum summum bonum posuisse adseueret, & ideo non esse culpandum. Huic enim quid obest error Epicuri, si summum bonum hominis uoluptatem, ille corporis credit, cum iste non se dederit, tam turpi noxiæq; sententiæ, neq; ob aliam causſam ei placeat Epicurus, nisi quòd eum sensisse non putat, quod sentiri non oporteat? Hic error non modo humanus est, sed sæpe etiam homine dignissimus.

Rhadamanthum apud inferos audire causſas mortuorũ. Æneid. 6.

Libro

Libro X. de ciuitate dei. Cap. XVIII.

Miraculis, quæ in sacra scriptura legũtur, eruditũ fuisse dei populum.

An dicet aliquis ista falsa esse miracula, nec fuisse facta, quibus dei populus eruditus est in ueteri testamento, sed mendaciter esse scripta: quisquis hoc dicit, si de his rebus negat omnino ullis literis esse credendum, potest etiam dicere nec deos ullos curare mortalia. Porrò autem si multorum deorum cultores, qualescunq; deos suos esse arbitrentur, ab eis facta esse miracula, uel ciuilium rerum historiæ, uel libris magicis, siue quod honestius putant theurgicis credunt: Quid causse est cur illis literis nos sine credere ista facta esse, quibus tanto maior debetur fides, quanto super omnes est magnus, cui uni soli sacrificandum præcipiunt?

Libro XI. de ciuitate dei, Cap. I

Sacrã scripturã super omnes omnium gentium literas esse.

Psalm. 86.

Ciuitatem dei dicimus, cuius ea scriptura testis est, quæ non fortuitis motibus animorum, sed planè summæ dispositione prouidentiæ, super omnes omnium gentium literas, omnia sibi genera ingeniorum humanorum diuina excellens auctoritate subiecit. Ibi quippe scriptum est, Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei.

Cap. III. ibidem.

Hebræor. Scriptura canonica eminentissimæ est auctoritatis.

Hic prius per Prophetas, deinde per seipsum, postea per Apostolos, quantum satis esse iudicauit, locutus, etiam scriptura condidit, quæ canonica nominatur, eminentissimæ auctoritatis, cui fidem habemus de his rebus, quas ignorare non expedit, nec per nos ipsos nosse idonei sumus.

Cap. XIX. in eodem.

Sermonis diuini obscuritas ad quid utilis.

Quàmuis itaq; diuini sermonis obscuritas, etiam ad hoc sit utilis, quòd plures sententias ueritatis parit, & in lucem notitiæ perducit, dum alius eum sic, alius sic intelligit: ita tamen quòd in obscuro loco intelligitur, ut uel attestatione rerum manifestarum, uel alijs locis minimè dubijs asseratur, siue cum multa tractantur, ad id quoq; perueniatur, quod sensit ille, qui scripsit: Siue id lateat, sed ex occasione tractandæ profundæ obscuritatis, alia quædam uera dicantur. Non mihi uidetur ab operibus dei absurda sententia, si cum lux illa prima facta est, angeli creati intelligantur, inter sanctos angelos & immundos fuisse discretum, ubi dictum est: Et diuisit deus inter lucem & tenebras, & uocauit deus lucem diem, & tenebras uocauit noctem.

Genes. 1.

Lib. XII. Cap. X.

Totũ orbẽ sacræ scripturæ credere.

Porrò si hæc epistola Alexandri Magni, quæ maximè innotuit, multum abhorret in spatijs temporum à probabili fide rerum, quanto minus credendum est illis literis, quas plenas fabulosis uelut antiquitatibus proferre uoluerunt, contra auctoritatem notissimorum diuinorumq; librorum, quæ totum orbem sibi crediturum esse prædixit, & cui totus orbis, sicuti ab ea prædictum est, credidit, quæ uera se narrasse præterita, ex his quæ futura prænunciauit, cum tanta ueritate implentur ostendit.

Lib. XV. de ciuitate dei, Cap. XXIII.

Scripturarũ apocryphar um fabulæ omittendæ.

Iudæ 1.

Omittamus igitur earum scripturarum fabulas, quæ apocryphæ nuncupantur, eo quòd earum occulta origo non claruit patribus, à quibus usque ad nos auctoritas ueratum scripturarum certissima & notissima successione peruenit. In his autem apocryphis, & si inuenitur aliqua ueritas, tamen propter multa falsa, nulla est canonica auctoritas. Scripsisse quædam nonnulla diuina Enoch illum septimum ab Adam, negare non possumus, cum hoc in epistola canonica Iudas apostolus dicat. Sed non frustra non sunt in eo canone scripturarum, qui seruabatur in templo Hebræi populi, succedentium diligentia sacerdotum. Cur autem hoc, nisi quia ob antiquitatem suspectæ fidei iudicata sunt, nec utrum hæc essent, quæ ille scripsisset, poterat inueniri, non talibus proferentibus, qui ea per seriem successionis reperirentur ritè seruasse.

Libro XIX. Cap. XVIII.

Ex scripturis sanctis fides concepta est. Abacuc 2. 2. Corin. 5

Credit etiam scripturis sanctis, & ueteribus, & nouis quas canonicas appellamus, unde fides ipsa concepta est ex qua iustus uiuit, per quam sine dubitatione ambulamus quàmdiu peregrinamur à domino, qua salua atq; certa de quibusdam rebus, quas neq; sensu, neq; ratione percipimus, neq; nobis per scripturam canonicam claruerunt, nec per testes, quibus non credere absurdũ est, in nostram notitiam peruenerunt, sine iusta reprehensione dubitamus.

Sermon. CXIX. de tempore.

Si quis aliquas scripturas præter sacram scripturam auctoritatẽ habere crediderit, anathematizandus est.

Si quis aliquas scripturas præter eas, quas catholica Ecclesia recepit, uel auctoritatem habendas esse credidederit, uel fuerit ueneratus, anathema sit.

De verbis Domini secundum Matthæum, Serm. XX.

De sacræ scripturæ ueritate.

Fratres mei, obsecro uos, attendite scripturas sanctas, si aliquid fefellerunt, si aliquid dixerunt, & aliter accidit quàm dixerunt. Necesse est, ut usque in finem sic fiat, quemadmodum dixerunt.

Ad Volusianum, Epist. I.

Apostolorum epistolæ multũ ad cognoscendas uarias prophetas.

Hortor ut ualeo, ut literarum uerè certè q; sanctarum studio te curam non pigeat impendere. Syncera enim & solida res est, nec ficatis eloquijs ambit ad animum, nec ullo linguæ tectorio inane aliquid ac pendulum increpitat. Multum mouet, non uerborum, sed rerum auidum, & multum terret factura securum. Præcipuè Apostolorum linguas exhortor ut legas: Ex his enim ad cognoscendos Prophetas excitaberis, quorum testimonijs utuntur Apostoli &c.

Ad eundem, Epist. III.

Tanta

Sacrarum scripturarũ profũditas.

Tanta est enim Christianarum profunditas literarum, ut in eis quotidie proficerem, si eas solas ab ineunte puericia usq; ad decrepitam senectutem maximo otio, summo studio, meliore ingenio conarer addiscere. Non quo ad ea quæ necessaria sunt saluti, tanta in eis perueniatur difficultate, sed cum quisq; ibi fidem tenuerit, sine qua pie recteq; non uiuitur, tam multa, tamq; multiplicibus mysteriorum uocabulis & umbraculis opaca intelligenda proficientibus restant, tantaq; non solum in uerbis, quibus ista dicta sunt, uerumetiam in rebus quæ intelligendæ sunt latet altitudo sapientiæ, ut annosissimis, acutissimis, flagrantissimis cupiditate discendi hoc contingat, quod eadem scriptura quodam loco habet, Cum consumauerit homo, tunc incipit &c.

Eccles. 18.

In eadem Epistola circa finem.

Matth. 22.

Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & proximum tuum tanquàm te ipsum. Hic Physica, quoniam omnium omnes naturarum caussæ in deo creatore sunt. Hic Ethica, quoniam uita bona & honesta, non aliunde formatur, quàm cum ea, quæ diligenda sunt, quemadmodũ diligenda sunt, diliguntur, hoc est, deus & proximus. Hic loica, quoniam ueritas lumenq; rationalis animæ non nisi deus est. Hic etiam laudabilis reipublicæ salus. Neq; enim conditur & custoditur optima ciuitas, nisi fundamento & uinculo fidei, firmæq; concordiæ, cum bonum commune diligitur, quod summum ac uerissimum deus est, atq; in illo inuicem syncerissimè se diligant homines, cum propter illum se diligant, cui, quo animo diligant, occultare non possunt.

Ciuitas nõ custoditur, nisi uinculo fidei.

Post pauca ibidem.

Inspice itaq; modum epistolarum Apostolicarum, uel eorum etiam, qui illa diuina eloquia tractauerunt, & non pigeat te uel multa quærenda proponere, si multa te mouent, uel aliquando diutius uersari quod quæris, ut quantum fieri per tales, quales sumus potest, non remaneat dubitationis nubilum, quod obstet luminu ueritatis. Scio enim excellentiam tuam, quorundam perpetuo obstinatissimas contradictiones, qui propterea putant, uel putari uolunt, Christianam doctrinam utilitati non conuenire reipublicæ, quia nolunt stare rempublicam, firmitate uirtutum, sed impunitate uitiorum. Non autem sicut regi homini, uel cuilibet principi ciuitatis, ita etiam deo quicquid á multis peccatur inultum est. Misericordia uero eius, & gratia prædicata hominibus per hominem Christum, impertita autem per deum, deiq; filium eundem ipsum Christum, non deserit eos qui ex fide uiuunt, eumq; pie colunt, siue mala huius uitæ patienter fortiterq; experiantur, siue bonis eius misericorditer, ac temperanter utantur, æternum pro utroq; præmium recepturi, in ciuitate superna atque diuina, ubi iam non sit molestè toleranda calamitas, nec laboriosè frenanda cupiditas, sed sola sine ulla difficultate, & perfecta libertate retinenda dei & proximi chari-

Christianã doctrinã utilitati reipu. conuenire quidã negant.

Ad beatum Hieronymum, Epistola VIII.

Mihi enim uidetur exitiosissimè credi aliquod in libris sanctis esse mendatium, id est, eos homines, per quos nobis illa scriptura ministrata est atq; conscripta, aliquid in libris suis fuisse mentitos.

In libris sanctis credere esse mendatium exitiosissimũ est.

Ad eundem, Epistola XIX.

Ego enim fateor charitati tuæ, solis eis scripturarum libris, qui iam canonici appellantur, didici hunc timorem honoremq; deferre, ut nullum eorum auctorem scribendo aliquid errasse firmissimè credam. Ac si in eis offendero literis, quòd uideatur contrarium ueritati, nihil aliud quàm uel mendosum esse codicem, uel interpretem non adsecutum esse quod dictum est, uel me minimè intellexisse non ambigam. Alios autem ita lego, ut quantalibet sanctitate doctrinaq; præpolleant, non ideo uerum putem, quia ipsi ita senserunt: Sed quia mihi uel per illos auctores canonicos, uel probabili ratione, quòd à uero non abhorreat, persuadere potuerunt. Nec te mi frater sentire aliquid aliud existimo: Prorsus inquam, non te arbitror sic legi tuos libros uelle tanquàm prophetarum uel Apostolorum, de quorum scriptis dubitare nepharium est.

Sacrarũ literarum auctores non errasse firmissime credendum.

De scriptis Apostolorũ & prophetarũ dubitare nepharũ est.

Ad Vincentium Donatistam, Epistola XLVIII.

Noli frater contra diuina tam multa, tam clara, tam indubitata testimonia colligere uelle calumnias ex episcoporum scriptis, siue nostrorum, siue Hilarij, siue anteq; pars Donati separaretur ipsius unitatis, sicut Cypriani & Agrippini. Primo quia hoc genus literarum ab auctoritate canonis distinguendum est. Non enim sic legunt, tanquàm ita ex eis testimonium proferatur, ut contra sentire non liceat, sicubi forte aliter sapuerint quàm ueritas postulat. In eo quippe numero sumus, ut non dedigmur etiam nobis dictum ab Apostolo accipere: Et si quid aliter sapitis, id quoq; deus uobis reuelauit. Verumtamen in id quod peruenimus, in eo ambulemus, in illa uia scilicet, quæ est Christus. De qua uia ita Psalmus loquitur, Deus misereatur nostri, & benedicat nobis, illuminet uultum suum super nos, ut cognoscamus in terra uiam tuam in omnibus gentibus salutare tuum.

Sanctorum scripta ab auctoritate canonis distinguenda. Philip. 5.

Psalm. 66.

Ad Iulianum, Epistola CXI.

Omnis enim sanctorum librorum series, ad nostram salutem scripta est, & hoc maximè auribus nostris intonat, & iterum atque iterum replicat, quid sit omni homini cauendum, uel quid sequendum. In quibus libris tua dignitas optimè exerescere solet, quia per illos nobis loquitur ipse deus & dominus noster, & piæ uoluntatis nobis demonstrat effectum. Recognoscamus & recogitemus quali honore nobis illius legatio sit accipienda. Quid si à rege legatio, aut in diluculo ad nos ueniret, nunquid non mox alijs curis posthabitis, prompta uoluntate, & cum omni deuotione literas acciperemus, & legentes implere

Sacra scriptura cum reuerentia & honore legenda & accipienda.

implere satagerenus? Et ecce de cœlo cœlorum: Rex regum & dominus dominantium, imò & redemptor noster, per Prophetas & Apostolos dignatus est nobis dirigere literas suas, non ut aliquod seruitium sibi necessariũ nobis demandet, sed quæ ad salutem & gloriam nobis, p desse possint innotescat.

In Psalmum. LXXI.

Omnes enim promissiões dei in Christo firmatæ sunt quando in illo impletum est, quicquid pro salute nostra prophetatum est. Nam summa montium, scripturarum diuinarum auctores, id est, per quos ministratæ sunt, intelligere conuenit, in quibus utiq; ipsa est firmamentum. Quoniam ad illum omnia quæ diuinitus scripta sunt referuntur. Hoc aũt in terra esse uoluit, quia propter eos q̃ in terra sunt, illa conscripta sunt. Vnde & ipse in terrã uenit ut ea cuncta firmaret, id est, in se monstraret impleri: Oportebat enim inquit impleri omnia, quæ scripta sunt in lege & Prophetis & Psalmis de me &c.

Ad Christũ omnia quæ diuinit⁹ scripta sunt referuntur.

Luc. 24

In præfatione Psalmi. CXL.

Sunt in scripturis sanctis profunda mysteria, quæ ad hoc absconduntur ne uilescant, ad hoc quæruntur ut exerceant, ad hoc aperiuntur ut pascant. Quicquid ergo salubriter mente concipitur uel ore profertur, uel de qualibet pagina diuina exculpitur, non habet finem nisi charitatem.

Mysteria sacræ scripturæ ad hoc abscondũtur ne uilescant.

Libro I. de consensu Euangelistarum, Cap. I.

Inter omnes diuinas auctoritates quæ sanctis literis continentur, Euangelium merito excellit. Quod enim lex & Prophetæ futurum prænunciauerunt: hoc redditum atq; completum in Euangelio demonstratur. Cuius primi prædicatores Apostoli fuerunt, qui dñm Iesum et saluatorem nostrum Christum etiam præsentem in carne uiderunt.

Euangeliũ merito, authoritates omnes, aliarum scripturarum ante cellit.

Libro II. Contra Donatistas de baptismo. Cap. III.

Quis autem nesciat sanctam scripturam canonicam tam ueteris quam noui testamenti, certis suis terminis cõtineri, eamq; omnibus posteribus episcoporum literis ita præponi, ut de illa omnino dubitari & disceptari nõ possit: utrum uerum, uel utrum rectum sit, quicquid in ea scriptum esse constiterit &c.

Sacra scriptura omnibus episcoporum literis præponenda.

In Epist. III. ad Volusianum.

Modus autem ipse dicendi, quo sacra scriptura contexitur, quamuis omnibus accessibilis, tamen paucissimis penetrabilis, ea quæ aperta continet quasi amicus familiaris, sine fuco ad cor loquitur indoctorum atq; doctorũ, ea uero quæ in mysterijs occultat, nec ipse eloquio superbo erigit, quo non audeat accedere mens tardiuscula et in erudita, quasi pauper ad diuitem, sed inuitat omnes humili sermone, quos non solum manifesta pascat, sed etiam secreta exerceat ueritate, hoc in promptis quod in recõditis habens, sed ne aperta fastidirentur, eadem rursus opta desiderentur, desiderata quodãmodo renouantur, renouata suauiter intimantur. Hic salubriter & praua corriguntur, & praua nutriuntur, & magna oblectantur ingenia. Ille huic doctrinæ inimicus est animus qui uel errando eam nescit esse saluberrimam, uel odit ægrotando medicinam.

Mod⁹ dicẽ di q̃ sacra scriptura contexitur omnibus accessibilis, paucis penetrabilis est.

Lib. I. de Doctrina Christiana. Cap. XXXV.

Omnium igitur quæ prædicta sunt, ex quo de rebus tractamus, hæc summa est, ut intelligatur legis & omnium diuinarum scripturarum plenitudo & finis esse, dilectio rei qua fruendum est, & rei quæ nobiscũ ea re frui potest, quia ut se quisq; diligat, præcepto non est opus.

Plenitudo & finis diuinarum scripturarũ dilectio est. Roman. 13

Cap. XXXIX.

Homo itaq; fide, spe & charitate subnixus, eaq; in cõscisse retinens, non indiget scripturis nisi ad alios instruẽdos. Itaq; multi per hæc tria etiam in solitudine sine codicibus uiuunt. Vnde in illis arbitror completum esse qd dictum est, siue Prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur.

Homo fide spe & charitate subnixus non indiget scripturis, nisi ad alios instruendos. 1. Corin. 13

Cap. XL.

Quapropter cum quisq; cognouerit finem præcepti esse charitatem, de corde puro & conscientia bona & fide non ficta, omnem intellectum diuinarum scripturarũ ad ista tria relaturus, ad tractationem illorum librorum securus accedat.

1. Timo. 1 Quis ad sacrarum scripturarũ tractationẽ accedere debeat.

Lib. II. de Doctrina Christiana. Cap. V.

Ex quo factum est, ut etiam scriptura diuina qua tãtis morbis humanarum uoluntatum subuenitur, ab una lingua profecta quæ oportune potuit, per orbem terrarũ disseminari, per uarias interpretum linguas, longe lateq; diffusa, innocesceret gentibus ad salutem, qua legentes nihil aliud appetunt, quàm cogitationem uoluntatemq; illorũ à qbus cõscripta est inuenire, & p illas uoluntatẽ dei secundum quam tales hoĩes locutos esse credimus.

Voluntas dei in sacra scriptura reperitur.

Cap. VI. Ibidem

Sed multis & multiplicibus obscuritatibus & ambiguitatibus decipiuntur, qui timore legunt, aliud p alio sentientes, quibusdã aũt locis qd uel falso suspicẽtur non inueniunt. Ita obscure quædam dicta densissimam caliginem obducunt. Quod totum, puisum diuinitus esse non dubito, ad domandam labore superbiam, & intellectum à fastidio reuocãdum, cui facile inuestigata plerumq; uilescunt. Magnifice igitur & salubriter spiritus sanctus ita scripturas sanctas modificauit, ut locis apertioribus fami occurreret, obscurioribus autem fastidia detergeret. Nihil enim ferè de illis obscuritatibus eruitur, quod nõ planissime dictum alibi reperiatur.

Sacra scriptura nõ temere legenda.

Cap. VIII.

In canonicis aũt scripturis, ecclesiarum catholicarũ q̃ plurium auctoritatẽ sequatur, inter quas sane ille sunt quæ Apostolicas sedes habere & Epistolas accipere meruerũt. Tenebit igitur hunc modum in scripturis canonicis: Vt eas quæ ab oĩbus accipiuntur ecclesijs catholicis, præponat eis

Sacra scriptura quæ ab omnib⁹ recipitur catholicis ecclesijs cæteris præponitur.

nat eis quas quædã nõ accipiunt. In eis uero quæ nõ accipiuntur ab oĩbus, præponat eas quas plures grauioresq; accipiunt, & quas pauciores minoresq; auctoritatis ecclesiæ tenent. Si autem alias inuenerit à pluribus, alias à grauioribus haberi, quamq̃ hoc inueniri non poßit, æqualis tamen auctoritatis, eas habendas puto.

Cap. IX. Ibidem.

In facræ scripturæ libris timentes deum uoluntatẽ dei quærunt

In his omnibus libris nempe sacræ scripturæ, timentes deum & pietate mansueti quærunt uoluntatem dei.

Cap. XI.

Lĩguarum cognitio multum natter ad sacrarum scripturarum intellectum.

Contra ignota signa ꝓpria sacrarum scripturarum, magnum remedium est linguarum cognitio. Et latine qdẽ linguæ homines, quos nunc instituendos suscepimus, & duabus alijs ad scripturarum diuinarum cognitionẽ habent opus, hebræa scilicet & græca, ut ad exemplaria præcedẽtia recurratur, si quam dubitationẽ attulerit Latinorum interpretum infinita uarietas, quamq̃ & hebræa uerba non interprætata sepe inueniamus in libris, sicut, Amen, Alleluia, & Racha, & Osanna, & si quæ sunt alia. Quorum partim propter sanctiorem auctoritatẽ, quis interprætari potuisset, seruata est antiqtas, sicut est Amen, & Alleluia. Partim uero in aliã linguam trãsferri nõ potuisse dicuntur, sicut alia duo quæ posuimus. Sed nõ ꝓpter hæc pauca, quæ notare atq; interrogare facillimum est, sed propter diuersitates, ut dictum est interpretum, illarum linguarum est cognitio necessaria. Qui enim scripturas ex hebræa lingua, in græcum uerterunt linguã, numerari possunt, latini aũt interpræ tes nullo modo. Vt enim cuiq; primis fidei tẽporibus in manus uenit Codex græcus, & aliquãtulũ facultatis sibi met utriusq; linguæ habere uidebatur, ausus ẽ ĩterpretari.

Cap. XXVIII. eodem lib.

Historia etiam propter ordinem tẽporum adiuuat nos ad sanctos libros intelligendos.

Quicquid igitur de ordine temporum trãsactorum indicat ea quæ appellatur historia, plurimum nos adiuuat ad sanctos libros intelligendos, etiã si præter ecclesiã puerili eruditione discatur. Nã & ꝑ Olympiadas & ꝑ cõsulum nomina, multa sepe quæruntur à nobis, & ignorãtia cõsulatus quo natus est dominus, uel quo passus est nonnullos coëgit errare, ut putarent. 46. annorum ætate passum esse dominum, qa ꝑ tot annos ædificatum esse tẽplum dictum est à Iudæis, quod imagnem dominici corporis habebat. Et annorum quidã ferẽ triginta baptizatũ esse retinemus actoritate Euangelica. Sed postea quos annos in hac uita egerit, quamq̃ textu ipso actionem eius animaduertã poßit, tamen ne aliunde caligo dubitationis oriatur, de historia gentium collata cum Euangelio, liquidius certiusq; colligitur.

Iohan. 2

Luc. 3

Lib. III. de Doctrina Christiana. Cap. V.

Figurata locutio ad literam nõ intelligenda. 2. Corin. 3

Nã in principio cauẽdum est, ne figuratã locutionẽ ad literã accipias. Et ad hoc enim ꝑtinet quod ait Apostolus: Litera occidit spiritus aũt uiuificat. Cum enim figurate dictum sit accipitur, tanq̃ ꝓprie dictum sit, carnaliter sapitur. Neq; ulla mors animæ cõgruẽtius appellatur, quam cum id etiã, quod in ea bestias antecellit, hoc est intelligentia carni subijcitur sequẽdo literã. Ea demum est miserabilis animæ seruitus, signa pro rebus accipere, & supra creaturam corpoream oculum mentis ad hauriendum æternum lumen leuare non posse.

In eodem. Cap. X.

Sacra scriptura nihil præcipit nisi charitatẽ, culpat nihil nisi cupiditatem.

Sed quoniã ꝓcliue est humanum genus non ex momentis ipsius libidinis, sed potius suæ cõsuetudinis æstimare peccata, fit plerumq; ut quisq; hominum ea tãtum culpãda arbitretur, quæ suæ regionis & temporis homines, uituperare atq; dãnare cõsueuerunt, & ea tãtum ꝓbanda atq; laudãda, quæ cõsuetudo eorum cum qbus uiuit admittit, eoq; cõtingit, ut si quid scriptura, uel præceperit qd abhorret à cõsuetudine audientiũ, uel quod non abhorret culpauerit, si animum eorum iã uerbi uinxit auctoritas figuratã locutionẽ putent. Nõ aũt præcipit scriptura nisi charitatem, nec culpat nisi cupiditatẽ, & eo modo informat mores hominum. Itẽ si animum præoccupauit alicuius erroris opinio, quicquid aliter asseruerit scriptura, figuratum homines arbitrantur. Non aũt asserit nisi catholicam fidẽ, rebus præteritis & futuris et præsentibus.

Cap. XXVIII.

Scriptura tuto scrutãda est.

Per scripturas enim diuinas multotutius ambulatur, quas uerbis translatis occupatas cum scrutari uolumus, ut aut hoc inde exeat quod non habeat controuersiã, aut si habet, ex eadem scriptura ubicunq; inuentis atq; adhibitis eius testibus terminetur.

Libro IIII. de Doctrina Christiana. Cap. XVI.

Studio sacræ scripturæ inniten dum. Matth. 6.

Quisquis autem dicit non esse hominibus præcipiendum, quid uel quemadmodum doceant, si doctores sanctus efficit spiritus, potest dicere, nec orandum nobis esse, quia dominus ait: Scit pater uester, quid uobis necessarium sit priusq̃ petatis ab eo. Aut Apostolum Paulum Timotheo & Tito non debuisse præcipere, quid uel quẽadmodum præciperent alijs. Quas tres Apostolicas Epistolas ante oculos habere debet, cui est in ecclesia doctoris persona imposita. Nonne in prima ad Timotheum legitur, annuncia hæc & doce? Quæ autem sint supra dictum est. Nonne ibi est, seniorem ne increpaueris, sed obsecra ut patrem? Nonne in secunda ei dicitur: Formã habe uerborum sanorum quæ à me audisti? Nonne ibi ei dicitur: Satis age te ipsum probabilem operarium exhibẽs deo, non erubescentem uerbum ueritatis rectè tractantẽ? Ibi est & illud, prædica uerbum, insta importune, argue, obsecra, increpa, in omni longanimitate et doctrina. Itẽq; ad Titum, nonne dicit episcopum iuxta doctrinam fidelis uerbi perseuerantem esse debere, ut potens sit in doctrina sana & contradicentes redarguere? Ibi etiam dicit, tu uero loquere quæ decent sanam doctrinã, senes sobrios esse, & quæ sequuntur, ibi & illud, hæc loquere & exhortare, & increpa cum omni imperio, nemo te contemnat, admone illos principibus & potestatibus subditos esse &c. Quid ergo putamus? Numqd cõtra seipsum sentit

1. Timo. 4
1. Timo. 5
2. Timot. 2
2. Timo. 4
Titum. 1
Tit. 1. & 2

sentit Apostolus, qui cum dicat doctores operatione fieri spiritus sancti, ipse illis præcipit quid & quemadmodum doceant? An intelligendum est & hominum officia, ipso sancto spiritu largente in docendis etiam ipsis doctoribus non debere cessare, et tamē neq; qui plantat esse aliquid, 1. Corin. 3. neq; qui rigat, sed deum qui incrementum dat? Vnde ipsis quoq; ministris sanctis hominibus, uel etiam sanctis angelis operantibus nemo rectè discit quæ pertinent ad uiuendum cum deo, nisi fiat à deo docilis, cui dicitur in Psalmo. Psalm. 42 Doce me facere uoluntatem tuam, quia tu es deus meus, unde & ipsi Timotheo idem dicit Apostolus, loquens uti q; ad discipulum doctor: Tu autem perseuera in his quæ didicisti, & credita sunt tibi, sciens à quo didiceris. Sicut enim corporis medicamenta, quæ hominibus ab hominibus adhibentur, non nisi eis prosunt, quibus deus operatur salutem, qui & sine illis mederi potest, cum sine ipso illa non possint, & tamen adhibentur, & si hoc officiose fiat, inter opera misericordiæ, uł beneficentiæ deputatur, ita & adiumenta doctrinæ, tunc prosunt aīæ adhibita p hominem, cum deus operatur ut psint, q potuit Euangelium dare hoi, etiā non ab hominibus neq; p hominem.

Lib. II. de Doctrina Christiana. Cap. VIII.

Canon sacræ scripturæ quib⁹ libris contineatur.

Totus autem canon scripturarum in quo istam consideration em uersandam dicimus, his libris continetur: Quinq; Moyseos, id ē Genesi, Exodo, Leuitico, Numeri, Deuteronomio, & uno libro Iesu Naue, uno Iudicum, uno libello qui appellatur Ruth, qui magis ad regnorū principia uidetur pertinere, deinde quattuor regnorum, & duobus Paralipomenon nō consequentibus: Sed quasi á latere adiunctis simulq; pergentibus. Hæc est historia, quæ sibimet annexa tempora cōtinet, atq; ordinē rerum. Sunt aliæ tanq̄ ex diuerso ordine, quæ neq; huic ordini, neq; inter se cōnectuntur, sicut est Iob & Tobias & Hester & Iudith, & Machabeorū libri duo, & Esdræ duo, qui magis subsequi uidentur ordinatam illam historiam, usq; ad regnorum uel Paralipomenon terminatam, Deinde Prophetæ, in quibus Dauid unus liber Psalmorū, & Salomonis tres, Prouerbiorum, Cantica canticorum, & Ecclesiastes. Nam illi duo libri unus qui Sapientia, et alius qui Ecclesiasticus inscribitur, de quadam similitudine Salomonis esse dicūtur: Nam Iesus filius Sirach eos scripsisse constantissime perhibetur. Qui tamen quoniā in auctoritatem recipi meruerunt, inter propheticos numerādi sunt. Reliqui sunt eorum libri, qui proprie pphetæ appellati sunt: Duodecim Prophetarū libri singuli, q connexi sibimet, quoniam nunq̄ seiuncti sunt pro uno habentur: Quorum Prophetarum nomina sunt hæc, Oseæ, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Abacuc, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias. Deīde quattuor Prophetæ sunt maiorum uoluminum, Esaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel: His quadraginta quattuor libris ueteris testamenti terminatur auctoritas. Noui autem quatuor libris Euangelij secundum Matthæum, Marcum, Lucam, Ioānem, quattuordecim Epistolis Pauli Apostoli, ex Petri duabus, tribus Ioannis: Vna Iudæ & una Iacobi, actibus Apostolorum libro uno, & Apocalipsis Ioannis libro uno.

DE VERITATE VERBI DEI ET AVDITV eiusdem.

In Prologo librorum de Doctrina Christiana.

Iam uero eorum qui diuino munere exultant, & sine talibus præceptis qualia nūc tradere instituis, se sanctos libros intelligere atq; tractare gloriantur, & propterea superflua uoluisse me scribere existimant, sic est lenienda commotio, ut quamuis magno dei munere iure lætētur, recordentur se tamen per homines didicisse uel literas: Nec propterea sibi ab Antonio sancto & perfecto uiro Aegyptio monacho insultari debere, qui sine ulla scientia literarum scripturas diuinas, & memoriter audiendo tenuisse, & prudenter cogitando intellexisse prædicatur: Aut ab illo seruo Barbaro Christiano, de quo à grauissimis, fideq; dignissimis uiris nuper accepimus, qui literas quoq; ipsas nullo docente homine in plenam notitiam orando, ut sibi reuelarentur accepit, triduanis præcibus impetrans, ut etiam codicem oblatum stupentibus qui aderant legendo percurreret. At si hæc quisq; falsa arbitretur, nō ago pugnaciter. Cert enim quoniam cum Christianis nobis res est, qui se scripturas sanctas sine duce homine gaudent nosse, & si ita est, uero & non mediocri gaudent bono: Concedant necesse est unumquemq; nostrum & ab ineunte pueritia cōsuetudine audiendi linguam suam didicisse, et aliam linguam uel græcam, uel hebræam, uel quamlibet cæterarum, aut similiter audiendo, aut p hominem præceptorem accepisse. Iam ergo si placet, moneamus omnes fratres, ne paruulos suos ista doceant, q a momento uno temporis, adueniente spiritu sancto, repleti Apostoli omnium gentium linguis locuti sunt, aut cui talia non prouenerint, non se arbitretur esse Christianum, aut spiritum sanctum se accepisse dubitet: Imò uero & quod per hominem discendum est, sine superbia discat, et per quem docetur alius sine inuidia tradat quod accepit. Neq; tentemus eum cui credidimus, ne talibus inimici uersutijs & peruersitate decepti, ad ipsum quoq; Euangelium audiendum atq; discendum nolimus ire in ecclesias, aut codicem legere aut legentem prædicantemq; hominem audire, & expectemus rapi usq; in tertium cœlum siue in corpore, siue extra corpus, sicut dixit Apostolus & ibi audire ineffabilia uerba quæ non licet homini loqui, aut ibi uidere dominum Iesum Christum, & ab illo potius, quàm ab hominibus audire Euangelium. Cauea- 2. Corin. 12
mus tales tētatiōes superbissimas & periculosissimas, magisq; cogitemus & ipsum Apostolum Paulum, licet diuina & cœlesti uoce prostratum et instructum, ad hoiem

Actō. 2 Quod per hominē discendum est sine superbia discat homo.

Actō. 9

tamen missum esse, ut sacramenta perciperet & copulare tur ecclesiæ. Et centurionem Cornelium q̃is exauditas orationes eius elemosinasq; respectas ei, angelus nunciauit: Petro tamen traditum imbuẽdum, p quẽ non solũ sacramenta perciperet, sed etiã qd credẽdum, qd sperandum, qd diligendum esset audiret. Et poterant utiq; omnia p angelum fieri, sed abiecta esset humana cõditio, si p homines hominibus uerbum suum deus ministrare nolle uideretur. Quomodo enim uerum esset quod dictum est: Tẽplum enim dei sanctum est quod estis uos, si deus de humano templo, respõsa non redderet, & totum quod discendum hominibus tradi uellet, de cœlo atq; per angelos psonaret? Deinde ipsa charitas, quæ sibi inuicẽ homines nodo unitatis astringit nõ haberet aditum refundẽdorũ, & quasi miscẽdorum sibimet animorum, si homines per homines nihil discerent. Et certe Spadonẽ illum, q Esaiã Prophetam legens nõ intelligebat, neq; Apostolus ad angelum misit, nec p angelum ei quod nõ intelligebat exposuit, aut diuinitus in mente sine hominis ministerio reuelatum est: Sed potius suggestione diuina missus est ad eũ, seditq; cum eo Philippus, q nouerat Esaiã Prophetam, eiq; humanis uerbis & lingua quod in scriptura illa tectum erat aperuit. Nonne cum Mose deus loquebatur, et tamen cõsilium regendi atq; administrãdi tã magni populi, à socero suo alienigena scilicet homine, & maxime prouidus & minime superbus accepit? Nouerat enim ille uir, ex quacunq; anima uerum consilium processisset, nõ ei sed illi q est ueritas incõmutabili deo tribuendũ esse. Postremo q̃squis se nullis præceptis instructum, diuino munere, quæcũq; in scripturis sanctis obscura sunt intelligere gloriatur: Benè quidẽ credit, & uerum est nõ esse illã suã facultatẽ quasi ex seipso existentẽ, sed diuino munere traditã: Ita enim dei gloriã quærit non suam.

Actо.10 Cornelius Petro traditur imbuendus.

1. Corin. 3

Actо.8 Spado a Philippo instruitur.

Exo.18

II. Lib. de simbolo ad Catechuminos, Cap. I.

Verbũ dei comperens aiæ cibus.

Accipite itaq; uos q fidẽ desideratis uerbum dei, tanq̃ cõpetentẽ cibum, ex quo uobis dominus operetur incrementum. Nondum quidẽ adhuc p sacrum baptismum renati estis sed p crucis signum in utero sanctæ matris ecclesiæ iã cõcepti estis. Agat itaq; hæc mater cõgruis alimentis, prius pascere quod portat: Vt post partum lætetur se tales suscepisse quos spiritaliter nutriat.

De Vera innocentia. Cap. CCCLI.

Verbis Euangelij uita debet esse consona.

Bonus odor Christi est prædicatio ueritatis, quo odore uitã capit, q Euangelio bonis opibus seruit & cõgruit. Mortẽ aũt incurrit, omnis q ab his quæ benè loqtur, uita dissentit quæ cõditio, & auditores cõstringit, cũ recta prædicatio ab his p incredulitatẽ auditur in mortẽ, ab alijs p fidem suscipitur in salutem.

Cap. CXCIII.

Verbi auditor animalis ruminãti debet esse similis.

Auditor uerbi similis debet esse animalibus, qui ob hoc quod ruminant munda esse dicuntur, & non pigeat cogitare de his quæ in aluo cordis accepit, & cum audit sit similis edenti, cum uera audita in memoriam reuocat, sit similis ruminanti.

Cap. CLXXX.

Veritas multis odiosa est.

Beata uita est gaudium de ueritate quod deus est sed multis ueritas odiosa est, quam audire uolunt docentem, & nolentes falli, uolunt mendatia sua ueritatem uideri: Quibus iustè retribuitur, ut ipsi ueritatem non lateant, ipsos autem lateat ueritas.

In Euangeliũ Ioannis, Tract. XLII.

Verbũ dei hominí esse debet ut pisci hamus.

Quid est ergo sermo meus nõ capit in uobis? non capit cor uestrum, q̃a nõ recipitur à corde uestro, sic enim est sermo dei, & sic esse debet fidelibus tã q̃ pisci hamus. Tunc capit quando capitur, nec fit iniuria illis qui capiũtur, ad salutem quippe non ad pnitiem capiuntur.

Iohan. 8

Ad Hieronimum Epist. XXVIII.

Docet deum etiam p ministros hominnes, quæ sunt agẽda hominibus.

Me potius magistrum audire, quam ueluti magistrũ delectat audiri. Recolo enim quid dixerit eis quos præcæteris elegit: Vos autem inquit nolite uocari ab hominibus Rabbi, unus enim est magister uester Christus. Nec alius docuit Moysen p Ietro, nec Cornelium etiam per priorem Petrum, nec alius Petrum etiam per posteriorẽ Paulum. A quocunq; enim uerum dicitur, illo donante dicitur quæ est ipsa ueritas.

Exo. 18
Actо. 10
Matth. 23
Gala. 2

Ad Circenses Epist. CXXX.

Prædicatores foris psonant deo autem intus operatur.

Si id quod in uestra ciuitate nos grauiter contristabat, absumptũ est: Si duritia cordis humani resistens manifestissime & quodãmodo publice ueritati ui eiusdẽ ueritatis euicta est: Si sapit dulcedo pacis unitatisq; charitas, & non iam reuerberat oculos saucios, sed sanos illustrat ac uegetat, non sunt hæc opera nostra sed dei: Non hæc humanis operibus omnino tribuerem, nec si cũ apud uos essemus tanta conuersio multitudinis nobis loquentibus & hortantibus proueniret. Hoc agit ille & efficit, qui per ministros suos rerum signis extrinsecus admonet, rebus autem ipsis per seipsum intrinsecus docet. Nec ideo pigrius moueri nos oportet ad uisendos uos, quoniam quicquid in uobis laudabile est factum, non à nobis, sed ab illo factum est q facit mirabilia solus. Multo enim alacrius debemus accurrere ad spectanda opera diuina q̃ nostra, quia & nos si quid boni sumus, nõ hominum sed opus illius sumus. Vnde Apostolus dixit: Neq; qui plantat, est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Xenocrates Palemonem ut scribitis, & nos ex illius literis recordamur, de fruge temperantiæ disputando, non solum æbriosum, uerum & tunc ebrium ad mores alios repente conuertit. Quamq̃ ergo ille, sicut prudenter et ueraciter intellexistis non deo fuerit acquisitus, sed tantum à dominatu luxuriæ liberatus, tamen ne idipsum quidem quod melius in eo factum est: humano operi tribuerimus, sed diuino. Ipsius nanq; corporis quod est infimum nostrum, si qua bona sunt, sicut forma & uires et salus, & si quid eiusmodi est: non sunt nisi ex deo creatore ac perfectore naturæ. Quanto magis animi bona donare nullus alius potest.

1. Corin. 3

In Psalmum.LXI.

veritas uincĩ nõ potest

Occultari potest ad tempus ueritas unici non potest. Florere potest ad tẽpus iniquitas, permanere nõ potest. Nolite igitur sperare super iniquitatem.

In Psalmum.CXVIII.

Psalm.118

Lucerna pedibus meis uerbum tuum & lumẽ semitis meis: Quid est hoc uerbum, quod ita lumen dicitur, ut lucerna sit, ait enim lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis, nisi uerbum intelligamus quod factũ est ad Prophetas, uel quod prædicatum est per Apostolos. Non uerbum Christum, sed uerbum Christi. De quo scriptum est: Eides ex auditu, auditus autem per uerbum Christi. Nam & uerbum Propheticum lucernæ comparans Apostolus Petrus: Habemus inquit certiorem propheticum sermonem, cui benè facitis intendentes uelut lucernæ lucenti in obscuro loco. Quod itaq; hic ait, lucerna pedibus meis uerbum tuum, & lumen semitis meis, uerbũ est quod scripturis sanctis omnibus continetur &c.

Verbum Christum et verbũ Christi diferunt. Roman.10 2.Pet.1

In præfatione Psalmi. CXV.

2.Tessa.3

Notissimum arbitror esse sanctitati uestræ, quod ait Apostolus: Non enim est omnium fides, & quod maior esse soleat infidelium multitudo non ignoratis, propter quos dicitur: Domine quis credidit auditui nostro, inter quos etiam illi numerantur, de quibus idem dicit Apostolus: Omnes sua quærunt, non quæ Iesu Christi, quos alio loco dicit, non ex ueritate, sed ex occasione prædicare uerbum dei, non castè, id est, non ex animo puræ & sinceræ charitatis. Aliud enim sentiebant, quod in eorum moribus apparebat, & aliud prædicabant, ut sancto nomine placerent hominibus. Nam de his iterum dicit, neq; enim isti deo seruiunt, sed suo uentri, quos tamen Christum annunciare permittit. Quamuis enim ea potius crederent quæ ipsi faciebant ut morerentur, ea tamen prædicabant quæ si alij credentes facerent saluarentur. Non enim aliud annunciabant præter regulam fidei. Eos quippe excludit Apostolus dicens, si quis uobis annunciauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Illi non Christum annunciant qui annunciant falsitatem, quia Christus ueritas est. De istis autem dicit quod Christum annuncient, sed non castè, id est, non animo simplici & puro ex fide syncera quæ per dilectionem operatur. Terrenis quippe cupiditatibus consulentes, regnum cœlorum annunciabant, habẽtes in pectore falsitatem, in lingua ueritatem. Sciens itaq; Apostolus etiam per Iudam Euangelizantem credentes esse liberatos, istos quoq; ita permittit, siue inquit occasione, siue ueritate Christus annuncietur. Veritatẽ quippe annunciabant, etiam si non ueritate, id est nõ uero animo. Isti loquuntur quod non credunt, & ideo reprobati sunt, q̃uis sint utiles eis: Quos instruit dominus dicẽs. Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt facere nolite. Dicunt enim & non faciunt. Vnde, nisi quia utilia non credunt esse quæ dicunt? Sunt autẽm alij qui credunt & nõ loquuntur quod credunt uel pigritia uel timore. Nam et ille seruus quamuis talentum habueret, tamen quia erogare noluit, audit à domino iudice? Serue neq̃ & piger: Et alio Euangelij loco dictum est, quod multi ex principibus Iudæorum credidissent in eum, sed non eum confitebantur, ne expellerentur de synagogis, sed & etiam ipsi reprehensi atq; reprobati sunt, sequitur enim Euangelista dicens: amauerunt enim gloriam hominum magisq̃ dei. Si ergo & illi qui uerum quod loquuntur non credunt, & illi qui uerum quod credunt non loquuntur, merito reprobantur, quis erit seruus uerè dicendus fidelis, nisi ille cui dicitur: Euge serue bonæ, quoniam in modico fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudiũ domini tui? Talis itaq; seruus nec anteq̃ credat loquitur, nec cum crediderit tacet, uel sic eroget ut ipse non habeat, uel quod habet non erogando non habeat. Sic enim dictum est, Qui habet dabitur ei, sic, qui autem nõ habet & quod habet auferetur ab eo &c.

Deprædicatoribus nõ pure Christum annunciantibus.

Roma.10 Philip.2 Philip.1

Gala.1

Philip.1 Gala.5

Matth.10

Iudas etiam Euangeliũ annũciauit. Philip.1.

Matth.23

Matth.25 Ioh.12

Matth.25

Matth.13

In Euangeliũ Ioannis tractatu. XXX.

Dominum quippe audiebant loquentem & discipuli & Iudæi. Veritatem loquentem audiebant, & ueraces et mendaces. Charitatem loquentem audiebant & amici & inimici. Bonum loquentem audiebant, & boni & mali. Illi audiebant, sed ille discernebat, & quibus sermo prodesset, & profuturus esset, uidebat & præuidebat. In illis enim qui tunc erant uidebat, in nobis qui futuri eramus, præuidebat. Nos itaq; sic audiamus Euangelium, quasi præsentem dominum, nec dicamus. O illi fœlices q eum uidere potuerunt, quia multi in eis qui uiderunt & occiderunt, multi autem in nobis qui non uiderunt et crediderunt. Quod enim præciosum sonabat de ore domini: & propter nos scriptum est, & nobis seruatum est, & propter nos recitatur, & propter posteros recitabitur, & donec sæculum finiatur. Sursum est dominus, sed etiã hic est ueritas dominus. Corpus enim domini in quo resurrexit, uno loco esse potest, ueritas eius ubiq; diffusa ẽ. Dominum ergo audiamus, et quod ipse donauerit de uerbis eius, & nos dicamus: Nonne Moyses inquit dedit uobis legem &c.

Euangeliũ etiam nunc audiendum tanq̃ præsentem dominum.

Ioha.7.

In eundem, Tract.XLV.

Hoc Prouerbium dixit illis Iesus, illi autem non cognouerũt quid loqueretur eis Iesus. Forte nec nos. Quid ergo inter est inter illos & nos, anteq̃ ista uerba agnoscamus & nos? Quia nos pulsamus ut aperiatur nobis, illi autem Christum negando nolebant intrare seruandi, sed foris remanere perdendi. Quod ergo nos audimus hæc pie, quod anteq̃ illa intelligamus, credimus uera esse atq; diuina: Magna ab istis diuersitate discamus. Cum enim duo audiunt uerba Euangelij: Vnus impius, alter pius, et

Iohan.10

Verbũ dei dispares habet auditores.

talia sunt ut forte ambo non intelligant. Vnus dicit, nihil dixit, alius dicit, uerum dixit, & bonum est quod dixit, sed nos non intelligimus. Iste quia credit iã pulsat, & dignus est cui aperiatur, si pulsare persistat: Ille uero adhuc
Esa.7 audiat: Nisi credideritis non intelligetis &c.

Super eundem, Tract. LVII.

Ioh.1 Videbitis cœlos apertos, & angelos dei descendentes & ascendentes ad filium hominis. Si ascendunt ad eum propterea quia sursum est, quomodo ad eum descendunt si etiam non hic est? Dicit ergo ecclesia, laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? In his hoc dicit qui prædicant Christum, & aperiunt illi ostium, ut habitet per fidem in cordibus hominum. In his hoc dicit cum deliberant, utrum ministerium tale suscipiant, cui se minus idoneos existimant, ut sine culpa impleant, ne forte alijs præ
1. Corin. 9. dicantes, ipsi reprobi fiant. Tutius enim ueritas auditur q̃
Veritas tutius auditꝰ quam prædicatur. Iacobi. 1 prædicatur, quoniam cum auditur humilitas custoditur, cum autem prædicatur, uix non surrepit cuiuis hominũ quantulacunq; iactantia, in qua utiq; inquinentur pedes.
Psalm. 50. Ergo ut Apostolus Iacobus dixit, sit omnis homo uelox ad audiendum, tardus ad loquendum. Dicit & alius homo dei, auditui meo dabis gaudium & lætitiam, & exultabunt ossa humiliata.
Ioha.3 Hoc est quod dixi, cum ueritas auditur, humilitas custoditur, dicit & alius. Amicus autem sponsi stat & audit eum, & gaudio gaudet propter uocẽ sponsi. Fruamur auditu, sine strepitu nobis loquente intrinsecus ueritate, qnamq̃ etiam cum forinsecus insonat per legentem per annunciantem, per prædicantem, per disputantem, per præcipiẽtem, per consolantem, per exhortantem, per ipsum etiam cantantem atq; psallentem, ipsi qui hæc agunt, inquinare pedes suos timeant cum placere hominibus, surrepente amore humanæ laudis affectant. Cæterum qui eos audit libenter & pie, non habet locum iactandi se in laboribus alienis, & non inflatis ossibus humilitatis, gaudio gaudet propter uocem dominicæ
Canti.5 ueritatis. Proinde in eis qui libenter & humiliter audire nouerunt, & uitam quietam in studijs dulcibus & salubribus agunt: Catholica delicietur ecclesia & dicat, ego dormio & cor meum uiglat. Quid est ego dormio, & cor meum uiglat, nisi ita quiesco ut audiam? Ocium meum non impenditur nutriendæ desidiæ, sed percipiendæ sapientiæ &c.

Post pauca ibidem.

Aperi mihi, prædica me. Ad eos quippe qui clauserunt
Roman.10 contra me, quomodo intrabo sine aperiente? Quomodo enim audient sine prædicante? Hinc fit ut etiam ij qui amant ocium studiorum bonorum, & nolunt perpeti laboriosarum molestias actionum, eo quod minus idoneos ad hæc ministranda & sine reprehensione agenda se sentiunt. Mallent si fieri posset sanctos Apostolos, & prædicatores ueritatis antiquos excitari aduersus abundanti am iniquitatis, quia feruor friguit charitatis, sed in eis q iam de corpore exierunt, & carnis indumenta expoliati sunt, neq; enim ab ea separati sunt, respondeat ecclesia: Exui me tunica mea, quomodo induar ea? Passa ergo difficultatem propter inopiam prædicatorum, & recolens illa sua membra sana sermonibus, sancta moribus, sed iam exuta corporibus, ingemit & dicit ecclesiæ exui me Cant.5 tunica mea, quomodo induar ea? Membra illa mea quæ Christo aperire Euangelizando excellentissime potuerũt, quomodo ad corpora quibus exuta sunt, redire nunc possunt. Deinde respiciens ad eos qui prædicare, & populos acquirere ac regere, ac sic Christo aperire utrunq; possunt, sed in his difficultatibus actionũ peccare metuunt, laui inquit pedes meos, quomodo inquinabo illos? Quisq; enim in uerbo non offendit hic perfectus est uir. Et quis est perfectus? Quis est qui non offendat in tanta abundãtia iniquitatis, tanto frigore charitatis? Laui pe Iaco.3 des meos quomodo inquinabo eos. Quandoquidem lego & audio. Nolite multi magistri fieri fratres, quoniã maius iudicium sumitis, in multis enim offendimus omnes, laui pedes meos, quomodo inquinabo eos? Sed ecce surgo & aperio, Christe laua eos. Dimitte nobis debita nostra Matth.6 quoniam non est extincta charitas nostra, quia & nos dimittimus debitoribus nostris. Quoniam te audimus, exultant tecum in cœlestibus ossa humiliata. Sed quando te Psalm.50 prædicamus terram calcamus ut tibi aperiamus. Et ideo si reprehendimur perturbamur, si laudamur inflamur. Laua pedes nostros ante mundatos, sed cum ad aperiendum tibi per terram pergimus inquinatos &c.

De difficultate prædicatorij officij.

Super Ioannem, Tract. CIX.

Siue ego siue illi, sic prædicauimus & sic credidistis, 1. Corin.15 & iterum. Hoc est, inquit uerbum fidei quod prædicamus, quia si confessus fueris in ore tuo, quia dominus est Iesus, & credideris in corde tuo, quia deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Et in actibus Apostolorum hoc Roma.10 Act.13 legitur, quod in Christo, deus diffinierit fidem omnibus. Quare uerbum fidei & uerbum Apostolorũ dictum sit, suscitans eum à mortuis. Hoc uerbum fidei, quia principaliter ac primitus per Apostolos qui ei cohęserant prædicatum est, ideo uerbum eorum dictum est. Neq; enim propterea non est uerbum dei, quia dictum est uerbum eorum, cum dicat idem Apostolus Thessalonicenses excepisse à se, non ut uerbum hominum, sed sicut est inquit uere 2. Tessa.2 uerbum dei. Ideo ergo dei, quia, deus id donauit. Eorum uero uerbum dictum est, quia hoc prædicandum illis deus primitus ac præcipue commendauit: Ac per hoc etiam ille latro in sua fide uerbum eorum habebat, quod eorum propterea dictum erat, quoniam prædicandum ad eorũ officium, primitus ac præcipue pertinebat. Deniq; cum Act.6 murmur factum esset de ministerio mensarum à uiduis græcorum, anteq̃ Paulus credidisset in Christum, respõderunt Apostoli qui domino ante cohęserant. Non est bonum nos relinquere uerbum dei, & ministrare mẽsis,

Tunc

tunc ordinandos diaconos prouiderunt, ne ipsi à prædicandi uerbi auocarentur officio, unde merito dictum est, uerbū eorum, quod est uerbum fidei, per quód omnes in Christū undecūq; id audierint credidērū, uel auduturi et creditūri sunt. Ergo illa oratiõe pro oĩbus quos redemit, siue tunc in carne uiuentes, siue postea futuros redemptor noster orauit, cum rogans pro Apostolis, qui cū illo tunc erant, adiunxit etiam illos, qui per eorum uerbum, in eū fuerant credituri.

Ioannis 17

De fide & símbolo. Cap. III.

Christus uerbum patris dicit, quod per illud innotescit pater

Verbū autem patris ideo dictum est, quia per ipsum innotescit pater. Sicut ergo uerbis nostris id agimus, cū uerum loquimur, ut noster animus innotescat audienti, quicquid secrete in corde gerimus, per signa huiusmodi, ad alterius cognitionem proferatur. Sic illa sapientia quā deus pater genuit, quoniam per ipsam innotescit signis secretissimis pater, uerbū eius conuenientissime nominatur. Inter animum autem nostrum, & uerba nostra, quibus eundem animum ostendere conamur, plurimum distat. Nos quippe non gignimus sonantia uerba, sed facimus, quibus faciendis materia subiacet corpus. Plurimum autem interest inter animum & corpus, Deus uero cum uerbū genuit, id quòd est ipse genuit, neq; de nihilo, neq; de aliqua iam facta materia condita q;, Sed de se ipso, id quòd est ipse. Hoc enim & nos conamur cum loquimur, si diligenter consideremus nostræ uoluntatis appetitum, non cum mentimur, sed cum uerum loquimur. Quid enim aliud molimur, nisi animum ipsum nostrum, si fieri potest, cognoscendum & perspiciendum animo auditoris inferre, ut in nobis quidem ipsi maneamus, nec recedamus à nobis, & tamen tale iuditium quo fiat in altero nostra notitia proferamus, ut quantum facultas conceditur, quasi alter animus ab animo, per quē se indicet proferetur. Deus autem pater, qui uerissime se indicare animis cognituris, & uoluit, & potuit, hoc ad se ipsum indicandum genuit, quòd est ipse, qui genuit, quia uirtus eius etiam sapientia esse dicitur, quia per ipsam operatus est, & disposuit omnia, de quo propterea dicitur, attingit à fine, usq; ad finem fortiter, Et disponit omnia suauiter.

Sap. 7.

De natura & gratia, contra Pelagíanos, Cap. LXVIII.

Quibus exhortationibus frigidi & pigri excitentur.

Si ergo uolumus animos ad recte uiuendum frigidos & pigros, Christianis exhortationibus excitare & accendere, primitus exhorte mur ad fidem, qua Christiani fiant, & eius nomini subijciantur, sine quo salui esse non possunt. Si autem iam Christiani sunt, & recte uiuere negligunt, uerberentur terroribus, & premiorum laudibus erigantur, ita sane, ut non solum ad bonas actiones, uerumetiam ad pias orationes eos exhortari memineri mus, atq; hac instruere sanitate doctrinæ, ut & illi gratias agant cum instituerint bene uiuere, quòd aliquid sine difficultate fœcerint, & ubi difficultatem aliquam sentiunt, fidelissimis, & perseuerantissimis præcibus & misericordiæ promptis operibus facilitatem à domino impetrare persistant. Sic autem proficientes, ubi et quãdo plenissima iustitia perfitiantur, non nimis curo. Vbicunq; autem, & quandocunq; perfecti fuerint, non nisi gratia dei, per Iēsum Christum dominum nostrum perfici posse confirmo. Sane quando liquido cognouerint nullum peccatum se habere, non se dicant, nõ habere peccatum, ne ueritas in eis non sit, sicut in eis ueritas nõ est qui cum habeant, non habere se dicunt.

DE CEREMONIIS CONSVETVDINE ET CANTV ECCLESIAE.

Libro VII. De ciuitate dei. Cap. XXXII.

Per illa significata sunt, & prænũciata, quę in Christo completa credimus & quotidie impleri cernimus,

Omnes enim non solum prophetiæ, quæ in uerbis sunt, nec tantū præcepta uitæ, quæ mores pietatemq; conformant atq; illis literis cõtinentur, Verumetiam, sacra, sacerdotia, tabernaculum siue templum, altaria, sacrifitia, ceremoniæ, dies festi, & quicquid aliud ad eam seruitutē pertinet, quæ deo debetur, & græcæ proprie latria dicitur, ea significata & prænunciata sunt, quæ propter æternam uitam fidelium in Christo, & impleta credimus, & impleri cernimus, & implenda confidimus.

Libro XIX. Cap. XIX.

Quo habitu quo more uiuendi quisq; fidē Christi, sectetur nihil referre, dummodo non contra diuina præcepta id fiat,

Nihil sane ad istam pertinet ciuitatem quo habitu, uel more uiuendi, si non est contra diuina præcepta, istā fidem qua peruenitur ad deum, quisq; sectetur: Vnde ipsos quoq; philosophos, quando Christiani fiunt, non habitū uel consuetudinem uictus, quæ nihil impedit religionem, sed falsa dogmata, permutare compellit: Vnde illam quā Varro adhibuit ex Cinicis differentiam, si nihil turpiter atq; intemperanter agat, omnino non curat &c.

Libro II. Cap. XXVIII.

Quæ in cõuentu ecclesiæ peragi debeant,

Ab istarum immundissimarum potestatum tartareo iugo, & societate pœnali erui per Christi nomen homines, & in lucem saluberrime pietatis ab illa pernicioſissime impietatis nocte transferri quæruntur, et murmurant iniqui & ingrati, & illo nephario spiritu altius obstrictius q; oppressi, quia populi confluunt ad ecclesias casta cælebritate, honesta utriusq; sexus discretione, ubi audiunt, quàm bene hic ad tempus uiuere debeant, ut post hanc uitam beate semper que uiuere mereantur. Vbi sancta scriptura iustitiæque doctrina de superiore loco in conspectu omnium personante, & qui faciunt audiant ad premium, & qui non faciunt audiant ad iuditium. Quo & si ueniunt quidam talium præceptorum irrisores: Omnis eorum petulantia, aut repentina inmutatiõe deponitur, aut timore uel pudore

comprimitur. Nihil enim eis turpe aut flagitiosum spectandum imitandumq; proponitur. Vbi ueri dei, aut præcepta insinuantur, aut miracula narrantur, aut dona laudantur, aut beneficia postulantur.

De gratia noui testamenti, ad Honoratum. Cap. XVII.

Corde cantandum & psallendū. Ephes. 5.

Neq; enim omnis qui labijs personat cantat canticum nouum: Sed qui eo modo cantat ut Apostolus admonet dicens, Cantantes et psallentes in cordibus uestris domino. Intus enim est hoc gaudium, ubi uox laudis & canitur, & auditur, quia uoce laudatur, qui gratis amandus est toto corde, tota anima, tota mente, amatorem q; suum attendit in se gratia sui spiritus sancti. Quid enim est aliud canticum nouum, quàm laus dei?

De uera innocentia. Cap. LXXXI.

Canticum nouum carmen est fidei, quæ p dilectiōem operatur.

Sicut ueteris hominis, uetus canticum ad temporalia. Sic noui hois nouum canticum pertinet ad æterna, et ita unusquisq; cantat ut uiuit. Nouum autem canticum carmen est fidei, quæ per dilectionem operatur.

Ibidem CCLXXVIII.

Obseruatio sabbathi externi perpetuum sabbathum obseruat.

Obseruatione sabbathi, qua uacatione unius diei figurabatur ablata, perpetuum sabbathum obseruat, qui spe futuræ quietis sanctis operibus intentus, nec in ipsis actibus suis, quasi de proprijs, & de his quæ non acceperat gloriatur, & illum in se operari agnoscens, qui simul operatur, & operando quietus est.

Ibidem Cap. CCCXXI.

Christianū cum a peccatis abstinet, uerum sabbathum obseruat. Ioan. 8.

Verum sabbathum Christianus obseruat, abstinens se ab omni opere seruili, id est, à peccato, quoniam qui facit peccatum seruus est peccati.

Quæstionum veteris & noui testamenti Cap. vel quæstione, CXIIII.

Consuetudo & antiquitas, non præiudicat ueritati.

Quia quòd anterius est inquiunt, falsum esse non potest, quasi antiquitas, et uetus consuetudo præiudicet ueritati. Possent enim homicidæ, aut molles, aut adulteri, uel cæteri criminosi per hoc illicita sua defendere, quia antiqua sunt, & ab ipso mundi initio cepta, cum hinc magis intelligere debent errorem suum, quia quòd reprehensibile est, & turpe est, male ceptum probatur, quód autem honestum, & sanctum est, digne colitur, nec posse turpe, & reprehensibile ante factum esse honestum, & irreprehensibile.

De Cantico nouo. Cap. V.

Veri Christi prædicatores in aperto, non in angulis & occulto Christū annunciant.

Si quis tibi Christum prædicat, attende & considera qualem prædicat, ubi prædicet. Christus enim ueritas est per scripturas sanctas prædicatur, nō in angulis, non occulte, Sed palam & publice. In sole posuit tabernaculum suum, hoc est in manifesto collocauit ecclesiam suam. Iam hic respice illum, qui tibi Christum prædicat, dicat qualem Christum prædicet.

De rectitudine Catholicæ conuersationis. Cap. C.

Ad ecclesiā frequentius conuenitur.

Ad ecclesiam frequentius conuenitur: Sanctorum patrocinia humiliter expetite, diem dominicum pro reuerentia resurrectionis Christi, absq; ullo opere seruili colite, sanctorum solennitates pio affectu celebrate, proximos uestros, sicut uosmetipsos diligite, quòd uobis non uultis fieri, nulli faciatis.

Ibidem. F.

Lectiones diuinæ, cū silentio in ecclesia audiendæ.

Omni die dominico ad ecclesiam uenite, & non causas & rixas, uel ociosas fabulas agatis, sed lectiones diuinas cum silentio auscultate, & pro ecclesiæ pace, & pro peccatis uestris orate. Qui enim in ecclesijs fabulari nō timet, pro se & alijs redditurus est rationem, dum nec ipse uerbum dei audit, nec alios audire permittit.

De opere Monachorum. Cap. XVII.

Manibus operantes cantica diuina cantare possunt.

Cantica uero diuina cantare, etiam manibus operantes, facile possunt, & ipsum laborem tanq; diuino celeumate consolari. An ignoramus opifices, quibus uanitatibus, & plerumq; turpitudinibus theatricarum fabularum donent corda & linguas suas, cum manus ab opere non recedant? Quid ergo impedit seruum dei manibus operantē in lege domini meditari, & psallere nomini domini altissimi, Ita sane ut ad ea dicenda quæ memoriter recolat, habeat sepositia tempora.

Libro III. De doctrina Christiana. Cap. XIII.

Honesta facta bonorū ad utilitatē referenda sunt.

Quicquid autem congruit consuetudini eorum in quibus uita ista degenda uel necessitate imponitur, uel officio suscipitur à bonis & magnis hominibus, ad utilitatem, & beneficentiam referendum est, uel proprie, sicut & nos debemus, uel etiam figurate, sicut prophetis licet.

Libro IX. Confessionum. Cap. VI.

Augustinū fleuisse in ecclesia hymnis & cāticis.

Nec saciabor illis diebus dulcedine mirabili, considerare altitudinem consilij tui, super salutem generis humani. Quantum fleui in hymnis & canticis tuis, suaue sonantis ecclesiæ tuæ, uocibus cōmotus acriter. Voces ille influebant auribus meis, & eliquebatur ueritas tua in cor meum, & exinde æstuabat affectus pietatis, & currebant lachrimæ, & bene mihi erat cum eis.

Ibidem. Cap. VII.

Non longe cæperat Mediolanensis ecclesia genus hoc consolationis, & exhortationis celebrare, magno studio fratrum conniuentium uocibus & cordibus. Nimirum annus erat, aut non multo amplius, Cum Iustina Valentiniani regis pueri mater hominem tuum Ambrosium persequeretur hæresis suæ caussa, qua fuerat seducta ab Arrianis. Excubabat pia plebs in ecclesia, mori parata cum Episcopo seruo tuo. Ibi mater mea ancilla tua, sollicitudinis & uigiliarum primas partes tenens,

tenens, orationibus uiuebat. Nos adhuc frigidi à calore spiritus tui excitabamur, tamen ciuitate attonita atq; turbata. Tunc hymni et psalmi, ut canerentur secũdum morem Orientalium partium, ne populus mœroriet tedio cõtabesceret, institutũ est, et ex illo in hodiernum retentũ multis iam ac pene omnibus gregibus tuis, & per cæteras orbis imitantibus &c,

Cantus in ecclesia ne populus mœrore tabesceret institutus est.

Libro X. Confessionum. Cap. XXXIII.

Aliquãdo autem hanc ipsam fallatiam immoderatius, canens erro nimia seueritate: Sed ualde interdum, ut melos omne cantilenarum suauiũ quibus Dauidicum psalterium frequentatur, ab auribus meis remoueri uelim, atq; ipsius ecclesiæ, tutius q; mihi uidetur, quód de Alexandrino episcopo Athanasio sæpe mihi dictum cõmemini qui tam modico flexu, uocis faciebat sonare lectorẽ psalmi, ut pronunciantí uicinior esset quàm canenti. Verumtamẽ cũ reminiscor lachrymas meas, quas fudi ad cãtus ecclesiæ tuæ, in primordijs recuperatæ fidei meæ, & nũc ipso cõmoueor, non cantu, sed rebus, quæ cantantur, cum liquida uoce, & conuenientissima modulatione cantantur Magnam institut, huius utilitatem, rursus agnosco. Ita fluctuo inter periculum uoluptatis, & experimentum salubritatis, magisq; adducor, non quidem irretractabilẽ sententiam proferens cantandi cõsuetudinem approbare in ecclesia, ut per oblectamenta aurium infirmior animus, in affectum pietatis assurgat. Tamen cum mihi accidit, ut me amplius cantus, quàm res quæ canitur moueat, pœnaliter me peccare confiteor, & tunc mallem, non audire cantantem &c.

Athanasius non boat cantando ecclesiam suam, interturbatur.

De Cathezizandis rudibus. Cap. XIII.

Longe consultius in quibusdam ecclesijs transmarinis, non solum antistites sedentes loquuntur ad populum, sed ipsi etiam populo sedilia subiacent, ne quisquàm infirmior stando lassatus à saluberrima intentione auertatur aut etiam cogatur abscedere.

In orientalibus quibusdam ecclesijs antistites sedentes populũ docebant.

Ad inquisitiones Ianuarij. Libro. I. Cap. II.

Alia uero, quæ per loca terrarum regiones q; uariantur, sicuti est, quod alij ieiunant sabbatho, alij uero nõ alij quotidiæ communicant corpori & sanguini dominico, alij certis diebus accipiunt, alibi nullus dies intermittitur, quo non offeratur, alibi sabbato tantum & dominico, alibi tantum dominico: Et si quid aliud huiusmodi animaduerti potest, totum hoc genus rerum liberas habet obseruationes. Nec disciplina ulla est in his melior, graui prudentiq; Christiano, quàm ut eo modo agat, quo agere uiderit ecclesiam ad quãcunq; forte deuenerit. Quód enim neq; contra fidẽ neq; contra bonos mores iniungitur, indifferenter est habendum, & pro eorum inter quos uiuitur societate seruandum est, Credo te aliquando ex me audisse, sed tamen etiam nunc cõmemoro. Mater mea Mediolanum, me consecuta, inuenit ecclesiam sabbatho nõ ieiunantem, cæperat perturbari & fluctuare quid ageret. Tunc ego talia non curabam, sed propter ipsam consului de hac re, Beatissimæ memoriæ uirum Ambrosium. Respondit se nihil docere me posse nisi quòd ipse faceret, quia si melius nosset id potius obseruaret, Cunq; ego putassem nulla reddita ratione auctoritate sola sua, nos uoluisse admonere, ne sabbatho ieiunaremus, subsecutus est, & ait mihi. Cum Romam uenio ieiuno sabbatho, cum hic sum non ieiuno, Sic et tu, ad quã forte ecclesiam ueneris eius morem serua si cuiq; non uis esse scandalo, nec quemq; tibi. Hoc cum matri renunciassem, libenter amplexa est, Ego de hac sentẽtia etiam atq; etiã cogitans, ita semper habui tanq; eam cœlesti oraculo susceperim. Sensi enim sæpe dolens & gemens multas infirmorum perturbationes fieri, per quorundam fratrum contentiosam obstinationem, & superstitiosam timiditatem, qui in rebus huiusmodi, quæ neq; scripturæ sanctæ auctoritate, neq; uniuersalis ecclesiæ traditione, neq; uitæ corrigendæ utilitate, ad certũ possunt terminum peruenire, tantum quia subest qualiscunq; ratiotinatio cogitantis, aut quia in sua patria sic ipse consueuit, aut quia ibi uidit, ubi peregrinationem suam, quo remotiorem à suis, eo doctiorem factam putat tam litigiosas excitant quæstiones, ut nisi quod ipsi faciunt nihil rectum existiment.

Cap. I. In eodem.

Illa autem quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur, datur intelligi, uel ab ipsis Apostolis, uel plenarijs concilijs, quorum est in ecclesia saluberrima auctoritas cõmendata atq; statuta retineri, sicuti quòd dominj passio & resurrectio, et ascẽsio in cœlum, & aduentus de cœlo spiritussancti, anniuersaria solennitate cælebrantur, et si quid aliud tale occurrerit, quod seruatur ab uniuersis quacunq;, se diffundat ecclesia.

Ecclesiæ in ceremonijs instituendis saluberrima authoritas.

Ad inquisitiones Ianuarij, Epistola. CIX. Cap. XVIII.

Miror sane quid ita uolueris, ut de his quæ uarie, per diuersa loca obseruantur, tibi aliqua conscriberem, cum & non sit necessarium, & una in his saluberrima regula retinenda sit, ut quæ non sunt contra fidem, neq; contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem uitæ melioris, ubicũq; institui uidemus, uel instituta cognoscimus, non solum non improbemus, sed etiam laudãdo & imitando sectemur, si aliquorum infirmitas non ita impedit, ut amplius detrimentum sit. Si enim eo modo impediat, ut maiorum studiorũ lucra sperãdæ sint, quam calumniatorum detrimenta metuenda, sine dubitatione faciendum est, maxime illud quod etiam de scripturis defendi potest, sicut de hymnis, & Psalmis canendis, & ipsius domini, & Apostolorum habeamus documenta, et exempla, et præcepta, de hac re tã utilia.

Quæ contra fidem non sunt neq; cõtra bonos mores, non improbanda.

Eo modo agendum esse quo agere videmus ecclesiam ad quã deuenimus.

Admonen-

Admonendum pie animum, & accedendum diuinæ lectionis affectu, uaria consuetudo est, et pleraq; in Africa ecclesiæ mẽbra pigriora sunt, ita ut Donatistæ nos reprehẽdãt, qd' sobrie psallimus in ecclesia diuina cantica prophetarum, cum ipsi ebrietates suas ad canticũ psalmorum humano ingenio compositorum, quasi tubas exhortatiõis inflamment: Quoniam autem non est tempus cum in ecclesia fratres congregantur sancta cantandi, nisi cum legetur aut disputatur, aut antistites clara uoce deprædicantur, aut cõmunis oratio, uoce diaconi indicitur? alijs uero particulis temporum, quid melius à congregatis fidelibus fiat, quid utilius, quid sanctis non uideo.

Consuetudo laudãda quæ contra fidem nihil usurpat.

Ad Casulanum presbyterum.

Consuetudinem laudamus, quæ tamen contra fidem, catholicam nihil usurpare dinoscitur.

Ibidem.

In rebus in quibus, nil certi statuit sacra scriptura mos populi pro lege tenendus est.

In his rebus de quibus nihil certi statuit diuina scriptura, mos populi dei, & instituta maiorum, pro lege tenenda sunt, Et sicut prævaricatores diuinarum legũ, ita contemptores ecclesiasticarum consuetudinum coercendi sunt.

Libro II. De vnico baptismo.

Consuetudo cedere debet ueritati,

Veritate manifestata consuetudo cedat ueritati: Plane quis dubitet ueritati manifestæ consuetudinem cedere.

Ibidem.

Consuetudo rationi, & ueritati, non præponenda,

Nemo consuetudinem rationi & ueritati præponat, quia consuetudinem ratio & ueritas semper excludit.

Ad Marcellinum epistola. V.

Pro temporum uarietate statuta mutare debemus.

Non itaq; uerum est, quod dicitur: Semel recte factum nullatenus esse mutandum. Mutata quippe temporis caussa, quòd rectè ante factum fuerat, ita mutari uera ratio plerumq; flagitat, ut cum ipsi dicant recte nõ fieri si mutetur: Contra ueritas clamet, recte nõ fieri nisi mutetur, quia utrumq; tunc erit rectum, Si erit pro temporum uarietate diuersum &c.

Ad Casulanum Epistola. LXXXVI.

Potest aliquis etiam ieiunare cũ scandalo,

Siue manducamus, siue bibimus, siue quæcunq; facimus, omnia in gloriam dei faciamus: Et quantum in nobis est sine offensione simus Iudæis, & græcis, & ecclesiæ dei. Quod parum cogitant, qui cum offensione manducant, uel cum offensione ieiunant, & per utramlibet intemperantiam scandala cõmittant, quibus non superatur diabolus, sed lætatur.

Ad Ianuarium Epistola. CXIX.

Contra illos qui præcepta dei negligunt, & suis præsũptionibus fidunt,

Sed hoc nimis doleo, quia multa quæ in diuinis libris saluberrima præcepta sunt, minus curantur, et tam multis præsumptionibus sic plena sunt omnia, ut grauius corripiatur, qui per octauas suas terram nudo pede tetigerit, quàm qui mentem uiolentia sepelierit. Omnia itaq; talia, quæ neq; sanctarum scripturarum authoritatibus continentur, nec in concilijs Episcoporum statuta inueniuntur, nec consuetudine uniuersæ ecclesiæ roborata sunt: Sed diuersorum locorum diuersis moribus innumerabiliter uariantur, ita ut uix aut omnino nunq; inueniri possint caussæ, quas in eis instituendis homines, secuti sunt, ubi facultas tribuitur, sine ulla dubitatione reseanda existimo. Quamuis enim, neq; hoc inueniri possit, quõ contra fidem sint, ipsam tamen religionem qua paucissimis, & manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia dei esse liberam uoluit: Seruilibus oneribus premunt, ut tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui etiam, si tempus libertatis non agnouerint, legalibus tamen sarcinis, non humanis præsumptionibus subijciuntur, Sed ecclesia dei inter multam paleam multaq; zizania constituta multo tolerat, & tamen quæ sunt contra fidem, uel bonam uitam, nõ appropat, nec tacet, nec facit &c.

De baptismate paruulorum.

Christus dixit se esse ueritatem non consuetudinem,

Qui contempta ueritate præsumit consuetudinem sequi, aut circa fratres inuidus est, & malignus, quibus ueritas reuelatur, aut circa deum ingratus est, inspiratione cuius ecclesia eius instruitur. Nam dominus in Euangelio. Ego sum inquit ueritas, non dixit ego sum cõsuetudo, Itaq; ueritate manifestata cedat consuetudo ueritati.

Augustinus ex dictis Basilij.

Ecclesiasticarum institutionum differentia.

Ecclesiasticarum institutionum quasdam in scriptis, quasdam uero apostolica traditiõe per successores in ministerio confirmatas accepimus, quasdam uero consuetudine roboratus usus approbauit. Quibus par ritus, & idem utrisq; pietatis debetur affectus.

Libro I. Ad inquisitiones Ianuarij, Cap, IIII.

Consuetudo consuetudini non præponenda.

Sit aliquis peregrinus in eo forte loco, ubi perseuerantes in obseruatione ecclesiæ quadragesimæ, nec quinta sabbathi lauant, relaxantq; ieiunium. Non inquit hodie ieiunabo. Queritur caussa: Quia non fit inquit in patria mea. Quid aliud ille nisi consuetudinem suam, cõsuetudini alterius præponere conatur? Non enim mihi de libro dei, hæc recitaturus est, aut uniuersæ quacunq; dilatatur ecclesiæ plena uoce certabit aut ostendet istum contra fidem facere, se autem secundum fidem moresq; hunc optimos aut illum uiolare, aut se custodire conuincet: Violant sane quietem & pacem suam de superflua quæstione rixando. Mallem tamen in rebus huiusmodi, ut & ille in huius, & hic in illius patria ab eo, quòd cæteri faciunt non abhorreret. Si uero etiam in aliena patria, cum peregrinetur, ubi maior atq; frequentior est populus dei, uidit, uerbi gratia, Bis offerre quinta sabbathi hebdomadæ ultimæ quadragesimæ, et mane, et ad uesperam, uenienq; in patriam suã, ubi in fine diei mos est offerri, male illiciteq; fieri contendat, quoniam alibi aliter ipse uiderit, Puerilis est sensus ille cauẽdus in nobis

tolerandus

tollerandus & corrigendus in nostris.

Libro I. De consensu euangelistarum. Cap. XVIII.

Socratis sententia de colẽdo deo.

Socratis sententia est, unumquemq; deum sic coli oportere, quomodo se ipse colendum esse præcepit.

Adinquisitiones Ianuarij, Cap. I. Libro. II.

Hic primum oportet, ut noueris diem natalẽ domini non in sacramento celebrari, sed tantũ in memoriam reuocari, quòd natus sit, ac per hoc nihil opus erit, nisi reuolutũ anni diem, quo ipsa res acta est, festa deuotione significari: Sacramentum est autem in alia celebratione cum rei gestæ, ita rememoratio fit, ut aliquid etiam significari intelligatur, quòd sanctè accipiendum est.

In eodem Cap. XII.

Sabbathũ obseruare, non ad literam iubemur.

Obseruare diem sabbathi, non ad litteram iubemur, secundum ocium ab opere corpali, sicut obseruant Iudei Et ipsa eorum obseruatio, quia ita præcepta est, nisi aliã quandã spiritalem requiem significet, ridenda iudicatur. Vnde nõ inconuenienter intelligimus ad amorẽ excitãdum, quo ad requiem tendimus ualere omnia, quæ figurate in scripturis dicuntur, quandoquidem non solum in decalogo figuratæ præcipitur, ubi requies commendatur, quæ ubiq; amatur, sed in solo deo certe et sãcta inuenitur.

Cap. XV. In eodem.

De Quadragesi ma li ieiunio. Exo. 34 Regum 19. Mathei 4,

Quadragesima sane Ieiuniorũ, habet auctoritatẽ, & in ueteribus libris, ex Ieiunio Mosi & Heliæ, et ex euãgelio, quia totidẽ diebus dominus ieiunauit, demonstrãs euãgeliũ nõ dissentire, à lege et prophetis, In psona quippe Mosi lex, in psona Heliæ prophetæ accipiũtur. Inter

Mathei 17

quos & in monte gloriosus aparuit, ut euidentius emineret, quod de illo dicit Apostolus, testimoniũ habens à lege

Roman. 3

& à prophetis. In qua ergo parte anni cõgruẽtius obsertio quadragesimæ constitueretur, nisi confinis atq; contigua dominicæ passioni?

De opere Monachorum. Cap. XXXIII.

Quapropter qui recte facere nolũt, desinãt saltẽ docere peruersa. Sed alij sunt quos isto sermone corripimus illos autem qui hoc uno uitio capillorũ cõtra præceptum Apostoli dimissorũ, offendũt & pturbãt ecclesiã, quia cũ alij nolentes de illis mali aliquid sentire, cogũtur manifesta uerba apostoli in puersam torquere sententiã, alij sanũ intellectũ scripturarũ defendere malũt, quàm quoslibet homines adulari, Exisunt inter fratres infirmiores & firmiores amarissimæ, et piculosissimæ contentiones, quòd illi forte si scirent, hoc quoq; sine dubitatione corrigerent, quorum cætera miramur & amamus.

DE FIDE ET OPERIBVS.

De Trinitate. Libro. IIII. Cap. XVIII.

Nunc ergo adhibemus fidem rebus temporaliter gestis propter nos, & per ipsam mundamur, ut cũ ad speciẽ uenerimus, quẽadmodũ succedit fidei ueritas, ita mortalitati succedit æternitas. Qua propter quoniam fides

Fides credentium fiet ueritas.

nostra fiet ueritas, quòd ad id, quòd nobis credentibus promittitur peruenerimus. Promittitur autem nobis uita æterna, & dixit ueritas, non quæ fiet sicut futura est fides nostra, sed quæ semper est ueritas, quia ibi est æternitas, Dixit autem ueritas, hæc est autem uita æterna,

Iohan. 17.

ut cognoscant te unum uerum deum, et quem misisti Iẽsum Christum. Cum fides nostra uidendo fiet ueritas, tunc mortalitatem nostram commutatam tenebit æternitas.

Ibidem in fine.

Iam enim credentibus, ut in uerbo fidei manerent, et inde ad ueritatem, ac per hoc ad æternitatem perducti à

Ioan. 8. Quomodo credentes liberantur, per ueritatem.

morte liberarentur, ita loquitur, si manseritis in uerbo meo, uere discipuli mei eritis. Et quasi quererent quo fructu, secutus ait, et cognoscetis ueritatẽ. Rursus quasi diceret, quid prodest mortalibus ueritas? Et ueritas inquit liberabit uos. Vnde? nisi à morte, à corruptione, à mutabilitate. Veritas quippe immortalis, incorrupta, in cõmutabilis permanet, Vera autem immortalitas, uera incorruptibilitas, uera incommutabilitas, ipsa est æternitas &c,

Libro VIII. Cap. IX.

Fides ualet ad cognitionem, & dilectionẽ dei

Vt quanto flagrantius diligimus deum, tanto certius serenius q; uideamus, quia in deo conspicimus in commutabilem formam iustitiæ, secundum quam hominem uiuere oportere iudicamus. Valet ergo fides ad cognitionem & ad dilectionem dei, non tanquam omnino incogniti, aut omnino non dilecti, sed quo cognoscatur manifestius, & quo firmius diligatur &c,

Libro XII. Cap. VII.

1 Thimo. 5

Iudicat autem Apostolus mulierem seductam in præuaricatione facta, saluam fieri, per filiorum generationẽ

1 Timo. 2. Mulier saluabitur per filiorum generationem, si permãserit in fide.

Et addit, si permanserit in fide, & dilectione, & sanctificatione cum sobrietate. Quasi uero possit obesse bonæ uiduæ, si uel filios non habuerit, uel hos quos habuerit, si in bonis operibus permanere noluerint. Sed quia quæ dicuntur opera bona, tanquàm filij sunt uitæ nostræ, secundum quam quæritur cuius uitæ sit quisq;, id est, quomodo agat, hæc temporalia, quam uitam græci non Zoon. Sed Bion uocant, Et hæc opera bona maxime in offitijs misericordiæ frequentari solent. Opera uero misericordiæ nihil prosunt, siue paganis, siue Iudæis, qui Christo non credunt, siue quibuscunq; scismaticis, uel hæreticis, ubi fides & dilectio, & sobria sanctificatio non inuenitur, manifestum est, quid Apostolus significare uoluerit, ideo figurate ac mistice, quia de uelando mulieris

mulieris capite loquebatur, quòd nisi, ad aliquòd secre-
1. Cor. 11. tum sacramenti referatur, inane remanebit. Sicut enim non solum ueracissima ratio, sed etiã ipsius Apostoli declarat auctoritas: Non secundum formam corporis homo factus est, ad imaginem dei, sed secundum rationalem mentem. Cogitatio quippe turpiter uana est, quæ opinatur deum membrorum corporalium liniamentis circumscribi, atq; diffiniri &c.

Libro XIII. Cap. I.

Fides præsens est rerum absentium.

Cum itaq; propterea credere iubeamur, quia id qđ credere iubemur uidere non possumus, ipsam tamen fidem, quando inest in nobis, uidemus in nobis, quia & rerum absentium præsens est fides, et rerum qui foris sunt intus est fides, & rerum quæ non uidentur, uidetur fides, & ipsa tamen temporaliter fit in cordibus hominum.

Eodem libro. Cap. II.

Fides Christianorum quæ sit.

Fides uero, de qua in hoc libro, aliquando diutius disputare certa dispositionis nostræ ratione compellimur, quam qui habent fideles uocantur, & qui non habent infideles, sicut ij qui uenientem in propria dei filium non receperunt, quamuis ex auditu in nobis facta sit. Non tamen ad eum sensum corporis pertinet, qui appellatur auditus. Quoniam non est sonus, nec ad oculos huius carnis, quoniam non est color aut corporis forma, nec ad eũ qui dicitur tactus, quoniam corpulentiæ nihil habet, nec ad ullum sensum corporis, quoniam cordis res ista est nõ corporis, nec foris est à nobis, sed in intimis nostris, nec eam quisq; hominum uidet in alio, sed unusquisq; in semetipso, Deniq; potest & simulatione confingi & putare esse in quo non est. Si iam igitur quisq; fidem, apud se ipsum uidet, in altero autem credit esse, eam non uidet, et tanto firmius credit, quanto fructus eius magis no-
Galatas 5. uit, quos operari solet fides per dilectionem. Quamobrem omnibus, de quibus euangelista subiungit & dicit. Quotquòt autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, his qui credunt in nomine eius, qui nõ ex
Iohan. 1. sanguinibus, neq; ex uolũtate carnis, sed ex deo nati sunt. Fides ista cõmunis est, non sicut aliqua corporis forma cõmunis est uidendum omnium oculis, quibus præsto est (ex ipsa quippe una omnium cernentium, quodamodo informatur aspectus) Sed sicut dici potest omnibus hominibus esse facies humana cõmunis. Nam hoc ita dicitur, ut tamen singuli suas habeant. Ex una sane doctri-
Aliud est quod creditur, aliud fides qua creditur. na impressam fidem credentium cordibus singulorum, qui hoc idem credunt uerissime dicimus, Sed aliud sunt ea quæ creduntur, aliud fides qua creduntur. Illa quippe in rebus sunt, quem uel esse, uel fuisse, uel futura esse dicuntur, hæc autem in animo credentis est, ei tantum conspicua cuius est, quamuis sit & in alijs non ipsa sed similis. Non enim numero est una, sed genere, propter similitudinem, tamen et nullam diuersitatem magis unam dicimus esse quàm multas. Nam & duos homines similimos cum uidemus, unam faciem dicimus, et miramur amborum. Facilius itaq; dicitur multas animas fuisse singulas utiq; singulorum, de quibus legimus in actibus a-
Acto. 4. postolorum, quòd ait fuerit anima una, quàm ubi dixit Apostolus una fides, tot eas audet quisq; dicere quot fi-
Ephes. 4. deles. Et tamen qui dicit, o mulier magna est fides tua,
Matth. 15. & alteri, Modicæ fidei quare dubitasti, suam cuiq; esse
Matth. 14. significat. Sed ita dicitur eadem credentium fides una, quemadmodum eadem uolentium uoluntas una, cum & in ipsis, qui hoc idem uolunt sua uoluntas sic cuiq; conspicua, alterius autem lateat, quamuis idem uelit. Et si aliquibus signis sese indicet, creditur potius quàm uidetur Vnusquisq; autem sui animi conscius non credit utiq; hãc esse suam, sed plane peruidet uoluntatem,

Eodem libro. Cap. XX.

2 Thessa. 3 Acto. 15. Non omnium est fides

Beatos esse se uelle omnium hominum est, nec tamen omnium est fides, qua cor mundante ad beatitudinem peruenitur. Ita fit ut per istam, quam non omnes uolunt, ad illam tendendum sit, quam nemo possit esse qui nolit, Necessaria est ergo fides, ut beatitudinem cõsequamur, omnibus humanæ naturæ bonis, idest & animi & corporis. Hanc autem fidem in Christo esse definitam, qui in carne resurrexit à mortuis, non moriturus ulterius, nec nisi per illum, quemq; liberari à diaboli dominatu, per remissionem peccatorum. In cuius diaboli partibus necesse est, miseram esse uitam, eandemq; perpetuam, quæ mors est potius dicenda quàm uita, eadem fides habet.

Fides Christianorum in Christo est definita Roman. 6.

Ibidem in fine.

Abacuc 2

Nunc librum istum ita claudimus, ut admoneamus, quod iustus ex fide uiuit, quæ fides per dilectionem operatur, ita ut uirtutes quoq; ipsæ quibus prudenter, fortiter temperanter, iuste q; uiuitur, omnes ad eandem referantur fidem. Non enim aliter poterunt esse ueræ uirtutes, quæ tamen in hac uita non ualent tantum, ut aliquã-
Gala. 5 do non sit hic necessaria qualiumcunq; remissio peccatorum, quæ non fit nisi per eum, qui sanguine suo uicit principem peccatorum. Ex hac fide & tali uita quæcunq; nationes sunt in animo fidelis hominis, cum memoria continentur, & recordatione inspiciuntur, & uoluntati placent, reddunt quandam sui generis trinitatem.

Virtutes & opera ad fidem referenda.

Libro XV. Cap. XVIII.

Fides ualet quæ dilectionem operatur, Galath. 5. Iacob. 2.

Sine charitate quippe fides potest quidem esse, sed non & prodesse. Propter quod & Apostolus Paulus, In Christo inquit Iesu, neq; circumcisio, neq; præputiũ aliquid ualet, sed fides, quæ per dilectionẽ operatur. Sic eam discernens ab ea fide, qua & demones credunt & contremiscunt &c.

Libro IIII. De Genesi ad literam. Cap. XVII.

In nullis operibus nostris quãrumuis bonis præcel

Hæc erit igitur, summa minimeq; superba, et uere pia requies nostra, ut sicut ipse requieuit, ab omnibus operibus suis, quia non ei opera sua, sed ipse sibi bonum est, quod beatus est, ita & nos ab omnibus operibus, non tãtum nostris, uerumetiam ipsius non nisi in illo requietu-
ros, nos esse speremus idq; desideremus, post bona opera nostra, quæ

Ff in Christo nos requieturos.

nostra quæ in nobis agnoscimus, illius potius esse quàm nostra, ut etiam sic post bona opera sua ipse requiescat in nobis, cum post bona opera nostra, quæ ab illo iustificati fœcerimus, in se nobis requiem præstet.

Lib. II. de Moribus Manicheorũ. Cap. XIII.

Finis enim li bona est quo referũtur ea quæ facim⁹ ꝯtũc opera ipsa etiam laude aliqua digna iunt.

Finis enim quo referuntur ea quæ facimus, id est, propter quem facimus quicquid facimus, si non solum inculpabilis sed etiam laudabilis fuerit, tunc demum etiam facta nostra laude aliqua digna sunt. Sin ille iure meritoq; culpatur quem spectamus & intuemur, cũ in aliquo uersamur officio, id quoq; officium nemo improbandum uituperandumq; dubitauerit. De Catilina memoriæ proditum est, quod frigus, sitim, famẽ ferre poterat. Hæc erant illi spurco sacrilegoq; cũ Apostolis nostris cõmunia. Vnde ergo discernitur parricida iste ab Apostolis nostris, ni si fine illo quẽ diuersissimum sequebatur. Namq; ille ista tolerabat, ut immoderatissimas ac immanissimas expleret cupiditates, illi econtra ut eas premerent, & dominanti rationi seruire cogerent &c.

Lib. III. de libero arbitrio. Cap. XX.

Opẽ a creatore implorandam est, ut conantes adiuuet

Dedit enim ille & facultatem benè operandi in laboriosis officijs, & uiam fidei in obliuionis cœcitate. Inditũ illud uel maxime, quod omnia omnis & quærendum esse concedit, quod inutiliter nescit, & perseueranter in officiosis laboribus eniendum, ad euincendam rectè faciendi difficultatem, & opem à creatore implorandam ut conãtem adiuuet, qui uel extrinsecus lege, uel in intimis cordis allocutione conandum esse præcepit, & præparat beatissimæ ciuitatis gloriam triumphantibus, de illo qui primũ hominem ad istam miseriã perduxit uictum pessima suasione, quam miseriam isti suscipiunt ad eũ uincendũ optima fide, non enim paruæ gloriæ militia est diabolum uincere eodem suscepto supplicio, quo se hominem uictum p duxisse gloriatur &c.

De Vera religione. Cap. XXV.

Miracula quare cessatunt.

Cum enim ecclesia catholica per totum orbem diffusa atq; fundata sit: Nec miracula illa in nostra tempora durare permissa sunt, ne animus semper uisibilia quæreret & eorum consuetudine frigesceret genus humanum, quorum nouitate flagrauit. Nec iã nobis dubium esse debet his esse credendum qui cum ea prædicent, quæ pauci assequuntur, se tamen sequendos populis persuadere potuerunt &c.

De sermone domini in monte, D.

Vbi fides non est, nõ iustitia. Abacuk. 2 b.

Vbi autem sana fides non est, non potest esse iustitia, quia iustus ex fide uiuit.

In expositione Epistolæ ad Galathas. C.

Iustus ex fide uiuit, Gala. 5 Abacuk. 2 Matth. 1)

Opera uero ad bonos mores pertinentia non impleri nisi dilectione, per quam fides operatur. Vnde si opera legis quædam post fidem superflua, quædam ante fidem nulla sunt, uiuat iustus ex fide, & ut onus graue seruitutis abijciat, leui sarcina Christi uegetatus, & iustitiæ metas non transgrediatur, leui iugo charitatis obtemperãs.

Octoginta trium Quæstionum, Quæst. LXXVI.

Roma. 3 Locus ille Pauli quomodo intelligendus.

Quoniam Paulus Apostolus prædicans iustificari hominem per fidem sine operibus, non benè intellectus est ab eis qui sic acceperunt dictum, ut putarent cum semel in Christum credidissent, etiam si male operarentur & facinorose flagtioseq; uiuerent, saluos se esse posse per fidem. Locus iste huius epistolæ eundẽ sensum Pauli Apostoli quomodo sit intelligendus exponit, Ideoq; magis Abrahæ utitur exemplo, uacuam esse fidem si non benè operetur, quoniam Abrahæ exemplo etiam Paulus Apostolus usus est, ut probaret iustificari hominem sine operibus legis. Cum enim bona opera commemorat Abrahæ, quæ eius fidem comitata sunt, satis ostendit Paulum Apostolum non ita per Abraham docere iustificari hominẽ per fidem sine operibus, ut si quis crediderit non ad eum pertineat benè operari, sed ad hoc potius, ut nemo meritis priorũ operum bonorum arbitretur se peruenire ad donum iustificationis, quæ est in fide, In hoc enim se gentibus in Christum credẽtibus Iudæi præferre cupiebant, quod dicebant se meritis bonorum operum, quæ in lege sunt, ad Euangelicam gratiam peruenisse, ideoq; scandalizabantur multi qui ex eis crediderant, quod incircumcisis gentibus Christi gratia traderetur. Vnde Apostolus Paulus dicit posse hominem sine operibus legis se præcedentibus iustificari per fidem: Nam iustificatus per fidẽ, quomodo potest nisi iustè operari, quamuis antea nihil operatus iustè ad fidei iustificationem peruenerit, nõ merito bonorum operum, sed gratia dei quæ in illo iam uacua esse non potest, cum iam per dilectionem benè operatur. Quod si cum crediderit, mox de hac uita decesserit, iustificatio fidei manet cum illo, nec præcedentibus bonis operibus quia non merito ad illam, sed gratia peruenit, nec consequentibus quia in hac uita esse non sinitur: Vnde manifestum est quod Paulus Apostolus dicit. Arbitramur enim hominem iustificari per fidem sine operibus. Non tamen ita intelligendum est, ut accepta fide si uixerit, dicamus eum iustum, etiamsi male uixerit. Ideo exẽplo Abrahæ & Apostolus Paulus utitur, quia sine ŏperibus legis quam nõ acceperat per fidem iustificatus est: Et Iacobus, quia fide ipsius Abrahæ opera bona consecuta esse demonstrat, ostendens quemadmodum intelligendum sit quod Paulus Apostolus prædicauit. Nam qui putant istam Iacobi Apostoli sententiam, contrariam esse illi Pauli Apostoli sententiæ, possunt arbitrari etiã ipsum Paulum sibi esse contrariũ, qa dicit alio loco: Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Et alio locõ, sed fides quæ per dilectionem operatur. Et iterum, si enim secundum carnem uixeritis moriemini, si spiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis. Quæ sint autẽ facta carnis quæ operibus spiritalibus

Roma. 2 Gala, 5 Roman. 8.

mortificanda sunt,alio loco manifestat dicens: Manifesta autem sunt opera carnis,quæ sunt fornicationes, immunditiæ,impudicitia,simulachrorum seruitus, uenefitia, inimicitiæ,contentiones,æmulationes,animositates,dissensiones,hæreses,inuidiæ, ebrietates,commessationes, & his similia,quæ prædico uobis sicut prædixi, quoniam qui
5. Corin. 6 talia agunt,regnum dei non possidebunt. Et ad Corinthios ait,nolite errare neq; fornicatores,neq; idolis seruientes,neq; adulteri,neq; molles,neq; masculorum concubitores,neq; fures,neq; auari,neq; ebriosi,neq; maledici,neq; rapaces,regnum dei possidebũt. Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis,sed sanctificati estis,sed iustificati in nomine domini nostri Iesu Christi,et in spiritu dei nostri. Quibus sententijs manifestissimè docet, non eos preterito bono opere ad fidei iustificationem peruenisse,nec merito eorum istam gratiam datam,quando dicit, & hæc quidem fuistis,sed cum dicit,qui talia agunt regnum dei non possidebunt,satis ostendit iam ex quo crediderunt bene operari debere. Quod & Iacobus dicit, & multis omnino locis idem Apostolus Paulus satis aperteq; prædicat, rectè uinendũ omnibus qui in Christo crediderunt,ne ad pœnas perueniant. Quod & ipse dominus commemorat dicens,non omnis qui dicit mihi dñe domine intrabit in regnum cœlorum,sed qui facit uoluntatem patris mei q̃ in
Matth.7 Luc.6 cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Et alibi,ut quid dicitis mihi domine domine,& non facitis quæ dico uobis. Et omnis qui audit uerba mea hæc,& facit ea,similabo eum uiro prudenti,qui ædificauit domum suam supra Petram &c. Et qui audit uerba mea hæc & non facit ea,similabo eum uiro stulto,qui ædificauit domum suam super arenam &c. Quæ propter non sunt sibi contrariæ duorum Apostolum sententiæ, Pauli & Iacobi,cũ dicit unus iustificari hominem per fidem sine operibus, & alius dicit inanem esse fidem sine operibus,quia ille dicit de operibus quæ fidem præcedunt,iste de his quæ fidẽ sequuntur,sicut etiam ipse Paulus multis locis ostendit.

Concordãtia locorũ Pauli et Iacobi Apostolorum. Roma.3 Iacobi.)

XXI. Sententiarum sententia. VIII.

Quæ sit fides sine spe et charitate

Fides sine spe & charitate est,si dicas,credo uera esse ad quæ me uocas,sed ego ea capere non possum,nec uolo. Fides sine spe cum charitate est,si dicas: Credo uera esse ad quæ me uocas,& uolo ea consequi,sed non possum. Fides cum spe sine charitate est,si dicas, credo uera esse ad quæ me uocas,& ea possum assequi si uelim,sed nolo. Charitas sine spe & fide est,si quis dicat. Vehementer se uelle sine illecebris corporis sui uiuere æternum, sed neq; credere esse uitam æternam,nec si sit, eam se posse assequi. Cum fide sine spe charitas est,si & desiderare se uitam æternam,& credere esse quis dicat,sed se posse assequi neget. Spes autem sine fide quomodo esse possit non inuenio: Nemo enim se sperat posse assequi,quod esse nõ credit. Oportet ergo inesse animo omnia tria,fidẽ,spem, & charitatem,ut & credat uera esse ad quæ uocatur, & speret se posse assequi,& omnino ea diligat &c.

De uera & falsa pœnitentia. Cap. II.

Si fides fundamentum est pœnitentiæ, præterq̃ nihil est quod bonum sit,appetenda est pœnitentia,quam constat in fide esse fundatam: Non enim potest arbor bona fructus malos facere. Pœnitentia itaq; quæ ex fide non procedit,utilis non est. Oportet autem credi remedium pœnitentiæ à saluatore concedi &c.

Fides fundamentum pœnitentiæ

Matth.7

De cognitione ueræ uitæ. Cap. XXXVII.

Differentia iter credere deum et credere in deũ.

Fra,differt aliquid credere deum et credere in deum. Ma,multum,dæmones deum & pagani credunt,sed non credunt in deum. Credunt namq; quod deus sit,qui omnia creauit,ac super omnia potens sit. In deum autem tũtum credant,qui eum diligendo in eum tendunt. Vera autem fides est credere,quod deus in essentia est unitas, & in personis trinitas,& hic cũcta ex nihilo uerbo suo creauit,ac collapsa eodem uerbo incarnato restaurauerit,et in ultimo die uniuersa per spiritũ sanctum innouabit. Et hoc credentibus,summum bonum sed seipsum in primo dabit. Hæc fides uera animæ existit, & per hanc iustus uiuit. Hæc fides spe nutritur,ut corpus cibo reficitur. Dilectione animatur,ut corpus anima uiuificatur. Dilectio autem operatione comprobatur: Vnde fides sine operibus mortua esse affirmatur. Ergo fide anima declinat à malo & facit bonum,cuncta transitoria respuit, inuisibilia sicut uisibilia appetit, dilectione queq; dura tollerat, carnis impetus refrenat,necessaria proximis erogat,summo bono semper anhelat. Igitur anima quæ sic credendo & sperando in deum tendit,ipsum summum bonum sine fine habebit.

Abacuk. 2

Iaco. 2

In Prologo libri de fide ad Petrum.

Gaudeo quidem quod pro fide uera sine ullo perfidiæ uitio custodienda sollicitudinem geris,sine qua nulla potest prodesse imò nec esse conuersio. Apostolica quippe dicit auctoritas,quia sine fide impossibile est placere deo: Fides namq; est bonorum omnium fundamentum, fides est humanæ salutis initium,sine hac fide nemo ad filiorũ dei numerum potest peruenire, quia sine ipsa nec in hoc sæculo quisq̃ iustificationis gratiam consequitur,nec in futuro uitam possidebit æternam. Et si quis hic non ambulauerit per fidem,non perueniet ad speciem: Sine fide omnis labor hominis uacuus est. Tale quippe est,ut sine uera fide quisq; uelit deo per contemptũ sæculi placere, quale si quisquam tendens ad patriam,in qua se scit beatè esse uicturum,relinquat itineris rectitudinem, & improuidus sectetur errorem,quo non ad beatam ciuitatem perueniat,sed in præcipitium cadat,ubi non gaudium peruenienti datur,sed cadenti interitus inferatur.

Fides bonorum omniũ fundamentum, & salutis humanæ initium.

Lib.I. de prædestinatione sanctorum,Cap.XI

Omnia autem hæc operatur unus atq; idem spiritus diuidens propria unicuiq; pro ut uult.Inter quæ omnia si eut scitis nominauit & fidem.Sicut ergo quis dei donum sit,facta carnis mortificare,exigitur tamen à nobis,proposito premio uitæ,ita donum dei est & fides, quamuis & ipsa cum dicitur,si credideris saluus eris, proposito premio salutis exigatur à nobis,Ideo enim & hæc nobis præcipiuntur,& dona dei esse monstrantur,ut intelligatur,quod & nos ea faciamus & deus facit ut illa faciamus,sicut per Prophetam Ezechielem apertissime dicit. quid enim apertius quã ubi dicit: Ego faciam ut faciatis?

1. Corin.12

Fides etiam donũ dei est

De substantia dilectionis. Cap.VII.

Primum ergo si hoc mare magnum illesi pertransire uolumus,fabricemus nauem ut fidem integram habeamus,deinde nauem fidei inhabitemus per charitatem, ut credamus quod diligere debemus, et diligamus quod credimus,sic quæ & lex dei in corde nostro sit per rectè fidei cognitionem,& cor nostrum in lege dei sit per dilectionem.

Quod credimus diligere debemus.

De continentia,Cap.XIII.

Opera quippe hominis sunt, quæ non dicuntur dei, quoniam homo qui hoc agit secundum seipsum uiuit nõ secundum deum ,in quantum hoc agit. Sunt autem alia opera hominis,quæ magis dicenda sunt opera dei. Deus est enim inquit Apostolus,qui operatur in uobis, & uelle & operari pro bona uoluntate.Inde est et illud:Quot quot enim spiritu dei aguntur hij filij sunt dei &c.

Bona opera hominis dei esse dicũtur,

Philip.2

Roma.8

Cap.XIIII. Ibidem.

Cum autem mala illa commemorasset adiunxit, atq; ait,propter quæ uenit ira dei in filios infidelitatis. Vtiq; salubriter terruit,ne putarent fideles propter solam fidem,etiam si in his malis uiuerent,se posse saluari: Apostolo Iacobo contra istum sensum uoce manifestissima reclamante ac dicente: Si fidem quis dicat se habere ,opera autem non habeat, nunquid poterit fides saluare eum? Vnde & hic doctor gentium,propter illa mala uenire irã dei dixit in filios in fidelitatis.

Ephes. 5

Ira dei ueni et in filios infidelitatis

Iaco.2

De patientia. Cap.XXI.

Vnde & antiqui iusti ante incarnationem uerbi,in hac fide Christi, & in hac uera iustitia,quod est nobis Christus,iustificati sunt,hoc credentes futurum,quod nos credimus factum.Gratia salui facti per fidem non ex seipsis, sed dei dono ,non ex operibus ne forte extollerentur.Bona quippe opera eorum non præuenerunt misericordiam dei, sed secuta sunt. Ipsi quippe audierunt,ipsi scripserunt longe anteq; Christus uemisset in carne.Misebor cui misertus ero,& misericordiam præstabo cui misericors fuero. Exo.33

Patres p iustitiam quæ Christ⁹ ẽ iustificati sunt Ephe.2

De salutaribus documentis.

Multorum autem temporum labores,& orationes et eleemosinæ,& ieiunia,& uigiliæ ,si cum superbia finem habuerint,pro nihilo apud deum computantur, acceptus est deo uir humilis,& in se deum gestat &c.

Ibidem,Cap.XLV.

In omnibus actibus & cogitationibus placeas deo,nec studeas placere alteri nisi ad ædificationem animæ.Et in omni opere quod cogitas facere,primo cogita deum, & si secundum deum est quod cogitas,diligenter examina, & si est rectum coram deo,perfice illud, si uero aduersum fuerit repertum,amputa illud ab anima tua ,& omnia per consilium sapientium facito,ut opera tua & gressus tui,secundum domini uoluntatem dirigantur.In omni oratione & obsecratione domini uoluntatem in te,nõ tuam deprecare fieri, & secundum Apostoli præceptũ, orare sine intermissione oportet,& sanctas manus sine ira & disceptione ad deum leuare.

Orandũ ut domini uoluntas in nõbis fiat.

1. Tessa.5

Quæstionum veteris & noui testamenti.CXV.Quæst.

Si autem potestatis nostræ non essemus : Quomodo diceret dominus,petite & dabitur uobis? Omnis enim q petit accipiet?Si ergo quæ uult petere accipiet,iam non est illud quod solet dici , non quæ uolumus,sed quæ data sunt habemus,quia uoluntas à saluatore incitatur , ut petat & accipiat quod petierit:Fati autem hoc esse dicunt, ut siue petat siue non petat,fato tamen quod aut malum aut bonum est consequatur.Dominus autem hoc excludens ait.Filia fides tua te saluam fecit .Non iam fati fit quando fides percipit beneficium.Et iterũ, si credis, ait, omnia possibilia sunt credenti . In uoluntate utiq; posuit meritum,quia fidei bonum est non naturæ . Fides autem res accedens est,quæ excitat ad exercitium uoluntatem, ut quia in natura non est uoluntas,quæ in natura est susceptа fide,meritum ei collocet apud deum.

Matth.7

Fidem percipere dei beneficium nõ esse fati,

Matth.9

Marci.9

Ibidem.Quæst.CXXVI.

Credentes ergo accipiunt remissionem peccatorum, non tamen glorioſi erunt,nisi post acceptam fidem uixerint sub dei nominis timore , ut colluctati contra hostes Christiani nominis uictoriam faciant,ut possint premium mereri,dum plus uincunt quam uincuntur.Nam qui intelligit deum,& non accedit ad fidem eius, ne uiuat Christianus ,sed in fine uult fidem accipere,ut moriatur Christianus , aut erubescit Christianus uiuere ,aut peccatis operã dat,quæ arbitratur posse sibi remitti cum crediderit,istum puto non bonam caussam habere , quia ut quamdiu in sæculo est,peccet, non uult fieri,nec uiuere Christianus,aut confunditur fieri Christianus.Qualem sperat deum,cui cum militare erubescit,uult ab eo stipendium accipere?

Christianos accepta fide etiam bene uiuere oportere.

Post pauca ibidem.

Sed fides sic accipi debet, ut sciatur quid accipitur, tũc enim beneficium eius habebit si cognoscat & si profitea tur eam. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem con
Roma. 10 *fessio fit ad salutem. Ac per hoc quia iã nescit ubi sit quo= modo potest dici accipere? Ille enim accipit qui profite= tur se accepisse, sciens quia accepit. Si enim credunt quia datur credentibus remissio peccatorum, scire debent, quia*
Deus cor= dis est inspe ctor. *hic credit qui corde suo teste credit: Quia deus qui promi sit cordis inspector est, ipsum enim suscipit quem corde uidet credere. Itaq; cuius cor uerba fidei nõ aduertit, quo modo beneficium eius habebit?*

De vera innocentia. Cap. CCXXIIII.

Opera bo= na sunt quæ per fidem et dilectionem fiunt. *Non sunt bona opera, nisi quæ per fidem & dilecti= onem fiunt, quia alterum sine altero, nullius uirtutis fru= ctum parit.*

Ibidem, Cap. CCLXI.

Laus fidei ẽ non uisa credere. *Laus fidei est non uisa credere, premium erit credito rum adeptione gaudere &c:*

Ibidem. Cap. CCCLII.

Fides Chri= sti quid sit, *Fides Christi est credere in eum qui iustificat impi= um, credere in mediatorem, sine quo nullus reconcil iatur*
Iohan. 15 *deo, Credere in saluatorem qui uenit querere & saluare quod perierat: Credere in eum qui dixit sine me nihil po testis facere. Sed hanc fidem non appræhendit, qui igno= rans dei iustitiam, qua iustificatur impius suam uult con= stituere qua conuincitur superbus &c.*

De agone Christiano. Cap. XIII.

Fides est prima quæ subiugat animam deo, deinde præcepta uiuendi, quibus custoditis spes nostra firmatur, & nutritur charitas, & lucere incipit quod antea tan= tummodo credebatur. Cum enim cognitio & actio dona sint dei, & beatum hominem faciant, sicuti in cognitione cauendus est error, sic in actione cauenda est nequitia. Errat autem quisquis putat ueritatem se posse cognosce= re, cum adhuc nequiter uiuat. Nequitia est autem mun= dum istum diligere, & ea quæ nascuntur & transeunt pro magno habere, & ea concupiscere, & pro his labo= rare ut acquirantur, & letari cum abundauerint, & ti= mere ne pereant, & contristari cum pereunt. Talis uita non potest puram illam & synceram & incommutabilẽ uidere ueritatem, & inhærere illi, & inæternum non moueri. Itaq; priusq̃ mens nostra purgetur, debemus cre dere qd' intelligere nondum ualemus, quoniam uerissi= me dictum est per Prophetam: Nisi credideritis non in=
Esa. 7 Fides in ec clesia breuis sime tradit. *telligetis. Fides in ecclesia breuissime traditur, in qua cõ= mendantur æterna, quæ intelligi à carnalibus nondum possũt, & temporalia præterita & futura, quæ pro sa= lute hominum gessit, & gestura est æternitas diuinæ p uidentiæ: Credamus ergo in patrem & filium & spiri= tum sanctum &c.*

Eodem lib. Cap. XXXIII.

1. Corin. 3. Qua fidei simplicitate & syncerita te ambulan dum. Collo. 2 *Ista fidei simplicitate & synceritate lactati nutria= mur in Christo, & cum paruuli sumus, maiorum cibum non appetamus, sed nutrimentis saluberrimis crescamus in Christo, accedentibus bonis moribus & Christiana iu stitia, in qua est charitas dei & proximi perfecta & fir mata, ut unusquisq; nostrum de diabolo inimico & an= gelis eius triumphet in semetipso, in Christo quem indu= it, quia perfecta charitas nec cupiditatem habet sæculi, nec timorem sæculi, id est, nec cupiditatẽ ut acquirat res temporales, nec timorem ut amittat res temporales &c.*

Lib. I. de Doctrina Christiana. Cap. XXXVII.

A fide si quis ceciderit a charitate si etiam neces se est cadat. *Porrò fide titubante, charitas etiam ipsa languescit. Nam si à fide quisq; ceciderit, à charitate etiam necesse est cadat: Non enim potest diligere quod esse non credit. Porrò si & credit & diligit, benè agendo & præceptis bonorum operum obtemperando, efficit ut etiam speret se ad id quod diligit se esse uenturum. Itaq; tria hæc sunt*
1. Corin. 13 *quibus & scientia oĩs, & prophetia militat, fides spes & charitas.*

Eodem lib Cap. XL.

1. Timo. 1 *Qua propter cum quisq; cognouerit finem præcepti esse charitatem, de corde puro & conscientia bona & fi de non ficta, omnem intellectum diuinarum scriptura= rum ad ista tria relaturus, ad tractationem illorum libro rum securus accedat. Cum enim diceret charitas, addi= dit, de corde puro, ut nihil aliud quam id quod diligen= dum est diligatur. Conscientia uero bona, subiunxit pro pter spem: Ille enim se ad id quod credit & diligit per= uenturum esse desperat, cui malæ conscientiæ scrupulus inest. Tertio inquit, & fide non ficta, si enim fides no=*
Fides sine hypocrisi & menda= tio esse de bet, *stra mendatio caruerit, tunc & non diligimus quod non est diligendum, & rectè uiuendo id speramus, ut nullo modo spes nostra fallatur. Propterea & de rebus conti= nentibus fidem, quantum pro tempore satis esse arbitra= tus sum, dicere uolui, quia in alijs uoluminibus siue per alios siue per nos multa iam dicta sunt &c.*

De gratia noui testamenti ad Hono= ratum, Cap. XXX.

Psalm. 35 *Homines & iumenta saluabis domine, sicut multipli= cata est misericordia tua deus. Vt hinc intelligamus etiã illam salutem æternam & immortalem, de qua dicit A= postolus, spe enim salui facti sumus. Similiter ut istam*
Roman. 8. Opera bo= na ex iustifi catione dei operamur. Ephe. 2 *quæ hominibus iumentisq; communis est, gratis nos ac= cipere non ex operibus, ne forte quis extollatur, quia opera bona ex ipsius iustificatione operamur: Ipsius enim sumus figmentum creati in Christo Iesu in operi= bus bonis quæ præparauit deus, ut in illis ambulemus. Et illa ergo salus gratuita est, de qua in alio Psalmo*
Psalm. 3 *dicitur: Domini est salus & super populum tuum bene= dictio tua.*

Ibidem

Ibidem, Cap. XXXI.

Matt. 5 Ipsæ autem sunt lampades accensæ, opera scilicet bona, de quibus dominus dicit: Luceant bona opera uestra coram hominibus, ut uideant bona facta uestra, & glorificent patrem uestrum qui in cœlis est. Hucusq; pertendit intentio uirginum sapientium, ut ideo uelint uideri ab hominibus opera sua bona, nõ quo ab eis laudentur ipsæ, sed ut glorificetur deus à quo illis est quod bene operantur, ac per hoc interiore bono gaudent, quod est coram deo, ut eleemosina in occulto: Vt pater qui uidet in occulto reddat. Et ideo non deficient lampades quia interiore oleo uegetantur, id est, intentione bonæ conscientiæ qua coram deo fit in eius laudem quicquid coram hominibus bonis operibus lucet &c.

Matth. 5.

Intentione bonę cõsciẽtię bona opera fieri debent.

Matth. 6

In libro de fide & operibus. Ca. IX.

Hoc est enim Euangelizare Christum non tantum dicere quæ sint credenda de Christo, sed etiam quæ obseruanda ei qui accedit ad compagem corporis Christi: Immo uero cuncta dicere quæ sunt credenda de Christo, nõ solum cuius sit filius, unde secundum diuinitatem, unde secundum carnem genitus quæ perpessus & quare, quæ sit uirtus resurrectionis eius, quod donum spiritus promiserit dederitq; fidelibus, sed etiam qualia membra quibus sit caput quærat, instituat, diligat, liberet, atq; ad æternã uitam honoremq; perducat. Hæc cum dicuntur, aliquando breuius atq; constrictius, aliquando latius & uberius Christus Euangelizatur, & tamen non solum quod ad fidem, uerumetiam quod ad mores fidelium pertinet non prætermittitur &c.

Euangelizãdum non tolum qđ ad fidem, sed etiam quod ad mores attinet.

Eodem lib. Cap. XIIII.

Quare iam illud uideamus quod excutiendum est à cordibus religiosis, ne mala securitate salutem suam perdant, si ad eam obtinendam sufficere solam fidem putauerint, benè autem uiuere & bonis operibus uiam dei tenere neglexerint. Nam etiam temporibus Apostolorum nõ intellectis quibusdam subobscuris sentẽtijs Apostoli Pauli, hoc eum quidam arbitrati sunt dicere, faciamus mala ut ueniant bona, quia dixerat, lex subintrauit ut abundaret delictũ, ubi autem abundauit delictum superabundauit et gratia. Quod ideo uerum est, quia legem accipientes homines, qui de suis uiribus superbissime præsumebãt, nec diuinum adiutorium uincendarum malarum concupiscentiarum recta fide impetrantes, pluribus grauioribusq; delictis, etiam lege præuaricata onerati sunt. Ac sic magno reatu compellente confugerunt ad fidem, qua misericordiam indulgentiæ mererentur, & auxilium à domino qui fecit cœlum & terram, ut diffusa per spiritum sanctum charitate in cordibus suis cum dilectione agerent, quæ contra sæculi huius concupiscentias iuberẽtur, secundum id quod prædictum fuerat in Psalmo: Multiplicatæ sunt infirmitates eorum postea acceleraueruñt. Cum ergo dicit Apostolus, arbitrari se iustificari hominẽ per fidem sine operibus legis, non hoc agit, ut perceptæ ac professa fide, opera iustitiæ contemnantur, sed ut sciat se quisq; per fidem posse iustificari, etiamsi legis opera non præcesserint, sequuntur enim iustificatum, non præcedunt iustificandum &c.

Temporibus etiã Apostolorum scripturę peręã & pręposteræ intelłęte, Roma. 5

Psalm. 120 Roma. 5

Psalm. 15.

Roma. 7

Opa sequũtur iustificatum non iustificandum

Eodem lib. cap. XIII.

Quid ipse dominus ut alia omittam, cum ab eo diues ille quereret, quid boni faceret ut uitam æternam consequeretur: Recolant quid responderit, si uis uenire inquit ad uitam, serua mandata. At ille quæ tunc dominus commemorauit præcepta legis, non occides, non mœchaberis, & cætera, ubi cum ille respondisset, hæc se fœcisse à iuuentute sua, addidit etiam perfectionis præceptum, ut uẽditis suis omnibus, & in pauperum eleemosinis erogãs haberet thesaurum in cœlo, & eumdem dominum sequeretur. Videant igitur non ei dictum esse ut crederet & baptizaretur, quo solo adiutorio putant isti uenire hominem ad uitam, sed morum præcepta homini data, quæ utiq; sine fide custodiri obseruariq; non possunt: Nec tamen quia hic de insinuanda fide dominus uidet tacuisse, præscribimus nos atq; contenti sumus, morum tantummodo præcepta dicẽda esse hoibus ad uitã peruenire cupientibus, utraq; enim mutuo connexa sunt, sicut ante dixi, qa neq; dilectio dei potest esse in homine qui non diligit proximum, nec dilectio proximi in eo qui non diligit deum: Et ideo qui credit deo debet facere quod præcepit deus, & quæ propterea facit quia præcepit deus, necesse est ut credat deo &c.

Matth. 19

Credentes quæ præcepit deus facere debent

Cap. XIIII.

Quoniam ergo hæc opinio tunc fuerat exorta, aliæ Apostolicæ Epistolæ Petri, Ioannis, Iacobi, Iudæ, contra eam maxime dirigunt intentionem, ut uehementer astruant fidem sine operibus nihil prodesse, sicut etiam ipse Paulus non quamlibet fidem qua in deum creditur, sed eam salubrem plane, quam Euangelicam diffiniuit, cuius opera ex dilectione procedunt, & fides inquit quæ per dilectionem operatur. Vnde illam fidem quæ sufficere ad salutem quibusdam uidetur, ita nihil prodesse asseuerat ut dicat, si habeam omnem fidem ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam nihil sum.

Fides sine operibus nihil prodest.

Gala. 5.

1. Corin. 13

Cap. XV. Eodem lib.

Illud deinde quomodo uerum erit quod eis quos ad sinistrã positurus est dicet: Ite in ignem æternum qui paratus est diabolo & angelis eius, nec increpat quia in eũ non crediderunt, sed quia bona opera non fœcerunt. Nã profecto ne sibi quisq; de fide quæ sine operibus mortua est, promittat æternam uitam, propterea omnes gentes segregaturum se dixit quæ permixtæ eisdem pascuis utebãtur, ut appareat eos illi dicturos, domine quando te uidimus illa & illa patientem, & non ministrauimus tibi, qui in eum crediderant, sed bona operari non curauerant, tanq̃ de ipsa fide mortua ad uitam peruenirentur æternam &c.

Matth. 25

Nemo præterridẽ quæ per dilectionem operatur æternam uitam sibi promittat.

Eodem lib, Cap. XVI.

Fundamentum aliud nemo potest ponere præter id

1. Corin. 3.

q̄uod positum est quod est Christus Iēsus: Si autem Christus proculdubio fides Christi, per fidem quippe habitat Christus in cordibus nostris, sicut idem Apostolus dicit. Porrò fides Christi illa utiq; quam difiniuit Apostolus quæ per dilectionem operatur. Non enim fides illa dæmonum, cum & ipsi credant & cōtremiscant & filium dei cōfiteantur Iēsum, potest accipi in fundamentum. Quare nisi quia non est fides quæ operatur per dilectionem sed quæ exprimitur per timorem. Fides itaq; Christi, fides gratiæ Christianæ, id est, ea fides quæ per dilectionē operatur, posita in fundamento neminem perire permittit &c.

Ephe. 3 Per fidē habitat Christus in cordibus credentium.

Cap. XXII.

Inseparabilis est quippe bona uita à fide quæ per dilectionem operatur, immo uero ea ipsa est bona uita.

Bona uita inseparabilis est a fide quæ per dilectionē operatur. Gala. 5

Cap. XXIIII.

Nos ad nouum testamentum pertinentes, non ancillæ filios esse sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit, & putauerant hoc esse libere uiuere, ut tanq̄ de tanta redemptione securi quicquid liberet licere sibi arbitrarentur, non intuentes quod dictum est, uos in libertatem uocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem carnis detis. Vnde & ipse Petrus dicit, liberi non sicut uelamentum malitiæ habentes libertatem.

Gala. 5 Christianis propterea quod liberi sunt omnia eis licere arbitrari non debent, Gala. 5 1. Pet. 2

Lib. eodem, Cap. XXVI.

Qui enim dixit, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum cœlorum, ipse etiam dixit, nisi abundauerit iustitia uestra pluſq̄ Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum cœlorum. De illis quippe ait, super Cathedram Moysi sederunt Scribæ & Pharisæi quæ dicunt facite quæ autem faciunt facere nolite, dicunt enim & non faciunt &c.

Ioha. 3 Matth. 5 Iustitia christianorum fidei debet esse consona. Matth. 23

Lib. tertio contra duas Epistolas Pelagianorum ad Bonifaciū. Cap. V.

Nostra fides hoc est catholica fides iustos ab iniustis, non operum, sed ipsa fidei lege discernit. Quia iustus ex fide uiuit. Per quam discretionem fit ut homo ducens uitā sine homicidio, sine furto, sine falso testimonio, sine appetitu rei ullius alienæ, parentibus honorem debitum reddens: Castus usq; ad continentiam ab omni omnino concubitu, etiam coniugali, eleemosinarum largissimus, iniuriarum patientissimus, qui non solum nō auferat aliena, sed nec sua reposcat ablata, uel etiā uenditis oībus suis erogatisq; in pauperes, nihil suum proprium possideat, cum suis istis tamen uelut laudabilibus moribus, si nō in deum fidem rectam & catholicam teneat, de hac uita damnandus abscedat. Alius autem habens quidem opera bona ex fide recta quæ per dilectionem operatur, nō tamen ita ut ille bene moratus, in continentiam suam sustentat honestate nuptiarum, coniugij carnalis debitum & reddit & repetit, nec sola propagationis causa, uerūetiā uoluptatis, q̄uis cum sola uxore concumbit, quod coniugatis secundum ueniam concedit Apostolus, iniurias tñ non patienter accipit, sed ulciscendi cupiditate fertur ira tus, q̄uis ut possit dicere, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, rogatus ignoscat. Possidet rem familiarem, faciens inde quidem eleemosinas, non tam largas, quam ille, non auferat aliena, sed quamuis ecclesiastico iudicio, nō forensi, tamen repetit sua. Nempe iste qui moribus illo uidetur inferior, propter rectam fidem quæ illi est in deū, ex qua uiuit, & secundum quam in omnibus delictis suis se accusat, in omnibus bonis operibus deum laudat, sibi tribuens ignominiam, illi gloriam, atq; ab ipso sumens et indulgentiam peccatorum & dilectionem rectè factorū, de hac uita liberandus, & in consortium cum Christo regnaturorum recipiendus emigrat. Quare? Nisi propter fidem. Quæ licet sine operibus neminē saluat, ipsa enim est non reproba fides quæ per dilectionem operatur, tamen per ipsam etiam peccata soluuntur, quia iustus ex fide uiuit, sine ipsa uero etiam quæ uidentur bona opera, in peccata uertūtur: Omne enim quod nō est ex fide peccatum est &c.

Matth. 6 Gala. 5 Abacuk. 2 Roma. 14

Lib. I. retractationum. Cap. XXIII.

Sicut enim in his quos elegit deus, non opera, sed fides inchoat meritum, ut per munus dei benè operentur, sic in his quos damnat, infidelitas & impietas inchoat pœnæ meritum, ut per ipsam pœnam etiam male operentur, uerissime dixi, sed fidei meritum etiam ipsum esse donum dei, nec putaui querendum esse nec dixi &c.

In his quos elegit deus non opa sed fides inchoat meritum.

In expositione Epistolę ad Romanos.

In Euangelium Ioannis, Tract. XXV.

Hoc est opus dei ut credatis in eum quem misit ille. Discernitur quidem ab operibus fides, sicut Apostolus dicit, iustificari hominem per fidem sine operibus legis, & sunt opera quæ uidentur bona sine fide Christi, & non sunt bona, quia non referuntur ad eum finē ex quo sunt bona. Finis enim legis Christus ad iustitiam oī credenti? Ideo noluit discernere ab ope fidē, sed ipsam fidē dixit esse opus dei, ipsa ē enim quæ p dilectionē opatur. Nec dixit hoc ē opus uestrum, sed hoc ē opus dei, ut credatis in eum quem misit ille, ut qui gloriatur in dño glorietur.

Ioha. 6 Roma. 3 Roma. 10 Fides ē op⁹ dei. Gala. 5 1. Corin. 1

Tract. XLIX.

Qui credit in me etiam si mortuus fuerit uiuet, et qui uiuit et credit in me nō morietur ĩæternū. Quid ē hoc, qui credit in me etiam si mortuus fuerit uiuet? Sicut Lazarus mortuus est uiuet, quia non est deus mortuorum sed uiuorum, de olim mortuis patribus, hoc est de Abraham Isaac & Iacob tale respōsum Iudæis dedit. Ego sum deus Abraham Isaac & Iacob, non est deus mortuorum sed uiuorum. Omnes enim illi uiuunt. Crede ergo & si mortuus fueris uiues. Si aūt non credis et cum uiuis mortuus es. Probemus & hoc, qa si non credis & uiuis mortuus es. Cuidā dñs differenti sequi eū & dicenti, eam prius sepelire patrē meū, sine inquit sepelire mortuos mortuos suos, tu ueni sequere me. Erat ibi mortuus sepeliendus, erant ibi et mortuos mortuum sepulturi. Ille mortuus in carne, illi in anima. Vnde mors in anima? Quia

Matth. 22 Matth. 8

Vbi fides non est, ibi anima mortua est.

non est fides, unde mors in corpore? quia non est ibi anima, Ergo animæ tuæ anima fides es &c.

Tractatu. LXVIII.

2. Cor. 5. *Qui enim à domino peregrinantur, opus habent ex fide uiuere, quia per hanc ad speciem contemplandam parantur.* Matthei 5. *Beati enim mundo corde quoniam ipsi deum uidebunt.* Acto. 15. *Et fide mundat corda eorum.* *Illud in euangelio, hoc in Apostolorum actibus legitur.* Qui uidet non credit. *Fides autem quæ eorum qui deum uisuri sunt, quamdiu peregrinantur, corda mundantur, quòd non uidet credit: Nam si uides, nõ est fides. Credenti colligitur meritum, uidenti redditur præmium.*

Tractatu. LXXIX.

Ioannis 13 *Et nunc dixi uobis priusq; fiat, ut cum factum fuerit credatis. Quid est hoc, cum magis homo credere debeat antèq; fiat, id quòd credẽdum est? Hæc est enim laus fidei, si quòd creditur non uidetur. Nam quid magnum est, si id creditur quód uidetur, secundum illam eiusdem* Iohan. 20. *domini sententiam, quando discipulum arguit dicens. Quia uidisti me credidisti, Beati qui non uident & credunt? Et nescio utrum credere dicendus est, quisq; quòd uidet: Nam ipsa fides in epistola, quæ scribitur ad* Hebre. 11. Fides a paulo diffinitur. *Hebreos, ita est definita, Est autem fides sperantium substantia, argumentum eorum, quæ non uidentur.*

De ciuitate dei, Cap. XX. Libro. IIII.

Quandoquidem uirtutem in quattuor species Romanorum philosophi distribuendam esse uiderunt, prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam, Fides inter uirtutes, apud Christianos maximum tenet, locum, Abacuc 2. *Et quoniam istæ singulæ species suas habent, in partibus iustitiæ fides est, maximum q; locum apud nos habet, quicunq; scimus, quid sit quòd iustus, ex fide uiuit &c.*

Cap. III. libro. XI.

Deus prius per prophetas, deinde per se ipsum post Fides sacrę scripturę etiam adhibenda est, *ea, per Apostolos quantum satis esse iudicauit locutus, Etiam scripturam condidit, quæ canonica nominatur eminentissime auctoritatis, cui fidem habemus de his rebus, quas ignorare non expedit, nec per nos ipsos nosse idonei sumus &c.*

Cap. IIII. libro. XIII.

Quoniam si regenerationis sacramentum, continuo sequæretur immortalitas corporis, ipsa fides enerua- Tunc dicitur fides, quando expectatur in spe, quod in re nondũ uidetur, *retur, quæ tunc est fides, quando expectatur in spe, quód in re nondum uidetur, fidei autem robore atq; certamine in maioribus dumtaxat ætatibus etiam mortis, fuerat superandus timor, quód in sanctis martiribus maxime eminuit, cuius profecto certaminis esset nulla uictoria, nulla gloria, quia nec ipsum omnino posset esse certamen, si post lauacrum regenerationis, iam sancti non possent mortem perpeti corporalem.*

Cap. XX. libro XV.

Indorum gymnosophistæ, qui nudi perhibentur philosophari in solitudinibus Indiæ, ciues terrenæ ciuitatis sunt, & à generando se cohibent. Non enim est hoc bonum, nisi cum fit secundum fidem, summi boni, qui est deus, Hoc tamen nemo fœcisse ante diluuium reperitur &c. Nullum opus bonum est, nisi qd fit, secundũ deum.

Cap. IIII. libro. XIX.

Si ergo quæratur à nobis, quid ciuitas dei, de his singulis interrogata respondeat, ac primum de finibus bonorum malorumq; quid sentiat, respondebit æternam uitam esse summũ bonũ, æternam uero mortem summum malum, propter illam proinde adipiscendam, istamq; uitandam, recte nobis esse uiuendum, propter quod scriptum est, iustus ex fide uiuit. Quoniam neq; bonum nostrum iam uidemus, unde oportet ut credendo quæramus, neq; ipsum recte uiuere nobis ex nobis est, nisi credentes adiuuet & orantes, qui & ipsam fidem dedit, quæ nos ab illo adiuuandos esse credamus &c. Vita æterna summũ bonum est, Mors æterna summũ malum, Abakuk. 2

Cap. XXV. libro, XXI.

In Christo perseuerare, est in eius fide perseuerare. Galath. 5. Roman. 13 Fides est in Christo manere. *Quæ fides, ut eam definit idem Apostolus, per dilectionem operatur, dilectio autem sicut idem alibi dicit, malum non operatur. Nec isti duo ergo dicendi sunt manducare corpus Christi, quoniam nec in membris cõputandi sunt Christi &c.*

Cap. XXX. libro XXII.

Nam & ipsa opera bona nostra, quando ipsius potius intelliguntur esse quàm nostra, tũc nobis ad hoc sabbatum adipiscendum imputantur, quia si nobis ea tribuerimus seruilia, erunt cum de sabbatho dicatur, omne opus seruile in eo non faciatis, propter quòd, & per prophetam Ezechielem dicitur, Et sabbatha mea dedi eis in signum, inter me, & inter eos, ut scirent, quia ego dominus, qui sanctifico eos. Hoc perfecte tunc sciemus, quando perfecte uacabimus, & perfecte uidebimus, quia ipse est deus &c. De sabbatho. Leuiti. 23. Ezech. 20. Psalm. 45.

De uerbis domini, secundum Mattheum, Sermo. II.

Sic luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in cœlis est, postea dixit, attendite ne iustitiam uestram faciatis corã hominibus, ut uideamini ab eis, Turbatur enim mens parum intelligentis, & præcepto utriq; obaudire cupientis, per diuersa & aduersa distenditur, tam nemo enim potest, quamuis uni domino obtemperari repugnantia iubenti, quam nemo potest etiam duobus dominis seruire, quòd eodem sermone saluator ipse testatus est. Quid ergo faciet animus nutans, cum se obtẽperare nõ posse existimat, et nõ obtemperare formidat? si enim opa sua in luce posuerit hominibus intuenda, ut Matthei 5 Matthei. 6 Bona opera, quomodo facienda.

faciat, quòd præceptum est. Sic luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uideant opera uestra bona, & glorificent patrem uestrum, qui in cœlis est. Reũ se teneri arbitrabitur, quia contra præceptum facit ubi dicitur, Attendite ne iustitiam uestram faciatis, coram hominibus, ut uideamini ab eis. Rursumq; si hoc timens, & cauens, ea quæ bene facit absconderit, non se putabit seruire imperanti & dicenti, luceat lumen uestrum, coram hominibus, ut uideant bona opera uestra. Qui autem recte intelligit, Vtrumq; implet & seruiet uniuersissimo domino, qui seruum pigrum non damnaret, si ea quæ fieri nullo modo poterant imperaret. Audi enim Paulum seruum Christi Iesu uocatum Apostolum segregatum in euangelium dei, Vtrumq; & facientem, & dicentem. Videte quemadmodum luceat lumen eius, coram hominibus, ut uideant bona opera eius. Commendamus inquit uosmetipsos, ad omnem conscientiam hominum in conspectu dei. Et iterum prouidemus enim bona, non solum coram deo, sed etiam coram hominibus. Et iterum, Placete omnibus per omnia, sicut & ego omnibus per omnia placeo. Videte rursus quam attendat ne faciat iustitiam suam, coram hominibus, ut uideatur ab eis. Opus autem suum probet unusquisq; inquit, & tunc in semetipso habebit gloriam, & non in altero. Et iterum, Nam gloria nostra hæc est, testimonium conscientiæ nostræ. Et illud quo nihil manifestius, si adhuc inquit hominibus placerem, Christi seruus non essem.

Roma, 1.

3. Cor, 14.
2. Corin, 8

1. Cor, 10.

Galatas 6.

2. Corin, 1.

Gala, 1.

Post pauca ibidem.

Intentio cordis, quo dirigatur in tuendũ est,

Intentio quippe cordis humani quo dirigatur, & quo expectet intuendum est. Quisquis ergo ita uult uideri ab hominibus opera sua, ut ille glorificetur, à quo ea, quæ in illo uidentur accepit, & sic ad imitãdum bonum, idem ipsi qui uident pietate fidei prouocentur, uere lumen eius lucet coram hominibus, quia lux charitatis radiatur, non superbiæ fumus euomitur, & in eo ipso cauet ne iustitiam suam faciat coram hominibus, ut uideatur ab eis, quia nec suam deputant illam iustitiam, nec ideo facit, ut ipse uideatur, Sed ut ille intelligatur, qui laudatur in homine iustificato, ut faciat, & in laudante, quòd laudatur in altero, ideſt, ut laudantem faciat esse laudabilem &c.

De verbis domini, secundum Lucam, Sermo. XXXVI.

Verumtamen cum uenerit filius hominis putas inueniet fidem in terris, si fides defecit oratio perit. Quis enim orat, qui non credit? Vnde & beatus Apostolus, cum ad orandum exhortaretur ait, omnis quicunq; inuocauerit nomen domini saluus erit. Et ostenderet fidem esse fontem orationis, nec posse ire riuum, ubi caput aquæ siccaretur, adiunxit atq; ait: Quomodo autem inuocabunt, in quem non crediderunt? Ergo ut oremus credamus, ut et ipsa non deficiat fides, qua oramus, oremus.

Roma. 10.

Oratio fidei impetrat firmitatem.

Fides fundit orationem, fusa oratio fidei impetrat firmitatem. Etenim ne intentationibus deficeret fides, propterea dominus ait, uigilate & orate, ne intretis in tentationem. Quid est in tentationem intrare, nisi à fide exire? Intantum enim tentatio proficit, Inquantum fides deficit, & intantum tentatio deficit, intantum fides proficit. Nam ut aptius nouerit charitas uestra, de fide ne deficeret, & periret dixisse dominum Vigilate & orate ne intretis in tentationem, Eo loco euangelium ait: Hac nocte postulauit sathanas uexare uos, sicut triticum, & ego rogaui patrem pro uobis ne deficiat fides uestra. Rogat qui tuetur, & non rogat qui periclitetur? Quod autem ait dominus, cum uenerit filius hominis, putas inueniet fidem in terra? De fide dixit, quæ perfecta est. Ipsa eĩm uix inuenitur in terra. Ecce plena est dei ecclesia, Quis huc accederet si nulla esset fides? Quis non montes transferret, si plena esset fides? Attendite ipsos Apostolos, Dimissis omnibus suis, calcata spe sæculi, dominũ non sequerentur, nisi magnam haberent fidem. Et tamen si plenam haberent fidem, nõ dicerent domino, auge nobis fidem, uide etiam utrumq; illũ de se cõfitentem Vide fidem, & non plenam fidem. Qui cum obtulisset domino filium, à malo demonio sanandum, & esset interrogatus utrum crederet, respondit & ait, credo domine, adiuua incredulitatem meam, credo inquit, credo domine, ergo est fides. Sed adiuua incredulitatem meam. Ergo non plena est fides &c.

Luce. 22.

Luce. 17.

Marci. 9.

De uerbis domini secundum Ioannem, Sermo. L.

Si liguis hominum loquar et angelorum charitatem autem non habeam, factus sum uelut æramentũ sonans, & cimbalum tinniens, Si sciero omnia sacramenta, et habuero omnem prophetiam, & omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem nõ habeam nihil sum. Magna ergo res est, postremo fides montes transferens Illa quidem magna sunt, sed si ego hæc sine charitate habeo inquit, non illa, sed ego nihil sum &c.

1. Cor. 13.

Nihil est qui charitatem non habet.

In eundem, Sermo. LX.

De peccato quidem arguet spiritussanctus mundum, quia in me non credunt, de hoc ergo uno peccato uoluit mundum argui, quòd non credunt in eum, uidelicet & quia in eum credendo cuncta peccata soluuntur. Hoc unum imputari uoluit, quo cætera colliguntur. Et quia credendo nascuntur ex deo, & filij dei fiunt. Dedit enim inquit illis potestatem filios dei fieri, credentibus in eum. Qui ergo credit in filium dei, in quantum adheret illi, & sit etiam ipse, per adoptionem filius & hæres dei, Cohæres autem Christi, intantum nõ peccat. Vnde dicit Ioannes. Qui natus est ex deo non peccat, & ideo peccatum unde mundus arguitur, hoc est, quòd non credunt in eum.

Iohan. 16.

Spiritussanctus mundũ arguit infidelitatis. Ioan. 6.

Roman. 8.

1 Iohan. 3.

In eundem,

In eundem, sermo. LXI.

Multum interest utrum quisq; credat Christum, & credat in Christū. Iacob. 2.

Sed multum interest, utrum quisq; credat ipsum esse Christum, & utrum credat in Christum, Nam ipsum esse Christum & dæmones crediderunt, nec tum in Christū dæmones crediderunt. Ille enim credit in Christum, qui & sperat in Christum, & diligit Christum. Nam si fidē habet sine spe & dilectione, Christum esse credit, nō in Christum credit. Qui ergo in Christum credit, credendo in Christum ueniet in eum Christus, & quo quomodo unitur in eum, & membrum in corpore eius efficitur. Quod fieri non potest, nisi spes accedat & charitas &c.

Ad consentium LXXXV. Epistola.

Vera fides sine spe, & sine charitate esse nō uult.

Pia fides, sine spe, & sine charitate esse non uult. Sic igitur homo fidelis debet credere, quòd nondum uidet, ut uisione, & speret, & amet. Et uisibilium quidem rerum præteritarum, quæ temporaliter transierunt, sola fides est, quoniam non ad hoc uidenda sperantur. Sed facta, &

Philip. 2.

transacta creduntur, sicut est illud, quòd Christus semel, pro peccatis nostris, mortuus est & resurrexit, Nec iam moritur, & mors ei ultra nō dominabitur. Ea uero quæ nōdum sunt, sed futura sunt: Sicut nostrorū spiritalium corporum resurrectio, ita creduntur, ut etiam sperantur uiuenda: sed ostendi, nunc nullo possunt modo. Quæ uero ita sunt, ut neq; præteream, neq; futura sint, sed æterna permaneant, partim sunt inuisibilia, sicut iustitia, sicut sapiētia, partim uisibilia, sicut Christi immortale iam corpus, sed inuisibilia intellecta conspiciuntur, ac per hoc, & ipsa modo quodam sibi congruo uidentur, & cū uidentur multo certiora sunt, quàm ea quæ corporis sensus attingit, sed ideo dicuntur inuisibilia, quia oculis istis mortalibus uideri omnino non possunt, At illa quæ uisibilia sunt, permanentia, possunt si ostendantur etiam, his mortalibus oculis conspici, sicut se discipulis post resurrectionem dominus ostendit, sicut etiam post ascensionem apostolo Paulo, & Stephano diacono, Proinde ista uisibilia permanentia, credimus, ut etiam si non demonstrentur, speremus ea nos quandoq; uisuros. Nec ea tenemur ratione intellectu q; comprehendere, nisi ut ea quia uisibilia sunt, ab inuisibilibus distinctius cogitemus, & cum cogitatione qualia sunt imaginamur, satis utiq; nouimus, ea nobis tano nota esse &c.

Iohan. 20 & 21. Acto. 7, Acto. 9.

Ad Casulanum. Epistola. LXXXVI.

Vna fides potest esse in ecclesia, licet diuersis fidem nō impedientibus observatiōibus,

Sit una fides uniuersæ, quæ ubiq; dilatatur ecclesiæ, tanquàm intus in membris: Etiam si ipsa fidei unitas quibusdam diuersis obseruationibus celebratur, quibus nullo modo, quòd in fide uerum est impeditur. Omnis enim pulchritudo filiæ regis intrinseca. Illæ autem obseruationes, quæ uariæ celebrantur, in eius ueste intelliguntur unde illi dicitur, In fimbrijs aureis, circumamicta uarietate, sed ea quoq; uestis ita diuersis celebrationibus uarietur, ut non aduersis contentionibus dissipetur. Sicut enim quòd ait Apostolus, uerum est, malum esse homini, qui per offensionem māducat, ita malum est homini, qui per offensionem ieiunat. Non itaq; simus eis similes, qui uidentes Ioannem non manducantem, neq; bibentem dixerunt, demonium habet, sed nec rursus eis, qui uidentes Christum manducantem & bibentem dixerunt, Ecce homo uorax & uinosus amicus publicanorum & peccatorum. Rem quippe ualde necessariam his dictis dominus, ipse subiecit atq; ait, & iustificata est sapientia in filijs suis. Qui sint autem isti, si requiris lege quod scriptum est, filij sapientiæ etiam iustorum ij sunt, quādo manducant non manducantes, non spernunt, quando non manducant manducantes, non iudicant, sed eos plane, qui per offensionem non manducant, siue manducant, uel spernunt, uel iudicant &c,

Roman. 14

Matthei. 11

Ad sixtum, Epistola. CV.

Fides gratuitum dei donum est.

Restat igitur, ut ipsam fidem, unde omnis iustitia sumit initium, propter quòd dicitur ad ecclesiam in cāntico canticorum, uenies & pertransies ab initio fidei, non humano quo isti extollunt tribuamus arbitrio, nec ullis præcedentibus meritis, quoniā inde incipiunt bona quæcunq; sunt merita, sed gratuitum donum dei esse fateamur, si gratiam ueram, id est sine meritis cogitamus.

Ad vitalem, Epistola, CVII.

Roman. 14 Hebre. 11. Hic nihil adeo impugnat, quam fidem diabolus,

Quoniam sicut uerissima dicit scriptura, omne quòd non est ex fide, peccatum est: Et sine fide impossibile est utiq; placere deo non hominibus, nihil sic agit hic princeps, quàm ut non credatur in deum, nec ad mediatorem à quo soluuntur opera eius, credendo ueniatur.

Ad Optatum, Epistola. CLVII.

Summa fidei Christianæ.

Illud enim ubi uel maxime fides Christiana consistit, quòd per hominem mors, & hominum resurrectio mortuorum, sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur, Et quòd per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt, Et quòd iuditium ex uno in cōdemnationem quidem, Et quòd per unius delictum in omnes homines, ad condemnationem, & per unius iustificationem in omnes homines, in iustificationem uitæ, Et si qua alia testimonia declarant neminem nasci ex Adam, nisi uinculo delicti, & damnationis obstrictum, nemi nemq; inde liberari, nisi renascendo per Christum, tam inconcusse tenere debemus, ut sciamus eum, qui hoc negauerit, nullo modo ad Christi fidem, & ad eam, quæ per Christum datur pusillis, & magnis dei gratiam pertinere &c.

1 Cor. 15

Roman. 5.

In Psalmum. XLIIII.

Eructauit

Summum hominis opus est laudare deum, cum gratiarum actione.

Eructauit cor meum uerbum bonum, & illud, quòd adiunctum est, dico ego opera mea regi, significari uoluit summum hominis opus non esse nisi deum laudare, illius est specie sua placere tibi, ad te pertinet eum in gratiarum actione laudare. Opera tua si non fuerint laus dei incipis te ipsum amare, & pertinebis ad illos, de quibus dicit Apostolus: Erunt enim homines se ipsos amantes, 2 Thimo 3 Displice tibi, placeat tibi qui te fecit, qa in eo tibi displices quód in te ipse feceris. Opus ergo tuum sit laus dei, eructet cor tuum uerbum bonum &c,

In Psalmum. XLIX.

Roman, 3. Congregate illi iustos eius, Quos iustos nisi uenientes ex fide facientes opera misericordiæ? Etenim opera illa, opera iustitiæ sunt. Habes euangelium, Cauete iustiam uestram facere coram hominibus, ut uideamini ab eis, et quasi quereretur quàm iustitiam: Cum ergo facis eleemosinam inquit: Ergo eleemosinas, opera iustitiæ, esse significauit &c.

Matthei 5 Eleemosina opus iustitiæ est,

Post pauca ibidem.

Venite benedicti patris mei, percipite. Quid percipite? regnum, pro qua re? Esuriui & dedistis mihi manducare. Quid tam uile, quid tam terrenum, quam frangere panem esurienti? tanti ualet regnum cœlorũ, frange esurienti panem tuum, & egenum sine tecto introduc in domum tuam. Si uideris nudum uesti. Si non habes facultatem frangendi panem, non habes domum, quo inducas, non habes quo cooperias, da calicem aquæ frigide, mitte duo minuta in gazophilatium. Tantum emit uidua duobus minutis, quantum emit Petrus relinquens rethia, quantum emit Zachæus dando dimidium patrimonium. Regnum dei tanti ualet. quantum habueris.

Matth. 25 Regnum dei tanti ualet quantũ habueris bõ ni operis. Esai, 58, Matth. 10. Marci, 12 Mathei 4, Luce 19

In Psalmum. LXV.

Si ideo facis opera bona, ut tu glorificeris, hoc prohibuit, si autem ideo ut deus glorificetur, hoc iussit Christus &c.

In Psalmum. LXVII.

Roman, 4 Per fidem iustificatur impius. Sine bonorum operum meritis, per fidem iustificatur impius, sicut dicit Apostolus: Credenti in eum, qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam, ut deinde ipsa fides, per dilectionem incipiat operari. Ea quippe sola, bona opera, dicenda sunt quæ fiunt per dilectionem dei. Hoc autem necesse est ut antecedat fides ut inde ista, non ab istis incipiat illa, quoniam nullus operatur per dilectionem dei, nisi prius credat in deum.

Galath, 5. Hæc est fides de qua dicitur: In Christo enim Iesu, neq; circumcisio aliquid ualet, neq; præputium. sed fides quæ

Canti, 2, per dilectionem operatur. Hæc est fides de qua ipsi ecclesiæ dicitur in canticis canticorum. Venies & pertran-

Ioannis 13 sies ab initio fidei, uenit enim tanq; currus dei in milibus lætantium prosperum iter habens, & pertransijt de hoc mundo ad patrem, Volo ut ubi ego sum, & isti sint mecum ab initio fidei. Quia ergo ut bona opera sequantur præcedit fides, nec ulla sunt bona opera, nisi quæ sequuntur præcedente fide &c.

Iohan. 14. Vt bona opera, sequantur, præcedat fides necesse est,

In Psalmum. LXXXVII.

Nimis occulta dei gratia est, qua hominum mentes quodamodo reuiuiscunt, ut possint à quibuslibet eius ministris, præcepta sanitatis audire. Quam gratiam dominus in euangelio cõmendat dicens: Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum. Et Paulo post apertius, hoc ipsum repetẽs ait, Verba quæ ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt: Sed sunt quidam, ex uobis, qui non credunt. Deinde interponit euangelista, Sciebat enim ab initio Iesus, qui essent credituri, & quis traditurus esset eum. Et secutus atq; ipsius uerba domini coniungens dicebat: Propterea dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo Supra dixerat: Sed sunt quidam ex uobis, qui non credunt, & tanq; huius rei caussam exponens: Propterea inquit dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo, ut ostenderet eam ipsam fidem qua credit, & ex morte sui cordis animã reuiuiscit, dari nobis à deo. Quantumlibet ergo existant excellentes uerbi prædicatores & ueritatis, etiam per miracula sua fortes, tanq; magni medici agant cum hominibus, si mortui sunt, & tua gratia nõ reuiuixerunt, nunquid mortuis facies mirabilia, aut medici exuscitabunt, et hij quos exuscitabunt confitebuntur tibi? Hæc enim confessio iudicat uiuos, non sicut alibi scriptum est, à mortuo ueluti qui non sit, perit confessio &c.

Ioan. 6. Vera fides per quam reuiuiscimur a deo datur, Eccle, 17.

In Psalmum. LXXXIX.

Tunc enim recta sunt opera nostra, cum ad hunc finem diriguntur, Finis enim præcepti charitas est, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Opus ergo unum est, in quo sunt omnia, fides quæ per dilectionem operatur: Vnde etiam dominus in euangelio dicit: Hoc est opus dei, ut credatis in eum, quem ille misit &c.

Fides uera est, quæ dilectiõem operatur, Iohannis 6

In Psalmum. CIIII.

Abraam concupiuit, uidere diem meum, & uidit, & gauisus est. Non enim quisq; præter istam fidem quæ est in Christo Iesu, siue ante eius incarnationem, siue postea reconciliatus sit deo: Cum sit ab Apostolo uerissime diffinitum, unus enim deus, & unus mediator dei, & hominum homo Christus Iesus &c.

Iohannis 8 Præter fidem Christi, nemo saluatur. 1 Thimo. 2

In Psalmum. CXX.

Per passionem enim transijt dominus à morte ad uitã, et fecit nobis uiam credentibus in resurrectionẽ eius ut transeamus

ut transeamus,& nos de morte ad uitam. Non magnũ est credere,quia mortuus est Christus. Hoc et pagani,et Iudæi,et omnes iniqui credunt: Hoc omnes credunt,quia mortuus est, Fides Christianorum resurrectio Christi est. Hoc pro magno habemus,quia credimus eum resurexisse, Ergo tunc se uoluit uideri cum transiret,hoc est cum resurrexisset. Tunc in se uoluit credi cum transiret. quia traditus est,propter delicta nostra,& resurrexit, propter iustificationem nostram. Et ipsam in resurrectionem Christi fidẽ,maxime cõmẽdauit Apostolus,ait enim Si credideris in corde tuo, quia deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Non dixit,Si credideris quia mortuus est Christus. quòd & pagani,& Iudæi,& omnes inimici eius crediderunt: Sed ait: Si credideris in corde tuo, quia deus illum suscitauit à mortuis, saluus eris &c.

Roma. 4.

Roma. 10.

In Psalmum. CXXXVII.

Non cõmendo opera manum mearum, Timeo enim ne cũ inspexeris, inuenies plura peccata quã merita. Hoc solum rogo,hoc dico,hoc impetrare desidero,opera manuum tuarum ne despicias. Opus tuum in me uide, non meum. Nam meum si uideris damnas, tuum si uideris coronas,quia & quæcunq; sunt opera mea bona, abs te mihi sunt,& ideo tua magis q̃ mea sunt. Audio quippe ab Apostolo tuo: Gratia salui factis estis per fidem, & hoc non ex uobis: Sed dei donum est, non ex operibus, ne forte quis extollatur. Ipsius enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu, in operibus bonis. Ergo siue in eo quòd homines sumus: siue in eo,quòd ex nostra impietate mutati, & iustificati sumus, domine opera manuum tuarum ne despicias &c.

Opera nostra a deo habemus. Ephes. 2.

In Psalmum, CXVIII. Contione. XII.

Proinde magni interest, Cum aliquid boni facimus, cuius rei contemplatione faciamus. Officium quippe nostrum, non initio, sed fine pensandum est, ut scilicet non tantum, si bonum est, quòd facimus: sed præcipue si bonum est propter quód facimus, cogitemus. Hos oculos quibus contemplemur, quare faciamus, quód facimus, auerti poscit Dauid, ne uideant uanitatem, id est, ne hanc attendat, propter quam faciat cum boni aliquid facit. In qua uanitate præcipuum locum obtinet amor laudis humanæ, propter quam multa magna fœcerunt, qui magni in hoc sæculo, nominati sunt, multumq; laudati in ciuitatibus gentium querentes, non apud deum, sed apud homines gloriam, & propter hanc uelut prudentes, fortiter, temperanter, iustèq; uiuentes, ad quam peruenientes perceperunt mercedem suam, uani uanam. Ab hac uanitate uolens dominus auertere oculos suorum: Attendite inquit ne iustitiam uestram faciatis coram hominibus, ut uideamini ab eis, alioquin mercedem non habebitis apud patrem uestrum, qui in cœlis est. Deinde cum ipsius iustitiæ quasdam partes exequeretur, precipiens de eleemosinis, de orationibus, de ieiunijs: Vbiq; id admonuit ne aliquid eorum, propter gloriam hominum fiat, et ubiq; dicis eos, qui propterea faciunt, percepisse mercedem suam, idest non æternam, quæ sanctis reposita est apud patrem, sed temporalem, quam quærunt, qui cõtemplantur in suis operibus uanitatem: Non quia ipsa laus humana culpanda sit (Nam quid tam optandum est hominibus, quam ut eis placeant, quæ debeant imitari) Sed propter ipsam laudem bene operari, hoc est uanitatem in suis, operibus intueri, quandoquidem & ipsa ab hominibus laus homini iusto, quantacunq; prouenerit, non ibi esse debet eius finis boni: Sed etiam ipsa referenda est ad laudem dei. propter quem bona faciunt uere boni, quoniam nec à se ipsis, sed ab illo fiunt boni. Deniq; in eodem sermone dominus, iam dixerat eis, luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uideant uestra opera bona, & glorificent patrem uestrum, qui in cœlis est, ubi finem posuit, hoc est in gloriam dei, Hoc debemus quando aliquid boni facimus intueri: Si auertuntur à uanitate oculi nostri &c.

Bona opera nostra, non initio, sed fine pensanda sunt.

Ioan. 5.

Matthei 6.

De uerbis Apostoli Petri. Sermo. XXVII.

Initium bonæ uitæ: cui uita etiam æterna debetur, recta fides est. Est autem fides credere, quòd nondum uides, cuius fidei merces est uidere quòd credis, tempore igitur fidei tanquàm tempore sementis, non deficiamus, & usq; in finem non defitiamus: Sed perseueremus donec, quòd seminauimus metamus &c.

Initium bone uitæ fides est.

Post pauca ibidem.

Omnis homo uult intelligere, nemo est qui nolit. Credere non omnes uolunt. Dicit mihi homo intelligã ut credam, respondeo, crede ut intelligas.

Non omnium est fides.

Sermo. XXXVIII. De tempore.

Deniq; ad ueram beatitudinem peruenire uolentibus, Primo omnium fides necessaria est, sicut apostolica docet auctoritas dicẽs, sine fide impossibile est placere deo, Constat ergo neminem ad ueram peruenire posse beatitudinem, nisi deo placeat, & deo neminem posse placere nisi per fidem. Fides namq; est bonorum omnium fundamentum, fides est humane salutis initium. Sine hac nemo ad filiorum, dei consortium potest peruenire, quia sine ipsa. nec in hoc sæculo quisq; iustificationis exequitur gratiam, nec in futuro uitam possidebit æternam. Et si quis hic non ambulauerit per fidem, non perueniet ad speciem beatæ uisionis, domini nostri Iesu Christi.

Volentẽ ad ueram beatitudinem peruenire fides necessaria est, Hebre. 11.

2. Corin. 5

Sermo. LIII. De tempore.

Primum ergo fides catholica Christiano necessaria est, quia in ipsa distinguntur filij dei, à filijs diaboli,

Fide distinguuntur filij dei, a filijs diaboli.

diaboli filij lucis, à filijs tenebrarum, per ipsam renascimur in baptismate, & salutem æternam impetramus: sicut scriptum est: Qui crediderit, & baptizatus fuerit saluus erit. Hæc porta est uitæ, hæc Ianua regni. Per ipsam discitur ueritatis scientia, & percipitur cognitio diuinitatis, per ipsam gratiam dei inuenimus, aliter autem deo placere non possumus, quia sine fide impossibile est placere deo. Vere enim beatus est, qui & recte credendo bene uiuit, & bene uiuendo, fidem rectam custodit. Igitur sicut ociosa est fides sine operibus, ita nihil proficiunt opera bona, sine fide recta &c.

Marci. 6.

Hebre. 11.

Sermo CLXXXI. de tempore.

Apostolos symbolum composuisse dicitur.

Simbolum ergo fidei nostræ tali ratione, institutũ maiores nostri dixerunt, Tradunt enim, quòd post ascensionem domini, & saluatoris nostri, ad patrem cum peruenturum spiritussancti, discipuli eius inflãmati linguis omnium loquerentur ad singulas quasq; nationes, ut dei uerbũ prædicarẽt ituri ac discessuri ab inuicẽ normã prius sibi futuræ prædicatiõis in cõmune statuerunt, ne loca liter ab inuicem discedentes, diuersum uel dissonum prædicarent his, qui ad fidem Christi inuitabantur, Omnes igitur in unum positi, et spiritusancto repleti breue sunt, prædicationis inditium conferendo in unum, quòd sentiebat unusquisq; cõputabat, atq; hanc ita credentibus dandam esse regulam instituerunt. Simbolum breue est uerbis, sed magnum est sacramentis. Quicquid enim præfiguratũ est in patriarchis: Quicquid denuntiatum in scripturis, quicquid prædictum est in prophetis, uel deo ingenito, uel ex deo in deum nato, uel de spiritusancto, uel de suscipiendo omni sacramento, uel de morte domini resurrectionisq; eiusq; mysterio: Totum breuiter hoc symbolum continet & continendo habet & cõsitendo.

Post pauca ibidem.

Differentia inter credere illi illum in illum.

Credo in deum patrem omnipotentem, In primis dilectissimi, qualis sermo sit in simboli capite diligenter attendite. Ergo in primo habet credo. Vide quòd dominus noster non nos iubet discutere diuina iuditia, sed credere nec rationem requirere, Sed fidem simpliciter, & immobiliter exhibere. Non dicit credo deum, uel credo deo, quamuis & hæc saluti necessaria sint: Aliud enim est credere illi, aliud credere illum, aliud credere in illum. Credere illi est credere uera esse quæ loquitur. Credere illum, Credere quia ipse est deus. Credere in illum. diligere illum. Credere uera esse quæ loquitur, multi & mali possunt. Credunt eñ esse uera, et nolũt ea facere sua, qa ad hoc pedum pigri sunt. Credere ipsum esse deum, hoc & dæmones possunt, Credere uero in deum, soli nouerunt, qui diligunt illum, qui non solum nomine Christiani sunt, sed & factis & uita, quia sine dilectione fides inanis est.

De uerbis apostoli, Sermo. XXVII.

Fidem etiã a deo habemus.

Nec de ipsa fide tamen ita gloriandum est, quasi aliquid nos possimus, non enim fides nihil est, sed magnum aliquid, quam si habes profecto accepisti? Quid enim habes, quòd non accepisti? uidete charissimi, unde domino deo gratias agatis, ne aliquo dono eius ingrati maneatis &c. 1 Chor. 14

Libro L. Homiliarum homilia, XVII.

Pax fratribus & charitas, cum fide à deo patre nostro, & domino Iesu Christo. Quid ergo habes, quòd nõ accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi nõ acceperis? Num sic gloriatus est Abraam? Ex fide gloriatus est. Quæ est plena, & perfecta fides? Quæ credit ex deo esse omnia bona nostra, & ipsam fidem. Iterum dicit Apostolus: Misericordiam consecutus sum. O confessio: Non ait misericordiã consecutus sum, quia fidelis eram, sed ut fidelis essem, misericordiam consecutus sum, quia fidelis eram, sed ut fidelis essem, misericordiam consecutus sum. Veniamus ad eius primordia. Videamus Saulem seuientem, spectemus furentem, spectemus omnia anhelantem, sanguinemq; sitientem, hæc Pauli uita erat, cuius uita nondum erat Christus. Quid habebat in corde? Quid nisi malum? Date mihi merita eius, Si merita quæris, damnationis sunt, non liberatiouis &c.

Ephe. 4.

Perfecta fides est quæ credit ex deo esse omnia bona nostra, & ipsam etiã fidem.

1 Timo. 1.

Ad Sixtum Romanum præsbyterum, Epistola, CV.

Deus unicuiq; partitur mensuram fidei, opera quippe bona fiunt ab homine, fides autem sit in homine, sine qua illa à nullo fiunt homine. Omne enim quod non est ex fide peccatum est. Quapropter ne se uel orationis meritum extollat, etiam ad uincendas temporalium rerum cupiditates, & diligenda bona æterna, atq; ipsum fontem omnium bonorum, domini adiutorium datur oranti, quæ utiq; nisi data esset orare nõ posset. Quomodo enim inuocabunt in quem non ceciderunt? Quomodo credent, quem non audierunt, Quomodo audient sine prædicãte? Igitur fides ex auditu, auditus autem per uerbum Christi. Proinde minister Christi, huius fidei prædicator secundum gratiam quæ data est illi, plantator est, & rigator. Nec tamen qui plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus, qui unicuiq; partitur mensuram fidei. Vnde & alibi dicitur: Pax fratribus, et charitas cum fide. Quam ne sibi tribuerent continuo subiunxit, à deo patre, et domino Iesu Christo, quia nec omnium est fides, qui audiunt uerbum, Sed quibus deus partitur mensuram fidei, sicut nec omnia germinãt quæ plãtantur & rigantur, sed quibus deus dat incrementum. Cur autem ille credat, ille non credat, cum ambo idem audiunt, & si miraculum in conspectu eorum fiat, ambo idem uident, altitudo est diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, cuius inscrutabilia sunt iuditia, & apud quẽ non est iniquitas, dum cuius uult miseretur, & quem uult obdurat. Neq; enim propterea sunt ista iniusta, quia occulta, ut autem habitet spiritussanctus, nonne ubi uult spirat & charitas dei, sine qua nemo bene uiuit, diffunditur in cordibus nostris, non à nobis, sed per spiritumsanctum, qui datus

Roman. 12

Roman. 15

Roman. 10

Fides est auditu est, 1. Chori. 3.

Ephes. 6.

Roman. 5. Galat. 5. qui datus est nobis? Hanc enim fidem definiunt Apostolus, dicens: Neq; circumcisio est aliquid, neq; preputium, sed fides quæ per dilectionẽ operatur. Ista quippe fides est Christianorum, non dæmoniorum. Nam & dæmones credunt & contremiscunt, sed nunquid & diligunt? Nam si non crederent, non dicerent: Tu es sanctus dei, uel tu es filius. Si autem diligerent, nõ dicerent, quid nobis & tibi? Fides igitur ad Christum nos trahit, quæ nisi desuper gratuito munere nobis daretur, nõ ipse diceret, Nemo potest uenire ad me, nisi pater, qui misit me, attraxerit eũ. Vnde et paulopost ait: Verba quæ ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt: Sed sunt quidam ex uobis, qui non credunt. Deinde Euangelista subiungit: Sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes, & quis esset traditurus eũ. Et ne quisquam existimaret credentes sic ad eius præscientiam pertinere, quomodo non credentes, id est ut non eis fides ipsa desuper daretur, sed tantummodo uoluntas eorum præneosceretur, mox adiecit, atq; ait: Propterea dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo &c.

Fides dæmonum quæ sit.

Lucæ 4.

Ioan. 6.

Libro IIII. contra Iulianũ. Cap. III.

Non officijs, sed finibus, à uitijs discernendæ sunt uirtutes.

Noueris itaq; non officijs, sed finibus á uitijs discernendas esse uirtutes. Officium est autem, quod faciendũ est, finis uero propter quod faciendum est. Cum itaq; facit homo aliquid, ubi peccare non uidetur, si non propter hoc facit, propter quod facere debet, peccare conuincitur. Quicquid autem boni fit ab homine, & non propter hoc fit, propter quod fieri debere sapientia præcipit, & si officio uideatur bonum, ipso non recto fine peccatum est.

In prima quinquagena ex prologo Psalmi XXXI.

Opera quæ fiunt ante fidem, inania sunt.

Iacobus enim in epistola sua contra eos, qui nolebant benè operari, de sola fide præsumentes ipsius Abrahæ opera commendauit, cuius Paulus fidem, & non sunt sibi aduersi Apostoli. Dicit autem opus omnibus notum, abraham filium suum immolandum obtulit deo. Magnum opus, sed ex fide. Laudo superædificationem operis, sed uideo fidei fundamentum. Laudo fructum boni operis, sed in fide agnosco radicem. Si enim hoc præter fidem rectam faceret Abraham, nihil illi prodesset qualecunq; opus esset illud. Rursum si sic teneret fidem Abraham, ut cũ ei deus imperaret offerre sibi immolandum filium, diceret apud semetipsum, non facio, et tamen credo, quia me etiam contemnentem iussa sua liberat deus: fides sine operibus mortua esset, & tanquam radix, sine fructu sterilis atq; arida remaneret. Quid ergo? Debemus nulla opera præponere fidei, id est, ut ante fidem quisq; dicatur benè operatus? Ea enim ipsa opera, quæ dicuntur ante fidem, quàmuis uideantur hominibus laudabilia, inania sunt. Ita mihi uidentur esse, ut magnæ uires, & cursus celerrimus præter uiam. Nemo ergo computet bona opera sua ante fidem ubi fides non erat, bonum opus non erat. Bonum opus intento facit, inuentionem fides dirigit. Non enim ualde attendas quid homo faciat, sed quid cum facit, adspiciat, quo lacertos optime gubernationis dirigat. Ergo fratres, ex fide iustificatus est Abraham, sed si fidem opera non præcesserunt, tamen secuta sunt. Nunquid enim fides tua sterilis erit? Si sterilis non es, sterilis non est ipsa. Itaq; si fides sine dilectione sit, sine opere erit, ipsa dilectio uacare non potest. Non ergo Iacobum apostolũ Paulo, sed ipsum Paulum ipsi Paulo opponamus, & dicamus ei: At nos quodammodo permittis impunè peccare, cum dicis, Arbitramur iustificari hominem per fidem sine operibus legis. Sed ad hæc dicis, Fides quæ per dilectionem operatur. Quomodo hæc quasi securus fio, si operatus non fuero? Hæc aũt nec spem, nec ipsam fidem uideor habere bonam, nisi operatus fuero per dilectionem. Teipsum audi ò Apostole, certè fidem mihi hic sine operibus uis commẽdare, opus aũt fidei dilectio est, quia dilectio uacare non potest, nisi et mali nihil operetur, et quicquid potest boni. Quid enim facit dilectio? Declina à malo, & fac bonum. Hanc ergo fidem sine operibus commendans, & alio loco dicis: Et si fidem habeam, ita ut montes transferam, charitatem autem nõ habeam, nihil mihi prodest. Ergo si nihil mihi prodest fides sine charitate, charitas autem ubi fuerit, necesse est ut operetur, fides ipsa per dilectionem operatur. Quomodo ergo iustificabitur homo per fidem sine operibus? Respondet ipse Apostolus: Propterea hoc tibi dixi, ó homo, ne quasi de operibus tuis præsumere uidereris, & merito operum tuorum accepisse fidei gratiam. Noli ergo præsumere de operibus ante fidem, noueris quia te peccatorem fides inuenit, et si te fides data fecit iustum, impium inuenit quem faceret iustum: Credenti inquit, in eum, qui iustificat impium, deputatur fides eius ad iustitiam. Si iustificatur impius, ex impio fit iustus: si ex impio iustus fit, quæ sunt opera impiorum? Iactet iam impius opera sua, & dicat: Do pauperibus, nihil alicui aufero, non uxorem alienam concupisco, non quenquam occido, nulli fraudem facio, depositum apud me nullo teste recepto: hæc omnia dicat. Quæro utrum pius sit an impius? Et quomodo sum impius ista faciens? Quomodo illi, de quibus dictum est: Et seruierunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in sæcula. Quomodo non es impius? Quid si de his omnibus bonis operibus aut illud speras, quod sperandum est, sed non ab illo, à quo sperandũ est: aut hoc speras, quod sperandũ non est, etiam ab illo, à quo æterna uita speranda est. Pro bonis operibus speraſti terrenam quandam fœlicitatem, impius es, non est ista merces fidei. Cara res est fides, uili illam addixisti: Impius ergo es, & nulla sunt ista opera tua. Moueas licet in bonis operibus lacertos & uidearis nauem optimè gubernare, in saxa festinas. Quòd si quod sperandum est speras, id est, uitam æternã, sed non à domino deo per Iesum Christum, per quem solum datur uita æterna: sed putas te ad uitam æternam posse peruenire, per militiam cœli, per solem & lunam, per potestates aëris, & maris, & terræ, & syderum impius es. Sed crede in eum, qui iustificat impiũ, ut possint & bona opera tua esse opera bona. Nam nec

Opus fidei est dilectio.

Pſalm. 36.

Roman. 4.

Roman. 5.

bona illa appellauerim, quàmdiu non radice bona procedunt.

Secunda quinquagena Psalm. LXX. in prologo.

Roman. 10. Zelum habent non secundũ scientiã, qui gloriantur de operibus, et excludunt a se gratiam Christi. Matth. 9.

Testimonium perhibeo illis, quia zelum dei habent, sed non secundum scientiam. Et tanquàm ei diceretur, Quid est enim habere zelum secundum scientiam? Subiecit continuo: Ignorantes enim dei iustitiam, & suam uolentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Gloriantes inquit, tanquàm de operibus, excludunt à se gratiam, & tanquàm de sanitate sua falsa præsumentes, respuunt medicinam. Contra tales & dominus dixerat: Non ueni uocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam. Non est opus sanis medicus, sed malè habentibus. Hæc ergo tota scientia hominis magna est, scire quia ipse per se nihil est, et quoniam quicquid est, à deo est, & propter deum est. Hanc gratiam ergo commendat Apostolus, hinc habere meruit inimicos Iudæos, de litera legis & de sua iustitia gloriantes &c.

Ibidem.

Credenti in eum, qui iustificat impium, deputatur fides ad iustitiã.

Ergo in tua iustitia, non in mea. Quia mea quid? Præcepit iniquitas Et cum ero iustus, tua iustitia erit, quia iustitia mihi abs te data, iustus ero: & sic erit mea ut tua sit, id est, abs te mihi data. In eum enim credo, qui iustificat impium, ut deputetur fides mea ad iustitiam. Erit ergo & sic iustitia mea, non tamen tanquàm propria mea, non tanquàm à meipso mihi data, sicut putabant illi, qui super literam gloriabantur, & gratiam respuebant.

De spiritu & litera, Cap. XI.

Psalm. 3. Fides ex fide est annunciantiũ in fidem obedientium.

Hæc est iustitia dei, quæ in testamento ueteri uelata, in nouo reuelatur. Quæ ideo iustitia dei dicitur, quòd impertiando eam iustos facit: sicut domini est salus, qui saluos facit: & hæc est fides, ex qua & in qua reuelatur, ex fide scilicet annunciantium, in fidem obedientium. Qua fide Iesu Christi, id est, quam nobis contulit Christus, credimus ex deo nobis esse, pleniusq; futurum esse, quòd iustè uiuimus. Vnde & illi à pietate, qua solus colendus est, gratias agimus &c.

Eodem libro.

Ex gratia dei habem⁹ bona opera

Quisquis autem crediderit ei, qui se à peccatis omnibus absoluendum, & ab omnibus uitijs sanandum, & calore ac lumine eius accedendum illuminandumq; non contempserit, habebit ex eius gratia bona opera, ex quibus etiam secundum corpus à mortis corruptione reuocatur, coronetur, bonisq; satietur, non temporalibus, sed æternis, supra quam petimus, aut intelligimus &c.

De spiritu & litera, Cap. XXXI.

Vtrum fides & eiusdem exordium in hominis sit potestate.

Quæret aliquis, utrum fides ipsa, in qua salutis, uel ad salutem connexionis huius, quam commemoraui esse uidetur exordium, in nostra constituta sit potestate? Quòd facilius uidebimus, si prius quid sit potestas aliquanto diligentius perspexerimus. Cum enim sint duo quædam uelle & posse, unde nec qui uult continuo potest, nec qui potest continuo uult, quia dicunt uolumus aliquando quod non possumus: sic etiam possumus aliquando quod nolumus, satis euolutis etiam ipsis uocabulis resonat, quòd ab eo quod est uelle uoluntas: ab eo autem quod posse, potestas nomen accepit. Quapropter sicut qui uult habet uoluntatem, ita potestatem qui potest: sed ut potestate aliquid fiat, uoluntas aderit.

Ibidem post pauca.

Responsio. Quid igitur ultrà quærimus? Quandoquidem hanc dicimus potestatem, ubi uoluntati adiacet facultas faciendi. Vnde hoc quisq; in potestate habere dicitur, quod si uult, facit: si non uult, non facit. Attende iam illud, quod excutiendum posuimus, utrum fides in potestate sit? De hac enim fide nunc loquitur, quam adhibemus cum aliquid credimus, non quam damus cum aliquid pollicemur, nam & ipsa dicitur fides. Sed aliter dicimus: Non mihi habuit fidem: aliter autem, non mihi seruauit fidem. Nam illud est: Non credidit quod dixit: illud, non fœcit quod dixit. Secundum hanc fidem qua credimus, fideles sumus deo: secundum illam uero qua fit quod promittitur, etiam deus ipse fidelis est nobis. Hoc enim dicit Apostolus: Fidelis deus qui non uos permittit tentari super id, quod potestis. De illa itaq; fide quærimus, utrum in potestate sit qua credimus deo, uel credimus in deum: hinc enim scriptum est, Credidit Abraham deo, & deputatum est illi ad iustitiam: Et credenti in eum, qui iustificat impium, deputatur fides ad iustitiam. Vide nunc utrum quisq; credat si noluerit, aut non credat si uoluerit. Quòd si absurdum est, quid est enim credere, nisi consentire uerum esse quod dicitur? Consensio autem utiq; uolentis est, profectò fides in potestate est: sed sicut Apostolus dicit, Non est potestas, nisi à deo.

Differũt habere fidem & seruare fidem.

1. Corin. 10.

Genes. 15. Roman. 4

Roman. 13.

DE PERFECTIONE IVSTITIAE.

Cap. XIII. in enchiridio ad Laurentium.

Vita ratione vtentiũ, sine remissione peccatorum non agitur. Roman. 8.

Ipsa etiam uita cætera iam ratione utentis ætatis quantalibet præpolleat fœcunditate iustitiæ, sine remissione peccatorum non agitur, Quoniam filij dei quàmdiu mortaliter uiuunt, cum morte confligunt. Et quàmuis de illis sit ueraciter dictum: Quotquot spiritu dei aguntur, ij filij sunt dei, Sic tamen spiritu dei excitantur, & tanquàm filij dei proficiunt ad deum, ut etiam spiritu suo, maximè aggrauante corruptibili corpore, tanquàm filij hominum, in quibusdam motibus humanis deficiant ad se ipsos, & ideo peccent. Interest quidem quantum satis dicitur. Neq; quia peccatum est omne crimen, ideo crimen est etiam omne peccatum. Itaq; sanctorum hominum uitam, quàmdiu in hac morte uiuitur inueniri, posse dicimus sine crimine: Peccatum autem si dixerimus quòd non habemus

1. Ioan. 1.

habemus,ut ait sanctus Apostolus,nosipsos seducimus,& ueritas in nobis non est.

De diffinitionibus orthodoxæ fidei,Cap. XLIX

Sanctitas non uiribus humanæ naturæ,sed dei gratia acquiritur.

Nullus sanctus & iustus caret peccato, nec tamen ex hoc desinit esse iustus uel sanctus,cum adfectu teneat sanctitatem. Non enim naturæ humanæ uiribus,sed propositi adiumento per dei gratiam acquirimus sanctitatem. Et ideo ueraciter se omnes sancti pronunciant peccatores,quia in ueritate habent,quod plangant,& si non reprehensione conscientiæ,certe mobilitate & mutabilitate præuaricatricis naturæ.

Ad Bonifatium,Epistola L.

Iustus enim & iustificans non est,nisi deus. Absit autem, ut quisquam nostrum ita se iustum dicat,ut aut suam uelit constituere iustitiam,id est,quasi à seipso sibi datam, cum dicatur ei: Quid enim habes,quod non accepisti? Aut sine peccato se esse iactare audeat in hac uita,sicut ipsi in nostra collatione dixerunt in ea se esse ecclesia,quæ iam non habet maculam,aut rugam,aut aliquid huiusmodi,nescientes hoc modo in eis compleri,qui uel post baptismum continuo uel dimissis debitis,quæ dimittenda in oratione poscuntur,de hoc exeunt corpore: in tota uero ecclesia tunc futurum,ut sit omnino non habens maculam,aut rugam,aut aliquid huiusmodi,quando dicendum erit,Vbi est mors uictoria tua? Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus enim mortis est peccatum,in hac uita ubi corpus quod corrumpitur,aggrauat animam,si ecclesia eorum iam talis est,non ergo dicant deo,quod dominus nos orare docuit: Dimitte nobis debita nostra. Cũ enim in baptismo cuncta dimissa sint,ut quid hoc poscit ecclesia,si iam etiam in hac uita non habet maculam,aut rugam,aut aliquid huiusmodi? Contemnant et apostolum Ioannem clamantem in epistola sua: Si dixerimus quòd peccatum non habemus,ipsi nos seducimus,& ueritas in nobis non est. Si confessi fuerimus peccata nostra,fidelis est & iustus, qui dimittat nobis peccata,& mundet nos ab omni iniquitate. Propter hanc spem dicit uniuersa ecclesia: Dimitte nobis debita nostra. Vt non superbientes,sed confitentes,mundet nos ab iniquitate,atq; ita sibi dominus Christus exhibeat in illa die gloriosam ecclesiam,non habentem maculam,neq; rugam.

1. Corin. 4. Pelagiani & Caraba-pristæ in illa se gloriãtur esse ecclesia, quæ iam sit sine macula & ruga.

Matth. 6.

1. Corin. 13

1. Ioan. 1.

Ad Innocentium Papam, Epistola XCV.

Vbi mors uictoria tua,ubi est mors aculeus tuus: aculeus aũt mortis est peccatum. Diligentius pertractandum propter alios quosdã qui senserunt,atq; in literis suis mandauerunt memoriæ,etiam in hac uita esse posse homines, sine peccato non ab initio natiuitatis suæ,sed conuersione à peccatis ad iustitiam,& à uita reproba ad bonam uitam. Sic enim intellexerunt quod de Zacharia & Elizabet scriptum est,ambulasse eos in omnibus iustificationibus domini sine querela. Hoc quod dictum est sine querela,sine peccato dictum acceperunt,non quidem negantes,imò etiam quod alijs locis in literis eorum inuenitur, Pie confitentes adiutorium gratiæ domini nostri,non per naturalem spiritum hominis,sed per principalem spiritum dei,qui parum uidentur considerasse ipsum Zachariam fuisse utq; sacerdotem. Omnes autem tunc sacerdotes necesse habebant ex lege dei,primitus pro peccatis suis offerre sacrificium,deinde pro populo sicut nunc per orationis sacrificium, conuincimur non esse sine peccato, quoniam iusti sumus dicere, Dimitte nobis debita nostra: ita & nunc per sacrificia uictimarum animalium conuincebantur,sacerdotes sine peccato non esse, qui pro suis peccatis iubebantur offerre. Quòd si res ita se habet, ut per gratiam saluatoris proficiamus quidem in hac uita,deficiente cupiditate,crescente charitate: perficiamur autem in illa uita cupiditate extincta, charitate completa, profectò illud quod scriptũ est: Qui natus est ex deo,non peccat, secundum ipsam charitatem dictũ est,quæ sola nõ peccat. Ad natiuitatem quippe,quæ ex deo est,augenda & perficiẽda pertinet charitas,nõ ea quæ minuenda est & consumenda cupiditas, quæ tamen quàmdiu est in membris nostris,lege quadam sua repugnat legi mentis. Sed natus ex deo,nec obediens desiderijs eius,nec exhibens membra sua arma iniquitatis peccato potest dicere: Iam non ego operor illud,sed illud quod inhabitat in me peccatũ. Sed quoquo modo se habeat ista quæstio,quia etsi non inuenitur homo in hac uita sine peccato,id tamen dicitur posse fieri per adiutorium gratiæ & spiritus dei: Quod ut fiat conandum atq; poscendum est. Id enim credit fieri posse, quod certè laudabile est uelle. Nobis autem sufficit, quòd nullus in ecclesia dei repetitur in quolibet prouectu, excellentia atq; iustitia, qui sibi audeat dicere, non necessariam precationem orationis dominicæ: Dimitte nobis debita nostra: & dicat se non habere peccatum, ne seipsum decipiat, & ueritas in eo non sit, quàmuis sine querela uiuat. Non enim qualecunq; etiam tentationis humanæ, sed graue peccatum est,quod in querela uenit.

Zacharias licet iustus, tamen per hoc quia sacerdos fuit, probat fuisse peccator.

Matth. 6.

Roman. 7.

Nullus tam iustus reperitur,qui orationẽ dominicã sibi non necessariam audeat dicere. Matth. 6.

De sermone Domini in monte. BB.

Si quis scit peccare fratrem suum peccatum non ad mortem,postulabit,& dabit illi dominus uitam,qui peccat non ad mortem: Est autem peccatum ad mortem non pro illo dico ut roget. Aperte enim ostendit esse quosdam fratres,pro quibus orare non nobis præcipitur, cum deus etiam pro persequutoribus nostris orare nos iubeat. Nec ista quæstio solui potest,nisi fateamur esse aliqua peccata in fratribus,quæ inimicorum persequutione grauiora sint &c.

1. Ioan. 2. Pro peccato ad mortẽ non rogandum. Matth. 5.

Post pauca ibidem.

Peccatum ergo fratris ad mortem puto esse,quod post agnitionem dei,per gratiam domini nostri Iesu Christi quisq; oppugnat fraternitatem,& aduersus ipsam gratiam,

Peccatũ ad mortẽ quid

Lucæ 1.

tiam, qua reconciliatus est deo inuidentiæ facibus agitatur. Peccatum autem non ad mortem est, si quisquam non amorem à fratre alienauerit, sed officia fraternitati debita, per aliquam infirmitatem animi non exhibuerit. Quapro-
Luce 13. pter & dominus in cruce ait: Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt. Nondum enim gratiæ spiritussancti participes facti, societatem sanctæ fraternitatis inierant.

Post pauca ibidem.

Et apostolus Paulus propterea credo non orat pro Alexandro, quia iam frater erat, & ad mortem, id est, inuidiæ facibus fraternitatem oppugnando peccauerat. Pro his autem qui non abruperant amorem ad mortem, sed tamori succubuerunt, orat ut eis ignoscatur. Sic enim dicit:
2. Timot. 4 Alexander ærarius multa mala mihi ostendit, reddet illi dominus secundum opera eius, quem & tu deuita, valde enim restitit nostris sermonibus. Deinde subiungit, pro quibus orat, ita dicens: In prima mea defensione nemo mihi adfuit, sed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur.

Pro Alexãdro ærario quare non rogasse Paulum existimatur,

Ad Simplicianum libro I. Quæst. II.

Quomodo enim potest iustè uiuere, qui non fuerit iustificatus? Quomodo sanctè uiuere, qui non fuerit sanctificatus? Vel omnino uiuere, qui non fuerit uiuificatus? Iustificat autem gratia, ut iustificatus possit uiuere iustè. Prima est igitur gratia, secunda opera bona, sicut alio lo-
Roman. 4. co dicit: Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum, sicut illa immortalitas post opera bona, si tantum uel ipsa ex debito poscitur, sicut idem ait: Bonum certamen certaui, cursum con-
2. Timo. 4 sumaui, fidem seruaui, de cætero superest mihi corona iustitiæ, quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Fortè enim quia dixit, reddet, iam fit ex debito: cum uero adscendit in altum, captiuauit captiuitatem, non reddidit, sed dedit dona hominibus. Vnde enim sibi Apostolus tan-
Ephes. 4. quàm debitum reddi sibi præsumeret, nisi prius indebitam gratiam percepisset, qua iustificatus bonum agonem certaret? &c.

Lib. III. de doctrina Christiana Cap. XXIII.

Si qua uero peccata magnorum uirorum legerit, tametsi aliquam in eis figuram rerum futurarũ animaduertere atq; indagare potuerit, rei tamen gestæ proprietatem ad hunc usum adsumat, ut se nequaquàm rectè suis factis iactare audeat, & præ sua iustitia cæteros tanquàm pecca-
Ad nostram cautelã patrum pecca ta scribunt. 1. Corin. 10. tores contemnat, cum uideat tantorum uirorum et cauendas tempestates, & fienda naufragia. Ad hoc enim etiam peccata illorum hominum scripta sunt, ut Apostolica illa
Iacob. 4. 1. Pet. 5. sententia ubiq; tremenda sit, qua ait: Quapropter qui uidetur stare, uideat ne cadat. Nulla enim ferè pagina est sanctorum librorum, in qua non sonet, quòd deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam.

Lib. IX. de trinitate dei, Cap. I.

Quotquot ergo perfecti hoc sapiemus. Perfectorum in hac uita dicit non aliud, quàm retro ea quæ sunt obliuisci, & in ea quæ ante sunt extendi secundum intentionem: Tutissima est enim quærentis intentio, donec adprehendatur illud, quò tendimus, & quò extendimur. Sed ea recta intentio est, quæ proficiscitur à fide. Certa enim fides utcunq; incboat cognitionem: Cognito uero certa non perficietur, nisi post hanc uitam, cum uidebimus facie ad 1. Corint. 13 faciem. Hec ergo sapiemus, ut nouerimus tutiorem esse adfectũ uera quærendi, quàm incognita pro cognitis præsumendi. Sic ergo quæramus tanquàm inuenturi, & sic inueniamus tanquàm quæsituri: Cum enim consumauerit Eccles. 18. homo, tunc incipit &c.

Philip. 3. Perfectio in hac uita quæ sit.

De sancta virginitate, Cap. XXVIII.

Quid iam dicam de ipsa cautela & uigilantia non peccandi? Quis gloriabitur castum se habere cor? Aut quis Prouer. 20 gloriabitur mundum se esse à peccato? Integra quidem est ab utero matris sancta uirginitas, Sed nemo inquit, mundus in conspectu tuo, nec infans cuius unius diei ui- Iob 25. ta super terram. Seruatur & in fide inuiolata quædam castitas uirginalis, qua ecclesia uni uiro uirgo casta adaptatur: sed ille unus uir, non tantum fideles mentr & cor- 2. Corin. 11 pore uirgines, sed omnes omnino Christianos ab spiritalibus usq; ad carnales, ab apostolis usq; ad ultimos pœnitentes, tanquàm à summis cœlorum, usq; ad terminos eorum docuit orare, & in ipsa oratione dicere admonuit: Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Vbi per hoc quod petimus, quid etiam nos esse meminerimus ostendit. Neq; enim pro eis debitis, quæ totius præteritæ uitæ in baptismo per eius pacem nobis dimissa esse confidimus, nos præcepit orare, dicentes: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Alioquin hanc orationem catechumini potius usq; ad baptismum orare deberent: cum uero eam baptizati orant, præpositi, & plebes, pastores, & greges, satis ostenditur in hac uita, quæ tota tentatio est, Iob. 7. neminem se tanquàm ab omnibus peccatis immunem debere gloriari.

In hac uita, quæ tentatio est, nemo se immunem esse a peccato dicat. Matth. 6.

Eodem lib. Cap. L.

Sed quoniam etiam satagentibus uigilantibusq; ne peccent subrepunt quodammodo ex humana fragilitate peccata, quàmuis parua, quàmuis pauca, non tamen nulla: & eadem ipsa fiunt magna & grauia, si eis superbia incrementum & pondus adiecerit. A sacerdote autem quem habemus in cœlis, si pia humilitate perimantur, tota fœlicitate purgantur. Sed non contendo cum eis, qui asserunt hominem posse in hac uita sine ullo peccato uiuere, non contendo, non contradico: fortasse enim ex nostra nuseria magnos metimur, & comparantes nosmetipsos nobismetipsis, non intelligimus: Vnum scio, quòd isti magni, quales non sumus, quales experti sumus, quanto magni sunt, tanto humiliant se in omnibus, ut coram deo inueniant gratiam.

Posse sine peccato aliquem uiuere Augustinus non cõtendit. 2. Corin. 10

Ecclesiast. 3

Eccles. 3. gra iam. Quamlibet enim magni sunt, non maior est ser-
uus domino suo, uel discipulus magistro suo. Et utiq; ille
Ioan. 13 est Dominus qui dicit: Omnia mihi tradita sunt à patre
Matth. 11. meo, et ille est magister qui dicit: Venite ad me omnes qui
laboratis, & discite à me. Et tamen quid discimus? Quo-
niam mitis sum inquit & humilis corde.

Quæstionum ueteris & noui Testa-menti. Quæstio XX.

Eccle. 7 Nimia iusti tia incurrit peccatum. Nimia iustitia incurrit peccatum, temperata uero iu-
stitia facit perfectos. Non enim sine malitia est, qui, mul-
tum est iustus, quia si peccantibus ad singula respondeas,
nõ deerit ubi pecces, deniq; temperata dei iustitia est. Pec
cantibus enim aliquando ignoscit, aliquando irascitur, ali
quando reddit non quantum digni sunt. Suffert enim eos
ut sint qui proficiant. Lex enim quia seipsam mollire non
potest, mitiganda est ut possit prodesse sub se agentibus.
Hic ergo iustus non est multum, qui dei imitator est.

Libro secundo, de peccatorum me-ritis & remissione. Cap. IIII.

Malum q̃d in carne nostra manet, non natura sed uitio uo luntatis fit. Rom. 7 Rom. 6 Manet enim malũ in carne nostra, non natura, in qua
diuinitus creatus est homo, sed uitio quo uoluntate prola
psus est ubi amissis uiribus, non ea qua uulneratus est, uo-
luntatis facilitate sanatur, de hoc malo dicit Apostolus:
Scio quoniam non habitat in carne mea bonum. Cui malo
nos non obedire præcipit cum dicit. Non ergo regnet pec
catum in uestro mortali corpore ad obediẽdum desiderijs
eius. Si ergo his desiderijs cõcupiscentiæ carnis illicita uo
luntatis inclinatione consenserimus, ad hoc sanãdum di-
cimus: dimitte nobis debita nostra, adhibentes remedium
Mat. 6 ex opere misericordiæ, in eo quod addimus: sicut & nos
dimittimus debitoribus nostris. Vt autem nõ ei consentia
mus, deprecamur adiutorium dicentes: Et ne nos inferas
in tentationem &c.

Eodem libro Cap. VI.

Vtrum sit homo sine peccato, uel utrum esse possit homo sine peccato dif ferunt. Nam qui dicunt esse posse in hac uita hominẽ sine pec
cato, non est eis continuò incauta temeritate obsistendum
Si enim esse posse negauerimus, & hominis liberò arbi-
trio, qui hoc uolendo appetit, & dei uirtuti uel misericor-
diæ, qui hoc adiuuando efficit derogabimus. Sed alia quæ-
stio est, utrum esse possit, alia utrum sit, alia si non est cũ
possit esse: cur non sit, alia utrũ, qui omnino nunquàm ul-
lum peccatum habuerit, non solum quisq; sit, uerumetiam
poterit aliquando esse uel possit. In hac quadripartita pro
positione quæstionum, si à me quæratur, utrum homo sine
peccato possit esse in hac uita, confitebor posse per Dei
gratiam, & liberum eius arbitrium, ipsum quoq; & libe-
rum arbitrium ad Dei gratiam, hoc est, ad dei dona per-
tinere non ambigens, nec tantum ut sit, uerumetiam ut
bonum sit, id est, ad facienda domini mandata conuer-
tatur, atq; ita dei gratia non solum ostendat quid facien-
dum sit, sed adiuuet etiam ut possit fieri quod ostenderit.
1. Cor. 4. Quid enim habemus quod non accepimus. Vnde & Hie-
Hierem. 10 remias dicit: Scio domine quia non est in homine uia eius,
nec uiri est ut ambulet & dirigat gressus suos. His atque
huiusmodi alijs innumerabilibus testimonijs dubitare non
possum, nec deum aliquid impossibile homini præcepisse,
nec Deo ad opitulandum & adiuuandum quo fiat, quod
iubet impossibile aliquid esse: ac per hoc potest homo si ue
lit esse sine peccato, adiutus à deo.

Cap. VII. Eodem libro.

Quod ho-mo sine pec cato sit nõ credit Au-gustinus. Psalm. 142 Si autem quod secundo loco posueram, queratur utrũ
sit, esse non credo, magis enim credo scripturæ dicenti: Ne
intres in iuditium cum seruo tuo, quoniam non iustifica-
bitur in conspectu tuo omnis uiuens. Et ideo misericordia
Dei opus est, quæ super exaltat iuditio, quæ illi non erit,
Iacob. 2 quæ non facit misericordiam. Et quod Propheta cum di-
Psalm. 31 ceret: Dixi, pronunciabo aduersus me delictum meum do
mino, & tu dimisisti impietatem cordis mei: Continuo sub
iunxit: pro hac orabit ad te omnis sanctus in tẽpore opor
tuno. Non ergo omnis peccator, sed omnis sanctus, uox e-
1. Ioan. 1 nim sanctorum est, Si dixerimus quia peccatum non ha-
bemus, nosipsos seduciums, & ueritas in nobis non est.

Post pauca ibidem.

1. Ioan. 3. Ac per hoc in eo quod scriptum est: Qui natus est ex
deo non peccat, & non potest peccare, quia semen eius in
ipso manet, & si quid aliud eodem modo dictum est, mul-
tum falluntur minus considerando scripturas. Non enim
aduertunt eò quoq; fieri filios Dei, quo esse incipiunt in
nouitate spiritus, & renouari in interiorem hominem se-
cundum imaginem eius qui creauit eos. Non enim ex qua
hora quisq; baptizatur omnis uetus infirmitas eius absu-
mitur, sed renouatio incipit à remissione omnium pecca-
torum. Et in quantum quisq; spiritalia sapit, qui iam sapit
in tantum renouatur. Cætera uero in spe facta sunt, donec
Regenera-tionem do-minus uo-cat in qua etiã in cor-pore perfi-cietur q̃d nunc spiritu inchoatur. Mat. 19 etiam in re fiant, usq; ad ipsius corporis renouationem in
meliorem statum immortalitatis & incorruptionis, qua
induemur in resurrectione mortuorũ. Nam & ipsam do-
minus regenerationem uocat, nõ utiq; talem qualis fit per
baptismum, sed in qua etiam in corpore perficietur quod
nunc spiritu inchoatur. In regeneratione, inquit, cum sede
rit filius hominis &c.

Post pauca eodem Capite.

Nam in baptismo quamuis tota & plena fiat remissio
peccatorum, tamen si continuo tota & plena etiam homi
nis in æternam nouitatem mutatio fieret, non dico & in
corpore, quod certe manifestum est adhuc in ueterem cor
ruptionẽ atq; in mortem tendere, in fine poste à renouan-
dum, quando uero tota nouitas erit: sed excepto corpore
si in ipso animo, qui est homo interior perfecta in bapti-
smo nouitas fieret, nõ diceret Apostolus: Et si exterior hó
2. Cor. 4. mo noster corrũpitur, sed interior renouatur de die in diẽ.
Qui de die in diem adhuc renouatur, nondũ totus est renouatus. Profectò enim qui de die in diem adhuc renouatur, nondũ
totus est renouatus, & quantũ nondũ est renouatus, intan
tũ adhuc in uetustate est. Proinde ex hoc q̃d in uetustate
sunt adhuc, quãuis iã baptizati, ex hoc etiã adhuc sũt filij
seculi. Ex hoc autẽ quod in nouitate sunt, hoc est, ex plena

& perfecta remißione peccatorum: & quantumcunq; illud est quod spiritaliter sapiũt: eiq; congruos mores agũt, filij Dei sunt Intrinsecus enim exuimus ueterẽ hominem, & induimus nouum: quoniam ibi deponimus mendatium
Ephe.4 & loquimur ueritatem: & cætera quibus Apostolus explicat: Quid sit exui ueterem hominem, & indui nouo, qui secundum deum creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis, et hoc ut faciant, iam baptisatos fidelesq; adhortatur, quòd adhuc moẽdi nõ essent, si hoc in baptismo iam perfectè factum esset, & tamẽ factum est, sicut et salui facti sumus. Saluos enim nos fecit per lauacrum regenerationis, sed alio loco dicit: Quemadmodum hoc sit factum.
Rom.8 Non solum inquit: sed etiam nos ipsi primitias habentes spiritus, et ipsi in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionẽ expectantes, redemptionem corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes aũt quæ uidetur non est spes, quod enim uidet quis quid sperat? Si autẽ quod nõ uidemus speramus, per patientiam exspectamus.

Ibidem Caput VIII.

Adoptio ergo plena filiorum in redemptione fiet etiam corporis nostri. Primitias itaq; spiritus nũc habemus unde iam filij dei re ipsa facti sumus, in cæteris uero spe sicut salui, sicut innouati, ita & filij dei, re autem ipsa quia nondum salui, ideo nondum pleni innouati, nondum etiam filij Dei, sed filij sæculi. Profecimus ergo in renouationem iustamq; uitam, per quæ filij dei sumus. Et per hoc peccare omnino nõ possumus, donec totum in hoc transmutetur, etiam illud per quod adhuc filij sæculi sumus, Per hoc enim
1.Ioan.3 & peccare adhuc possumus. Ita fit ut & qui natus est ex
1.Ioan.1 deo non peccet, Et si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Consumetur ergo qđ filij carnis et sæculi sumus, & perficietur quod filij dei & spiritu renouati sumus. Vnde idem Ioannes: Dilectissimi, inquit, filij Dei sumus, & nondum apparuit quod erimus. Quid est hoc sumus & erimus? Nisi quia sumus in spe, erimus in re &c.

Quomodo peccare & non peccare dicantur fideles

Eodem libro. Cap. X.

1.Ioan.3 Non igitur contrarium est testimonium illud quod di-
1.Ioan.1 ctum est: Qui natus est ex deo non peccat, ei testimonio quo iã natis ex deo dicitur. Si dixerimus quia peccatũ nõ habemus, nosipsos decipimus, et ueritas in nobis non est.
Sap.6 Quamdiu enim homo, quamuis totus spe iam, & iam in re ex parte in regeneratione spirituali innouatus, adhuc tamẽ portat corpus quod corrumpitur & aggrauat animam, quid quo pertineat, & quid unde dicatur etiam in uno homine distinguendum est. Nam ut ego arbitror, non facile
Ezech.14 cuiq; scriptura dei, tam magnum iustitiæ perhibet testimonium, quã tribus famulis eius, Noe, Daniel, & Iob, quos in Ezechiele propheta dicit ab imminente quadam iracũdia dei, solos posse liberari. In tribus utiq; illis uiris, tria quædam hominum liberanda genera perfigurans. In Noe quantum arbitror iustos plebium præpositos, propter arcæ tanquam ecclesiæ gubernationem In Daniele iustos cõ

In tribus illis uiris trium generum hominũ liberanda præfiguran tur.

tinentes. In Iob Iustos coniugatos. Et si quis est forte alius intellectus, de quo nunc non est necesse disquirere. Verumtamen quanta ipsi iustitia præeminuerint, & hoc prophetico & alijs diuinis testimonijs, satis apparet. Nec ideo quisquàm sobrius dixerit ebrietatem non esse peccatum, quæ tamẽ subrepsit tanto uiro. Nam Noe, sicut legimus fuit aliquando ebrius, quamuis absit ut fuerit ebriosus. Daniel uero post orationem quam fudit deo, de seipso dicit, cum orarem et confiterer peccata mea, & peccata populi mei, domino deo meo &c. Iob autẽ post tam magnũ de illo iustitiæ testimonium dei, quid dicat ipse uideamus, In ueritate inquit scio, quia ita est, quemadmodum iustus erit homo ante deum, si autem uelit contendere cum eo, non poterit obedire ei &c.

Gene.9

Daniel.9

Iob.9

Caput XIII. Eodem libro.

Sunt ergo in terra iusti, sunt magni, fortes, prudentes, continentes, patientes, pij, misericordes. Temporalia mala omnia propter iustitiam æquo animo tolerantes. Sed si ue-
1.Ioan.1 rum est, imo quia & uerum est, si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & non iustificabitur in cõspectu tuo omnis uiuens. Non sunt sine peccato, nec quisquam eorum tam arroganter insanit, ut non sibi pro suis qualibuscũq; peccatis dominica oratione opus esse arbitretur.

Psalm.142 Non iustificatur in conspectu dei omnis uiuens.

In fine eodem Cap.

Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus, & si quid aliter sapitis, hoc quoq; deus uobis reuelabit, Veruntamen
Philip.3. in quod peruenimus in eo ambulemus. Ambulatio ista, nõ corporis pedibus sed mentis affectibus, & uitæ moribus geritur, ut posimus esse perfecti iustitiæ possessores, qui recto itinere fidei de die in diem sua renouatione proficientes, iam perfecti facti sunt eiusdem iustitiæ uiatores.

Vt fiamus perfecti ambulatio moribus uitæ & mentis affectibus necessaria est.

Cap. XIIII.

Sic itaq; omnes quicunq; in hac uita diuinarum scripturarum testimonijs in bona uoluntate atq; actibus iustitiæ prædicati sunt, et quicunq; tales uel post eos fuerunt, quamuis nõ eisdem testimonijs prædicati, atq; laudati, uel nunc usq; etiam sunt, uel postea quoq; futuri sunt: omnes magni, omnes iusti, omnes ueraciter laudabiles sunt. Sed sine peccato aliquo non sunt, quoniam scripturarum testimonijs quibus de illorum laudibus credimus, hoc etiã credimus non iustificari in conspectu Dei omnem uiuentem.
Psalm.142 Et ideo rogari ne intret in iuditiũ cum seruis suis, & non tantum uniuersaliter fidelibus omnibus, uerum etiam singulis esse orationem dominicam necessariam, quam tradidit discipulis suis. Attamẽ dominus ait: Estote perfecti si-
Marc.9 cut & pater uester cœlestis perfectus est, quod non præciperet inquiũt, si sciret fieri nõ posse quod præcipit. Nõ nunc queritur utrum fieri posit, si istam perfectionem ad hoc suscipiunt, ut sine ullo sit quisq; peccato, cum hanc agit uitã. Iam enim supra respondimus posse fieri. Sed utrũ aliquis faciat hoc nunc querimus. Neminem autem esse qui tantum uelit quantum res exigit, ante præcognitum

Posse hanc uitam sine peccato trãsire aliqñ.

est

est sicut scripturarũ, quæ supra commemoraui testimonia tanta declarant.

Cap. XV.

Qua in re dicatur cuiusq; perfectio.

Philip. 3

1. Cor. 3

1. Cor. 2

Et tamen cum dicitur cuiusq; perfectio qua in re dicatur uidendum est. Nam ex Apostolo testimonium Paulo ante posui, ubi se fatetur in acceptione iustitiæ quam desiderat, nondum esse perfectum, & tamen continuo dicit: Quotquot ergo perfecti hoc sapiamus, quod utrũq; non diceret, nisi in alia re perfectus esset, in alia non esset. Velut si tam sit quisquã sapientiæ perfectus auditor, quod nõdum erant illi quibus dicebat: Lac uobis potum dedi non escam, nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. Eis quippe & illud ait: Sapientiam loquimur inter perfectos, utiq; perfectiores anditores uolens intelligi. Potest ergo fieri, sicut dixi, Vt iam sit aliquis sapientiæ perfectus auditor, cuius nondum sit perfectus & doctor, potest perfectus esse iustitiæ cognitor, nondum perfectus effector. Potest perfectus esse ut diligat inimicos, qui nondũ est perfectus ut sufferat. Et qui perfectus est in eo quod omnes homines diligit: Quippe qui etiam ad inimicorum dilectionem peruenerit, quæritur utrum iam sit in ipsa quoq; dilectione perfectus, id est, utrum quos diligat, tantum diligat, quantum illa incommutabilis regula ueritatis diligendos esse præscripsit. Cum ergo legitur in scripturis cuiusq; perfectio qua in re dicatur, non negligenter intuendum est, quoniam non ideo quisq; prorsus sine peccato esse intelligitur, quia in aliqua re dicitur esse perfectus, quanquàm & in hoc posse ita dici, ut non quia iam nõ est quo proficiat, sed quia ex maxima parte proficit, hoc nomine dignus habeatur. Sicut in doctrina legis potest dici quisquam perfectus, etiam si cum adhuc aliquid latet. Sicut perfectos dicebat Apostolus, quibus tamen ait: Et si qd aliter sapitis, id quoq; uobis deus reuelabit. Veruntamen in quod peruenimus in eo ambulemus.

Qui in aliqua re perfectus dicitur, nõ propterea sine omni peccato esse creditur.

Cap. XVI.

Deus quare iubeat homines esse sine peccatis, cum & illud eos non impleturos anteuiderit, Philip. 3 Genes. 2

Neq; negandum est hoc deum iubere, ita nos in faciendo iustitia esse debere perfectos, ut nullum habeamus omnino peccatum, nam neq; peccatum erit, si quid erit, si nõ diuinitus iubeatur ut non sit. Cur ergo iubet inquiũt, quod scit nullum hominum esse facturum? Hoc modo etiam dici potest, cur primus illis hominibus iusserit, qui duo soli erant, quid sciebat eos non esse facturos? Neq; enim dicendum est, ideo iussisse, ut nostrum aliquis id faceret, si illi non facerẽt. Hoc enim ne de illa scilicet arbore cibum sumerent nõ nisi illis solis deus iussit, quia sicut sciebat quid iustitiæ facturi non erant, ita etiam sciebat, quid iustitiæ de illis ipse erat facturus. Eo modo ergo iubet omnibus hominibus, ut non faciant ullum peccatũ quamuis sit præscius neminem hoc impleturum, ut quicunq; impiè ac damnabiliter eius præcepta contempserint, ipse faciat eorum damnatione quod iustum est. Quicunq; autem in eis præceptis obedientes & pie proficientes, nec tamen omnia quæ

Matth. 6

præcepit implentes, sicut sibi dimitti uolunt, sic alijs peccata dimiserint, ipse faciat in eorum mundatione quod bonum est.

Eodem Capite in fine.

Castis uitæ moribusq; laudabilibꝰ deest, quod decrat diuiti apud Matthæum. Math. 19.

Vnde & ipsi qui contra hæc disputant, cum sint casta uita moribusq; laudabiles, nec dubitent facere quod illi diuitи pro consequenda uita æterna consilium requirenti, cũ se respondisset iam omnia legis impleuisse mandata, præcepit dominus, si uellet esse perfectus, uẽderet omnia quæ haberet, & daret pauperibus, thesaurumq; transferret in cœlum, nemo tamen eorum audet dicere se esse sine peccato. Quod sicut credimus non fallaci animo dicunt. Si aũt mentiuntur eo ipso incipiunt uel augere uel habere peccatum.

Cap. XVII.

Quare cũ dicãtur homines posse esse sine peccato, cum non sint.

Iam ergo quod tertio loco posui uideamus. Cum uolũtate humana, gratia adiuuante diuina, sine peccato in hac uita possit homo esse, cur non sit, possem facilime ac ueracissime respondere, quia homines nolunt. Sed si ex me queritur quare nolint, imus in longũ. Verũtamen etiam hoc sine præiuditio diligentioris inquisitionis breuiter dicam, Nolunt homines facere quod iustum est, siue quia latet an iustum sit, siue quia non delectat, tanto enim quoq; uehementius uolumus, quanto certius quàm bonum sit nouimus, eoq; delectamur ardentius. Ignorantia igitur & infirmitas uitia sunt quæ impediunt uoluntatem, ne moueatur ad faciendum opus bonum, uel ab opere malo abstinẽdum. Vt autẽ innoteseat quod latebat, & suaue fiat quod non delectẽbat, gratiæ dei est, quæ hominum adiuuat uoluntates, qua ut non adiuuentur in ipsis itidem causa est, non in deo, siue damnandi prædestinati sunt, propter iniquitatem superbiæ, siue contra ipsam suam superbiam iudicandi & erudiendi, si filij sint misericordiæ.

Cap. XX.

1. Thim. 2. Præter unũ Christum nullũ fuisse esse uel futurum esse sine peccato hominem. Roma. 16.

Quartũ iam illud restat, quo explicatio quantum adiuuat dominus. Sermo quoq; iste tam prolixus tandem terminum sumat: Vtrum qui omnino nunquàm ullum peccatum habuerit habiturusue sit, non solum quisq; natorum sit hominum, uerumetiam potuerit esse alquem uel possit. Hunc prorsus præter unum mediatorem dei & hominum, hominem Christum Iesum nullum uel esse uel fuisse uel futurum esse, certissimum est. Vnde iam multa diximus de baptismo paruulorum, qui si nullum peccatum habent, non solum sunt homines innumerabiles sine peccato, uerumetiam fuerunt & erunt. Porro si ueraciter illud constitit, unde secundo loco egimus, neminẽ esse sine peccato, profecto nec paruuli sine peccato sunt, ex quo conficitur, & si quisquam in hac uita esse potuisset, qui uirtute ita proficeretur, ut ad tantam plenitudinem iustitiæ perueniret, qua nullum omnino haberet peccatum, fuisse tamen cum antea peccatorem, unde in istam nouitatem uitæ conuerteretur.

Cap. XXVIII.

Hæc autem lex peccati, quod etiam peccatum appel-

Roman. 6. Ait Apostolus, cum dicit: Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius, non sic manet in membris eorum, qui ex aqua & spiritu renati sunt, tanquàm non sit eius facta remissio, ubi omnino plena & perfecta sit remissio peccatorum, omnibus inimicitijs interfectis, quibus separabamur à deo: sed manet in uetustate carnis tanquàm superatum & peremptum, si non illicitis consensionibus quodammodo reuiuiscat, & in regnum proprium dominationemq; reuocetur. Ab hac autem uetustate carnis, in qua est lex ista peccati, uel peccatum iam remissum, usqueadeo spiritu uita discernitur, in cuius nouitate baptizati per dei gratiam renascuntur, ut parum fuerit Apostolo dicere, tales non esse in peccato, nisi etiam diceret in ipsa carne non esse, antequàm ex hac mortali uita migrarent: Qui enim in carne (inquit) sunt, deo placere non possunt: uos autem non estis in carne, sed in spiritu, si tamen spiritus dei habitat in uobis.

Roman. 8. In quibus spiritus dei habitat, illi in carne nõ esse amplius dicuntur.

De Spiritu & litera, Cap. XXXVI.

Illud præceptum a nobis complebitur, cum uidebimus facie ad faciem. 1. Corin. 13. Proinde hoc erit primum præceptum iustitiæ, quo iubemur diligere deum ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente, cui est de proximo diligendo alterum consequens, quod in illa uita complebimus, cum uidebimus facie ad faciem: Sed ideo nobis hoc etiam nunc præceptum est, ut admoneremur quid fide expoſceret, quid promitteret, & obliuiscendo quæ retro sunt, in quæ anteriora nos extendere debeamus. Ac per hoc quantum mihi uidetur in ea, quæ perficienda est iustitia, multum in hac uita ille profecit, qui quàm longè sit à perfectione iustitiæ proficiendo cognouit: sed dici potest quædam iustitia minor huic uitæ competens, qua iustus ex fide uiuit, quàmuis peregrinus à domino. Et ideo per fidem ambulans, nondum per speciem, non absurdè dicitur, etiam ad istam pertinere ne peccet.

Abacuc 2. Roman. 1. 2. Corin. 5.

De natura & gratia contra Pelagianos, Cap. I.

Roman. 3. Qui nõ peccãsse se çstimat, nõ necesse est ut Christianus fiat. Matth. 9. Omnes peccauerunt & egent gloria dei: iustificati gratis per sanguinem ipsius. Quicunq; autem non putantur pertinere ad hos omnes, qui peccauerunt & egent gloria dei: profectò nullam necessitatem habent ut Christiani fiant, quia non est opus sanis medicus sed ægrotantibus: Vnde non uenit ille uocare iustos, sed peccatores.

Cap. XIIII.

Sapient. 8. Nunquam legitur homo dictº sine peccato. 2. Corint. 5 Hebrçor. 4 Roman. 8. Non sine causa, cum aliquotiens in scripturis inueniatur homines dictos esse sine querela, non inuenitur qui sit dictus sine peccato, nisi unus solus, de quo apertè dictum est: Eum qui non nouerat peccatum. Et eo loco ubi de sacerdotibus agebatur, etenim expertus est omnia, secundum similitudinem absq; peccato, in illa scilicet carne, quæ habebat similitudinem carnis peccati, quàmuis non esset caro peccati. Quam tamen similitudinem non haberet, nisi cætera omnis esset caro peccati.

Cap. XVI. in fine.

Sanat ergo deus, non solum ut deleat, quod peccauimus, sed ut præstet etiam ne peccemus. Deus præstat ne peccemus.

Cap. XXXIIII.

Si talẽ iustitiã habuerit homo, ut ei addere nõ possit, nõpotest propterea æquari deo. Absit autem ut ei dicamus, quod à quibusdam contra se dict ait: Comparari hominem deo si absque peccato esse asseratur, quasi uero angelus quia absque peccato est cõparetur deo. Ego quidem hoc sentio, quia etiam cum fuerit in nobis tanta iusticia, ut ei addi omnino nihil possit, non æquabitur creatura creatori. Si autem aliqui putant tantum nostrum futurum esse proiectum, ut in dei substantiam conuertamur, et hoc efficiamur prorsus quod ille est, uiderint quemadmodum adstruant sententiam suam, mihi hoc fateor non esse persuasum &c.

Ibidem in fine.

Saluat nos deus. Non ergo debemus sic laudare creatorem, ut cogamur dicere, imò uero conuincamur dicere superfluum saluatorem: Natura itaq; hominis dignis laudibus honoremus, easq; laudes ad creatoris gloriam referamus. Sed quia nos creauit, ita simus grati, ut non simus quia sanat ingrati. Vitia sanè nostra quæ sanat, non diuino operi, sed humanæ uoluntati, iusteq; illius uindictæ tribuamus.

Cap. XXXV.

Patrum peccata propter ea nobis prescribuntur, ut discamus pœnitẽdi humilitatem, & non desperandã salutem. Quorundam sanè exempla quos peccasse legimus, non ideo scripta dicit, qui sanum sapit, ut ad desperationem non peccandi ualeant, & securitatem peccandi nobis quodammodo præbere uideant: sed ut disceremus, uel pœnitendi humilitatem, uel etiam in talibus lapsibus non desperandam salutem.

Ibidem in fine.

Cante respondendũ interrogantibus an iam ĉi cum peccato uel sine peccato mundũ exierint. Matth. 6. Sed acutè uidetur interrogare, quomodo istos sanctos de hac uita abisse credendum sit, cum peccato, an sine peccato, ut si responsum fuerit, cum peccato, putetur eos secuta damnatio, quod nefas est credere. Si autem sine peccato dictum fuerit eos exisse de hac uita, probet hominem saltem adpropinquante morte, fuisse sine peccato in hac uita, ubi parum attendit, cum sit acutissimus, non frustra etiam iustos in oratione dicere, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Dominumq; Christum cum eandem orationem docendo explicuisset, ueracissimè subdidisse: Si enim dimiseritis peccata hominibus, dimittet uobis pater uester peccata uestra. Per hoc enim quotidianum spirituale quodammodo incensum, quòd ante deum in altari cordis, quòd sursum habere admonemur, infertur etiam si non hic uiuatur sine peccato, licet mori sine peccato, dum subinde uenia deletur, quòd subinde ignorantia uel infirmitate committitur.

Cap. XXXVI

Deinde commemorat eos, qui non modo non peccasse, uerumetiam iustè uixisse referuntur, Abel, Enoch, Melchisedech, Abraham, Isaac, Iacob, Ioseph, Iesus naue, Phinees, Samuel, Nathan, Helias, Heliseus, Micheas, Daniel, Ananias

Ananias, Azarias, Misaël, Ezechiel, Mardochæus, Simeon, Ioseph, cui desponsata erat uirgo Maria, Ioannes. Adiungit etiam fœminas, Delboram, Annam Samuëlis matrem, Iudith, Hester, alteram Annam filiam Phanuël, Elizabeth, ipsam etiam domini & saluatoris nostri matrem, quam dicit sine peccato confiteri necesse esse pietati.

Excepta itaq; sancta uirgine Maria, de qua propter honorem domini nullam prorsus cum de peccatis agitur habere uolo quæstionem: unde enim scimus, quòd plus ei gratiæ collatum fuerit ad uincendum omni ex parte peccatum, quæ concipere ac parere meruit, quem constat nullum habuisse peccatum. Hac ergo uirgine excepta, si omnes illos sanctos & sanctas, cum hic uiuerent, congregare possemus: & interrogare utrum essent sine peccato, quid fuisse responsuros putamus, utrum hoc quod iste dicit, an quod Ioannes Apostolus? Rogo uos quantalibet fuerint in hoc corpore excellentia sanctitatis, si hoc interrogari potuissent, una uoce clamassent: Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. An illud humilius fortasse responderent, quàm uerius? Sed huic iam placet, & rectè placet laudem humilitatis in partem non ponere falsitatis. Itaq; hoc si uerum dicerent, haberent peccatum, quod humiliter quia fatérentur ueritas in eis esset. Si autem hoc mentirentur, nihilominus haberent peccatum, quia ueritas in eis non esset.

Augustinus cùm de peccatis agitur nullã de beata uirgine uult habere quæstionẽ.

Sancti omnes si interrogarentur fatereẽtur se sine peccato non esse. 1. Ioan. 1.

Cap. XLII.

Nam neq; illud nimis curo, utrum fuerint hic aliqui uel sint, uel esse possint qui perfectam, cui nihil addendum esset, habuerint, uel habeant, uel habituri sint charitatem dei: Ipsa est enim uerissima, plenissima, perfectissimáq; iustitia, quoniam id quod uoluntate hominis adiuta per dei gratiam fieri posse confiteor & defendo, quando uel ubi, uel in quo fiat, nimium certare non debeo.

Voluntas homis adiuta p dei gratiam, omnia potest.

Cap. LXII.

Et ipse Hilarius cum locum psalmi exponeret, ubi scriptum est: Spreuisti omnes discedentes à iudicijs tuis, ait: Si enim deus peccatores sperneret, quia sine peccato nemo est, Sed spernit discedentes à se, quos apostatas uocant. Videtis quemadmodum non dixerit, quia sine peccato nemo fuerit, tanquàm de præteritis loquens: Sed quòd sine peccato nemo sit, unde quidem, ut dixi, non contendo. Quisquis enim non cedit Ioanni Apostolo, qui nec ipse ait: Si dixerimus quia peccatum non habuimus, sed non habemus, episcopo Hilario quomodo cessurus est?

Hilarij uerbã. Psalm. 118. Sine peccato nemo est

1. Ioan. 1.

De spiritu & litera ad Marcellinum. Cap. XLVII.

Lectis opusculis quæ ad te nuper elaboraui, fili charissime Marcelline, de baptismo paruulorum, & de perfectione iustitiæ hominis, quod eam nemo in hac uita, uel adsecutus uel adsecuturus uideatur, accepto uno mediatore, qui humana perpessus est, in similitudine carnis peccati, sine ullo omnino peccato, rescripsisti te moueri, eo quòd in posteriore duorum libro fieri posse dixi, ut sit homo sine peccato, si uoluntas eius non desit, ope diuina adiuuante, sed tamen præter unum, in quo omnes uiuificabuntur, neminem fuisse uel fore, in quo hic uiuente esset ista perfectio. Absurdum enim tibi uidetur dici aliquid fieri posse, cuius desit exemplum, cum si, ut credo non dubites, nunquàm esse factum, ut per foramen acus camelus transiret, & tamen illud qui hoc dixit, deo esse possibile: Legas etiam duodecim milia legiones angelorum pro Christo ne paterentur pugnare potuisse, nec tamen factum, Legas fieri potuisse, ut semel gentes exterminarentur à terra quæ dabatur filijs Israël, deum tamen id paulatim fieri uoluisse, & alia sexcenta possunt occurrere, quæ fieri, uel potuisse, uel posse fateamur, & eorum tamen exempla, quod facta sint, proferre nequeamus. Vnde non ideo negare debemus fieri posse, ut homo sine peccato sit, quia nullus est hominum præter illum, qui non tantum homo, sed etiam deus est, in quo id perfectum esse demonstrare possimus.

Fieri aliquid potest, etiã desit exemplũ probatur. Matth. 19.

Matth. 26.

Libro I. contra Pelagium & Celestium, de gratia Christi. Cap. XLVIII.

Illud autem propter quod sic laudauit sanctum Ambrosium Pelagius, quia scilicet in scriptis eius inuenit ex laudibus Zachariæ & Elizabet posse hominem in hac uita esse sine peccato. Quanquam negandum non sit, si hoc uelit deus, apud quem sunt omnia possibilia, consideret tamen diligentius quemadmodum dictum sit. Dictum enim est quantum mihi uidetur secundum quandam inter homines conuersationem probabilem atq; laudabilem, quam nullus hominum iustè posset in accusationis & criminationis quærelam uocare, quam propterea in dei conspectu Zacharias & eius uxor habuisse referuntur, quia in ea homines nulla dissimulatione fallebant, sed ut apparebant hominibus, ita noti erant oculis dei. Non autem dictum est hoc secundum illam perfectionem iustitiæ, in qua uerè atq; omnino immaculati perfectiq; uiuemus: nam & Apostolus Paulus dixit, Secundum iustitiam quæ ex lege est, se fuisse sine quærela, in qua lege etiam Zacharias sine quærela conuersabatur. Sed hanc Apostolus iustitiam in stercoribus & detrimentis deputauit in comparatione iustitiæ, quam speramus, & quam nunc esurire & sitire debemus, ut ea quandoq; saturemur in specie, quæ nunc est in fide quàmdiu iustus ex fide uiuit.

Lucæ 1

Quomodo beatum Ambrosiũ Zachariam & Elizabeth sine quærela fuisse & dixisse intelligatur. Philip. 3.

Abacuc 2

Cap. XLIX.

Conuersatio nostra in cœlis est. Hunc ergo sensum beatus Ambrosius explicans: perfectos inquit, secũ multos, ait Apostolus, in hoc adhuc mundo sitos, qui si ad perfectionem ueram respicias, perfecti esse non poterant: quia ipse dixit, Videmus nunc per speculum in ænigmate: tunc autem facie ad faciem &c.

Philip. 3. Non absolute fuisse perfectos, etiã quos Apostolus perfectos in hoc mundo adhuc sitos, docebat. 1. Corin. 13.

Ad Hieronymum, Epist. XXIX.

Non iustificabitur in conspectu dei omnis uiuens, & tamen

Psam. 142.

Apacuc 2. tamen iustus ex fide uiuit. Et induti sunt sancti iustitia alius maius, alius minus. Et nemo hic uiuit sine peccato, & hoc alius maius, alius minus. Optimus autem est, qui minimum. Et ut generaliter breuiterq; complectar, quam de uirtute habeam notionem, quod ad rectè uiuendum attinet: uirtus est charitas, qua id quod diligendum est, diligitur. Hæc in alijs maior, in alijs minor, in alijs nulla est. Plenissima uero quæ iam non possit augeri, quàmdiu hic homo uiuit est in nemine, quàmdiu autem augeri potest, profectò illud quod minus est quàm debet, ex uitio est. Ex quo uitio non est iustus in terra qui faciat bonum, & non peccet. Ex quo uitio non iustificabitur in conspectu dei omnis uiuens. Propter quod uitium si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Propter quod etiam quantumlibet profeceri-
1. Ioan. 1. Matth. 6. mus, necessarium est nobis dicere: Dimitte nobis debita nostra: cum iam omnia in baptismo dicta, facta, cogitata dimissa sint. Quid itaq; qui rectè uidet, unde & quando, & ubi speranda sit illa perfectio, cui non sit quod adijci possit.

Plenissima charitas quæ nõ possit augeri, in nemine in hoc mundo est.

3. Reg. 8.

Psalm. 142.

In eadem epistola sub fine.

In alia uita perfecti iusti erunt.

Tunc perfecti sumus in charitate, quando nihil restat de infirmitate.

Ad Macedonium, Epistola LIIII.

Cum igitur super peccatores tanta sit patientia, tanta misericordia dei, ut in hac temporali uita, moribus emendatis, non damnentur in æternũ, qui nullius quæ sibi præbeatur expectat misericordiam, quoniam nemo est illo beatior, nemo potentior, nemo iustior, quales nos esse oportet homines erga homines, qui hanc uitam nostram quantacunq; laude commendemus, eam sine peccato esse non dicimus? Quòd si dixerimus, nosipsos (sicut scriptũ est) decipimus, & ueritas in nobis non est.

Sine peccato ille nos non debem' dicere. 1. Ioan. 1.

Post pauca ibidem.

Dimitte nobis debita nostra: Hanc orationem baptizati orant, nec est prorsus præteritorum aliquid peccatorum, quòd non baptizatis in sancta ecclesia dimittatur. Sed postra uiuendo in hac fragilitate mortali, nisi contra-herent quod dimittendum esset, non ueraciter dicerent: Dimitte nobis debita nostra. Boni ergo in quantum non peccant, filij dei sunt: in quantum autem peccant (quòd sua non mendaci confessione testantur) utiq; mali sunt. Nt-si fortè quis dicat, alia bonorum, alia malorum esse peccata, quod non usquequaq; improbabiliter dicitur. Veruntamen dominus Iesus sine ulla ambiguitate malos appellauit eosdem ipsos, quorum patrem dicebat deum. Nam in eodem sermone, ubi illã docet orationem, alio loco exhor-
Matth. 7. tans ad precandum deũ, ait: Petite, & accipietis: quærite, & inuenietis: pulsate, & aperietur uobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, inuenit: & pulsanti aperietur.

Baptizati quibus cuncta ecclesia in baptismo dimittit peccata, hanc precationẽ orent necessum est.

Et paulo post.

Si ergo uos, cum sitis mali, inquit, nostis bona data dare filijs uestris, quanto magis pater uester qui in cœlis est, dabit bona petentibus se? Num igitur deus pater malorum est? Absit. Quomodo ergo dicitur pater uester cœlestis, quibus dicitur: cum sitis mali: nisi quia utrunq; uestrum monstrat, quid simus dei dono, quid humano uitio, hoc commendãs, illud emendans? Meritò ait Seneca (qui temporibus Apostolorum fuit, cuius etiam quædam ad Paulum apostolũ leguntur epistolæ) Omnes odit, qui malos odit, & tamen ideo diligendi sunt mali, ut non sint mali: quemadmodum ut non permaneant, sed ut sanentur diliguntur ægroti. Quicquid aũt post eam quæ fit in baptismo ablutionem peccatorum in hac uita manendo peccamus, etiam si non tale sit, quod à diuinis remouere compellat altaribus, non dolore sterili, sed misericordiæ sacrificijs expiatur.

Seneca ad Paulum dicitur scripsisse epistolas.

Ad Innocentium Papam, Epistola XCII.

Noua hæresis & nimium perniciosa tempestas, surgere inimicorum gratiæ Christi cœpit, qui nobis etiam dominicam orationem impijs disputationibus conantur auferre. Cum enim domnus docuerit, ut dicamus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: Isti dicunt posse hominẽ in hac uita præceptis dei cognitis ad tantã perfectionẽ iustitiæ sine adiutorio gratiæ saluatoris per solum liberum uoluntatis arbitrium peruenire, ut ei non sit iam necessarium dicere, Dimitte nobis debita nostra. Illud uero quod sequitur, Ne nos inferas in tentationem: non ita intelligendum tanquàm diuinũ adiutorium poscere debeamus, ne in peccatum tentati decidamus. Sed hoc in nostra positum esse potestate, & ad hoc implendum solam sufficere uoluntatem hominis, tanquàm frustra Apostolus dixerit. Non uolentis, neq; currentis, sed miserentis est dei, et fidelis deus, qui non permittet uos tentari super id, quod potestis. Sed faciet cum tentatione etiã exitum ut possitis sustinere. Frustra etiam dominus dixerit Apostolo Petro, Rogaui pro te, ne deficiat fides tua. Et omnibus suis: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Si hoc totum est potestatis humanæ &c.

Pelagiana hæresis oritur.

Matth. 6.

Roman. 9. 1. Corin. 10.

Luc. 22.

Matth. 26.

In Psalmum VII. versu subsequenti.

Domine deus meus si fœci istud: Si est iniquitas in manibus meis, si reddidi retribuentibus mihi mala: quod non potest uerè dicere nisi perfectus. Ait quippe dominus: Estote perfecti sicut pater uester qui in cœlis est: qui solem suum oriri facit super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Qui ergo non reddit retribuentibus mala, perfectus est &c.

Perfect' est qui non reddit retribuẽtibus mala.

Matth. 5.

In Psalmum XXXVIII.

Apostolus Paulus de sua imperfectione confitebatur, aliud in se intuens, aliud alibi quærens, ait enim: Non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim, fratres, ego meipsum arbitror non apprehendisse. Et ne diceres: Si nõ apprehendit

Philip. 3.

Quomodo intelligendū illud Apostoli, ubi Philippensibus scribēs, dicit se nondum apprehendisse.

prehendit Apostolus, ego apprehendi: si perfectus non est Apostolus, ego perfectus sum: uide quid agas, attende quid dicas. Quid ergo ais Apostole, nondum apprehendisti? nondum perfectus es? Quid ais? ad quam actionem me hortaris? quid mihi imitandum loquendumq; proponis? Vnum autem inquit, quæ retro sunt oblitus, in ea quæ ante sunt extentus: Secundum intentionem sequor ad palmam supernæ uocationis dei in Christo Iesu: secundum intentionem, non secundum peruentionem, nondum secundum apprehensionem, non relabamur unde iam transiuimus, nec remaneamus in illis, in quæ iā uenimus. Curramus, intendamus, in uia sumus, nec tam sis securus ex eis quæ transisti, quam sollicitus pro eis, ad quæ nondum peruenisti.

In Psalmum XCIII.

Toleret ergo iustus iniustum, toleret temporalem impunitatem iniusti, temporalis labor iusti: Sed iustus ex fide uiuit. Non enim est alia iustitia hominis in hac uita, nisi ex fide uiuere, quæ per dilectionem operatur.

Iustitia hominis in hac uita quę sit. Roman. 1. Abacuc 2. Galat. 5.

In Psalm. CXXII.

Quàmdiu enim corpus hoc esurit & sitit, quàmdiu corpus hoc uigilando fatigat, stando fatigatur, quocunq; se uerterit ad subsidium fatigationis, ibi inuenies aliam fatigationem, non est ergo perfecta sanitas, nec in ipso corpore. Quæ est autem uera sanitas? Cum absorpta fuerit mors in uictoria, & cum hoc incorruptibile induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc erit uera sanitas, tunc erit perfecta & uera iustitia, ut nihil mali non solum facere, sed nec cogitare possimus. Modo autem inopes, pauperes, egentes, dolentes, suspiramus, gemimus, oramus, leuamus oculos ad deum, quoniam et illi qui fœlices sunt in hoc mundo, despiciunt nos: Et iustitia est in corde ipsorum, sed falsa: ideo non perueniunt ad ueram, quia repleti sunt falsa. Tu autem ut perueniās ad ueram, esto egens & mendicus ipsius iustitiæ. Et audi Euangelium: Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur.

1. Corin. 15

Post hanc uitā erit in beatis uera & perfecta iustitia.

Matth. 5.

In Psalmum XXXVIII.

Nemo se dicat perfectum hic, decipit se, fallit se, seduxit se, non potest hic habere perfectionem. Multa quidem transiliui, sed si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Multa transiliui, sed adhuc tundo pectus, & dico: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Tu ergo expectatio mea, finis meus. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Ab omnibus, non solum ab eis, ne reuoluar in ea, quæ transiliui, sed ab omnibus omnino propter quæ mihi modo pectus tundens dico, Dimitte nobis debita nostra: Ab omnibus iniquitatibus meis erue me. Ita sapientem & tenentem quod ait Apostolus: Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus. Cum se diceret nondum esse perfectum, ibi continuo secutus ait: Quotquot ergo perfecti sumus, hoc sapiamus. Quid est quotquot perfecti? Iamdudum tu dixeras, non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim. Sequere ordinem dictorum, Vnum autem quæ retro oblitus, in ea quæ ante sunt extentus, secundum intentionem sequor ad palmam, supernæ uocationis dei in Christo Iesu, Ideo nondum perfectus, quia sequitur ad palmam supernæ uocationis dei, quam nondum inuenit, ad quam nondum peruenit. Si autem non est perfectus, qui non illuc peruenit, quis strum perfectus est? Tamen sequitur & ait: Quotquot enim perfecti, hoc sapiamus. Tu non es perfectus Apostole, & nos perfecti? Sed excidit uobis quia se modo perfectum dixit. Non enim ait, Quotquot estis perfecti, hoc sapietis: Sed quotquot inquit, perfecti hoc sapiamus, cum pauloante dixisset, Non quia iam acceperim, aut iam perfectus sim Aliter ergo hic non potes esse perfectus, nisi scias hic te non esse posse perfectum. Hæc ergo erit perfectio tua, sic te quædam transiliisse, ut restat aliud ad quod omnibus transactis transiliendum est. Hæc tota fides est Nam quisquis se peruenisse putat, in alto se ponit ut cadat. Quia ergo ita sapio, quia me & imperfectum dico & perfectum: Imperfectum quidem, quia nondum aliquid accepi quod uolo: Perfectum autem, quia scio hocipsum quod mihi desit: quia ergo sic sapio, quia humana contemno: quia lætari in rebus pereuntibus nolo, quia irrideor ab auaro iactante se quod prudens sit, & me irridente quod desipiam, quia sic ago, quia hanc uiam carpo &c. Opprobrium inquit, insipienti dedisti mihi.

Hic perfectus est, qui se imperfectum esse fatetur & agnoscit.

Lib. I. contra duas epistolas Pelagianorum, ad Bonifatium, Cap. XIIII.

Neq; enim quisq; sic desipit, ut dicat ad baptizatos dominicum illud non pertinere præceptum, Dimittite, & dimittetur uobis. Date, & dabitur uobis. Nullus autem in ecclesia rectè posset ordinari minister, si dixisset Apostolus: Si quis sine peccato, ubi ait, si quis sine crimine est. Aut si dixisset, Nullum peccatum habentes, ubi ait, nullum crimen habentes. Multi quippe baptizati fideles sunt sine crimine: sine peccato autem in hac uita neminem dixerim, quantalibet Pelagiani, quia hæc dicimus aduersum nos inflentur & dirumpentur insania, non quia peccati aliquid remaneat, quod in baptismate non remittatur, sed quia in nobis in huius uitæ infirmitate manentibus quotidie fieri non quiescunt, quæ fideliter orantibus, & misericorditer operantibus quotidie remittentur. Hæc est fidei catholicæ sanitas, quam sanctus ubique seminat spiritus, non prauitatis hæreticæ uanitas, & præsumptio spiritus.

Luc. 6.

1. Timot. 3. Sine crimine ministrū eligere possumus, sine peccato aūt non possumus.

Lib. II. contra easdem, Cap. V.

Philip. 3. In hoc sæculo quædā perfectio est secundū modum uitæ istius.

Non quia acceperim ait Apostolus, aut iam perfectus sim, fratres, ego me ipsum arbitror non apprehendisse. Et paulo post tamen, qui se negauerat esse perfectum, quotquot ergo perfecti, inquit, hoc sapiamus, ut ostenderet secundum istius uitæ modum esse quandam perfectionem, eiq; perfectioni hoc quoq; deputari, si se quisq; nouerit nō

dum

dum esse perfectum. Quid enim excellentius in ueteri populo sacerdotibus sanctis? Et tamen eis præcepit deus sacrificium primitus pro suis offerri peccatis. Et quid sanctius in nouo populo Apostolis? Et tamen præcepit eis
Matth. 6. dominus in oratione dicere: Dimitte nobis debita nostra. Omnium igitur piorum sub hoc onere corruptibilis carnis, & in istius uitæ infirmitate gementium spes una est,
1. Ioan. 2. quòd aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est exoratio peccatorum nostrorum.

Eodem lib. Cap. VII. in fine.

Dementia est dicere homines in uita esse perfectos.

Quocirca post resurrectionem hominis futuram negare iustitiæ plenitudinem, & putare tantam futuram esse iustitiam in corpore uitæ illius, quanta esse potest in corpore mortis huius, dementiæ singularis est. Non autem illic incipere homines, quæ hic noluerint dei mandata complere, uerissimum est. Erit enim perfectissimè plenitudo iustitiæ, non tamen hominum mandata sectantium, & ad eam plenitudinem proficiendo tendentium, sed in ictu oculi, sicut ipsa futura est resurrectio mortuorum, quoniam illa perfectæ magnitudo iustitiæ eis, qui hic mandata fecerũt, præmium dabitur, non & ipsa facienda mandabitur. Sed ita dixerim, mandata fecerunt, ut ipsa mandata meminerimus pertinere ad orationem, in qua cotidie ueraciter di-
Matth. 6. cunt sancti filij promissionis: Fiat uoluntas tua. Et: Dimitte nobis debita nostra.

Lib. IIII. contra easdem, Cap. X.

Verba sunt beati Cypriani in epistola de opere & eleemosynis.

Itaq; fratres, inquit, dilectissimi diuinæ indulgentiæ salubre munus, ut emundandis purgandisq; peccatis nostris, qui sine aliquo conscientiæ uulnere esse non possumus, medelis spiritalibus uulnera nostra curemus. Ne quisq; sic sibi de puro atq; immaculato pectore blandiatur, ut innocentia sua fretus medicinam non putet adhibendam esse uulneribus, cum scriptum sit: Quis gloriabitur castum se habere cor? aut quis gloriabitur mundũ se esse à peccatis? Et iterum in epistola Ioannes ponat, & dicat:
1. Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Si autem nemo sine peccato esse potest, & quisquis se inculpatum dixerit, aut superbus aut stultus est, cum sciat nõ deesse sanatis quædam postmodum uulnera, dedit curandis denuo sanandisq; uulneribus remedia salutaria. Rursus in eadem: Et quoniam quotidie, inquit, deesse non potest, quòd peccetur in conspectu dei, sacrificia quotidiana non deerunt, quibus possent peccata tergi.

Post pauca ibidem.

Lib. 2. de bono perseuerãt. ca. 5

Quàm necessarie autem inquit Cyprianus, quàm prouidenter & salubriter admonemur, quòd peccatores sumus, qui pro peccatis rogare compellimur, ut dum indulgentia de deo petitur, conscientiæ suæ animus recordetur, Et ne quis sibi quasi innocens placeat, & se extollendo plus pereat, instruitur & docetur peccare se cotidie, dum quotidie pro peccatis iubetur orare.

Cap. LXXI. in Enchirid. ad Laurentium.

De quotidianis autem breuibus leuibusq; peccatis, sine quibus hæc uita non ducitur, quotidiana oratio fidelium satisfacit. Eorum est enim dicere: Pater noster qui es in
Matth. 6. Oratio dominica quotidiana & minima delet peccata. cœlis: Qui iam patri tali regenerati sunt ex aqua & spiritusancto, delet omnino hæc oratio minima & quotidiana peccata, delet & illa, à quibus uita fidelium, scelerate etiam gesta, sed pœnitendo in melius mutata discedit: Si
Matth. 6. quemadmodum ueraciter dicitur, Dimitte nobis debita nostra: quoniam non desunt quæ dimittantur, ita ueraciter dicitur, Sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: id est, fiat quod dicitur, quod et ipsa eleemosyna est ueniam petenti homini ignoscere.

De correptione & gratia, Cap. XII.

1. Ioan. 3. Fidem deserere quæ per dilectionem operatur peccatum ad mortem est. Galat. 5.

Est peccatum ad mortem, non pro illo dico, ut roget quis. De quo peccato quoniam nõ expressum est, possunt multa et diuersa sentiri. Ego aũt dico id esse peccatũ fidem quæ per dilectionem operatur deserere usq; ad mortem.

Lib. I. Retractation. Cap. XVI.

Post hãc uitam perfectæ a nobis impleri præceptæ caritatis dei et proximi. Matth. 22.

Itemq; dixi, ut postea eadem ipsa caro, quæ nos in pœnis torsit in peccatis manentes, subijciatur nobis in resurrectione, & nos nulla aduersitate quatiat, quo minus legem & præcepta diuina seruemus. Quod non ita est accipiendum tanquàm & in illo dei regno, ubi & incorruptibile & immortale corpus habebimus de scripturis diuinis lex & præcepta sumenda sint. Sed quia perfectissima ibi lex æterna seruabitur: & illa duo præcepta, de diligendo deo & proximo, non in lectione, sed in ipsa perfecta & sempiterna dilectione tenebimus.

In euangelium Ioannis, Cap. VIII. Tractat. XLI.

Etiam qui iusti uocabulo digno, sine peccato, non sunt. 1. Ioan. 1.

Quemlibet ualde iustum discutias in hac uita, quàmuis iam sit dignus iusti uocabulo, non est tamen sine peccato, audi ipsum sanctum Ioannem, cuius & hoc Euangelium est, in epistola sua dicentem: Si dixerimus, inquit, quia peccatum non habemus, nosipsos decipimus, et ueritas in nobis non est. Solus hoc dicere potuit in mortuis liber, de solo dici potuit, qui non nouerat peccatum, de solo dici potuit, etenim expertus est omnia, secundum similitudinem
Ioan. 14. sine peccato. Solus dicere potuit, Ecce uenit princeps huius mundi, et in me nihil inuenit. Quemcunq; alium licet iustum discusseris, non omnino est sine peccato. Nec qualis erat Iob cui dominus tale testimoniũ perhibebat, ut diabolus inuideret, & postularet temptandum, temptans superaretur, ut ille probaretur. Ideo autem ille probatus est, non quia latebat deum coronãdus, sed ut innotesceret hominibus imitandus. Etiam ipse Iob quid dicit? Quis enim
Iob 25. mundus? nec infans cuius est unius diei uita super terram. Sed planè multi iusti dicti sunt sine querela, quod intelligitur sine crimine. Nulla enim querela iusta est de his in rebus humanis, qui non habent crimen. Crimen autem est peccatum graue, accusatione & damnatione dignissimum. Non ergo deus quædam peccata damnat, quædam iustificat et laudat: nulla laudat, sed odit omnia. Quemodo odit medicus ægritudinem ægroti, & id agit curando,

ut ægri-

ut ægritudo pellatur, æger leuetur, sic deus gratia sua hoc in nobis agit, ut peccatum consumatur, homo liberetur. Sed quando consumitur inquies? Si minuitur, quare non consumitur. Minuitur autem in uita proficientium, quod in uita consumitur perfectorum. Prima est ergo libertas carere criminibus. Ideo & Apostolus Paulus quando elegit ordinandos uel presbyteros uel diaconos, & quicunq; ordinandus est ad præposituram ecclesiæ, non ait, si qs sine peccato est, hoc enim si diceret, omnis homo reprobaretur, nullus ordinaretur, sed ait, si quis sine crimine est, sicut est homicidium, adulterium, aliqua immunditia, fornications, furtum, fraus, sacrilegium, & cætera huiusmodi. Cum cœperit ea non habere homo, debet autem nõ habere omnis Christianus, homo incipit caput erigere ad libertatem. Sed ista inchoata est non perfecta libertas. Quare inquit aliquis non est perfecta libertas? Quia uideo aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Non enim quod uolo hoc ago, sed quod odi illud facio. Caro inquit concupiscit aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem, ut non ea quæ uultis illa faciatis. Ex parte libertas, ex parte seruitus. Nondum tota, nondum pura, nondum plena libertas, quia nondum plena æternitas. Habemus enim ex parte infirmitatem, ex parte accepimus libertatem. Quicquid peccatum est à nobis, antea deletum est in baptismo. Nunquid quia deleta est tota iniquitas nulla remansit infirmitas? Si non remansisset sine peccato hic uiueremus. Quis autem audeat hoc dicere nisi superbus nisi misericordia liberatoris indignus? Nisi qui se ipsum uult decipere, & in quo ueritas non est. Ergo ex eo quod remansit aliquid infirmitatis audeo dicere, ex qua parte seruimus deo, liberi sumus, ex qua parte seruimus legi peccati, adhuc serui sumus. Vnde dicit Apostolus quod dicere ceperamus condelector legi dei secundum interiorem hominem &c.

1. Timo. 3 Titum. 1

Roma. 7

Gala. 5

Roma. 7

Post pauca ibidem.

Non ergo regnet peccatum in uestro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius, neq; exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato, Non ait non sit, sed non regnet. Quamdiu uiuis, peccatum necesse est esse in membris tuis, saltem illi regnum auferatur, non fiat qđ iubet. Surgit ira, noli dare linguam iræ ad maledicendũ, noli dare iræ manum aut pedem ad feriendum, non surgeret ista ira irratiõabilis nisi peccatum esset in membris, sed tolle illi regnum, non habeat arma unde contra te pugnet. Discet etiam nõ surgere, cum arma non cœperit inuenire &c.

Roma. 6

Quamdiu uiuit homo tamdiu peccatum inest mẽbris suis.

In eundem Tracta. LXXXIX. Cap. XV.

Quid est ergo, si non uenissem, & locutus eis fuissem peccatum non haberent? Nunquid sine peccato erant Iudæi, anteq̃ Christus ad eos in carne uenisset? Quis hoc uel stultissimus dixerit? Sed magnum quoddam peccatũ, non omne peccatum, quasi sub generali nomine uult intelligi. Hoc est enim peccatum quo tenentur cuncta peccata, quod unusquisq; si non habeat, dimittuntur ei cuncta peccata?

Ioha. 15

Peccato infidelitatis effecta tenentur peccata

Tracta. XCV.

Nam & si aliquando iustus arguitur, ideo rectè arguitur, quia scriptum est, non est iustus in terra, qui faciat bonum & non peccet. Quocirca etiam cum iustus arguitur de peccato, arguitur non de iustitia, quoniam & in illo quod legimus diuinitus dictum, noli effici iustus multum, non est notata iustitia sapiẽtis, sed superbia præsumentis. Qui ergo fit multum iustus, ipso nimio fit iniustus. Multum enim se facit iustum, qui dicit se non habere peccatum, aut qui se putat non gratia dei, sed sua uoluntate sufficiente effici iustum, nec recte uiuendo iustus est, sed potius inflatus, putando se esse quod non est &c.

Eccle. 7

Ibidem.

Qui dicit se non habere peccatũ in mium iust⁹ est.

In Epistolam Ioannis. Tracta. I.

Quod si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos seducimus & ueritas in nobis non est. Ergo si te confessus fueris peccatorem, est inte ueritas. Nam ipsa ueritas lux est. Nondum perfectè splenduit uita tua, qa insunt peccata tua, sed tamen iam illuminari cœpisti, qa inest confessio peccatorum.

1. Ioha. 1 Quisquis se confitet peccatorem in illo ueritas est,

In eandem. Tracta. V.

Omnis qui natus est ex deo non facit peccatum quia semen eius in ipso manet. Et non potest peccare, quia ex deo natus est. Fortiter instrinxit. Fortassis secundum quoddam peccatum dixit, non peccat, non secundum omne peccatum, ut quid ait, qui natus est ex deo nõ peccat? Tertium quoddam peccatum intelligas quod non potest admittere homo qui ex deo natus est. Et tale peccatum est illud, ut si quisq̃ illud admiserit, confirmet cætera: Si quis autem hoc non admiserit, soluet cætera. Quod ẽ hoc peccatum? Facere contra mandatum. Quod est mandatum? Mandatum nouum do uobis, ut uos inuicem diligatis. Intendite, hoc mandatũ Christi, dilectio uocatur. Per hanc dilectionem peccata soluuntur. Hæc si non teneatur & graue peccatum est & radix omnium peccatorum &c.

Natum ex deo nõ peccare frequẽdũ quoddã peccatum non omne dici.

Iohan. 13

De vera & falsa pœnitentia. Cap. IIII.

Sunt quædam peccata uenialia, quæ oratione dominica, quotidie soluuntur, cum dicitur, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, et hæc ut idem ait, non sunt ad mortem, alia uero quæ sunt ad mortem, non sic, sed per fructus pœnitentiæ soluuntur &c.

Peccata uenialia oratione dõica solui posse. Matth. 6

Ibidem.

Qui Petrum lachrimantem suscepit: Remissionem nõ negauit baptizatis. Iam enim audierat. Tibi dabo claues regni cœlorũ, qui licet postea dominum negauerit,

Baptizatis remissio peccatorum nõ denegata. Matth. 16

& à se amicos Christi excommunicauerit, per pœnitentiam & amaros fletus ueniam recuperauit.

Matth. 26

Eodem lib. Cap. V.

Quidã hæretici baptizatis peccãtibus, amplius remissionem peccatorum denegarunt,

Scimus autem & primos patres, & in omni tempore ecclesiam dei semper usq; in septuagiessepties, quod est semper peccata dimittere. Quam potestatem isti ab ecclesia dei conantur auferre. Oportet enim sic ecclesiam credere quæ confitetur se sæpe peccare. Negant enim ueritatem in se esse, qui se absq; peccato audet iactare. In multis enim offendimus omnes, nec infans unius diei, absq; peccato super terram esse potest. Quam propter eliminandus est iste error ab ecclesia, qui nunq̃ negat pœnitẽtibus indulgentiam. Non enim inquirit quid Apostolus senserit, qui dixit, nihil mihi conscius sum, sed in hoc non iustificatus sum. Scimus enim & iustis peccata solere contingere. Non se confirmabat absq; peccato, qui se nouit indissolubili uinculo charitatis Christo coniunctum. Nisi enim sciret sæpe iustos ad ueniam uenire, quomodo dubitaret se peccare qui se sciebat spiritum dei habere, & intẽtione mundissima ei seruire? Cur enim dominus Petri pedes lauisset, & ecclesiam hoc idem docuisset, nisi quia quotidiana est offensio, oportet ut sit quotidiana etiam remissio? Cur docuisset ipse dominus orantes dicere: Dimitte nobis debita nostra, nisi ipse misericors perseueraret, qui nos ab hac petitione non uult deficere? Nullus itaq; tantum unq̃ posset peccare quod pœnitens uelit desperare &c.

Jaco. 3
Iob. 25

1. Corin. 4.

Ioha. 13.

Matth. 6.

De fide ad Petrum. Cap. XLI.

Exceptis infantibus alias neminem hic sine peccato uiuere posse,

Firmissimè tene & nullatenus dubites, etiam iustos atq; sanctos homines, exceptis his q baptizati paruuli sunt, sine peccato hic neminem uiuere posse, semperq; omni homini esse necessarium, & peccata sua usq; in finem uitæ præsentis eleemosinis diluere, & remissionem à deo humiliter ac ueraciter postulare.

Lib. I. de symbolo ad Cathecuminos. Cap. VI.

Cum baptizati fueritis, tenete uitam bonam in præceptis dei ut baptismum custodiatis usq; in finem. Non uobis dico quia sine peccato hic uiuetis, sed sunt uenialia, sine quibus uita ista non est. Propter omnia peccata baptismus inuentus est, propter leuia sine quibus esse non possumus, oratio inuenta. Quid habet oratio? Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris, semel abluimur baptismate, quotidie abluemur oratione. Sed nolite illa committere, pro quibus necesse est, ut à Christi corpore seperemur, quod absit à uobis. Illi enim quos uidetis agere pœnitentiam, scelera commiserunt, aut adulteria, aut aliqua facta immania, inde agunt pœnitentiam. Nam si leuia peccata ipsorum essent, hoc quotidiana oratio delendo sufficeret. Ergo tribus modis dimittuntur peccata in ecclesia, in baptismate, in oratiõe, in humilitate maioris pœnitentiæ, tamen deus non dimittit peccata, nisi baptizatis &c.

Matth. 6

Pœnitentes ĩ primitiua ecclesia faciebãt rosi fuerunt.

De salutaribus documentis. Cap. VIII.

Præcepta uitæ uolentibus leuia sunt. Matth. 11

Et si præmia æternæ uitæ uolumus promereri, illius præcepta totis uiribus satagamus custodire. Præcepta nãq; eius nolentibus grauia sunt uolentibus leuia, sicut ipse ait, iugum enim meum suaue est & onus meum leue.

De ciuitate dei, lib. XIIII. Cap. IX.

Sanctorum uox est si dixerimus q̃a peccatũ nõ habemus 1. Ioan. 1

Non enim qualiumcunq; hominum uox est, sed maxime piorum multumq; iustorum atq; sanctorum, si dixerimus quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Tunc itaq; Apathia ista erit, quando peccatum in homine nullum erit. Nunc uero satis benè uiuitur sine crimine, sine peccato autem qui se uiuere existimat, non id agit ut peccatum non habeat, sed ut ueniam non accipiat &c.

Lib. XV. Cap. V.

Boni & boni ĩter se pugnare non possunt si ẽ fecti sunt. Gala. 5

Illud igitur quod inter Remum & Romulum exortum est, quemadmodum aduersus seipsam terrena ciuitas diuidatur ostendit, quod autem inter Cain & Abel, inter duas ciuitates ipsas dei & hominum inimicitias demonstrauit. Pugnant ergo inter se mali et mali. Item pugnãt inter se boni & mali. Boni uero & boni si perfecti sunt, inter se pugnare non possunt. Proficientes autem nondũq; perfecti, ita possunt, ut bonus quisq; ex ea parte pugnet contra alterum, qua etiam cõtra semetipsum. Et in uno quippe homine, caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Concupiscentia ergo spiritalis contra alterius potest pugnare carnalem, uel concupiscentia carnalis contra alterius spiritalem, sicut inter se pugnant boni & mali, uel certe ipsæ concupiscentiæ carnales inter se duorum bonorum nondum utiq; perfectorum, sicut inter se pugnant mali & mali, donec eorũ qui curantur ad ultimam uictoriam sanitas perducatur.

Eodem lib. Cap. VI.

Peccatũ habitãs in mẽbris nostris etiam pœna peccati est. Roman. 6.

Deo quippe adiuuante mirabilibus & latentibus modis cum peccatum quod habitat in membris nostris quod sic peccatum est, ut sit etiam pœna peccati, sicut Apostolus præcipit: Non regnet peccatũ in nostro mortali corpore ad obediẽdum desiderijs eius, nec ei membra nostra ueluti iniquitas arma exhibeamus, conuertitur ad mentem non sibi ad mala deo regente consentientem & eam regens tranquillius nunc, habebit postea sanitatem perfectam, atq; immortalitate percepta homo sine ullo peccato in æterna pace regnabit.

Lib. XIX. Cap. XXVI.

Perfectio in hac uita, cõstat remissione peccatorũ potius ẽ perfectione uirtutum. Matth. 6.

Pax autem nostra propria, & hic est cum deo per fidem, & in æternum erit cum illo per speciem. Sed hic sine illa communis, sine nostra propria talis est pax, ut solatium miseriæ potius sit quam beatitudinis. Ipsa quoq; nostra iustitia, q̃is uera sit propter ueri boni finẽ ad quẽ refertur, tamen tanta est in hac uita ut potius peccatorũ remissione constet, quàm perfectione uirtutum. Testis est oratio totius ciuitatis dei, quæ peregrinatur in terris, p

omnia

omnia quippe membra sua clamãt ad deum: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris &c.

Ibidem.

Oratio dominica illis prodest q̃rũ fides per dilectionem operatur, Sap. 9

Nec pro eis est efficax hæc oratio, quorum fides sine operibus mortua est, sed pro eis quorum fides per dilectionem operatur. Quia enim deo quidem subdita, in hac tamen conditione mortali, et corpore corruptibili qd' agrauat animam, non perfecte uitijs ratio imperat, ideo necessaria est iustis talis oratio. Nam profectò quanq̃ imperetur, nequaq̃ sine conflictu uitijs imperatur. Et utiq; aliqd subrepit in hoc loco infirmitatis etiam bene confligenti, siue hostibus talibus uictis subditisq; dominanti &c.

In fine ibidem.

Iacob. 4 1. Pet. 5 Quæ sit iustitia fidelium in hac uita.

Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, hic itaq; in uno quoq; fideli iustitia est, ut obedièti deus homini animus corpori, ratio autem uitijs etiam repugnantibus imperet uel subigendo uel resistendo, atq; ut ab ipso deo petatur, & meritorum gratia, & uenia delictorum, ac de acceptis bonis gratiarum actio persoluatur. In illa uero pace finali quo referenda, et cuius adipiscendæ causa habenda est ista iustitia, quoniã sanata immortalitate atq; incorruptione, natura uitia non habebit, nec unicuiq; nostrum uel ab alio, uel à se ipso quicquam repugnabit, non opus erit ut ratio uitijs, quæ nulla erunt imperet, sed imperabit deus homini, animus corpori, tantaq; obediendi ibi erit suauitas & facilitas, quanta uiuendi regnandiq; fœlicitas. Et hoc illic in omnibus hominibus atq; in singulis æternum erit, æternumq; esse certum erit, & ideo pax beatitudinis huius, uel beatitudo pacis huius summum bonum erit.

Lib. XXII. Cap. XXIII.

Præter hæc autem mala huius uitæ bonis malisq; cõmunia, habent in ea iusti etiam proprios quosdã labores suos, quibus aduersus uitia militant, & in talium prælio rum tentatiõibus periculisq; uersantur. Aliquando enim concitatius aliquando remissius, non tamen desinit caro concupiscere aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, ut non ea quæ uolumus faciamus, omnem malam cõcupiscentiam consumendo, sed eam nobis quantum diuini tus adiuti possumus, non ei consentiendo subdamus, uigilijs continuis excubantes, ne opinio ueri similis fallat, ne decipiat sermo uersutus, ne se tenebræ alicuius erroris offundant, ne quod bonum est malum, aut quod malum est bonum esse credatur, ne ab his quæ agenda sunt metus reuocet, ne in ea quæ agenda non sunt cupido præcipitet, ne super iracundiã sol occidat, ne inimicitiæ prouocent ad retributionem mali pro malo, ne absorbeat inhonesta ul' imoderata tristitia, ne in pertiendorum beneficiorum impediat mens ingrata torporẽ ne maledicis rumoribus bona conscientia fatigetur, ne temeraria de alio suspitio nostra decipiat, ne aliena de nobis falsa nos frangat, ne reguet peccatum in nostro mortali corpore ad obediendũ desiderijs eius, ne membra nostra exhibeantur iniquitatis

Gala. 5 Militia & pugna est uita hominis sup terram

Ephe. 4

Roma. 6

arma peccato, ne oculus sequatur concupiscẽtiam, ne uindicandi cupiditas uincat, ne in eo quod male delectat uel uisio ul' cogitatio demoretur, ne improbũ aut indecẽs uerbũ libenter audiatur, ne fiat qd' non licet etiam si libet, ne in hoc bello laborum periculorumq; plenissimo, uel de uiribus nostris speretur facienda uictoria, uel uiribus nostris nostra facta tribuantur, sed eius gratiæ de qua ait Apostolus, gratias autem deo, qui dat nobis uictoriam, p dominum nostrum Iesum Christum. Qui & alio loco, in his inquit omnibus superuincimus per eum qui dilexit nos. Sciamus tamen quantalibet uirtute præliandi uitijs repugnemus, uel etiam uitia superemus uel subiugemus, q̃diu sumus in hoc corpore, nobis deesse non posse unde dicamus deo, dimitte nobis debita nostra. In illo autem regno ubi semper cũ corporibus immortalibus erimus, nec prælia nobis erunt ulla, nec debita, quæ nusq̃ & nunq̃ esse nt si natura nostra sicut recta creata est permaneret. Ac per hoc etiam noster iste conflictus in quo periclitamur, & de quo nos uictoria nouissima cupimus liberari ad uitæ huius mala pertinet, quam tot tantorumq; testimonia malorum probauimus esse damnatam.

1. Corin. 15 Roma. 8

Matth. 6

De verbis secundum Ioannem. Sermo. XLIII.

Non quod uolumus faciamus. Quare? Quia uolumus ut nullæ sunt concupiscentiæ, sed non possumus. Velimus, nolimus habemus illas, uelimus, nolimus, titillant, blandiuntur, stimulant infestant, surgere uolunt, præmuntur, nondum extinguuntur, quamdiu caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem.

Quomodo intelligatur nos facere ea quæ nolumus.

De verbis Apostoli. Sermo. XVI.

Et erit quisq̃ nostrum qui audeat dicere iustus sum puto enim hoc esse iustus sum, quod est peccator nõ sum. Si audes hoc dicere occurrit tibi Ioannes, si dixerimus qa peccatum non habemus, nos ipsos decipimus, & ueritas in nobis non est. Quid ergo? Nihil habemus de iustitia, an habemus? Sed non totum habemus. Hoc ergo quæramus. Si enim aliquid habemus & aliquid non habemus, crescat quod habemus, et implebitur quod non habemus. Ecce enim baptizati sunt homines, omnia illis peccata dimissa sunt, iustificati sunt à peccatis, negare non possumus, restat tamen lucta cum carne, restat lucta cum mundo, restat lucta cum diabolo. Qui autem luctatur aliquãdo ferit, aliquando percutitur, aliquando uincit, aliquãdo perimitur, quomodo de stadio exeat attendatur. Nam si dixerimus quia peccatũ non habemus, nosmetipsos decipimus, & ueritas in nobis non est. Item si dixerimus quia iustitiæ nihil habemus, aduersum dei dona mentimur. Si enim iustitiæ nihil habemus, nec fidem habemus. Si fidem non habemus, Christiani non sumus. Si autem fidem habemus, iam aliquid habemus iustitiæ. Ipsum aliqd uis nosse quantum sit? Iustus ex fide uiuit, iustus inquam ex fide uiuit, quia credit quod non uidet &c.

1. Iohan. 1

Homiõ dicere nõh debet nihil iustitiæ se pœnit' habere

Abacuk. 2 Roma. 1

Sermo. LVI. de tempore.

Sed ita debet unusquisq; pro suis criminibus suspirare, lachrimas fundere, eleemosinas dare, ut deo auxiliante quamdiu uiuit semper crimina ipsa conetur effugere, sicut enim sine minutis peccatis nullus unq̃ aut fuit aut esse poterit, ita sine capitalibus criminibus donante et auxilante deo omnimodis esse possumus & debemus &c.

Sine crimi nibus esse possunt ho mines.

Sermo. LIX. de tempore.

Christũ nõ impossibilia præcepisse sed perfecta ostendit exẽplis.

Multi præcepta dei, sua imbecillitate non sanctorum uiribus estimantes, putant esse impossibilia quæ præcepta sunt, & dicunt sufficere uirtutibus non odisse inimicos, cæterum diligere plus præcipi quam humana natura patiatur. Sciendum est ergo Christum non impossibilia præcipere, sed perfecta, quæ Dauid fecit in Saul & Absalõ. Stephanus quoq; martir pro inimicis se lapidantibus deprecatus est, & Paulus anathema esse cupit pro persecutoribus suis. Hæc autem Iesus & docuit & fecit dicens, pater ignosce illis. In reliquis operibus bonis interdum potest aliquis qualemcunq; excusationem prætendere, habenda uera dilectione, nullus se poterit excusare &c.

1. Reg. 24
2. Reg. 18
Actor. 7
Roma. 9
Luc. 23

Sermo. XXXIX. de sanctis.

Quæ sint peccata uenialia & minuta,

Quæ autem sint minuta peccata, licet omnibus nota sint, tamen quia longum est ut omnia replicentur, opus ẽ ut ex eis, uel aliqua nominemus. Quotiens aliquis aut in cibo aut in potu plus accipit quam necesse sit, ad minuta peccata nouerit pertinere. Quotiens plus loquitur quam oportet, aut plus tacet quam expedit. Quotiens pauperẽ importune petentem exasperat. Quotiens cum corpore sit sanus alijs ieiunantibus prandere uoluerit, aut somno deditus tardius ad ecclesiam surgit. Quotiens excepto desiderio filiorum uxorem suam cognouerit. Quotiens in carcere clausos & in uinculis positos tardius requisierit. Quotiẽs infirmos tardius uisitauerit, si discordes ad concordiam reuocare neglexerit. Si plus aut proximum aut uxorem aut filium, aut seruum exasperauerit quam oportet. Si amplius fuerit blanditus quam expedit. Si cuicunq; maiori personæ, aut ex uoluntate aut ex necessitate adulari uoluerit. Si pauperibus esurientibus cibum nõ dederit. Aut nimium delitiosa aut sumptuosa sibi conuiuia præparauerit. Si se in ecclesia aut extra ecclesiam fabulis ociosis, de quibus in die iuditij ratio reddenda est occupauerit. Si dum incaute iuramus, & cum hoc per aliquam necessitatem implere non poterimus, utiq; periuramus. Et cum omni facilitate uel temeritate maledicimus, cum scriptũ sit, neq; maledici regnum dei possidebunt, Et cum aliquid suspicamur temere, quod tamen plerumq; non ita ut credimus comprobatur, sine ulla dubitatione delinquimus. Hæc enim & his similia ad minuta peccata pertinere non dubium est, quæ sicut iam dixi enumerari uix possunt, & à quibus non solum populus Christianus, sed etiam nullus sanctorum, immunis esse potuit aut poterit aliquando. Quibus peccatis licet occidi animam non credamus, ita tamen ea uelut quibusdam pustulis & quasi horrenda scabiæ replentes deformem faciũt, ut eam ad amplexus illius sponsi cœlestis, aut uix aut cũ grandi confusione uenire permittant. De quo scriptum ẽ: Adaptauit sibi ecclesiam non habentem maculam aut rugam &c.

1. Corin. 6.

Ephes. 5

Sermo. LXIII. de tempore.

An forte quisq̃ tam insolenter superbit, & ita se illesum, ita immaculatũ esse præsumit, ut nullius iam renouationis indigeat? fallitur prorsus ista persuasione & nimia uanitate uetera scit, qui inter tentationes huius uitæ ab omni se uulnere credit immunem. Plena sunt omnia periculis, plena laqueis, incitant cupiditates, insidiantur illecebræ, blandiuntur lucra, damna deterrent. Amaræ sunt obloquentium linguæ, nec semper ueracia sunt ora laudantiũ. Inde sæuit odium, hinc decipit mendax offitiũ, ut facilius sit uitare discordem, quam declinare fallacem, In ipsis autem uirtutibus obtinendis tam dubius modus est, & tam incerta discretio est, ut si quisq̃ inter bonorũ malorumq; confinia subtilissimi discriminis poterit seruare mensuras, difficile sit ut benè sibi conscium probitatem obtrectantium lingua non mordeat, & iniquorum euadat obprobria, cui amica est iustitia. Iam cum ad ipsas rerum temporalium uarietates cogitatio humana conuertitur, quãtæ se opponunt caligines, quanti prauarum opinionum oboriuntur errores, ut de obiectu contrariarum sumatur materia quærelarum &c.

In mundo plena oĩa periculis.

De verbis beati Ioannis. Sermo. XXIX.

Beatissimus Ioannes Apostolus salubriter & ueraciter scribens inter cætera ait: Si dixerimus quia peccatũ nõ habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis nõ est. Si autem confessi fuerimus peccata nostra, fidelis est & iustus qui dimittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniquitate. His uerbis docuit beatus Ioannes: Immo ipse dominus Iesus, non se tacens per Ioannem, neminem in ista carne, in isto corruptibili corpore, in ista terra, in isto maligno sæculo: in ista uita tentationibus plena neminem hic uiuere sine peccato. Absoluta sententia est, nec expositore indiget, si dixerimus quia peccatum non habemus. Quis enim qui non habet peccatum? Sicut scriptura dicit, nec infans cuius est uita diei unius super terram. Talis paruulus peccatum non fecit, sed de parentibus traxit. Ergo nullo modo quisquam potest dicere nõ se habuisse peccatum, sed accessit per fidem ad lauacrum regenerationis homo fidelis, & omnia dimissa sunt ei. Iam sub gratia uiuit, in fide uiuit, membrum Christi factus est, templum dei factus est, & tamen sic quomodo membrũ Christi & templum dei factus est, si dixerit se

1. Corin. 1

Iob. 16

non

non habere peccatum, seipsum seducit, & ueritas in eo non est, prorsus mentitur si dicat iustus sum. Sunt autem quidam inflati utres, spiritu elationis pleni, non magnitudine ingentes, sed superbiæ morbo tumentes, ut dicere audeant inueniri homines absq; peccato. Dicunt ergo iustos prorsus in hac uita nullum habere peccatum. Hæretici autem sunt Pelagiani, idemq; Celestiani.

Pelagiani & Celestiani hæretici se sine peccato esse dixerunt.

Ibidem circa finem.

Non autem quia dico quod non possumus hic esse sine peccato, homicidia facere debemus, aut adulteria, uel cætera mortifera peccata, quæ uno ictu perimunt. Talia nõ facit bonæ fidei et bonæ spei Christianus, sed illa sola quæ quotidiano orationis periculo tergantur. Humiles & deuoti dicamus quotidie, dimitte nobis debita nostra, sed si faciamus quod sequitur, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris &c.

Sine illis peccatis esse non possumus, quæ quotidiano orationis periculo tergantur. Matth. 6.

Post pauca in fine.

Nemo ergo dicat se esse sine peccato, sed non tamen ideo debemus amare peccatum. Oderimus ea fratres et si non sumus sine peccatis, oderimus tamen ea, & maxime à criminibus nos abstineamus, abstineamus quantum possumus et à leuibus peccatis. Ergo ait quis, non habeo peccata, se ipsum decipit, & ueritas in eo nõ est. Prorsus oremus ut deus dimittat, sed faciamus quod dicitur, dimittamus & nos debitoribus nostris, cum dicitur & dimittetur nobis. Quotidie dicimus hoc, & quotidie facimus, & quotidie fit in nobis. Non hic sumus sine peccato, sed exibimus hinc sine peccato.

Nemo q̃a sine peccato esse non potest, propterea amare debet peccatũ.

In lib. de perfectione iustitiæ in fine libri.

Quisquis ergo fuisse uel esse in hac uita aliquem hominem, uel aliquos homines putat, excepto uno mediatore dei & hominum, quibus necessaria non fuerit remissio peccatorum, contrarius est diuinæ scripturæ, ubi Apostolus ait, per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Et necesse est ut impia contentione asserat, esse posse homines, qui sine mediatore Christo liberante atq; saluante sint liberi saluiq; à peccato, cum ille dixit, non est opus sanis medicus, sed male habentibus, non ueni uocare iustos sed peccatores. Quisquis autem dicit, post acceptam remissionem peccatorum, ita quemq̃ hominem iuste uixisse in hac carne uel uiuere, ut nullum habeat omnino peccatum, contradicit Apostolo Ioanni qui ait, si dixerimus quia peccatum non habemus, nos ipsos seducimus & ueritas in nobis non est: Nõ enim ait habuimus sed habemus. Postremo si excepto illo capite nostro sui corporis saluatore asseruntur, uel fuisse uel esse in hac uita aliqui homines iusti sine aliquo peccato, siue nunq̃ consentiendo desiderijs eius, siue quia pro nullo peccato habendum est, quod tantum est ut hoc pietati non imputet deus, q̃uis aliter sit beatus sine peccato, aliter autem beatus cui nõ imputat dominus peccatum, non nimis existimo reluctandum. Scio enim q̃busdam esse uisum, quorum de hac re sententiam non audeo reprehendere, quamq̃ nec defendere ualeam &c.

Contrarie sacræ scripturæ quisq̃s dicit præter Christũ aliquem, hominẽ fuisse sine peccato.

Matth. 9

1. Ioha. 1

DE LEGE ET EVANgelio, homine interiori & exteriori, spiritu & litera, ueteri Testamento & nouo.

In quinquagena. II. Psalm. LVII. Versu. I.

Quandoquidem manu formatoris nostri in ipsis cordibus nostris ueritas scripsit, quod tibi non uis fieri alteri ne feceris. Hoc & anteq̃ lex daretur nemo ignorare permissus est, ut esset unde iudicarentur, & quibus lex non esset data. Sed ne sibi homines aliquid defuisse quererentur, scriptum est in tabulis quod in cordibus non legebant. Non enim scriptum non habebant, sed legere nolebant. Oppositum est oculis eorum, quod in conscientia uidere cogerentur, & quasi forinsecus amota uoce dei, ad interiora sua homo compulsus est, dicente scriptura in cogitationibus enim impij interrogatio erit. Vbi interrogatio, ibi lex. Sed quia homines appetentes ea quæ foris sunt, etiam à seipsis exules facti sunt, data est etiam conscripta lex. Non quia in cordibus scripta non erat, sed quia tu fugitiuus eras cordis tui, ab illo qui ubiq; est comprehenderis, & ad teipsum intro reuocaris. Propterea scripta lex quid clamat eis qui deseruerunt legẽ scriptã in cordibus suis? redite præuaricatores ad cor. Quis enim te docuit nolle accedi ab altero ad uxorem tuam? Quis te docuit nolle tibi furtũ fieri? Quis te docuit nolle iniuriam pati, et quicquid aliud uel uniuersaliter uel particulariter dici potest? Multa enim sunt de quibus singulis interrogati homines, clara uoce respondeant, nolle se pati. Age si nonuis pati ista, nunqd solus es homo? Nonne in societate uiuis generis humani? Qui tecum factus est socius unus est, & omnes facti ad imaginem dei, nisi terrenis cupiditatibus conterant qd' ille formauit. Quod tibi ergo non uis fieri, noli alteri facere. Iudicas enim malũ esse in eo quod pati non uis, & hoc te cogit nosse lex intima in ipso tuo corde conscripta. Faciebas & clamabatur inter manus tuas quomodo cogeris redire ad cor tuum, cum hoc pateris inter manus alienas? Furtum bonum est? Non, interrogo, adulterium bonum est? Et omnes clamant non. Homicidium bonum est? omnes clamãt detestari se. Concupiscere rem proximi bonum est? Non, uox omnium est. Aut si adhuc non confiteris, accedit, qui concupiscit rem tuam, placeat tibi & responde quod uis. Omnes ergo de his rebus interrogati, clamant hæc bona non esse. Rursus de beneficijs non solum de non nocendo, uerumetiam de non præstando atq; tribuendo interrogatur

Matth. 7. Lex data.

Sapien.

Lex scripta lex ei Moy. Bia. 44

rogatur omnis anima esuriens, famē patiēs. Alius habet panem & redundat ei ultra sufficientiam, nouit te egere non dat. Displicet tibi esurienti, displiceat & saciato cum alterum esurire cognoueris. Peregrinus tecto indigens, uenit in patriā tuam non suscipitur ille. Tunc clamat ille, inhumanam esse ciuitatem, facile apud Barbaros sibi esse potuisse refugium. Sentit iniquitatem quia patitur, tu forte non sentis. Sed oportet ut te cogites peregrinum, & uideas, quomodo tibi possit displicere, qui tibi non præstiterit, quod tu in patria tua non uis peregrino præstare. Eia tu redi, redi præuaricator ad cor, ibi scripta est lex, quod tibi fieri non uis, alij ne feceris &c.

Ad Hilarium Epist. LXXXIX.

Lex naturę etiam ab hominibus ante Moysen præuaricata, Psalm. 113

Proinde quoniam lex est etiam in ratione hominis, qui iam utitur arbitrio libertatis naturaliter in corde cō scripta, qua suggeritur ne mali aliquid faciat quisq; alteri, quod pati ipse non uult: Secundum hanc legem præuaricati sunt omnes, etiam qui legem per Moysen datam nō acceperunt, de quibus in Psalmo legitur præuaricatores estimaui omnes peccatores terræ. Non enim omnes peccatores terræ legem per Moysen datam præuaricauerunt, sed tamen nisi aliquam præuaricassent, non appellarentur præuaricatores. Vbi enim non est lex nec præuaricatio. Præuaricata ergo lege, quæ in Paradiso data est, nascitur homo ex Adam cum lege peccati & mortis, de

Roma. 7

qua dicitur. Video aliam legem in membris meis repugnātem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legem peccati, quæ est in membris meis, quæ tamen nisi mala consuetudine postea roboretur, facilius uincitur non tamen nisi gratia dei. Lege autem alia præuaricata quæ est in usu rationis animæ rationalis, in ætate hominis iā ratione utentis, præuaricatores fiant omnes peccatores terræ. Præuaricata uero etiam lege illa, quæ data est p Moysen, multo amplius abundat delictum. Si enim data esset lex quæ posset uiuificare, oīno ex lege esset iustitia. Sed cō

Gala. 3

clusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iēsu Christi daretur credentibus. Hæc uerba si agnoscis Apostolica sunt, de qua lege iterum dicit, lex præuaricationis gratia posita est, donec ueniret semen, cui promissum è

Ibidem.

dispositum per angelos in manu mediatoris, Christum cō

Gratia dei omnes saluantur.

mendans, cuius gratia salui facti sunt omnes, siue paruuli à lege peccati & mortis, cum qua nati sumus, siue maiores, qui male utentes arbitrio uoluntatis, præuaricarunt legem naturalem ipsius rationis, siue qui legem acceperunt, quæ data est per Moysen eamq; præuaricantes litera occisi sunt. Cum uero etiam Euangelica præcepta homo præuaricat, uelut quatriduanus mortuus putet, nec de illo tamen desperandum est propter eius gra-

Iohan. 11.

tiam qui non lente dixit, sed magna uoce clamauit: Lazare ueni foras.

In eadem Epistola.

Nam & lex ipsa in hoc adiutorium data est illis, qui ea legitime utuntur, ut per illam sciant, uel quid iustitiæ iam acceperint, unde gratias agant, uel quid adhuc eis desit quod instanter petant. Qui autem sic audiunt, quod lex ait, non concupisces, hoc quia didicerint sufficere sibi arbitrentur, nec adiutorio gratiæ dei ad faciendum qd' iustum est dari sibi uirtutem credant & petant, ad hoc eis lex subintrauit, ut abundaret delictum. Nam interim ut omittamus legis multa præcepta, & hoc inde commemoremus quod ad commemorandum elegit Apostolus, cum dicit lex, non concupisces, quid uidetur aliud imperare, nisi ab illicitis cupiditatibus continentiam? Animus quippe uelut pondere, amore fertur quocumq; fertur. Iu-

Roma. 13

bemur itaq; detrahere de pondere cupiditatis, quod accedit ad pondus charitatis, donec illud consumatur hoc proficiatur. Plenitudo enim legis charitas: Et tamen de ipsa continentia uide quid scriptum sit: Et cum scirem inquit, quia nemo potest esse cōtinens nisi deus det & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donum, adij dominū, & deprecatus sum illum. Nunquid dixit: Et cum sci-

Sap. 8

rem quia nemo potest esse continens, nisi per proprium liberum arbitrium, & hoc ipsum erat sapientiæ scire à me ipso esse hoc donum. Non plane hoc dixit, quod quidam in sua uanitate hoc dicunt, sed quod fuit in sanctæ scripturæ ueritate dicendum. Cum scirem inquit quia nemo esse potest continens, nisi deus det. Iubet ergo deus continentiam & dat continentiam, iubet per legem & dat per gratiam iubet per literam, dat per spiritum. Lex enim sine gratia facit abundare delictum, & litera sine spiritu occidit. Iubet ideo ut facere iussa conati, & in nostra infirmitate sub lege fatigati, adiutorium gratiæ poscere nouerimus, & si quid facere poterimus operis boni ei qui adiuuat non simus ingrati. Neq; enim uoluntatis arbitriū ideo tollitur quia iuuatur, sed ideo iuuatur quia non tollitur. Qui igitur ideo dicit, adiutor meus esto, confitetur se uelle implere quod iussit, sed ab eo qui iussit, adiutorium poscere ut poscit. Ad abundantiam igitur delictorum lex nos docet, quid uelle debeamus, nisi ad iuuet gratia, ut quod uolumus ualeamus, & quod ualuerimus impleamus &c.

Per legem scit homo quantum iustitiæ acceperit.

De assumptione Mariæ virginis. Cap. I.

Sed quia quædam scriptura sancta ueris indagationum studijs querenda reliquit, quæ non sunt superflua estimanda dum uera indagatione fuerint patefacta. Fœcūda est enim ueritatis auctoritas, & dum diligenter discutitur, de se gignere quod ipsa est cognoscitur. Sæpe enim discussa, ueram conuenientiam parit, quam manifestis sermonibus abscondit: Et sæpe apertis sermonibus insinuat, in quibus nihil præter id quod sonat querendum inuitat. Vt est illud, quod Abraham genuit Isaac, Isaac autem Iacob, Iacob genuit Iudam & fratres eius, & cætera talia in quibus sola tenenda est litera. Quædam autem sic commendat ut pariter literam & mysticum intellectum insinuet,

In sacra scriptura quædam sola ad literā intelliguntur. Matth. 1.

insinuet, ut in transitu maris rubri, manna cœlesti, et ta-
Quædã ad literam & mysticesimul. bernaculo dei. atq; arca testamenti, ubi futurorum figura
Quædam tantum mystice. baptismi, scilicet Christi & ecclesiæ, ostensa est prærogatiua. Quædam tantum mystice, ut cum deum dicit insuf-
flasse in faciem Adæ spiraculum uitæ, qui tamen os ad spi-
randum non habet, nec manus ad operandum, licet dicat
Iob, 10 Psalm. 118 propheta, Manus tuæ domine fœcerunt me, & plasma-
uerunt me &c.

Libro IIII. De symbolo ad Catechumínos. Cap. III.

Sacra scriptura mysticis figuris, loquitur seruans rebus tempora. Exo, 17 Psalm. 77. 1. Cor. 10. Mysticis enim figuris loquitur scriptura diuina, ser-
uans rebus tempora, quibus recognitis manifesta exer-
ceat ueritate. Quoniam nec hoc uacat àm ysterio, quód
in monte Oreb super Petrã, iussus est ascendere Moises
& stare. Ipsa est illa Petra, quæ percussa produxit a-
quas populo sitienti, de qua dicit sanctus Dauid, dirupit
Petram, & fluxerunt aquæ. Apostolus autem exponens
hoc ait, patres nostri escam spiritalem manducauerunt,
& eundum potum spiritalem biberunt, bibebãt autem de
Posteriora dei Christ⁹. spirituali consequente, eos Petra: Petra autem erat Chri-
stus. Ipsa sunt illa posteriora dei, Christus dei, Hoc uidet
Galath, 4. Moises prophetando, quód Paulus exponit dicendo: Cũ
uenit inquit plenitudo temporis, misit deus filium suum
factum ex muliere. Mulierem hic ponit, consuetudinem
seruans locutionis Hebraicæ, quæ omnes fœminas mu-
lieres, fœminas appellat: Nam scriptum est, seruate mu-
Nume. 31 lieres, quæ nondũ cognouerunt uirum. Et de ipsa Eua
dictum est, Formauit eam in mulierem, antequam illam
uiro coniungeret, eam mulierem appellauit.

De singularitate Clericorum. Cap. IX.

Lex uirtꝰ est peccati. Quantum enim lex obedientibus suggerit adiutorũ,
tantum inobedientibus inciat peccatum, dicente Apostolo, uirtus inquit peccati lex.

De contemptu mundi. Cap. VIII.

Lex aduersarius hominis est. Dum igitur uacat, dum sumus in uia, nostro aduer-
sario legi dei consentiamus, Lex quippe diuina, noster,
ideo dicitur aduersarius, quia nostris carnalibus omni-
no contradicit uoluptatibus &c.

De pœnitentiæ Medicina. Cap. I.

Lex quid conferat utilitatis. Ad hoc enim lex data est, ut superbo infirmitatem
suam notam faceret, infirma pœnitentiam suaderet. Ad
hoc etiam lex data est, ut uulnera ostenderet peccatorum
quæ gratiæ benedictione sanaret. Ad hoc etiam lex data
Roman, 7 est, ut diceremus etiam in conualle plorationis, Video a-
liam legem in membris meis, repugnantem legi mentis
meæ, et captiuantem me in lege peccati, quæ est in
membris meis, & cum ipso ploratu clamaremus, In fœ-
lix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hu-
Psalm. 154 ius? Et succurret nobis exaudiente deo, qui erigit elisos
& soluit compeditos, illuminat cœcos gratia dei, per Iẽ-
sum Christum, dominum nostrum &c.

Quæstionum veteris & noui testamenti, quæsti. IIII.

Primum lex formata in literis dari non debuit, quia in natura ipsa, quodamodo inserta est, & creatoris no-
ticia ex traduce non latebat. Nam quis nesciat, quid bo- Tob ic, 4
ne uitæ conueniat, aut ignoret, quia quod sibi fieri non
uult, alij minime debeat facere? At ubi naturalis lex eua-
nuit, impressa consuetudine delinquendi, tunc oportuit
legem manifestari, ut in Iudæis omnes audirent, Non qđ
penitus oblitterata esset, sed quia maxima eius auctorita-
te carebant, idolàtriæ studebatur. Timor dei in terris nõ
erat, sed fornicatio operabatur. Circa rem proximi auida
erat cõcupiscentia. Danda ergo lex erat, ut & quæ sci-
ebantur, auctoritatem haberent, & quæ latere cœperant
manifestarentur. Nam inuenimus ante Mosen, non solũ
non latuisse, sed etiam uindicata esse peccata, Quamobrẽ Ante Mosen licet lex nondum erat data tamen uindicabantur peccata, Gene. 7 Gene. 19.
& iusti fuisse reperiuntur multi, qui scientes dei uindicẽ
timebant peccare. Quód cum cœpisset iam neglig, legẽ
naturalẽ reuelari oportuit, ut scirent cuncti apta ratione
dominum requisiturũ actus humanos, Quamuis pdilu-
uium uindicatum legatur, & in Sodomã & Gomorrã,
Sed hæc uetustatis obliuio texerat, Vnde per Mosen ter-
roris caussa ad disciplinam corrigendam, & fidem in de-
um reformandã, cõmemorata sunt. Quare & Apostolus 1 Thimo. 1
Iustis ait non est lex posita, sed iniustis, idola colentibus
fornicatoribus, & talia. Nunc uideamus an conueniat
his qui dei iuditium audientes rident futurũ, si proderit
an oberit, si ueritate mũiatur, an careat ratione, lex qui-
dem data est mundo, Sed uidemus eam circa multos ces-
sare, Non ergo iustum uidetur, ut qui hic peccãt per po-
tentiam securi sint. Alij legibus illudunt, pauperes depri
muntur, iustis accusatio cõponitur, bene agentes oppro
brio sunt, pij indigent, mali florent, iniqui & corrupto-
res in honore sunt, auari & raptores locupletantur, Iu-
dex uenalis est: Nonne iniquum uidetur, si conditor re-
rum, non hæc requirat, ut qui hic iniuste oppressi sunt,
reuelentur, & qui bene uiuendo indiguerunt, remune-
rentur, et qui propter iustitiam opprobrio erant, hono-
rentur, Illi autem qui per potentiam leges contempserũt
aut terguersatione illuserunt, iniquitatem sectantes, sic
glorioſi in his, ut ipsi iustitiæ insultare uideãtur, ut humi
liati et cõfusi tormẽtis subiciãtur in cõspectu eorũ in quo
rũ malis et despectiõe gaudebãt, ut et ipsi de pœna illorũ
leti deo gratias referãt, apud quẽ solum psonarũ acceptio cessat?

Eodem lib. Quæst. XLIIII.

Ego dedi illis præcepta non bona, & iustificationes
in quibus nõ uiuent in eis: Ostendit qua caussa data sint Ezech. 20 Quare dederit Iudeis tam aspera præcepta.
illis præcepta, tanta & tam aspera, ut quia ingrati tan-
tis bonis extiterunt, dictante iustitia præceptis seuerio-
ribus præmerentur. Idcirco non bona ea dixit cum iu-
sta sint, quia non illis ad iustificationem proficiebant,
sed ad exitium, & pœna licet digne illata patienti,
tamen bona non est. Post hæc tamen quia pius est
deus, nouum testamentum se daturum promisit in quo
abbreuiatio facta legis iustificaret credentes. Sicut

iuſtificatus eſt Abraham ut ceſſantibus neomenijs,& ſabbatho,& circumciſione,& cæteris præceptis,non quæ naturalis legis ſunt,ideſt,homicidium,adulterium, et talia,ita iuſtificarentur,ut Abrahã, Renouata enim fide Abrahæ,omnia uoluit ceſſare,ut tale tempus eſſet,quale fuerat,quando credidit Abraham. Sed forte dicant Iudæi, ſi ea quæ à Moſe data ſunt ceſſare dicta ſunt,per abreuiationem legis, nunquid circumciſio à Moſe data eſt ut ceſſet? Ac per hoc ſignum patris noſtri habemus, quia ſumus filij Abrahæ,quòd propter teſtimonium generis ceſſare non debet. Tempore quidem ſuo ſeruanda fuit circumciſio,id eſt, anteq̃ nouum teſtamentum daretur, quòd promiſſum erat, at ubi dei gratia præſtante onera legis ceſſare iuſſa ſunt, quid opus eſt circumcidi? Idcirco autem noua lex data eſt,id eſt,ſpiritalis,ut ceſſarẽt carnalia,& ſuſcipientes eam ſignum eius acciperent,ut ſicut in ueteri teſtamento Abrahæ ſignum habuerunt ex quo cœpit teſtamentum uetus,ita & in nouo ſignum habeant ſaluatoris,qui noui teſtamenti cõſtitutor eſt. Quẽadmodum enim ex Abraham Hebræi dicti ſunt, ſic & ex Chriſto Chriſtiani dicuntur. Quicunq; ergo adhuc Hebræi dicuntur,nouum teſtamentum,quòd promiſit deus non receperunt, beneſitium & miſericordiam dei in irritum deducentes: Qui populum ſuum, iam non hominis nomine uolens cenſeri,ſub filij ſui nomine conſtituere illos dignatus eſt. Qui igitur audatia dicunt Iudæi,non noſtra nos lege uti: ſed ſua cum dicat Dauid, Confitebor tibi in gentibus,et iterum: Epulamini gentes cum populo eius. Et ad Hieremiam prophetam dicit dominus: Priuſq̃ te fõrmarẽ in utero,noui te, et anteq̃ exires de uulua,ſanctificaui te, & prophetam in gentibus dedi te. Iudaiſmus certe proprias habet ſignificationes, aut enim populus iſte in Iacob ſignificatur,aut in Samaria,aut in Hieruſalem,aut in Iudea, aut in Iſrahel. De gentibus autem apertum eſt, quia aliter illos ſignificat, quam ſunt Iudæi,noſter autem propheta eſt Hieremias. Quamuis enim in omnibus prophetis, gentes participes doni ſui oſtẽderit deus,ad Hieremiã tamẽ ſpecialiter dicit,quia nobis illũ dedit prophetam. Hic enim nouum teſtamentum futurũ ſignificauit,quòd plus gentibus proficeret,quam Iudæis,quòd nunc declaratum uidetur. Cũ enim in uniuerſa terra noui teſtamenti ſit prædicatio. Iudaiſmus tam raro eſt,ut difficile Iudæus fidelis in ueniatur,& omnes eccleſiæ noui teſtamenti gentium nominentur,ſicut dictũ erat in Oſeæ ꝓpheta, Vocabo nõ plebẽ meã,plebẽ meã,et nõ dilectã dilectã. Repulſis ergo Iudæis cõuocat gentes ea miſericordia et gratia,qua uocare dignatus eſt et Abrahã. Nec enim Abraham uocatus, nõ cognouit dominũ. Itaq; qui dignatus eſt Abrahã ita & ipſe dignatus eſt gentes. Cur ergo dicunt, noſtra eſt lex,cum manifeſtum ſit donum dei eſſe omnium uolentium? Ceſſet itaq; iſta uſurpationis temeritas,quia gratia dei cõmunis eſt omnibus &c.

Hebræi ab Abraham dicuntur.

Chriſtiani à Chriſto.

Hiere,1.

Predicatio noui teſtamenti in uniuerſa terra eſt,

Oſeæ,2

Eodem libro, Quæſt. LXIX.

Omnia etenim prophetæ ſuis uoluminibus complexi ſunt,& incarnationem,& conuerſationem,paſſionem, & reſurrectionem,& diuinitatis manifeſtationem, & futurum eius iuditium reuelauerunt,ac per hoc ceſſauerunt prophetæ,impleto opere diſpenſationis,lex autem duplici modo ceſſauit, nec quidem tota: Nam & id,qd' ceſſauit poterit permanere,ſi ſeruetur conditio,aliud enim ceſſauit in ſententia,aliud in ipſa lege. Prædicante Ioanne baptiſmum pœnitentiæ in remiſſionem peccatorum,ceſſauit ſentẽtia legis,quæ reos tenebat peccatores ceſſauerunt etiam onera legis,quæ ad duritiã cordis Iudaici,fuerant data in eſcis,neomenijs,ſabbathis & cæteris. Miſericordia enim adueniente ceſſauit uindicta,Sed onera legis inperpetuum ceſſauerunt. Sententia uero his ceſſat & aboletur,qui permanent in beneſitio conſecuto. his autem qui redeunt ad hominem ueterem refricatur legis auctoritas, quia immemores beneſitiorum redeunt ſub ſententia legis. Circumciſio uero & ſabbathum,uſq; ad illud tempus ualuit,quo noua legis prædicaretur mandatum,ſic enim data ſunt,ut adueniente lege fidei ceſſarent. Vnde dicit Apoſtolus,finis legis Chriſtus. Nam & Daniel hoc ſignificat, cum & de aduentu domini, & temporibus hebdomadum prophetat, quia & Chriſma & iuditium,& ſacrifitium, & ipſa ciuitas ceſſatura erant. Spiritali enim adueniente lege,neceſſe erat ceſſare carnalia. Tunc enim ex parte corporis ſeruiebatur deo,nunc ex parte animæ, Pridem uiſibiliter, .ſ,tunc, modo inuiſibiliter, Tunc in carne,nunc in animo,quia deo utiq; qui ſpiritus eſt,in ſpiritu ſeruiendũ eſt. Non ergo ſoluta lex eſt,quia ceſſauit, ſed ſucceſſum illi eſt impleto tempore. Nec enim adminiſtratio eius accuſatur aut iuditium, ſi peccatoribus indulgentia datur, Cum hinc magis recte data,& iuſte probetur,quia quibus dominabatur,peccatores fuiſſe non negantur, quia iuſtis inquit lex,non eſt poſita. Non ergo quia miſericordia præferenda eſt,contemnenda putetur iuſtitia, cuius reuerentia,ſi non eſſet, ipſa miſericordia fructum non haberet. Niſi autem hanc ſeruauerint,poſt acceptam miſericordiam,nihil illis proderit indulgentia. Nam dixit lex,non facies tibi idolum,neq; adoraueris, quæ in cœlo ſurſum ſunt,& quæ in terra deorſum,& nõ peiurabis, & honora patrem,& matrem,& nõ occides, neq; fornicaberis,neq; furtum facies, non dices falſum teſtimonium,neq; concupiſces quicq̃ proximi tui: Nũquid hæc ceſſaſſe dicẽda ſunt? abſit. Sine his enim quis poterit,uel in hac uita idoneus iudicari? Ac per hoc cætera ceſſauerunt,quæ ſupra diximus,neomeniæ,Sabbatha,lex eſcarum.ſacrifitia,circumciſio &c.

Omnia Chriſti ſacramenta prophetæ ſuis uoluminibus complexi ſunt.

Mathei. 3

Circumciſio & ſabbathum uſq; ad Chriſtum ualuere.

Roman.10

Daniel,9

Iohan. 4

1 Timo.1

Exo. 20.

Numer,15

Leuiti. 24

Exodi,32.

Quæſtione. CII.

Nã per Moſen data eſt lex,quia iuſtũ fuit uindictam in primordijs ſuis,cũ ſeueritate exerceri,quia et in illũ qui ſabbathis exijt ligna colligere funebriter uindicauit & in filium Aegyptæ,qui blaſphemauerat in deum, ſimiliter ultionem dedit, & in cauſſa fuſilis uituli percuſſit

percussit filios Israhel. Vnaqueq; ergo lex inter ipsa primordia sensum suum plenum ostendit, ut uetus lex, quia ad uindicandum promptior erat, inter initia sua, asperior uideretur, ut metu inconcusso diligentes, & sollicitos faceret auditores suos. Noua ergo propterea, quòd pia & ad misericordiam facilis est, primordia sua nitissima & clementissima demonstrauit, ut ipsa oblectatione ac dilectatione omnes, ad indulgentiam prouocaret, Posteà autem, & illa quæ asperior uisa est, propter fragilitatẽ humani generis, non solum rigorem suum mollinit, sed & humanam, & piam se præstitit, & hæc quæ clemens uisa est propter fragilitatem humani generis aliquando uindicauit. Ananias enim cum Saphira uxore sua diuinitus cæsi sunt. Et Elimas magus incredulus, & dei legi repugnans domini iuditio et uirtute cœcatus est. Et Herodes rex propterea, quòd honorem nõ dedit deo cœli, ab angelo dei percussus scatens uermibus expirauit: Ne quia misericordia prædicatur, inultum omnino putarent homines & impune peccare, timorem posuit ostendens ad hoc dari ueniã delictorum, ut quasi ex mortuis uiuificati postea abstinerent se à contrarijs, ut id elaboretur, ne quis hinc cum crimine exeat, quia ad iuditium uenietur. Hæc enim unicuiq; sententia imputatur in qua diffinitur. Quoniam igitur noua lex plenitudinem habet misericordiæ, ne contemptu duceretur ab amatoribus peccatorum, in supradictos uindicauit. Vetus uero lex quanq; ad uindictam data sit, quibusdam tamen ignouit, ne omnino crudelis diceretur: Sed in plures uindicauit, quia sensus eius ad ulciscendum promptus est. Sine dubio ergo maior gratia nouæ legis est, quàm fuit ueteris &c.

Lex aspera.

Euangelium clemens & gratiosum.

Acto. 5.

Acto. 13.

In libro altercationis ecclesiæ & Synagogæ. Dial.

SYNA. Nolo te in tanto plausu efferant lectiones, sed ad illud conuertere, quòd mihi arbitror profuturum, Respice te nec legem accepisse, nec circumcisionem meruisse, in quo signo gentilitas segregatur, inde est, quòd & signum meum habeo, & legem quàm Moses protulit nõ amitto. ECCLE. Legem te accepisse testaris, sed legem ueteris testamenti, Ego autem euangeliorũ nouã legẽ accepi. Et ut scias ueterem nouitate compressam, lege Esaiam, qui tibi ait, Illa uetera transierunt, Ecce facta sunt noua, nunc orientur. Nam quòd dicis te in salutem populi circumcisionis signaculũ accepisse, hodie probo stultitiam tuam fuisse deceptã. Si ergo per circũcisionem æternitas donabatur, uides te caput accepisse, non pedes, & uno oculo, uel una manu fuisse truncatam, mediam uixisse, & mediam fuisse emortuam. Nam si dicis populum tuum, in signo tuæ passionis esse saluandum, quid facient uirgines tuæ, quid facient uiduæ, quid matres etiam synagogæ, si circumcisionis signum populo ad æternam uitam processisse testaris? Ergo Iudæas fœminas habere non decet, uiri enim circumciduntur, Mulieres autem præputium non admittunt, ergo saluæ esse non possunt, si circumcisione saluamini. Vides ergo te utros, hoc est, circumcisos habere posse Iudæos, mulieres autem quæ circumcidi non possunt, nec Iudeas, nec Christianas, sed paganas esse, pfitẽor. Audi doceo te clarissima circũcisionis insignia, quam circumcisionem si accipere potuisses, nunq; prodigium de regno perpeti cecidisses. Respice quòd Hieremias ait. Hæc dicit dominus uiris Iudæis, qui habitatis in Hierusalẽ, Renouamini inter uos nouitate, & ne seminaueritis in spinis, circumcidite uos deo uestro, & circumcidite præputium cordis uestri. Quòd & ipse Moses ait, quem tu similiter sequæbaris, licet mihi mãdata portaret. Erit inquit in nouissimis diebus, circumcidet deus cor tuum, & cor seminis tui, ad dominum deum tuum amandum. Et apostolus Paulus ait, Circumcisi estis circumcisione non manu facta, non in expoliatione carnis, sed in circumcisiõe Christi. Quid ad hæc dicimus Synagoga? Ecce non carnis, sed cordis circumcisio mandabatur, scilicet ut uitia cordis incideres ut libidinem desecares, ut idololatriæ caput aufferres, ut tunicam fornicationis scinderes. Quia ait propheta, In lapide mechata es et in ligno. Vides ergo te nõ accepisse in signum salutis circumcisionem, sed in signum potius pudoris, & turpitudinis &c.

Concertatio Synagogæ & ecclesiæ.

Esai. 42.

Hiere. 4.

Deutro. 30

Collo. 2.

Hieremi. 3

Circumcisio spiritualis & uera, est libidinẽ reiecare.

De uera innocentia. Cap. XLIII.

Legis litera quæ docet non esse peccandum, si spiritus uiuificans desit, occidit. Scire enim peccatum, potius facit quàm cauere, & ideo magis augeri quam minui, quia malæ concupiscentiæ etiam præuaricatio legis accedit &c.

Lex peccatum scire facit non cauere.

Eodem libro. XLIIII.

Lex data est ut gratia quæreretur, gratia data est, ut lex impleretur. Neq; enim suo uitio, non implebatur, sed uitio prudentiæ carnis, quòd uitiũ per legem demonstrãdum, per gratiam sanandum fuit.

Vitium per legem demonstratur per gratiam sanatur.

Item CCLVIII.

Lex dei secundum naturam est: Et cum homines, quæ legis sunt faciunt, naturaliter faciunt superato uitio quòd nec præsidium legis abstulerat. Cum itaq; per gratiam, lex dei in cordibus scribitur, quæ legis sunt naturaliter fiunt, non quia per naturam præuenta sit gratia sed quia per gratiam reparata est natura &c.

Roma. 2. Lex dei naturaliter quæ sit.

De consensu Euangelistarum. Libro I. Cap. I.

Inter omnes diuinas auctoritates, quæ sanctis literis continentur, Euangelium merito excellit. Quòd enim lex & prophetæ futurum prænunciauerunt, hoc redditum atq; completum in Euangelio demonstratur.

Euangelium excellit omnes sacræ scripturæ auctoritates.

Libro III. Contra epistolam Permeniani. Cap. II.

Alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem

Ioannis 13 bitis legem Christi. Quid est lex Christi, nisi Mandatum nouum do uobis, ut diligatis inuicem? Quid est lex Chri
Iohan, 14. sti, nisi, pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis? Quòd ergo hic dixit, alter alterius onera portate, & sic adimplebitis legem Christi, hoc alio loco ait, sufferentes
Galath, 6. inuicem in dilectione, studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Nam & in illo Pharisæo modicum
Ephes. 4. fermentum esse uidebatur, quia peccatorem non solũ, non
Luce. 18, Lex Christi, lex pacis unionis &, charitatis est. dolebat, sed super eius peccato de suis se meritis extollebat, sed descendit ille confitens peccata sua, Iustificatus magis, quàm ille Pharisæus iactans merita sua, quoniam qui se exaltat humiliabitur, & qui se humiliat exaltabitur. Sequitur ergo Apostolus & dicit, Expurgate uetus
1. Cor. 5. fermentũ, ut sitis noua cõspersio, sicut estis azimi &c.

Libro I. De baptismo contra Donatistas. Cap. XV.

Ex ipso autem animali sensu, quia homo animalis nõ
1 Cor, 2. percipit quæ sunt spiritus dei, omnes dissensiões & scismata generantur. In quo sensu perseuerantes, Apostolus
Galat, 4 dicit ad uetus testamentũ ptinere, id est, ad terrenorũ ꝓmissorũ cupiditatẽ, in quibus qdẽ spiritalia figurãtur sed
1. Cor, 2, animalis homo non percipit quæ sunt spiritus dei. Quo
Qui homines uere dicuntur animales, & adhuc ad uetus testamẽtum pertinentes, cunq; ergo tempore tales homines esse cœperint in hac uita, iam diuinis pro sæculorũ distributione sacramentis imbuta, si adhuc tamen carnaliter sapiant, & carnalia de deo, siue in hac uita, siue post hanc uitam sperent atq; diderent, animales sunt. Ecclesia uero, quòd est populus dei, etiam in istius uitæ peregrinatione antiqua res est, in alijs hominibus habent animalem portionem, in alijs autem spiritalem, ad animales pertinet uetus testamentũ, ad spiritales nouũ. Sed primis temporibus utrumq; occultũ fuit, ab Adam usq; ad Mosen, A Mose autem manifestum est uetus, & in eo ipso occultabatur nouum, quia occulte significabatur. Postea uero quàm in carne dominus uenit, Reuelatum est nouum, ueteris autem sacramenta cessarunt, sed concupiscentiæ tales non cessauerũt In illis enim sunt, quos Apostolus, iam ꝑ sacramentũ noui testamenti natos, ad huc tamen dicit, animales nõ posse percipere, quæ sunt spiritus dei. Sicut enim in sacramentis ueteris testamenti uiuebant quidem spiritales ad nouũ. s. testamentũ, quòd tunc occultabatur occulte pertinentes, sic & nunc in sacramento noui testamenti, quòd iam reuelatũ est, pleriq; uiuunt animales, Qui proficere si nolunt ad percipienda, quæ sunt spiritus dei, quo eos hortatur sermo Apostolicus, ad uetus testamentũ pertinebunt. Si autem proficiunt, & anteq̃ capiant, ipso profectu & accessu ad nouũ pertinent. Et si priusq̃ spirituales fiant, ex hac uita rapiuntur, custoditi per sacramenti sanctitatẽ in terra uiuentiũ cõputantur, ubi est spes nostra et portio dominus. Nec inuenio quid uerius intelli-
Pfalm. 138 gatur in eo, quo scriptũ est imperfectũ meũ uiderunt oculi tui, quãdoq; dẽ sequitur, et in libro tuo omnes scribẽtur,

Ad inquisitiones Ianuarij. Libro. II. Cap. XII.

Obseruare diem sabbathi, nõ ad literam iubemur secundũ otiũ ab opere corporali, sicut obseruant Iudæi, Et
Exo, 20 Deutro, 5. Obseruare diem sabbathi, non ad literam iubemur, præceptum enim est ceremoniale. ipsa eorũ obseruatio, quia ita præcepta est, nisi aliã quãdam spiritalem requiẽ significet, ridenda iudicatur, unde non inconuenienter intelligimus ad amorẽ excitandum quo ad requiem tendimus ualere omnia, quæ figurate in scripturis dicũtur, quãdoquidem nõ solũ in decalogo figuratur, præcipitur ubi requies cõmendatur, quæ ubiq; amatur, Sed in solo deo, certa & sancta inuenitur.

De opere monachorum. Cap. XI.

Aliud est esse sub lege, aliud in lege, aliud sine lege, sub
Sub lege esse, In lege esse, Sine lege esse differunt lege carnales Iudæi, in lege spiritales, & Iudæi, & Christiani: Vnde Apostoli seruauerunt morem illum patrium sed onera insolita credentibus gentibus non imposuerũt & ideo nec illi circumcisi sunt, sine lege autem gentes quæ nondum crediderunt, quibus tamen se Apostolus congruisse testatur, per misericordem compassionem, non per uersipellem simulationem, ideest, ut eo modo sub ueniret carnali Iudeo, uel pagano, quomodo sibi ipse si hoc esset, subueniri uoluisset, portans utiq; eorum infirmitatem in compassionis similitudine, non fallans in mendatij fictione, sicut continuo sequitur & dicit factus sum
2 Corint. 9 infirmis infirmus, ut infirmos lucrificerem, hinc enim loquæbatur, ut etiam omnia illa diceret &c.

Libro XII. De genesi ad literam. Cap. VII.

Spiritus dicitur Aer iste, uel flatus eius, ideest, motus
Psalm. 148 eius, sicut dictum est, ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis. Dicitur etiam spiritus anima, siue pecoris,
Eccle, 30. Multipliciter dicitur spiritus siue hominis, sicut scriptum est, & quis scit, spiritus filiorum hominis, si ascendat ipse sursum, & spiritus pecoris, si descendat ipse deorsum in terra? Dicitur spiritus, & ipsa mens rationalis, ubi est quidam tanq̃ oculus animæ, ad quem pertinet imago & agnitio dei. Vnde dicit Apostolus, Renouamini spiritu mentis uestræ, & in
Ephes. 4 duite nouum hominem, qui secundum deum creatus est. Cum & alibi dicat de interiore homine: Qui renouatur
Collo. 3 in agnitione dei, secundum imaginem eius qui creauit eum. Item cum dixisset, Igitur ipse ego mente seruio legi
Roman, 7 dei, carne autem lege peccati, alio loco eandem sententiam cõmemorans, Caro inquit concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, ut non ea quæ uultis faciatis, quam dixit mentem, hanc etiam spiritum appellauit. Dicitur spiritus etiam deus sicut ait dominus
Galatas 5 in euangelio, spiritus est deus, & eos qui adorant eum,
Iohannis 4 in spiritu & ueritate oportet adorare.

Eodem libro. Cap. XI.

Cum enim legitur, diliges proximum tuum, tanq̃
Matth, 22 Spiritaliter proximus cogitatur in præcepto dilectionis, te ipsum, corporaliter literæ uidentur, spiritaliter proximus cogitatur, intellectualiter dilectio conspicitur.

In Euangelium Ioannis tractatu. III.

Pertinemus ergo ad euangelium, pertinemus ad nouum testa-

uum testamentum. Lex per Mosen data est, gratia autem & ueritas, per Iesum Christum facta est. Interrogamus Apostolum, et dicit nobis, quoniam nō sumus sub lege. sed sub gratia. Misit ergo filium suum, factum ex muliere, factum sub lege, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut adoptionem filiorum reciperemus. Ecce ad hoc uenit Christus, ut eos qui sub lege erant redimeret, ut iam non simus sub lege, sed sub gratia. Quis ergo dedit legem Ille dedit legem, qui dedit & gratiam, sed legem per seruum misit, cum gratia ipse descendit, & unde facti erant homines sub lege? non implendo legem, Qui enim legem implet, non est sub lege, sed cum lege. Qui autem sub lege est, non subleuatur, sed premitur lege. Omnes itaq; homines sub lege constitutos reos facit lex, & ad hoc illis super caput est, ut ostendat peccata non tollat, Lex ergo iubet, Dator legis miseretur, In eo quòd lex iubet, conantes homines implere uiribus suis, quòd à lege præceptū est, ipsa sua temeritate & præcipiti præsumptiōe ceciderunt, & non sunt cum lege, sed sub lege facti sunt rei. Et quoniam suis uiribus implere non poterant legem, facti rei sub lege, Implorauerunt liberatoris auxilium, & reatus legis fecit egritudinem superbis, Egritudo superborum, facta est confessio humilium. Iam confitentur egroti, qui egrotant, ueniat medicus, et sanet egrotos, Medicus quis est? dominus noster Iesus Christus &c.

Iohan. 1

Lex per seruū Mosen dabatur Christus ipse cū gratia uenit,

Tractatu XVII.

Lex enim peccatores conuincebat non soluebat. Ideo litera sine gratia reos faciebat, quos confitentes gratia liberabat. Nam hoc dicit Apostolus: Si enim data esset lex quæ posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia. Quare ergo data est lex? Sequitur & dicit. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi, daretur credentibus &c.

Lex peccatores conuincit.

Gala. 3

Tractatu XXV.

Per Mosen quippe promittebatur regnum, & terra fluens lac & mel, temporalis pax, abundantiam filiorū, Salus corporis, & cætera omnia, temporalia quidem, in figura tamen spiritalia, quia ueteri homini, in ueteri testamento promittebantur, Attendebant ergo promissa p Mosen, attendebant promissa per Christum. Illo plenum uentrem promittebat in terra, sed cibo qui perijt, isto promittebat cibum, non qui perit, sed qui permanet in uitam æternam.

Exo. 3. Per Mosen terrena ueteri populo licet in figura promittebatur per Christū uita æterna,

Tractatu XXX.

Terra enim promissionis uictoria ab inimicis fœcūditas pariendi, multiplicatio filiorum, abundantia fructuum, quæ illis omnia à deo, quidem uero & bono, tamen ut carnalibus promissa sunt, Omnia hæc fœcerat illis uetus testamentum. Quid est uetus testamentū? Quare dicatur uetus, si hereditas pertinens ad hominem ueterem. Nos in nouati sumus, homo nouus facti sumus, quia & ille nouus homo uenit. Quid tam nouum quàm nasci de uirgine? Quia ergo non erat, quòd in illo innouaret præceptum, quia nullum habebat peccatum, nouus partus est datus. In illo, partus nouus in nobis homo nouus, Quid est homo nouus? à uetustate innouatus. Ad quam rem in nouatus? ad desideranda cælestia, ad concupiscenda sempiterna, ad patriam quæ sursum est, quæ hostem non timet desiderandam. Vbi nō perdimus amicum, non timemus inimicum, ubi uiuemus cum bono affectu, sine defectu, ubi nemo nascitur, quia nemo moritur, ubi nemo iam proficit, & nemo deficit, ubi non esuritur, & non sititur, sed satietas est immortalitas, & cibus ueritas. Hæc habētes promissa, & ad nouum testamentum pertinentes, & nouæ hereditatis, facti heredes, & ipsius domini coheredes, aliam spem ualde habemus &c.

Quid situe tus testamē tum, & qua re dicatur uetus,

Nouum testamentum unde dicatur,

Tractatu XXXII.

Nam unusquisq; homo, habet in se proprium spiritum, de quo loquebar, cum animum cōmendarem. Animus enim cuiusq;, proprius est spiritus eius, De quo dicit Paulus apostolus. Quis enim scit hominum, quæ sunt hominis nisi spiritus, qui in ipso est? Deinde adiunxit, sic & quæ dei sunt, nemo scit nisi spiritus dei, qui in ipso est? Deinde nostram nemo scit nisi spiritus noster. Non enim noui quid cogitas, aut tu quid cogito, Ipsa enim sunt propria nostra, quæ interius cogitamus, & cogitationū unius cuiusq; hominis, ipsius spiritus testis est. Sic & quæ dei sunt, nemo scit nisi spiritus dei, nos cum spiritu nostro, deus cum suo, Ita tamē ut deus cum suo spiritu sciat etiam quid agatur in nobis, Nos autem sine eius spiritu scire non possumus quid agatur in deo, deus autem scit in nobis, quod ipsi nescimus in nobis, Nam infirmitatem suam Petrus nesciebat, quando à domino, quòd ter esset negaturus audiebat, & eger se nescibat, Medicus egrum sciebat &c.

Vnusquisq; homo proprium habet spiritum qui eius est animus, 1. Corin. 2

Matth. 26

Tractatu XLVIII.

Nonne scriptū est in lege uestra, hoc est nobis data, quia ego dixi dij estis, Deus dicit per prophetam in psalmo hominibus, ego dixi dij estis. Et legem appellauit dominus, generaliter omnes illas scripturas, quamuis alibi specialiter dicat legem, a prophetis eam distinguens, sicuti est, lex & prophetæ usq; ad Ioannem. Et in his duobus præceptis, tota lex pendet et prophetæ. Aliquando autem in tria distribuit easdem scripturas, ubi ait, oportebat Impleri omnia, quæ scripta sunt in lege & prophetis, & psalmis de me &c.

Psalm. 81.

Multis modis dicitur lex.

Matthei. 22 Matth. 22

Luce 24.

Tractatu XLIX.

Per unum hominem peccatum intrauit in mundū, et p peccatū mors, et ita in omnes homines ptransijt in quo omnes peccauerunt. Ecce habes unum diem mortis, qu ē homo trahit de mortis propagine. Deinde crescit, incipit accedere ad rationales annos, ut legem sapiat naturalem, quam omnes habēt in corde fixam: Quod tibi nō uis alij ne fœceris. Nunquid hoc de paganis dicitur, & non in natura quòdamodo legitur? Furtū uis pati? Vtiq; non uis, Ecce lex in corde tuo: Quod non uis pati facere noli, Et hāc legē transgrediuntur homines, Ecce alter dies mortis. Data est lex etiam diuinitus p famulum dei Mosen.

Romah. 5. Quadriduanus, & fetens Lazarus peccatorem figurat

Primus dies mortis. Tobie. 4.

Secūd⁹ dies mortis.

dei Mosen. Dictum est illic: Non occides, non mœchaberis, non falsum testimonium dices, honora patrem & matrem, non concupisces rem proximi tui. Ecce lex scripta est, & ipsa contemnitur, Ecce tertius dies mortis. Quid restat? Venit & Euangelium prædicatur regnũ cœlorũ, diffamatur ubiq; Christus, Minatur gehenna uita, promittitur æterna, & ipsa contemnitur, Transgrediuntur homines euangelium, Ecce quartus dies mortis. Merito iam fetet. Nunquid & talibus est neganda misericordia, absit. Etiam ad tales dominus excitandos non dedignatur accedere?

Exo. 20, Lex scripta. Tertius dies mortis, Roma, 3. Quartus dies mortis,

Tractatu eodem.

Erat autem spelunca, & lapis superpositus erat ei. Mortuus sub lapide, reus sub lege scitis enĩ, quia lex, quæ data est Iudæis in lapide scripta est, Omnes autẽ rei sub lege sunt, bene uiuentes in lege sunt. Iusto lex posita non est. Quid est ergo lapidem remouere? Gratiam prædicare, Apostolus enim Paulus ministrum se dicit noui testamẽti, nõ litera sed spiritu: Nã litera inquit occidit spiritus autẽ uiuificat. Litera inquit occidens, quasi lapis est premens. Remouete inquit lapidem. Remouete legis põdus, gratiam prædicate. Si enim data esset lex quæ posset uiuificare: omnino ex lege esset iustitia: Sed cõclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi, laretur credentibus. Ergo remouete lapidem &c.

Exo. 31 Iusti sub lege non sunt 1 Timo. 1. 2. Corin. 3 Iohan. 11. Gala. 3.

Cap. IX. libro V. de ciuitate dei.

Nam & Aer iste siue uentus, dicitur spiritus, Sed quoniam corpus est non est spiritus uitæ, Spiritus ergo uitæ qui uiuificat omnia, creatorq; est omnis corporis, & omnis creati spiritus, ipse est deus utiq; spiritus non creatus. In eius uoluntate, summa potestas est, quæ creatorum spirituum uoluntates bonas adiuuat, malas iudicat, omnes ordinat, & quibusdã tribuit potestatem, quibusdam non tribuit. Sicut enim omnium naturarum creator est, ita omnium potestatum dator, non uoluntatum. Malæ quippe uoluntates ab illo non sunt, quoniam contra naturam sunt, quæ ab illo est &c.

Quid sit spiritus uitæ.

Cap, XV, libro, X,

Hæc autem lex distributione temporum data est, quæ prius haberet, ut dictum est promissa terrena, quibus tamen significarentur æterna, quæ uisibilibus sacramentis cælebrarent multi, Intelligerent pauci. Vnius tamen dei cultus apertissime illic, & uocum, & rerum omnium contestatione præcipitur, nõ unius de turba, sed eius qui fecit cœlum & terram, & omnem animam, & omnem spiritum, qui non est quód ipse. Ille enim fecit, hæc facta sunt, atq; ut sint, & bene se habeant, eius indigent à quo facta sunt.

Legẽ pauci intelligunt.

Cap. V. libro XIII.

Apostolus enim cum uellet ostendere, quantum peccatum, gratia non subueniente ad nocendum ualeret, etiam ipsam legem, qua prohibetur peccatum, non dubitauit dicere uirtutem esse peccati. Aculeus inquit mortis est peccatum, uirtus autem peccati lex, Verissime omnino. Auget enim prohibitio desiderium operis illiciti, quando iustitia, non sic diligitur ut peccandi cupiditas eius dilectione uincatur. Vt autem diligatur, & delectet uera iustitia, non nisi diuina subuenit gratia. Sed ne propterea lex putaretur malum, quoniam uirtus est dicta peccati, ideo ipse alio loco uersans huiusmodi quæstionem, ita inquit lex quidem sancta, & mandatum sanctum, & iustum, et bonum: Quód ergo bonum est inquit, mihi factum est mors? absit: Sed peccatũ, ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat supra modũ peccans peccatum, per mãdatum, Supra modum dixit, quia etiam præuaricatio additur, cum peccandi aucta libidine etiam lex ipsa contemnitur. Cur hoc cõmemorandum putauerimus? Quia scilicet sicut lex, non est malũ, quãdo auget peccantium concupiscentiam, ita nec mors bonum est quando auget patientium gloriam, Cum uel illa pro iniquitate deseritur, & efficit præuaricatores, uel ista pro ueritate suscipitur, et efficit martires. Ac per hoc lex quidem bona est, quia prohibitio est peccati: Mors autem mala, quia stipendium est peccati. Sed quemadmodum iniusti male utuntur, non tantum malis, uerum etiam bonis, ita iusti bene non tantum bonis, sed etiam malis. Hinc fit ut et mali male lege utantur, quàmuis sit lex bonum, & boni bene moriantur, quamuis sit mors malum.

Lex uirtus peccati, 1. Cor. 15. Roman. 7. Roman. 6.

Cap, VII, libro, XVII,

Nihil ẽim prodest testamentũ, uetus de monte Sina in seruitutem generans, nisi quia testimoniũ perhibet testamento nouo: Alioqui quamdiu legitur Moises, Velamen super corda eorum positum est. Cum autem inde quisq; transierit ad Christum auferetur uelamen. Transeuntium quippe intentio, ipsa mutatur, de uetere ad nouum, ut non iam quisq; intendat accipere carnalem, sed spiritalem fœlicitatem &c.

Vetus testamentum de mõte Sina testimonium perhibet nouo. Galatas 4. 2. Corin. 3

Cap, XI, libro. XVIII.

Eduxit ergo Moises ex Aegypto populum dei, Nouissimo tempore Cecropis Athenienſium regis, cum apud Assyrios regnaret Ascades, apud Scyonios Marathus, apud Argiuos, Triopas. Educto autem populo in mõte Sina diuinitus acceptã tradidit legem, quòd uetus dicitur testamentum, quia promissiones terrenas habet, & per Iesum Christum futurũ fuerat testamentum nouum, quo regnum cœlorum promitteretur. Hunc enim ordinem seruari oportebat, sicut in uno quoq; homine, qui in deũ proficit, id agitur quòd ait Apostolus, ut non sit prius, qd' spirituale est: Sed quòd animale, postea spiritale, quoniam sicut dicit, et uerum est, primus homo de terra terrenus secundus homo, de cœlo cœlestis &c.

Exodi. 13. Quibus temporibus eduxerit Moses populum de Aegypto. 1. Corith. 15

Eodem libro. Cap. LIIII.

Prima enim data fuit lex in monte Sina per Mosen, quòd testamentum uocatur uetus, de hac autem, quæ per Christum danda erat, prædictum est, Ex Syon lex prodiet, & uerbum domini ex Hierusalem. Vnde & ipse, per omnes gentes dixit, prædicari oportere in nomine suo pœnitentiam, Sed tamẽ incipientibus ab Hierusalem,

Exo. 19 Esai. 2. Luce. 24.

Ibi ergo

Ibi ergo ēxorsus est huius nominis cultus, ut in Christum Iēsum qui crucifixus fuerat & resurrexerat credere=tur. Ibi hæc fides tam insignibus nūtijs incanduit, ut ali=quot hominum milia in Christi nomine mirabili alacrita=te conuersa, uenditis suis rebus, ut egenis distribuerentur, proposito sancto, et ardentissima charitate ad paupertatē uoluntariā peruenirent atq; inter frementes & sangui=nem sitientes Iudæos, se usq; ad mortem pro ueritate certa=re, non armata potīa sed potentiore præpararent &c.

Cōtra illos qui nullum ecclīæ Chri=sti uestigiū posse inue=niri opinan=tur ī terra.

Lib. XX. Cap. IIII.

Huius itaq; ultimi iuditij dei testimonia de scripturis sanctis quæ ponere instituī, prius eligenda sunt de libris instrumenti noui, postea de ueteris. Quamuis enim ue=tera priora sint tempore, noua tamen antęponenda sunt dignitate, quoniam illa uetera præconia sunt nouorum. Noua igitur ponenda sunt prius, quæ ut firmius probe=mus, assumuntur & uetera. In ueteribus habentur lex & Prophetæ, in nouis Euangelium & Apostolicæ literæ. Ait autem Apostolus, per legem enim cognitio peccati. Nunc autem sine lege dei iustitia manifesta est, testificata per legem & Prophetas, iustitia autem dei per fidem Iē=su Christi in omnes quæ credunt in eum. Hæc autem iu=stitia dei ad nouum pertinet testamentum, & testimoni=um habet à ueteribus libris, hoc est à lege & Prophetis. Prius igitur ipsa causa ponenda est, & postea testes in=troducendi. Hunc & ipse Iēsus Christus ordinem seruan=dum esse demonstrans, Scriba inquit eruditus in regno dei, similis est uiro patrifamilias proferenti de thesauro suo noua & uetera: Non dixit uetera & noua, quod uti=q; dixisset, nisi maluisset meritorum ordinem seruare quā temporum &c.

Vetus dici=tur testamē=tum q̄ prio=re tempore, Nouū ante ponendum q̄ dignius.

Roma. 3

Matth. 13

Eodem lib. Cap. XXI.

Locutiones enim tropicæ proprijs prophetico more miscentur, ut ad intellectum spiritalem intentio sobria, cum quodam utili & salubri labore perueniat. Pigritia uero carnalis, uel ineruditæ uel inexercitatæ. Tarditas mentis contenta literæ superficie, nihil putat interius re=quirendum &c.

Ineruditi contentant superfitiæ literæ.

Eodem lib. Cap. XXVIII.

Quod uero subiungit idem Propheta: Mementote le=gis Moysi serui mei, quam mādaui ei in Oreb ad omnem Israhel præcepta & iuditia: Opportune cōmemorat, post hoc declaratum tam magnum futurum inter obseruato=res legis cōtemptoresq; discrimen, simul etiam ut discant legem spiritaliter intelligere, & inueniant in ea Christū, per quem indicem facienda est inter bonos et malos ipsa discretio. Non enim frustra idem dominus ait Iudæis, si crederetis Moysi crederetis & mihi, de me enim ille scri=psit. Carnaliter quippe accipiendo legem, & eius pmis=sa terrena rerum cœlestium figuras esse nescientes, in il=la murmura corruerunt ut dicere auderent, uanus est q̄ seruit deo &c.

Malach. 4

Lex spiri=taliter in. el ligenda. Iohan. 5

Malach. 3

Lib. XXI. Cap. XV.

Ecclc. 40

Verumtamen in graui iugo quod positum est super fi=lios Adam à die exitus de uentre matris eorum usq; in di=em sepulturæ in matrem omnium, etiam hoc medium mi=serabile repitur ut sobrij simus atq; intelligamus hāc ui=tam de peccato illo nimis nephario, quod in Paradiso per=petratum est, factam nobis esse pœnalem, totumq; quod nobiscum agitur per testamentum nouum, non pertinere nisi ad noui sæculi hæreditatem nouam, ut hic pignore ac=cepto, illud cuius hoc est pignus suo tempore consequa=mur. Nunc autem ambulemus in spe & proficientes de die in diem, spiritu facta carnis mortificemus.

Gene. 3. Euangelīū non nisi ad nouam hæ=reditatē, sæ=culi noui p̄=tinet. Roman. 8.

De uera religione. Cap. XXVI. & XXVII.

Vt enim finis ueteris hominis mors est, sic finis no=ui hominis uita æterna. Ille nanq; homo peccati est, iste iustitiæ. Sicut autem isti ambo nullo dubitante ita sunt, ut unum eorum, id est ueterem atq; terrenum posit in hac tota uita unus homo agere, nouum uero & cœlestem, nemo in hac uita posit nisi cum uetere: Nam & ab ipso incipiat necesse est, et usq; ad uisibilem mortem cum illo, quamuis eo deficiente, se perficiente perduret: Sic pro=portione uniuersum genus humanum, cuius tanq̄ uni=us hominis uita est ab Adam usq; ad finem huius sæculi, ita sub diuinæ prouidentiæ legibus administratur, ut in duo genera distributum appareat. Quorum in una est turba impiorum, terreni hominis imaginem ab initio sæculi usq; ad finem gerentium, in altero series populi uni deo dediti: Sed ab Adam usq; ad Ioannem baptistam, terreni hominis uitam gerentis seruili quadam iustitia, cuius historia uetus testamentum uocatur, quasi terrenū pollicens regnum, quæ tota nihil est aliud quam imago noui populi, et noui testamenti pollicentis regnum cœ=lorum. Cuius populi uita interim temporalis incipit à domini aduentu in humilitate usq; ad diem iuditij quando in claritate uenturus est. Post quod iuditium uetere ho=mine extincto, erit illa mutatio quæ angelicam pollice=tur uitam. Omnes enim resurgemus, sed non omnes im=mutabimur. Resurget ergo pius populus, ut ueteris ho=minis sui reliquias transformet in nouum. Resurget au=tem impius populus, qui ab initio usq; ad finem ueterem hominem gesserit, ut secundam mortem præcipitetur. Aetatum autem articulos qui diligenter legunt, inueni=unt, nec zizania nec paleas perhorrescunt. Impius nam q; pio uiuit & peccator iusto, ut eorum comparatione ala=crius, donec perficiantur, assurgat.

Veteris hō minis finis, mors, noui hominis fi=nis, uita æ=terna est.

1. Corin. 15

Contra Adimantum Manichæi discipulum. Cap. II.

Sabbathi autem obseruationes non intelligebant Iu=dæi, qui putabant ab his etiam operibus, quæ ad salutem hominum ualent oportere cessare. Vnde illos dominus eti=am alijs locis de boue, qui in puteum cecidit, & iumento quod soluendum est, ut ad aquam ducatur, mirifica com=paratione redarguit. Sabbathum autem non repudiatum,

Luc. 13. 14

Sabbathi præceptum spiritualiter intelligẽdũ, Matth.11.

sed intellectum à Christianis destitit quidem carnaliter obseruari, sed spiritaliter tenetur à sanctis, qui intelligũt uocem domini uocantis ad requiem, & dicentis, uenite ad me qui laboratis & ego uos refitiam: Tollite iugum meũ super uos & discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris, iugum enim meum suaue est & sarcina mea leuis. Hoc sabbathum, id est, hanc requiem scriptura illa significat, quam Iudæi nõ intelligebant, & pro temporum dispensatione carnaliter sequebantur umbram, cuius umbræ quasi corpus, id est, ueritas nobis danda erat &c.

Contra eundem, Cap. III.

Retracta. 1 Cap. 22. Noui testamenti prædicatio, ueteribus defuit,

Certis enim quibusdam umbris & figuris rerum ante domini aduentum secundum mirabilem atq; ordinatissimam distributionem temporum Apostolus ille tenebatur qui testamentum uetus accepit, tamen in eo tanta prædicatio noui testamenti est, ut nulla in Euangelica atq; Apostolica disciplina reperiantur, quis ardua & diuina præcepta & promissa, quæ illis etiam libris ueteribus desint, sed sancte scripturæ non temerarios & superbos accusatores, sed pios & diligentes lectores desiderant.

Cap. XVI. Eodem lib.

Aduenientibus rebus cesserunt umbræ.

Aduenientibus enim rebus quarum erant umbræ illæ obseruationes, id actum est ut ostenderetur in ipsis umbris non esse spem ponendam, sed in ipsis rebus quas ille umbræ significabãt esse uenturas id est Christum & ecclesiam. Et propterea illa iam omnia inania erant, nec tamen ea tanq; noxia remouenda, sed tanq; superflua contẽnenda Apostolus præcipit, ut si quis Iudæus Christo credidisset, propter offensionem suorum non prohiberetur in ipsis superfluis remanere, nec tamen in eis salutẽ suam constitutam seruaret, non enim signa illa, sed ea quæ his

Gala. 5

significantur in salutem introducunt. Ideoq; præputium nihil est, & circumcisio nihil est, sed obseruatio mandatorum dei &c.

Cap. XXII.

Nume. 15 Matth. 12

De homine quem lapidare deus iussit, qui Sabbatho inuentus est ligna colligere, dominus in Euangelio ubi hominis manum aridam sanauit die sabbathi, diuinum opus fœcit non humanum, nec ab ocio recessit qui iussit & factum est: Et ideo non est simile hoc factum ligna colligẽti, quod facere cum inuentus esset homo die sabbathi, iussu dei lapidatus est. De seruili autem obseruatione sabbathi, & de uindicta temporalis mortis, iam multa dicta sunt. Sicut enim tempore charitatis bonitas sic tempore timoris seueritas dei maxime commendatur. Et cum adhuc non opporteret, ante aduentum domini nudare populo legitimarum sacramenta figurarum, non inuitabantur significata intelligere, sed iussa cogebantur implere: Nondum enim deo inhærebant per spiritum, sed p

Matth. 21 Manichei animas habere arbores credũt, quales habent hœres,

carnem legi seruiebant. Miror autem quod Manichæi plangunt lapidatum hominem dei præceptо, quia contra iussa legis ligna collegit, & non plangunt ficulneam arefactam uerbo Christi, quæ contra nullum præceptum fœcerat, cum talem animam arboris esse credant qualẽ hominis.

Libro expositionis quarundam propositionum ex Epistola ad Romanos.

Roma. 3 Quod p legem cognitio peccati, non in contumeliam legis, sed sollicite legendum,

Quod Apostolus dicit, quia non iustificabitur in lege omnis caro coram illo, per legem enim cognitio peccati & cætera simul, quæ quidam putant in contumeliam legis obijcienda: Sollicite satis legenda sunt, ut neq; lex ab Apostolo improbata uideatur, neq; homini liberum arbitrium sit ablatum. Itaq; quattuor istos gradus hominis distinguamus, aute legem, sub lege, sub gratia, in pace. Ante legẽ sequimur concupiscentiam carnis, sub lege trahimur ab ea, sub gratia nec sequimur eam, nec trahimur ab ea, in pace nulla est concupiscentia carnis. Ante legẽ ergo non pugnamus, quia non solum concupiscimus & peccamus, sed etiam aprobamus peccata. Sub lege pugnamus sed uincimur, fatemur enim mala esse, cum utiq; nolumus facere, sed quia nondum est gratia superamur. In isto gradu ostenditur nobis quomodo iacemus, & dũ surgere nolumus & cadimus, grauius affligimur &c.

Ibidem.

Vt quisq; legẽ impleat, deo oportet ut fiat similis.

Scimus quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, satis ostendit Apostolus non posse impleri legem nisi ab spiritalibus quales facit gratia, dei enim similis quisq; factus, ipse legem facile implet quod præcepit, nec erit sub illa sed cum illa. Is est autem qui nec capitur temporalibus bonis nec terretur temporalibus malis &c.

Ibidem.

Roma. 8

Duorum testamentorũ distincta sũt tempora.

Non enim accepistis spiritum seruitutis liberum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus Abba pater. Euidentissime duorum testamentorum distincta sunt tempora, illud enim ad timorem pertinet nouum autem ad charitatem. Sed queritur quid sit spiritus seruitutis: Nam spiritus adoptionis filiorum utiq; spiritus sanctus est, spiritus ergo in timore ille est, qui potestatem habet mortis quia in ipso timore per totam uitam rei erant seruitutis, qui sub lege agebant, non sub gratia.

Super. III. caput Epistolæ ad Galathas.

Opera legis sunt bipertita.

Scire prius debet homo opera legis bipertita esse: Nã partim in sacramentis, partim uero in moribus accipiuntur. Ad sacramenta pertinent, circumcisio carnis, sabbathum temporale, neomeniæ, sacrifitia, atq; omnes huiusmodi inumerabiles obseruationes, ad mores autem nõ occides, noo mechaberis, non falsum testimonium dices Exo. 20 *& talia cætera. Nunquid nam ergo Apostolus ita potest non curare utrum Christianus homicida, aut mœchus sit an castus atq; innocens, quemadmodum non curat utrũ circumcisus carne an præputiatus sit. Nunc ergo de his operibus maxime tractat quæ sunt in sacramentis, quãq; & illa*

& illa interdum se admiscere significet. Prope finem autem Epistolæ de his separatim tractauit quæ sunt in moribus, & illud breuiter hoc autem diutius. Hæc enim onera potius imponi gentibus, quorum utilitas intellectu est: Nam hæc omnia exponuntur Christianis ut quid ualeant tantum intelligant, etiam facere non cogantur, in obseruationibus autem si non intelligantur, seruitus sola est, qualis erat in populo Iudæorum & est usq; adhuc &c.

Eodem, Cap.

Roman. 8. Nam nunc quamuis primitias habentes spiritus qui uita est, propter iustitiam fidei, tamen quia adhuc mortuum est corpus propter peccatum, differentia ista, uel gentũ, uel conditionis, uel sexus iam quidem ablata est ab unitate fidei, sed manet in conuersatione mortali, eiusq; ordinẽ in huius uitæ itinere seruandum esse & Apostoli præcipiunt, qui etiam regulas saluberrimas tradunt, quemadmodum secum uiuant, pro differentia gentis Iudæi & Græci, & pro differentia conditionis domini & serui, & differentia sexus, uiri & uxoris, uel si qua talia cætera occurrunt, & ipse prior dominus qui ait: Reddite cæsari quæ Cæsaris sunt, & deo quæ dei.

Ordinem in hac uita seruandum & Apostoli præcipiũt

Matth. 22

LXXXIII. Quæstionum. Quæst. LXVI.

Roma. 7 Apostolus tam diu dicit sub lege esse hominem quamdiu uiuit peccato, quemadmodum tamdiu mulier sub lege uiri est quamdiu uiuit uir. Hoc autem peccatum hic intelligendum est quod accesserit per legem: Quod peccatum dicit supra modum esse, quoniam cum iam appareat esse peccatum, sit tamen & adiuncta præuaricationi cumulatius. Vbi enim non est lex, nec præuaricatio. Et hoc ẽ qd' dicit ut fiat supra modum peccator, aut peccans, peccatum per mandatum. Qua propter legem quamuis à peccando prohibeat non tamen sic dicit datam ut liberaret à peccato, sed ut demonstraret peccatum, cui seruiens anima debet se ad gratiam liberatoris conuertere, ut à peccato liberetur. Per legem enim cognitio peccati, & alio loco dicit, sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi ad mortem: Vbi ergo non est gratia liberatoris, auget peccandi desiderium prohibitio peccatorũ. Quod quidem ad hoc utile est, ut sentiat anima seipsam non sibi sufficere ad extrahendum se à seruitute peccati, atq; hoc modo detumescente atq; extincta omni superbia, subdatur liberatori suo, sinceriterq; homo dicat. Adhæsit anima mea post te, quod est iam non esse sub lege peccati, sed in lege iustitiæ. Lex autem peccati dicitur, non quia lex ipsa peccatum est, sed quia peccatoribus imponitur. Ideo etiam lex mortis, quia stipendium peccati mors, aculeus mortis peccatum uirtus autem peccati lex, peccando enim ad mortem labimur, Vehementius enim peccamus lege prohibente, quàm si nulla lege prohiberemur. Accedente autem gratia, idipsum quod lex onerose iusserat, iam sine onere ac libentissime implemus. Lex ergo peccati & mortis, id est quæ imposita est peccantibus atq; morientibus iubet tantum ne concupiscamus & tñ cõcupiscimus. Lex autem spiritus uitæ quæ pertinet ad gratiam & liberat à lege peccati & mortis, facit ut non concupiscamus & impleamus iussa legis, non iam serui legis per timorem, sed amici per charitatem & serui iustitiæ unde illa lex promulgata est. Iustitiæ autem non seruiliter sed liberaliter seruiendum est, id est charitate potius q̃ timore. Ideoq; uerissimè dictum est, legem ergo euacuamus per fidem? Absit. Sed legem statuimus. Hoc enim efficit fides quod lex iubet. Statuitur ergo lex per fidem. Quæ fides si non sit, iubet tamen lex, & non implentes iussa, reos tenet, ut eos gementes & non ualentes implere quæ iussa sunt ad gratiam liberatoris aliquando cõuertat.

Lex peccatũ demonstrat. Roman. 3

Roman. 7

Pſalm. 62

Roman. 6 1. Corin. 15

Roma. 3

Post pauca ibidem.

Ex quo comprehendimus, quattuor esse differentias etiam in uno homine, quibus gradatim peractis in uita æterna manebitur. Et quia enim oportebat atq; id iustum erat ut posteaquam natura nostra peccauit amissa beatitudine spiritali, quæ Paradisi nomine significatur, animales carnalesq; nasceremur: Prima est actio ante legem, secunda sub lege, tertia sub gratia, quarta in pace. Ante lege actio est, cum peccatum ignoramus & sequimur carnales concupiscentias. Sub lege est, cum iam prohibemur à peccato, & tamen consuetudine eius uicti peccamus, quoniam nos nondum adiuuat fides. Tertia actio est quando iam plenissime credimus liberatori nostro, nec meritis nostris aliquid tribuimus, sed eius misericordia diligendo, iam non uincimur delectatione consuetudinis malæ, cum ad peccatum nos ducere nititur: Sed tamen adhuc eam interpellantem patimur, quamuis ei non tradamus. Quarta est, cum omnino nihil est in homine quod resistat spiritui sed omnia sibimet cõcorditer coniũcta & connexa unum aliquid firma pace custodiunt. Quod fiet mortali corpore uiuificato, cum corruptibile hoc induerit incorruptionẽ, & mortale hoc induerit immortalitatem. Ad primam actionem demonstrandam, ista testimonia interim occurrunt. Per unum hominẽ peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatũ mors, & sic per omnes homines pertransijt in quo omnes homines peccauerunt. Vsq; ad legem enim peccatum in mũdo fuit, peccatum autem non deputabatur cum lex non esset. Et iterum, sine lege enim peccatum mortuum est, ego autem uiuebam aliquando sine lege. Quod autem hic dicit mortuum est, hoc est quod superius dicit, non deputabatur id est latebat. Quod manifestat in consequentibus dicens, sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum operatum est mihi mortem, id est, per legem quia bona est lex si quis ea legittime utatur. Si ergo hic ait ut appareat peccatum, manifestum est quod superius ideo dicebat mortuum & non deputari, quia non apparebat anteqũ lege prohibente ostenderetur. Ad secundam actionẽ, ista testimonia conueniunt, lex autem subintrauit ut abũdaret delictum, accessit enim & præuaricatio quæ non erat.

Propter peccatum ade carnales nascimur.

Roma. 5

Roma. 7

1. Timo. 1

Roman. 5

Meritis nostris nihil tribuendum.

1. Corin. 15

Roma. 5

erat. Et illud quod iam commemoratum est, cum essemus
Roman.7 enim in carne, passiones peccatorum quæ per legem sunt operabantur in membris nostris ut fructum ferrent morti. Et illud: Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum non cognoui nisi per legem: Nam con-
Exo.20 cupiscentiam nesciebam nisi lex diceret, non concupisces. Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam. Et Paulo post. Adueniente inquit mandato peccatum reuixit, ego autem mortuus sum & inuentum est mihi mandatum quod erat ad uitam, hoc esse ad mortem. Peccatum enim occasione accepta per mandatum fefellit me, & per illud occidit. Quod ergo ait mortuus sum, uult intelligi mortuum me esse cognoui, quia iam etiam præuaricatione peccat qui uidet per legem quid facere non debeat & tamē facit. Quod autem ait, fefellit me peccatum occasione accepta p mandatum, siue quia suasio ad peccandum delectationis uehementior est, cum adest prohibitio, siue quia etiam si quid homo fœcerit secundum iussa legis, si adhuc non sit fides quæ in gratia est, uult sibi hoc tribuere non deo superbiendo plus peccat. Sequitur ergo & dicit, itaq; lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum et bonum. Quod ergo bonum est mihi factum est mors? Absit. Sed peccatum ut appareat peccatum per bonum operatum est mihi mortem ut fiat supra modum peccator,
Retracta. I Cap.26. aut peccatum delinquens per mandatum. Scimus autem quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, id est carni consentio, nondum spirituli gratia liberatus, uenundatus sub peccato, id est peccans præuaricatione temporalium uoluptatum. Quod enim operor ignoro, id est non agnosco esse in præceptis ueritatis, ubi est uera scientia.
Matth.7 Secundum hanc locutionem dicit dominus peccatoribus, non noui uos. Non enim eum aliquid latet, sed quia peccata non inueniuntur in regulis præceptorum quas habet ueritas, ideo ipsa ueritas peccatoribus dicit, non noui uos &c.

Ibidem in fine.

Quamuis enim non cedat, qui sub gratia constitutus mente seruit legi dei, tamen carne seruit lege peccati. His gradibus homine perfectò nulla substantia inuenitur malum. Neq; lex mala est quæ ostendit homini in quibus peccatorum uinculis iaceat, ut per fidem implorato liberatoris auxilio, & solui & erigi & firmißimè constitui mereatur. In prima ergo actione quæ est ante legem, nulla pugna est cum uoluptatibus huius sæculi. In secūda quæ
Militia hominis Christiani. sub lege est, pugnamus sed uincimur. In tertia pugnamus sed uincimus. In quarta non pugnamus, sed perfecta & æterna pace requiescimus. Subiugatur enim nobis quod inferius nostrum est, quod propterea non subiugabatur, quia superiorem nobis deseruerамus deum.

De spiritu & litera ad Marcellinum. Cap. IIII.

Doctrina quippe illa qua mandatum accipimus continenter rectèq; uiuendi, litera est occidens nisi adsit uiuificans spiritus. Neq; enim solo illo modo intelligendum est quod legimus, litera occidit spiritus autem uiuificat,
ut aliquid figurate scriptum cuius est absurda proprie- 2. Corin 3
tas, non accipiamus sicut litera sonat, sed aliud quod significat intuentes interiorem hominem spiritali intelligentia nutriamus. Quoniam sapere secundum carnem Roman.8
mors est, sapere autem secundum spiritum pax & uita,
uelut si quisq̄ multa quæ scripta sunt in cantico cantico- Cantica cā
rum carnaliter accipiat, non ad luminose charitatis fru- ticorū spiri
ctum, sed ad libidinose cupiditatis affectum. Non ergo taliter intel
ligenda nō
isto solo modo intelligendum est, quod ait Apostolus: Li- ad literam.
tera occidit spiritus autem uiuificat, sed etiam illo coq; ut 2. Corin. 3
maxime quod apertißime alio loco dicit, concupiscentiā Roma.7
nesciebam nisi lex diceret, non concupisces, et paulo post
ait, occasione accepta peccatum per mandatum fefellit Exo.20
me, & per illud occidit. Ecce quid est, litera occidit, & utiq; non figurate aliquid dicitur quod accipiendum non sit secundum literæ sonum, cum dicitur, non concupisces sed perfectißimum saluberrimumq; præceptum est, qd si quis impleuerit nullum habebit omnino peccatum. Nā hoc ideo elegit Apostolus generale quoddam quo cuncta complexus est, tanq̄ hæc esset uox legis ab omni peccato prohibentis, quod ait, non concupisces. Neq; enim ullum peccatum nisi concupiscendo committitur, proinde quæ hoc præcipit bona et laudabilis lex ē. Sed ubi sanctus nō adiuuat spiritus inspirans pro concupiscentia mala concupiscentiā bonam, hoc est charitatem diffundens in cordibus nostris, profecto illa lex quamuis bona auget, pro- Roman.5
hibendo desiderium malum, sicut aquæ impetus si in eā
partem non cesset influere, uehementior fit obice oppositio cuius molem cum euicerit maiore cumulo præcipitatus uiolentius per prona peruoluitur. Nescio quo enim modo, hoc ipsum quod concupiscitur fit iocundius dum uetatur. Et hoc est quod fallit peccatum per mandatum, & per illud occidit cum accedit etiam præuaricatio quæ nulla est ubi lex non est, sed totum ipsum Apostolicæ Epistolæ locum si placet consideremus, & sicut dominus adiuuerit pertractemus.

Eodem lib. Cap. V.

Volo enim si potuero de monstrare illud quod ait Apostolus, litera occidit, spiritus autem uiuificat, non de figuratis locutionibus dictum, q̄uis & illud congruenter accipiatur, sed potius de lege aperte quod malum est prohibente. Quod cum ostendere profecto manifestius appa-
rebit, benè uiuere donum esse diuinum, non tantum quia Sine libero arbitrio nec bene nec male uiuitur.
homini deus dedit liberum arbitrium sine quo nec male nec benè uiuitur, nec tantum quia præceptum dedit quo doceat quemadmodum sit uiuendum, sed quia per spiritum sanctum diffundit charitatem in cordibus eorum, quos præscinit ut prædestinaret, prædestinauit ut uocaret, uocauit ut iustificaret, iustificauit ut glorificaret &c.

Eodem. Cap. in fine.

Attende igitur Apostolum ad Romanos explicantē Roma.5
satisq;

satisq; monstrantem quod scripsit ad Corinthios, litera occidit, spiritus aũt uiuificat, sic magis accipiendũ quemadmodum supra diximus, quoniam legis litera quæ docet non esse peccandum, si spiritus uiuificans desit, occidit, scire enim fœcit peccatum potius q̃ cauere, et ideo magis augeri quam minui, quia malæ concupiscentiæ etiam præuaricatio legis accedit.

Literale legis peccatũ scire facit, non cauere

Cap. VIII.

Nõ enim qui in manifesto Iudæus est, neq; quæ in manifesto in carne est circumcisio, sed qui in abscondito, Iudæus est, & circumcisione cordis spiritu non litera, cuius laus non ex hominibus sed ex deo. Hic circumcisionẽ cordis dicit puram scilicet ab omni illicita concupiscentia, uoluntatem, quod non fit litera docente & minante, sed spiritu adiuuante atq; sanante. Ideo laus talium non ex hominibus, sed ex deo est, qui per suam gratiam præstat unde laudentur, de quo dicitur, in domino laudabitur anima mea, et cui dicitur, apud te laus mea, non quales illi sunt q̃ deum laudare uolunt quod homines sunt, se autem quod iusti sunt. Sed laudamus, inquiunt, & deũ nostræ iustificationis auctorem, in eo quod legem dedit, cuius intuitu nouerimus, quemadmodum uiuere debeamus, nec audiũt quod legunt. Quia non iustificabitur ex lege omnis corã deo: Potest enim fieri coram hominibus, non autem corã illo, qui cordis ipsius & intimæ uoluntatis inspector est. Vbi uide etiam si aliud faciat qui legem timet, quid tamen mallet facere si liceret. Ac ne quis q̃ putaret hic Apostolũ ea lege dixisse neminem iustificari, quæ in sacramentis ueteribus multa continet figurata præcepta, unde etiã ipsa est circumcisio carnis, quam die octauo accipere paruuli iussi sunt, continuo subiunxit quam legem dixerit et ait, per legem enim cognitio peccati. Illa igitur lex est de qua postea dicit, peccatum non cognoui nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, non concupisces: Nam quid est aliud, per legem enim cognitio peccati &c.

Vera circũcisio, ẽ cordis puritas.

Psalm. 33
Psalm. 21

Roma. 3

Roman. 3
Roma. 7

Cap. IX.

Lex quidem hoc ipso, quod iubendo & minando & neminem iustificando satis indicat dono dei iustificari hominem per adiutorium spiritus, prophetæ autem quia id quod prædixerunt, Christi adimpleuit aduentus &c.

Dono deiꝰ adiutorium spiritus hõ iustificatur.

Cap. X.

Iusto enim lex non est posita, quæ tamen bona est si quis ea legitime utatur. Hæc duo Apostolus uelut inter se contraria connectens monet mouetq; lectorem, ad perscrutandam quæstionem atq; soluendam, quomodo enim bona est lex, si quis ea legitima utatur, si etiam quod sequitur uerum est, sciens hoc, quia iusto lex non est posita. Nam quis legitime utitur lege nisi iustus? At ei nõ est posita, sed iniusto. An & iniustus ut iustificetur id est ut iustus fiat, legitime lege uti debet, qua tanq̃ pedagogo paducatur ad gratiam, per quam solam quod lex iubet possit implere, per ipsam quippe iustificatur gratis, id est, nullis suorum operum præcedentibus meritis, alioquin gratia iam non est gratia, quandoquidem ideo datur nõ quia bona opera fœcimus, sed ut ea facere ualeamus, id ẽ non quia legem impleuimus, sed ut legem implere possimus: Ille enim dixit, non ueni soluere legem, sed ad implere. De quo dictum est, uidimus gloriam eius gloriam tãq̃ unigeniti à patre plenum gratia & ueritate. Hæc est gloria de qua dictum est, oẽs enim peccauerunt & egent gloria dei, & hæc est gratia de qua continuo dicit, iustificati gratis per gratiã ipsius. Iniustus ergo legitime lege utitur ut iustus fiat, quod cum factus fuerit, ea iam non utatur tanq̃ uehiculo cum peruenerit uel potius ut supra dicta similitudine Apostoli utar, tanq̃ pædagogo cum eruditus fuerit: Quomodo enim iusto lex non est posita, si et iusto est necessaria, non qua iniustus ad iustificantẽ gratiam perducatur, sed qua legitime iam iustus utatur? An forte imo uero non forte, sed certe sic legitime utatur lege iam iustus, cum eam terrendis imponit iniustis, ut cum & in ipsis cœperit inolitæ concupiscentiæ morbus, incẽtiuo prohibitionis et cumulo præuaricationis augeri, cõfugiant perfidem & iustificantem gratiam, & per doniũ spiritus suauitate iustitiæ delectati pœnam literæ minantis euadant? Ita nõ erunt contraria, neq; inter se duo ista pugnabunt, ut etiam iustus bona lege legitime utatur, et tamen iusto lex posita non sit, non enim ex ea iustificatus est, sed ex lege fidei, qua credidit nullo modo posse suæ infirmitati adimplenda ea quæ lex factorum iuberet nisi diuina gratia subueniri: Ideo dicit, ubi est ergo gloriatio? Excluſa est? Per quam legem factorum? Non, sed per legem fidei &c.

Roman. 1
Matth. 5
Iohan. 1
Roman. 3

Fide iustificamur.

Roma. 3

Cap. XIIII.

Certe enim legem Moyses ministrandam populo accepit in monte, scriptam in lapideis tabulis digito dei, hæc decem præceptis constringitur, ubi nihil de circumcisione mandatum est, nihil de uictimis pecorum, quæ nunc á Christianis non imolantur. In illis igitur decem præceptis, excepta sabbathi obseruatione, dicatur mihi quid nõ sit obseruandum à Christiano, siue de non faciendis colẽdisq; idolis alijsq; ullis dijs, præter unum uerum deum, siue de non accipiendo nomine domini in uanum, siue de honore parentibus deferendo, siue de cauendis fornicationibus, homicidijs, furtis, falsis testimonijs, adulterijs, re aliena concupiscenda. Quid horũ quisq̃ dixerit Christianum non debere seruare? An forte nõ istam legẽ quæ in illis duabus tabulis scripta est literam occidentem appellat Apostolus, sed illam circumcisionis aliorumq; ueterum ianq; abolitorum sacramentorum? Sed quomodo putabimus, cum in ea sit, non concupisces, per quod mandatum, quamuis sanctum & iustum & bonum, fefellit me inquit peccatum, & p illud occidit? Quid enim aliud est, litera occidit, spiritus autem uiuificat, q̃is euidentius eo ipso loco ad Corinthios ubi ait, litera occidit, spiritus dãt uiuificat, non aliam uelit intelligi literã, quam ipsum decalogum, in illis duabus tabulis scriptum? Sic enim dicit. Quoniã estis epistola Christi ministrata per nos, scripta

Exo. 31
Exo. 20

Idola nõ facienda neq; colenda.

non atramento,sed spiritu dei uiui non in tabulis lapide-
2. Corin. 3 is,sed in tabulis cordis carnalibus. Confidētiam autem ta-
lem habemus,per Iesum Christum ad deum non qa ido-
nei simus cogitare aliquid à nobis quasi ex nobismetipsis,
sed sufficientia nostra ex deo est,qui idoneos fœcit mini-
stros noui testamenti,non litera sed spiritu, litera enim oc
cidit,spiritus autem uiuificat. Si autem ministratio mor-
tis in literis figurata in lapidibus fuit in gloria ita ut non
possent intendere filij Israël in facie Moysi,propter glo-
riam uultus eius quæ euacuatur,quare non magis mini-
stratio spiritus erit in gloria? Si enim ministratio damna-
tionis gloria est,multo magis abundat ministerium iusti-
tiæ in gloria &c.

In fine capitis.

Gala. 5 Secundum interiorem hominē cō delectamur legi dei, qđ non literæ sed spiritus donum est.

Porro autem si adsit fides quæ per dilectionem ope-
ratur incipit condelectari legi dei secundum interiorem
hominem,quæ delectatio non literæ, sed spiritus donum
est,etiamsi alia lex in membris adhuc repugnat legi mē-
tis,donec in nouitate,quæ de die in diem in interiore ho-
mine augetur,tota uetustas mutata pertranseat, liberante
nos de corpore mortis huius,gratia dei per Iesum Chri-
stum dominum nostrum &c.

Cap.XV.

Gra Christi in ueteri testamento uelata, Exo.20

Hæc gratia in testamento ueteri uelata latitabat, quæ
in Christi Euangelio reuelata est dispensatione temporū
ordinatissima,sicut deus nouit cuncta disponere. Et fōr-
tasse ad illud ipsum eius latibulum pertinet quod ī eo de-
calogo,qui datus est in monte Sina,hoc solum præcepto
figurato occultatum est quod ad sabbathū pertinet. Sab-
bathum autem dies sanctificationis est &c.

Cap.XVI.

2. Corin. 2

Deus autem spiritus est ubi autem spiritus domini ibi
libertas. Hic autem spiritus domini cuius dono iustifica-
Vbi nō est spiritus dñi ibi seruitus

mur quo fit in nobis ut non peccare delectet,ubi libertas
est,sicut præter hunc spiritum peccare delectat, ubi ser-
uitus,à cuius operibus abstinēdum, id est spiritaliter sab-
bathizandum est. Hic spiritussanctus per quem diffun-
Roman,9 Roma.13 Luce.11

ditur charitas in cordibus nostris quæ plenitudo legis ē,
etiam digitus dei in Euangelio dicitur. Vnde & quia illæ
tabulæ digito dei conscriptæ sunt, & digitus dei est spiri-
tus dei per quem sanctificamur, ut ex fide uiuentes per
dilectionem benè operemur quem non moueat ista con-
gruentia ibidemq; eadem subsistentia?

Cap.XVII.

2. Corin 3

Et quod paulo post dicit,quod non poterant inten-
dere filij Israël, usq; in finem uultus Moysi, & ideo eis
per uelum loquebatur,hoc significat quia litera legis ne-
minem iustificat, sed uelamen positum est in lectione ue-
teris testamenti donec ad Christum transeatur, & aufe-
ratur uelamen id est transeatur ad gratiam,& intelliga-
tur ab ipso nobis esse iustificationem, qua faciamus quod
iubet. Qui propterea iubet, ut nos deficientes ad il-
lum confugiamus,ideo uigilantissime cum dixisset, con-
fidentiam talem habemus per Christum ad deum,ne no-
stris hoc uiribus tribueretur,cōtinuo commendauit un-
de agitur dicens. Non quia idonei sumus cogitare ali-
quid à nobis quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia no-
stra ex deo est,qui & idoneos nos fœcit ministros noui
testamenti,non literæ sed spiritus,litera enim occidit,spi-
ritus autem uiuificat.

Deus propterea iubet ut deficientes ad ipsum confugiamus.

2. Corin. 3.

Cap.XVIII.

Proinde quia lex, sicut alibi dicit,præuaricationis
gratia posita est, id est litera ista extra hominem scri-
pta,propterea eam & ministrationem mortis & mini-
strationem damnationis appellat. Hanc autem, id est,
noui testamenti ministrationem spiritus & ministrati-
onem iustitiæ dicit, quia per donum spiritus operamur
iustitiam & à præuaricationis damnatione liberamur.
Ideo illud euacuatur hoc manet,quoniam terrens pæda-
gogus auferetur cū timori successerit charitas. Vbi enim
spiritus domini ibi libertas. Hanc autem ministrationem
non ex meritis nostris, sed ex misericordia esse sic dicit.
Propter quod habentes ministrationem hanc,sicut mise-
ricordiam consecuti non infirmemur,sed abiciamus oc-
culta confusionis, non ambulantes in astutia, neq; dolo
adulterantes uerbum dei. Hanc astutiam & dolum uult
Hypocrisim intelligi, quia uolunt iusti uideri su-
perbi.

Roma.4 Lex ministratio mortis & damnationis dicitur.

Euangeliū ministratio spiritus, uitæ & iustitiæ est.

2. Corin. 3

2. Corin. 4

Cap.XIX.&.XX.

Consumabo inquit super domum Israël & super do
mum Iuda testamentum nouum, quid est consumabo nisi
implebo,non secundum testamentum quod fœci patri-
bus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, ut
eijcerem eos de terra Aegypti? Ergo illud uetus erat,qa
hoc nouum est. Vnde igitur illud uetus,hoc nouum,cum
lex eadem impleatur per testamentum nouum, qua di-
xit in ueteri non concupisces? Quia ipsi inquit nō per-
seuerauerunt in testamento nouo, & ego neglexi eos di-
cit dominus. Ergo propter ueteris hominis noxam quæ
per literam iubentem & minantem minime sanabatur,
dicitur illud testamentum uetus: Hoc autem nouum,pro
pter nouitatem spiritus quæ hominem nouum sanat à
uitio uetustatis &c.

Hier. 31

Exo.20 Differentia ueteris & noui testamenti.

Cap.XXI.

Quid sunt ergo leges dei ab ipso deo scriptæ in cor-
dibus, nisi ipsa præsentia spiritussancti, qui est digitus
dei,quo præsente diffunditur charitas cordibus nostris,
quæ plenitudo legis est,& præcepti finis: Nam quia ue-
teris testamenti promissa terrena sunt, licet exceptis
sacramentis, quæ umbra erant futurorum, sicut cir-
cumcisio & sabbathum,& aliæ dierum obseruationes,

Hier. 31 Lex scripta in cordibus est spiritussanctus.

2. retract. 37.

& quarundam escarum ceremoniæ, & multiplex sacrificiorum sacrorumq; ritus, quæ uetustati carnali lege iugo q; seruili congruebant, talia contineant præcepta iustitiæ qualia nunc quoq; obseruare præcipimur, quæ maxime duabus illis tabulis, sine figura adumbratæ significationis expressa sunt, sicut est: Non adulterabis, non homicidium facies, non concupisces, & si quòd aliud mandatum, quòd in hoc sermone recapitulatur: Diliges proximum tuum, sicut te ipsum, tamen quia in eo, sicut dixi, promissa terrena & temporalia recitantur, quæ bona sunt huius corruptibilis carnis, quamuis eis sempiterna atq; cœlestia ad nouum, scilicet testamentum pertinentia figurarentur, nunc ipsius cordis bonum promittitur, mentis bonum, spiritus bonum, hoc est, intelligibile bonum, cum dicitur: Dabo leges meas in mente eorum, & in cordibus eorum scribam eas. Vnde significauit eos non foris insecus terrentē legem formidaturos, Sed intrinsecus habitantem ipsam legis iustitiam dilecturos &c,

Exo. 20 Roman. 13

Cap. XXV.

Exo. 20

Per legem enim factorum dicit dominus: Non concupisces, per legem fidei dicit dominus, sine me nihil potestis facere, aiebat enim de bonis operibus, hoc est de palmitum fructibus. Cum igitur hæc appareat distantia ueteris et noui testamenti, quòd lex ibi in tabulis, hic in cordibus scribitur, ut quòd ibi forinsecus terret, hic delectet intrinsecus, ibiq; fiat præuaricator per occidentem literam, hic dilector per uiuificantem spiritum, non ideo dicendum est, quòd deus adiuuet nos ad operandam iustitiam, atq; operetur in nobis, & uelle, & operari pro bona uoluntate, quia præceptis iustitiæ forinsecus insonat sensibus nostris, sed quia intrinsecus incrementum dat, diffundendo charitatem in cordibus nostris, per spiritū sanctum, qui datus est nobis &c.

Iohan. 15.

Differentia ueteris & noui testamenti.

Libro, De fide & operibus. Cap. XXI.

Luce. 17.

Regnum cœlorum intra uos est? Hoc enim diripiunt, qui uim faciunt credendo, impetrantes spiritum charitatis, ubi est plenitudo legis, sine qua lex in litera reos faciebat etiam præuaricationis. Non itaq; putandum est ideo dictum. Regnum cœlorum uim patitur, & qui uim faciunt diripiunt illud, quia etiam mali tantummodo credendo et pessime uiuendo perueniunt in regno cœlorum, sed quia reatus ille præuaricationis quem sola lex id est, litera sine spiritu iubendo faciebat, credendo soluitur, & uiolentia fidei spiritus sanctus impetratur, per quem diffusa charitate in cordibus nostris, lex non timore pœnæ, sed iustitiæ amore completur &c.

Roman. 13

Mathei. 11. Quomodo intelligatur regnum cœlorum uim pati.

Roman. 5.

Libro II. quæsti, super Exodum. Quæsti, CXLIIII.

Fractura tabularū per Moysen mysterium habet.

Exodi, 32.

Iratus quidem Moyses uidetur tabulas testimonij digito dei scriptas collisisse atq; fregisse, magno tamen mysterio figurata est iteratio testamenti noui, quoniam uetus fuerat abolendum & constituendum nouum.

Eodem libro. Quæst. CLXVI.

Lex enim posita est in ueteri testamento, quæ conuinceret trāgressores, quæ subintrauit ut abundaret delictū, non enim implebatur timore, quæ nō implebatur nisi charitate. Et ideo dicitur opus dei, quia deus legem cōstituit, deus conscripsit, nullum opus hominis, quia homo deo non obtemperauit, & eum potius reum lex fecit, In secundis autem tabulis, homo per adiutorium dei tabulas fecit atq; conscripsit, quia noui testamenti charitas legem fecit. Vnde dicit dominus. Non ueni legem soluere, sed adimplere. Dicit autem Apostolus, plenitudo legis charitas, et fides quæ per dilectionem operatur. Factum est itaq; homini facili in nouo testamento, quòd in ueteri difficile fuit, habenti fidē, quæ per dilectionem operatur, atq; illo digito dei, hoc est spiritu dei, intus eam in corde scribente, non foris in lapide. Vnde dicit Apostolus, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus, quoniā charitas dei, qua ueraciter impletur præceptum, diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Hoc est ergo, prima data est lex ubi significatur uetus testamentum, quòd est opus tā tummodo dei, & conscriptio digito dei Quòd Apostolus dicit: Itaq; lex quidem sancta & bona dei opus est, ubi homo nihil agit, quia non obtemperat, sed reatu potius præmitur lege minante atq; damnante. Peccatum enim ut appareat peccatum inquit per bonum operatum est mihi mortem. Beatus autem homo est, cum hoc mādatum sanctum, & iustum & bonum facit, hoc etiam opus eius, sed per gratiam dei.

Roman. 5. Lex dicitur opus dei.

Matthei. 5 Roma. 13. Galatas. 5.

Quod in ueteri difficile in nouo facile est.

2. Cor. 3.

Roman. 5.

Roman. 7.

Contra aduersarium legis & prophetarum, Libro. I. Cap. XVII.

Quamuis enim in ueteri testamento, propter temporalium bonorum promissionem, malorumq; cōminationem seruos pariat temporalis Hierusalem, in nouo autem ubi fides impetrat charitatem, qua lex possit impleri, non magis timore pæne quàm dilectione iustitiæ, liberos pariat æterna Hierusalem, tamen & illis temporibus fuerunt iusti spiritales, quos non occidebat litera iubens, sed uiuificabat spiritus iuuans. Vnde & fides uenturi Christi, habitabat utiq; in prophetis, uenturum prænunciantibus Christum, Et nunc sunt plurimi carnales qui uel hæreses faciunt non intelligendo scripturas, uel in ipsa catholica, aut adhuc paruuli lacte nutriuntur, aut tanq; palea perseuerans futuris ignibus præparantur. Sicut autem deus unus & uerus creator bonorum est, & temporalium, & æternorum, ita idem ipse auctor est amborum testamentorum. Quia & nouum in ueteri est figuratum, & uetus in nouo est reuelatum.

Duorum testamentorū pulchrum discrimen.

Libro, II. Contra eundem. Cap. VII.

Lex enim quāuis iusta, et sancta, et bona præuaricatoribus intulit mortē, quos dei gratia nō adiunit ad iustitiā

legis implendam. Oportebat enim ut testamento ueteri, lex imponeretur superbis, & de suæ uoluntatis uirtute fidentibus, quæ non daret iustitiam, sed iuberet. Ac sic morte præuaricationis impliciti, ad gratiam cõfugerent, non iubentem tantummodo, sed iuuantem, quæ nouo testamento est reuelata. Hinc putant isti diuinorum eloquiorum blasphematores, malam fuisse legem quæ data est per Moysen, quia dicta est ministratio mortis in literis figurata lapideis, non intuentes propter eos esse dictum, qui suo libero arbitrio, legem sufficere arbitrabantur, & spiritu gratiæ nõ adiuti, rei præuaricationis, sub eiusdem legis litera tenebantur. Vnde alibi dicit, lex iram operatur, Vbi enim lex non est, nec præuaricatio, hinc ostendens unde dixerit, lex iram operatur, Neq; enim ei us præuaricatio mala esset, nisi lex ipsa bona esset &c.

Lex imponitur superbis.

Lex non dat iustitiã sed iubet,

Roman. 4

Post pauca ibidem.

Et inter dictis immittet æger aquis,

Gala, 5

Galatas 4

Roman, 7.

Contrã ueteris instrumenti osores & aduersarios,

Prohibitio enim peccati, quòd est lex, auget profecto desiderium peccandi: Quòd non extinguitur, nisi contrario desiderio recte faciendi, ubi fides per dilectionem operatur. Hoc autem non præstat litera iubens, sed spiritus iuuans, nõ lex ergo, sed gratia, non uetus testamentum in seruitutem generans quòd est Agar, sed nouum in quo non sunt ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit. Et tamen lex sancta est, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Et per hoc ergo mãdatum sanctum, & iustum & bonum, in his qui non habent spiritum Christi, operatur peccatum omnem concupiscentiam: Qualem se fuisse in ueteri testamento, etiam ipse Apostolus ostendens, Occasione, inquit, accepta peccatum per mandatum operatũ est in me omnem concupiscentiam, per quòd mandatum nisi quòd ait, Concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret, non concupisces? nunquid malum est, non concupiscere? Imo maxime bonum, Bona est ergo lex quæ hoc dicit, sed ubi non est præsto uiuificans spiritus, hæc ipsa lex quæ bonum dicit, occidit, quia peccati uirtus est, cum per illam operatur omnem concupiscentiam, inflammando prohibitionem, qui non extinguitur per iubentem litteram timore pœnæ: Sed per iuuãtẽ spiritum, dilectione iusticiæ, ideo ait: Peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. Non enim ait per malũ sed per bonum. Hic euigilent si possunt, qui legem dei atque eius ministrum Mosen, cæco & furioso corde reprehẽdunt &c.

Libro III. Contra duas Epistolas Pelagianorum ad Bonifatium. Cap. II.

Impossibile est legem impleri per carnem, hoc est, per carnalem præsumptionem, qua superbi ignorãtes dei iustitiam, id est, quæ ex deo est homini, ut sit iustus, & suam uolentes constituere, tanq; per eorum, non adiutum diuinitus arbitrium, lex posset impleri, Iustitiæ dei non sunt subiecti, Ideo iustitia legis in eis impletur, qui non secundum carnẽ ambulant, id est, secundum hominem ignorantem dei iustitiam. & suam uolentem' constituere, sed ambulant secundum spiritum, Quis autem ambulat secundum spiritum, nisi quisquis agitur dei spiritu? Quotquot enim spiritu dei aguntur hij filij sunt dei. Ergo litera occidit, spiritus autem uiuificat. Nec litera malum est, quia occidit, sed malos præuaricatione conuincit, Lex enim sancta, et mandatum sanctum et iustum & bonum. Quòd ergo bonum est inquit, mihi factum est mors? absit, sed peccatum, ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat supra modum peccans peccatum per mãdatum, Ecce quid est litera occidit? aculeus enim mortis est peccatum, uirtus autem peccati lex, auget quippe prohibendo peccati desideria, & inde occidit, nisi subueniendo, uiuificet gratia &c,

Impossibile est implere legem per carnalem præsumptionem, Roma, 10.

Roman, 8. 2. Corin, 3

Roman, 7.

1. Corith, 15

Eodem libro. Cap. IIII.

Exceptis quippe librorum ueterum sacramentis, quæ sola significandi ratione præcepta sunt, quãmq; & in eis spiritaliter intelligenda sunt, recte lex dicitur spiritalis, Cætera certe quæ ad pietatem bonosq; mores pertinentia, non ad aliquam significationem ulla interpretatione referenda, sed prorsus, ut sunt dicta, faciẽda sunt Profecto illam dei legem, non solum illi nunc populo, uerumetiam nunc nobis ad instituendam, recte uitam necessariam nemo dubitauerit. Si enim Christus nobis abstulit illud grauissimum multarum obseruationum iugum, ne carnaliter circumcidamur, ne pecorum uictimas imolemus. ne sabbatho septeno dierum uolumine redeunte ab operibus etiam necessarijs quiescamus, et cætera huiusmodi, sed ea spiritaliter intellecta teneamus, remotisq; umbris significãtibus, in rerum ipsarum, quæ significantur luce uigilemus, Nunquid propterea dicturi sumus, non ad nos pertinere quòd scriptum est, ut alienum quòdcunq; perditum quisquis inuenerit, reddat ei qui perdidit, & alia multa similia, quibus pie rectèq; uiuere discitur, maximeq; ipsum decalogum, qui duabus illis lapideis tabulis continetur, Excepta sabbathi obseruatione carnali, quæ spiritalem sanctificationem quietemq; significat? Quis enim dicat non debere obseruare Christianos, ut uni deo religionis obsequio seruiatur, ut idolum non colatur, ut nomen domini non accipiatur in uanum, ut parentes honorẽtur, ne adulteria, homicidia, furta, falsa testimonia, perpetrentur, ne uxor, ne omnino res ulla concupiscatur aliena? Quis est tam impius, qui dicat ideo se ista legis nõ custodire præcepta, quia est ipse Christianus, nec sub lege, sed sub gratia cõstitutus? Verũ hæc plane magna distãtia est, Quòd faciũt ista sub lege positi, quos litera occidit, terrenã fœlicitatẽ uel cupiditatẽ adipiscẽdi, uel timore amittẽdi, & ideo nõ uere faciũt, quoniã carnalis cupiditas, qua peccatũ augetur, cupiditate alia nõ sanatur. Hi ad uetus ptinẽt testimẽtũ, qd' in seruitutẽ generat, quia facit eos carnalis timor & cupiditas seruos, non euangelica fides, spes & charitas liberos, Sub gratia uero positi quos uiuificat spiritus, et fide ista faciunt,

Sacramenta ueteris testamenti, lex spiritalis dicitur.

A ceremoniabus Christus nos liberos reddidit.

Galatas. 4.

Galat, 5

ista faciunt, quæ per dilectionem operatur in spe bonorum non carnalium, sed spiritalium, nõ terrenorum, sed cœlestium, non temporalium, sed æternorum, præcipue credentes in mediatorem, per quem sibi non dubitant, & spiritum gratiæ subministrari, ut bene ista faciant, & ignoſci posse cum peccant: Hi pertinent ad testamentum nouum filij promissionis & regenerati à deo patre & libera matre. Huius generis fuerunt antiqui omnes iusti. Et ipse Moyses testamenti minister ueteris, hæres noui, quia ex fide, qua nos uiuimus una eademq; uixerunt, incarnationem, passionem, resurrectionemq; Christi credentes futuram, quàm nos credimus factam, usq; ad ipsũ Ioannem Baptistam, tanq̃ præteritæ dispensationis limitem quendam. Qui mediatorem ipsum non aliqua umbra futuri, uel allegorica significatione, uel ulla prophetica prænunciatione uenturum esse significans, sed digito demonstrans ait, Ecce agnus dei, Ecce qui tollit peccata mundi, Tanq̃ dicens: Quem multi iusti uidere concupierunt, in quem uenturum ab ipsius humani generis initio crediderunt, de quo Abrahæ dictæ sunt promissiones, de quo scripsit Moyses, de quo lex et prophetæ sunt testes. Ecce agnus dei, Ecce qui tollit peccatum mundi. Ab hoc Iohanne & deinceps cœperunt de Christo fieri præterita uelut præsentia: Quæ ab illis omnibus anterioris temporis iustis credebantur, sperabantur, desiderabantur, futura. Eadem igitur fides, & in illis qui nondum nomine, sed re ipsa fuerunt antea Christiani, & in istis, qui nõ solum sunt, uerumetiam uocantur, & in utrisq; eadem gratia, per spiritum sanctum. Vnde dicit Apostolus, habentes autem eũdem spiritum fidei, secundum quòd scriptum est, Credidi propter quòd locutus sum, & nos credimus propter quòd & loquimur &c.

Vna fide & ueteres patres, & Christiani fideles saluantur.

Iohannis 1.

Galath. 3. Gene. 22

2. Cor. 4. Psalm. 115.

Ibidem.

Lex non iustificans impium, mittit ad deum iustificantem.

Sic ergo cum lex non iustificat impium, de præuaricatione conuictum, mittit ad iustificantem deum, atq; ita iustitiæ dei perhibet testimonium &c.

Libro IIII. Contra easdem. Cap. V.

Lex non sed fides in Christo salutem confert.

Neq; enim lex illa quamuis & iusta, & sancta & bona omnibus illis hominibus dei, sed fides quæ in Christo est uitam potuit conferre perpetuã. Hæc enim fides per dilectionem operatur, non secundum literam, quæ occidit, sed secundum spiritum qui uiuificat, ad quam dei gratiam, lex de præuaricatione terrendo tanq̃ pedagogũ perducit, ut sic conferatur homini, quòd conferre ipsa non potuit. Istis namq; uerbis hæreticorum, quibus dicunt legem prophetis & patriarchis, omnibusq; sanctis mandata eius seruantibus, uitam potuisse conferre perpetuam, respondet Apostolus, si per legem iustitia Christus gratis mortuus est. Si ex lege hereditas, iam non ex promissione. Si hi qui per legem hæredes sunt, exinanita est fides, euacuata est promissio. Quia autem in lege nemo iustificatur apud deum manifestum est, quia iustus ex fide uiuit, lex autem non est ex fide, Sed qui fœcerit ea, uiuet in eis, Quòd ex lege testimonium cõmemoratum ab Apostolo, propter uitam temporalem intelligitur, propter cuius amittendæ timorẽ faciebant homines legis opera, non ex fide, quæ transgressores legis eadem lege à populo iubebat occidi.

Roman. 4.

Gala. 3.

Abacuc. 2.

Eodem Cap. In fine.

1. Corint. 8 Quomodo intelligi debeat scientia inflat, 2. Corin. 3

Nam scientia legis inflat sine charitate non ædificat, secundum Apostolum apertissime dicentem, Scientia inflat, charitas uero ædificat. Quæ sententia similis est ei, qua dictum est, litera occidit, spiritus autem uiuificat. Quale est enim scientia inflat, Tale est litera occidit: Et quale est charitas ædificat, tale est spiritus uiuificat, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris, per spiritum sanctum, qui datus est nobis, Cognitio itaq; legis facit superbum præuaricatorem, per donum autem charitatis delectat legis esse factorem. Non ergo legem euacuamus per fidem, sed legem statuimus quæ terrendo ducit ad fidem. Ideo quippe lex iram operatur, ut territo atq; conuerso ad iustitiam legis implendã dei misericordiã gratia largiatur, per Iesum Christum dominum nostrum, qui est dei sapientia, de qua scriptum est, legem & misericordiam in lingua portat, legem qua terreat, misericordiam qua subueniat, legem per seruũ, misericordiã per se ipsum. Legem tanq̃ in baculo, quem misit Heliseus ad uiduæ filium suscitandum, & non resurrexit, Si enim data esset lex quæ posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia. Misericordiam uero tanq̃ in ipso Heliseo, qui figuram Christi gerens, mortuo uiuificando magni sacramenti uelut noui testamenti significatione coniunctus est.

Roman. 7.

1. Corint. 1

4. Reg. 4.

Galatas 3.

In Enchiridio ad Laurentium. Cap. CXVIII.

Sed cum in altissimis ignorantiæ tenebris nulla resistente ratione uiuitur secundum carnem, hæc sunt prima hominis. Deinde cum per legem cognitio fuerit facta peccati: Si nondum diuinus adiuuat spiritus, secundum legem uolens uiuere uincitur, & sciens peccat, peccatoq; subditus seruit, A quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est, id agente scientia mandati, ut peccatum operetur in homine omnem concupiscentiam cumulo præuaricationis adiecto, atq; ita quòd scriptum est impleatur. Lex subintrauit, ut abundaret delictũ. Hæc sunt secunda hominis, Si autem respexerit deus, ut ad implenda quæ mandat ipse adiuuare credatur, ut agi homo cœperit dei spiritu, Concupiscitur aduersus carnem fortiore robore charitatis, ut quamuis sit adhuc, quòd homini repugnet ex homine, nondum tota infirmitate sanata: Ex fide tamen iustus uiuat, Iustiq; uiuat in quantum non cedit male concupiscentiæ, uincente delectatione iustitiæ. Hæc sunt tertia bona spei hominis: In quibus si pia perseuerantia quisq; proficiat, Postrema pars restat,

Roman. 5.

Roman. 5.

2. Petri. 2.

Galatas. 5.

Abacuc. 2.

Populus dei, quatuor habet differentias temporum. Sapien. 11.

pars reſtat, quæ poſt hanc uitam in requie ſpiritus, deinde in reſurrectione carnis etiam implebitur. Harum quattuor differentiarum, prima eſt antè legem, ſecunda ſub lege, tertia ſub gratia, quarta in pace plena, atq; perfecta. Sic eſt, & dei populus ordinatus, per temporum interualla, ſicut deo placuit, qui in mẽſura et numero et pondere cuncta diſponit. Nam fuit primitus antè legem, Secundo ſub lege, quæ per Moyſen data eſt, deinde ſub gratia, quæ reuelata eſt per primum mediatoris aduentum. Quæ quidem gratia nec antea defuit quibus impertiri eam oportuit, quamuis pro temporis diſpenſatione uelata & occulta: Neq; enim antiquorum, quicunq; iuſtorum, præter Chriſti fidem ſalutem potuit muenire. At uero niſi & illis cognitus fuiſſet, non potuiſſet nobis per eorum miniſterium alijs apertius, alijs occultius prophetari &c.

De gratia & libero arbitrio ad Valentinum Cap. X.

Vbi enim lex non eſt, nec præuaricatio eſt, propter hoc & alibi ait, ut ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & nõ in uetuſtate literæ legem uolens intelligi, literæ uetuſtatem nouitatem uero ſpiritus, quid niſi gratia? Et ne putaretur accuſaſſe legem uel reprehendiſſe, Continuo ſibi oppoſuit quæſtionem & ait, Quid ergo dicemus, lex peccatum eſt? abſit, Deinde ſubiunxit, ſed peccatum nõ cognoui, niſi per legem, hoc eſt, quòd dixerat, per legem cognitio peccati.

Roman. 7.

Nouitas ſpiritus gratia eſt.

Ad Simplicianum, Lib. I. Quæſt. I.

Bona eſt lex, ſi quis ea legitime utatur, male autem utitur lege, qui non ſe ſubdit deo pia humilitate, ut per gratiam lex poſſit impleri. Itaq; ad nihil aliud accipit legem, qui nõ ea legitime utitur, niſi ut peccatum eius, quòd latebat antè prohibitionem, apparere incipiat, per præuaricationem, Et hoc ſupra modum, quia iam non ſolum peccatum ſit, ſed etiam contra mandatum &c.

1 Thimo. 1

Poſt pauca ibidem.

Lex a ſpiritalibus impleri poteſt qui fiunt per gratiã.

Scimus enim inquit Apoſtolus, quia lex ſpiritalis eſt ego autem carnalis ſum. In quo ſatis oſtendit non poſſe impleri legem niſi à ſpiritalibus, qui non fiunt niſi per gratiam, ſpiritali enim legi quanto ſit quiſq; ſimilior, id eſt, quanto magis, & ipſe in ſpiritalem ſurgit affectum, tanto eam magis implet. Quanto ea magis delectatur, iam non ſub eius onere afflictus, ſed eius lumine uegetatus, quia præceptũ domini lucidũ eſt, illuminans oculos et lex domini immaculata conuertens animas, gratia donante peccata, & infundente ſpiritum charitatis, quo et non ſit moleſta, & ſit etiam iucunda iuſtitia.

Pſalm. 18.

Ibidem.

Onus mortalitatis hic apoſtolus legem appellat, 2. Cor. 5. Sapien. 9.

Roman. 7.

Video autem inquit Apoſtolus, aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me ſub lege peccati, quæ eſt in membris meis. Legem appellat in membris ſuis, onus ipſum mortalitatis: In quo ingemiſcimus grauati. Corpus enim quod corrumpitur aggrauat animam, Per quòd fit etiã ſæpe, ut in uita delectet, quòd non licet, Quam ſarcinam præmentem & urgentem, ideo legem appellat, quia Iure ſuppliti diuino iuditio tributa & impoſita eſt, ab eo qui præmonuit hominem dicens: Qua die manducaueritis, morte moriemini, Nec lex repugnat legi mentis dicenti, non concupiſces, cui condelectatur homo ſecundum interiorem hominem, & anteq̃ ſit quiſq; ſub gratia, ita repugnat, ut & captiuet eum, ſub lege peccati, id eſt, ſub ſemet ipſa. Cum enim dicit, quæ eſt in membris meis, hanc oſtendit eandem eſſe, de qua ſuperius ait, uideo aliam legem in membris meis, hoc autem ideo dicitur, ut demonſtretur homini captiuo non eſſe præſumendum, de uiribus ſuis &c:

Gene. 2. & 3.

Roman. 7.

Eadem quæſt in fine.

Lex litera illis eſt qui eam nõ implent charitate,

Cur liberati ſumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita ut ſeruiamus in nouitate ſpiritus, & non in uetuſtate literæ, ſi lex bona eſt? quoniam lex litera eſt eis, qui non eam implent, per ſpiritum charitatis, quo pertinet teſtamentum nouum. Itaq; mortui peccato liberantur à litera, qua detinentur rei, qui non implent, quòd ſcriptum eſt. Lex enim quid aliud, quam ſola litera eſt eis, qui eam legere nouerunt, & implere non poſſunt? Non enim ignoratur ab eis quibus cõſcripta eſt, ſed quoniam in tantum nota eſt, inquantum ſcripta legitur, non inquantum delectata perficitur. Nihil eſt aliud talibus, niſi litera, quæ litera non eſt adiutrix legentium, ſed teſtis peccãtium. Ab eius ergo dominatione liberantur, qui per ſpiritum innouantur, ut iam non ſint obligati literæ ad pœnam, ſed intellectu per iuſtitiam copulati. Inde eſt illud, litera occidit ſpiritus autem uiuificat, Lex enim tantummodo lecta, & non intellecta, uel non impleta, utiq; occidit, tunc enim appellatur litera. Spiritus autem uiuificat, quia plenitudo legis eſt charitas, quæ fuſa eſt in cordibus noſtris, per ſpiritum ſanctum, qui datus eſt nobis &c.

2. Cor. 3.

Roman. 13

Roman. 5

Libro. III. De doctrina Chriſtiana. Cap. V.

Figurata locutio ad literam, non eſt intelligenda.

Sed uerborum tranſlatorum ambiguitates, de quibus deinceps loquendum eſt, non mediocrem curam induſtriamq; deſiderant. Nam in principio cauendum eſt, ne figuratam locutionem ad literam accipias, Et ad hoc enim pertinet, quòd ait Apoſtolus, litera occidit ſpiritus autem uiuificat. Cum enim figurate dictum ſit accipitur tanq̃ proprie dictum ſit carnaliter ſapitur, Neq; ulla mors animæ congruentius appellatur, quam cum id etiam, quòd in ea Beſtias antecellit, hoc eſt, intelligentia carni ſubijcitur, ſequendo literam. Qui enim ſequitur literam, tranſlata uerba ſicut propria tenet, neq; illud quòd ꝓprio uerbo ſignificatur, refert ad aliã ſignificationem, ſed ſi ſabbathũ audierit, uerbi gratia nõ intelligit niſi unũ diẽ de ſeptem, qui cõtinuo uolumine repetuntur: Et cũ audierit ſacrificium, non excedit cogitatiõe illud, qđ fieri de

2. Cor. 3.

fieri de uictimis pecorum terrenisq; fructibus solet. Ea demum est miserabilis animæ seruitus, Signa pro rebus accipere, & supra creaturam corporeum oculum mentis ad hauriendum æternum lumen leuare non posse &c.

Cap. VI. Eodem libro.

Quæ tamen seruitus in Iudæo populo longe à cæterarum gentum more distabat, quandoquidē rebus temporalibus ita subiugati erant, ut unus in eis omnibus cōmendaretur deus, Et quamq̄ signa rerum spiritualium, ipsis rebus obseruarēt nescientes quo referrētur, id tamē insitū habebant, quòd tali seruitute uni omniū quē nō uidebant placerent deo. Quam custodiam, tanq̄ sub pædagogo paruulorum fuisse scribit Apostolus. Et ideo qui talibus signis pertinaciter inhæserunt, Contemnentem ipsa dominum, cū iam tempus reuelationis eorum uenisset ferre non potuerunt, atq; inde calumnias, quòd sabbatho curaret moliū sunt principes eorum, populusq; signis illis tanq̄ rebus astrictus, non credebat deum esse, uel à deo uenisse, qui ea sicut à Iudæis obseruabātur nollet attendere &c.

Gala, 3 Iudæi pertinaciter literæ inhærendo Christum non agnoscunt. Mathæ. 12

Libro XII. Confessionum. Cap. XVIII.

Ad ædificationem autem bona est lex, si quis ea legitime utatur, quia finis eius est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide nō ficta, Et nouit magister noster in quibus duobus præceptis totam legem prophetas q; suspenderit &c.

1 Timo. 1. Finis legis est charitas Matth. 22

Libro IIII. Contra faustum. Cap. II.

Temporalium quidem rerum promissiones testamēto ueteri contineri, & ideo uetus testamentum appellari, nemo nostrum ambigit: Quòd æternæ uitæ promissio, regnumq; cœlorum ad nouum pertinet testamentum, sed in illis temporalibus figuras fuisse futurorum, quæ implerētur in nobis, in quos finis sæculorum obuenit, nō suspitio mea, sed apostolicus intellectus est, dicente Paulo cum de talibus loqueretur, Hæc omnia figuræ nostræ fuerunt, Et iterum, Hæc omnia in figura cōtingebat illis, scripta sunt autem propter nos, in quos finis sæculorum obuenit. Non ergo uetus testamentū ad consequendas illas promissiones, sed ad intelligendas in eis noui testamenti prænunciationes accepimus, ueteris quippe testificatio fidem nouo conciliat &c.

Æternæ uitæ promissio ad nouū testamētum pertinet,

1 Corin, 10

Post pauca ibidem.

Non itaq; spes nostra in temporalium rerum promissione defixa est, quandoquidem nec ipsos illius temporis sanctos, & spiritales uiros patriarchas et prophetas his terrenis rebus fuisse deditos credimus. Intelligebant enim reuelante sibi spiritu dei, quid tempori illi cōgrueret, & quibus modis deus per illas omnes res gestas & dictas futura figuranda, & prænunciada decerneret, magnisq; desiderium eorum de nouo testamento erat, sed præsens functio corporalis, ad significanda noua uētura pollicitationibus ueteribus præbebatur. Ita illorum hominum non tantum ligua, sed et uita prophetica fuit, Carnalis autē populus, promissis uitæ præsentis inhærebat, de quo tamen etiam populo nihilominus significabantur futura &c.

Patrum nō tantum ligua, sed & uita prophetica fuit

Libro X. Contra eundem. Cap. II.

Iudæo autem dicenti mihi, Cur tenes uetus testamentum, cuius præcepta non seruas, respondeo, Seruari à Christianis etiam, ex ipsis libris præcepta uitæ agendæ, præcepta uero uitæ significande, tunc rectè obseruata, cum prænunciabantur istam, quæ nunc reuelata sum. Quapropter etiam ipsa sic non obseruo ad religionem. ut teneam tamen ad testificationē, sicut & promissa carnalia, quæ ibi continentur, unde proprie uetus testamentum, quāuis mihi æterna speranda reuelata sint, & illa tamen attestantia lego, quæ in figura contingebant illis, scripta sunt autem propter nos in quos finis sæculorum obuenit.

Vitæ agendæ præcepta a christianis seruanda.

1 Corin, 10

Sermo VII. De tempore.

Frequenter admonui charitatem uestram, fratres dilectissimi, ut his lectionibus, quæ diebus istis in ecclesia recitantur, non hoc tantum attendere debemus, quòd ex littera sonare cognoscimus, sed remoto uelamine literæ, uiuificantē spiritum fideliter requiramus, Sic enim dicit Apostolus, litera occidit, spiritus autem uiuificat. Deniq; infelices Iudæi, & plus infœlices heretici, dum solum litere aspiciunt sonum, quasi corpus sine anima, ita sine uiuificante spiritu mortui remanserunt, cū dicat Apostolus, omnia hæc contigerunt illis in figuram scripta sunt autem propter nos &c.

2. Corin, 3 1. retracta. 13. Literæ sonus sine spiritu est corpus sine anima. 1. Corth, 10

In Psalmum I. versū I.

Sed in lege domini fuit uoluntas eius, & in lege eius meditabitur die ac nocte, Iusto non ex lex posita, ut dicit Apostolus. Sed aliud est esse in lege, aliud sub lege. Qui est in lege secundum legem agit, qui est sub lege, secundum legem agitur. Ille ergo liber est, iste seruus, deinde aliud est lex, quæ scribitur & imponitur seruienti, aliud lex quæ mente conspicitur ab eo, qui non indiget literis &c.

Roman, 2 Maxima differentia eorum, quo m lege sunt & eorum qui sub lege sunt.

In Psalmum XVIII. Contione X. Versu. I.

Legem pone mihi domine in uiam iustificationum tuarum, et exquiram eam semper, Apostolus dicit, iusto nō est lex posita, iniustis autē, & nō subditis, et cætera quæ ibi concludens ait, Et si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, quæ est secundum euangelium gloriæ beati dei, quòd creditum est mihi. Nunquid ergo talis, erat qui dicit, lege pone mihi domine, qualibus beatus Paulus dicit positam legem? absit. Si enim talis esset non superius dixisset: Viam mandatorum tuorum cucurri. Cum dilatares cor meum, Quid est ergo quód erat, ut sibi lex à domino ponatur, si non ponitur iusto? An eo modo nō ponitur iusto, quomodo posita est populo cōtumaci, in tabulis lapideis, nō in tabulis cordis carnalibus, secundum testamentū uetus ex monte Sina, quòd in seruitutē generat, sed secūdum testamentū nouū, de quo scriptū est per prophetam

Iusto non ponitur lex.

1. Timo, 1

Exo, 21, 2. Corin, 3 Galatas 4

prophetam Hieremiam. Ecce dies ueniunt dicit dominus
Hiere. 31 Hebre. 8 Et consumabo domui Israhel, et domui Iuda, testamentum nouum, non secundum testamentum, quòd disposui patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum, cum educerem eos de terra Aegypti, quoniam ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos dicit dominus, quoniam hoc est testamentum, quòd constituam domini Israhel, Post dies illos dicit dominus, dabo leges meas in mentibus eorum, & in cordibus eorũ scribam eas? Ecce quomodo uoluit istam legem sibi poni à
1. Timo. 1. domino, non sicut iniustis, & non subditis ad uetus testamentum pertinentibus posita est in tabulis lapideis, sed sicut sanctis filijs liberæ, hoc est supernæ Hierusalem filijs promissionis, filijs hereditatis æternæ, sancto spiritu tanq̃ digito dei, in mente datur, & in cordibus scribitur, non quàm memoria teneant, & uita negligant, sed quam sciant intelligendo, faciant diligendo in latitudine amoris, non in timoris angustijs. Nam qui timore pœnæ, non amore iustitiæ opus legis facit, profectò inuitus facit. Quòd autem inuitus facit, si possit fieri mallet utiq; non iuberi? Ac per hoc legis quam uellet non esse non est amicus, sed potius inimicus, nec mundatur opere, qui immundus est cogitatione & uoluntate. Gratia itaq; dei nobis præcipue cõmendatur, quando sibi Dauid legem
2. Cor. 3. poni poscit à domino, qui utiq; iam legem, secundum literam nouerat. Sed quia litera occidit, spiritus autem uiuificat, orat ut per spiritum sanctum, faciat quod per literam sciebat, ne per scientiam mandati non obseruati, etiam prævaricationis ei crimen accedat. Quaquàm etiã ut sciatur lex quomodo scienda est, id est, ut intelligatur, quid sibi uelit, quare sit eis posita, qui eam non erant seruaturi, quidq; habeat ualitatis, etiam, hoc ipsum, quòd lex
Roma. 5 subintrauit, ut abundaret delictum, nemo comprehendit, nisi à domino acceperit intellectum.

Ad Hieronimum, Epistola, XIX.

Præcepta ueterum sacramentorũ nec bona nec mala posunt dici. Cur autem non dicam præcepta illa ueterum sacramentorum, nec bona esse, quia non eis homines iustificãtur, Vmbræ enim sunt prænunciantes gratiam qua iustificamur, nec tamen mala, quia diuinitus præcepta sunt, temporibus personisq; congruentia, cum ne adiuuet etiã prophetica sententia, qua dicit deus, se illi populo dedisse præcepta non bona? Forte enim propterea non dixit mala, sed tantum non bona, ideſt, non talia, ut illis homines boni fiant, aut sine illis boni non fiant &c.

Ad Innocentium, Epistola, XCV.

Differunt lex & gratia. Distinguendo est lex & gratia, lex iubere nouit, gratia iuuare. Nec lex iuberet nisi esset uoluntas, nec gratia iuuaret, si sat esset uoluntas.

Ad Paulinum, Epistola. CVI.

Lex iubet per literam non iuuat, per spiritũ. Quia lex per literam iubet, non per spiritum iuuat, quicunq; sit, audit literam legis, ut ei sufficere uideatur cognouisse quid iubeat, aut prohibeat, quo id se arbitrij usi, uirtute impleturum esse confidat, nec fide confugiat adiuuandus ad spiritum uiuificantem, ne reum factum litera occidat, is profectò zœlũ dei habet, sed non secundũ scientiam. Ignorans enim dei iustitiam, id est, eam quæ da
Roman. 10 tur ex deo, & suam uolens constituere, ut tantummodo ex lege sit, iustitiæ dei, non est subiectus, finis enim legis Christus ad Iustitiam omni credenti, sicut idem Apostolus dicit, ut nos simus iustitia dei in ipso. Iustificati igitur ex
Roman. 5. fide pacem habeamus ad deum, per dominum nostrum, Iesum Christum, Iustificati autem gratis per gratiam ipsius, ne fides ipsa superba sit &c.

Ad Optatum, Epistola, CLVII.

Illa fides salua sit, qua credimus nullum, siue maioris siue paruulæ quamlibet et recentis ætatis liberari à contagione mortis antiquæ. & obligatione peccati, quòd prima natiuitate contraxit, nisi per unum mediatorem dei,
1. Timo. 2. & hominum, hominem Christum Iesum, Cuius hominis eiusdem q; dei saluberrima fide, etiã illi iusti, salui facti sunt, qui priusq̃ ueniret in carnẽ, crediderunt in carnem uenturum, Eadem nanq; fides est, & nostra, & illorum, quoniam hoc illi crediderunt futurum, quòd nos credimus factum. Vnde dicit apostolus Paulus, habentes autem eundem spiritum fidei, secundum quòd scriptum
2. Cor. 4. Psalm. 105. est, Credidi propter quòd locutus sum, & nos credimus propter quòd & loquimur. Si ergo eundem spiritum dei, & illi habebant, qui uenturum in carnem Christum prænunciarunt, quem etiam illi qui eum uenisse nunciarunt, sacramenta esse potuerunt pro temporum diuersitate, ad unitatem tamen eiusdem fidei concordissime recurrentia. Scriptum est in actibus apostolorum, loquente
Acto. 15. apostolo Petro. Nunc ergo quid tentatis deum imponere iugum supra collum discipulorum, quòd neq; patres nostri, neq; nos portare potuimus, sed per gratiam domini Iesu, credimus nos saluos fieri quemadmodum & illi. Si ergo & illi, id est, patres portare iugum legis ueteris non ualentes, per gratiam domini Iesu saluos se fieri crediderunt: manifestum est quòd hæc gratia etiam
Abacuc. 2. antiquos iustos uiuere fecit ex fide. Iustus enim ex fide
Roman. 5. uiuit. Lex autem subintrauit, ut abundaret delictum, ut superabundaret & gratia, per quam sanaretur delicti anundantia, Si enim data esset lex quæ uiuificare posset, omnino ex lege esset iustitia. Cui tamẽ bono lex data sit
Galat. 3 consequenter adiunxit dicens, sed concluſit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Danda itaq; fuerat lex quæ manifestius sibi ipsum ostenderet hominem, ne superbus animus humanus à se ipso se posse esse iustum putaret. Et ignorans
Roman. 10 Roman. 7 dei iustitiam, id est, quæ homini ex deo est, & suam uolens constituere, ideſt, quasi suis uiribus partam, iustitiæ dei subiectus non fieret. Oportebat itaq; ut addito mãdato cuius uox est, non concupisces, superbo peccatori, etiam prævaricationis crimen accideret, atq; ita gratiæ medicinam non sanata per legem, sed conuicta infirmitas quæreret &c.

Ad afellictum

Ad Asellicum epistola CC.

Quæ sit utilitas legis.

Hæc est igitur utilitas legis, quia ostendit hominem sibijpsi, ut sciat infirmitatem suam, & uideat quemadmodum per prohibitionem augeatur potius carnalis concupiscentia quàm sanetur. Appetuntur enim ardentius quæ uetantur dū id quod spiritaliter iubetur carnalis obseruare compellitur. Vt autem sit spiritalis, qui legem impleat spiritalē, non fit ipsa lege, sed gratia, hoc est, non imperio sed beneficio, non iubente litera, sed adiuuante spiritu. Incipit autem homo secundum gratiā in interiori homine reuocari, ut mente agat quod amat, nec carni consentiat agenti quod odit, id est, non ut omnino non concupiscat, Sed ut post cōcupiscentias suas non eat, quod quidem tam magnum est, ut si omni modo fieret, et quamuis insint dū sumus in corpore mortis huius desideria peccati. Nulli eorum tamen adhiberemus assensum, non esset unde diceremus patri nostro qui est in cœlis: Pater noster qui es in cœlis &c. Dimitte nobis debita nostra &c.

Mat. 6.

DE OFFICIO MAGISTRATVS.

Contra literas Petiliani. libro II. Cap. XXIII.

Ad fidem nemo cogēdus.

Augustinus, ad fidem quidem nullus est cogendus inuitus sed per seueritatem, imo & per misericordiam dei tribulationum flagellis solet perfidia castigari. Nūquid quia mores optimi libertate uoluntatis eliguntur, ideo mores pessimi non legis integritate puniuntur, sed tamen male uiuendi ultrix disciplina præpostera est, nisi cum præcedens bene uiuendi doctrina contemnitur. Si qui igitur aduersus uos leges constitutæ sunt, non eis benefacere cogimini, sed malefacere prohibemini, nam benefacere nemo potest, nisi elegerit, nisi amauerit, qui est in libera uoluntate, Timor autem pœnarum, etsi nondum habet delectationem bonæ conscientiæ: saltem intra claustra cogitationis coercet malam cupiditatem. Qui tamen aduersas leges constituerūt quibus uestra cōprimatur audatia, nonne hi de quibus dicit Apostolus: quia non sine causa gladiū portant, ministri enim Dei sunt, uindices in iram ei qui mali agit.

Roma. 13

Cap. LXXXVI. Eodem libro contra easdem Petiliani literas.

Petilianus: Neq; enim dominus deus humano sanguine aliquādo letatus est, cū occisorē fratris Cain in uita carnifice uoluerit pmanere. Augustinus respondit: Si occisori fratris deus noluit inferri mortem, sed relinqui carnifici uitam: uide ne forte hoc sit, quod cum regis cor in manu Dei sit, unde multas ad non commonendos & corripiendos leges ipse constituit: nulla tamē lex regia uos iussit occidi, fortasse propterea, ut quicunq; uestrum in pertinaci sacrilegi furoris aura persistunt. Cain paricidæ supplicio & uita carnifice crucientur. Legimus enim multos à famulo dei Moyse misericorditer interfectos. Nam in eo, quod pro eorum nefario sacrilegio, sic est Dominum deprecatus ut diceret: Domine si dimittis illis peccatum dimitte, sin autem dele me de libro tuo. Ineffabilis eius charitas & misericordia satis apparet. Nunquid ergo subito crudelis effectus est, cum de monte descendēs tot milia iuberet occidi.

Genes. 4. Prouer. 21 Cor regis in manu dei

Exod. 32.

Caput XCII. Eodem libro.

Obiectum. 2. Mach. 7

Petilianus. Quid autem uobis est cum regibus sæculi, quos nunquàm Christianitas nisi inuidos sensit? Quid ut breuiter doceam, Machabeos fratres rex persecutus est? Rex quoq; tres pueros, cum ipse sacrilegus esset, flammis nescius religiosis addixit. Rex quesiuit animam pueri Saluatoris. Rex iustissimum Danielem ferinis morsibus ut putabat obiecit. Ipsumq; dominum Christum iudex nequissimus regis occidit. Inde est quod Apostolus elamat: Sapientiam loquimur inter perfectos &c. quam nemo principum huius mundi cognouit &c. Augustinus respōdit: Quid inquies uobis est, cum regibus sæculi, quos nunquàm Christianitas nisi inuidos sensit? Hoc cum dixisses enumerare conatus es quos reges iusti senserint inimicos, nec considerasti quod plures enumerari possint quos habuerint amicos. Pater Abraam à rege diuinitus admonito ne attaminaret eius uxorem', & amicissime habitus est & munus accepit. Isaac filius eius regem similiter amicissimū expertus est. Iacob in ægyptum à Rege honorabiliter exceptus, eum etiam benedicit. Quid loquar de filio eius Ioseph, qui post carceris tribulationem quo uelut igne sicut aurum castitas eius probata est, magnis ab eo sublimatus honoribus, iurabat etiam per Pharaonis salutē non tanquam typo elatus, sed benecuolentiæ non ingratus. Regis filia Moysen adoptauit. Dauid ad alienigenam regis Israël compulsus iniquitate confugit. Helias ante currum pessimi regis non illius imperio, sed suo cucurrit obsequio. Helisæus hospite mulieri si quid sibi forte à rege per eius intercessionem præstari uellet, etiam ultro offerēdum putauit.

Daniel. 6. Math. 2. Daniel. 6 Mach. 2 1. Cor. 2

Responsiō

Gene. 28

Gene. 26

Gene. 47 Genes. 41

Exod. 2 1. Regū 2 3. Reg. 18.

4. Reg. 4.

Eodem Cap.

Disparitione fertimus Deo.

Omnes enim homines seruire Deo debent, aliter communi conditione qua homines sunt, aliter diuersis donis, quod ille aliud agit in rebus humanis, ille aliud: Non enim auferenda idola de terra, quod tanto ante futurum prædictum est, posset quisquàm iubere priuatus. Habent ergo reges excepta generis humani societate, eo ipso quo reges sunt, unde sic domino seruiant, quomodo non possunt qui reges non sunt. Ista ergo cum cogitant, audiunt & illud, quod de tribus pueris ipse cōmemorasti, & audiunt solennitate mirabili. Tunc enī eadē scriptura maxime in ecclesia canitur, quando ipsa festiuitas feruentiores facit, etiam eos qui cætero anno pigriores sunt. Quid ergo putatis

animi habere christianos imperatores, cum audiunt tres pueros missos in caminum ignis ardētis, quia regi ad iniquitatem adorandi simulachra consentire noluerunt, nisi ut cogitent piam libertatem sanctorum, nec regia potestate, nec pœnæ immanitate posse superari, gaudeantq; se non esse ex numero talium regum, qui contemptores idolorum quasi sacrilegos puniebant? Porro autem cum in sequentibus audiunt eundem Regem, non solum puerorū, sed & flammarum deo seruientium tanto miraculo territum, etiam ipsum cœpisse deo seruire in timore, & exultare cum tremore, & apprehendisse disciplinam. Nonne ideo intelligunt ista esse conscripta, & tanta celebritate recitari, ut & serui Dei ne ad sacrilegium regibus cedant, & ipsis regibus ut ad religionem deo credant proponuntur exempla?

Exempla mouent.

Caput XCVII. Eodem libro.

Aliud obiectum. Psalm. 117

Petilianus, Postremo ut sæpe iam diximus qualis est uestra præsumptio, ut de regibus præsumatis, dicente Dauid: Bonum est sperare in domino quàm sperare in homine. Bonum est sperare in domino, quàm sperare in principibus. Augustinus respondit: Nos non speramus in homine, sed quantum possumus homines admonemus ut in domino sperent. Nec speramus in principibus, sed quantū possumus principes admonemus ut in domino sperent, ut si aliquid à principibus pro utilitate ecclesiæ petimus, non in eos tamen speramus. Neq; enim & Apostolus in illo tribuno speranit tanquàm in principe, à quo sibi egit, ut deductores darentur armati, aut in ipsis armatis tanquàm in hominibus, quorum in multitudine septus euasit insidias perditorum.

Responsio

Et si utimur defensoribus, nō tamē in eis speramus. Actō. 23

Libro III. Contra Cresconium Grammaticum Caput LI.

Reges cum in errore sunt, pro ipso leges contra ueritatem ferunt, cum in ueritate sunt, similiter contra errorem pro ipsa ueritate decernunt, ita & legibus malis probantur boni, & legibus bonis emendantur mali. Rex Nabuchodonosor peruersus legem sæuam dedit, ut simulachrum adoraretur, idem correctus ueram, ne Deus uerus blasphemaretur. In hoc enim reges sicut eis diuinitus præcipitur, deo seruiunt in quantum reges sunt, si in suo regno bona iubeant, mala prohibeant, non solum quod pertinent ad humanam societatē, uerumetiam quæ ad diuinam religionem.

Malis cōcertant bonis legibus Daniel. 3

Regū maxime interest, tueri religionem.

Libro IIII. De trinitate. Caput XII.

Supplicium iudex irrogat reo, causa tamen supplicij non est iustitia iudicis, sed meritum criminis.

Lib. I. de consensu Euangelistarum. Cap. III.

Cum ergo Matthæus circa regis, Lucas circa sacerdotis personam gereret intentionem, utiq; humanitatē Christi maxime commendarunt, Secundum hominem quippe Christus, & rex & sacerdos effectus est, cui dedit Deus sedem Dauid patris sui, ut regni eius non esset finis, & esset ad interpellandum pro nobis mediator Dei & hominum homo Christus Iesus. Non autem habuit tanquàm breuiatorem coniunctum Lucas, sicut Marcū Matthæus. Et hoc fortasse non sine aliquo sacramento, quia regum est non esse sine communum obsequio: Vnde ille qui regiā personam Christi, narrandam susceperat, habuit sibi tanquam comitem adiunctum, qui sua uestigia quodammodo sequeretur.

Luce. 1. 1. Timo. 2.

Marcus abbreuiator mathei.

Libro I. contra epistolam Parmeniani. Cap. VII.

An iustior est priuata uiolentia quàm regia diligentia? Sed hæc omitto, illud quæro, quod manifestè enumerat Apostolus, dicens: Opera carnis quæ sunt, inquit, fornicationes, immunditiæ, contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, commessationes, & his similia. Quid istis uidetur ut crimē idolatriæ putent iustè ab imperatoribus uindicari? Aut si nec hoc uolunt Donatistæ, cur in ueneficos uigorem legum exerceri iustè fateantur, in hæreticos autem atque schismaticos impias dissensiones nolunt fateri, cum in ijsdem iniquitatis fructibus auctoritate Apostolica numerentur? An forte nec talia potestates istas humanæ constitutionis permittuntur curare? Propter quid ergo gladium portat, qui dictus est minister Dei. Vindex in iram eis qui male agunt, nisi forte quemadmodum nonnulli eorum sanè imperitissimi hoc intelligere solent, de honoribus ecclesiasticis dictum esse, ut gladius intelligatur uindicta spiritualis, qui excommunicatione operatur, cum prouidentissimus Apostolus consequenti contextione lectionis satis apperiat quid loquatur. Illic quippe addidit: propter hoc enim tributa præstatis. Ac deinde subiunxit: Reddite omnibus debita, cui tributum tributum, cui uectigal uectigal, cui honorem honorem, cui timorem timorem. Hoc ergo iam restat, ut istis disputationibus suis prohibeāt Christianos tributa persoluere, cum & dominus talia sentientibus Pharisæis, quos imitantur isti nummo in conspectu respondeat: Reddite, inquit, Cæsari quod Cæsaris est, & Deo quod Dei est. Hij uero in utroq; inobedientes atq; impij, nec Deo reddunt Christianum amorem, neq; regibus humanū timorem, ita cæci & insani, ut cum schismaticos suos maximanistas per potestates à catholicis imperatoribus missas de Basilicis excluserint, & ui magna iussionum & auxilio rum cedere sibi compulerint, arguant catholicam, si pro ea catholici principes tale aliquid fieri præceperint.

A minori.

Rom. 13

Tributa & uectigalia persoluenda.

Post pauca ibidem.

Vna generalis imperatorum lex, aduersus omnes qui Christianos sedici uolunt, & ecclesiæ catholicæ non communicant

Lex imperialis cōtra schismaticos

municant, sed in suis separatim conuenticulis congregantur, id continet, ut uel ordinator Clerici uel ipse ordinandus denis libri auri mulctentur. Locus uero ipse quo impia separatio congregatur, redigatur in fiscum. Sunt & aliæ iussiones generales, quibus eis uel faciendi testamenta uel donationes aliquid offerendi facultas adimetur, uel ex donationibus aut testamentis aliquid capiendi. Nam in quadam causa cum homo nobilis imperatoribus supplicasset, quod soror eius quæ de parte Donati fuerat cum defungeretur, nescio in quos communionis suæ, et maxime in quẽ dam Augustinum episcopum eorum plurima contulisset, ex illa generali lege præceptum est, ut omnia fratri rastituerentur, ubi etiam Circumcellionum mentio facta est si more suo uiolenter obsisterent, quo genere auxiliorum et adminiculis repelleremur. Sic enim noti, sic multis prælijs probati sunt, ut de his & supplicatio imperatori fieret, & imperator tacere non posset.

Eadem ratione possent monachis mendicis collata, hæredes repetere.

Circumcelliones fuerunt scismatici, fere per omnia simillimes Catabaptismatis.

Lib. II. de genesi ad literam. Cap. II.

Cum uenitur ad disputationem inquisitionemq; ueritatis, nolunt aduertere sensus suos homines, ex quo opere diuinæ prouidentiæ in eos ueniat imponendæ commotio disciplinæ, Vt si non corriguntur qui puniuntur eorum tamen exemplo cæteri metuat, ualeatq; ad eorum salutem iusta pernicies aliorum. Nunquid enim malitiæ eorum uel nequitiæ Deus auctor est, de quorũ iusta consulit pœna, quibus hoc modo consulendum esse constituit:

In exemplum aliorum puniuntur multi.

In Euangelium Ioannis Tractatu VI.

Quo iure defendis uillas, diuino an humano? respondeant: Diuinum ius in scripturis habemus, humanum ius in legibus regũ. Vnde quisq; possidet quod possidet? Nonne iure humano? Nam iure diuino, domini est terra et plenitudo eius. Pauperes & diuites Deus de uno limo fecit, & pauperes & diuites una terra supportat. Iure tamen humano dicit: Hæc uilla mea est, hæc domus mea, hic seruus meus est. Iure ergo humano, iure imperatorum. Quare? Quia ipsa iura humana per Imperatores & Reges sæculi Deus distribuit generi humano. Vultis legamus leges imperatorum, & secundum ipsas agamus de uillis. Si iure humano uultis possidere, recitemus Leges imperatorum, uideamus si aliquid uoluerũt ab hæreticis possideri. Sed quid mihi est Imperator? secũdum ius ipsius possides terram. Aut tolle iura Imperatorum, & quis audet dicere: mea est illa uilla, aut meus est ille seruus, aut domus hæc mea est? Si autem ut teneantur ista ab hominibus, iura acceperunt regum, uultis recitemus leges, ut gaudeatis, quia uel unum horum habeatis, & non imputetis nisi mansuetudini colũbæ, quia uel ibi uobis permittitur permanere? leguntur enim leges manifestè, ubi præceperunt imperatores, eos qui præter ecclesiæ catholicæ cõmunionem usurpant sibi nomen Christianũ, nec uolunt in pace colere

Iure diuino omnia communia

Iure humano suũ quisq; possidet. Psalm. 23.

pacis auctorem, nihil nomine ecclesiæ audeant possidere. Sed quid nobis & imperatori? sed iam dixi de iure humano agitur. Et tamen Apostolus uoluit seruiri Regibus, uoluit honorare Reges, & dixit: Reges reuerimini. Noli dicere, quid mihi & regi? Quid tibi ergo & possessioni? per iura regum possidentur possessiones. Dixisti quid mihi & regi? Noli dicere possessiones tuas, quia ad ipsa iura humana renunciasti quibus possidentur possessiones. 1. Petri 2.

Tractatu II.

Quando uult Deus concitare potestates aduersus hæreticos, aduersus scismaticos, aduersus dissipatores ecclesiæ, aduersus exufflatores Christi, aduersus blasphematores baptismi, non mirentur quia Deus concitat, ut à Sara uerberetur Agar, cognoscat se Agar, supponat ceruicem, quia cum humiliata discederet à domina sua, occurrit ei angelus & dixit: Quid est Agar ancilla Saræ? Cum conqueri esset de domina quid audiuit de angelo? Reuertere ad dominam tuam. Ad hoc ergo affligitur ut reuertatur, atq; utinam reuertatur, quia proles eius sicut filij Iacob, cum fratribus hæreditatem tenebit. Mirantur autem, quia commouentur potestates Christianæ aduersus detestandos dissipatores ecclesiæ. Si non ergo mouerentur, & quomodo redderent rationem de imperio suo deo? Intendat charitas uestra quid dicam, quia pertinet hoc ad reges sæculi Christianos, ut temporibus suis pacatam uelint matrem suam ecclesiam habere, unde spiritaliter nati sunt. Legimus Danielis uisiones & gesta prophetica. Tres pueri in igne laudauerunt dominum, miratus est Nabuchodonosor rex laudantes Deũ pueros, & circa eos ignẽ non nocentem. Et cum admiratus esset, quid ait Nabuchodonosor rex: Non uel Iudæus uel circumcisus ille qui statuam suam erexerat, & ad eam adorandã omnes coëgerat, tamen laudibus trium puerorũ commotus, ubi uidit maiestatem dei præsentis in igne, quid ait: Et ego proponam decretum omnibus tribubus & linguis in omni terra? Quale decretum? Quicunq; dixerit blasphemiam in deum Sidrac, Misac & Abdenago, in interitu erunt, et domus eorum in perditionem. Ecce quomodo sæuit Rex alienigena, ne blasphemetur deus Israël, qui potuit tres pueros de igne liberare, & nolunt ut seuiant reges Christiani quia Christus exufflatur, à quo non tres pueri, sed orbis terrarum cum ipsis regibus à gehennarũ igne liberantur. Nam tres illi pueri, fratres mei liberati sunt ab igne temporali. Nunquid non ipse Dominus Machabeorum, qui & trium puerorum? Illos ab igne liberauit, illi in tormentis igneis corpore defecerunt. Sed in legitimis mandatis animo permanserunt. Illi aperte liberati sunt, illi occultè coronati sunt. Plus est liberari de flamma gehennarum, quàm de fornace potestatis humanæ. Si ergo Nabuchodonosor Rex laudauit & prædicauit, & gloriam dedit Deo, quia liberauit de igne tres pueros, & tantam gloriam dedit ut decretum mitteret per Regnum suum,

Deus potestates huius sæculi, aduersus dissipatores ecclesiæ cõcitat.

Gene. 16

Daniel. 3

2. Mach. 7

quicunq; dixerint blasphemiam in deum Sidrac, Misac, et Abdenago, in interitu erunt, & domus eorum in perditionem, Quomodo isti Reges non moueantur, qui nõ tres pueros attendunt liberatos de flamma, sed seipsos liberatos de gehenna, quando uident Christum à quo liberati sunt exufflari in Christianis, quando audiũt dici Christiano, dic te non esse Christianum? Talia facere uolunt, & saltem talia pati nolunt. Nam uidete qualia faciunt Donatistæ & hæretici, & qualia patiuntur. Occidunt animas, affliguntur in corpore. Semipiternas mortes faciũt, & temporales se perpeti conqueruntur. Et tamen quæ patiuntur proferunt nobis nescio quos in persecutione suos martyres.

Non mirũ quod affliguntur corpore qui animas perdunt.

Tractatu XLI.

Aliquando fugiunt homines ad ecclesiam, & plerũq; eos patimur tanquàm indisciplinatos, uolentes carere diuinis qui nolunt carere peccatis. Aliquando etiam illicito iugo & improbo subiecti fugiunt ad ecclesiam, quia retinentur ingenui ad seruitutem, & interpellatur episcopus. Et nisi curet operam impendere, ne ingenuitas opprimatur immisericors deputatur. Ad Christum omnes fugiemus, contra peccata deum liberatorem interpellemus. Venales nos petamus, ut eius sanguine redimamur: dicit enim dominus: Gratis uenundati estis & sine argento redimimini.

De his qui ad ecclesiã fugiunt.

Vera libertas. Isa. 52.

In Apocalypsim homilia. VII.

Et ex ore eorum exijt, ignis, fumus & sulphur, id est, blasphemiæ de eorum ore egrediuntur. In caudis quæ erant similes serpentibus. Sicut iam supra dictum est, principes sunt autem præpositi hæreticorum, per quos ledere consueuit diabolus. Aut enim sacrilegi reges male iubendo aut sacrilegi sacerdotes male docendo nocent.

Candẽ simitis serpentis, sunt sacrilegi reges & sacerdotes.

De XII. abusionum gradibus. Gradu VI.

Sextus abusionis gradus est: Dominus sine uirtute Quia nihil proficit dominandi habere potestatem, si dominus ipse non habeat uirtutis rigorem. Sed hic uirtutis rigor non tam exteriori fortitudine, quæ & ipsis secularibus dominis necessaria est, indiget, quam animi interiori fortitudine bonis moribus exerceri debet. Sæpe enim dominandi fortitudo per animi negligentiam perditur. Sicut de Heli sacerdote factum fuisse comprobatur. Qui cum per seueritatem iuditij peccantes filios non coercuit, in eorum uindictam dominus uelut consentientem ferociter nõ pepercit. Tria ergo necessaria hos qui dominantur habere oportet: terrorem scilicet, ordinationem et amorem. Nisi enim ametur dominus & metuatur, ordinatio illius minime stare poterit. Per beneficia ergo & affabilitatem procuret ut diligatur, & per iustas uindictas, non propriæ iniuriæ, sed legis Dei studeat ut metuatur. Propterea quoque cum multi pendent in eo, ipse Deo adherere debet, qui illum in ducatum constituit, qui ad portandũ multorum onera ipsum ueluti fortiorem solidauit. Pax enim illius nisi bene fixus firmiter alicui fortiori adhereat, omne quod in eo pendet cito dilabitur, & ipse solutus à rigore suæ firmitatis cum oneribus ad terram dilabitur. Sic et princeps, si suo conditori pertinaciter adhæserit, & ipse et omnis qui ei consentit cito deperit. Quidam namq; per dominandi officium plus deo appropinquãt, quidam impositio sibi dignitatis honore deteriores fiunt, Moyses enim accepto populi ducatu, familiarius Dei locutionibus utebatur: Saul uero filius Cis, postquam sceptrum regni suscepit, per inobedientiæ superbiam Deum offendit. Rex Salomon postquam patris domini sui Dauid sedem obtinuit, Deus illum ultra omnes mortales uelut ad innumerosi populi gubernationem sapientiæ munere ditauit. Econtrario uero Hieroboam seruus Salomonis, postquam regni domus Dauid partem occupauit, ad idolorum culturam decem tribus Israël, qui erat in parte Samariæ diuertit. Per quæ exempla euidenter ostenditur quosdam in sublimiori statu ad maiorem perfectionem crescere, quosdã uero per superciliũ, dominationis ad deteriora defluere, per quod utrumq; intelligitur, cosqui ad meliora conscendunt per uirtutem animi & Dei auxilium posse id facere, & eos qui ad deteriora diuertuntur, per mentis imbecillitatem pariter & negligentiam errare. Vnde dominum absq; uirtute fieri non decet, quam uirtutem sine Dei auxilio nullatenus habet. Qui enim multa tuetur, si non habet fortitudinem animi, non ualet id agere, quoniã magna magnis infestationibus uel aduersitatibus solent laborare. Omnis igitur qui præest, hoc primitus tota animi intentione procuret, ut per omnia de Dei adiutorio omnino non dubitet. Si namq; ceperit in actibus suis auxiliatorem habere dominum dominorũ, nullius hominũ contemptum poterit habere eius dominatum. Non enim est potestas nisi à deo. Ipse enim eleuat de stercore egenum, & sedere facit cum principibus populi sui, & deponit potentes de sede, & exaltat humiles, ut subditus fiat omnis mundus Deo, & erigatur gloria Dei.

1. Regũ 15. Exod. 33. 3. Reg. 3 3. Reg. 12 Rom. 13 Psalm. 112 Luc. 1

Eodem libro, Gradu IX.

Nonus abusionis gradus est, Rex iniquus. Etenim regem non iniquum, sed correctorem iniquorum esse oportet. Inde in semetipso nominis sui dignitatem custodire debet. Nomen enim regi intellectualiter hoc retinet, ut subiectis omnibus rectoris officium procuret. Sed qualiter alios corrigere poterit, qui proprios mores si iniqui sint, non corrigit? Quoniam in iustitia regis exaltatur solium, & in ueritate Regis solidantur gubernacula populorũ. Iustitia uero Regis est neminem iniuste per potentiam opprimere, sine acceptione personarũ inter uirũ et proximum suũ iudicare, aduenis & pupillis & uiduis deferre esse

Officiũ & iustitia regis.

esse, furta cohibere, adulteria punire, iniquos non exaltare, impudicos & histriones non nutrire, impios de terra perdere, parricidas & peierantes uiuere non sinere ecclesias defendere, pauperes elemosynis alere, iustos super regni negotia constituere, senes & sapientes et sobrios consiliarios habere, Magorum & hariolorum & phitonissarum neq; superstitionibus nō intendere, iracundiā suā differre, patriam fortiter & iustè contrà aduersarios defendere, per omnia in Deo confidere, prosperitatibus non eleuare animum, cuncta aduersa patienter tolerare, fidem catholicam in Deum habere, filios suos non sinere impiè agere, certis horis orationibus insistere, ante horas congruas non gustare cibum. Væ enim terræ cuius Rex puer est, & cuius principes manè comedunt. Hæc regni prosperitatem in præsenti faciunt, & regem ad cœlestia regna meliora perducunt. Qui uero regnum, secūdum hanc legem non dispensat, multas nimirum aduersitates imperij tolerat. Idcirco enim pax populorum sæpe rumpitur, & offendicula de regno suscitantur, terrarum quoq; fructus diminuuntur, & seruitia populorum impediuntur, multi & uarij dolores prosperitatem regni inficiunt, chārorum & liberorum mortes tristitiam conferunt, hostiū incursus prouincias undiq; uastant. Bestiæ armentorum, & pecorum greges dilacerant, tempestates aeris & hemisperia turbata terrarum fœcunditatem, & maris ministeria prohibent, & aliquando fulminū ictus segetes, et arborum flores & pampinos quosq; exurit. Super omnia uero Regis iniustitia, non solum præsentis imperij faciem offuscat, sed etiā filios suos et nepotes, ne post se regni hæreditatem teneant, obscurat. Propter piaculū enim Salomonis regnum domus Israhēl dominus de manibus filiorū suorum disperſit. Et propter iustitiam Dauid reges lucernam de semine eius semper in Hierusalem reliquit. Eccè quantum iustitia regis sæculo ualet, intuentibus perspicuè patet. Est enim pax populorū, tutamen patriæ, immunitas plebis, monimentum gentis, cura languorum, gaudiū hominū, temperies aeris, serenitas maris, terræq; fœcunditas, solatium pauperum, hæreditas filiorum, & sibimet ipsi spes futuræ beatitudinis. Attamen sciat Rex, quod sicut in trono hominū primus constitutus est, sic & in pœnis si iustitiam non fœcerit primatū habiturus est. Omnes namq; quoscunq; peccatores sub se in præsenti habuit, supra se modo implacabili in illa futura pœna habebit.

Histriones non nutriēdi.

Quales deb eant esse a consilijs regis.

Eccles. 3.

3. Regū. 12

Potentes potenter tormenta patientur. Lucæ. 16

De continentia Caput V.

Apud homines enim Iudices, quoniam falli possunt, quacunq; uelut purgare fallacia, quod perperam factum est prodesse aliquid uidetur ad tempus, apud Deum autē qui falli non potest, non est adhibenda fallax defensio, sed uerax confessio peccatorum.

Humanus iudex falli potest, deus autem non

In libro de pœnitentiæ medicina Caput III.

Pleriq; autē boni Christiani, propterea tacent & sufferunt aliorum peccata qui nouerunt, quia documentis sæpe deseruntur, & ea quæ ipsi sciunt, iudicibus ecclesiasticis probare nō possunt. Quamuis enim uera sint quædā, non tamen iudici facile credenda sunt, nisi certis inditijs demonstrentur. Nos uero à communione prohibere quēquàm non possumus, quamuis hæc prohibitio nondū sit mortalis, sed medicinalis, nisi aut sponte confessum, aut in aliquo siue sæculari, siue ecclesiastico iuditio nominatum atq; conuictum. Quis enim sibi utrūq; audeat assumere, ut cuiquàm sit ipse, accusator & iudex.

Iudicārē debet Iudex secundum allegāta & probata.

Libro de rectitudine Catholicæ conuersationis.

De iudicibus.

Iudices etiam qui præestis iustissime iudicate, nihil in iuditio iniustè agatis, nec munera super innocentes accipiatis, non ad personam attendatis, nec res alienas rapaci fronte accipiatis & diripiatis, quia de uestris quid uel super noctem agatur, nescitis. Pauperes uel aduenam nullatenus in iuditio opprimatis, timentes illud quod ueritas dicit, quia in quo iuditio iudicaueritis, iudicabimini, & qua mensura mensi fueritis remetietur uobis. Cauete semper ne de uobis Prophetā dicat: Væ qui potentes estis in hoc mundo, qui iustificatis impium pro muneribus, & iustitiam iusti aufertis ab eo. Væ qui dicitis bonum malū, & malum bonum, labia uestra loquuntur mendatia, manus uestræ plenæ sunt iniquitate, facta est uobis ueritas in obliuionem, & iustitia fugit à uobis.

In uiolentos.

Mat 7.

Esa. 5

Cōtra mūnerum accēptores.

In lib. quæstionum ueteris & noui Testamenti. Caput XV.

Nimia iustitia incurrit peccatum, temperata uero iustitia facit perfectos. Non enim sine malitia est, qui multū est iustus, quia peccantibus ad singula si respondeas, non deerit ubi pecces, deniq; Dei temperata iustitia est, Peccātibus enim aliquādo ignoscit, aliquando irascitur, aliquādo reddit, non quātum digni sunt, sufferet enim eos, ut sint qui proficiāt. Lex enim quia seipsam mollire non potest, mitiganda est ut possit prodesse sub se agentibus. Hic ergo iustus non est nimium, qui Dei imitator est.

Eccle. 7

Summum ius, summa malitia.

Eodem libro. Cap. XVI.

Viri sublimis culpa graue peccatum est. Quanto enim persona eius supplicior est, tanto magis leue delictum est eius. Quod ergo à summo uiro, utpote à ductore populi fit, acerbissimum est peccatum.

Conditiō hominis aggrauat peccatum.

Eodem libro, quæstio XXXIIII.

Nulli dubium est bona omnia à Deo esse, Mala autem quæ dixi, nobis mala sunt, dū uindicatur de nobis. Pœna enim quamuis iuste inferatur, patienti tamen mala uidetur. Nam & per Prophetam ad peccatores loquitur deus dicens: Faciam uobis malā, id est, pœnis uos agam.

Omnia à deo bona, etiam malū pœnæ.

j. Reg. 26.

Ibidem quæstio. XXXV.

Non nescius Dauid diuinam esse traditionē in officio ordinis regalis, idcirco Saul in eadem adhuc traditione positum honorificat, ne deo iniuriā facere uideretur, qui his

Dei imago rex, episcopus Christi

ordinibus honorem decreuit, Dei enim imaginem habet rex, sicut & episcopus Christi. Quamdiu ergo in ea traditione est, honorandus est, si non propter se, uel propter ordinem. Vnde Apostolus: Omnibus inquit potestatibus sublimioribus subditi estote. Non est potestas nisi à Deo. Quæ enim sunt, à Deo ordinata sunt. Hinc est ut gentilem in potestate tamen positum honorificamus, licet ipse indignus sit, qui Dei ordinem tenens gratias agit diabolo. Potestas enim exigit, quia meretur honorem. Nam ideo Pharaoni futuræ famis somnium reuelatum est, & Nabuchodonosor alijs secum assistentibus solus filium Dei uidit in camino ignis non utiq; merito suo, qui in idolo se adorari uoluit, sed merito ordinis regalis.

Rom. 3

Magistratus gentilis honorand⁹ multo magis Christianus.

Genes. 41.

Daniel. 3.

Quæstionum CXIIII.

Olim ungebantur reges q portant imaginem Christi.

Apud maiores enim nostros qui in reges ungebantur, Christi uocabantur, habentes imaginem Christi uenturi, qui natus de Deo patre in regem non immerito Christus appellatur, quia quod istis Chrisma, illi dedit natiuitas, quē quamdiu ignorant pagani, reprobant, Cum autem cognouerint, diligentius excolunt gaudentes, quia de malo transierunt ad bonum.

De uera innocentia Caput XXXIIII.

Quōmodo ferēdi principes, et domini a subditis.

Ita à plebibus principes, & à seruis domini sunt ferendi, ut sub exercitatione tolerantiæ sustineātur temporalia, & sperētur æterna. Auget enim merita uirtutis, qui propositum non uiolat religionis.

Ibidem Caput CXXIIII.

Vera libertas.

Libera semper est seruitus apud Deum, cui nō necessitas seruit sed charitas.

Eodem lib. Caput CLXIII.

Pax domestica est ordinata cohabitantium imperandi obediendiq; concordia. Imperant enim qui consulunt, sicut uir uxori, parentes filijs, domini seruis. Obediunt autem quibus consulitur, sicut mulieres maritis, filij parentibus, serui dominis. Sed in domino iusti uiuentes ex fide, & ab illa adhuc ciuitate peregrinantes, etiam qui imperant seruiunt eis, quibus uidentur imperare, quia non dominandi cupiditate imperant, sed officio consulēdi, nec principandi superbia, sed prouidendi beneficio.

Principes Christiani & iusti uiuētes ex fide, non imperant sed seruiūt subditis.

Cap. CLXIIII

Seruitꝰ nō a natura sed per peccatū & culpam est. Ioan. 8

Nomen & conditionem seruitutis culpa genuit, non natura, & prima huius subiectionis causa est peccatū, quia sicut scriptum est: Omnis qui facit peccatum seruus est peccati. Vnde melior est eius status qui famulatur homini, quàm qui seruit suæ cupiditati.

Caput CLXXIII.

Deus præponitur omnibus potestatibus.

Sicut in potestatibus societatis humanæ maior potestas minori ad obediendum præponitur, ita Deus omnibus:

Cap. CCXLII.

Vere Rex est qui uitijs imperat & uincit.

Non caret regia potestate, qui corpori suo nouerit rationabiliter imperare. Vere enim dominator est terræ, qui carnem suam regit legibus disciplinæ.

Contra epistolam Manichei.

Caput I.

Ad medicinam uindicatur.

Quicquid diuinitus ante ultimum illud iuditium uindicatur, siue per improbos, siue per iustos, siue per nescientes, siue per scientes, siue occultè, siue palam, non ad interitum hominum, sed ad medicinam ualere credendum est, quam qui respuerint, extremo supplicio præparantur. Quapropter cum in hac uniuersitate rerū, alia sint quæ ualent ad corporalem uindictam, sicut ignis & uenenum & morbus, & cætera huiusmodi, alia quibus apud semetipsum non molestijs corporis sui, sed cupiditatum suarum laqueis animus puniatur, sicut est damnum, exilium, orbitas, contumelia, & his similia. Quædam uero non sunt cruciamenta, sed quasi fomenta languentium, ut sunt consolationes, exhortationes, disputationes, & quæcūq; sunt talia. Horum omnium quædam etiam per malos nescientes operatur summa dei iustitia, quædam per scientes bonos.

Lib. I. de doctrina Christiana.

Caput XXIII.

Dominandi pari appetitu intolerabilis est superbia.

Cum uero etiam eis qui sibi naturaliter pares sunt, hoc est, hominibus dominari affectat, Intolerabilis omnino superbia est.

Lib. III. confessionum. Caput VIII.

Dei præceptum sine omni mora & cunctatione impletum.

Quæ contra mores hominum sunt, flagitia, pro morum diuersitate uitanda sunt, ut pactum inter se ciuitatis, aut gentis consuetudine uel lege firmatum nulla ciuis aut peregrini libidine uioletur. Turpis enim omnis pars est suo uniuerso non congruens. Cum autem Deus aliquid contra morem aut pactum quorumlibet iubet, & si numquam ibi factum est, faciendum est, & si omissum, instaurandum, & si institutum non erat, instituendum est. Si enim regi licet in ciuitate cui regnat iubere aliquid, quod neq; ante illum quisquam, nec ipse unquam iusserat, & non contra societatem ciuitatis eius obtemperatur, imo cōtra societatem non obtemperatur. Generale quippe pactum est societatis humanæ, obedire regibus suis, quanto magis Deo regnatori, uniuersæ creaturæ suæ ad ea quæ iusserit, sine dubitatione seruiendum est. Sicut enim in potestatibus societatis humanæ, maior potestas minori adobediendum præponitur, ita Deus omnibus.

De natura boni aduersus Manicheos. Caput XXXII.

Quare mali principentur & ad quid.

Item quia etiam potestas non est nisi a deo, sicut scriptum est loquente sapientia: Per me reges regnant, & tyranni per me tenent terrā. Dicit et Apostolus: non est potestas nisi à deo. Digne autem fieri in libro Iob scriptum est: Qui regnare facit inquit hypocritā hominē, propter peruersitatē populi. Et de populo Israël dicit deus: Dedi eis regem in ira mea. Iniustum enim non est, ut improbis accipientibus nocendi potestatem et bonorū patientia probetur, & malorum iniquitas puniatur. Nam per potestatem Diabolo datam, & Iob probatus est ut iustus

Prouer. 8. Roma. 13 Iob. 34

Oseæ 13

Iob. 1

appareret

Matth. 26. 2. Corin. 12 Matth. 27. appareret: Et Petrus temptatus est, ut non de se præsumeret: Et Paulus colaphizatus ne se extolleret: Et Iudas damnatus, ut se suspenderet. Cum ergo per potestatem quam diabolo dedit omnia iustè ipse deus fœcerit, non tamen pro his iustè factis, sed pro iniqua nocendi facultate et uoluntate, quæ ipsius diaboli fuit, ei reddetur in fine supplicium, cum dicetur impijs, qui eius nequitiæ consentire perseuerarint: Ite in ignem æternum, quem parauit pater meus diabolo & angelis eius. Matth. 25.

Lib. I. quæstion. Euangeliorum, Cap. XXII.

Matth. 17. Liberos ad ferit illos a uectigalib⁹, qui diuino mysterio sũt dediti. Quòd ait Christus, Ergo liberi sunt filij cũ tributum exigerent. In omni regno intelligendum est esse filios liberos, id est, non esse uectigales. Multo ergo magis liberi esse debent in quolibet regno terreno filij regni illius, sub quo sunt omnia regna terræ.

Libro III. de libero arbitrio. Cap. XVIII.

Nemini a deo iniuste pœna infligitur. Omnis pœna si iusta est, peccati pœna est, & supplicium nominatur. Si autem iniusta est pœna, quã pœnam esse nemo ambigit iniusto aliquo dominante, homini imposita est. Porrò quia de omnipotentia dei & iustitia dubitare dementis est, iusta hæc pœna est, & pro peccato aliquo penditur. Non enim quisquam iniustus dominatur, aut surripere hominem potuit uelut ignorante deo, aut extorquere inuito tanquàm inualidiori, uel terrendo uel confligendo, ut hominem iniusta pœna cruciaret. Relinquitur ergo ut hæc pœna iusta de damnatione hominis ueniat,

De uera religione, Cap. XXXI.

Iudici non licet iudicare leges, sed secundum ipsas. Sicut in istis temporalibus legibus, quanquàm de his homines iudicent cum eas instituũt, tamen cum fuerint institutæ atq; firmatæ, non licebit iudici de ipsis iudicare, sed secundum ipsas. Conditor tamen legum temporalium, si uir bonus est & sapiens illam ipsam consulit æternam, de qua nulli animæ iudicare datum est, ut secundum eius incommutabiles regulas, quid sit pro tempore iubendum, uetandumq; discernat. Aeternam igitur legem fas est mundis animis cognoscere, iudicare autem non fas est. Hoc autem interest quod ad cognoscendum satis est, ut uideamus ita esse aliquid uel non ita. Ad iudicandum uero addimus aliquid quo significamus posse esse & aliter, uelut cum dicimus, ita esse debet, aut ita esse debuit, aut ita esse debebit, ut in suis operibus artifices faciunt.

Libro I. de sermone Domini in monte, Q.

Nota historiam satis miserandã. Magstratuũ arguit. Acindinus Antiochiæ temporibus Constantij præfectus, qui etiam consul fuit, cum quendam libræ auri debitorem fisci exigeret, nescio unde commotus, quod plerunq; in istis potestatibus periculosum est, quibus quodlibet licet aut potius putatur licere, comminatus est iurans & uehementer adfirmans, quòd si certo die quem constituerat, memoratum aurum non exolueret, occideretur. Itaq; cum ille teneretur immani custodia, nec se posset debito illo expedire dies metuendus imminere & propinquare cœpit, & fortè habebat uxorem pulcherrimam, sed nullius pecuniæ qua subuenire posset uiro, cuius mulieris pulchritudine cũ quidam diues esset accensus, & cognouisset maritum eius in illo discrimine constitutum, misit ad eam pollicens, pro una nocte si ei misceri uellet se auri libram daturum. Tum illa quæ se sciret non se habere sui corporis potestatem, sed uirum suum, pertulit ad eum dicens paratam se esse pro marito id facere, si tamen ipse coniugalis corporis dominus, cui tota illa castitas deberetur, tanquàm de re sua, pro uita sua uellet id fieri. Egit ille gratias, & ut id fieret imperauit, nullo modo iudicans adulterinũ esse concubitum, quòd & libido nulla, & magna mariti charitas se iubente & uolente flagitaret. Venit mulier ad uillam illius diuitis, fœcit quod uoluit impudicus, sed illa corpus non nisi marito dedit, non concumbere, ut solet, sed uiuere cupienti accepit aurum. Sed ille qui dedit fraude subtraxit quod dederat, & supposuit simile ligamentum cum terra. Quod ubi mulier iam domui suæ posita inuenit, prosiluit in publicum, eadem mariti charitate clamatura quod fœcerit, quæ facere coacta est interpellat præfectum, fatetur omnia, quam fraudem passa esset ostendit. Tunc uero præfectus primo sibi reus quod suis minis ad id uentum esset pronunciat, tanquàm in alium sententiam diceret, de Acindini bonis auri libram fisco inferendam: Illam uero mulierem dominam in eam terram, unde pro auro terram accepisset induci. Nihil hic in aliquam partem disputo, liceat cuiq; æstimare quod uelit: Non enim de diuinis auctoritatibus deprompta historia est, sed tamen narrato hoc facto non ita respuit hoc sensus humanus: quòd in illa muliere uiro iubente commissum est, quemadmodum antea cum sine ullo exemplo res ipsa poneretur, horruimus.

Contra Adimantum Manichæi discipulum, Cap. VIII.

Priuatis dicitur in uetere instrumẽto. Matth. 5. Audistis quia dictum est antiquis, Oculum pro oculo, & dentem pro dente: Ego autem dico uobis, non resistere malo, Sed siquis te percusserit in maxillam, præbe illi & alteram: Et quicunq; uoluerit tecum iuditio contendere, & tunicam tuam auferre, dimitte illi & pallium. In quibus duabus sententijs reuera duorum testamentorum differentia demonstratur, sed amborum tamen ab uno deo constitutorum. Nam quoniam primo carnales homines ardebant multo amplius se uindicare quàm erat illa iniuria, de qua quærebantur, constitutus est eis primus leuitatis gradus, ut iniuriæ acceptæ mensuram nullo modo dolor uindicantis excederet. Sic enim & donare aliquando posset iniuriam, qui eam primo non superare didicisset. Vnde dominus iam per Euangelij gratiam ad summam pacem populum deducens, huic gradui superædificauit alterum, ut qui iam audierat non ampliorem uindictam quàm quisque læsus esset reddere, placata mente totum se donare gauderet. Nihil derogat potestati magistratus.

In expositione quarundam propositionum ex epistola ad Roman.

Propositione LXXII.

Roman.13

Quòd autem ait Apostolus: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas nisi à deo. Rectissimè admonet, ne quis ex deo quod à domino suo in libertatem uocatus est, factus Christianus, extollatur in superbia, & non arbitretur in huius uitæ itinere seruandum esse ordinem suum, ut potestatibus sublimioribus, quibus pro tempore rerum temporalium gubernatio tradita est, existimet non se esse subdendum. Cum enim

Corpore potestatibus nos subditos esse oportet.

constemur ex anima et corpore, quamdiu in hac uita temporali sumus, etiam rebus temporalibus ad subsidium huius uitæ degendæ utamur, oportet nos ex ea parte, quæ ad hanc uitam pertinet, subditos esse potestatibus, id est, hominibus res humanas cum aliquo honore administrantibus. Ex illa uero parte qua credimus deo, & in regnum eius uocamur, non nos oportet esse subditos cuiquam homini, idipsum in nobis euertere cupientes, quòd deus ad uitam æternam donare dignatus est. Si quis ergo putat quoniam Christianus est, non sibi esse uectigal

Fide deo obedire iubemur, & non homini.

reddendum, aut tributum, aut non esse exhibendum honorem debitum eis, qui hæc curant potestatibus, in magno errore labitur. Sed modus iste seruandus est, quem deus ipse præscribit, ut reddamus Cæsari quæ Cæsaris sunt, & deo quæ dei sunt. Quanquàm enim ad illud regnum uocemur, ubi nulla erit potestas huiusmodi, in hoc tamen itinere dum agimus donec perueniamus ad illud sæculum ubi fit euacuatio omnis principatus & potestatis, conditionem nostram pro ipso rerum humanarum ordine toleremus, nihil simulatè facientes, et in eo ipso non tam hominibus quàm deo, qui hæc iubet obtemperantes.

Propositio. LXXIII. ibidem.

Roman.13

Quòd autem ait: Vis non timere potestatem, bonum fac & habebis laudem ex ea. Potest mouere aliquos, cum cogitauerunt ab istis potestatibus persequutionem se passos fuisse: Christiani ergo non faciebant bonum, non solum non sunt laudati ab istis potestatibus, sed & pœnis adfecti & necati sunt. Considerandæ ergo sunt uerba Apostoli, non enim ait, Bonum fac, & laudabit te potestas: sed ait,

Tyrannus etsi sibi in malum, fidelibus tamen in bonum, dei minister est.

Bonum fac, & habebis laudem ex illa, uel cum eam in obsequium dei lucratus fueris, uel cum eius persequutione coronam merueris. Hoc etiam in consequentibus intelligitur, cum dicit: Dei enim minister est, tibi in bonum etiam si sibi in malum.

Propositio LXXIIII. eodem libro.

Nõ resistendũ potestati etsi quippiã nobis auferre uoluerint

Quòd autem ait: Ideoq; necessitate subditi estote. Ad hoc ualet, ut intelligamus quia necesse est propter hanc uitam subditos nos esse oportere, non resistentes si quid illi auferre uoluerint, in quo sibi potestas data est de temporalibus rebus, quæ quoniam transeunt: ideo & ista subiectio non in bonis quasi permansuris, sed in necessarijs huic tempori constituenda est: tamen quoniam dixit, Necessitate subditi estote, ne quis non integro animo & pura dilectione subditus fieret huiusmodi potestatibus, addidit dicens: Non solum propter iram, sed etiam propter conscientiam, id est, non solum ad iram euadendam, quod potest etiam simulatè fieri, sed ut in tua conscientia certus sis illius dilectione te facere cui subditus fueris, Iussu domini tui, qui omnes uult saluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire. Et hoc enim cum diceret Apostolus de ipsis potestatibus, aiebat: Hoc est quod seruis alio loco suadet, 1. Timot. 2
Non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, ut id ipsum quod subduntur dominis suis non eos oderint, aut Ephes. 6.
fallatijs promereri desiderent.

Super III. caput epistolæ ad Galat.

Nam nunc quàmuis primitias habentes spiritus, qui Roman. 8.
uita est, propter iustitiam fidei, tamen quia adhuc mortuum est corpus propter peccatum: differentia ista uel gentium, uel conditionis, uel sexus iam quidem ablata est ab unitate fidei, sed manet in conuersatione mortali, eiusq; ordinem in huius uitæ itinere seruandum esse & Apostoli præcipiunt, qui etiam regulas saluberrimas tradunt, quemadmodum secum uiuant pro differentia gentis Iudæi & Græci, & pro differentia conditionis domini & serui, & differentia sexus uiri & uxoris, uel si qua talia
occurrunt, & ipse prior dominus, qui ait: Reddite Cæsari quæ Cæsaris sunt, & deo quæ dei sunt. Alia sunt enim quæ seruamus in unitate fidei sine ulla distantia, & alia in ordine uitæ huius tanquàm in uia, ne nomen dei & doctrina blasphemetur. Et hoc non solum propter iram, ut effugiamus offensionem hominum, sed etiam propter conscientiam, ut non simulatè quasi ad oculos hominum faciamus, sed pura dilectionis conscientia propter deum, qui 1. Timot. 2
omnes homines uult saluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire.

Matth. 22.

Libro LXXXIII. quæstionum

Quæstion. XXXI.

Iustitia quid sit.

Iustitia est habitus animi communi utilitati conseruata, suam cuiq; tribuens dignitatem. Eius initium est à natura profectum, deinde quædam in consuetudinem ex utilitatis ratione uenerunt. Postea res ex natura profectas, & consuetudine probatas legum metus & religio sanxerunt.

Eodem libro, Quæstion LIII.

Deus enim noster hic ad salutem animarum diuinos libros spiritusancto moderatus est, ut non solum manifestis pascere, sed etiam obscuris exercere nos uellet. Ex hac igitur ineffabili atq; sublimi rerum administratione, quæ fit per diuinam prudentiam, quasi transcripta est naturalis lex in animam rationalem, ut in ipsa uitæ huius conuersatione, moribusq; terrenis homines talium distributionum imagines seruent. Hinc est quòd iudex damnatum percutere indignum suæ personæ & nepharium iudicat, eius tamen iussu hoc facit carnifex, qui pro sua cupiditate sic ordinatus est in officio, ut percutiat legum moderationẽ

damnati uitæ

damnatum, qui posset etiam innocentem sua crudelitate percutere. Nam neq; per seipsum hoc iudex facit, neq; per principem, uel aduocatum, aut aliquem in officio suo, cui tale ministerium non conuenienter imponitur. Hinc est etiam quòd irrationabilibus animantibus utimur ad eas res, quas per homines agi nepharium est. Nam utique dignus est fur morsu lacerari, id tamen homo non per seipsum agit, aut per filium, aut per domesticum, aut etiam per famulum suum, sed per carnificem bestiam, quam bestiam talia pro naturæ suæ gradibus decet facere. Cum igitur quosdam pati aliquid deceat, quod alios facere non deceat: ministeria quædam sunt media, quibus digna iunguntur officia, ut eis utens ipsa iustitia, non solum talia pati quenq; imperet, qualia pati cum decet, sed etiam his facientibus, quos talia facere non minus decet.

Nota de terroribus, fictoribus, & carnificibus, qui ad pria cupiditate et alibus delectantur.

De correctione Donatistarum, ad Bonifacium, Cap. VI.

Galat. 6.

Sicut ergo dicit Apostolus, Infatigabiles cum tempus habemus, operemur bonum omnes, qui possunt catholicorum peccatorum sermonibus, qui possunt catholicorum principum legibus, partim per eos, qui diuinis admonitionibus, partim per eos, qui iusßis imperialibus parent, omnes ad salutem uocentur, omnes à pernicie reuocentur. Quia & imperatores quando pro falsitate contra ueritatem constituunt malas leges, probantur benè credentes, & coronantur perseuerantes: Quando autem pro ueritate contra falsitatem, constituunt bonas leges, terrentur sæuientes, & corriguntur intelligentes. Quicunq; ergo legibus imperatorum, quæ contra ueritatem dei feruntur, obtemperare non uult, acquirit grande præmium. Quicunque autem legibus imperatorum, quæ pro dei ueritate seruntur, obtemperare non uult, acquirit grande supplicium. Nam & temporibus prophetarum omnes reges, qui in populo dei non prohibuerunt, nec euerterunt quæ contra dei præcepta fuerant instituta, culpantur, & qui prohibuerunt & euerterunt, super aliorum merita laudantur. Et rex Nabuchodonosor, cum seruus esset idolorum, constituit legem sacrilegam, ut simulachrum adoraretur: sed eius impiæ constitutioni qui obedire noluerunt, piè fideliterq; fœcerunt, Idem tamen rex, diuino correctus miraculo, piam & laudabilem legem pro ueritate constituit, ut quicunq; diceret blasphemiam in deum uerum Sydrac, Misac, & Abdenago, cum domo sua penitus interiret. Hanc legem si qui contempserunt, & id quod fuerat constitutum meritò perpessi sunt, debuerunt dicere quod Donatistæ & Hæretici dicunt, se iustos esse, quia ex lege regis persequutionem patiebantur, quod utique dicerent, si ita insanirent sicut isti insaniunt, qui diuidunt membra Christi, & efflant sacramenta Christi, & de persequutione gloriantur, quia prohibentur ista facere legibus imperatorum, quas constituerunt pro unitate Christi, & iactant fallaciter innocentiam suam, & quam non possunt à domino accipere, ab hominibus quærunt martyrii gloriam

Malis legibus probantur credentes.

Bonis legibus coercentur inobedientes.

Daniel. 3.

Eodem libro, Cap. VII.

Veri autem martyres illi sunt, de quibus dominus ait: Beati qui persequutionem patiuntur propter iustitiam. Non ergo qui propter iniquitatem, & propter Christianæ unitatis impiam diuisionem, sed qui propter iustitiam persequutionem patiuntur, hi martyres ueri sunt. Nam & Agar passa est persequutionem à Sara, & illa erat sancta quæ faciebat, illa iniqua quæ patiebatur. Nunquid & huic persecutioni quam passa est Agar, comparandus est sanctus Dauid, quem persequutus est iniquus Saul? Valde utiq; distat, non quia patiebatur, sed quia propter iustitiam patiebatur. Et ipse dominus cum latronibus crucifixus est, sed quos passio iungebat, caussa separabat. Ideo in Psalmo uox illa intelligenda est uerorum martyrum, uolentium se discerni à martyribus falsis: Iudica me deus & discerne caussam meam de gente non sancta: Non dixit discerne pœnam meam, sed discerne caussam meam. Potest enim esse impiorum similis pœna, sed dissimilis est martyrum caussa, quorum & illa uox est: Iniustè persequuti sunt me, adiuua me. Ideo se dignum existimauit, qui adiuuaretur iustè, quia illi persequebantur iniustè. Nam si iustè illi persequerentur, non fuerat adiuuandus, sed corrigendus.

Qui sint ueri martyres Matth. 5.

Gene. 16.

1. Regū 18.

Matth. 27.

Psalm. 42.

Psalm. 118.

Cap. VIII.

Si autem putant hæretici, quòd nemo possit iustè aliquem persequi, sicut in collatione dixerunt Donatistæ, illam esse ueram ecclesiam, quæ persequutionem patitur, non quæ facit. Quæro, Si boni & sancti uemini faciunt persequutionem, sed tantummodo patiuntur, cuius putant esse in Psalmo uocem, ubi legitur: Persequor inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar donec deficiant? Si ergo uerum dicere uel agnoscere uolumus, est persequutio iniusta, quam faciunt impij ecclesiæ Christi, & est iusta persequutio, quã facit impijs ecclesia Christi. Ista itaq; beata est, qui persequutionem patitur propter iustitiam: illi uero miseri, qui persequutionem patiuntur propter iniustitiam. Proinde ista persequitur diligendo, illi sæuiendo. Iste ut corrigat, illi ut euertant, ista ut reuocet ab errore, illi ut præcipitem in errorem.

Psalm. 17.

Duplex persecutio.

Eodem libro Cap. XIII.

Quòd enim dicunt, qui contra suas impietates leges iustas institui nolunt, non petisse á regibus terræ Apostolos talia, non considerant aliud fuisse tunc tempus, & omnia suis temporibus agi. Quis enim tunc in Christum crediderat imperator, qui ei pro pietate contra impietatem leges ferendo seruiret, quando adhuc illud propheticum complebatur: Quare fremuerunt gentes, & populi meditati sunt inania: Adstiterunt reges terræ, & principes conuenerũt in unum aduersus dominũ & aduersus Christum eius? Nondũ aũt agebatur qđ paulo post in eodem psalmo dicitur: Et nũc reges intelligite, erudimini q iudicatis

Quare Apostoli suo æuo nõ petijsse a regibus terræ auxilia dicuntur.

Psalm. 2.

tis terram, seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore. Quomodo ergo reges domino seruiunt in timore, nisi ea quæ contra iussa domini fiunt, religiosa seueritate prohibendo atq; plectendo? Aliter enim seruit quia homo est, aliter quia etiam & rex est. Quia homo est, ei seruit uiuendo fideliter, quia uero etiam rex est, seruit leges iusta præcipientes, & contraria prohibentes, conuenienti uigore sanciendo. Sicut seruiuit Ezechias, lucos & templa idolorum, & illa excelsa quæ contra præcepta dei fuerant constructa destruendo: sicut seruiuit Iosias, talia & ipse faciendo: sicut seruiuit rex Niniuitarum uniuersam ciuitatem ad placandum dominum compellendo: sicut uiuit Darius, idolum frangendum in potestatem Danieli dando, & inimicos eius leonibus ingerendo: Sicut seruiuit Nabuchodonosor, de quo iam diximus, omnes in regno suo positos à blasphemando deo lege terribili prohibendo. In hoc ergo seruiunt domino reges in quantum sunt reges, cum ea faciunt ad seruiendum illi, quæ non possunt facere nisi reges. Cum itaq; nondum reges domino seruirent temporibus Apostolorum, sed adhuc meditarentur inania aduersus eum & aduersus Christum eius, ut Prophetarum prædicta omnia complerentur, non utiq; tunc possent impietates legibus prohiberi, sed potius exerceri. Sic enim ordo temporum uoluebatur, ut & Iudæi occiderent prædicatoras Christi, putantes se officium deo facere, sicut prædixerat Christus, & gentes fremuerunt aduersus Christianos, ut omnis patientia martyrum uinceret. Postea uero quàm cœpit impleri quod scriptum est, Et adorabunt eum omnes reges terræ, omnes gentes seruiunt illi. Quis mente sobrius regibus dicat, Nolite curare in regno uestro, à quo tueatur uel oppugnetur ecclesia domini uestri, non ad uos pertineat in regno uestro, quis uelit esse religiosus, siue sacrilegus, quibus dici non potest: Non ad uos pertineat in regno uestro: quis uelit pudicus esse, quis impudicus?

4. Regũ 15.
4. Regũ 22
Ionæ 3.
Daniel. 14.
Ioan. 14.
Psalm. 2.
Psalm. 71.

Caq. XIIII. eodem libro.

Non minus sacrilegia q̃ adulteria puniẽda.

Cur enim cum datum sit diuinitus homini liberum arbitrium, adulteria legibus puniantur, & sacrilegia permittantur? An fidem non seruare leuius est animam deo, quàm fœminam uiro? Aut si ea quæ non contemptu, sed ignorantia religionis committuntur, mitius uindicanda nunquid ideo negligenda sunt? Melius est quidem quis dubitauerit, ad deum colendum doctrina homines duci, quàm pœnæ timore, uel dolore compelli? Sed non quia isti meliores sunt, ideo illi qui tales non sunt, negligendi sunt. Multis enim profuit (quòd experimentis probauimus & probamus) prius timore uel dolore cogi, ut postea possint doceri aut quòd iam uerbis didicerant opere sectari. Proponunt nobis quidam sententiam cuiusdam sæcularis auctoris, qui dixit: Pudore & libertate liberos retinere, satus esse credo quàm metu. Hoc quidem uerũ est, sed sicut meliores sunt quos dirigit amor, ita plures sunt quos corrigit timor. Nam ut de ipso auctore istis respondeatur, apud illum etiam legunt, tu nisi malè coactus, recte facere nescis.

Lib. II. quæstionum in Exodum, Quæstion. LXXVII.

Exodi 21.

Quæ de seruo hebræo præcipiuntur, ut sex annos seruiat, dimittatur liber gratis, ne serui Christiani hoc flagitarent à dominis suis, Apostolica auctoritas iubet seruos suos dominis suis esse subiectos, ne doctrina & nomen dei blasphemetur. Illud enim ex hoc satis constat in mysterio præceptum, quia pertundi subula eius aurem ad postem præcepit deus, qui libertatem illam recusaret.

Ephes. 6.

Lib. III. super Leuiticum, Quæstion. LVI.

Qui dat legem, eam infringere potest.

Cum enim iubet ille, qui legem constituit, aliquid fieri, quod in lege prohibuit, iussio illa pro lege habeatur, quoniam auctor est legis.

Lib. X. quæstionum super Deuteronomium, Quæst. XXVI.

Deuter. 17.

Si autem intraueris in terram, quam dominus deus tuus dat tibi in sorte, & hæreditaberis eam, & habitaueris in ea, & dices: Constituam super me principes, sicut & cæteræ gentes, quæ circa me sunt: Constituendo constitues super te principem, quem elegerit dominus deus tuus ipsum. Ex fratribus tuis constitues super te principem, non poteris constituere super te hominem alienum, qui non est frater tuus. Quæri potest cur displicuerit populus deo, quando regem desiderauit, cum hic inueniatur esse permissus. Sed magis hic intelligendum est meritò non fuisse, secundum uoluntatem dei, quia hoc fieri non præcepit, sed desiderantibus permisit. Veruntamen præcepit, ne fieret alienus, sed frater, id est, ex eodem populo indigena, non alienigena. Quòd autem ait, non poteris, intelligendum est non debebis.

1. Regum 8. Regum potestas apud Iudæos deo non præcepit, sed permisit.

Eodem lib. Quæst. XLV.

Discrimina tum impietatum puniendæ.

Est itaq; leuis impietas, quæ uerbere digna est, & est grauior quæ morte digna est, ita etiam illa peccata, quæ non in deum, sed in hominem uidentur admitti, sunt morte digna: quædam alia correptione, seu uerbere, seu pœna faciliore &c.

Contra secundam Gaudentij epistolam, Lib. II. Cap. XI.

Obiectum.

DONATISTAE DICVNT. *Quid de deo æstimat, qui eum uiolentia uult defendere, nisi quia nõ ualet suas ipse iniurias uindicare?*

Responsio.

RESPONSIO. *Secundum istas uestras fallacissimas uanissimasq; rationes, habenis laxatis atq; dimissis, humanæ licentiæ impunita peccata omnia relinquentur, nullis oppositis repagulis legum nocendi audacia, & lasciuiendi libido bacheuur: Non rex suum regnum, non dux militem, non prouincialem iudex, non dominus seruum, non maritus uxorem, nec pater filium à libertate & suauitate peccandi minis*

Omnes licẽtia deteriores sumus.

ullis pœnis q; compescat. Auferte quòd sana doctrina pro sanitate orbis terrarum sapienter per Apostolum dicit, & ut confirmetis in arbitrio tanto peiore, quanto liberiore filios perditionis, delete quod ait uas electionis: Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit &c.

Roman. 13.

Eodem libro contra eandem, Cap. XXVI.

GAVDENTIVS. Ad decendum inquit, populum Israël omnipotens deus prophetis præconium dedit, non regibus imperauit. Saluator animarũ dominus Christus ad insinuandam fidem, piscatores, non milites misit.

Obiectum hæreticorũ magistratũ nõ terreniß.

Responsio.

AVGVSTINI RESPONSIO. Audite ergo prophetas sanctos, & sanctos piscatores, & molestos non patiemini religiosißimos reges. Iam enim & superius ostendi ad curam pertinuisse regis, ut Niniuitæ deum placarent, cuius iram Propheta annunciauerat. Quamdiu ergo uos non tenetis ecclesiam, quam prænunciauerunt piscatores, Apostoli plantauerunt, tamdiu reges qui eam tenent, rectißimè ad suam curam iudicant pertinere, ne uos aduersus eam rebelletis impunè: nam deus & reges habuit inter prophetas. Dauid quippe sanctus, qui non potestis ignorare, rex fuit. Audite itaque prophetantem regem, & nullum religiosum regem formidabitis irascentem: Audite itaq; inquam, prophetam regem dicentem de Christo: Dominabitur à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis terrarum, & non timebitis Christianũ regem, succensentem uobis hanc ecclesiam blasphemantibus, quæ sicut à rege prophetata est, exhibetur usq; ad terminos orbis terræ. Quia & rex Nabuchodonosor quamuis propheta non fuerit, eos tamen qui blasphemarent deum, Sydrac, Misac, & Abdenago, religiosa seueritate coërcuit.

Ad materiam imperatorum ipectat hæreticorum correctio.

Psalm. 71.

Daniel. 3.

Eodem libro, Cap. XVII.

Quod uobis hæreticis uidetur, inuitos ad ueritatem nõ esse cogendos, erratis nescientes scripturas, neq; uirtutem dei, quæ eos uolentes facit dum coguntur inuiti. Numquid enim pœnitentiam Niniuitæ inuiti egerunt, quia hoc rege suo compellente fecerunt? Iam enim propheta iram dei uniuersæ ciuitati eam triduo perambulans prænunciauerat. Quid igitur opus erat regis imperio, ut humiliter supplicaretur deo, qui non intuetur ora, sed corda, nisi quia erant in eis quidam, qui nec curarent, nec crederent prædicta diuina, nisi territi potestate terrena? Ista igitur iussione regiæ potestatis, contra quam uoluntarius fit uester occasus, multis ad salutem quæ in Christo præstatur occasio, qui & si uiolenter adducuntur ad cœnam patrisfamilias tanti, sed compelluntur intrare, intus tum inuenũt unde se lætentur intrasse. Vtrunq; enim futurum dominus ipse prædixit, & utrunq; compleuit: Nam reprobatis quibusdam, qui utiq; intelliguntur Iudæi, quia ipsi per prophetas antea fuerant inuitati, & ad horam excusare maluerunt. Ait dominus seruo suo: Exi in plateas & uicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cœcos, & claudos introduc huc. Et ait seruus domino: Factum est ut imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo: Exi in uias & sepes, & compelle intrare, ut impleatur domus mea. Intelligimus uias, hæreses: scismata, sepes. Viæ quippe hoc loco significant diuersas opiniones. Quid ergo miramini si non corporalis cibi, sed spiritalis fame moritur, quisquis ad istam cœnam nec libenter introductus, nec uiolenter impulsus ingreditur.

Ad ueritatẽ quidem cogendi sunt inuiti.

Luce 14.

In enchiridion ad Laurentium, Cap. LXXVIII.

Audet quisquam uestrum aduersus alterum negotium habens iudicari apud iniquos, & non apud sanctos? Et paulo post. Sæcularia iudicia si habueritis, inquit, eos qui contemptibiles sunt in ecclesia, hos collocate ad iudicandum. Ad reuerentiam uobis dico. Sic non est inter uos quisquam sapiens, qui possit inter fratrem suum iudicare, sed frater cum fratre iudicio contendit, & hoc apud infideles. Nam & hic posset putari iudicium habere aduersus alterum, non esse peccatum, sed tantummodo id extra ecclesiam uelle iudicari, nisi secutus adiungeret: Iam quidem omnino delictum est inter uos, quia iudicia habetis uobiscum. Et ne quisquam hoc ita excusaret, ut diceret iustum se habere negotium, sed iniquitatem se pati, quam uellet à se iudicum sententia remoueri, continuo talibus cogitationibus uel excusationibus occurrit, atq; ait: Quare non magis iniquitatem patimini? Quare non potius fraudamini? Vt ad illud redeatur, quod dominus ait: Si quis uoluerit tunicam tuam tollere, & iudicio tecum contendere, dimitte illi & pallium. Et alio loco. Qui abstulerit, inquit, tua, noli repetere. Prohibuit itaq; suos de sæcularibus rebus cum alijs hominibus dare iudicium. Ex qua doctrina dicit Apostolus esse delictum: tamen cum finit in ecclesia talia iudicia finiri inter fratres, fratribus iudicantibus. Extra ecclesiam uero terribiliter uetat: manifestum est etiam hic quid secundum ueniam concedatur infirmis.

Iudicio pij & fideles nõ contendunt

1. Corint. 6

Matth. 5.

Lucæ 6.

De octo Dulcitij quæstionibus, Quæst. VII.

Olim enim non placitæ regibus ad coniugum fœminæ, mox etiam carne copulabantur. Et sicut legimus in libro, quæ prænotatur Hester, per aliquot menses, imò per totum annum, unguentis, pigmentis, & aromatibus accurabantur earum corpora, priusquàm regio corpori miscerentur.

Olim uxores non ex tempore regio corpori miscebant. Hester 2.

De uerbis Domini secundũ Matthæum, Sermon. VI.

Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit, non est enim potestas nisi à deo. Quæ autem sunt, à deo ordinatæ sunt. Qui enim resistit potestati, dei ordinationi resistit. Sed quid si illud iubeat, quod non debeas facere? Hic sanè contemne potestatem. Timendo potestatem ipsos humanarum

Roman. 13.

Contra præcepta dei imperantes cõtemnendi.

humanarum rerũ gradus aduertite. Si aliquid iusserit curator, nonne faciendum est? Tamen si contra proconsul iubeat, non utiq; contemnis potestatem, sed eligis maiori seruire. Nec huic debet minor irasci, si maior prælata est. Rursum si aliquid ipse proconsul iubeat, & aliud iubeat imperator, nunquid dubitatur in illo contemptu illi esse seruiendum? Ergo si aliud imperator, & aliud deus, quid iudicatis? Solue tributum, esto mihi in obsequium. Rectè quidem, sed non in idolio: In idolio prohibet. Quis prohibet? Maior potestas. Da ueniam, tu carcerem, ille gehennam minatur. Hinc iam tibi adsumenda est fides tua tanquam scutum, in quo possis omnia ignita iacula inimici extinguere. Sed insidiatur contra te potens, acuit nouaculam unde capillos radat, non unde caput incidat.

Deo magis obediendũ q̃ hominibus. Ephes. 6.

De uerbis Domini secundũ Lucam, Sermon. XXXI.

Villam emi &c. In uilla empta dominatio notatur, ergo superbia castigatur. Habere enim uillam, tenere, possidere, homines sibi in illa subdere & dominari delectat. Vitium malum, uitium primum. Primus enim homo dominari uoluit, qui dominum habere noluit. Quid est dominari, nisi propria potestate gaudere? Est maior potestas, illi subdamur ut tuti esse ualeamus. Villam emi, habe me excusatum. Inuenta superbia uenire noluit.

Lucæ 14.

Dominandi libido uitiũ malũ & primum.

De uerbis Apost. Serm. IIII.

Laudatur enim peccator, ait lex, in desiderijs animæ suæ, & qui iniqua gerit benedicitur. Inuenis hominem concupiscentias suas carnales sectantem, totũq; se illis seruum donantem, occupari undiq; uoluptate, fornicari, inebriari, non dico amplius fornicari inquã inebriari. Hæc dixi, quæ licitè committuntur, sed non dei legibus. Quis enim aliquando ad iudicem ductus est, quia meretricis lupanar intrauit? Quis enim aliquando in publicis tribunalibus accusatus est, quia per suas listrias lasciuus immundusq; defluxit? Quis aliquando habens uxorem, quia ancillam suam uiciauit, crimen inuenit? Sed in foro, non cœlo: in lege mundi, non in lege creatoris mundi. Luxuriosus autem, immundus atq; lasciuus fœlix dicitur, abundare uoluptatibus, frui delitijs. Iam uero si se etiam uino ingurgitet, si bibat mensuras sine mensura, parum est quia non inuenit crimen, etiam uiri fortis accipit nomen tanto nequior, quanto sub poculo inuictior.

Psalm. 9.

Hęc in mũdo licite & impune perpetrantur, sed non dei legibus.

In potentes bibulos.

Sermon. CCXXXVIII. de tempore.

Multi sunt qui sanæ doctrinæ aduersantur, iustitiam culpant, & disciplinam imperium esse iudicant, ac rationabilem castigationem superbiæ adsignant, cum non sit imperium, nisi ubi aliquid iubetur iniustum, nec sit superbia, nisi ubi negligitur disciplina. Disciplina igitur magistra est religionis, magistra ueræ pietatis, quæ nec ideo increpat, ut lædat: nec ideo castigat, ut nocet. Denique mores hominum irata corrigit, inflammata custodit. Ita Salomone dicente: Fili nè deficias à disciplina domini, neq; fatigeris cum ab eo increparis.

De bono disciplinæ.

Proverb. 3.

Post pauca ibidem.

Benè in omnibus caussis timor obtemperat disciplinæ, qui pro hoc ipso, quòd imminentes caussas periculorum, aut iras iudicum cauere nouit, potestatem conseruandæ salutis obtinuit. Quid igitur adulterio castum, quid furi esset tutum, quid latroni non peruium? Quis non expauesceret conclaua littorum, secreta syluarum? Quid non præsumptio possideret, nisi furorem animorum sub metu pœnæ disciplina compesceret? Ac nisi constitutus esset ordo uiuendi, nunq̃ profectò finem poneret natura peccandi.

Post pauca ibidem.

Multi ibi nomen crudelitatis imponunt, ubi pro amore disciplinæ, crimen admissi sceleris, supplicio uindicatur latronis, cum sententia uindicantis iustis legibus seruiat, & non solum præsentibus, sed etiam futuris manum porrigat. Quis igitur non licitè crederet debere peccare, si impudicis & impijs actibus iudex non præscriberet disciplinam? Videamus quid lex loquatur, Non occides, non adulteraris, nõ falsum testimonũ dices. Hæ sunt disciplinæ legis, quibus etiã districtio sententiæ sæcularis obsequátur, imò pugnando turpia, resecando criminosa. Nã adijcit scriptura, Iudex nõ est uindex positus bonis operis, sed malis, ita ut etiam uicarium pœnæ genus exigat, cũ dicat, Oculum pro oculo, dentem pro dente. Sed istam antiquam sententiæ seueritatem facile uitare possumus, si flammas futuri iudicij cogitemus. Absolutè autem docet Apostolus posse contemni sæcularis arma iudicij, qui dicit, Si uis potestatem non timere, quod bonum est fac: Sed hæc non ociosè tractanda sunt. Nam cum de his terrenis potestatibus Apostoli doctrina commemorat, sensibus nostris cœlestis iudicij partes insinuat. Nam cum docet sæculi seruiendum legibus, admonet necessario hominem futuris cauere temporibus: Si uis, inquit, nõ timere potestatem, quod bonum est fac: hoc est dicere, Si uis futurum non timere iuditũ, declina à malo: & fac bonum. Ergo hanc primam constitutionis formam, quæ sæculi legibus caret, cauere debemus & uincere, ut possimus à nobis illud præiuditium perpetuæ mortis excludere, quia quos ista temporalis non adfligit pœna, hoc illa inæternum insaciabili tormentorum persequitur dolore.

Exod. 20.

Iudex I uindictã malorum ordinatus est. Leuit. 24.

Roman. 13

Psalm. 36. Quod hic non punitur inæternum insaciabili tormentorũ genere torquendũ seruabitur.

Sermon. CCXLVII. de tempore.

Iuditio enim legum iure ab obtenta dignitate deijcitur, quæ priuilegio sibi concesso abutitur.

Priuatur in re priuilegio, eo abutens.

Ad Valentinum, Epist. XLVIII.

Terror temporalium potestatum, quando ueritatem oppugnat, iustis, fortibus, gloriosa probatio est, infirmis periculosa tentatio: quando autem ueritatem prædicat errantibus & discordantibus, cordatis utilis admonitio est, & insensatis inutilis adflictio. Non est tamen potestas nisi à deo &c. Siue enim potestas ueritati fauens aliquem corrigat, laudem habet ex illa qui fuerit emendatus, siue inimica in aliquem sæuiat, laudem habet ex illa, qui uictor fuerit coronatus.

Non est potestas, nisi à deo.

Ad Macedonium, Epist. LIIII.

Qui uestrum est sine peccato, prior in illam lapidem iaciat,

iaciat, ipsius qui hoc dixit sectaremur exemplum, qui cum esset utiq; sine peccato, ait mulieri quam perteriti illi reliquerant: Nec ego te condẽnabo, uade iam deinceps noli peccare. Si malitia tibi parcere potuit, quid metuis innocẽtiam? Et ne delictorũ nõ doctor, sed ne approbator uidere tur, uade ait: Iam deinceps noli peccare, ut se homini peperciſſe, non hominis culpã ſibi placuiſſe monſtraret. Iam uides igitur de religione deſcendere, nec nos ſocietate criminum obſtringi, quod intercedimus plerumq; pro ſceleratis, & ſi non ſcelerati, tamen pro peccatoribus peccatores. Nec ideo ſane fruſtra inſtituta ſunt, poteſtates regis uis gladij cognitoris, unguleæ carnificis, arma militis, diſciplina dominationis, ſeueritas etiam boni patris. Habent iſta omnia modos ſuos, cauſas, rationes, utilitates. Hæc cum timentur & coercentur mali, & quietius inter malos uiuunt boni, non quia boni pronunciandi ſunt, qui talia metuendo non peccant (Non enim bonus eſt quiſpiam timore pœnæ, ſed amore iuſtitiæ) Verũtamen non inutiliter etiam metu legum humana coercetur audatia, & ut tuta ſit inter improbos innocentia, & in ipſis improbandis dum formidato ſupplicio frenatur facultas, inuocato Deo ſanetur uoluntas. Sed huic ordinationi rerum humanarum contrariæ non ſunt interceſſiones Epiſcoporum, imo uero nec cauſa nec locus intercedendi ullus eſſet, ſi iſta non eſſent. Tanto enim ſunt intercedentium parcentium beneficia gratiora, quanto peccantium iuſtiora ſupplicia. Nec ob aliud quantũ ſapio, in ueteri Teſtamẽto antiquorum temporibus Prophetarũ, ſeuerior legis uindicta feruebat, niſi & oſtenderetur rectè iniquis pœnas conſtitutas, ut quod eis parcere noui Teſtamẽti indulgentia cõmonemur aut remedium ſit ſalutis, quo peccatis peccatur et noſtris, aut commẽdatio manſuetudinis, ut per eos qui parcunt ueritas prædicata, nõ tantũ timeatur, uerũ etiam diligatur. Plurimũ autem intereſt quo animo quiſq; parcat, ſicut enim eſt aliquãdo miſericordia puniens ita & crudelitas parcens. Nam ut exempli gratia manifeſtum aliquid ponam, quis non crudelem uerius dixerit eum, qui puero pepercerit uolenti obſtinatiſſime de ſerpentibus ludere? Quis autem non miſericordem, qui talia prohibens, contemptorem uerborum, etiam uerberibus emendauerit? Et ideo non uſq; ad mortem protẽdenda eſt diſciplina, ut ſit cui prodeſſe poſſit, quanquàm etiam cum homo ab homine occiditur, multum diſtet, utrum fiat nocendi cupiditate, uel iniuſte aliquid auferendi, ſicut fit ab inimico, ſicut à latrone, an ulciſcendi uel obediendi ordine, ſicut à iudice, ſicut à carnifice, an cuadendi uel ſubueniendi neceſſitate, ſicut interimitur latro à uiatore, hoſtis à milite, &c. Prodeſt ergo & ſeueritas ueſtra, cuius miniſterio quies adiuuatur & noſtra. Prodeſt & interceſſio noſtra, cuius miniſterio ſeueritas temperatur & ueſtra. Omnis, inquit, anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit &c. Hæc Apoſtoli uerba utilitatem ſeueritatis oſtendunt. Proinde ſicut dilectionem iuſſi ſunt terrentibus debere qui timent, ita dilectionem iuſſi ſunt timentibus debere qui terrent. Nihil nocendi cupiditate fiat, ſed omnia cõſulendi charitate, & nihil fiat inmaniter, nihil inhumaniter. Ita formidetur ultio cognitoris, ut nec interceſſoris religio contemnatur, quia & plectendo & ignoſcendo hoc ſolum bene agitur, ut uita hominum corrigatur. Quod ſi tanta eſt peruerſitas et impietas, ut ei corrigendæ nec diſciplina poſſit prodeſſe, nec uenia, à bonis tamen intentione atq; conſcientia quam Deus cernit ſiue ſeueritate, ſiue lenitate, non niſi officio dilectionis impletur.

Intercedere poteſt Chriſtianꝰ pro ſceleratis.

Lex iudicialis coercet humanam malitiam.

Seueritas iudicis bonis prodeſt

Rom. 13

Libro I. de ciuitate Dei. Cap. XXX. & XXXI.

Deleta quippe Carthagine, magno ſcilicet terrore Romanæ reipublicæ depulſo & extincto, tanta de rebus proſperis orta mala continuo ſubſecuta ſunt, ut corrupta diruptaq; concordia prius ſeuis cruentisq; ſeditionibus, deinde mox malarum connexione cauſarum, bellis etiam ciuilibus tantæ ſtrages ederẽtur, tantus ſanguis effunderetur tanta cupiditate proſcriptionum ac rapinarum ferueret immanitas, ut Romani illi qui uita integriore mala metuebãt, ab hoſtibus perdita integritate uitæ, crudeliora paterentur à ciuibus, eaq; ipſa libido dominandi, quæ inter alia uitia, generis humani, immoderatior inerat uniuerſo populo Romano, poſteaq; in paucis potentioribus uicit, obtritos, fatigatosq; cæteros, etiam iugo ſeruitutis oppreſſit. Nam quando illa quieſceret in ſuperbiſſimis mentibus, do nec continuatis honoribus, ad poteſtatem regiam perueniret. Honorum porro continuandorum facultas non eſſet niſi ambitio præualeret. Minime autem præualeret ambitio, niſi in populo auaritia luxuriaq; corrupto. Auarus uero & luxurioſus populus ſecundis rebus euectus eſt, quas Naſica ille prouidentiſſime cauendas eſſe cenſebat, quando ciuitatem hoſtium maximam, fortiſſimam, opulentiſſimamq; nolebat auferri, ut timore libido premeretur, libido preſſa, non luxuriaretur, luxuriaq; cohibita, nec auaritia graſſaretur. Quibus uitijs obſeratis, ciuitati utilis uirtus floreret et creſceret, eiq; uirtuti liberatis cõgrua pmaneret.

Dominandi libido populo Romano immoderatior inerat.

Libro II. Cap. XVI.

Si autem à dijs ſuis Romani uiuendi leges accipere potuiſſent, non aliquot annos poſt Romam conditam ab Athenienſibus mutuarentur leges Solonis, quas tamen non ut acceperunt tenuerunt, ſed meliores & emendatiores facere conati ſunt, quàmuis Licurgus Lacedemonijs leges ex Apollinis auctoritate ſe conſtituiſſe confinxerit. Quod prudenter Romani credere noluerunt, propterea non inde acceperunt.

Romani Athenas mittunt legates ad nunciãdo leges.

Eodem libro Cap. XIX.

Legant noſtra & per Prophetas, & per ſanctum Euangeliũ, & per Apoſtolicos actus et epiſtolas. Tam multa contra auaritiam atq; luxuriã ubiq; populis ad hoc congregatis quam excellenter quàm diuine, non tanquam ex philoſophorum cõcertationibus ſtrepere, ſed tanquam ex oraculis & de nubibus intonare, & tũ luxu atq; auaritia, obſcenisq; ac turpibus moribus ante aduentũ Chriſti rem

Quã laudabilis Christus & sua respublica.

publicam peßimam ac flagitioßißimam fictam, non impu-
tant dijs suis, afflictionem eius uero quamcurq; isto tem-
pore superbia delitiæq; eorum perpeßæ fuerint, religioni
Psalm. 148 increpitant Christianæ. Cuius præcepta de iustis probisq;
moribus si simul audirent atq; curarent Reges terræ, &
omnes populi, principes & omnes iudices terræ, iuuenes
& uirgines, seniores cum iunioribus, ætas omnis capax et
Luc. 3 utrq; sexus, & quos baptista Ioannes alloquitur exacto
res ipsi atq; milites, & terras uitæ præsentis ornaret sua
fœlicitate respublica, & uitæ æternæ culmen beatißime re-
gnatura conscenderet. Sed quia iste audit, ille contemnit,
pluresq; uitijs male blandientibus, quam utili uirtutum
asperitati sunt amiciliores tolerare Christi famuli iubẽtur,
siue sint reges, siue sit principes, siue iudices, siue milites,
siue prouinciales, siue diuites, siue pauperes, siue liberi,
siue serui, utriuslibet seruus, peßimam etiam si ita neceße
est, flagitioßißimamq; rempublicam, & in illa angelo-
rum quadam sanctißima atque angustißima curia cœle-
stiq; republica, ubi Dei uoluntas lex est, clarißimum lu-
cem sibi etiam ista tolerantia comparare.

Cap. XXI. Eodem libro.

Cum autem Scipio in secundi libri fine dixißet, ut in fi-
dibus ac tibijs atq; cantu ipso ac uocibus, cõcentus est qui-
dam tenendus ex distinctis sonis, quem immutatum aut di-
screpantem, aures eruditæ ferre non possunt, isq; concen-
tus ex dißimilimarum uocum moderatione concors tamẽ
efficitur & congruens. Sic ex summis & medijs & infi-
mis interiectis ordinibus ut sonis, moderatam ratione ciui-
tatem consensu dißimilium concinere, & quæ Har-
Cõcordia optimum uinculũ incolumitatis reipubli cæ. monia à musicis dicitur in cantu, eam eße in ciuitate con-
cordiam, arctißimum atq; optimum omnium in republi-
ca uinculum incolumitatis, eamq; sine iustitia nullo pacto
esse posse.

Post pauca ibidem.

Scipionis respublica quid sit. Scipio ad intermißa reuertitur, recolitq; sua atq; com-
mendat breuem reipublicæ definitionem, qua dixerat eam
esse rem populi. Populum autem non omnem cetum mul-
Quid sit populus. titudinis, sed cetum iuris consensu & utilitatis communio-
ne sociatum esse determinat. Docet deinde quanta sit in di-
sputando definitionis utilitas, atq; ex illis suis definitioni-
bus colligit, tunc esse rempublicam, id est, rem populi, cũ
Monarchia. Aristocratia. Demotratia. bene ac iustè geritur, siue ab uno rege, siue à paucis op-
timatibus, siue ab uniuerso populo. Cum uero iniustus rex,
quem Tyrannum more græco appellauit, aut iniusti opti-
mates, quorum consensum dixit esse factionem, aut iniu-
stus ipse populus cui nomen usitatum non repperit, nisi
ut etiam ipsum tyrannum uocaret, non iam uitiosam si-
cut pridie fuit disputatum. Sed sicut ratio ex illis definitio
nibus connexa docuisset, omnino nullam esse rempublicã,
quoniam non esset res populi, cum tyrannus eam factionẽ
capesseret, nec ipse populus iam populus esset, si esset iniu
stus, quoniam non esset multitudo, & iuris consensu &
utilitatis communione sociata, sicut populus fuerat defini-
tus. Quando ergo respublica Romana talis erat, qualem
illam describit Saluſtius, non iam peßima ac flagitioßißi-
ma, sicut ipse ait, sed omnino nulla erat. Secundum istam
rationem, quam disputatio de republica, inter magnos
eius principes tunc habita patefecit.

Eodem Cap. in fine.

Vera autem iustitia non est, nisi in ea republica, cuius
conditor rectorq; Christus est, & si etiam ipsam rempub-
licam placet dicere, quoniam eam rem populi esse negare
non possumus. si autem hoc nomen quod alibi aliterq; uul
gatum est, ab usu nostræ locutionis est forte remotius, in
ea certe ciuitate est uera iustitia, de qua scriptura sancta
dicit: Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei.

Vera iustitia non potest esse, nisi in ea republica, cuius conditor rector q; Christus esset. Psalm. 66

Lib. III. Cap. XV.

Ipsorum autem regum qui exitus fuere. De Romulo
uiderit adulatio fabulosa, qua perhibetur receptus in cœ-
lum. Viderint quidam scriptores eorũ, qui eum propter
ferocitatem à senatu discerptum esse dixerunt. Cæteri au-
tem reges populi Romani excepto Numa Pompilio, &
Anco Martio, qui morbo interierunt, quam horrendos e-
xitus habuerint. Tullus ut dixi Hostilius uictor & euer-
sor Albæ, cum tota domo sua fulmine conflagratus est. Pri
scus Tarquinius p̃ sui prædecessoris filios interẽptus est.
Seruius Tullus generi sui Tarquinij superbi, qui ei succes-
sit in regnum, nephario scelere occisus est.

Horrendi exitus Regum Romanorum.

Cap. XVI.

Iam expulso utiq; Tarquinio tyranno consul cũ Bru-
to creatus est maritus Lucretiæ. Lucius Tarquinius Col-
latinus, quàm iuste populus mores in ciue, non nomen at-
tendit, quàm iniuste Brutus Collegã primæ ac nouæ pote-
statis illius quem posset (si hoc offenderetur) nomine tan-
tum priuare et patria priuauit et honore. Hæc mala facta
sunt, hæc aduersa accidere, quando in illa republica æquo
& modesto iure agitatum est. Finito scilicet tempore quo
æquo & modesto iure agitatum est, secuta sunt, quæ idem
Saluſtius breuiter sic explicat. Deinde seruili imperio pa-
tres plebem exercere, de uita atq; tergo, regio more consu
lere, agro pellere, & cæteris expertibus, soli imperio age-
re. Quibus agitata sæuicijs, & maxime fœnore oppres-
sa plebs. Cum assiduis bellis tributum & militiam simul
toleraret, arma montem sacrum atq; Auentinũ insedit.
Tumq; tribunos plebis & alia sibi iura parauit, discor-
diarum & certaminis utriusq; finis fuit secundum puni-
cum bellum.

Tempore & initio consulatus quid factũ apud Romanos.

Eodem libro Cap. XXI.

Porro inter secundum & postremum bellum Cartha
ginense, quando Saluſtius optimis moribus & maxima
concordia egisse dixit Romanos. Multa enim præter su-
scepti operis modum cogitans. Eodem ergo ipso tempore
morum optimorum maximeq; concordiæ. Scipio ille Ro-
mæ Italiæq; liberator, eiusdemq; belli punici secundi tam
horrendi, tam exitiosi, tam periculosi præclarus mirabi-
lisq; confictor, uictor Hannibalis, domitorq; Carthaginis,
cuius ab adolescentia uita describitur Dijs dedita, templisq;
nutrita, inimi corũ accusationibus cesßit, carensq; patria,

Ingratitudinis miserandum exemplum.

quam

quam sua uirtute saluam & liberam reddidit in opido Linternensi egit, reliquam compleuitq; uitam, post insignem suum triumphum, nullo illius urbis captus desiderio, ita ut iussisse perhibeatur, ut saltem mortuo in ingrata patria funus fieret.

Eodem Cap.

Lex iniqua. Titus Liuius lib. 4. Aul. Gellius lib. 1. caput 23.

Nam tunc id est inter secundum & postremum bellū Carthaginense. Lata est etiam illa lex Voconia, ne quis hæredem fœminā faceret, nec unicam filiam. Qua lege quid iniquius dici aut cogitari possit ignoro.

Caput XXII. eodem libro.

Aduersus ius Gentiū regis Midridatis factum tyrannicū atq; horrendum.

Quamuis illud nequaquam tacuerim, quod Midridates rex Asiæ, ubiq; in Asia peregrinantes ciues Romanos atq; innumerabili copia suis negotijs intentos, uno die occidi iussit. Et factum est. Quam illa miserabilis rerum facies erat, subito quenq; ubicunq; fuisset inuentus in agro, in uia, in opido, in domo, in uico, in foro, in tēplo, in lecto, in conuiuio inopinate atq; fuisse impie trucidatum. Quis gemitus morientium? Quæ lachrymæ fortasse spectantiū, etiam furientium fuerunt? Quàm dura necessitas hospitum, non solum uidendi nepharias illas cedes, domi suæ, uerumetiam perpetrandi ab illa blanda comitate humanitatis, repente mutatis uultibus ad hostile negotium in pace peragendum, mutuis ut ita dicam omnino uulneribus, cū percussus in corpore & percussor in animo ferirētur.

Libro IIII. de ciuitate Dei.

Caput III.

Piorum & bonorum principat⁹ subditis utilis est.

Vtile est ut boni longe lateq; diu regnēt, neq; hoc tam ipsis, quàm illis utile est quibus regnant. Nam quātum ad ipsos pertinet, pietas & probitas eorum, quæ magna dona Dei sunt, sufficit eis ad ueram fœlicitatem, qua & ista uita bene agatur, & postea percipiatur æterna. In hac ergo terra regnum bonorum non tam illis præstatur quàm rebus humanis. Malorum uero regnum magis regnantibus nocet, qui suos animos uastant scelerum maiori licentia, his autem qui eis seruiendo subduntur, non nocet nisi iniquitas propria. Nam iustis quicquid malorum ab iniquis dominis irrogatur, non est pœna criminis, sed uirtutis examen. Proinde bonus si seruiat liber est, malus autem si regnet seruus est. Nec unius hominis, sed quod est grauius, tot dominorū quot uitiorum. De quibus uitijs cum ageret scriptura diuina, à quo enim quis inquit deuictus est, huic & seruus addictus est.

1. Petri 2

Caput IIII.

Regna absq; iustitia, sunt similia latrocinijs

Remota itaq; iustitia, quid sunt regna nisi magna latrocinia? Quia & ipsa latrocinia quid sunt nisi parua regna? Manus etenim ipsa hominum ex imperio principis regitur, pacto societatis astringitur. Placiti lege præda diuiditur. Hoc malum si in tantum perditorum hominum accessibus crescit, ut & loca teneat, sedes constituat, ciuitates occupat, populos subiuget, euidentius regni nomē assumit quod eis iam in manifesto confert non adempta cupiditas, sed addita impunitas, eleganter enim & ueraciter, Alexandro illo Magno quidam comprehensus pirata respondit. Nam cum idem Rex hominem interrogasset, quid ei uideretur ut Mare haberet infestum? Ille libera contumacia, quid tibi inquit ut orbem terrarū? Sed quia ego id exiguo nauigio facio, latro uocor, qa tu magna classe imperator.

Nota responsum argutulum a pyrata Alexandro Magno datum.

Caput VI.

Verba sūt Iustini Historici.

Iustinus qui græcam uel potius peregrinam, Trogum Pompeium secutus, non latine tantum sicut ille, uerumetiā breuiter scripsit historiam, opus librorum suorum sic incipit: Principio rerum, gentium, nationumq; imperium penes reges erat, quos ad fastigium huius maiestatis, non ambitio popularis, sed spectata inter bonos moderatio prouehebat. Populus nullis legibus tenebatur, arbitraria principum pro legibus erant. Fines imperij tueri magis, quàm proferre mos erat. Intra suam cuiq; patriam regna finiebantur. Primus omnium Ninus rex Assyriorum ueterem & quasi auitum gentibus morem noua imperij cupiditate mutauit. Hic primus intulit bella finitimis, & rudes adhuc ad resistendum populos, ad terminos usq; Libyæ perdomuit.

In fine ibidem.

Sola regnā di cupiditate finitimis bella inferre latrocinium est.

Inferre bella finitimis, & inde in cætera procedere, ac populos sibi non molestos, sola regni cupiditaee conterere & subdere. Quid aliud quam grande latrocinium nominandum est.

Eodem libro Cap. XXXIII.

Iudicio & potestate ueri Dei omnium Regum atque regnorum ordinata sunt tēpora

Deus igitur ille fœlicitatis auctor & dator, quia solus est uerus Deus, ipse dat regna terrena & bonis & malis, Neq; hoc temere & quasi fortuitu, quia deus est, non fortuna, sed pro rerum ordine ac tempore occulto nobis, notissimo sibi, cui tamen ordini temporum non subditus seruit, sed eum ipse tanquam dominus regit, moderatorq; disponit fœlicitatē uero non dat nisi bonis. Hanc enim possunt habere & non habere seruientes, possunt & non habere & habere regnantes. Quæ tamen plena in ea uita erit, ubi iam nemo seruiet ulli. Et ideo regna mundi huius, Deus bonis & malis communiter præstat, ne boni ea tanquam dei magna munera concupiscant. Et ideo regna terrena & bonis ab illo dantur & malis, ne eius cultores adhuc in prouectu animi paruuli, hæc ab eo munera quasi magnum aliquid concupiscant. Et hoc est sacramentum ueteris Testamenti, ubi occultū erat nouum, quod illic promissa & dona terrena sunt intelligentibus & tunc spiritalibus, quamuis nondum in manifestatione prædicantibus, & quæ illis rebus temporalibus significaretur æternitas, & in quibus Dei donis esset uera fœlicitas.

Lib. V. Cap. I.

Dei prudētia regna constituunē humana.

Causa ergo magnitudinis imperij Romani nec fortuita est, nec fatalis, secundum eorum sententiam siue opinionem, qui ea dicūt esse fortuita, qui uel nullas causas habēt, uel non ex aliquo rationabili ordine uenientes, & ea fatalia quæ præter Dei & hominum uoluntatem cuiusdam ordinis necessitate contingunt. Prorsus diuina prouidentia regna constituuntur humana.

Caput XI. in fine.

Regna a diuinæ prouidentiæ legibus aliena non esse

Nullo modo credendum est regna hominum eorumq; dominationes & seruitutes, à Dei prouidentiæ legibus alienas esse uoluisse.

Caput XII.

In potestate Dei sunt regna terrena.

Proinde uideamus quos Romanorum mores, & quã ob causam Deus uerus ad augendum imperium adiuuare dignatus est, in cuius potestate sunt etiam regna terrena.

Ibidem post pauca.

Quibus moribus antiqui Romani meruerunt, ut deus uerus, cuius cum non colerent, eorũ augerer imperium.

Nolite, inquit Catho, æstimare maiores nostros armis rempublicam ex parua magnam fecisse. Si ita esset multo pulcherrimam eam haberemus, quippe sociorum atq; ciuium præterea armorum & equorum maior copia nobis quàm illis est. Sed alia fuere quæ illos uiros magnos fecerunt quæ nobis nulla sunt, domi industria, foris iustum imperium, animus in consulendo liber, neq; libidineo delicto obnoxius. Pro his nos habemus luxuriam, atq; auaritiam, publice egestatem, priuatim opulentiam, laudamus diuitias, sequimur inertiã, inter bonos & malos discrimen nullum omnia uirtutis premia ambitio possidet. Neq; mirũ ubi uos separatim sibi quisq; consilia capitis, ubi domi uoluptatibus, hic pecuniæ aut gratiæ seruitis. Eo fit ut impetus fiat in uacuam rempublicam.

In fine Capitis.

Occidentale regnum Romanorum posterius, sed illustrius.

Quamobrem cum diu fuissent regna orientes illustria, uoluit deus & occidentale fieri, quod tempore esset posterius, sed imperij latitudine & magnitudine illustrius. Idq; talibus potissimum concessit hominibus ad domanda gratia mala multarum gentium, qui causa honoris laudis & gloriæ consulerent patriæ, in quam ipsam gloriam requirebant, salutemq; eius saluti suæ præponere nõ dubitarẽt, pro isto uno uitio, id est amore laudis, pecuniæ cupiditatem, & multa alia uitia comprimentes.

Caput XVIII.

Brutus primus consul

Quod alienã iactantia deceat esse Christianis, si aliqd fecerint p dilectiõe æternæ patriæ, cum tanta Romani gesserint in humana gloria & patria terrena.

Torquatus

Furius Camillus.

Mutius.

Quid ergo magnum est pro illa æterna celestiq; patria cuncta sæculi huius qualibet iocunda blandimenta cõtemnere, si pro hac temporali atq; terrena filios Brutus potuit & occidere, quod illa facere neminem cogit? Si alius etiã Romanus princeps cognomine Torquatus, filium, non quia contra ipsam patriam, sed etiam pro patria, tamen quia cõtra imperium suum, id est, contra quod imperauerat imperator pater, ab hoste prouocatus iuuenili ardore pugnauerat, licet uicisset occidit, ne plus mali esset in exemplo imperij contempti, quam boni in gloria hostis occisi. Si Furius Camillus, etiam ingratam patriam à cuius ceruicibus accerrimorũ hostium uehementium iugum depulerat, damnatusq; ab æmulis fuerat, à Gallis iterum liberauit, quia non habebat potiorem ubi posset uiuere gloriosus. Si Mutius ut cum Porsenna rege pax fieret, qui grauissimo bello Romanos premebat, quia Porsennam ipsum occidere non potuit, & pro eo alterum deceptus occidit, in ardentem aram ante eius oculos dexteram extendit, dicens, multos tales qualem illum uideret, in eius exitium coniurasse, cuius ille fortitudinem & coniurationem talium perhorrescens, sine ulla dilatione se ab illo bello facta pace compescuit? Si Curtius armatus equo concito in abruptum hiatum terræ se præcipitem dedit, deorum suorum oraculis seruiens, qui iusserant, ut illuc id quod Romani haberent optimum mitterent, nec aliud intelligere potuerunt, quam uiris armisq; se excellere unde uidelicet oportebat ut deorum iussis in illum interitum uir præcipitaretur armatus. Si Marcus Puluillus dedicans ædem Iouis, Iunonis, Mineruæ, falso sibi ab inuidis mortẽ filij nunciata, ut illo nuncio perturbatus abscederet, atq; ita dedicationis gloriam Collega eius consequeretur, ita contempsit ut eam etiam proijci in sepultum iuberet, & sic in eius corde orbitatis dolorem gloriæ cupiditas uicerat? Si Marcus Regulus ne crudelissimos hostes iurando falleret, ad eos ab ipsa Roma reuersus est, quoniã sicut Romanis eum tenere uolentibus respondisse fertur, postaquàm Afris seruierat, dignitatem illic honesti ciuis habere non posset, eumq; Carthaginenses, quoniã contra eos in Romano senatu egerat, grauissimis supplicijs necauerunt, quia cruciatus non sunt pro patriæ illius fide cõtemnendi, ad cuius beatitudinem fides ipsa perducit. Aut quid retribuetur domino pro omnibus quæ retribuit, si pro fide, quæ illi debetur talia fuerit homo passus, qualia pro fide quam perniciosissimis inimicis debebat passus est Regulus? Quemodo autem se audebit extollere de uoluntaria paupertate Christianus, ut in huius uitæ peregrinatione expeditior ambulet uiam quæ perducit ad patriã. Vbi ueræ diuitiæ ipse Deus est, cum audiat uel legat Lucium Valerium, qui in suo defunctus est cõsulatu usq; adeo fuisse pauperem, ut nummis à populo collatis, eius sepultura curaretur. Audiat uel legat Quintium Cincinnatum, tum quatuor iugera possideret & ea suis manibus coleret, ab aratro esse abductum ut dictator fieret, maior utiq; honore quam consul, uictisq; hostibus ingentem gloriam consecutum, in eadem paupertate mansisse? Aut quid se magnũ fecisse prædicabit, qui nullo premio mundi huius fuerit ab æternæ illius patriæ societates seductus, cum Fabriciũ dicerit, tantis muneribus Pyrrhi regis Epirotarum. Promissa etiam quarta parte regni, à Romana ciuitate non potuisse diuelli, ibiq; in sua paupertate priuatum manere uoluisse?

Curtius.

Quid pro patria fecerunt ciues Romani.

Marcus Puluillus.

Marcus Regulus.

Lucius Valerius.

Quintius Cincinnatus præfuerũt & pro fuerunt.

Fabritius

Cap. XIX. Eodem libro.

Qui cõtemptor est gloriæ, & dominationis auidus, bestias superat, Nero arx ambitionis

Qui autem contemptor gloriæ dominationis est auidus, bestias superat, siue crudelitate uitæ, siue fluxu luxuriæ. Tales quidã Romani fuerunt, nõ enim cura existimationis amissa, dominationis cupiditate caruerũt. Multos tales fuisse prodit historia. Sed huius uitij summã tẽ, et quasi arcem quandam Nero Cæsar primus obtinuit, cuius fuit tanta luxuries, ut nihil ab eo putaretur uirile metuendum tanta crudelitas, ut nihil molle habere crederetur si nescieretur. Etiam talibus malis dominandi potestas, non datur nisi summi Dei prouidentia, quando res humanas iudicat talibus dominis dignas aperta de hac re uox diuina est loquente Dei sapientia: Per me reges regnant, & tyranni per me tenent terram. Sed ne tyranni, non pessimi atque improbi

Prouer. 8 Tyrannus uocabulum olim honestum.

improbi Reges, sed ueteri nomine fortes dicti existimentur, unde ait Virgilius: Pars mihi pacis erit dextram tetigisse tyranni. Apertissime alio loco de Deo dictum est: Qui regnare facit hominem hypocritam propter peruersitatem populi.

Enei. 7.

Iob 34

Caput XXI.

Romanum regnum a deo dispositum.

Quæ cum ita sint, non tribuamus dandi regni atque imperij potestatem, nisi Deo uero, qui dat fœlicitatem in regno cœlorum non nisi solis pijs. Regnum uero terrenũ & pijs & impijs, sicut ei placet, cui nihil iniuste placet. Qui Mario ipse Caio Cæsari, qui Augusto ipse & Neroni, qui Vespasianis uel patri uel filio suauissimis imperatoribus, ipse & Domitiano crudelissimo. Et ne per singulos ire necesse sit, q Constantino Christiano, ipso apostatæ Iuliano. Hæc unus Deus unus & uerus regit & gubernat, ut placet. Et si occultis causis nunquid iniustis?

Cap. XXIIII.

Quæ sit Christianorum uera fœlicitas imperatorũ

Neq; enim nos Christianos quosdam imperatores ideo fœlices dicimus, quia uel diutius imperarunt, uel imperantes filios morte placida reliquerunt, uel hostes reipublicæ domuerunt, uel inimicos ciues aduersus se insurgentes & cauere & opprimere potuerunt. Hæc & alia uitæ huius ærumnosæ, uel munera uel solatia, quidam etiam cultores dæmonum accipere meruerũt, qui non pertinent ad regnum Dei, quo pertinent isti. Et hoc ipsius misericordia factum est, ne ab illo ista qui in eum crederent, uelut summa bona desiderarent. Sed fœlices eos dicimus, si iuste imperant, si inter linguas sublimiter honorantium, & obsequia nimis humiliter salutantium non extolluntur, sed se homines esse meminerunt, si suam potestatem ad Dei cultũ maxime dilatandum, maiestati eius famulam faciũt, si deũ timent, diligunt & colunt, si plus amant illud regnum ubi non timent habere consortes, si tardius uindicant, facile ignoscunt, si eandem uindictam pro necessitate regendæ tuendæq; reipublicæ, non pro saturandis inimicitiarum odijs exerunt, si eandẽ ueniam non ad impunitatem iniquitatis, sed ad spem correctionis indulgent, si q, asperè cogũtur plerunq; decernere, misericordiæ lenitate & beneficiorum largitate compensant, si luxuria tanto eis est castigatior quanto posit esse libertior, si malunt cupiditatibus prauis, quàm quibuslibet gentibus imperare. Et si hæc omnia faciunt, non propter ardorem inanis gloriæ, sed propter charitatem fœlicitatis æternæ, si pro suis peccatis humilitatis & miserationis & orationis sacrificium. Deo suo uero imolare non negligunt. Tales Christianos imperatores dicimus esse fœlices, interim spe, postea re ipsa futuros, cum id quod exposcimus aduenerit.

Insignia Christiani imperatoris.

Cap. XXV.

De bonis quæ Deus Constantino imperatori cõtulit.

Nam bonus Deus ne homines qui eum crederent propter æternam uitam colendum, has sublimitates & regna terrenna extimarent posse neminẽ consequi, nisi dæmonibus supplicaret, quod hi spiritus in talibus multũ ualerent, Constantinum imperatorem non supplicantem dæmonibus, sed ipsum uerum Deum colentem, tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet. Cui etiã condere ciuitatem Romano imperio sociam, ueluti ipsius Romæ filiam, sed sine aliquo dæmonum templo simulachroq; concessit. Diu imperauit, uniuersum orbem Romanũ unus Augustus tenuit et defendit, in administrandis et gerendis bellis uictoriosissimus fuit, in tyrannis opprimendis per omnia prosperatus est, Grandeuus ægritudine & senectute defunctus est, filios imperantes reliquit. Sed rursus ne imperator, quisq; ideo Christianus esset, ut fœlicitatem Constantini mereretur, cum propter uitam æternam quisquam debeat esse Christianus, Iouinianum multo citius quam Iulianum abstulit. Gratianum ferro tyranno permisit interimi, longe quidem mitius quàm Magnũ Pompeiũ, colentem uidelicet Romanos deos. Nam ille uindicare à Catone nõ potuit, quomodo ciuilis belli quodammodo hæredem reliquerat. Iste autem quamuis piæ animæ solatia talia non requirant á Theodosio uindicatus est, quẽ regni participem fecerat, cum paruulum haberet & fratrem, auidior fide societatis, quam nimiæ potestatis.

Cap. XXVI.

De Theodosij humilitate.

Quid autem fuit eius religiosa humilitate mirabilius, quando in Thessalonicensium grauissimũ scœlus, cui iam Episcopis intercedentibus promiserat indulgentiam, tumultu quorundam qui ei coherebant uindicare compulsus est, & ecclesiastica coercitus disciplina, sic egit pœnitentiam, ut imperatoriam celsitudinem pro illo populus orans, magis fleret uidendo prostratam quàm peccando timeret iratam? Vnde & poeta Claudianus, quãuis à Christi nomine alienus, in eius tamen laudibus dixit:

Claudianus poeta.

O nimium dilecte Deo cui fudit ab astris,
Se Iouis armatus uehemens tibi militat æther,
Et coniurati ueniunt ad classica uenti.

Lib. XVII. de ciuitate Dei.

Cap. XX.

Regis Dauid pietas, humilitas & pœnitentia.

Regnauit autem Dauid in terrena Hierusalem, filius cœlestis Hierusalem, diuino multum testimonio prædicatus, quia & delicta eius tanta pietate superata sunt per sacerrimam pœnitendi humilitatem, ut prorsus inter eos sit de quibus ipse ait: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata. Post hunc regnauit eidem populo uniuerso Solomon eius filius, qui ut supra dictum est, patre suo uiuente cœpit regnare: Hic bonis initijs malos exitus habuit. Quippe secundæ res quæ sapientium animos fatigant, magis huic obfuerũt, quàm profuit ipsa sapientia, etiam nunc & deinceps memorabilis, & tunc longe lateq; laudata,

Psalm. 31

3. Reg. 4

Res secundæ animos sapientum fatigãt.

Cap. XXI

Diuiso igitur populo, primus regnauit in Hierusalem Roboam rex Iuda, filius Salomonis, & in Samaria Hieroboam rex Israël seruus Salomonis, & cum uoluisset Roboam tanquàm tyrannidem diuisæ illius partis bello persequi, prohibitus est populus pugnare cum fratribus suis, dicente Deo per Prophetam, se hoc fecisse. Vnde appa-

3. Reg. 12.

ruit nullum in ea re, uel regis Israël, uel populi fuisse peccatum, sed uoluntatem Dei uindicamis impletam fuisse. Qua cognita, pars utraq; inter se conquieuit, non enim religionis, sed regni fuerat facta diuisio.

Cap. XXIII.

Reges Iuda quidam pij, sed Israel omnes reprobi.

Piorum sane regum merita in libris regum non parua laudantur. In Israhël autem reges alios magis alios minus, omnes tamen reprobos legimus.

Libro XIX. Cap. VI.

Quid ipsa iuditia hominum de hominibus, quæ ciuitatibus etiam quantalibet pace manentibus deesse nõ possunt qualia putamus esse, quàm misera quam dolenda, quandoquidem hi iudicant qui conscientias eorum de quibus iudicant cernere nequeunt? Vnde sæpe coguntur tormentis innocentiũ testium ad alienam causam pertinentẽ quærere ueritatẽ. Quid cũ in sua causa quisq; torquetur, et cũ queritur utrum sit nocens, cruciatur, & innocẽs luit pro incerto scœlere certissimas pœnas, non quia illud commisisse deteguntur, sed quia non cõmisisse nescitur. Ac per hoc ignorãtia iudicis plerũq; est calamitas innocẽtis. Et qđ est intolerabilius, magisq; plangendum rigandumq;, si fieri posset fontibus lachrimarum, cum propterea iudex torqueat accusatum, ne occidat nesciens innocentem, fit per ignorantiæ miseriam, ut & tortũ & innocentem occidit, quem ne innocẽtem occideret torserat. Si enim secundum istorum sapientiam, delegerit ex hac uita fugere, q̃ diutius illa sustinere tormenta, quod non cõmisit commisisse se dicit. Quo damnato & occiso utrum nocentem an innocentem iudex occiderit, adhuc nescit, quem ne innocentem nesciens occideret torsit, ac per hoc innocentem, & ut sciret torsit, & dum nesciret occidit. In his tenebris uitæ socialis, sedebit iudex ille sapiens, an nõ audebit? Sedebit ille plane, constringit enim cum, & ad hoc officium pertrahit humana societas, quam deserere nephas ducit. Hoc enĩ nephas esse non ducit, quod testes innocentes in causis torquentur alienis, quod hi qui arguuntur ui doloris, plerũq; superati & de se falsa confessi etiam puniuntur innocentes, cum iam torti fuerint innocentes. Quod & si non morte puniantur, in ipsis uel ex ipsis tormentis plerumq; moriuntur. Quod aliquando ipsi qui arguunt, humanæ societati, fortasse ne crimina impunita sint, prodesse cupientes, et mentientibus testibus reoq; ipso, contra tormenta durante immaniter nec fatente, probare quod obijciunt non ualentes, quamuis uera obiecerint, à iudice nesciente damnantur. Hæc tot & tanta mala non deputat esse peccata. Non enim hæc facit sapiẽs iudex nocendi uoluntate, sed necessitate nesciendi, & tamen quia cogit humana societas necessitate etiam iudicandi. Hæc est ergo quam dicimus miseria certe hominis, & si nõ malicia sapientis. An uero necessitate nesciendi atq; iudicandi, torqueat insontes, punit insontes, & parũ est illi quod non est reus, si non sit insuper & beatus? Quanto conside ratius & homine dignius & hominem agnoscit in ista necessitate, eamq; miseriam in se odit. & si pie sapit: Clamat ad Deum: de necessitatibus meis eripe me Domine. Psalm. 24.

De quæstionibus et tormentis captiuorum

Caput XIIII. Eodem libro.

Conseruos imperant.

Imperant enim qui consulunt, sicut uir uxori, parentes filijs, & domini seruis. Obediunt autem quibus consulitur, sicut mulieres maritis, filij parentibus, serui dominis. Sed in domo iusti uiuentis ex fide, & adhuc ab illa cœlesti ciuitate peregrinantis, etiam qui imperant seruiũt eis quibus uidentur imperare. Neq; enim dominandi cupiditate imperant, sed officio consulendi nec principandi superbia sed prouidendi misericordia.

Caput XVI.

Cohibere quempiam a peccato, innocentis est officium.

Sicut enim non est beneficentiæ adiuuando efficere, ut bonum quod maius est amittatur, ita non est innocentiæ parcendo sinere, ut in malum grauius incidatur. Pertinet ergo ad innocentis officium, non solum numini malũ inferre, uerumetiam cohibere á peccato, uel punire peccatum, ut aut ipse qui plectitur corrigatur experimento, aut alij terreantur exemplo. Quia igitur omnis domus initiũ siue particula debet esse ciuitatis. Omne autem initium ad aliquem sui generis finem, et omnis pars ad uniuersi, cuius pars est integritatem refertur. Satis apparet esse consequens, ut ad pacem ciuicam pax domestica referatur, id est, ut ordinata imperandi obediendiq; concordia cohabitantium, referatur ad ordinatam imperandi obediendiq; concordiam ciuium. Ita fit ut ex lege ciuitatis præcepta sumere patremfamilias oporteat, quibus domum suam sic regat, ut sit paci accommodata ciuitas.

Caput XVII.

Rerum uitæ huic mortali necessariarum, utriusq; bonis fidelibus & infidelibus, & utriq; de mui communis est usus, sed finis utendi cuiq; suus proprius multumq; diuersus. Ita etiam terrena ciuitas, qui non uiuit ex fide terrenam pacem appetit, in eaq; defigit imperandi obediendiq; concordiam ciuium, ut sit eis de rebus ad mortalem uitam pertinentibus humana quidem compositio uoluntatũ. Ciuitas autem cœlestis uel potius pars eius, quæ in hac mortalitate peregrinatur, & uiuit ex fide, etiam istã pace necesse est utatur, donec ipsa cui talis pax necessaria est, mortalitas transeat. Ac per hoc cum apud terrenam ciuitatem, uelut captiuam uitam suæ peregrinationis agit, iam promissione redemptionis & dono spiritali, tanquam pignore accepto, legibus terrenæ ciuitatis, quibus hæc administrantur quæ sustentandæ mortali uitæ accommodata sunt obtemperare non dubitat. Vt quoniam commutus est ipsa mortalitas, seruetur in rebus ad eam pertinentibus inter ciuitatem utramq; concordia.

Christianæ legibus terrenis sustentandæ uitæ accommodatis obtemperare non dubitat.

Post pauca ibidem.

Hæc ergo

Hæc ergo cœlestis ciuitas dum peregrinatur in terra, ex omnibus gentibus ciues euocat, atq; in omnibus linguis peregrinam colligit societatem, non curans quicquid in moribus, legibus, institutisq; diuersum est, quibus pax terrena uel conqueritur, uel tenetur, nihil eorum rescindens uel destruens, imò etiam seruans ac sequens, quod licet diuersum sit in diuersis nationibus, ad unum tamen eundemq; finem terrenæ pacis intenditur. Si religionem qua unus summus et uerus deus colẽdus docetur, non impedit.

Quicquid in externis diuersum est p quod dei uerus cultꝰ non impeditur, Christianus propter pacem sequitur.

Cap. XIX.

Nihil sanè ad istam pertinet ciuitatem quo habitu uel more uiuendi, si non est contra diuina præcepta, istam fidem qua peruenitur ad deum quisq; sectetur, unde ipsos quoq; Philosophos quando Christiani fiunt, non habitum uel consuetudinem uictus, quæ nihil impedit religionem, sed falsa dogmata permutare compellit. Vnde illam quam Varro adhibuit ex Cinicis differentiam, si nihil turpiter atq; intemperanter agat, omnino non curat.

Quæ religionem nõ impediunt, nihil curat Varro.

Cap. XXVI.

Quocirca ut uita carnis anima est, ita beata uita hominis deus est. De quo dicunt sacræ literæ hebræorum, beatus populus cuius est dominus deus ipsius. Miser igitur populus ab isto alienatus deo, diligit tamẽ ipse etiam quandam pacem suam non improbandam, quam quidem non habebit in fine, quia non ea bene utitur ante fidem. Hanc autem ut interim habeat in hac uita, nostra etiam interest, quoniam quàmdiu permixtæ sunt ambæ ciuitates, utimur & nos pace Babylonis, ex qua ita per fidem dei populus liberatur, ut apud hanc interim peregrinetur. Propter quod & Apostolus admonuit ecclesiam, ut oraret pro regibus eius atq; sublimibus, addens & dicens, ut quietam & tranquillam uitam agamus cum omni pietate & charitate. Et propheta Hieremias cum populo ueteri, dei uenturam prænunciaret captiuitatem, & diuinitus imperaret, ut obedienter in Babyloniam irent, deo suo etiam ista patienta seruientes, monuit & ipse ut oraretur pro illa dicens, quia in pace eius est pax nostra, utq; interim temporalis pax, quæ bonis malisq; communis est.

Psalm. 143

1. Timot. 2

Hierem. 29 Pro regib⁹ & sublimibus orandũ & si sunt tyranni.

Lib. XXI. de ciuitate Dei, Cap. XI.

Hic autem quidam eorum, contra quos defendimus ciuitatem dei, iniustum putant, ut pro peccatis quamlibet magnis, paruo licet tempore perpetratis, pœna quisque damnetur æterna, quasi ullius id unquàm iustitia legis attendat, ut tanta mora temporis quisq; puniatur, quanta mora temporis unde puniretur admisit. Octo genera pœnarum in legibus esse scribit Tullius, damnum, uincula, uerbera, talionem, ignominiam, exilium, mortem, seruitutem. Quid horum est quod in breue tempus pro cuiusq; peccati celeritate coartetur, ut tanta uindicetur morula, quanta deprehenditur perpetratum, nisi fortè talio? Id enim agit ut hoc patiatur quisq; quod fecit. Vnde illud est legis, Oculum pro oculo, dentem pro dente. Fieri enim potest, ut tam breui tempore quisq; amittat oculum pro seueritate uindictæ, quem tulit ipse alteri improbitate peccati. Porrò autem si alienæ fœminæ osculum infixum rationis sit uerbere uindicare, nonne qui illud puncto temporis fecerit, incomparabili horarum spacio uerberatur, et suauitas uoluptatis exiguæ diuturno dolore punitur? Quid in uinculis? Nunquid ibi tamdiu quisq; iudicandus est esse debere quàmdiu fecit unde meruit alligari, cum iustissimè annosas pœnas seruus in compedibus pendat qui uerbere aut ictu celerrimè transeũter uel laceßiuit dominum uel plagauit? Iam uero damnum, ignominia, exilium & seruitus, cum plerunq; sic infliguntur, ut nulla uenia relaxentur, nonne pro huius uitæ modo similia pœnis, uidentur æternis. Ideo quippe æterna esse non possunt, quia nec ipsa uita, quæ his plectitur, porrigitur inæternum, & tamen peccata quæ uindicantur longißimi temporis pœnis breuißimo tempore perpetrantur, nec quisquam existit, qui censuerit tam cito nocentium finienda esse tormenta, quàm cito factum est uel homicidium, uel adulterium, uel sacrilegiũ, uel quodlibet aliud scelus, non temporis longitudine, sed impietatis & iniquitatis magnitudine metiendum. Qui uero pro aliquo grandi crimine morte mulctatur, nunquid morã quà occiditur, quæ perbreuis est, eius supplicium leges breue existimant, & non quòd eum in sempiternum auferunt de societate uiuentium? Quod est autem de ista ciuitate mortali homines supplicio primæ mortis, hoc est, de illa ciuitate immortali homines supplicio secundæ mortis auferre.

M. T. Cicero octo ponit genera pœnarũ.

Exodi 21.

Verbera.

Vincula.

Damnum. Ignominia. Exilium.

Mors.

DE IVRE BELLI, & stipendiarijs militibus.

Lib. V. de baptismo contra Donatistas, Cap. XVII.

Bonus quippe habere erga malos pacem potest, tenere autem cum eis pacem non potest, quam ipsi non tenent.

Cum malis pacem tenere boni non possunt.

De opere Monachorum. Cap. XXVII

Neq; enim quia dixit deus: Inuoca me in die tribulationis, & eximam te, & glorificabis me, Propterea non debuit fugere Apostolus, & per murum in sporta submitti, ut manus persequentium euaderet, sed expectare potius ut comprehenderetur, & eum sicut tres pueros de medijs ignibus liberaret. Aut propter hoc nec dominus dicere debuit: Si uos persequuti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. Quia ipse dixit: Si quid petieritis in nomine meo, dabitur uobis. Sicut ergo quisquis persequutionem fugiẽtibus discipulis Christi obijceret huiusce modi quæstionẽ, cur nõ stetissent potius, et inuocato deo per eius

Psalm. 49.

Actor. 9.

Daniel. 3.

Matth. 10.

Ioan. 14.

Necessitate imminenti quisq; facere debet, quã potest ad

sui liberatio nem, ne deũ temptare ut deatur. Daniel. 9. et 14. Actor. 12.

mirabilia sic eruerentur, ut Daniel à leonibus, et Petrus à uinculis: Responderent non se oportuisse temptare deum, sed tunc eum talia si uellet esse facturum, cum ipsi quid facerent non haberent. Cum uero eis fugam in potestatem dedisset, etiam si per illam liberantur, non nisi ab ipso liberari.

Iu Euangelium Ioannis, Tractatu LXXIX.

Cap. 10. 13.

Pacem meam do uobis, non quomodo mundus dat ego do uobis. Quid est aliud, nisi non quomodo homines dant, qui diligunt mundum, ita do uobis? Qui propterea dant sibi pacem, ut sine molestia litium atq; bellorum, non deo, sed amico suo mundo perfruantur: & quando iustis dant pacem, ut non eos persequantur. Pax non potest esse uera, ubi non est uera concordia, quia disiuncta sunt corda. Quomodo enim concors dicitur, qui sortem iungit: Ita ille concors dicendus est, qui corda iungit. Nos ergo charissimi, quibus Christus pacem relinquit, & pacem suam nobis dat, non sicut mundus, sed sicut ille, per quem factus est mundus, ut concordes simus, iungamus inuicem corda, & cor unum sursum habeamus, ne corrumpatur in terra.

Nõ est uera pax, ubi cordium impatias, tamersi linebellis uitam hanc transigimus.

De uerbis Domini secundum Matthæum, Serm. XIX.

De militib⁹ stipẽdiarijs.

Nonnulli fratres, qui aut militiæ cingulo detinentur, aut in actu sunt publico constituti, cum peccant grauiter, hac solent à peccatis suis prima se uoce excusare, quod militant, & ne bene aliquando faciant occupatos se malis actibus conqueruntur, perinde quasi militia hominum non uoluntas in culpa sit, ita quòd ipsi gerunt officijs suis adscribunt. Non enim militare delictum est, sed propter prædam militare peccatum est. Nec rem publicam gerere criminosum est, sed ideo agere rempublicam, ut rem familiarem potius augeas, uidetur esse damnabile. Propterea enim prouidentia quadã militantibus sunt stipendia cõstituta, ne dum sumptus quæritur, præda grassetur. Illud aũt quale est, cũ ob errorem aliquem à senioribus arguuntur, & imputatur alicui de illis cur ebrius fuit, cur res alienas peruaserit, cædem cur turbulentus admiserit, statim respondeat, Quid habebam facere, homo sæcularis aut miles, nunquid monachum sum professus, aut clericum, quasi omnis qui clericus non est aut monachus, possit ei licere quod non licet. Cunctis igitur officijs sacris literis præscribitur norma uiuendi, omnis ad benè uiuendum prouocatur sexus, ætas & dignitas. Igitur nemo se excusset publicis actibus, nemo de occupatione militiæ conqueratur. Apud omnem Christianum prima honestatis debet esse militia. Nam ut id quod dicimus auctoritate Euangelica comprobemus, uideamus lectionem, quæ paulo ante decursa est. Ait enim Euangelium: Venerunt autem & publicani ad Ioannem, ut baptizarentur ab eo, & dixerunt ad eum: Magister, quid faciemus? At ille dixit: Nihil amplius exigatis, quàm constitutum est uobis. Honesta planè publicanorum interrogatio, ac sancti prophetæ iusta responsio. Illi enim solliciti interrogant, ne aut ignorantes plus exigendo peccatum incidant, aut cessantes publicam decipiant functionem. Hic autem moderatè præcipit, ut & iniquitas locum non habeat, & constitutum habeat uectigal effectum. Non enim dixit, nihil exigatis, sed nihil amplius exigatis. Vnde intelligimus, quòd apud deum non tam exactio, quàm exactio iniqua damnetur. Dicit enim ipse Dominus: Reddite quæ dei sunt deo, & quæ Cæsaris sunt Cæsari. Igitur quod Cæsar præcipit ferendum est, quod imperator indicit tolerandum est: Sedfit intolerabile, dum illud præda exactionis accumulat. Hoc autem quale est, quod idem ipsi, qui huiusmodi necessitates procurant, peccatis suis peccata congeminant, hoc est, quòd fraudes suas ac rapinas commodum uocant, cum ipsa præda inferatur in commodum. Illud autem addunt scœleribus suis, ut quos indefensos uiderint, ipsos potius persequantur, & putant se necessitates decepisse publicas, nisi domos deceperint orphanorum, ita quorũ pater biduum forsitan fuerit amicus. Collega uel frater, interuenente morte, eiusdem liberi habeantur tanq; ignoti, uiles & miseri. Vidua autem si qua fuerit, aut sic iniurijs exagitatur, ut nubat: aut si uoluerit in castitatis permanere proposito, dando munera in facultate uix permanet. Cum ergo his fraudibus repleuerint sacculos suos, uideas illos lætos & accuratos ad ecclesiam properare, & deo gratias agere, quasi ab ipso illis hæc pecunia conferatur, illud quoq; peccantes, quod rapinarum suarum deum uolunt esse participem. Dicit enim sanctum Euangelium: Interrogauerunt & illum milites, Quid faciemus & nos? Ait illis Ioannes: Neminem concutiatis, neq; calumniam faciatis, sed contenti estote stipendijs uestris. Hic iam cognoscere se debet omnis homo, qui militat. Non enim tantum de his militantibus scriptura loquitur, qui armata militia detinentur, sed quisq; militiæ suæ cingulo utitur, dignitatis suæ miles adscribitur, atq; ideo hæc sententia potest dici uerbi gratia, militibus, protectoribus, cunctisq; rectoribus, quicunq; stipendia sibi publicè decreta consequitur, si amplius quærit, tanquàm calumniator & concussor, Ioannis sententia condemnatur. Vsqueadeo autem hoc inoleuit malum, ut iam quasi ex consuetudine uendantur leges, corrumpantur iura, sententia ipsa uenalis sit, & nulla iam caussa possit esse sine caussa. Hæc autem diuina sententia, quæ ad milites loquitur, potest etiam ad clericos retorqueri, quia & si non uideamur militare sæculo, tamen deo & domino militamus, sicut ait Apostolus: Nemo militans deo, obligat se negotijs sæcularibus. Si enim non contentus stipendijs fuerit, quæ de altario domino iubente consequitur, sed exercet mercimonia, intercessiones uendit, uiduarum munera libenter amplectitur, hic negociator magis potest uideri quàm clericus. Nec dicere possumus, nemo nos inuasores arguit, uiolentiæ, uiolentiæ nullus accusat, quasi non interdum maiorem prædam à uiduabus blandimenta exco-

Nulla fides pietasq; uiris, qui castra sequũtur.

Venales manus ibi fas, ubi maxima merces.

Sacræ literæ omnibus officijs normam uiuendi præscribunt.

Lucæ 3.

Matth. 22. In externis quod Cæsar præcipit ferendum.

De publicanis.

Lucæ 3. Milites cõtentari debent stipendijs suis.

liceant quàm tormenta. Nec interest apud deum, utrum ui an circumuentione quis res alienas occupet, dummodo quoquo pacto teneat alienum.

Lib. I. quæstionũ super Genesim, Quæst. CLIII.

Genes. 46. Commendatur in Patriarchis, quòd pecorum nutritores erant à pueritia sua, & à parentibus suis, & meritò. Nam hæc est sine ulla dubitatione iusta seruitus, & iusta dominatio, cum pecora homini seruiunt, & homo pecoribus dominatur. Sic enim dictum est cum crearetur: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & habeat potestatem piscium maris, & uolatilium cœli, & omnium pecorum quæ sunt super terram, ubi insinuatur rationem debere dominari irrationabili uitæ. Seruum autem hominem homini uel iniquitas, uel aduersitas dominari fecit. Iniquitas quidem, sicut dictum est: Maledictus Chanaan, erit seruus fratribus suis. Aduersitas uero: sicut accidit ipsi Ioseph, ut uenditus à fratribus seruus alienigenæ fieret. Itaq; primos seruos, quibus hoc nomen in latina lingua inditum est, bella fecerunt. Cum enim homo ab homine superatus, iure belli posset occidi, quia seruatus, est seruus appellatus: Inde & mancipia, quia manu capta sunt. Est enim ordo naturalis in hominibus, ut seruiant fœminæ uiris, filij parentibus, quia illic & iustitia hæc est, ut infirmior ratio seruiat fortiori. Hæc igitur in dominationibus & seruitutibus clara iustitia est, ut qui excellunt ratione, excellant dominatione, quod cum in hoc seculo per iniquitatem hominum perturbatur, uel per naturarũ carnalium diuersitatem, ferunt iusti temporalem peruersitatem, in finem habituri ordinatissimam & sempiternam fœlicitatem.

Gene. 9. 5. Vnde seruitus corporalis.

Genes. 37.

Bella primos fecerunt seruos. Mancipia unde dicãt.

Libro VI. quæstion. super Iosue, Quæstion. X.

Iosue 8. Quòd deus iubet loquens ad Iesum Naue, ut constituat sibi retrorsus insidias, id est, insidiantes bellatores ad insidiandum hostibus: hinc admonemur non iniustè fieri ab his, qui iustum bellum gerunt, ut nihil homo iustus præcipue cogitare debeat in his rebus, nisi ut iustum bellum suscipiat, cui bellare fas est, non enim omnibus fas est: cum autem iustum bellum susceperit, utrum aperta pugna, utrum insidijs uincat, nihil ad iustitiam interest. Iusta autem bella definiri solent, quæ ulciscuntur iniurias, si qua gens, uel ciuitas, quæ bello petenda est, uel uindicare neglexerit, quòd à suis improbè factum est, uel reddere quòd per iniurias ablatum est. Sed etiam hoc genus belli sine dubitatione iustum est, quod deus imperat, apud quem non est iniquitas, & nouit quid cuiq; fieri debeat. In quo bello ductor exercitus uel ipse populus, non ipse tam auctor belli, quàm minister iudicandus est.

Cum iustũ est bellũ, nil refert an insidijs uel aperta pugna uincat quis.

Eodem libro, Quæstion. XVI.

Iosue 10. Non dimisit in ea Iesus quicquam spirans, sicut præcepit dominus Moysi puero suo, et Moyses similiter præcepit Iesu, & sic fecit Iesus, non est transgressus quicquam ab omnibus, quibus constituit dominus Moysi. Propter hoc nullo modo putanda est ista crudelitas, quo nullum uiuum in ciuitatibus sibi traditis dimittebat Iesus, quia deus hoc inserat. Qui autem existimant hic deum ipsum fuisse crudelem, & propter hoc ueteris testamenti uerum deum fuisse uictorem nolunt credere, tam peruersa de operibus dei, quàm de peccatis hominum iudicant, nescientes quid quisq; dignus sit, et magnum putantes malum cum casura deijciuntur, mortalesq; moriuntur.

Hoc etiam fit nostra tẽpestate in expugnatione ciuitatũ uiolenta.

Quæstion. XXVI. eodem libro.

Non enim bellum continuas habet pugnas, sed aliquando crebras, aliquando raras, aliquando nullas. Bellum est tamen, quando portæ hostibus clauduntur quodammodo armata defensio.

Belli euentuarius.

Libro XXII. contra Faustum, Cap. LXXIIII.

Nec bella per Mosen gesta miretur aut horreat, quia & in illis diuina secutus imperia, non sæuiens, sed obediens fuit. Nec deus cum iubebat ista, sæuiebat, sed digna dignis retribuebat, dignosq; terrebat. Quid enim culpatur in bello? An quia moriuntur quandoq; morituri, ut dominentur in pace uicturi? Hoc reprehendere timidorum est, non religiosorum: nocendi cupiditas, ulciscendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & si qua similia, hæc sunt quæ in bellis iure culpantur, quæ plerunq; ita culpantur, ut etiam iure puniantur. Aduersus uiolentiam resistentium siue deo, siue aliquo legitimo imperio iubente, gerenda ipsa bella suscipiuntur à bonis, cum in eo rerum humanarum ordine inueniuntur, ubi eos ul' ubere tale aliquid, uel in talibus obedire iustè ordo ipse constringit. Alioquin Ioannes cum ad eum baptizandi milites uenirent, dicentes: Et nos quid faciemus: Responderet eis, Arma abijcite, militiam istam deserite, neminem percutite, uulnerate, prosternite: Sed quia sciebat eos cum hoc militando facerent, non esse homicidas, sed ministros legis, & non ultores iniuriarum suarum, sed salutis publicæ defensores. Respondit eis, Neminem concussertis, nulli calumniam feceritis, sufficiat uobis stipendium uestrum. Sed quia Manichæi Ioannem apertè blasphemare consueuerũt, ipsum dominum Iesum Christum audiant: hoc stipendium reddi iubentem Cæsari, quod Ioannes dicit debere sufficere militi: Reddite, inquit, cæsari quæ Cæsaris sunt, & deo quæ dei sunt. Ad hoc enim tributa præstantur, ut proter bella necessario militi stipendium præbeatur. Merito & illius Centurionis dicentis: Et ego homo sum, sub potestate constitutus, habens sub me milites, & dico huic uade, & uadit: & alij ueni, & uenit: & seruo meo fac hoc, & facit: Fidem laudauit, non illius militiæ desertionem imperauit.

De bellis p Mosen gestis.

Militiã & arma Ioannes baptistã abijcienda non dixit.

Lucæ 3.

Manichæi Ioannẽ blasphemant.

Matth. 22. Quare tributa dentur

Matth. 8. Neq; Christus militiã centurioni deserendam esse persuasit.

imperauit. Sed de iustis iniustisq; bellis nunc disputare longum est, & non necessarium.

Cap. LXXV.

Consilium bellandi penes prīcipes esse debere, ordo poscit naturalis.

Interest enim quibus causis, quibusq; auctoribus homines gerenda bella suscipiant, ordo tamen ille naturalis mortalium paci accommodatus hoc poscit, ut suscipiendi belli auctoritas atq; consilium penes principes sit: exequendi autem iussa bellica, ministerium milites debeant pacis salutiq; communi. Bellum autem quod gerendum deo auctore suscipitur, rectè suscipi dubitare fas non est, uel ad terrendam, uel ad obterrendam, uel ad subiugandam mortalium superbiam, quando ne illud quidem, quod humana cupiditate geritur, non solum incorruptibili deo, sed nec sanctis eius obesse aliquid potest, quibus potius ad exercendam patientiam, & ad humiliandam animam, ferendamq; paternam disciplinam etiam prodesse inuenitur, Neq; enim habet in eos quisquam ullam potestatem, nisi cui data fuerit desuper. Non est enim potestas nisi à deo. siue iubente, siue sinente. Cum ergo uir iustus, si fortè sub rege homine etiam sacrilego militet, rectè posit illo iubente bellare ciuicæ pacis ordinem seruans, cui quod iubetur, uel non esse contra dei præceptum certum est, uel utrum sit certum non est, ita ut fortasse reum regem faciat iniquitas imperandi: innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi, quanto magis in administratione bellorum innocentissimè duersatur, qui deo iubente belligerat, quem malè aliquid iubere non posse, nemo qui ei seruit ignorat.

Ioan. 19. Roman. 13.

Cap. LXXVIII.

Quæ autem sit distributio iudicantis & miserantis dei, cur alius sic, alius autem sic, occultis sit causis, iustis tamen. Non tamen ideo nescimus, omnia ista iuditio aut misericordia dei fieri, licet in abdito positis mensuris, & numeris, & ponderibus, quibus omnia disponuntur à creatore deo omnium quæ naturaliter sunt: nec auctore, sed tamen etiam ordinatore peccatorum, ut ea quæ peccata non essent nisi contra naturam essent sic iudicentur & ordinentur, nec uniuersitatis naturam turbare, uel turpare permittantur meritorum suorum locis & conditionbus deputata. Quæ cum ita sint, & cum per hoc secretum iuditiorum dei, motusq; humanarum uoluntatum eisdemq; prosperitatibus alij corrumpantur, alij temperanter utantur, & eisdem aduersitatibus alij deficiant, alij proficiant: Cumq; ipsa humana mortalisq; uita tentatio sit super terram, quis hominum nouit, cui prosit aut obsit in pace regnare, uel seruire, uel uacare, uel mori, in bello autem imperare, uel pugnare, uel uincere, uel occidi? Cum hoc tamen constet, & cui prodest, non nisi per diuinum prodesse beneficium: & cui obest, non nisi per diuinum obesse iuditium.

Sapient. 11.

Iob 7.

Cui prosit uel obsit seruire, regnare, imperare pugnare uincere, occidi, &c. nemo nouit nisi deus.

Præcipua uero bella tantum auxilio domini peracta sunt in his, idcirco omisimus, quoniam etsi propter de cœlo auxilium admiratione digna sunt, & figurali ratione continent multa mysteria, tamen in rerum gestarum intellectibus nihil relinquunt incerti. Scimus quòd Amalech orante Moyse, Iesus filius Nun superabat, & Seon regem Amorreorum, & Og regem Basan, proceræ altitudinis uiros populus Israël interficiebat. Balach filium Sephor, regem Madian, cum Balaam illo præcipuo astrologo, Phinees filius Eleazar cum exercitu occidit. Et Iesus Bennon unum & triginta reges Chananitides, multis conflictibus prostrauit. Gedeon filius Ioas in trecentis uiris innumera Madianitarum milia, per tubas & lucernas occidit. Iepte Galatidites populum gentium potestate, belli iure superauit. Samson ille fortissimus Hebræorum, leonem sibi occurrentem, nihil habenti in manibus confregit, de cuius postmodum ore & capite fauum mellis accepit, & comedit, trecentasq; uulpes capiens, igneq; succensas in Philistinorum segetes dimisit, de quibus ille mille uiros in specu uno asini mandibula solus interfecit & mortificauit. Vndique sedentibus circa ciuitatem, in qua dormitauerat, Philistæis, ambas portæ fores, cum hostijs et superliminaribus, & ferreis uectibus comprehendens in uertice montis, qui respicit Bersabeæ, dereliquit. Tribum quoque Beniamin propter commissum piaculum totam, exceptis uiris sexcentis, omnis filiorum Israël populus, post tria bella deleuit. Ionathas filius Saul, & armiger suus, stationem Philistinorum percussit. Dauid filius Iesse, adhuc puer & pastor ouium, ursi & leonis interfecti, prædam de ore eripuit, Goliad Philistæum de fundibula prostrauit: Qui postea patientiæ uirtute Saul bis deprehenso inimico suo pepercit: Et rex postmodum factus, tribus grauissimis prælijs prostrata Philistinorum agmina, tributariam fecit. Dauid solus octingentos interfecit impetu uno. Abisai filius Saruiæ leuauit hastam contra trecentos, & interfecit eos. Tres robustissimi ruperunt agmina Philistinorum, ut potum darent regi Dauid de cisterna Bethleem, quæ in medio hostium erat. Banaias filius Ioiade, interfecit duos leones in Moab, & leonem in cisterna in diebus niuis: Ipse quoque uirgam tenens manu, Aegyptium spectaculo dignum hastam habentem occidit. Bellum quoq; robustorum in Gabaon exercitui Dauid cessit in prosperum. Post hæc maxima regis Dauid aduersus in circuitu regiones bella dei auxilio fauente, seu per semetipsum, seu per exercitum sæpe peracta sunt. Bellum uero ciuile in saltu Ephraim in ipso Israël in testimonium Dauid restituit in regnum, Samariæ regum, contra Syros & reges Damasci nunc huc, nunc illuc altero prouentu uergentia certamina multa fuerunt. Hæc omnia propterea de cœlo auxilia mirabiliter gesta sunt, prouenerunt.

De bellis quæ domini auxilio pacta sunt in Israel.

Exodi 17.

Num. 21.

Iosue 12.

Iudicum 7.

Iudicum 11

Iudicum 14

Iudicum 15.

Iudicum 16.

Iudicū 19. & 20.

1. Regū 14.

1. Regū 17.

1. Regū 24. & 26.

2. Regū 8.

2. Regū 23

2. Regū 18.

De cœlo auxilia uincentium.

An non etiam illi Romani Christi nomine infesti sunt, quibus propter Christum Barbari pepercerunt? Testantur hoc martyrum loca, & basilicæ Apostolorum, quæ in illa uastatione urbis ad se confugientes suos alienosq; receperunt. Hucusq; cruentus sæuiebat inimicus, ibi accipiebat limitem trucidatoris furor, illò ducebantur à miserantibus hostibus, quibus etiam extra ipsa loca pepercerant, ne in eos incurrerent, qui similem misericordiam non habebant. Qui tamen etiam ipsi alibi truces atq; hostili more sæuientes, postraquàm ad loca illa ueniebant ubi fuerat interdictum, quod alibi iure belli licuisset, tota feriendi refrenabatur immanitas, & captiuandi cupiditas frangebatur. Sic euaserunt multi, qui nunc Christianis temporibus detrahunt, & mala quæ illa ciuitas pertulit, Christo imputant. Bona uero quæ in eos, ut uiuerent propter Christi honorem, facta sunt, non imputant Christo nostro, sed fato suo, cum potius deberent si quid rectè saperent, illa quæ ab hostibus aspera & dura perpessi sunt, illæ diuinæ prouidentiæ tribuere, quæ solet corruptos hominum mores bellis emendare atq; conterere. Itemq; uitam mortalium iustam atq; laudabilem, talibus adflictionibus exercere, probatamq; uel in meliora transferre, uel in his adhuc terris propter usus altos detinere.

De' mores corruptos hominũ belli emendare atq; conterere solet.

Cap. II.

Tot bella gesta conscripta sunt, uel ante conditam Romam, uel ab eius exortu & imperio, legant & proferant sic ab alienigenis aliquam captam esse ciuitatem, ut hostes qui cœperant, parcerent eis, quos ad deorum suorum templa confugisse compererant: aut aliquem ducem Barbarum præcepisse, ut irrupto oppido nullus feriretur, qui in illo uel illo templo fuisset inuentus:

Non legit parcitum fuisse cuipiam ad templum deorum fugienti.

Æneid. 2.

Nonne uidit Aeneas, Priamumq; per aras,
Sanguine fœdantem, quos ipse sacrauerat ignes?
Nonne Diomedes & Vlixes cæsis summæ custodibus
Corripuére sacrã effigiẽ, manibusq; cruentis, (arcis,
Virgineas ausi diuæ contingere uittas.

Nec tamen quod sequitur uerum est:

Ex illo fluere ac retro sublapsa referri
Spes Danaum.

Postea quippe uicerunt, postra Troiam ferro, ignibusq; delerunt, postea confugientem ad aras Priamum obtruncauerunt. Nec ideo Troia perijt, quia Mineruã perdidit. Quid enim prius ipsa Minerua perdiderat ut periret? An fortè custodes suos? Hoc sanè uerum est, illis quippe interemptis potuit auferri. Neq; enim homines à simulachro, sed simulachrum ab hominibus seruabatur. Quomodo ergo colebatur ut patriã custodiret & ciues, quæ suos non ualuit custodire custodes.

Cap. IIII.

Compara nunc asylum illud non cuiuslibet dei gregalis uel de turba plebis, sed Iouis ipsius sororis, & coniugis, & reginæ omnium deorum, cum memorijs nostrorum apostolorum. Illic incensis templis & dijs, erepta spolia portabantur, non reddenda uictis, sed diuidenda uictoribus. Huc autem & quod alibi ad ea loca compertum est pertinere, cum honore & obsequio religiosissimo reportatum est. Ibi amissa, hic seruata libertas: ibi clausa, hic interdicta captiuitas: ibi possidendi à dominantibus hostibus præmebantur, huc liberandi à miserantibus hostibus ducebantur. Postremò illud Iunonis templum sibi elegerat auaritia, & superbia leuium Græcorum, istas Christi basilicas misericordia & humilitas etiam immanium barbarorum. Nisi fortè græci quidam in illa sua uictoria, templis deorum communium pepercerunt, atq; illo confugientes miseros, uictosq; Troianos ferire uel captuare non ausi sunt. Sed Virgilius poëtarum more mentitus est, imò uero morem hostium ciuitates euertentium ille descripsit.

August. græcos uocat leues. Virg. illa. mentitur.

Cap. V.

Quem morem etiam Cæsar, sicut scribit Salustius, nobilitatæ ueritatis historicus, sententia sua quam de coniuratis in senatu habuit, commemorare non prætermittit, rapi uirgines, pueros, diuelli liberos à parentum complexu, matres familiarum pati, quæ uictoribus collibuisset, phana atq; domos spoliari, cedem & incendia fieri. Postremò armis cadaueribus, cruore atq; luctu omnia repleri. Hic si phana tacuisset, deorum sedibus solere hostes parcere putaremus, & hæc non ab alienigenis hostibus, sed à Catilina & socijs eius nobilissimis senatoribus, & Romanis ciuibus Romana templa metuebant, Sed hi uidelicet perditi & patriæ patricidæ.

Incommoda belli.

Cap. VI.

Egregius Romani nominis Marcus Marcellus, qui Siracusam urbem ornatissimam cœpit, refertur eam prius fleuisse ruituram, & ante eius sanguinem suas illi lachrymas effudisse. Gessit & curam pudicitiæ, etiam in hoste seruandæ: Nam priusquàm oppidum uictor iussisset inuadi constituit edicto, ne quis corpus liberum uiolaret, euersa est tamen ciuitas more bellorum: Nec uspiam legitur ab imperatore tam casto atq; clementi fuisse præceptum, ut quisquis ad illud uel illud templum confugisset abiret illæsus.

In expugnatione ciuitatis Syracusæ edixit M. Marcellus ne corpa liberũ quispiam uiolaret.

Ibidem.

Fabius Tarentinæ euersor urbis à simulachrorum deprædatione abstinuisse laudatur. Nam cum ei scriba suggessisset quid de signis deorum, quæ multa capta fuerant fieri iuberet, continentiam suam etiam iocando condiuit. Quæsiuit enim cuiusmodi essent, & cum ei non solũ multa grandia, uerumetiam renunciarentur armata, relinquamus, inquit, Tarentinis deos iratos. Cum igitur nec illius fletum, nec huius risum: nec illius castam misericordiam, nec huius facetam continentiam, Romanorum rerum gestarum scriptores tacere potuerunt, quando prætermitteretur si aliquibus hominibus in honorem cuiuspiam deorum suorum sic pepercissent, ut in quo ũq; templo cedem uel captiuitatem fieri prohiberent?

Agit hoc perpetuo August. ut ostendat nemini fuisse parcitum ad templum deorum fugienti. Ironia Fabij in idola.

Cap. XXI.

Qui deo auctore bella gerunt, uel i publica potestate sunt positi, etiam si homines occidũt, nõ faciunt contra dei præceptum nõ occides.

Quasdam uero exceptiones eadem ipsa diuina fœcit auctoritas, ut non liceat hominem occidi, sed his exceptis quos deus occidi iubet. Siue data lege, siue ad personam pro tempore expressa iussione: Non autem ipse occidit, qui ministerium debet iubenti, sicut adminiculum gladius est utenti, & ideo nequaquàm contra hoc præceptum fœcerunt, quo dictum est, Non occides, qui deo auctore bella gesserunt, aut personam gerentes publicæ potestatis secundum eius leges, hoc est, iustissimæ rationis imperium sceleratos morte punierunt.

Libro II. Cap. XXV.

Bella ciuila dæmonis inuentu perpetrantur.

Illinc uero quis non intelligat, quis non uideat, nisi qui tales deos imitari magis eligit, quàm diuina gratia ab eorum societate separari, quantum moliantur maligni isti spiritus exemplo suo, uelut diuinam auctoritatem præbere sceleribus? Quinetiam in quadam Campaniæ lata planicie, ubi non multo post ciuiles acies nephario prælio conflixerunt, ipsi inter se prius pugnare uisi sunt. Nanq; ibi auditi sunt primum ingentes fragores, moxq; multi se uidisse nunciarunt, per aliquot dies duas acies præliari. Quæ pugna ubi destitit, uestigia quæq; uelut hominum & equorum, quanta de tali conflictione exprimi poterant, inuenerunt. Si ergo ueraciter inter se numina pugnarunt, iam bella ciuilia excusantur humana: considerentur tamen, quæ sit talium deorum uel malitia uel miseria. Si autem se pugnasse finxerunt, quid aliud egerunt, nisi ut sibi Romani bellando ciuiliter tanquàm deorum exemplo nullum nefas admittere uiderentur? Iam enim cœperant bella ciuilia, & aliqua nephandorum præliorum strages execranda præcesserat. Iam multos mouerat, quòd miles quidam dum occiso spolia detraheret, fratrem nudato cadauere agnouit. ac detestatus bella ciuilia, & se ipsum ibi perimens fraterno corpori adiunxit. Vt ergo huius tanti mali minimè tæderet, sed armorum sceleſtorum, magis magisq; ardor incresceret, mox hi dæmones, quos illi deos putant, & colendos ac uenerandos arbitrantur, inter se pugnantes hominibus apparere uoluerunt, ne imitari tales pugnas ciuica trepidaret adfectio, sed potius humanũ scelus diuino excusaretur exemplo.

Libro III. Cap. X.

Quibus artibus creuerit Roma.

Nam postquàm res Romanorum, sicut ipse Salustius scribit, legibus, moribus, agris aucta satis prospera, satisq; pollens uidebatur, sicuti pleraq; mortalium habentur, inuidia ex opulentia orta est. Igitur reges populiq; finitimi bello eos temptare, pauci ex amicis auxilio esse. Nam cæteri metu perculsi longè à periculis aberant. At Romani domi militiæq; intenti festinare, parare, alius alium hortari, hostibus obuiam ire, libertatem, patriam, parentesq;, armis tegere. Post ubi pericula uirtute propulerunt, socijs atq; amicis auxilia portabant, magisq; dandis quàm accipiendis beneficijs amicitias parabant. Decenter his artibus Roma creuit.

Cap. XIII.

Quo iure quo fœdere Romani prima obtinuerunt coniugia.

Quomodo nec Iuno, quæ cum Ioue suo iam fouebat, Romanos rerum dominos gentemq; togatam, nec Venus ipsa Aeneadas suos potuit adiuuare, ut bono et æquo more coniugia mererentur, cladesq; tanta irruit huius inopiæ ut ea dolo raperent, moxq; compellerentur pugnare cum soceris, & miseræ fœminæ nondũ ex iniuria maritis conciliatæ, iam parentum sanguine dotarentur. At enim uicerunt in hac conflictatione Romani uicinos suos. Quantis & quàm multis utrinq; uulneribus ac funeribus, tam propinquorum quàm & confinium istæ uictoriæ constiterunt? Propter unum Cæsarem socerum, & unum generum eius Pompeium, iam mortua Cæsaris filia uxore Pompeij, quanto & quàm iusto doloris instinctu, Lucanus exclamat:

Lucanus.

Bella per Emathios plusquàm ciuilia campos,
Iusq; datum sceleri canimus.

Dirũ et miserabile spectaculum.

Vicerunt ergo Romani ut strage socerorũ manibus cruentis ab eorũ filiabus amplexibus miserabiles extorquerent, nec illæ auderent flere patres occisos, ne offenderent uictores maritos, quæ adhuc illis pugnantibus, pro quibus facerent uota, nesciebant. Talibus nuptijs populum Romanum non Venus, sed Bellona dotauit, aut fortassis Alecto illa inferna furia, iam eis fauente Iunone plus in illos habuit licentiæ, quàm cum eius precibus contra Aeneam fuerat excitata.

Eodem libro, Cap. XVIII.

De malis belli primi Punici.

Iam uero Punicis bellis cum inter utrunq; imperium, uictoria diu anceps atq; incerta penderet, populiq; duo prævalidi impetu in alterutrũ fortissimos & opulentissimos agerent, quot munitiora regna contrita sunt? Quæ urbes amplæ nobilesq; deletæ? quot adflictæ? quot perditæ ciuitates! quàm longè latéq; tot regiones terræq; uastatæ sunt? quotiens uicti hinc atq; inde uictores? quid hominum consumptum est, uel pugnantium militum, uel ab armis uacantium populorum? Quanta uis nauium marinis etiam prælijs oppressa, & diuersarum tempestatum uarietate submersa est? Si enarrare uel commemorare conemur, nihil aliud quàm scriptores etiam nos erimus historiæ. Tunc magno metu perturbata Romana ciuitas, ad remedia uana & ridenda curreb at.

Vbi bella, ibi lernæ malorum.

Post pauca ibidem.

Marcus Atilius Regulus capitur a Carthaginensibus.

Nihil sanè miserabilius primo bello punico accidit, quàm quod Romani ita uicti sunt, ut etiam regulus ille caperetur, cuius in primo & altero libro mentionem fecimus, uir planè magnus, & uictor antea dominorq; Pœnorum. Qui etiam primum bellum Punicum confecisset, nisi auiditate nimia laudis, & gloriæ curiores conditiones quàm ferre possent, fessis Carthaginensibus imperasset. Illius uiri & captiuitas inopinatissima, & seruitus indignissima, & iuratio fidelissima, & mors crudelissima, si deos illos non cogit erubescere, uerum est quòd aërei sunt, & non habent sanguinem.

Eodem

Eodem lib. Cap. XIX.

Secũdi belli punici incommoda & miserabiles clades,

Secundo autem bello Punico nimis longum est commemorare clades duorum populorum, tam longe secum lateq; pugnãtium, ita ut his quoq; fatentibus qui non tam narrare bella Romana quã Romanũ imperium laudare instituerunt: Similior victo fuerit ille q uicit. Hannibale quippe ab Hispania surgente & Pyreneis montibus superatis: Gallia transcursa, abpibusq; diruptis, tam longo circuitu auctis uiribus cuncta uastando, aut subigendo torrentis modo, Italiæ faucibus irruente, quàm cruenta bella gesta sunt, quàm multa prælia, quotiens Romani superati, quàm multa ad hostem opida defecerunt, quàm multa capta & oppressa, quam dire pugnæ, & totiens

De cannensi clade Romanorum miserabili.

Hãnibali Romana clade glorioso? Sed hæc hactenus. De Cannensi autem mirabiliter horrendo malo quid dicam, ubi Hãnibal cum esset crudelissimus, tamen tanta inimi corum atrocissimorum cæde saciatus parci iussisse perhibetur? unde tres modios annulorum aureorum Carthaginem misit, quo intelligerent tantam in illo prælio dignitatem cecidisse Romanam, ut facilius eam caperet mẽsura quam numerus, atq; hinc strages, turbæ cæteræ, tanto utiq; numerosioris, quanto infirmioris quæ sine annulis iacebat coniscienda potiusq̃ nuncianda putarentur. Deniq; tanta militum inopia secuta est, ut Romani reos facinorum proposita impunitate colligerent seruitia libertate donarent, atq; ex illis pudendis, nõ tam supplereturquam instituereatur exercitus. Seruis itaq; (imo ne faciamus iniuriam, iam libertis) pro Romana republica pugnaturis arma defuerunt. Detracta sunt templis, tanquam Romani dijs suis dicerent, ponite quæ tamdiu inutiliter habuistis, si forte aliquid utile inde facere possint nostra mancipia, unde uos nostra numina nihil facere potuistis. Tunc etiam stipendijs sufficiendis cum defecisset ærarium, in usus publicos opes uenere priuatæ, adeo uno quoq; id quod habuit conferente, ut præter singulos annulos aureos, singulasq; bullas miserabilia dignitatis insignia, nihil sibi auri senatus ipse, quanto magis cæteri ordines tribusq; relinquerent. Quis ferret istos si nostris

Facinorosi proposita impunitate, ad bella colliguntur dira necessitate.

In Histriones dotatores.

temporibus ad hanc inopiam cogerentur, cum eos modo uix feramus, quando pro superflua uoluptate plura donantur histrionibus, quam tunc legionibus pro extrema salute collata sunt?

Cap. XXIII.

Sed iam illa mala breuiter quantum possumus commemoremus, quæ quanto interiora, tanto miseriora extiterunt, discordiæ ciuiles uel potius inciuiles, nec iam seditiones, sed etiam ipsa bella urbana, ubi tantus sanguis effusus est, ubi partium studia non contentionum dissensionibus uariisq; uocibus in alterutrũ, sed plane iam ferro armisq; seuiebant, bella socialia, bella seruilia, bella ciuilia, quantum Romanum cruorem fuderunt, quantam Italiæ

Orosius libro 5. de isto narrat bello.

uastationem desertionemq; fecerunt? Nam anteaq̃ se aduersus Romam sociale latium bellum commoueret, cuncta animalia humanis usibus subdita, canes, equi, asini, boues, & quæq; alia pecora, sub hominum dominio fuerunt, subito efferata & domesticæ lenitatis oblita relictis tectis, libera uagabantur, & omnem non solum aliorum, uerumetiam dominorum aduersabantur accessum non sine exitio uel periculo audentis si quis de proximo urgeret. Quod quanti mali signum fuit? Quod si hoc signum fuit, quod tantum malum fuit, quantum malum fuit illud cuius hoc signum fuit? Hoc si nostris temporibus accidisset, rabidiores istos quam illi sua animalia pateremur.

Cap. XXIIII.

Discordiæ ciuilis initium. Gracchi seditiones fuerunt.

Initium autem ciuilium bellorum fuit seditiones Gracchorũ agrarijs legibus excitatæ, uolebat enim agros populo diuidere, quos nobilitas perperam possidebat. Sed tam uetustam iniquitatem audere conuellere periculosissimum, imo uero & ipsa res docuit pernitiosissimum fuit. Quæ funera facta sunt cum prior Grachus occisus est, quæ etiam cum alius frater eius non longo interposito tempore? Neq; enim legibus & ordine potestatum, sed turbis armorumq; conflictibus nobiles ignobilesq; necabantur. Post Grachi alterius interfectionẽ, Lucius Opimius cõsul, qui aduersus eum intra urbem arma commouerat, eoq; cum socijs oppresso & extincto ingentem ciuium stragem fœcerat, cum quæstionem haberet iam iuditiaria inquisitione cæteros persequens, tria milia hominum occidisse perhibetur. Ex quo intelligi potest quantam multitudinẽ mortium habere potuerit turbidus cõflictus armorum, quando tantam habuit iuditiorum uelut examinata cognitio, percussor ipsius caput quantum graue erat, tanto auri pondere consuli uendidit, hæc enim

Marcꝰ Fuluius cum liberis suis occiditur.

pactio cædem præcesserat. In qua etiã occisus est cum liberis Marcus Fuluius consularis.

Eodem lib. Cap. XXVII.

Cum uero Marius ciuili sanguine iã cruentus, multis aduersarum sibi partium peremptis & victus urbe profugisset, uix paululum respirante ciuitate, ut uerbis Tullianis utar, superauit postea Cinna cũ Mario. Tum uero clarissimis uiris interfectis, lumina ciuitatis extincta sunt. Vltus est huius uictoriæ crudelitatẽ postea Silla, nec dici quidem opus est, quanta diminutione ciuium & quanta calamitate rei publicæ. De hac enim uindicta

Vindicta grauiosior scelere punito. Lucanus.

quæ pernicioſior fuit quam si scelera quæ puniebantur impunita relinquerentur, Ait & Lucanus.

Excesit medicina modum, nimiumq; secuta est.
Qua morbi duxere manus, periere nocentes
Sed cum iam soli possent superesse nocentes.
Tunc data libertas odijs, resolutaq; legum:

Frenis ira ruit. Illo bello Mariano atq; Sillano exceptis his qui foris in acie ceciderunt, in ipsa quoq; urbe cædueribus, uici, plateæ, fora, theatra, templa completa sunt, ut difficile iudicaretur quando uictores plus funerũ ediderint, utrum prius ut uincerent, an postea quia uicissent. Cum primum uictoria Mariana quando de exi-

lio seipse restituit, exceptis passim quaquauersum cædibus factis: Caput Octauij consulis poneretur in rostris, Cæsar & Fimbria, domibus trucidarentur à suis: Duo Crassi pater et filius in conspectu mutuo necarentur. Bebius & Numitorius unco tracti sparsis uisceribus interirent: Catulus hausto ueneno se manibus inimicorum subtraheret: Merula flamen Dialis præcisis uenis Ioui etiã suo sanguine litaret. In ipsius autem Marij oculis continuo feriebantur, quibus salutãtibus dexteram porrigere noluisset.

Tirannicũ supra modum factũ.

Eodem lib. Cap. XXVIII.

De Syllana crudelitate.

Syllana uero uictoria secuta huius uidelicet uindex crudelitatis, post tantum sanguinem ciuium quo fuso, cõparata fuerat, finito iam bello inimicitijs uiuentibus crudelius in pace grassata est. Iam etiam post Marij maioris pristinas ac recentissimas cædes, additæ fuerant aliæ grauiores à Mario iuuene atq; Carbone earundem partium Marianarum. Qui Sylla imminẽte non solũ uictoriam, uerum etiam ipsam desperantes salutem, cuncta suis aliisq; cædibus impleuerunt. Nam præter stragem late per diuersa diffusam, obsesso etiam senatu, de ipsa curia tanq̃ de carcere producebantur ad gladium. Mutius Sceuola pontifex quoniam nihil apud Romanos templo Vestæ sanctius habebatur, aram ipsam amplexus occisus est, ignẽq; illum qui perpetua cura uirginum semper ardebat, suo pœne sanguine extinxit. Vrbem deinde Sylla uictor intrauit, qui in uilla publica, non iam bello, sed ipsa pace sæuiente septem milia peditum undecunq; inermia, non pugnando, sed iubendo prostrauerat. In urbe autem tota quem uellet Syllanus quisq; feriebat. Vnde tot funera numerari omnino nõ poterant, donec Syllæ suggereretur finendos esse aliquos uiuere, ut essent quibus possent imperare qui uicerant. Tunc iam cohibita quæ hac atq; hac passim furibunda ferebatur licentia iugulãdi, tabula illa cum magna gratulatione proposita est quæ hominum ex utroq; ordine splendido, equæstri scilicet atq; senatorio, occidendorum atq; proscribendorum duo milia continebat, contristabat numerus, sed consolabatur modus. Nec quia tot cadebant tantum erat meroris quãtum letitiæ, quia cæteri non timebant. Sed in quibusdam eorum qui mori iussi erant, etiam licet ipsa crudelis cæterorum securitas, genera mortium exquisita congemuit. Quendam enim sine ferro laniantium manus diripuerunt: Immanius homines hominem uiuum, quam bestiæ solent discerpere cadauer abiectum. Alius oculis effossis, & particulatim membris amputatis, in tantis cruciatibus diu uiuere ul' potius diu mori coactus est. Subuastatæ sunt etiam tanquam uillæ quædam nobiles ciuitates. Vna uero uelut unus reus occidi iuberetur, sic tota iussa est ciuitas trucidari. Hæc facta sunt in pace post bellum non ut acceleraretur obtinenda uictoria, sed ne contemneretur obtenta. Pax cum bello de crudelitate certauit & uicit. Illud enim prostrauit armatos, ista nudatos. Bellum erat ut qui feriebatur si posset feriret, pax autem non ut qui euaserat uiueret, sed ut moriens non repugnaret.

Mutius Sceuola ciuili bello occiditur.

Sylla urbẽ cedibus & sanguinæ repleuit.

Mirabilis conflictus pacis & belli.

Eodem lib. Cap. XXIX.

Quæ Rabies exterarum gentium quæ seuitia Barbarorum, huic de ciuibus uictoriæ ciuium comparari potest? Quid Roma funestius, tetrius amariusq; uidit? Vtrum olim Gallorum & paulo ante Gothorum irruptionem, an Marij & Syllæ, aliorumq; in eorũ partibus uirorum clarissimorum tanq̃ suorum luminum in sua membra ferocitatem? Galli quidem trucidauerunt senatum, quicquid eius in urbe tota, præter arcem capitolinam quæ sola utcunq; defensa est, reperire potuerunt. Sed in illo colle constitutis, auro uitam saltem uendiderunt, quam etsi ipsi ferro rapere non possent: Possent tamen obsidione consumere. Gothi uero tam multis senatoribus pepercerunt, ut magis mirum sit, quod aliquos peremerunt. At uero Sylla uiuo adhuc Mario ipsum capitolium quod à Gallis tutum fuit, ad decernendas cædes uictor insedit. Et cum fuga Marius esset lapsus ferotior cruentiorq; rediturus, iste in capitolio per senatus etiam consultum, tam multos uita rebusq; priuauit. Marianis autem partibus Sylla absente, quid sanctum cui parceret fuit, quãdo Mutio ciui senatori etiam pontifici, arã ipsam ubi erant, ut diunt, fata Romana miseris ambienti amplexibus non pepercerunt? Syllana porro tabula illa postrema, ut omittamus alias innumerabiles mortes, plures iugulauit senatores quam Gothi uel expoliare potuerunt.

Comparatio cedium a Gothis Gallis & ciuilium bellorum auctoribus patratorum.

Cap. XXX

Qua igitur fronte, quo corde, qua impudentia, qua insipientia uel potius amentia, illa uel dijs suis non imputant, & hoc nostro imputant Christo, crudelia bella ciuilia omnibus bellis hostilibus auctoribus etiam eorum fatentibus amariora, quibus illa respublica nec afflicta, sed perdita omnino iudicata est, longe ante aduentum Christi exorta sunt, & sceleratarum concathenatione causarum à bello Mariano atq; Syllano ad bella Sertorij & Catilinæ, quorum à Sylla fuerat ille proscriptus, ille nutritus. Inde ad Lepidi et Catuli bellum, quorum alter gesta Syllana rescindere, alter defendere cupiebat. Inde ad Pompeij & Cæsaris, quorũ Pompeius sectator Syllæ fuerat, eiusq; potentiam ul' æquauerat, uel iã etiam superauerat. Cæsar autem Pompeij potentiam non ferebat, sed quia non habebat, quam tamen illo uicto interfectoq; transcendit. Hinc ad alium Cæsarem qui post Augustus appellatus est peruenerunt, quo imperante natus est Christus. Nam & ipse Augustus cum multis gessit bella ciuilia, & in eis etiam multi clarissimi uiri perierunt, inter quos & Cicero distertus ille artifex regendæ reipublicæ

Bella grauissima Christi aduentũ præcedẽtia.

Tempore Octauiani Cæsaris Augusti natus ẽ Christus.

publicæ. Pompeij quippe uictorem Caium Cæsarem, quæ uictoriam ciuilem clementer exercuit, suisq; aduersarijs uitam dignitatemq; donauit, tanquam regni appetitorē, quorundam nobilium coniuratio senatorum ueluti pro rei publicæ libertate in ipsa curia trucidauit. Huius deinde potentiam, multum moribus dispar, uitijsq; omnibus inquinatus atq; corruptus, affectare uidebatur Antonius, cui uehementer pro eadem illa uelut patriæ libertate Cicero resistebat. Tunc emerserat mirabilis in dolis adolescens ille alius Cæsar illius Caij Cæsaris filius adoptiuus, qui ut dixi, postea appellatus est iustus. Huic adolescenti Cæsari, ut eius potentia contra Antonium nutriretur Cicero fauebat, sperans eum depulsa & oppressa Antonij dominatione instauraturum reipublicæ libertatem usq; adeo cæcus atq; improuidus futurorum, ut ille ipse iuuenis, cuius dignitatem ac potestatem fouebat, & eundem Ciceronem occidendum, Antonio quadam quasi cōcordiæ pactione promitteret, & ipsam libertatem reipublicæ, pro qua multum ille clamauerat, ditioni propriæ subiugaret.

Caius Cæsar in curia occiditur.

Cicero, Marco Antonio occidendus datur,

Cap. XXXI. Eodem lib.

Deos suos accusent de tantis malis qui nostro Christo ingrati sunt de tantis bonis. Certe quādo illa mala fiebant, calebant Aræ numinum Sabeo thure fertisq; recentibus halabant, clarebant sacerdotia, Phana renitebant, sacrificabatur, ludebatur, furebatur in tēplis, quando passim tantus ciuium sanguis à ciuibus, non modo in cæteris locis, uerum inter ipsa quoq; deorum altaria fundebatur. Non elegit templum quo confugeret Tullius, quia frustra elegerat Mutius. Hi uero qui multo indignius insultant Christianis temporibus, aut ad loca Christo dicatißima confugerunt, aut illuc eos ut uiuerent etiam ipsi Barbari deduxerunt. Illud scio & hoc mecum quisquis sine studio partium iudicat facillimè agnoscit, ut omittam cætera quæ multa commemoraui, & alia multo plura quæ commemorare longum putaui, si humanum genus, ante bella punica reciperet Christianam disciplinam & consequeretur rerum tanta uastatio, quanta illis bellis Europam Africamq; contriuit, nullus talium, quales nunc patimur nisi Christianæ religioni illa mala tribueret. Multo autem minus eorum uoces tolerarentur quantum attinet ad Romanos, si Christianæ religionis receptionem & diffamationem, uel irruptio illa Gallorum, uel Tyberini fluminis igniumq; illa depopulatio, uel quod cuncta mala præcedit bella illa ciuilia sequerentur. Mala etiam alia quæ usq; adeo incredibiliter acciderunt, ut inter prodigia numerarentur, si Christianis temporibus accidissent quibus ea nisi Christianis hominibus tanquam crimina obijcerent? Omitto quippe illa quæ magis fuerunt mira quam noxia, boues locutos, infantes nondum natos de uteris matrum quædā uerba clamasse, uolasse serpētes, Fœminas & Gallinas & homines in masculinum sexum fuisse conuersas, & cætera huiusmodi quæ in eorum libris, non fabulosis, sed historicis seu uera siue falsa sint, non inferunt hominibus pernitiem, sed stuporem. Sed & cum pluit terra, cum pluit creta, cum pluunt lapides, non ut grando appellari solet hoc nomine, sed omnino uel terræ uel cretæ uel lapidum pluuia. Hæc profecto etiam grauiter ledere potuerunt. Legimus apud eos Aethneis ignibus ab ipso montis uertice usq; ad littus proximum decurrentibus ita ferbuisse mare, ut rupes exurerentur, picesq; nauium soluerentur, hoc utiq; non leuiter noxium fuit, quamuis incredibiliter mirum. Eodem rursus estu ignium tanta ui fauillæ, scripserunt oppletam esse Siciliam, ut Catinensis urbis tecta obruta & oppressa diruerēt. Qua calamitate permoti misericorditer eiusdem anni tributum ei relaxauere Romani. Locustarum etiam in Affrica multitudinem prodigij simile fuisse. Cum iam essent populi Romani prouincia, literis mandauerunt, cōsumptis enim fructibus foliisq; lignorum, ingenti atq; inestimabili nube in Mare dicunt esse deiectam. Qua mortua redditaq; littoribus, atq; hinc aëre corrupto, tantam ortam pestilentiam dicunt ut solo regno Masinissæ: Octingenta hominum milia perijsse referantur, et multo amplius in terris littoribusq; proximis, tunc Vticæ ex triginta milibus uirorum qui ibi erant, decem remansisse confirmant. Talis itaq; uanitas qualem patimur eiq; respondere compellimur, quid horum non Christianæ religioni tribueret si temporibus Christianis uideret? Et tamen dijs suis ista non tribuunt, quorum ideo cultum reliquerunt ne ista uel maiora patiantur, cum ea maiora pertulerint à quibus antea colebantur.

Bella in comoda in Christū & suam religionem Romani referunt.

Prodigia.

Notæ

De ethneis ignibus.

Maxima locustarum in Affrica multitudo.

Pestilentia magna.

Lib. IIII. Cap. XV.

Proinde belligerare, & per domitis gentibus dilatare regnum malis uidetur fœlicitas, bonis necessitas. Sed quia peius esset, ut iniurioſi iustioribus dominarentur ideo non incongrue dicitur etiam ista fœlicitas. Sed p culdubio fœlicitas maior est uicinum bonum habere cōcordem, quam uicinum malum subiugare bellantem. Mala uota sunt optare habere quem oderis, uel quem timeas, ut posit esse quem uincas &c.

Belligerando dilatare regnum malis uidetur fœlicitas bonis necessitas.

Lib. V. Cap. XII.

Hinc est et illud Virgilij, quod cum aliarum gentium artibus eas ipsas proprias Romanorum artes regnandi atq; imperandi & subigendi ac debellandi populos anteponeret ait.

Excudent alij spirantia mollius æra,
Credo equidem uiuos ducent de marmore uultus,
Orabunt causas melius, cœliq; meatus
Describent radio, & surgentia sidera dicent,
Tu regere Imperio populos Romane memento,
Hæ tibi erunt artes, paciq; imponere morem,
Parcere subiectis, & debellare superbos &c.

6. Æneid.

Virgilius in laudē Romanorum.

Cap.XVII.Eodem lib.

Quid prosit magnis illis victoribus victoria.

Nam quid interſit ad incolumitatem bonoſq; mores, & ipſas certe hominum dignitates quod alij uicerunt alij uicti ſunt, omnino non uideo præter illum gloriæ humanæ inaniſſimum faſtum in quo perceperunt mercedem ſuam, qui eius ingenti cupiditate arſerunt, & ingẽtia bella geſſerunt: Numquid enim illorum agri tributa non ſoluunt? Nunquid eis licet diſcere quod alijs non licet? Numquid non multi ſenatores ſunt in alijs terris q Romam nec facie quidem norunt? Tolle iactantiam & omnes homines quid ſunt niſi homines?

Cap.XXII.

Tempora exituſq; bellorũ ex dei pendere iuditio.

Sic etiam tempora ipſa bellorum, ſicut in dei arbitrio eſt, iuſtoq; iuditio & miſericordia uel atterere uel conſolari genus humanum, ut alia citius, alia tardius finiantur. bellum Pyratarum à Pompeio, bellum Punicum tertium à Scipione incredibili cœleritate, & temporis breuitate confecta ſunt. Bellum quoq; fugitiuorum gladiatorum, quamuis multis Romanis ducibus & duobus conſulibus uictis, Italiaq; horribiliter contrita atq; uaſtata, tertio tamen anno poſt multa conſumpta, conſumatum ẽ. Picentes, Marſi, et Peligni gentes non exteræ, ſed Italicæ poſt diuturnam & deuotiſſimam ſub Romano iugo ſeruitutem in libertatem caput erigere tentauerunt, iã multis nationibus Romano Imperio ſubiugatis, deletaq; Carthagine. In quo bello Italico Romanis ſepiſſime uictis ubi & duo conſules perierunt, & alij nobiliſſimi ſenatores, non diuturno tamen tempore tractum eſt hoc malum. Nã quintus ei annus finem dedit, ſed bellum Punicum ſecundum, cum maximis detrimentis & calamitate reipublicæ per annos decem & octo Romanas uires extenuauit & pœne conſumpſit, in duobus prælijs fermè ſeptuaginta Romanorum milia ceciderunt. Bellũ Punicum primum per uiginti & tres annos peractum eſt, bellum Mithridaticũ quadraginta annis, ac ne quisquam arbitretur rudimenta Romanorum fuiſſe fortiora ad bella citius peragenda, ſuperioribus temporibus, multum in omni uirtute laudatis, bellum Samniticum annis tractum eſt ferme quinquaginta, in quo bello ita Romani uicti ſunt, ut ſub iugum etiam mitterentur. Sed quia nõ diligebant gloriam propter iuſtitiam, ſed iuſtitiam propter gloriam diligere uidebantur, pacem factam fœdusq; ruperunt. Hæc ideo commemoro quoniam multi præteritarum rerum ignari, quidam etiam diſſimulatores ſuæ ſcientiæ, ſi temporibus Chriſtianis aliquod bellũ paulo diutius trahi uident, illico in noſtram rẽligionem proteruiſſime inſiliunt, exclamantes quod ſi illa non eſſent, & uetere ritu colerentur numina, iam Romana illa uirtute quæ adiuuante Marte & Bellona tanta celeriter bella conſœcit, id quoq; cœlerrime finiretur. Recolant igitur q legerunt quã diuturna bella, quã uarijs euentibus, quam luctuoſis cladibus à ueteribus ſint geſta Romanis, ſicut ſolet orbis terrarum uelut procelliſſimum Pelagus uaria talium malorum tempeſtate iactari, et qđ nolunt aliquando fateãtur, nec inſanis aduerſus deũ linguis ſe interimant, & decipiant imperitos.

Cap.XXIII.

Demonum fuit cultor Radagaiſus.

Cum Radagaiſus rex Gothorum agmine etiam immani iam in urbis uicinia conſtitutus, Romanis ceruicibus imineret, uno die tanta cœleritate ſic uictus eſt ut ne uno quidem non dicam extincto, ſed nec uulnerato Romanorũ, multo amplius quã cẽtũ militũ proſterneretur eius exercitus, atq; ipſe cum filijs mox captus pœna debita necaretur.

Lib.XII.Cap.XXII.

Ferocior oĩbus beſtijs homo

Neq; enim unquam inter ſe Leones aut inter ſe Dracones, qualia homines bella inter ſe geſſerunt.

Lib.XIIII.Cap.XV.

Bella ciuilia ĩ exordinata libidine dominãdi.

Eſt igitur libido ulciſcendi, quæ ira dicitur, eſt libido habendi pecuniam, quæ auarita, eſt libido quomodocunq; uincendi, quæ peruicatia, eſt libido gloriandi, quæ iactantia nuncupatur. Sunt multæ uariæq; libidines, quarum non nullæ habent etiam uocabula propria, quædam uero non habent. Quis enim facile dixerit, quid uocetur libido dominandi? Quam tamen plurimum ualere in tirannorum animis, etiam ciuilia bella teſtantur.

Lib.XV. Cap.IIII.

De terrenæ ciuitatis cõtentione uel pace.

Terrena porro ciuitas quæ ſempiterna non erit, neq; enim cum in extremo ſupplicio damnata fuerit iã ciuitas erit, hic habet bonum ſuum cuius ſocietate lætatur, qualis eſſe de talibus rebus lætitia poteſt. Et quoniam nõ eſt tale bonum ut nullas anguſtias faciat amatoribus ſuis ideo ciuitas iſta aduerſus ſeipſam plerumq; diuiditur, litigando, bellando, atq; pugnando, et aut mortiferas, aut certe mortales uictorias requirendo. Nam ex quacunq; ſui parte aduerſus alteram ſui partem bellando ſurrexerit, quærit eſſe uictrix gentium cum ſit captiua uitiorũ. Et ſi quidem cum uicerit, ſuperbius extollitur etiam ſic mortifera. Si uero conditionem cogitans caſusq; communes, magisq; accidere poſſunt aduerſis angitur quam eis quæ prouenerunt ſecundis rebus inflatur, tantummodo moralis eſt iſta uictoria. Neq; enim ſemper dominari poterit permanendo eis quos potuerit ſubiugare uincendo. Non autem recte dicuntur ea bona non eſſe quæ concupiſcat hæc ciuitas, quando eſt & ipſa in ſuo genere humano melior. Concupiſcit enim terrenam quandam pro rebus infimis pacem, ad eam nãq; deſiderat peruenire bellando. Quoniam ſi uicerit & qui reſiſtat non fuerit, pax erit quam non habebant partes inuicem aduerſantes, & pro his rebus quas ſimul habere non poterant, infœlici egeſtate certantes. Hanc pacem requirunt laborioſa bella, hanc adipiſcitur quæ putatur glorioſa uictoria. Quãdo autem uincunt qui cauſa iuſtiore pugnabant, quis dubitat gratulandam eſſe uictoriam & prouenisſe optabilem pacem? Hæc bona ſunt, & ſine dubio dona dei ſunt. Sed ſi neglectis melioribus quæ ad ſupernam pertinent ciuitatem.

Bona & dei dona ſunt, pax et uictoria.

ciuitatem, ubi erit uictoria in æterna & summa pace secura, bona ista sic concupiscuntur, ut uel sola esse credantur, uel his quæ meliora creduntur amplius diligantur, necesse est miseria consequatur, & quæ inerat augeatur.

Eodem lib. Cap. V.

Gene. 4

Primus itaq; fuit terrenæ ciuitatis conditor fratricida: Nam suum fratrem ciuē ciuitatis æternæ in hac terra peregrinantem, inuidentia uictus occidit. Vnde mirandum non est, quod tanto post in ea ciuitate condenda quæ fuerat huius terrenæ ciuitatis, de qua loquimur caput futura, et tam multis gentibus regnatura, huic primo exemplo, & ut græci appellant Archetypo, quædam sui generis imago respondit. Nam & illic sicut ipsum facinus quidam Poēta commemorauit illorum.

Lucanus lib. 1.

Fraterno primi maduerunt sanguine muri.

Remus occiditur a Romulo.

Sic enim condita est Roma, quando occisum Remum à fratre Romulo Romana testatur hystoria, nisi quod isti terrenæ ciuitatis ambo ciues erant, & ambo gloriam de Romanæ reipublicæ institutione quærebant, sed ambo eā tantam quantam si unus esset habere non poterant. Qui enim uolebat dominando gloriari, minus utiq; dominaretur si eius potestas uiuo consorte minueretur. Vt ergo totam dominationem haberet unus, ablatus est socius, & scelere creuit in peius, quod innocētia minus esset in melius &c.

Lib. XVI. Cap. XLIII.

Iosue. 1 De bellis Iesu Naue.

Defuncto Moyse, populum rexit Iēsus Naue, & interram repromissionis introduxit, eamq; populo diuisit. Ab his duobus mirabilibus ducibus bella etiam prosperrime ac mirabiliter gesta sunt deo contestante, non tā propter merita Hebræi populi, quam propter peccata earum quæ debellabantur gentiū, illas eis prouenisse uictorias &c.

Lib. XVII. Cap. XXIII.

Reges Israel omnes reprobi.

In Israēl autem reges, alios magis, alios minus, omnes tamen reprobos legimus. Vtraq; igitur pars sicut iubebat diuina prouidentia uel sinebat uarijs & erigebatur prosperitatibus, & aduersitatibus præmebatur, et sic affligebatur, non solum externis, uerumetiam inter se ciuilibus bellis, ut certis existentibus causis, misericordia uel ira patesceret dei, donec eius indignatione crescente uniuersa gens illa à Chaldeis debellantibus, non solum subuerteretur in sedibus suis, sed etiam ex maxima sui parte transferretur in terras Assyriorum, prius illa pars quæ uocabatur Israēl in tribubus decem. Postea uero etiam Iudas, euersa Hierusalem & templo illo nobilissimo, in quibus terris per annos. 70. captiuum egit ocium, post quos inde dimissa templum quod euersum fuerat instaurauit, & quamuis plurimi eius in alienigenarum degerent terris, non habuit tamen deinceps duas regni partes, & duos diuersos in singulis partibus reges, sed in Hierusalem princeps eorum unus corū erat,

Iudæi a Chaldæis debellati sunt, & in Assiriam translati. 4. Reg. 17 4. Reg. 25.

atq; ad dei templum, quod ibi erat omnes undiq; ubicūq; essent & undecunq; possent per certa tempora uenirebant. Sed nec tunc eis hostes ex alijs gentibus expugnatores defuerunt. Nam etiam Romanorum iam tributarios eos Christus inuenit.

1. Esdræ. 1 et. 3. Iudæi per Pompeium tributarij Romanorū facti. Mart. 22

XVIII. Lib. Cap. II.

Societas igitur usq; quaq; mortalium diffusa per terras, & in locorum quantislibet diuersitatibus unius tamen eiusdemq; naturæ, quadam communione distinctas utilitates & cupitates suas, quibus sectantibus dum id quod appetitur aut nemini, aut non omnibus sufficit, qa non est id ipsum, aduersum seipsam plerumq; diuiditur, & pars partem quæ prævalet opprimit. Victrici enim victa succumbit, dominationi scilicet uel etiam libertati qualemcunq; pacem præferens ac salutem, ita ut magnæ fuerint admirationi qui perire quam seruire maluerunt. Nam in omnibus fere gentibus quodammodo uox naturæ ista personuit ut subiugari uictoribus mallent, quibus contigit uinci, quam bellica omnifaria uastatione deleri. Hinc factum est ut non sine dei prouidentia, in cuius potestate est ut qs; bello aut subiugetur, aut subiuget, quidā esse nec regnis præditi, quidam regnantibus subditi, sed inter plurima regna terrarum, in quæ terrenæ utilitatis uel cupiditatis est diuisa societas, quā ciuitatem mūdi huius uniuersali uocabulo nuncupamus, duo regna cernimus longè cæteris prouenisse clariora, Assyriorū primum, deinde Romanorum, ut temporibus ita locis interse ordinata atq; distincta. Nam quomodo illud prius, hoc posterius, eo modo illud in Oriente, hoc in Occidente surrexit. Deniq; in illius fine huius initium consestim fuit. Regna cætera cæterosq; reges, uelut appendices istorum dixerim &c.

Dei prouidentia fit ut regnantib⁹ subiugati subdantur.

Lib. XIX. Cap. XIII.

Pax itaq; corporis, est ordinata partium temperatura. Pax animæ irrationalis ordinata requies appetitionum. Pax animæ rationalis, ordinata cognitionis actionisq; consensio. Pax corporis et animæ, ordinata uita et salus animātis. Pax hominis mortalis, est dei īmortalis ordinata in fide, sub æterna lege obedientia. Pax hominum ordinata concordia. Pax domus, ordinata imperandi atq; obediendi concordia cohabitantium. Pax ciuitatis ordinata imperandi atq; obediendi concordia ciuium. Pax cœlestis ciuitatis, ordinatissima atquè cōcordissima societas fruendi deo, & inuicem in deo. Pax omnium rerum, tranquillitas ordinis. Ordo est parium dispariūquè rerū sua cuique loca tribuens dispositio &c.

Pax dicit multiplex.

Eodem lib. Cap. XV.

Gene. 1

Hoc naturalis ordo præscribit, ita deus hominem condidit, nam dominetur inquit piscium maris & uolatilium celi, & omniū repentiū qui repunt super terram rationalem factum ad imaginem suam, noluit nisi irra-

Principio omnes homines æquales deus cõdidit.

Gene.46

tionalibus dominari, non hominem homini sed hominem pecori. Inde primi iusti, pastores pecorum magis quam reges hominum constituti sunt, ut etiam sic insinuaret deus, quid postulet ordo creaturarum, & quid exigat meritum peccatorum. Conditio quippe seruitutis iure intelligitur imposita peccatori. Proinde nusquam scripturarum legimus seruum, antequam hoc uocabulo Noë iustus peccatum filij uindicaret. Nomen itaq; istud culpa meruit non natura. Origo autem uocabuli seruorum in latina lingua inde creditur ducta, quod hi qui iure belli possent occidi, à uictoribus cum seruabantur, serui fiebãt, à seruando appellati, quod etiam ipsum sine peccati merito non est. Nam & cum iustum geritur bellum, pro peccato contrario dimicatur, & omnis uictoria cum etiam malis prouenit, diuino iudicio uictos humiliat uel emendans peccata uel puniens. Testis est homo dei Daniel, cũ in captiuitate positus, peccata sua & peccata populi sui confitetur deo, & hanc esse causam illius captiuitatis pio dolore testatur. Prima ergo seruitutis causa peccatum est, ut homo homini conditionis uinculo subderetur, quod nõ fit nisi deo iudicante, apud quem non est iniquitas, & nouit diuersas pœnas meritis distribuere delinquentium.

Omnis victoria etiã malorum a deo.

Iohan.8

2.Pet.2

Sicut autem supnus dominus dicit: Omnis qui facit peccatum seruus est peccati, ac per hoc multi quidem religiosi, dominis iniquis, nõ tamen liberis seruiunt, à quo enim quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Et utiq; fœlitius seruitur homini quam libidini: cum seuissimo dominatu uastet corda mortalium (ut alias omittam) libido ipsa dominandi. Hominibus autem illo pacis ordine, quo alijs alij subiecti sunt, sicut prodest humilitas seruientibus, ita nocet superbia dominantibus. Nullus autem natura in qua prius deus hominem condidit, seruus est hominis aut peccati: Verum et pœnalis seruitus ea lege ordinatur, qua naturalem ordinem conseruari iubet, perturbari uetat, quia si contra eam legem non esset factum, nihil esset pœnali seruitute coercendum. Ideoq; etiam Apostolus seruos monet subditos esse dominis suis, & ex animo eis cum bona uoluntate seruire, ut scilicet si non possunt à dominis liberi fieri, suam seruitutem ipsi quodammodo liberam faciant, non timore subdolo, sed fideli dilectione seruiendo, donec transeat iniquitas, et euacuetur omnis principatus & potestas humana, & sit deus omnia in omnibus.

Humilitas seruientib⁹ prodest, dominantibus superbia nocet.

Ephe.6

Subditi debent esse serui dñis.

Psalm.56

1.Corin.15

Lib.XXII. Cap.VI.

Proinde Metus quamlibet leuis indignationis, quæ ab animis Romanorum si non fieret posse putabatur existere, compellebat aliquas ciuitates positas sub iure Romano tanquam deum colere Romulum, à Christo autem deo non solum colendo, uerumetiam confitendo tantam per orbem terræ martyrum multitudinem metus ullius aut error reuocare non potuit, blanditiæ nullæ, promissio nulla demouit, sed nec facultatum uiolenta subtractio, nec acerbitas uniuersarum uariarumq; pœnarum: Et ipsius mortis, quæ plus cæteris formidatur. Neq; tunc ciuitas Christi, quamuis adhuc peregrinaretur in terris, & haberet tam magnorum agmina populorum, aduersus impios persecutores suos pro temporali salute pugnauit, sed potius ut obtineret æternam non repugnauit. Ligabantur includebantur, cedebantur, torquæbantur, urebantur, laniabantur, trucidabantur, & multiplicabantur. Non erat eis pro salute pugnare, nisi salutem pro saluatore contemnere. Scio in libro Ciceronis tertio nisi fallor de republica disputari, nullum bellum susceipi à ciuitate optima, nisi aut pro fide, aut pro salute. Quid autem dicat pro salute, uel intelligi quam salutem uelit alio loco demonstrans, sed his pœnis inquit, quas etiã stultissimi sentiunt, egestate, exilio uinculis, uerberibus elabuntur sæpe priuati, oblata mortis cœlerita-te. Ciuitatibus autem mors ipsa pœna est, quæ uidetur à pœna singulos uindicare? Debet enim constituta sic esse ciuitas ut æterna sit itaq; nullus interitus est reipublicæ naturalis, ut hominis in quo mors non modo necessaria est, uerumetiam optanda persæpe. Ciuitas autem cum tollitur, deletur, extinguitur, simile est quodammodo, ut magnis parua conferamus, ac si omnis hic mũdus intereat & concidat. Hoc ideo dixit Cicero, quia mundum non interiturum cum Platonicis sentit. Constet ergo eum pro ea salute bellum uoluisse susceipi à ciuitate, qua fit ut maneat hic ciuitas sicut dicit æterna, quamuis morientibus et nascentibus singulis, sicut perẽnis est opacitas Oleæ uel Lauri atq; huiusmodi cæterarum arborum, singulorum lapsu ortuq; fõliorum. Mors quippe ut dicit non hominum singulorum, sed uniuersæ est pœna ciuitatis, quæ à pœna plerumq; singulos uindicat &c.

Compulsæ sunt quædã ciuitates Romulum credere deũ

Secundum Ciceronem in.3.de republica, nullum bellum susceipitur à ciuitate nisi pro fide uel salute.

Cicero mãdum cũ Platonicis perpetuum asserit.

Lib.XIX. Cap.XI.

Tantum est enim pacis bonum, ut etiam in rebus terrenis atq; mortalibus nihil gratius soleat audiri, nihil desiderabilius concupisci, nihil postremo possit melius inueniri.

De bona pacis.

Eodem lib. Cap.XII.

Quod enim quisquis mecum res humanas naturamq; communem utcumq; intuetur agnoscit. Sicut enim nemo est qui gaudere nolit, ita nemo est qui pacem habere nolit. Quandoquidem & ipsi qui bella uolunt, nihil aliud quam uincere uolunt, ad gloriosam ergo pacem bellãdo cupiunt peruenire. Nã qd est aliud uictoria, nisi subiectio repugnantiũ? Quod cum factum fuerit pax erit. Pacis igitur intẽtiõe geruntur & bella, ab his etiã q uirtutẽ bellicã student exercere imperando & pugnando. Vnde pacem constat belli esse optabilem finem. Omnis enim

Quod etiã bellantium feuitia oẽs q̃ homines pacis bonũ appetant, sine cuius appetitu nulla natura sit

enim homo etiam belligerando pacem requirit, nemo autem bellum pacificando. Nam & illi qui pacem, in qua sunt, perturbare uolunt non pacem oderunt, sed eam pro arbitrio suo cupiunt cõmutari. Non ergo ut sit pax nolunt, sed ut ea, sit quam uolunt. Deniq; et si per seditionẽ se ab alijs sæperauerunt, cum eis ipsis uel conspiratis, uel coniuratis suis, nisi qualemcunq; pacis speciem teneant, non efficiunt quòd intendunt. Proinde latrones ipsi ut uehementius & tutius infesti sint paci cæterorum, pacẽ uolunt habere sociorum. Sed & si unus sit tam præpollens uiribus & conscius, ita cauens, ut nulli socio se cõmittat, solusq; insidians, & prævalens quibus potuerit oppressis, & extinctis prædas agat, cum eis certe, quos occidere non potest, & quos uult lædere quòd facit, qualemcunq; umbram pacis tenet &c.

Ad Marcellinum, Epistola. V.

Luce. 3. Nam si Christiana disciplina omnia bella culparet, hoc potius militibus consilium salutis petentibus in euangelio diceretur, ut abijcerent arma, seq; militiæ omnino subtraherent. Dictum est autem eis, Neminem concusseritis, nulli calumniam fœceritis, sufficiat uobis stipendium uestrum. Quibus proprium stipendium sufficere debere præcepit militare, utiq; non prohibuit. Proinde qui doctrinam Christi aduersam dicunt esse rei publicæ, dent exercitum talem, quales doctrina Christi esse milites iussit, dent tales prouintiales, tales maritos, tales coniuges, tales parentes, tales filios, tales dominos, tales seruos, tales reges, tales iudices, tales deniq; debitorum reddidores & exactores ipsius fisci, quales esse præcepit doctrina Christiana, & audeant eam dicere aduersam esse rei publicæ. Imo uero dubitent eam contiteri magnam, si ei obtemperetur, salutem esse reipublicæ &c.

Doctrina Christi non est rei publicæ aduersa.

Ad Bonifacium. Epistola. CLXXXII.

Habeat quæso miles sub comite positus disciplinam. Graue est enim ut quem, non uincit homo, uincat libido, aut uolutetur uino, qui non uincitur ferro &c.

Miles qualis debeat esse.

Ad eundem, Epistola. CXCIIII.

Quando pugnatur, deus apertis oculis spectat, & partem, quàm inspicit iustam, sibi dat palmam.

Deus iuste parti pugnando dat uictoriam.

DE IVRAMENTO ET FIDE SERVANDA PVBLICA.

De rectitudine Catholicæ conuersationis, N.

Iurandi consuetudinem funditus euitate, quia ualde præceptis in hac parte contraitis, domino in euangelio prohibente, Dico inquit uobis, nolite omnino iurare, neq; per terram, neq; per caput, neq; per aliud quòdcunq;. Sit autem sermo uester est est, non non &c.

Consuetudo iurandi uitanda.

Libro VI. Quæstionum super Iosue, Quæst. XIII.

Iosue. 9. Quæri potest quomodo iurationem seruandam crediderint esse Hebræi Gabaonitis, quibus ita iurauerant tanq̃ de longinqua terra uenientibus, sicut illi mentiti fuerant. Sciebant enim se debellandos si cognitum esset Hebræis in ea terra eos habitare, quàm promissum fuerant ab habitantibus recepturi, Mẽtientibus ergo quòd de lõginqua terra ad eos uenissent iurauerũt eis Israhelitæ. Postea uero quàm cognouerunt ibi eos habitare, ubi omnes quos inuenerant, secundum dei præceptum debellare oportebat, nolebant tamen frangere iurationem. Et licet eos mentitos esse didicissent, parcere maluerunt iurationis causſa, cum possent utiq; dicere, se tantum illis iurasse, quos eos esse crediderant, id est, de longinquo uenientes. Cum uero aliud cognouerunt, præceptum circa eos domini implendum erat, ut sicuti cæteri expugnarentur. Deus autem hoc adprobauit, nec parcentibus succesſit, quàmuis eum non interrogassent, qui nam illi essent & ideo eos illi fallere ualuissent, unde non importune utiq; credendi sunt, & si fallere homines, pro sua salute uoluerunt, non tamen fallaciter deum timuisse in populo eius, propterea nec succensuit dominus iurantibus, aut parcentibus, ut postea Gabaonitas ipsos tanq̃ populi sui homines de domo Saul uindicauerit, sicut regnorum ostendit historia. Et quoniam iuratio sic seruata est quãuis in hominibus, qui mentiti sunt, ut ad clementiam sententia flecteretur, non displicuit deo. Nam si econtrario iurassent aliquos se interfecturos, quos Gabaonitas in terra promissionis esse putauissent, Et postea didicissent eos esse ab illa terra extraneos, & de longinquo ad se uenisse, nullo modo arbitrandum est, quòd eos essent debellaturi causſa iurationis implendæ, Cum propter ipsam parcendi clementiam sanctus Dauid, etiã post uerba, quibus se Nabal interfecturum esse iurauerat utiq; sciens quem fuerat interfecturus, parcere maluit, nec in re duriore implere iuramentum, magis deo placere existimans, sed quòd ira perturbatus, ad nocendum iurauerat non fœcisset, quam si per fœcisset.

Qua ratione, filij Israhel gabaonitis iuramentum seruauerunt.

Iurauit Dauid, se Nabal interfecturum, & tamen non fœcit.

Libro XIX. Contra Faustum. Cap. XXIII.

Peierare graue peccatum est, non iurare autem, sicut uerum iurare, nullum peccatum est, sed longius remotus est à falsum iurando, qui nec iurare consueuit, quàm qui uerum iurare procliuis est, maluit nos dominus, & non iurantes, non recedere à uero, quàm uerũ iurantes propinquare periurio. Itaq; & Apostolus in sermonibus, quos habuisse narratur, nunq̃ iurauit, ne iurandi cõsuetudine aliquando, uel nescius in periurium laberetur. In scripturis autem ubi est consideratio maior atq; prospensior, pluribus locis iurasse reperitur, ne quisq̃ putaret etiam uerum iurando peccari, sed potius intelligeret humanæ fragilitatis corda, non iurando totius à periurio conseruari &c.

Peierare graue peccatum est. Verum iurare non est peccatum.

Cap XXV

Qui non iurat omnino longe a periurio abest.

Sicut in iurando, etiam qui uerum iurat propinquat periurio, unde longe abest, qui omnino nõ iurat, et quãuis non peccet, qui uerum iurat, remotior tamen à peccato est, qui non iurat. Vnde admonitio non iurandi. conseruatio est à peccato periurij.

Possidonius in uita Augustini.

Cap. XXV.

Augustin⁹ suos iurantes poculi priuatione puniuit.

Cum Augustino semper clerici, una etiam domo ac mensa, sumptibusq; cõmunibus alebantur & uescebantur Et ne quisq; facili iuratione etiam ad periurum decidisset & in ecclesia populo prædicabat, & suos instituerat, ne quis iuraret, nec ad modicum quidem. Quòd si prolapsus fuisset, unam de statutis perdebat portionem. Numerus enim erat, suis secum cõmorantibus & conuiuantibus poculorum præfixus.

In Psalmum. CIX.

Matthei, 5

Iurauit dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchizedech. Iurauit ergo dominus. Quid est iurauit dominus? Ergo dominus iurat, qui prohibet homines á iurando? An forte ideo magis hominem prohibet á iurando, ne in periurium prolabatur, et ideo deus magis iurat, quia non potest esse periurus? Homo enim qui per consuetudinem iurandi potest linguam in periurium prolabi, bene prohibetur iurare. Tanto enim longius erit à periurio, quãto erit longe á iurando. Qui enim iurat homo, fãlsum & uerum iurare potest. Qui autem nõ iurat, fãlsum iurare non potest, quia omnino non iurat. Cur ergo nõ iurat dominus, quando domini iuramentum promissionis est firmamentum? Iurat omnino. Quid ergo tu facis cũ iuras? testaris deũ, Hoc est iurare deum testari, Et ideo molestum ne ad aliquam falsitatem testem adhibeas deũ. Si ergo tu iurando testaris deum, cur ergo non & deus, iurando testetur se ipsum? Viuo ego dicit dominus, iuratio dei est. Sic iurauit de semine Abrahæ: Viuo ego dicit dominus. Quoniam audisti uocem meam, & non peperci sti filio tuo unico propter me. nisi benedicens benedicã te. & implendo, implebo semen tuum, sicut stellas cœli, & sicut arenam, quæ est ad labium maris, & benedicentur in semine tuo omnes gentes. Et semem Abrahæ quid est? Christus. Ille semem Abrahæ, accipiens carnem de semine Abrahæ, erit sacerdos in æternum secundum ordinem Melchizedech, de sacerdotio secundum ordinem Melchizedech, iurauit dominus, & non pœnitebit eum.

Dei iuramẽtum promissionis est firmamentum.

Gene, 22,

Galatas' 3

Ad Hilarium, Epistola. LXXXIX.

Iuratio cauenda,

Iurationem caue quantum potes, Melius quippe nec uerum iuratur, quam iurandi consuetudine, & in periurium sæpe caditur, et semper periurio propinquatur, Sed illi quantũ aliquos audiui eorũ, quid sit iurare prorsus ignorant. Putant enim se non iurare, quando inore habent, scit deus, & testis est deus, & testem deum inuoco super animam meam, quia non dicitur per deum, & quia talia reperiuntur in apostolo Paulo. Sed etiam illa ubi contra eos inuenta est, quam confitentur esse iurationem, ubi ait Apostolus: Quotidie morior per uestram gloriam fratres quam habeo in Christo Iesu domino nostro. In græcis enim codicibus reperitur esse omnino hãc iurationem, ue quis in latina lingua, hoc sic intelligat dictum, per uestram gloriam, quomodo dictum est per meum aduentum iterum ad uos, & multa similia, ubi dicitur per aliquid, & non est iuratio. Sed non ideo, quia in suis literis iurauit Apostolus, uir infirmitate firmissimus ludus nobis debet esse iuratio. Multo enim tutius (ut dixi) quantum ad nos attinet, nunq̃ iuramus, ut sit in ore nostro, est est, non non, sicut dominus monet. Non quia peccatũ est uerum iurare, sed quia grauissimũ est peccatum fãlsum iurare, quo citius cadit qui cõsueuit iurare.

1. Corin, 15

Matthei 5 Peccatum non est uerum iurare, sed fãlsum iurare grauissimũ est peccatum.

Libro I. De ciuitate dei. Cap. XV.

De fide seruando publica efficacissimum Reguli exẽplum.

Habent Romani de captiuitate religionis caussa etiã sponte toleranda, et in suis præclaris uiris nobilissimum exemplum. Marcus Attilius, Regulus Imperator populi Romani captiuus apud Carthaginenses fuit, Qui cum mallent á Romanis suos reddi, quam eorum tenere captiuos, ad hoc impetrãdum etiam istum præcipue Regulum cum legatis suis Romam miserunt, prius iuratione constrictum, si quód uolebant minime peregissent, reditturum esse Carthaginem, Pererrexit ille, atq; in Senatu contraria persuasit, quoniam non arbitrabatur utile esse Romanæ rei publicæ mutare captiuos. Nec post hanc persuasionem à suis, ad hostes redire compulsus est, Sed quia iurauerat id sponte impleuit, At illi eum excogitatis atq; horrendis cruciatibus necauerunt. Inclusum qp- pe angusto ligno, ubi stare cogeretur, clauisq; undiq; acutissimis confixo, ut se in nullam eius partem inclinaret, sine pœnis attrocissimis, etiã uigilando pere nerũt. Merito certe laudant uirtutem, tam magna infœlicitate maiorem, Et per deos ille iurauerat, quorum pro cultu prohibito has generi humano clades isti opinantur infligi. Qui ergo propterea colebantur, ut istam uitã prospe rã redderent, si uerũ iuranti has irrogari pœnas seu uoluere, seu permisere, Quid periuro grauius irati facere potuerũt? Sed cur ratiotinationẽ meam nõ potius ad utrũq; cõcludã? Deos certe sic ille coluit, ut ꝓpter iuris-

Atrocissimum genus mortis.

iurandi fidẽ, nec remaneret in patria, nec inde quolibet ire, sed ad suos acerrimos inimicos redire minime dubitaret, Hoc si huic uitæ utile existimabat, cuius tam horrẽ dũ exitũ meruit, proculdubio fallebatur. Suo quippe docuit exemplo, nihil deos ad istã temporalem fœlicitatẽ suis prodesse cultoribus, quandoqdẽ ille eorũ deditus cultui, et uictus, et captiuus abductus est, et qa noluit aliter quàm p eos iurauerat facere, nouo ac prius inaudito, nimiũq; horibili supplitij genere cruciatus, extinctus est, si autẽ cultus deorũ, post hãc uitã uelut mercedẽ reddit fœlicitatẽ, cur calũniãtur tẽpibus Christianis, ideo dicẽtes urbi accidisse illã calamitatẽ, qa deos suos colere destitit

cum potuerit

tum potuerit etiam illos diligentissime colens, tam infœlix fieri quam ille Regulus fuit? Nisi forte contra clarissimam ueritatem, tanta quisq; dementia miræ cœcitatis obnititur, ut contendere audeat, uniuersam ciuitatem deos colentem infœlicem esse non posse, unum uero hominem posse, quòd uidelicet potentia deorum suorum, multos potius sit idonea conseruare, quam singulos, cum multitudo constet ex singulis. Si autem dicunt Marcum Regulum etiam in illa captiuitate illisq; cruciatibus corporis animi uirtute beatum esse potuisse, uirtus potius uera quæratur, qua beata possit esse ciuitas. Neq; enim aliunde beata ciuitas, aliunde homo, cum aliud ciuitas non sit, quàm concors hominum multitudo. Quamobrẽ nõdum interim disputo, qualis in illo Regulo uirtus fuerit, sufficit nunc quòd isto nobilissimo exemplo coguntur fateri, non propter corporis bona, uel earum rerum, quæ extrinsecus homini accidunt, colendos deos, quandoquidem ille carere, his omnibus maluit, quam deos, per quos iurauit offendere. Sed quid faciemus hominibus, qui gloriantur talem se habuisse ciuem, qualem timent habere ciuitatem? Quòd si non timent, tale ergo aliquid quale accidit Regulo, etiam ciuitati tam diligenter, quàm ille deos colenti accidere potuisse fateantur, & Christianis temporibus non calumnientur. Verum quia de illis Christianis, orta quæstio est, qui etiam captiui ducti sunt, hoc intueantur, & taceant, qui saluberrimæ religioni, ex hinc impudenter, atq; imprudenter illudunt, quia si dijs eorũ probro non fuit, quòd attendissimus cultor illorum, dum eis iurisiurandi fidem seruaret, patria caruit, dum aliam non haberet, Captiuusq; apud hostes, per longam mortẽ, suplicio nouæ crudelitatis occisus est, multo minus nomẽ criminandũ est Christianũ in captiuitate sacratorum suorum, qui supernam patriam ueraci fide expectantes, etiam in suis sedibus peregrinos esse nouerunt.

Omnia maluit aduersa pati Regulus, quam iuris iurandi fractione offendere deos.

Cap. XXIIII. Eodem libro.

Proinde Regulus seruauit, et sub Carthaginensium dominatione patientiam, & in Romanorum dilectione constantiam, nec uictum auferens corpus ab hostibus, nec inuictum animum à ciuibus. Nec quod se occidere noluit, uitæ huius amore fœcit. Hoc probauit, cum caussa promissi iurisq; iurandi ad eosdem hostes, quos grauius in Senatu uerbis, quàm in bello armis offenderat, sine ulla dubitatione remeauit &c.

Iuris iurandi religione ad hostes remeauit Regulus.

Eodem Capite in fine.

Porro si forassimi & præclarissimi uiri terrenæ patriæ defensores, deorumq; licet falsorum, non tamen fallaces cultores, sed ueracissimi etiam iuratores, qui hostes uictos more ac iure belli ferire potuerunt, hi ab hostibus uicti se ipsos ferire noluerunt, et cũ mortem minime formidarent, uictores tamen dominos ferre, quàm eam sibi inferre maluerunt, quanto magis Christiani uerum deũ colentes, & superne patrie suspirantes ab hoc facinore temperabunt, si eos diuina dispositio, uel probandos, uel emendandos ad tempus hostibus subiugauerit, quos in illa humilitate nõ deserit, qui ꝓpter eos tam humiliter uenit altissimus, præserti quos nullius militaris potestatis, uel talis militiæ iura cõstringunt, ipsum hostẽ ferre supatũ.

Christiani dei dispositione hostibus, subiugati & fidẽ seruãt & patientes omnia tolerant.

Libro III, Cap. II.

Vnde enim coniuratio Catilinæ in tanta tamq; corrupta ciuitate, habuit etiam eorum grandem copiã, quos manus atq; lingua periurio, aut sanguine ciuili alebat? Quid enim aliud totiens Senatores corrupti in iuditijs, totiens populus in suffragijs, uel in quibusq; caussis, quæ apud eum concionibus agebantur, nisi etiam peierando peccabant? Nam corruptissimis moribus ad hoc mosiurãdi seruabatur antiquitus, nõ ut à scœleribus metu religionis prohiberetur, Sed ut periuria quoq; scœleribus cæteris adderentur.

Iurabãt cæteres non ut à scœleribus metu religionis prohiberentur, sed ꝙ ꝑ iuria cæteris scœleribus, quoq; adderentur.

Eodem libro. Cap. XX.

Sed in his omnibus belli punici secundi malis, nihil miserabilius ac miserabili querela dignius, quàm exitium Saguntinorum fuit. Hæc quippe Hispania ciuitas amicissima populi Romani, dum eidẽ populo fidem seruat, euersa est. Hinc enim Hanibal fracto fœdere Romanorum caussas quæsiuit, quibus eos irritaret ad bellum. Saguntum ergo ferociter obsidebat. Quòd ubi Romæ auditum est, missi sunt legati ad Hannibalem, ut ab eius obsidione discederet. Contempti Carthaginem pergunt, querimoniamq; deponunt fœderis rupti, infectoq; negotio Romam redeũt. Dum hæ moræ aguntur, misera illa ciuitas opulentissima, suæ rei publicæ Romanæq; charissima, octauo, uel nono à pœnis mense deleta est. Cuius interitũ legere, quanto magis scribere horroris est, Breuiter tamen eum commemorabo, ad rem quippe, quæ agitur multum pertinet. Primo fame contabuit, Nam etiam suorum cadaueribus à nonnullis pasta perhibetur. Deinde fessa omnium rerum, ne saltem captiua in manus Hãnibalis perueniret, ingentem rogum publice struxit, in quem ardẽtem, ferro etiam trucidatos omnes se suosq; miserunt. Hic aliquid agerent Helluones atq; nebulones sacrificiorum adipibus inhiantes, & fallatium diuinationum caligine decipientes, hic aliquid agerent, Si ciuitati populi Romani amicissime subuenirent, & fidei conseruatione pereuntem perire non sinerent. Ipsi utiq; medij præfuerunt, cum Romanæ rei publicæ interiecto fœdere copulata est. Custodiens itaq; fideliter, quod ipsis præsidibus placito iunxerat, fide uinxerat, iuratione cõstrinxerat, à perfido obsessa, oppressa, consumpta est, Si ipsi dij tempestate atq; fulminibus Hãnibalem postea Romanis proximum mœnibus terruerunt longeq; miserunt, tunc primum tale aliquid facerent, audeo quippe dicere, honestius illos pro amicis Romanorum ideo periclitantibus, ne Romanis frangerent fidem, & nullam opem tunc habentibus, quàm pro ipsis Romanis, qui pro se pugnabant atq; aduersus Hãnibalem, opulenti erant, potuisse tempestate seuire. Si ergo tutores essent Romanæ fœlicitatis et gloriæ, tam grauem ab ea crimẽ

Seruatæ fidei exemplum.

Saguntinæ

Saguntinæ calamitatis auerterent. Nũc uero quàm stulte creditur, dijs illis defensoribus Romam uictore Hannibale non perijsse, qui Saguntinæ urbi non potuerunt, ne pro eius perirẽt amicitia, subuenire. Si Saguntinorum Christianus populus esset, & huiusmodi aliquid, pro fide euangelica pateretur, quamq̃ se ipse, nec ferro, nec ignibus corrupisset, sed tamen si pro fide euangelica excidium pateretur, ea spe pateretur, qua in Christũ crediderat, non mercede breuissimi temporis, sed æternitatis interminatæ potiretur. Pro istis autem dijs qui propterea coli perhibentur, propterea colendi requiruntur, ut harum labentium atq; transeuntium rerum fœlicitas tuta sit, quid nobis defensores et excusatores eorum de Saguntinis pereuntibus respondebunt, nisi quòd de illo Regulo extincto? Hoc quippe interest, quòd ille unus homo, hæc tota ciuitas, utriusq; tamen interitus caussa conseruatio fidei fuit. Propter hanc enim ad hostes, & redire ille uoluit. et uoluit ista transire, Conseruata ergo prouocat deorum iram fides? An possunt & dijs propitijs perire, non solum quiq; homines, uerumetiam integra ciuitates? utrum uolunt eligant. Si enim fidei seruatæ irascuntur illi dij, quærant perfides a quibus colantur, Si autem etiam illis propitijs multis grauibusq; cruciatibus afflicti, interire homines ciuitatesq; possunt, nullo fructu fœlicitatis huius coluntur. Desinant igitur succensere, qui sacris deorum suorum perditis, se infœlices esse putant. Possent enim illis non solum manentibus, uerumetiam fa uentibus non sicut modo de miserio murmurare, sed sicut tũc Regulus, et Saguntini excruciati, horribiliter etiam penitus interire.

Libro XVI. Cap. XXXII.

Dei iuratio est infideliũ increpatio.

Quid autem est dei ueri ueracisq; iuratio nisi promissi confirmatio, & infidelium quædam increpatio.

Libro. XXII. Cap. VI.

An Saguntini recte fecerint, se & suos occidendo.

Vnde merito quæritur, utrum recte fœcerint Saguntini, quando uniuersam suam ciuitatem interire maluerunt, quàm fidem frangere, quàm cum ipsa Romana respublica tenebantur. In quo suo facto laudantur ab omnibus terrenæ rei publicæ ciuibus. Sed hij quomodo huic disputationi possent obedire non uideo, Vbi dicitur nullum suscipiendum esse bellum, nisi aut ꝓ fide aut ꝓ salute. Nec dicitur, si in unum simul periculum, ita duo ista concurrerint, ut teneri alterum sine alterius amissione non possit, quid sit potius eligendum, Profecto enim Saguntini, si salutem eligerent, fides eis fuerat deserenda, si fides tenenda, amittenda utiq; salus, sicut & factum est. Salus autem ciuitatis dei talis est, ut cum fide ac per fidẽ teneri, uel potius acquiri possit, fide autem perdita ad eam quisq; uenire non possit. Quæ cogitatio firmissimi ac patientissimi cordis, tot ac tantos martyres fœcit, qualem nec unum quidem habuit, uel habere potuit, quãdo est deus creditus Romulus.

Perdita fide, salus nulla super esse potest.

Libro, I. De sermone domini in Monte. R.

Audistis quia dictum est antiquis, Non periurabis reddes autem dño iuramentum tuum, ego autem dico uobis non iurare omnino, neq; per cœlũ, quia thronus dei est, neq; per terram, quia scabellum est pedum eius, neq; per Hierosolimam, quia ciuitas est magni regis, neq; per caput tuum iuraueris, quia non potes facere capillum unum album aut nigrum. Sit autem sermo uester, est est, non non, quòd autẽ amplius est à malo est. Iustitia Phariseorum, est non periurare, hanc confirmat, qui uetat iurare, quòd pertinet ad iustitiam regni cœlorum. Sicut enim falsum loqui non potest, qui non loquitur, sic periurare non potest, qui non iurat, sed tamen quoniam iurat, qui adhibet testem DEVM, diligenter considerandum est hoc capitulum, ne contra præceptum domini, Apostolus fœcisse uideatur, qui sæpe hoc modo iurauit cũ dicit. Quæ autem scribo uobis ecce coram deo, quia non mentior. Et iterum, deus & pater domini nostri Iesu Christi, qui est benedictus in sæcula scit, quia non mentior. Tale est etiam illud. Testis enim mihi est deus, cui seruio in spiritu meo, In euãgelio filij eius, quomodo sine intermissione memoriam uestri facio semper in orationibus meis, Nisi forte quis dicat tunc cauendã esse iurationẽ cum ꝑ aliquid dicitur, quòd iuratur, ut nõ iurauerit, quia non dixit per deum, sed dixit testis est mihi deus. Ridiculum est hoc putare, Tamen propter cõtẽcioſos, aut multum tardiores ne aliquid mteresse quis putet, sciat etiam hoc modo iurasse Apostolum dicentem. Quotidie morior per uestram gloriam. Quòd ne quis existimet ita dictum tanq̃ si diceretur, Vestra gloria me fœcit quottidie mori, sicut dicitur, per illius magisterũ doctus factus est, id est, illius magisterio factum est, ut ꝑfecte doceretur, græca exemplaria dijudicant, in quibus scriptum est, quòd non nisi à iurante dicitur, Ita ergo intelligitur præcepisse ne iuretur, ne quisq̃ sicut bonum appetat, iusiurandum, & assiduitate iurandi, ad periurium per consuetudinem delabatur. Quapropter qui intelligit, non in bonis, sed in necessarijs iurationem habendam, refrenat se quantum potest, ut non ea utatur, nisi necessitate. Cum uides pigros esse homines ad credendum, quòd eis utile est credere, nisi iuratione firmentur. Ad hoc itaq; pertinet, quód sic dicitur, sit autem sermo uester, est est, non non. Hoc bonum est & appetendum, quod autem amplius est, à malo est, id est, si iurare cogeris, scias de necessitate uenire infirmitatis eorum, quibus aliquid suades. Quæ infirmitas utiq; malum est, unde nos quotidie liberari deprecamur cũ dicimus, libera nos à malo. Itaq; non dixit, quòd autem amplius est, malum est, tu autem non malum facis, qui bene uteris iuratione, quæ & si non bona, tamen necessaria est, ut alteri persuadeas, quòd utiliter persuadeas, sed à male est, illius cuius infirmitate iurare cogeris. Sed nemo nouit, nisi qui expertus est, quã sit difficile & cõsuetudinẽ iurãdi extinguere, & nũq̃ temere facere, quod nõnunq̃ facere necessitas cogit. Queri autem potest cũ diceretur

Matthei. 5. Leuit. 19.

Periurare non potest, qui non iurat.

Galatas. 1. 2. Cor. 11.

Roman. 1.

1. Corin. 15

In necessitate iurare possumus propter pigros ad credendum.

Matthei. 6. Quod autẽ amplius est a malo est quomodo intelligatur.

Ego autem

Ego autem dico uobis, non iurare omnino, cur additum sit, neq; per cœlum, quia thronus dei est, & cætera usq; ad id quòd dictum est, neq; per caput tuum. Credo propterea, quia non putabant Iudæi se teneri iure iurando, Si per ista iurassent, & quoniam audierant, Reddes autem domino iusiurandum tuum, non se putabant domino debere iusiurandum, si per cœlum, aut terram, aut p Hierosolimam, aut per caput suum iurarent, quòd non uitio præcipientis, sed illis male intelligentibus factum est, Itaq; dominus docet nihil esse tam uile in creaturis dei, ut per hoc quisq; periurandum arbitretur, quando á summis usq; ad infima diuina prouidentia creata regerentur incipiens à throno dei, usq; ad capillum album aut nigrum. Neq; per cœlum inquit, quia thronus dei est, neq; per terram, quia scabellum pedum eius est, ideſt, cum iuras per cœlum aut terram, non te arbitreris non debere domino iusiurandum tuum, quia per eum iurare conuinceris cuius cœlum thronus est, & cuius scabellum terra est, neq; per Hierosolimam, quia ciuitas est magni regis melius quàm si diceret mea, cum tamè hoc dixisse intelligatur. Et quia ipse utiq; dominus est, domino iusiurandum debet, qui per Hierosolimam iurat: Neq; per caput tuum iuraueris, Quid enim poterat quisq; magis ad se pertinere arbitrari, quã caput suum? Sed quomodo nostrum est, ubi potestatem faciẽdi unius capilli albi aut nigri non habemus? Ergo debet deo iusiurandum ineffabiliter tenenti omnia & ubiq; præsenti. Quisquis etiam per caput suum iurare uoluerit, & hinc etiam cætera intelligantur, quæ omnia utiq; dici non poterant, sicut illud quód cõmemorauimus dictũ ab Apostolo. Quòtidie per uestram gloriam morior. Quam iurationem ut domino se debere ostenderet, addidit, quam habeo in Christo Iesu, uerumtamen propter carnales dico non oportet opinari, quòd dictum est cœlum thronus dei, & terra scabellum pedum eius, quòd sic habeat, deus collocata membra in cœlo & in terra, ut nos cum sedemus, sed illa sedes dei iuditiũ significat. Et quoniam in hoc uniuerso mundi corpore maximam speciem cœlum habeat & terra minimã, tanq̃ præsentior sit excellenti pulchritudini uis diuina, Minimã uero ordinet in extremis atq; infimis, sedere in cœlo dicitur terramq; calcare.

1. Corith. 15

De uerbis beati Iacobi Apostoli, Ante omnia nolite iurare &c. Sermo, XXVIII.

Iacobi. 5

Prima lectio, quæ nobis hodie recitata est, apostoli Iacobi oblata nobis est ad disserendum, et quòdammodo indicta, Intentos enim nos fecit, admonens ante omnia ne iuretis. Difficilis quæstio est. Hoc peccatum quem nõ reum teneat, si iurare peccatum est? Nam periurium peccatum esse, & grande peccatum nemo dubitat, sed nõ ait Apostolus, de cuius lectione tractamus, ante omnia fratres mei nolite periurare, sed nolite iurare. Præcessit etiam ipsius domini Iesu Christi in euangelio similis admonitio. Audistis inquit quia dictũ est antiquis, non periurabis, ego autem dico uobis, nolite iurare, neq; per cœlum, quia sedes dei est, neq; per terram, quia scabellũ pedum eius est: Neq; per caput tuum iurabis, quia nõ tibi est potestas, facere unum capillum album aut nigrum, sit autẽ sermo uester, est est, nõ nõ. Si quid amplius à malo est. Huic dominicæ admonitioni memorata Apostoli lectio omnino sic congruit, ut nihil aliud iussisse uideatur, quia nullus alius hoc dixit, quàm ille, qui per Apostolũ dixit ante omnia inquit fratres mei, nolite iurare, neq; p cœlum, neq; per terram, neq; aliud quòdcunq; iuramentum, Sit autem sermo uester est est, non non, nisi quòd iste addidit ante omnia, ex quo multum fœcit intentos, auxitq; difficultatem quæstioni. Inuenimus enim iurasse sanctos, Iurasse primitus ipsum dominum, in quo non est omnino peccatum, Iurauit dominus, & non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchizedech. Aeternitatem sacerdotij filio cum iuratione promisit. Habes etiam, per memetipsum iuro dominus dicit. Et illud iuratio est, uiuo ego dicit dominus. Quomodo homo per deum, sic deus per semetipsum, Nõ est ergo peccatum iurare, sed durum malum est hoc dicere, Et quoniam diximus deum iurasse, quàm blasphemum est hoc dicere? Iurat deus qui peccatum non habet. Non est ergo peccatum iurare, sed magis peccatum est peierare. Fortasse quis dicat non esse proponendum de domino deo iurationis exemplum. Deus enim est, & forte illi soli competit iurare, qui non potest peierare. Homines enim falsum iurant, uel cum fallunt, uel cũ fallũtur. Aut putat homo uerum esse quód falsum est, et temere iurat, aut scit uel putat falsum esse, et tamen pro uero iurat, et nihilominus tũ cum scelere iurat. Distant autem ista periuria, quæ duo cõmemorauimus. Fac illum iurare, qui uerum putat esse, pro quo iurat, uerum putat esse, & tamen falsum est. Non ex animo ista periurat, fallitur, hoc pro uero habet quòd falsum est, non pro re falsa sciens iurationem interponit. Da aliũ, quòd scit falsum esse, & dicit uerum esse, et iurat tanq̃ uerum sit, qd' scit falsum esse, Videtis quàm ista detestando sit belua, et de rebus humanis exterminanda? Quis enim hoc fieri uelit? Omnes homines talia detestantur, Fac alium, putat falsum esse, & iurat tanq̃ uerum sit, & forte uerum est, uerbi gratia ut intelligatis, pluit in illo loco, interrogas hominẽ & putat non pluisse, & ad negotium ipsius competit, ut dicat pluit, sed putat non pluisse, dicitur ei, Vere pluit? Vere & iurat, & tamen pluit ibi, sed ille nescit, & putat non pluisse, periurus est, Interest, quemadmodum uerbum procedat ex animo. Reã linguã non facit, nisi meus rea. Quis est autem qui nõ fallitur, & si noluit fallere? Quis homo cui nõ surrepat fallatia? Et tamen iuratio ab ore nõ discedit, frequentatur, plura sunt plerumq; iuramenta quàm uerba, Si discutiat homo quotiẽs iuret per totum diem, totiens se uulneret, quotiẽs gladio linguæ feriat et transfigat, quis in illo locus inuenitur sanus? Quia ergo graue peccatum est peierare,

Matthei. 5

Iacc

Sanctos deũ ipsum iurasse legimus, Ptalm. 109 Gene. 22

Non est peccatum iurare sed peierare.

Ream linguam facit mens rea.

compendium

compendium tibi dedit scriptura, noli iurare. Quid tibi dicturus sum homo, uerum iura? Ecce uerum iura non peccas, si uerum iuras non peccas. Sed homo inter tentationes positus, carne inuolutus, Calcans terram sub terra, dum corpus quod corrumpitur aggrauat animam, et deprimit terrena inhabitatio, sensum multa cogitantem, inter ista multa tua incerta cogitata, uolatica, coniecturas humanas, fallacias humanas, quando non subrepit tibi, quod falsum est, posita in regione falsitatis? Vis ergo longe esse à periurio? iurare noli. Qui enim iurat aliquando uerum iurare potest, qui autem non iurat, mendatium iurare nunq̃ potest. Iuret ergo deus qui iurat securus, quem nihil fallit, quem nihil latet, qui omnino fallere ignorat, quia nec falli potest. Cum enim iurat, se adhibet testem. Quomodo tu cum iuras, dum adhibes testem. Sic ipse cum iurat se adhibet testem. Tu quando illum adhibes testem, forte supra mendatium tuum, accipis in uanum nomen domini dei tui. Ne mendatium iures ergo, noli iurare, Ipsa est angustia. Periurium precipitiũ est. Qui iurat iuxta est, qui non iurat longe est, Peccat & grauiter, qui falsum iurat, non peccat qui uerum iurat, Sed nec ille peccat, qui omnino non iurat, Sed qui non iurat, & non peccat, longe est à peccato, qui autem uerum iurat nõ peccat: Sed prope est ad peccatum, Fac te ambulare in alio loco, ubi à parte dextera spaciosa sit terra, nec usq̃ angustias patiaris, à sinistris præceps locus est, ubi eligis ambulare? Super finem terræ in labio precipitij, an inde longe? Puto quia inde longe. Sic qui et iurat in fine ambulat, & ambulat pedibus infirmis, quia humanis. Si offenderis deorsum is, si lapsus fueris deorsum is. Et quid te excipit? periurij pœna, Ergo uolebas uerum iurare, audi consilium dei, noli iurare. Si peccatũ esset iuratio, nec in ueteri lege diceretur, non periurabis, reddes autem domino iusurandũ tuum. Non enim peccatum præciperetur nobis, Sed ait tibi deus tuus, si iuraueris non damnabo, si uerum iuraueris nõ damnabo, sed nunquid, si non iuraueris damnabo? Duo sunt inquit, quæ non damnabo unq̃, Veram iurationem, & nullam iurationem, damno autem falsam iurationem. Falsa iuratio exitiosa est, Vera iuratio periculosa est, nulla iuratio secura est. Scio esse difficilem quæstionem, et charitati uestræ fateor semper illam uitaui, Nunc autem cum die dominico debito reddẽdi sermonis recitaretur eadem lectio diuinitus mihi inspiratum esse credidi, ut inde tractarẽ. Hic me deus dicere uoluit, hinc uos audire. Obsecro ne contemnetis, obsecro ut cor stabiliatis, linguæ mobilitates mutetis. Non frustra est omnino, non uocat quod cũ eam, ut dixi quæstionem semper deuitare uoluerim, Imposita est necessitati meæ, ut imponatur charitati uestræ. Vt noueritis ueram iurationem, non esse peccatum, Inuenimus et Apostolum Paulum iurasse, Quotidie morior, per uestram gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro, per uestram gloriam iuratio est. Non enim sic ait, per uestram gloriam morior, quasi uestra gloria me fecit mori, quomodo si diceret, per uenenum mortuus est, per gladium mortuus est, per bestias mortuus est, per inimicum mortuus est, id faciente inimico, faciente gladio, faciente ueneno & similia, non sic dixit per uestram gloriam. Ambiguitatem græcus sermo dissoluit. Et ne putemus eum, per humanam gloriã iurasse, quàm habeo in Christo Iesu domino nostro. Et alio loco iuratio prorsus certa & expressa. Testem deum in uoco super animam meam, quia parcens uobis nondum ueni Corinthum. Et alio loco ad Galathas, Quæ autem scribo uobis, ecce coram deo, quia non mentior. Intendite quæso & aduertite, & si non tam plausibilis sermo uobis sit propter angustias quæstionis, utilis tamen est si ad uiscera uestra perueniat. Ecce iurauit Apostolus. Nõ uos fallant qui nescio quomodo uolentes ipsas iurationes discernere uel potius non intelligere, dicunt non esse iurationem, quando dicit homo, Scit deus, testis est deus, Inuoco deum super animam meam uerum me dicere. Inuocauit inquit deum, testem fecit deum, Nunquid iurauit? Qui hæc dicunt nihil aliud uolunt, nisi inuocato deo teste mentiri. Ita ne uero quisquis es praui cordis & peruersi, si dicas per deũ, iuras, si dicas testis est deus nõ iuras? Quid est enim per deum, nisi testis est deus? Aut qd est, testis est deus nisi per deum? Quid est autem iurare, nisi ius reddere deo, quãdo per deum iuras, Ius saluti tuæ reddere, quando per salutem tuã iuras, Ius filijs tuis reddere, quando per filios tuos iuras? Quòd autem ius debemus saluti nostræ, filijs nostris, deo nostro, nisi charitatis, ueritatis, & non falsitatis? Maxime autem per deũ cum sit, ipsa est uera iuratio, quia & cum dicit quisq; p meam salutem, salutem suam deo obligat, quando dicit p filios meos, oppignorat deo filios suos, ut hoc ueniat in caput eorum, quòd exit de ore ipsius, si uerum uerum, si falsum falsum. Cum ergo filios suos, uel caput suum, uel salutem suam, quisq; in iuratione nominans, quicquid nominat obligat deo, quanto magis, quãdo peierat, per ipsum deum? Timet enim falsum iurare, per filium suum, & non timet falsum iurare per deum suum, fortassis hoc dicens in animo suo, timeo per filium meum, falsum iurare ne moriatur, deus autem qui non moritur. Et si falsum per eum iuretur, quid mali contingit? Bene quidem dicit, nihil mali contingit deo, quando falsum iuras p deũ Sed contingt mali multum tibi, qui fallis proximum cui testem adhibes deum. Sed aliquid teste filio tuo faceres et amico, uel proximo tuo, uel cuilibet homini diceres, non feci, & tangeres filio tuo caput, quo teste feci & diceres, per huius salutem, quia non feci: Exclamaret forte filij tuus, sub paterna manu tremens, nec tamen paternam manum, sed diuinam tremens, noli pater, non tibi uilis sit salus mea, deum semper me inuocasti, ego te uidi, feci noli peierare, te quidem habeo genitorẽ, sed plus & tuum, & meum timeo creatorem, sed quia deus, quãdo per eum iuras non tibi dicit, Ego te uidi noli iurare, feci, sed times ne te iste occidat, tu te ante occidis.

Quia ergo

Sapien. 9.

Qui multe longe esse a periurio, iurare omnino non debet.

Exo. 20. Falsum iurans, & testem deum adhibens contra præceptum domini, nomen suum in uanũ sumit.

Consilium dei est non iurare.

Leuitici. 19

Qui per salutem suam iurat, salutẽ suam obligat deo.

2. Corin. 1

Galat. 1

3 Corin. 15

Apostolus sæpe iurauit.

Quia ergo non dicit, ego te uidi, putas quia non uidit? Et ubi est quod dicit: tacui, tacui, nunquid semper tacebo? Et tamen plerũq; dicit: ego te uidi. Sed aliter quando uindicat in periurium, sed non in omnes uindicat, ideo homines educantur ad exemplum. Ego scio ille mihi falsum iurauit & uiuit, ille tibi falsum iurauit & uiuit, falsum iurauit et uiuit, ille falsum iurauit tu falleris, si & tu oculos haberes unde mortem huius uideres, si & tu in eo quod est mori, & non mori uon falleris, uideres huius mortem. Et modo intende scripturam, & ibi inuenies iacentem quem putas uiuentem. Quia pedibus ambulat, quia manibus contrectat, quia oculis uidet, & audit auribus, officijs cæteris membrorum satis utitur. uiuentem putas, uiuit sed corpus eius: mortua est autem anima eius, mortuum est quod melius est. Vuit habitaculum, mortuus est habitator. Quomodo inquies cum uiuebat corpus, mortua est anima, cũ corpus non uiueret nisi uiuificatum ab anima? Quomodo ergo mortua est anima de qua uiuit corpus? Audi ergo & disce: Corpus hominis creatura Dei est, et anima hominis creatura Dei est. De anima Deus uiuificat carnem, ipsam item animam uiuificat de se ipso non de se ipsa. Vita ergo corporis anima est, uita animæ deus est. Moritur corpus cum recedit anima, moritur ergo anima cum recedit deus. Recedit anima cum corpus percutitur gladio, & putas quia non recedit Deus, cum ipsa anima feritur periurio? Videre uis quia mortuus est de quo loqueris? Lege scripturam: Os qui mentitur occidit animam. Sed tu præsentem deum ulcerem putas. Si ille qui te iuratione falsa deceperit, continuo expiret. Si expiret ante oculos tuos, expirauit caro ipsius? Quid est expirauit? Caro ipsius spiritũ quo uiuificabatur eiecit, hoc est, expirauit exclusso spiritu quo uiuebat caro. Peierauit, excluſit spiritũ quo uiuebat anima. Expirauit sed nescis, expirauit sed nõ uides. Carnem enim iacentem sine anima uides, animam miseram sine deo uidere non potes. Crede ergo, adhibe oculos fidei. Nemo periurus impunitus, prorsus nemo cum illo est pœna sua. Si haberet in cubiculo suo tortorem carnis punitus esset, habet in secreto cordis sui tortorem conscientiæ suæ & impunnitus uocatur? Et tamen quid dicis: Vuit, gaudet, luxuriatur, qui mihi mentiendo iurauit? Quid est quod me mittis ad inuisibilia? Quia & ipse deus per quem iurauit inuisibilis est. Iurauit per inuisibilem, feritur pœna inuisibili. Sed uiuit inquit & quodammodo scatet & bullit luxurijs. Si hoc ita est quod scatet luxurijs, quod bullit luxurijs, uermes sunt animæ mortuæ. Denique omnis homo prudens, qui tales luxuriantes periuros attendit, sano cordis olfactu auertit se, non uult intueri, nõ uult uidere, non uult audire. Vnde se ista sanitas auertit, ni si quia putet anima mortua. Breuiter ergo audite fratres mei, concludam sermonem: Figens in cordibus uestris curam salubrem, ante omnia nolite iurare. Quare ante omnia? Si magnum est facinus peierare, nulla autem culpa est Verum iurare, quare ante omnia nolite iurare? Debuit enĩ dicere ante omnia nolite peierare. Ante omnia, inquit, nolite iurare Iurare enim peius est quàm furari. Iurare peius est quàm adulterare. Non dico falsum iurare, iurare dico, iurare peius est quam hominem occidere? Absit hominem occidere, furari, adulterari, peccatũ est. Iurare nõ est peccatum, sed falsum iurare peccatum est. Quare ergo ante omnia? Isto uerbo quod ait: ante omnia cautos nos fœcit aduersus linguam nostram. Ante omnia ait: ut attendatis præ cæteris, ut uigiletis ne surrepat uobis consuetudo iurandi. Tamq̃ in speculo ita te posuit contra te, ante omnia leuauit te super cætera unde te attendas. Considera enim te iurare per Deum, per Christum, occido illum, & hæc quotiens per diem, quotieus per horam? non aperis os, nisi à tali iuratione. Nolles ut diceret tibi ante omnia, ut te aduersus consuetudinem intentißimũ redderet, ut omnia tua inspiceres, omnes motus linguæ tuæ diligentißimè custodires, esses custos malæ cõsuetudinis tuæ. Ad eam constringendam audi ante omnia. Dormiebas pungo, ante omnia spinas admouco. Quid est ante omnia? Ante omnia uigila, ante omnia intẽtus esto. Iurauimus et nos, passim habuimus istam teterrimam consuetudinem & mortiferam. Dico charitati uestræ, ex quo Deo seruire cœpimus, & quantum malum sit in periurio uidimus, timuimus uehementer, & ueternosißimã consuetudinem timore frenauimus. Frenatur, restringitur, restricta languescit, languescens emoritur, & male consuetudini bona succedit. Denique non uobis dicimus, nos non iurare. Si enim hoc dicimus mentimur. Quantum ad me pertinet iuro, sed quantum mihi uidetur magna necessitate compulsus. Cum uidero non mihi crede nisi faciam, & ei qui mihi non credit, non expedire quod non credit, hac perpensa ratione & consideratione librata. Cum magno timore dico, coràm Deo, aut testis est Deus, aut scit Christus sic esse in animo meo, & uideo quia plus est, id est, quia amplius est quàm est est, non non. Sed hoc quod amplius est à malo est, & si non à malo iurantis, à malo est non credentis. Denique nõ ait: si amplius facit malus est, & sit in ore uestro est est, nõ non, si quis amplius facit malus est, sed sit in ore uestro est est, non non, quod autem amplius est, à malo est, sed quere cuius. Sed tamen aliud habet humana peßima consuetudo. Et cum tibi creditur iuras, & cum nemo exigit iuras, & horrentibus hominibus iuras, non taces iurando, uix es sanus non peierando. Nisi forte putatis fratres, quia si sciret Apostolus Paulus. Credere sibi Galathas adderet iuratione & diceret: Quæ autem scribo uobis ecce coram Deo quia non mentior. Videbat ibi eos qui credebant, uidebat & alios qui non credebant. Ergo noli dicere non iuro, si forte exigitur, à malo est enim quod facis, sed illius qui exigit. Nam tu quo modo te purges nõ habes, quomodo satisfacias negotio quod instat non inuenis. Sed aliud est cum exigitur iuratio, aliud cum offertur, & hoc ipsum quod offertur, aliud cum offertur non credenti, aliud cum uentilatur & credenti. Tene ergo linguam & consuetudinem quantum potes, non quomodo quidam quando illis dicitur: uerum dicis, non credo: non fœcisti, non credo, Deus

Vita animæ Deus, uita corporis anima.

Sap. 1

Et Augustinus iurandi consuetudinem timore frenauit.

De exigentibus iuiurandum.

Iacob. 5

iudiect, iura mihi. Et ipse qui exigit iurationem multum interest, si nescit illũ falsum iuratũ an scit. Si enim nescit, & ideo dicit: Iura mihi ut fides ei fiat, non audeo dicere non esse peccatum, tamen humana tentatio est. Si autem scit eum fecisse, & nouit fecisse, uidit fecisse, & cogit iurare homicida est. Ille enim suo periurio se perimit, sed iste manum interficientis & expressit & pressit. Cum uero aliquis scœleratus fur audit, Iura si non tulisti, iura si non fœcisti ab eo qui nescit an fœcit. Ille tunc Christiano non licet iurare quando ab illo exigitur iusiurandum, non licet iurare. Christianus sum nõ mihi licet, capta talẽ, auerte te ab illo, dissimula à negotio de quo loquebaris, misce alias fabulas, & inuenies eum millies iurantem, qui semel iurare noluit. Istam ergo consuetudinem cottidianam crebrã sine causa nullo extorquente, nullo de tuis uerbis dubitãte iurandi auertite à uobis, amputate à linguis uestris, circũcidite ab ore uestro. Sed consuetudo est, solet dici. Solet dici quando non dico? Hoc est ante omnia. Quid est ante omnia? Præ cæteris cautus esto, plus ad hoc intentus esto quàm ad alia. Maior consuetudo maiorem intentionem flagitat, nõ rei leuis consuetudo. Si de manu aliquid faceres, facilius manui tuæ imperares ne faceret. Si pedibus aliquo eundum esset pigritia retardãte, Excitares te ut surgeres & ires, lingua facilitatem habet motus in udo posita est, facile in lubrico labitur. Quanto illa citius & facilius mouetur, tanto tu aduersus illam fixus esto. Domabis si uigilabis, uigilabis si timebis, timebis si Christianum te esse cogitaueris. Nam tantum mali habet iuratio, ut qui lapides colunt timeant falsum iurare per lapides, tu nõ times deũ præsentem, deum uiuentem, deum scientem, deum manentem, deum incontemptorem uindicantem, Claudit ille templum super lapidem, & it ad domum suam, ipse super deũ suum clausit, & tamẽ quando illi dicitur, iura per Iouem, præsentis oculos timet. Et ecce dico charitati uestræ, & qui per lapidem falsum iurat, periurus est. Vnde hoc dico: Quia multi & in hoc falluntur, & putant quia nihil est, per quod iurant, non se crimine teneri periurij. Prorsus periurus es, quia per idem quod sanctum putas, falsum iuras. Sed ego illum sanctum non puto. Sanctum putat cui iuras. Non enim quando iuras tibi iuras, aut lapidi iuras, sed proximo iuras. Homini iuras ante lapidem, sed nunquid non ante Deum? Non te audit lapis loquentem, sed punit te deus fallentem? Ante omnia ergo fratres mei obsecro uos, ne sine causa me deus hæc loqui compulerit. Dico enim ante ipsum, quod dixi me sæpe quæstionẽ istã deuitasse, timui ne monendo & præcipiendo plus reos facerem non audituros. Hodie autem plus timui ne loqui recusarem quod loqui iuberer. Quasi uero paruus sit fructus sudoris huius mei, si omnes qui mihi acclamauerunt. Clament & contra se ne falsum iurent aduersum se, si tot homines qui me attentissime audierunt, attenti sine aduersus consuetudinem suam, & admoneant se hodie cum ad domos suas uenerint, cum consuetudinẽ suam, id est, lapsum linguæ repetiuerint, admoneat proximus proximum.

Qui per lapidem falsum iurat, periurus est.

Conclusio.

Hoc est quod hodie audiuimus, hoc est quod obstricti sumus.

DE DAEMONIBVS ET miraculis Magía et uariis sustentationibus.

In Euangelium Ioannis, Tractatu VII.

Immundi spiritus nouerant uenturum Iesum Christũ, audierant ab angelis, audierant ex prophetis, & sperabant eum uenturum. Nam si non sperabant, unde clamauerunt: Quid nobis & tibi est? Venisti ante tempus perdere nos, scimus quia sis sanctus Dei. Venturum sciebant, sed tempus ignorabant.

Marci 1. Venturum sciebant dæmões Christum, ediẽ, pus ignorabãt

Ibidem post pauca.

Fingunt enim spiritus mali umbras quasdam bonoris sibimetipsis, ut sic decipiant eos qui sequuntur Christum. Vsq; adeo fratres mei, ut illi ipsi qui seducunt per ligaturas, per præcantationes, per machinamenta inimici. Miscent præcationibus suis nomen Christi, quia iã non possunt seducere Christianos ut dent uenenũ, addũt mellis aliquantum, ut per id quod dulce est, lateat quod amarum est, & bibatur ad perniciẽ, usq; adeo ut ego nouerim aliquo tempore illius palleati sacerdotem solere dicere, & ipse palleatus Christianus est. Vt quid hoc fratres nisi quia aliter non possunt seduci Christiani? Ne queratis ergo alibi Christum, quàm ubi se uoluit prædicari Christus. Et quomodo uobis uoluit prædicari, sic illum tenete, sic in cordibus uestris scribite. Murus est aduersus omnes impetus, & aduersus omnes insidias inimici. Nolite timere, nec tentat ille nisi permissus fuerit. Constat illum nihil facere nisi permissus fuerit aut missus. Mittitur tanquam angelus malus à potestate dominante. Permittitur quando aliquid petit. Et hoc fratres non fit, nisi ut probentur iusti, puniantur iniusti. Quid ergo times? ambula in domino Deo tuo. Certus esto quod te non uult pati, nõ pateris, quod te permiserit pati. Flagellum corregentis est, non pœna damnantis. Ad hæreditatem supernam erudimur, & flagellari dedignamur?

Incantatores suis carminibus nomen miscẽt Christi.

Dæmones nihil possũt nisi permittantur.

Tractatu. XIII.

Nam contra mirabiliarios ut ita dicam istos, cautum me fecit Deus meus dicens: In nouissimis temporibus exurgent pseudoprophetæ, facientes signa & portenta, ut inducant si fieri potest etiam electos. Ecce prædixi uobis. Ergo cautos nos fecit sponsus, qui & miraculis decipi non debemus. Aliquando enim & desertor terret prouincialem, sed utrũ in castris sit, & aliquid illi prosit character ille in quo signatus est, hoc attendit qui terreri & seduci nõ uult. Teneamus ergo unitatẽ fratres mei, præter unitatẽ & qui facit miracula nihil est. In unitate enim erat populus Israël, & non faciebat miracula, præter unitatem erant Magi Pharaonis, & faciebant similia Moysi. Populus Israël ut dixi non faciebat miracula, q erant salui apud

Mirabilarij q sint.

Marc. 13

Exod. 7

apud Deum, qui faciebant, an qui non faciebant? Petrus Apostolus resuscitauit mortuũ, Simõ Magus fœcit multa. Erant ibi multi Christiani qui non poterant facere, nec q̃ faciebat Petrus, nec quod faciebat Simon. Sed unde gaudebant? quia nomina eorum erant scripta in cœlo. Nam & redeuntibus discipulis, dominus noster Iesus Christus propter fidem Gentium hoc ait. Dixerunt enim gloriantes ipsi discipuli: Ecce domine in nomine tuo etiam dæmonia nobis subiecta sunt. Bene quidem confessi sunt, detulerunt honorem nomini Christi. Et tamen quid ait eis: Nolite in hoc gloriari, quia dæmonia uobis subiecta sunt. sed gaudete quia nomina uestra scripta sunt in cœlis. Petrus dæmonia exclusit, nescio quæ anicula uidua, nescio quis homo qualiscunq; laicus habens charitatem, tenens integritatem fidei, nõ facit hoc. Petrus in corpore oculus est, ille in corpore digitus, in eo tamen copore est in quo & Petrus.

Act. 9
Act. 8
Luc. 10
In miraculis non gaudendũ, sed in hoc quia nomina nostra scripta sunt in cœlo.

Tractatu XVII.

Mirum non esse debet, à Deo factum miraculum. Mirum enim esset si homo fœcisset. Magis gaudere q̃ mirari debemus, quia dominus noster & saluator Iesus Christus homo factus est, quam quod diuina inter homines Deus fœcit. Plus est enim ad salutem nostram, q̃ factus est propter homines, quàm quod fœcit inter homines, & plus est q̃ uitia sanauit animarũ nostrarũ, quàm quod sanauit languores corporum mortuorum.

Maximum miraculorum est deũ hominem factum.

Tractatu XLII.

Hæresis cauenda est Manicheorũ, quæ dicit esse quandã naturã mali, & quandam gentem tenebrarũ cum principibus suis, quæ ausa est pugnare contra deum. Illum uero Deum ne debellaret gens aduersa, regnũ eius misisse contra eam tanq̃ uiscera sua, principes de luce sua, eamq; gentem fuisse debellatã, unde diabolus originem ducit. Hinc dicunt ducere originem carnem nostram, & secundum hoc putant dictum à domino: Vos ex patre diabolo estis, quod essent illi uel natura mali, ducẽtes originem de gente contraria tenebrarum. Sic errant, sic excecãtur, sic seipsos faciunt gentem tenebrarum, credendo quod falsum est, contra eum à quo creati sunt.

Manichei non sentiũt diabolum angelum fuisse.

Tractatu CX.

Christus natura qua deus est, non angelis sed patri potius æqualis: Gratia uero qua homo est, quomodo non excedit excellentiam cuiuslibet angeli, cum sit una persona carnis & uerbi? Quanquam non desint qui etiam nos angelis præferant, quia pro nobis inquiunt, non pro angelis mortuus est Christus. Id quid est aliud quam de impietate uelle gloriari? Etenim Christus sicut ait Apostolus, pro impijs mortuus est. An ideo nos præferimus angelis, quia cum & angeli peccauerint, nihil eis tale ut sanarentur impensum est, quasi aliquid eis uel paruum fuerit impensum & nobis amplius. Quod & si factũ esset, adhuc quæri posset, utrum ideo fuisset factũ quod speramus excellentius, an quod desperatius iacebamus. Cum uero nouerimus bonorum omniũ creatorem reperandis angelis malis nihil gratiæ contulisse, cur nõ potius intelligimus quod tanto damnabilior eorum sit iudicata culpa, quanto erat natura sublimior. Tanto enim minus quã nos peccare debuerunt, quanto meliores nobis fuerunt. Nunc autẽ in offendendo creatorem tanto execrabilius beneficio eius ingrati extiterũt, quanto beneficẽtius sunt creati. Nec eis satis fiut desertores esse illius, nisi et nostri fierẽt deceptores.

Christus natura qua deus est pari æqualis.
Mali angeli deceptores hominis.

In epistolam Ioannis Tractatu II.

Omne quod est in mundo, desideriũ est carnis, & desiderium oculorũ & ambitio sæculi. Desideriũ carnis est, id est, desiderium earum rerum quæ pertinent ad carnẽ, sicut cibus & concubitus, et cætera huiusmodi. Et desiderium oculorum. Desiderium oculorũ dicit omnem curiositatem. Iam quàm late patet curiositas ipsa in spectaculis, in theatris, in sacramentis diaboli, in magicis artibus, in maleficijs ipsa est curiositas. Aliquando tentat etiam seruos Dei, ut uelint quasi miraculum facere, tentare utrum eos exaudiat illos Deus. In miraculis curiositas est, hoc est desiderium oculorum non á patre. Si ded.t Deus fac. Obtulit enim ut facias. Non enim qui non fœcerũt ad regnum Dei non pertinebũt? Cum gauderent Apostoli quia dæmonia eius subiecta erant. Quid eis dixit dominus? Nolite in hoc gaudere, sed gaudete quoniã nomina uestra scripta sunt in cœlo. Inde uoluit gaudere Apostolos, unde gaudes & tu. Væ tibi enim si nomen tuum non est scriptum in cœlo. Nunquid uæ tibi si non ambulaueris in mari? Nunquidúe tibi si nõ excluseris dæmonia? Si accepisti hæc unde facias, utere humiliter non superbè. Nam & de quibusdam pseupoprophetis dicit dominus: Quia facturi signa & prodigia sunt.

1. Ioan. 2
In miraculis est curiositas.
Lucæ 10
Mat. 24
Pseudoprophetæ faciunt signa et prodigia

Post pauca ibidem.

Quando tibi suggerit inimicus, qualis homo, qualis Christianus? Modo uel unum miraculum fœcisti, aut orationibus tuis mortui surrexerunt, aut febricitantes sanasti, si uere esses alicuius momenti, faceres aliquod miraculum, respondé & dic: Scriptum est, non tentabis dominum deũ tuum: Non ergo tentabo dominum, quasi tunc pertineã ad deum si fœcero miraculum, & non pertineam si non fœcero, Et ubi sunt uerba eius? Gaudete quia nomina uestra scripta sunt in cœlo.

Deus non tentandus.
Luc. 10

In apocalypsim homilia IX.

Absit ut credamus diabolum & angelos eius in cœlo ausos esse pugnare, qui in terra unum Iob ausus non est tentare, nisi cum à domino postularet ut lederet.

Diabolum in cœlo fuisse a sum pugnare nõ est credẽdũ.

Homelia X.

Quanto enim diabolus, de sanctis eijcitur, tanto magis eos persequitur.

De uerbis domini secundum Matth. sermo XVIII.

Post paruum enim tempus posteaquam ab oculis mortalibus recessit Christus ut firmaretur in cordibus quicũq; crediderunt non uidentes crediderunt, & magnum meritum habuit fides eorum, cui fidei comparandæ, cor tantũ admouerunt pium, non & palpantem manum. Hæc ergo fœcit dominus ut inuitaret ad fidem. Hæc fides nunc fer-

Quare nãc non fiant corporalia miracula.

net in ecclesia toto orbe diffusa. Et nunc maiores sanitates operatur, propter quas non est dedignatus nunc exhibere illas minores. Sicut enim animus melior est corpore, sic et melior salus animi quàm salus corporis. Modo caro cæca non aperit oculos miraculo domini, & cor cæcum aperit oculos sermone domini. Modo non resurgit mortale cadauer, resurgit anima quæ mortua iacebat uiuo non cadauere. Modo aures corporis surdæ non aperiuntur, sed quàm multi habent aures clausas cordis, quæ tamẽ uerbo Dei penetrante patescunt, ut credant qui non credebant, & bene uiuant qui male uiuebant, & obediant qui non obediebant, & dicimus ille credidit, ac miramur cum audimus de his quos aliquando duros noueramus. Cur ergo nunc miraris credentem, innocentem, deo seruientem, nisi quia conspicis uidentem quem noueras cæcum, conspicis uiuentem quem noueras mortuũ, conspicis audientẽ quem noueras surdũ? Nam uidete aliter mortuos, de quibus mortuis dicebat. Dominus cuidam ideo tardanti ne dominum sequeretur, quia sepelire patrem uolebat, Sine inquit mortuos sepelire mortuos suos.

In spiritu fiunt illa miracula quæ promisit dominus credentib⁹. Matt. uii.

Mat. 8.

Sermo VII. de tempore.

Quidescunq; potest diabolus ad malum inuitare, non potest trahere, delectationem infert non potestatem, consilium ingerit non constructum.

Diabolus ad malũ inuitat non trahit.

Sermo XCVI. de tempore.

Sermo Dei aduersarius tuus est: Quare aduersarius tuus est? Quia cõtraria iubet quæ tu facis, dicit tibi: Vnus est deus tuus, unũ deũ cole. Tu uis dimisso uno deo tuo, tam quam legitimo uiro animæ, fornicari per multa dæmonia. Et quod est grauius, non quasi aperte deserens & repudians sicut apostatæ faciunt, sed tanquã manens in domo uiri tui admittis adulteros, id est, tanquam Christianus non dimittas ecclesiam, consulis Mathematicos, aut aruspices, aut augures, aut maleficos, quasi de uiri domo non recedẽs adultera anima, et manẽs in eius cõiugio fornicaris.

Sermo dei aduersarius noster.

Sermo CCXV. de tempore.

Cum ergo duplicia bona possint in ecclesia inueniri, quare per præcantatores, per fontes et arbores & diabolica filateria, per characteres & haruspices, & diuinos uel sortilegos, multiplicia sibi mala miseri homines conantur inferre? Sicut iam supra diximus filios & omnes filias uestras admonete fratres semper, ut caste & iuste & salubriter uiuant. Nec solum eos uerbis, sed euã exemplis ad bona opera prouocate.

Ibidem post pauca.

Infœlices & miseri homines qui ballationes & saltationes ante ipsas Basilicas sanctorum exercere, nec metuunt nec erubescũt. Et si Christiani ad ecclesiam uenerint, pagani de ecclesia reuertuntur, quia ista consuetudo ballandi de paganorum obseruatione remansit.

Saltare & choreas ducere, de Paganorũ obseruatione remansit.

Post pauca ibidem.

Et si qui quando luna obscuratur adhuc aliquos clamare cognoscitis, & ipsos admonete denunciantes eis quod graue sibi peccatum faciũt, quando luna Deo iubente certis temporibus obscuratur, clamoribus suis à maleficijs sacrilego ausu, se defensare posse confidunt. Et si adhuc uidetis aliquos, aut ad fontes, aut ad arbores uota reddere, & sicut iam dictum est, sortilegos etiam & diuinos uel præcantatores inquirere, filateria etiam diabolica et characteres, aut herbas uel succos sibi aut suis appendere. Durissime tãta eorũ peccata increpãtes dicite: Quia quicũq; fœcerit hoc malum, perdit baptismi sacramentũ. Et quia audiuimus quod aliquos uiros aut mulieres ita diabolus circumuenat, ut quinta feria nec uiri opera faciant, nec mulieres lanificiũ. Corã Deo & sanctis angelis eius contestamur, quia quicunq; hoc obseruare uoluerint, nisi per prolixam & duram pœnitentiam, tale sacrilegum emendauerint, ubi arsurus est Diabolus, ibi & ipsi damnandi sunt. Isti enim infœlices & miseri, qui in honore Iouis quinta feria opera non faciunt, non dubito quod ipsa opera die dominica facere, nec erubescunt nec metuunt. Et ideo quoscũq; tales inueneritis esse, durissime castigate. Et si se emendare noluerint, nec ad colloquiũ nec ad conuiuiũ uestrum eos uenire permittite.

Nota ũanissimas superstitiões.

Sermo CCXLI. de tempore.

Bene nostis fratres charissimi, me uobis frequẽtius supplicasse, & paterna sollicitudine cõmonuisse pariter & contestatos esse, ut illas sacrilegas Paganorum consuetudines obseruare minime deberetis. Sed quãtum ad me multorum relatione peruenit, apud aliquos parum profecit admonitio mea, quia si uobis ego non dixero & pro me et pro uobis malam sum redditurus rationem in die iudicij, & uobiscum mihi erit necesse æterna supplicia sustinere. Ego me apud Deum absoluo, dum iterum atq; iterum admoneo pariter & contestor, ut nullus ex uobis Carragos uel diuinos uel sortilegos requirat, nec de qualibet eos aut causa aut infirmitate interroget. Nullus sibi præcantatores adhibeat, quia quicunq; fœcerit hoc malum, statim peribit baptismi sacramentum, & continuo Paganus & sacrilegus efficitur, & nisi grandi eleemosyna & dura & prolixa pœnitẽtia subuenerit statim in æternum peribit. Simuliter & auguria obseruare nolite, nec in itinere positi aliquas auiculas cantantes attendite, nec ex illarum cantu diabolicas diuinationes annunciare præsumite. Nullus ex uobis obseruet qua die de domo exeat, quà die iterum reuertatur, quia omnes dies deus fœcit, sicut scriptura dicit: Et factus est primus dies & secundus dies & tertius, similiter & quartus & quintus et sextus & sabbathum. Et illud fœcit Deus omnia bona ualde. illas uero non solũ sacrilegas, sed etiam ridiculosas, sternutationes considerare et obseruare nolite, sed quotiens uobis in quacũq; parte fuerit necessitas properandi, signate uos in nomine Iesu Christi, & symbolum uel orationem Dominicam fideliter dicentes, securi de dei adiutorio iter agite.

Incantatores, diuini, sortilegi, carragi, nõ consulendi.

Auguria non attendenda.

Gene.

Ibidem post pauca.

Sed forte dicet aliquis, quid faciemus eo quod auguria ipsa

ipsa et Carragi uel diuini frequẽter nobis uera annũciãt? Deut. 13 De hac re conteſtatur nos ſcriptura & monet dicens: Etiam ſi qua uobis uera dixerint, nolite credere illis. Tentat enim uos dominus Deus ueſter, utrum timeatis eum an non. Sed iterum dicis: aliquotiens ſi præcantatores non fuerit, aut de morſu ſerpentis, aut de alia qualibet infirmitate, ꝓpe uſq; ad mortẽ multi periclitãtur. Verũ eſt fratres chariſſimi, quia permittit hoc Deus diabolo, ſicut iam ſupra dixi, ad probãdum Chriſtianum, ut cum interdum per illa ſacrilegia, aliqua remedia in illa infirmitate percipere, & aliquid uerum potuerint agnoſcere, facilius propterea diabolo credant. Sed qui totam religionẽ Chriſtianam deſiderat cuſtodire, oportet ut hæc omnia tota animi uirtute contemnat, timens illud quod ait Apoſtolus increpans: Dies & menſes & tempora obſeruatis, timeo ne ſine cauſa laborauerim in uobis. Ecce Apoſtolus dicit: quòd qui auguria obſeruauerit ſine cauſa doctrinam eius ſuſcipiet. Et ideo quantum poteſtis circumuentiones diaboli fugite. Et illud ante omnia ſcitote fratres, quod nec uos ipſos, nec eos qui ad uos pertinẽt, nec animalia ueſtra, nec reliquam ſubſtantiam uel in paruis rebus diabolus poteſt lædere, niſi quantum à deo poteſtatẽ acceperit, quomodo nec ſancti Iob facultatem auſus fuit ſubuertere niſi domino permittente. Et ſicut in Euangelio legimus, quando ab hominibus expulſi ſunt dæmones, rogauerũt ut uel in porcos ire permitterentur. Si in porcos non ſunt auſi intrare dæmones, niſi à deo permiſſionem acciperẽt, quis ita erit infidelis, ut eos bonos Chriſtianos credat poſſe lædere, niſi deus propria diſpenſatione permitteret? Permittit autem hoc Deus ex duabus cauſis, ut aut nos probet ſi boni ſimus, aut corrigat ſi peccatores. Sed qui patienter diſpenſationem domini tolerauerit, & ſicut iam dixi, quãdo aliquid ꝓdiderit, dixerit: Dominus dedit dominus abſtulit, ſicut domino placuit ita factum eſt, Sit nomen domini benedictum.

Gal. 4

Iob. 1 Mat. 8

Deus quare aliquando dæmonem permittat lædere noſtra. Iob. 1

Lib II. de ciuitate Dei. Caput X.

Maligni ſpiritus quos iſti deos putant, etiam flagitia quæ non admiſerint de ſe dici uolunt, dum tamen humanas mentes his opinionibus uelut retribus inducant, & ad prædeſtinatum ſuplicium ſecum trahãt, ſiue homines iſta commiſerint, quos deos haberi uolunt, qui humanis erroribus gaudent, pro quibus etiam ſe colendos mille nocendi fallendiq; artibus interponunt, ſiue etiam nonnullorum hominum crimina illa uera ſint, quæ tamen de numinibus fingi libenter accipiunt fallaciſſimi ſpiritus, ut ad ſcœlesta ac turpia perpetranda, uelut ab ipſo cœlo traduci in terras ſatis idonea uideatur auctoritas.

Qua nocendi arte dæmones uelint ut falſa de ſe crimina uel uera narrari.

Eodem libro Cap. XXIII.

Dæmones & ſi aliquid in his rebus inferioribus poſſunt, tantum poſſunt, quantum ſecreto omnipotentis arbitrio permittuntur, ne magnipendamus terrenam fœlicitatem, quæ ſicut Mario, malis etiam plerunq; conceditur, nec eam rurſus quaſi malam arbitremur, cum etiam in ea multos pios ac bonos, unius Dei ueri cultores, inuitis dæmonibus præpolluiſſe uideamus, nec eoſdem immundiſſimos ſpiritus, uel propter hæc ipſa bona malá ue terrena propitiãdos aut timẽdos exiſtimemus, quia ſicut ipſi mali homines in terra, ſic etiã illi non omnia quæ uolunt facere poſſunt, niſi quantum illius ordinatione ſinuntur, cuius plene iuditia nemo cõprehendit, nemo repræhendit iuſte.

Varietates rerum temporalium, non ex fauore aut impugnatione dæmonũ, ſed ex Dei pendere iudicio.

Cap. XXIIII.

Sylla cum ueniſſet Tarentum atq; ibi ſacrificaſſet, uidit in capite uitulini iecoris ſimilitudinem coronæ aureæ. Tum Poſthumius Haruſpex ille reſpondit præclaram ei uictoriam ſignificari, iuſſitq; ut extis illis ſolus ueſceretur. Poſtera paruo facto interuallo, ſeruus cuiuſdã Lucij Pontij, uaticinando clamauit: A Bellona nuncius uenio, uictoria tua eſt Sylla: Deinde adiecit, arſurum eſſe Capitoliũ. Hoc cum dixiſſet continuo egreſſus è caſtris, poſtera die concitatior regreſſus eſt, & Capitolium arſiſſe clamauit, arſerat autem reuera Capitolium. Quod quidem dæmoni & prouidere facile fuit, & celerrime nunciare. Illud ſanè attende, qd' ad cauſam maxime pertinet, ſub qualibus dijs cupiant eſſe, qui blaſphemant ſaluatorem uolũtates fidelium à dominatu dæmonum liberantem.

Dæmones Syllanis actibus adiutores fuere.

Cap. XXVI.

Tanta uis eſt probitatis ac caſtitatis, ut omnis uel pœne omnis eius laude moueatur humana natura, nec uſqueadeo ſit turpitudine uitioſa, ut totum ammittat ſenſum honeſtatis. Proinde malignitas Dæmonum, niſi alicubi ſe, quemadmodum ſcriptum in noſtris literis nouimus transfiguret in angelos lucis, non implent negotium deceptionis. Foris itaq; populis celeberrimo ſtrepitu impietas impura circumſonat, & intus paucis caſtitas ſimulata uix ſonat. Præbentur propatula pudendis & ſecreta laudandis. Decus latet & dedecus patet. Quod malum geritur, omnes conuocat ſpectatores, quod bonum dicitur uix aliquos inuenit audiores. Tanquam honeſta erubeſcenda ſunt et inhoneſta glorianda. Sed ubi hoc niſi in dæmonum templis? Vbi niſi fallaciæ diuerſorijs? Illud enim fit ut honeſtiores qui pauci ſunt capiantur, hoc autem ne plures, qui ſunt turpiſſimi corrigantur.

Verſutia dæmonum. 2. Cor. 11.

Lib. IIII. Cap. XXVI.

Quis nõ uideat qui ſanum ſapit, ſubditos homines malignis dæmonibus, à quorum dominatione non liberet niſi gratia Dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, ui cõpulſos eſſe exhibere talibus dijs, qui recto conſilio poterat turpia iudicari? In illis certe ludis ſcœnicis poëtica numinum crimina frequentantur, qui ludi cogentibus numinibus, iuſſu ſenatus Romani inſtaurabantur.

Quibus ritus actis Romani in peragendis deorũ ſuorum ſacris.

Lib. V. Cap. I.

Illi uero qui poſitionem ſtellarum quodammodo decernentium qualiſquiſq; ſit, & quid ei peruenat boni, quidue mali accidat, ex dei uoluntate ſuſpendunt, ſi eaſdem ſtellas putant habere hanc poteſtatem traditam ſibi à ſumma

Contra aſtrologorũ ineptias.

illius potestate, ut uolentes ista decernant, magnam cœlo faciũt iniuriam, in cuius uelut clarissimo senatu, ac splendidissima curia opinantur scœlera facienda decerni, qualia si aliqua terrena ciuitas decreuisset, generi humano decernenda fuerat euertenda. Quale deinde iuditium, de hominum factis Deo relinquitur, quibus cœlestis necessitas adhibetur, cum dominus ille sit & syderum & hominum? Aut si non dicũt: Stellas, accepta quidem potestate á summo deo arbitrio suo, ista decernere, sed in talibus necessitatibus ingerendis illius omnino iussa complere, ita ne de ipso deo sentiendum est, quod indignissimum uisum est, de stellarum uoluntate sentire? Quod si dicuntur stellæ significare potius ista quàm facere, ut quasi locutio quædam sit illa positio, prædicens futura non agens, non enim mediocriter doctorum hominum fuit ista sententia, nõ quidẽ ita solẽt loqui Mathematici (ut uerbi gratia dicam) Mars ita positus homicidam significat, sed homicidam non facit.

Eodem lib. Cap. VII.

Iam illud quis ferat, quod in eligendis diebus noua quædam suis actibus fata moliuntur? Non erat uidelicet ille ita natus, ut haberet admirabilem filium, sed ita potius ut contemptibilem gigneret, & ideo uir doctus elegit horam qua misceretur uxori. Fœcit ergo fatum quod non habebat, sed ex ipsius fato cœpit esse fatale, quod in eius natiuitate non fuerat. O stultitiam singularem, eligitur dies ut ducatur uxor, credo propterea, quia potest in diem nõ bonum nisi eligatur incurri, & infœliciter duci. Vbi est ergo quod nascenti iam sydera decreuerunt? An potest homo quod ei iam constitutum est diei electione mutare, & quod ipse in eligendo die constituerit, non poterit ab alia potestate mutari. Deinde si soli homines, nõ autem omnia quæ sub cœlo sunt, constellationibus subiacent, cur alios eligunt dies accommodatos ponendis uitibus uel arboribus uel segetibus, alios dies pecoribus uel domandis uel admittendis maribus, quibus equarum uel boum fœtentur armenta & cœtera huiusmodi? Si autem propterea ualẽt ad has res dies electi, quia terrenis omnibus corporibus, siue animantibus siue non animantibus, secundum diuersitates temporalium momentorum & syderum positio dominatur, considerens quam innumerabilia sub uno temporis puncto uel nascantur uel oriantur, uel inchoentur, & tam diuersos exitus habeant, ut istas obseruationes cuiuis puero ridendas esse persuadeant. Quis est enim tam excors ut audeat dicere omnes arbores, omnes herbas, omnes bestias serpentes, aues, pisces, uermiculos momenta nascendi singillatim habere diuersa? Solent tamen homines ad tentandam peritiam Mathematicorum afferre ad eos constellationes mutorum animalium, quorum ortus propter hanc explorationem domi suæ diligenter obseruant, eosq; Mathematicos præferant cæteris, qui constellationibus his inspectis dicũt nõ esse hominum natum sed pecus. Audent etiam dicere quale pecus, utrum aptum lanicio, an uectationi, an aratro, an custodiæ domus. Nam & ad canina fata tentantur, & cum magnis admirantium clamoribus ista respondent. Sic desipiunt homines ut existiment cum homo nascitur, & cæteros rerum ortus ita inhiberi, ut cum illo sub eadem cœli plaga nec musca nascatur. Nam si hanc admiserint, procedit rationacio quæ gradatim accessibus modicis eos à museis ad camelos elephantosq; perducat. Nec illud uolunt aduertere, quod electo ad seminandum agrum die, tam multa grana in terra simul ueniunt, simul germinant, & exorta segete simul herbescunt, pubescunt, flauescunt, & tamen inde spicas cæteris coeuas, atque ut ita dixerim congerminales, aliás rubigo inærimit, alias aues depopulantur, aliàs homines auellunt. Quomodo istis alias constellationes fuisse dicturi sunt, quas tam diuersos exitus habere conspiciunt? An eos pœnitebit his rebus dies eligere, easq; ad cœleste negabunt pertinere decretum, & solos syderibus subdent homines. Quibus solis in terra Deus dedit liberas uoluntates. His omnibus consideratis, non immerito creditur cum Astrologi mirabiliter multa uera responderant, & occulto instinctu fieri spirituum non bonorum, quorum cura est has falsas & noxias opiniones de astralibus fatis inserere humanis mentibus atque firmare, non horoscopi notam & inspecti aliqua arte quæ nulla est, &c.

Cõtra Mathematicorũ fabulas & errores.

De electiõe diei qua uxor ducit, quoduis magro aliqd plantatur aut seritur.

Et si astrologi uera aliquando respondẽãt fit hoc occulto instinctu spirituũ non bonorum.

Libro septimo. Caput XXXV.

Nam & ipse Numa Pompilius ad quem nullus Dei Propheta, nullus sanctus angelus mittebatur, Hydromantiam facere compulsus est, ut in aqua uideret imagines deorum, uel potius ludificationes dæmonum, à quibus audiret quid in sacris constitueret atque obseruare deberet. Quod genus diuinationis idem Varro á Persis dicit allatum, quo & ipsum Numam, & postea Pithagoram philosophum usum fuisse commemorat, ubi adhibito sanguine etiam inferos perhibet suscitari, & Necromantiam græcè dicit uocari, Quæ siue Hydromantia siue Necromantia dicatur, idipsum est, ubi uidentur mortui diuinare. Quibus hæc artibus fiant ipsi uiderint: Nolo enim dicere has artes etiam ante nostri saluatoris aduentum in ipsis ciuitatibus gentium legibus solere prohiberi, et pœna seuerissima uindicare. Nolo nquam hoc dicere, fortasis enim tunc talia licebant. His tamen artibus didicit sacra illa Pompilius, quorum sacrorũ facta prodidit, causas obruit ita timuit, et ipse qd' didicit, quarũ causarũ proditos libros Senatus incendit. Quid mihi ergo Varro illorum sacrorum, aliàs nescio quas causas uelut physicas interpretatur, quales si libri illi habuissent, non utiq; arsissent, aut & istos Varronis ad Cæsarem Pontificem scriptos atque editos patres conscripti similiter incendissent? Quod ergo aquam egesserit, id est, exportauerit Numa Põpilius, unde Hydromantiam faceret: Ideo Nympham Egeriam cõiugem dicitur habuisse, quemadmodũ in supradicto libro Varronis

De Hydromantia per quam Numa uisis quibusdam dæmonum imaginibus ludificabatur.

De Necromantia.

Apud gentes ante Christi aduẽtum legeprohibebatur ars Necromantia.

Libros Põpilij arratro eruros senatus incendit.

Varronis exponitur. Ita enim solent res gestæ adspersione mendatiorum in fabulas uerti. In illa igitur Hydromantia curiosissimus ille rex Romanus, & sacra didicit, quæ in libris suis Pontifices haberent, & eorum causas quas præter se neminem scire uoluit. Itaq; eas seorsum scriptas secum quodammodo mori fecit, quando ita subtrahendas hominum notitiæ sepeliendasq; curauit. Aut ergo dæmonum illic tam sordidæ & noxiæ cupiditates erant conscriptæ, ut ex his tota illa Theologia ciuilis etiam apud tales homines execrabilis appareret, qui tam multa in ipsis sacris erubescenda susceperãt, aut illi omnes nihil aliud q̃ homines mortui prodebantur, quos tam prolixa uetustate temporis fere omnes populi gentium deos immortales esse crediderant, cum & talibus sacris ijdem illi dæmones oblectarentur, qui se colendos pro ipsis mortuis, quos deos putari fecerant, quibusdam fallacium miraculorum attestationibus supponebant. Sed occulta ueri dei prouidentia factum est, ut & Pompilio amico suo illis conglutinati artibus, quibus Hydromantia fieri potuit, cuncta illa confiteri permitterentur, & tamen ut moriturus incenderat ea potius quam obrueret admonere non permitterentur, qui ne innotescerent, nec aratro quo sunt eruta obsistere potuerunt, nec stilo Varronis, quo ea quæ de hac re gesta sunt in nostram memoriam peruenerunt. Nõ enim possunt quod non sinuntur efficere. Sinuntur autẽ alto dei summi iusto q; iudicio pro meritis eorum, quos ab eis uel adfligi tantum, uel etiam subijci ac decipi iustum est. Quam uero pernitiose uel à cultu ueræ diuinitatis alienæ illæ literæ iudicatæ sunt: Hinc intelligi potest, quòd eas maluit senatus incendere, quas Pompilius occultauit, quàm timere quod timuit, qui hoc audere non potuit. Qui ergo nec fœlicem in futuro uitam nec modo habere uult piam, talibus sacris mortem quærat æternam. Qui autem cum malignis dæmonibus non uult habere societatem, non superstitionem qua coluntur noxiam pertimescat, sed ueram religionem qua proditur & uincuntur agnoscat.

Hydromanticus curiosissimꝰ Numa Pompilius rex Romanus.

Quæ in libris Numæ Pompilij a senatu exustis, scripta fuisse opinentur.

Libro VIII. Cap. XIIII.

Apuleius Platonicus Madaurensis librũ scripsit, cuius titulum esse uoluit de deo Socratis, ubi disserit & exponit, ex quo genere numinum, numen sibi Socrates habebat adiunctum, & amicitia quadam conciliatum, à quo perhibetur solitus admoneri, ut desisteret ab agendo, quando id quod agere uolebat, prosperè non fuerat euenturum.

Spiritum familiarẽ Socrates habuit.

Ibidem.

Omnium inquiunt animalium Platonici, in quibus est anima rationalis, tripartita diuisio est, in deos, homines, & dæmones. Dij excellentissimum locum tenent, homines infimum, dæmones medium. Nam deorum sedes in cœlo est, hominum in terra, in aëre dæmonum. Sicut eis diuersa dignitas est locorum, ita etiam naturarum. Proinde dij sunt hominibus, dæmonibusq; potiores: homines uero infra deos & dæmones constituti sunt, ut elementorum ordine sit differentia meritorum. Dæmones igitur inter dij, quemadmodum dijs quibus inferius habitare postponendi, ita hominibus superius quibus præferendi sunt. Habent enim cum dijs communem immortalitatem corporum, animorũ autem cũ hominibus passiones. Quapropter non est mirũ inquiunt, si etiam ludorum obscœnitatibus & poëtarũ figmentis delectantur. Quandoquidẽ et humanis capiuntur adfectibus. A quibus dij longè absunt, & modis omnibus alieni sunt. Ex quo colligitur, Platonẽ Poëtica detestando et ꝓhibendo figmenta non deos, qui omnes boni & excelsi sunt, priuasse ludorũ scœnicorũ uoluptate, sed dæmones.

Platonicorum animarum rationabilium distinctio.

Cap. XV.

Quamobrem absit, ut ista considerans animus ueraciter religiosus, & uero deo subditus, ideo arbitretur dæmones seipso esse meliores, quod habeant corpora meliora, alioquin multas sibi & bestias prælaturus est, quæ nos & acrimonia sensuũ & motu facillimo atq; celerrimo, et ualentia uirium, et annosissima firmitate corporum uincunt. Quis hominum uidendo æquabitur aquilis & uulturibus? Quis odorando canibus? Quis uelocitate leporibus, ceruis, auibus omnibus? Quis multum ualendo leonibus & elephantibus? Quis diu uiuendo serpentibus, qui etiam depositа tunica senectutem deponere, atq; in iuuentutẽ redire, perhibentur. Sed sicut his omnibus ratiocinando & intelligendo meliores sumus, ita etiã dæmonibus bene atq; honestè uiuendo meliores esse debemus. Ob hoc enim & prouidentia diuina eis, quibus nos constat esse potiores: data sunt quædam potiora corporũ munera, ut illud quo eis præeminemus, etiam isto modo nobis commendaretur multo maiore cura excolendũ esse quàm corpus, ipsamq; excellentiam corporalem, quam dæmones habere nouimus, præ bonitate uitæ, qua illis anteponimur, contemnere disceremus, habituri & nos immortalitatem corporum, non quam suppliciorum æternitas torqueat, sed quam ueritas præcedat animorum. Iam uero de loci altitudine, q, dæmones in aëre, nos autem habitamus in terra, ita permoueri, ut hinc eos nobis esse præponendos existimemus, omnino ridiculum est. Hoc enim pacto nobis & omnia uolatilia præponimus.

Improbat August. Platonicorum opinionem.

Aquilæ & uultures perspicatissime uident.

Canes nemo odorando superat.

Leporibus uelocitate nemo æquabitur.

Fortissimæ bestiarũ elephas & leo.

Serpentes uiuere diu, et depositа tunica in iuuentutem redire perhibentur.

Eodem libro Cap. XVI.

De moribus ergo dæmonum cum idem Platonicus loqueretur, dixit eos eisdem quibus homines animi perturbationibus agitari, irritari iniurijs, obsequijs donisq; placari, gaudere honoribus, diuersis sacrorũ ritibus oblectari, & in eis si quid neglectũ fuerit cõmoueri. Inter cætera etiam dicit ad eos pertinere diuinationes augurũ, haruspicum, uatũ atq; somniorũ, ab his quoq; esse miracula magorum. Breuiter aũt eos definiens ait: Dæmones esse genere animalia, animo passiua, mente rationalia, corpore aërea, tempore æterna. Horum uero quinq;, tria priora illis esse quæ nobis, quartum propriũ, quintum eos cũ dijs habere cõmune.

Quid de moribus dæmonum Apuleius Platonicus senserit.

Cap. XIX.

Porrò aduersas magicas artes, de quibus quosdam nimis infœlices & nimis impios etiam gloriari libet in nomine dæmonum, ipsam publicam lucem testem citabo. Cur enim tam grauiter ista plectuntur seueritate legũ, si opera

De impietate artis magicæ, quæ patrocinio utitur spiritum malignorum.

sunt numinum colendorum? An fortè istas leges Christiani instituerunt, quibus artes magicæ puniuntur, secundum quem alium sensum, nisi quòd hæc maleficia generi humano pernitiosa esse non dubium est? Ait poëta clarissimus:

Virgil. in Æneid. 4.

Testor chara deos & te germana, tuumq;
Dulce caput, magicas inuitam accingier artes.

Bucol. Æglog. 8.

Illud etiam quod alio loco de his artibus dicit idem poëta:
Atq; satas aliò uidi traducere messes.

Eo quòd hac pestifera sceleratiq; doctrina, fructus alieni in alias terras transferri perhibentur, nonne in duodecim tabulis, id est, Romanorum antiquissimis legibus Cicero commemorat esse conscriptum & ei qui hoc fœcerit supplicium constitutum? Postremò ipse Apuleius nunquid apud iudices Christianos de magicis artibus accusatus est? Quas utiq; sibi obiectas, si diuinas & pias esse nouerat, & diuinarum potestatum operibus congruas, non solum eas confiteri debuit, sed etiam profiteri, leges culpans potius, quibus hæc prohiberentur, & damnanda putarentur, quæ haberi miranda & ueneranda oporteret. Ita enim uel sententiam suam persuaderet iudicibus, uel si illi secundũ iniquas leges saperent, eumq; talia prædicantem atq; laudantem morte mulctarent, digna animæ illius dæmones dona rependerent, pro quorum diuinis operibus prædicandis, humanam uitam sibi adimi non timeret. Sicut martyres nostri cum eis pro crimine obijceretur Christiana religio, qua nouerant se fieri saluos & glorioſissimos in æternum, non eam negando temporales pœnas euadere delegerunt, sed potius confitendo, profitendo, prædicando, & pro hac omnia fideliter fortiterq; tolerando, & cum pia securitate moriendo, leges quibus prohibebantur erubescere compulerunt, mutariq; fœcerunt. Huius autem philosophi Platonici copioſissima et diserti ſsima extat oratio, qua crimen artium magicarum à se alienum esse defendit, seq; aliter non uult innocentem uideri nisi ea negando, quæ non possunt ab innocente committi. At omnia miracula magorũ, quos rectè sentit esse damnandos, doctrinis fiunt & operibus dæmonum, quos uiderit cur censeat honorandos esse, necessarios eos adserens perferendis ad deos nostris precibus, quorum debemus opera deuitare, si ad deum uerum preces nostras uolumus peruenire. Deinde quæro quales preces hominum dijs bonis pro dæmones allegari putant magicas, an licitas? Si magicas, nolunt tales: si licitas, nolunt per tales. Si autem peccator pœnitens preces fundit, maximè si aliquid magicum admisit, ita ne tandem illis intercedentibus accipit ueniam, quibus impellentibus aut fauentibus se ceciderat plangit in culpam? An & ipſi dæmones ut possint pœnitentibus mereri indulgentiam, priores agunt quod eos deceperint pœnitentiam? Hæc nemo unquàm de dæmonibus dixit, quia si ita esset, nequaquàm sibi auderent diuinos honores expetere, qui pœnitendo desiderarent ad gratiam ueniæ peruenire. Ibi enim est detestanda superbia, hic humilitas miseranda.

Apuleius accusat impietatis artis magicæ.

Cicero artem magicã apud Romanos perhibet fuisse inhibitam.

Magorũ miracula dæmonum doctrinis et operibus fiunt.

Eodem libro Cap. XXII.

Dæmones esse credendum est spiritus nocendi cupidiſsimos, à iustitia penitus alienos, superbia tumidos, inuidentia liuidos, fallacia callidos, qui in hoc quidem aëre habitant, quia de cœli superioris sublimitate deiecti, meritò irregressibilis transgressionis in hoc sibi congruo uelut carcere prædamnati sunt. Nec tamen quia supra terram & aquas aëri locus est, ideo & ipſi sunt meritis superiores hominibus, qui eos non terreno corpore, sed electo in auxilium deo uero, pia mente facilimè superant. Sed multis planè participatione ueræ religionis indignis tanquàm captis subditisq; dominantur, quorum maximæ parti mirabilibus & fallacibus signis, siue factorum, siue prædictorum deos se esse persuaserunt. Quibusdam uero uitia eorum attentius & diligentius intuentibus, non potuerunt persuadere quòd dij sint: atq; ideo inter deos & homines, inter nuncios ac beneficiorum interpretatores se esse finxerunt. Si tamen non istum saltem honorem homines eis deferendum putarunt, qui illos nec deos esse credebant, quia malos uidebant. Deos autem omnes bonos uolebant, nec audebant tamen omnino indignos dicere honore diuino, maximè ne offenderent populos, à quibus eis cernebant inueterata superſtitione per tot ſsacra & templa seruiri.

Cultus dæmonũ abijciendus cõtra Apuleiũ

Dæmones in aere habitant.

Libro IX. Cap. II.

Apud pleroſsq; enim usitatum est, dici alios bonos, alios malos dæmones, quæ siue sit etiam Platonicorum philosophorum, siue quorumlibet sententia nequaquàm negligenda est eius discussio, ne quiſsquam uelut dæmones bonos sequendos sibi esse arbitretur, per quos tanquã medios dijs, quos omnes bonos credit, dum conciliari adfectat & studet, ut quaſsi cum eis posſit esse post mortem irretitus malignorum ſspirituum, deceptuq; fallacia, longè aberret à uero deo, cum quo ſsolo, & in quo ſsolo, & de quo ſsolo anima humana, id est, rationalis et intellectualis beata est.

Quidã bonos & malos autumãt esse dæmones.

Cap. III.

Quæ igitur est differentia dæmonum bonorũ & malorum, quandoquidẽ Platonicus Apuleius de his uniuerſsaliter diſserens, & tam multa loquens de aëreis eorum corporibus, de uirtutibus tacuit animorum, quibus essent præditi, si boni essent. Tacuit ergo beatitudinis cauſsam, iuditium uero miseriæ tacere non potuit, confitens eorum mentem qua rationales esse perhibuit, non saltem imbutam munitamq; uirtute paſsionibus animi irrationabilibus nequaquàm credere, sed ipſsam quoq; sicut ſstultarum mentium mos est, procelloſsis quodammodo perturbationibus agitari.

Dæmonum uirtutem & beatitudinem Apuleius tacuit. Miseriam uero graphicè depinxit.

Cap. VI.

Subiecta est ergo mens dæmonum paſsionibus libidinum, formidinum, irarum, atq; huiuſscemodi cæteris.

Quibus paſsionibus cæteris agitentẽ dæmones secũdum Apuleium.

Eodem libro Cap. XVIII.

Falſsi illi fallaceſsq; mediatores dæmones, qui cum per ſspiritus immunditiam miseri ac maligni multis effectibus clareant, per corporalium tamen locorum interualla, & per aëreorum corporum leuitatem, à prouectu animorũ nos auocare atq; auertere moliuntur, non uiam prebent ad deum

Dæmonum fallacia secundũ Augustinum.

ad deum, sed ne uia teneatur impediunt, quandoquidē et in ipsa uia corporali, quæ falsissima est & plenissima erroris, qua non iter agit iustitia, quoniam non per corporalem altitudinem, sed per spiritalem, hoc est, incorporalem similitudinem ad deum debemus adscendere, in ipsa tamen corporali uia, quam dæmonum amici per elementorū gradus ordinant, inter æthereos deos et terrenos homines aëreis dæmonibus medijs constitutis. Hoc deos opinantur habere præcipuum, ut propter hoc interuallum locorū contrectatione non contaminentur humana. Ita dæmones contaminari potius ab hominibus, quàm homines mundari à dæmonibus credunt, & deos ipsos contaminari potuisse, nisi loci altitudine munirentur. Quis tam infœlix, est, ut ista uia mundari se existimet, ubi cōtaminantes homines, dæmones contaminati, dij contaminabiles prædicantur, et non potius eligat uiam, ubi cōtaminantes magis dæmones euitentur, & ab incontaminabili deo adiuuandam societatem incontaminatorum angelorum, homines à contaminatione mundentur.

Cap. XIX.

Sed ne de uerbis etiam nos certare uideamur, quoniam nonnulli istorū, ut ita dixerim, dæmonicolarum, in quibus & Labeo est, eosdem perhibent ab alijs angelos dici, quos ipsi dæmones nuncupant, iam mihi de bonis angelis aliquid uideo adserendū, quos isti esse non negant, sed eos bonos dæmones uocare q̄ angelos malunt. Nos autem sicut scriptura loquitur, secundum quam Christiani sumus angelos quidem partim bonos, partim malos, nunq̄ uero bonos dæmones legimus. Sed ubicunq; illarum literarū hoc nomen positū reperitur, siue dæmones siue dæmonia dicantur, non nisi maligni significantur spiritus. Et hanc loquendi consuetudinem in tantum populi usquequaq; secuti sunt, ut eorū etiam qui pagani appellantur, & deos multos ac dæmones colendos esse contendunt, nullus ferè sit tam literatus ac doctus, qui audeat in laudē uel seruo suo dicere, dæmonem habes, sed quilibet hoc dicere uoluerit, non se aliter accipi q̄ maledicere uoluisse, dubitare non posit. Quæ igitur nos causa compellit, ut post offensionem auriū tam multarum, ut iam penè sint omnium qui hoc uerbū non nisi in malā partem audire consueuerūt, qd' diximus cogamur exponere, cum posimus angelorū nomine adhibito, eandem offensionē quæ noīe dæmonū fieri poterat euitare.

Vbi in scriptura legit dæmones, non nisi maligni spiritus significant.

Cap. XX. eodem libro.

Quanquàm etiam ipsa origo huius nominis, si diuinos intueamur libros, aliquid adfert cognitionis dignissimum. Dæmones enim dicuntur (quoniam uocabulum græcum est) ob scientiam nominati. Apostolus autem spiritusancto locutus ait: Scientia inflat, charitas uero ædificat. Quod rectè aliter nō intelligitur, nisi scientiam tunc prodesse cum charitas inest: Sine hac autem inflare, id est, in superbiam inanissimè quasi uentositatis extollere. Est ergo in dæmonibus scientia sine charitate, & ideo tam inflati, id est, tam superbi sunt, ut honores diuinos & religionis seruitutem, quam uero deo deberi sciunt, sibi fategerint exhiberi, & quantum possunt, & apud quos possunt, adhuc agunt. Contra superbiam porrò dæmonum, qua pro meritis posidebatur genus humanum, dei humilitas quæ in Christo apparuit, quantam uirtutem habeat, animæ hominum nesciunt, immunditia elationis inflatæ, dæmonibus similes superbia non scientia.

Dæmō græcum est uocabulum. 1. Corint. 8.

In dæmonibus scientia est sine charitate.

Cap. XXI

Ipsi autem dæmones etiam hoc ita sciunt, ut eidem domino infirmitate carnis induto, dixerint: Quid nobis & tibi Iēsu Nazarene? Venisti ante tempus perdere nos? Clarum est in his uerbis, quòd in eis et tanta scientia erat, & charitas non erat. Pœnam quippe suam formidabant ab illo, non in illo iustitiam diligebant. Tantum uero eis innotuit quantum uoluit, tantum autem uoluit quantum oportuit: Sed sic innotuit, non sicut angelis sanctis, qui eum secundum id, quod dei uerbum est, participatā æternitate perfruūtur: sed sicut eis terrendis innotescendum fuit, ex quorum tyrannica quodammodo potestate fuerat liberaturus prædestinatos in suum regnum, & gloriam semper uerācem, et ueraciter sempiternam. Innotuit ergo dæmonibus non per id, quod est uita æterna, & lumen incommutabile, quod illuminat pios, cui uiuendo per fidem, quæ in illo est corda mundantur, sed per quædam temporalia suæ uirtutis effecta, & occultissimæ signa præsentiæ, quæ angelicis sensibus etiam malignorum spirituum potius quam infirmitati hominum possent esse perspicua. Denique quando ea paululum supprimenda iudicauit, & aliquanto altius latuit, dubitauit de illo dæmonum princeps, eumq; tentauit, an Christus esset explorans, quantum se temptari ipse permisit, ut hominē quem gerebat ad nostræ imitationis temperaret exemplum. Post illam uero tentationem, cum angeli sicut scriptum est ministrabant ei: boni utiq; & sancti ac per hoc his spiritibus immundis metuendi & tremendi, magis magisq; innotescebat dæmonibus quantus esset, ut ei iubenti quàmuis in illo contemptibilis uidcretur carnis infirmitas, resistere nullus auderet.

Ad quē modum Christus dæmonibus innotuerit. Marc. 1. Luc. 4.

Actor. 15.

Matth. 5.

Dæmon Christū tentauit, quantum illi permittebatur.

Cap. XXII. eodem libro.

His igitur angelis bonis omnis corporalium temporaliumq; rerum scientia, qua inflantur dæmones, uilis est, non quòd earum ignari sint, sed quòd illis dei qua sanctificantur, charitas chara est, præ cuius non tantum incorporali, uerūetiam incommutabili & ineffabili pulchritudine, cuius sancto amore inardescunt omnia, quæ infra sunt, & quod illud est, non sunt, seq; ipsos inter illa contemnunt, ut ex toto quòd boni sunt, eo bono ex quo boni sunt, perfruantur: Et ideo certius etiam temporalia & mutabilia ista nouerunt, quia eorum principales causas in uerbo dei conspiciunt, per quod factus est mundus, quibus causis quædam probantur, quædā reprobantur, cuncta ordinantur. Dæmones aūt nō æternas temporū causas & quodammodo cardinales in dei sapiētia contēplantur, sed quorundā signorū nobis occultorū, maiore experiētia multo plura q̄ noīes futura ꝓspiciunt, dispositiones queq; suas aliquando prænunciāt. Denique sæpe isti, nunq̄ omnino illi fallūtur. Aliud est enim temporalibus temporalia, & mutas

Quid interfit inter scientiam sanctorum angelorum, & scientiā dæmonum.

& mutabilibus mutabilia coniectare, eisq; temporalem et mutabilem modum suæ uoluntatis & facultatis inserere, quòd dæmonibus certa ratione permissum est. Aliud est autem in æternis et incommutabilibus dei legibus, quæ in eius sapientia uiuunt, mutationes temporum prævidere, deiq; uoluntatem, quæ tam certissima quàm potentissima est omnium, spiritus eius participatione cognoscere, quòd sanctis angelis recta discretione donatum est. Itaq; non solum æterni, uerumetiam beati sunt: bonum autem quo beati sunt, deus illis est à quo creati sunt: Illius quippe indeclinabiliter participatione et contẽplatione perfruũtur.

Libro X. Cap. XXI.

De modo potestatis dæmonibus datæ in sanctos.

Moderatis autem præfinitisq; temporibus etiam potestas permissa dæmonibus, ut hominibus quos possident excitatis, inimicitias aduersus dei ciuitatem tyrannicè exerceant, sibiq; sacrificia non solum ab offerentibus sumant, & à uolentibus expetant, uerũetiam ab inuitis persequendo uiolenter extorqueant, non solũ permittosa non est, sed etiam utilis inuenitur ecclesiæ, ut martyrum numerus impleatur, quos ciuitas dei tanto clariores et honoratiores ciues habet, quanto fortius aduersus impietatem potestatum etiam usq; ad sanguinem certant. Hos multo elegantius si Ecclesiastica loquendi consuetudo pateretur, nostros Heroas uocaremus.

Libro XVIII. Cap. XVI.

De Diomedis socijs.

Diomedem Græci fœcerunt deum, quem pœnâ diuinitus irrogata perhibent ad suos non reuertisse, eiusq; socios in uolucres fuisse conuersos, non fabuloso poëticoq; mendatio, sed historica attestatione confirmant, quibus nec deus ut putant factus, humanam reuocare naturam ul' ipse potuit, uel certè à Ioue suo rege tanquàm cœlicola nouitius impetrauit. Quinetiam templum eius esse aiunt in

Insula Diomedea non longe a mõte Gargano in Apulia est.

insula Diomedea, non longè à monte Gargano, qui est in Apulia, & hoc templum circumuolare atq; incolere has alites tam mirabili obsequio, ut rostrũ aqua impleant & adspergant, & eo si Græci uenerint, uel Græcorum stirpe progeniti, non solũ quietas esse, uerũ & super aduolare: Si autem alienigenas uiderint subuolare, & capita eorum tanq; grauibus ictibus, ut etiam perimant, uulnerare. Nã duris & grandibus rostris satis ad hæc prælia perhibẽtur armatæ.

Cap. XVII.

Solin⁹ has aues nisi in illa insula in ueniri dicit lib. 3.

Ouidi⁹ lib. 14. de trãsformatis.

De mirabili Metamorphosi socioru̇ Vlyxis incantatione a Circe facta.

Hæc Varro ut adstruat, commemorat alia non minus incredibilia de maga illa famosissima Circe, quæ socios quoq; Vlyxis mutauit in bestias, et de Arcadibus qui sorte ducti transnatabant quidam stagnum, atq; ibi conuertebantur in lupos, & cum similibus feris per illius regionis deserta uiuebant. Si uero carne non uescerentur humana, rursus post nouem annos eodem renatato stagno reformabantur in homines, deniq; etiam nominatim expressit quendam Demenetum, cum gustasset de sacrificio, quòd Arcades immolato puero deo suo Lyceo facere solent, in lupum fuisse mutatum, & anno decimo in figuram propriam restitutum, ad pugillatum sese exercuisse, & olympiaco certamine uicisse.

Demenetus in lupũ mutatus.

Cap. XVIII. eodem libro.

Sed de ista tanta ludificatione dæmonum, nos quid dicamus, quia hæc legent fortasis, & expectant quid Christiani agere debeant, quando inter idola gentium miracula fieri adserunt? Et quid dicemus nisi de medio Babylonis esse fugiendum? Quod præceptum propheticum ita spiritaliter intelligitur, ut de huius sæculi ciuitate, quæ profectò & angelorum & hominum societas impiorum est fidei passibus, quæ per dilectionem operatur, in deum uiuum proficiendo fugiamus. Quanto quippe in hæc ima potestatem dæmonũ maiorem uidemus, tanto tenatius mediatori est inhærendum, per quem de imis ad summũ conscendimus. Si enim dixerimus ea non esse credenda, nõ desunt etiam nunc, quæ eiusmodi quædam uel certissima audisse, uel etiam expertos se esse adseuerent. Nam & nos eũ essemus in Italia, audiebamus talia de quadam regione illarũ partiũ, ubi stabularias mulieres imbutas his malis artibus, in caseo dare solere dicebant, quibus uellent seu possent uiatoribus, unde in iumenta illico uerterentur, & necessaria quæq; portarent, post quæ perfuncta opera iterum ad se redirent, nec tamen eis mentem fieri bestialẽ, sed rationalẽ humanamq; seruari, sicut Apuleius in libris quos asini aurei titulo inscripsit, sibijpsi accidisse, ut acceptо ueneno humano animo permanente asinus fieret, aut indicauit aut finxit. Hæc uel falsa sunt, uel tam inusitata, ut meritò non credantur. Firmissimè tamen credendum omnipotentem deum omnia posse facere quæ uoluerit, siue iudicando, siue præstando, nec dæmones aliquid operari secundũ naturæ suæ potentiã, quia & ipsa angelica creatura est, licet sit proprio uitio maligna, nisi quòd ille permiserit, cuius iuditia occulta sunt multa, iniusta nulla. Nec sanè dæmones naturas creant, si aliquid tale faciunt, de qualibus factis ista uertitur quæstio, sed specie tenus quæ à uero deo sunt creata, commutant, ut uideantur esse quod non sunt. Non itaq; solum animum, sed nec corpus quidem ulla ratione crediderim dæmonum arte uel potestate in membra uel liniamenta bestialia ueraciter posse conuerti, sed phantasticum hominis, quod etiam cogitando siue etiam somniando per rerum innumerabilium genera uariatur: & cum corpus non sit corporũ, tamen similes mira celeritate formas capit, sopitis aut oppressis corporeis hominis sensibus, ad aliorum sensuum nescio quo ineffabili modo figura corporea posse perduci, ita ut corpora ipsa hominum alicubi iaceant, uiuentia quidem, sed multo grauius atq; uehementius quàm somno suis sensibus obseratis. Phantasticum autem illud ueluti corporatum in alicuius animalis effigie appareat sensibus alienis, talisq; etiam sibi homo esse uideatur, sicut talis sibi uideri posset in somnis, & portare onera, quæ onera si uera sunt corpora, portantur à dæmonibus, ut illudatur hominibus: partim uera onerum corpora, partim iumentorum falsa cernentibus. Nam quidam, nomine Præstantius, patri suo contigisse indicabat, ut uenenum illud per caseum in domo sua sumeret, & iaceret in lecto suo, quasi dormiens

Hierem. 51.

Galat. 5.

Quid credẽdum sit de transformationib⁹, quę arte dæmonum hominibus uidẽtur accidere.

Apuleius in asinum mutatus.

Multa sunt dei iuditia occulta, iniusta nulla.

dormiens, qui tamen nullo modo poterat excitari. Historia. Post aliquot autem dies eum uelut euigilasse dicebat, & quasi somnia narrasse, quæ passus est, Caballum se scilicet factum, anno nam inter alia iumenta baiulasse militibus, quæ dicitur rethica, quoniam ad retias deportabatur, quod ita ut narrauit factum fuisse compertum est, quæ tamen ei somnia sua uidebantur. Indicauit & alius se domi suæ per noctem antequam requiesceret, uidisse uenientem ad se quendam Philosophum sibi notissimum, sibiq; exposuisse nonnulla Platonica, quæ antea rogatus exponere noluisset. Et cum ab eodem Philosopho quæsitum fuisset, cur in domo eius fœcerit quod in domo sua petenti negauerat, Non fœci inquit, sed me fœcisse somniaui. Ac per hoc alteri per imaginem phantasticam exhibitum est uigilanti, quod alter uidit in somnis. Hæc ad nos non quibuscunq; qualibus credere putaremus indignum, sed eis referentibus peruenerũt, quos nobis non existimaremus fuisse mentitos. Proinde quòd homines dicuntur, mandatumq; est literis à dijs, uel potius à dæmonibus arcades in lupos solere conuerti, & quòd carminibus Circe socios mutauit Vlyxis: secundum istum modum mihi uidetur fieri potuisse quod dixi, si tamen factum est. Diomedeas autem uolucres, quandoquidem genus earum per successionem propagnis durare perhibetur, non mutatis hominibus factas, sed subtractis credo fuisse suppositas, sicut cerua pro Iphigenia regis Agamemnonis filia. Neq; enim dæmonibus iuditio dei permissis, huiusmodi præstigia difficilia esse possunt: Sed quia illa uirgo postea uiua reperta est, suppositam pro illa ceruam esse facile cognitum est. Socij uero Diomedis, quia nusquam subitò comparuerunt, et postea nullo loco apparuerunt, perdentibus eos ultoribus angelis malis, & pro eis aues occultæ ex alijs locis, ubi est hoc genus auium, ad ea loca perductæ sunt, ac repentè suppositæ ideo creduntur esse conuersi. Quòd autem Diomedis in templum aquam rostris adferunt & adspergunt. & quòd blandiuntur græcigenis, atq; alienigenas persequuntur, mirandum non est fieri dæmonum instinctu, quorum interest, id est, ad quos persuadere pertinet deum factum esse Diomedẽ ad decipiendos homines, ut falsos deos, cum ueri dei iniuria multos colant, & hominibus mortuis qui nec cum uiuerent uerè uixerunt templis, altaribus, sacrificijs, sacerdotibus, quæ omnia cum recta sunt, non nisi uni deo uiuo & uero debentur inseruiant.

De Iphigenia regis Agamemnonis filia.

Libro XIX. Cap. IX.

Sanctorum angelorũ amicitia uix hominũ potest fieri manifesta propter fallacias dæmonum.

Magna dei misericordia necessaria est, ne quisquam cum bonos angelos amicos se habere putat, habeat malos dæmones amicos fictos, eosq; tanto nocentiores, quanto adsiduiores ac fallatiores patiatur inimicos. Et cui magna ista dei misericordia necessaria est, nisi magnæ humanæ miseriæ, quæ ignorantia tanta præmitur, ut facile istorum simulatione fallatur.

Libro XXI. Cap. XIIII.

Luci ista à sicu ordiũ.

Quis autem non exhorreat, & mori eligat, si ei proponatur, aut mors perpetienda, aut rursus infantia? Quæ quidem non à risu, sed à fletu orditur hanc lucem, quo quid malorum ingressa sit nesciens prophetat quodammodo. Solum quando natus est ferũt risisse Zoroastrem, nec ei boni aliquid monstrosus risus ille portendit. Nam magicarum artium fuisse perhibetur inuentor, quæ quidem illi nec ad præsentis uitæ uanam fœlicitatem contra suos inimicos prodesse potuerunt. A Nino quippe rege Assyriorum, cum esset ipse Bactrianorum rex, bello superatus est.

Zoroastres magicarum artium inuentor.

A Nino Assyriorũ rege Zoroastres bello superatur.

Libro II. Ad Simplicianum, Quæst. I.

Malignum spiritum, à quo ipse uexabatur Saul, ideo dictum arbitror spiritum domini, quòd occulto domini iuditio Saulem uexabat. Vtitur enim deus ministris etiam spiritibus malis ad uindictam malorum, uel ad bonorum probationẽ, alio modo ad illam rem, alio ad istam. Quàmuis enim inde sit quisq; malignus spiritus, quia mala uoluntate nocere appetit, tamen nocendi potestatem non accipit, nisi ab illo sub quo sunt omnia certis & iustis meritorum gradibus ordinata, quia sicut non est mala uoluntas à deo, sic non est potestas nisi á deo. Quanquàm enim sit in cuiusq; potestate quid uelit non est tamen in cuiusq; potestate quid possit, uel facere cuiquam, uel à quoquam pati. Nam & ipse filius unicus dei passurus ad tempus, humiliter homini superbè loquenti & dicenti, quòd potestatem haberet occidendi eum uel dimittendi, Non haberes, inquit, in me potestatem, nisi data tibi esset desuper. Diabolus etiam uolens nocere iusto uiro Iob, nocendi quidem uoluntate diabolus erat, sed tamen à domino deo potestatem petebat, dicens: Mitte manum & tange carnem eius, quàmuis hoc esset si permitteretur ipse facturus, ipsam etiam permissionem petebat hoc modo, & manum domini appellabat permissam à domino manum suam, id est, ipsam potestatem quam uolebat accipere. Cui congruit illud in Euangelio, quod dominus discipulis suis ait: Hac nocte postulauit sathanas uexare uos sicut triticum. Dictus est ergo spiritus dei malus, hoc est, minister dei ad faciendum malum in Saul, quòd eum pati iudex omnipotentissimus iudicabat: quoniam spiritus ille quia malus erat, non erat dei creatura uera, qua conditus erat, & potestas quã non sua, sed domini omnium æquitate acceperat, dei erat. Vnde apparet bonum spiritum secundum substantiam, malum autem secundum ministerium dici spiritum dei.

1. Regũ 16. Quare malignus spiritus dicatur domini spiritus.

Diabolus nocendi potestatẽ à deo habet.

Roman. 13

Ioan. 19.

Iob 2.

Lucæ 22.

Diabolus bonus est secundũ substantiã, malus autem secundum ministerium.

Eodem libro Quæst. III.

Item quæris utrum spiritus immundus, qui erat in Phytonissa, potuerit agere, ut Samuël á Saulo uideretur, & loqueretur cum eo. Sed multo maioris miraculi est, quòd ipse sathanas princeps omnium immundorum spirituum potuit loqui cum deo, & petere ad tentandum Iob iustissimũ uirũ, qui etiã tentandos Apostolos petijt. Aut si hoc nõ habet difficilem quæstionem, quia per quã uoluerit creaturã, cui uoluerit creaturæ, ubiq; præsens ueritas loquitur, nec ꝓpterea magni meriti est cui loquitur deus. Interest enim quid loquatur, quia & imperator cum multis innocen-

Quomodo unus sit Samuel a Saule, per Phytonissam excitari 1. Regũ 28.

Iob 1 Lucæ 22. Ad tentandum Iob, et tentandos Apostolos diabolꝰ petijt.

innocentibus nõ loquitur, quibus prouidentissimè consulit ad salutem, & cum multis nocentibus loquitur, quos iubet interfici. Si ergo hinc propterea nulla quæstio est, nulla sit quæstio, quomodo etiam immundus spiritus cum anima sancti uiri loqui potuerit. Omnibus enim sanctis deus creator & sanctificator longè utiq; maior est. Quod si hoc mouet quod licuerit maligno spiritui excitare animam iusti, & tanquàm de abditis mortuorum receptaculis reuocare, nonne magis mirandum, quòd sathanas ipsum deum
Matth. 4. adsumpsit, & constituit supra pinnam templi? Quolibet enim modo fecerit, ille etiam modus, quo Samuëli factum est, ut excitaretur simuliter latet. Nisi fortè quis dixerit faciliorem diabolo fuisse licentiam ad deum uiuum, unde uoluit adsumendum, & ubi uoluit constituendum, quàm ad Samuëlis defuncti spiritum á suis sedibus excitandum. Quòd si illud in Euangelio nos ideo non perturbat, quia dominus uoluit atq; permisit, nulla diminutione suæ po-
Matth. 26. & 27. testatis & diuinitatis id fieri, sicut ab ipsis Iudæis, quanquàm peruersis atq; immundis, & facta diaboli facientibus, & teneri se, & uinciri, & illudi, & crucifigi, atque interfici passus est, non est absurdum credere ex aliqua dispensatione diuinæ uoluntatis permissum fuisse, ut non inuitus nec dominante aut subiugante magica potentia, sed uolens atq; obtemperans occultè dispensationi dei, quæ Phytonissam illam & Saulem latebat, consentiret spiritus prophetæ sancti, se ostendi adspectibus regis diuina cum sententia percussurus. Cur enim anima boni hominis à malis uiuis euocata, si uenerit, amittere uideatur dignitatem suam, cum & uiui plerunq; boni uocati ad malos ueniant, & agant cum eis quod officium postulat æquitatis, seruato atq; inconcusso decore uirtutis suæ, & illorum uitijs pro rerum præsentium uel usu uel necessitate tractatis? Quanquàm in hoc facto potest esse alius facilior intellectus, & expeditior exitus, ut non uerè spiritum Samuëlis excitatum á requie sua credamus, sed aliquod phantasma, & imaginariam illusionem diaboli machinationibus factam, quam propterea scriptura nomine Samuëlis appellat, quia solent imagines rerum earum, nominibus quarum imagines sunt appellari. Quis est enim qui hominem pictum dubitet uocare hominem, quandoquidem & singulorum quorumcunq; picturam cum adspicimus propria quæq; nomina incunctanter adhibemus: ueluti cum intuentes tabulam aut parietem, dicimus ille Cicero est, ille Salustius, ille Achilles, ille Hector, hoc flumen Simois, illa Roma, cum aliud nihil sint quàm pictæ imagines. Sic omnia quæ pinguntur atq; finguntur, ex aliqua parte materiæ metalli, aut ligni, uel cuiuscunq; rei aptæ ad opera huiusmodi, quæq; etiam uidetur in somnis, & omnes ferè imagines earum rerum, quarum ima-
Exod. 25. gines sunt appellari nominibus solent. Vnde Cherubin cum sint cœlestes potestates, facta tamen ex metallo, quod imperauit deus super arcam testamenti, magnæ rei significandæ gratia, non aliquid quàm Cherubin ille quoque effigies uocitantur. Item si quis uidet somnium, non dicit, uidi imaginem Augustini aut Simpliciani, sed uidi Augustinum aut Simplicianum, cum eo tempore quo tale aliquid uidit nos ignoremus. Vsqueadeo manifestum est, non ipsos homines, sed imagines eorum uideri. Et Pha-
Genes. 41. rao spicas se uidisse dicit in somnis, & boues, non spicarum aut boum imagines. Si uero liquido constat nominibus earum rerum, quarum imagines sunt easdem, imagines appellari: Non mirum est, quòd scriptura di-
1. Reg. 28 cit Samuëlem uisum, etiam si fortè imago Samuëlis uisa apparuit, machinamento eius qui transfigurat se uelut
2. Corin. 11 in angelum lucis, & ministros suos uelut ministros iustitiæ. Iam uero si illud mouet, quomodo à maligno spiritu Sauli uera prædicta sunt, potest & illud mirum uideri, quomodo dæmones agnouerint Christum, quem Iu-
Matth. 8. dæi non agnoscebant. Cum enim uult deus etiam per infimos & infernos spiritus aliquem uera agnoscere temporalia dumtaxat, atque ad istam mortalitatem pertinentia, facile est & non incongruum, ut omnipotens & iustus ad eorum pœnam, quibus ista prædicantur, ut malum quod eis impendit antequ ueniat prænoscendo patiantur, occulto apparatu mysteriorum suorũ, etiam spiritibus talibus aliquid diuinationibus impertiat, ut quod audiunt ab angelis, prænuncient hominibus. Tantum autem audiunt, quantum omnium dominus atq; moderator uel iubet, uel sinit. Vnde etiam spiritus Phytonicus in actibus Apostolo-
Actor. 16. rum attestatur Paulo Apostolo, & Euangelistæ esse conatur. Miscent tamen isti fallatias suas, & uerum quod nosse potuerint, non docendi magis quàm decipiendi finem prænunciant. Et fortè hoc est, quod cum illa imago Samuëlis
1. Reg. 28. Saulem prædiceret moriturum, dixit etiam secum futurum, quod utiq; falsum est. Magno quippe interuallo post mortem separari bonos á malis in Euangelio legimus, cum dominus inter superbum illum diuitem, cũ tam
Luc. 16. apud inferos tormenta pateretur, & illum qui ad eius ianuam ulcerosus iacebat, iam in requie constitutũ, magnum chaos interiectum esse testatur. Aut si propterea Samuël Sauli dixit, mecum eritis, non ut æqualitatem fœlicitatis, sed ad parem conditionem mortis referatur, quod uterq; homo fuerit, & uterq; mori potuerit, iamq; mortuus mortem uiuo prænunciabat. Perspicit quantum opinor prudentia tua secundum utrunq; intellectum habere exitum illam lectionem, quæ non sit contra fidem, nisi fortè profundiore et perplexiore inquisitione, quæ uel uirium mearum, uel temporis excedit angustias, inueniatur ad liquidum, uel posse animam humanam, cũ ex hac uita migrauerit magicis carminibus euocatam, uiuorum apparere conspectibus, etiam corporis liniamenta gestantem, ut non solum uideri ualeat, sed & agnosci. Et si potest, utrum etiam iusti anima non quidem cogatur magicis sacris, sed dignetur ostendi occultioribus imperijs summæ legis obtemperans, ut si fieri non posse claruerit, non uterq; sensus in huius scripturæ tractatione atq; expositione admittatur, sed illo excluso imaginaria simulatio Samuëlis diabolico ritu facta intelligatur. Sed quoniam siue illud fieri

possit

posit siue non posit, tamen fallatia sathanæ atq; imagnum simulandarũ callida operatio decipiendis humanis sensibus multiformis inuigilat, pedetentim quidem inquisitionibus diligentioribus præscribamus: Sed tamen potius existimemus tale aliqd factum maligno illius phytonissæ ministerio, quamdiu nobis aliquid amplius excogitare atq; explicare non datur.

Lib. II. De Doctrina Christiana.

Cap. XVII.

Errores superstitionũ gentilũ nõ audiendi de nouẽ musis.

Non enim audiendi sunt errores gentilium superstitionum, qui nouem musas Iouis & memoriæ filias esse finxerunt. Refellit eos Varro, quo nescio, utrũ apud eos quisquam talium rerum doctior uel curiosior esse posit.

Cap. XIX. & XX. Eodem lib.

Duo gẽra doctrinarũ.

Duo sunt genera doctrinarum quæ in gentilibus etiã moribus exercentur. Vnum earum rerum quas instituerunt homines, alterum earum quas animaduerterunt tã peractas aut diuinitus institutas. Illud quod est secundũ institutiones hominum, partim superstitiosum est, partim superstitiosum non est. Superstitiosum est, quicquid

Superstitiosum genus doctrinarũ.

institutum est ab hominibus ad facienda & colenda idola, pertinens uel ad colendam sicut deum creaturam partem ue ullam creaturæ, uel ad cõsultationes et pacta quædam significationum cum demonibus placita atq; fœderata, qualia sunt molimina magicarum artium, quæ quidem commemorare potius quam docere assolent Poëtæ. Ex quo genere sunt, sed quasi licentiore uanitate Haruspicum & augurum libri. Ad hoc genus pertinent omnes etiam ligaturæ, atq; remedia quæ medicorum quoq; disciplina condemnat, siue in præcantationibus, siue in quibusdam notis quas characteres uocant, siue in quibusdam rebus suspendendis atq; ligandis uel etiam saltandis quodammodo, non ad temperationem corporum sed ad quasdam significationes, aut occultas, aut etiam manifestas, quæ mitiore nomine Physicam uocant, ut non quasi superstitiose implicare, sed natura prodesse uideantur, sicut sunt inaures, in summo aurium singularum, aut de struthionũ ossibus ansulæ in digitis, aut cũ tibi dicitur singultiẽti, ut dextera manu sinistrũ pollicẽ teneas. His adiunguntur milia inanissimarum obseruationum, si membrum aliquod salierit, si iunctim ambulantibus amicis, lapis aut canis, aut puer medius interuenerit, atq; illud qd lapidem calcant, tanquam diruptorem amicitiæ minus molestum est, quam cum innocentem puerum colapho percutiunt, si pariter ambulantibus intercurrerit. Sed bellum est quod aliquando pueri uindicantur à canibus: Nam plerumq; tam superstitiosi sunt quidam, ut etiam canem qui medius interuenerit ferire audeant, non impune: Namq; à uano remedio cito interdum ille percussorẽ suum ad uerum medicum mittit. Hinc sunt etiam illa, limen calcare cum ante domum suam transit, redire ad lectum, si quis dum se calciat sternutauerit, redire domum, si procidens offenderit, cum uestis à soricibus roditur, plus timore suspitionem futuri mali quam præsens damnum dolere. Vnde illud eleganter dictum est Catonis, qui cum esset consultus à quodam qui sibi à soricibus æroſas caligas diceret, respõdit non esse illud monstrum, sed uere monstrum habendum fuisse, si sorices à caligis roderẽtur.

Elegãs Catonis dictũ in superstitiosolũ quẽdam.

Cap. XXI.

Genethliaci vulgo Mathematici.

Neq; illi ab hoc genere pernicioſæ superstitionis segregandi sunt, qui, Genethliaci propter natalium dierũ considerationes, nunc autem uulgo Mathematici uocantur. Nam & ipsi quamuis uerum stellarum positionem, cum quisq; nascitur consectentur, & aliquando etiam puestigent, tamen quod inde conantur uel actiones nostras uel actionũ euenta prædicere, nimis errãt, & uendũt impitis hoĩbus miserabilẽ seruitutem. Nam quisquis liber cũ ad huiusmodi Mathematicum ingressus fuerit, dat pecuniam ut seruus inde exeat, aut Martis aut Veneris, uel potius omnium siderum, quibus illi qui primi erraverunt, erroremq; posteris propinauerunt, uel bestiarũ propter similitudinem, uel hominum ad ipsos homines honorandos imposuerunt uocabula. Sed quomodolibet uocentur ab hominibus Planetæ, sunt tamen sidera quæ deus instituit & ordinauit ut uoluit, & est certus motus illorum quo tempora distinguuntur atq; uariantur. Quem motum notare cum quisq; nascitur quomodo se habeat facile est, per eorum inuentas conscriptasq; regulas quos sancta scriptura condemnat dicens: Si enim tantum potuerunt scire ut possent estimare sæculum, quomodo eius dominum non facilius inuenerunt?

Siderũ certum motũ deus instituit & ordinauit.

Cap. XXII.

Ex notatione siderum mores, actꝰ, & euẽta nascentiũ uelle colligere, magnus error & magna dementia est.

Sed ex ea notatione uelle nascentium mores, actus, euenta prædicere, magnus error & magna dementia ẽ. Et apud eos quidem qui talia dediscendo didicerunt, sine ulla dubitatione refellitur hæc superstitio. Constellatiões enim quas uocant notatio est siderum, quomodo se habeant cum ille nasceretur de quo isti miseria miserioribus consuluntur. Quare istæ quoq; opiniones quibusdam rerum signis humana præsumptione institutis, ad eadem illa quasi quædam cum demonibus pacta & cõuenta referendæ sunt.

Cap. XXIII.

Quod non credendum sit Mathematicis siue uera siue falsa dicãt.

Hinc enim fit, ut occulto quodam iuditio diuino cupidi malarum rerum homines tradantur illudendi & decipiendi pro meritis uoluntatum suarum illudentibus eos atq; decipientibus præuaricatoribus angelis quibus ista pars mundi infima secundum pulcherrimum ordinem rerum diuinæ prouidentiæ lege subiecta est. Quibus illusionibus & deceptionibus euenit, ut istis superstitiosis & pernitiosis diuinationum generibus multa præterita & futura dicantur, nec aliter accidant quam dicuntur,

cuntur, multaq; obseruantibus secundum obseruationes suas eueniant, quibus implicati curiosiores fiant, & sese magis magisq; inserant multiplicibus laqueis pernitiosissimi errores. Hoc genus fornicationis animæ, salubriter diuina scriptura non tacuit, neq; ab ea sic deterruit animam, ut propterea talia negaret esse fectanda, quia falsa dicuntur à professoribus eorum: Sed etiam si dixerint uobis inquit & ita euenerit ne credatis eis. Non enim qa imago Samuelis mortui Sauli regi uera prænunciauit, propterea talia sacrilegia quibus imago illa præsentata ẽ minus execranda sunt, aut quia in actibus Apostolorũ, uentriloqua fœmina uerum testimonium perhibuit Apostolis domini, ideo Paulus Apostolus pepercit illi spiritui, ac non potius fœminam illius demonij correptione atq; exclusione mandauit. Omnes igitur artes huiusmodi uel nugatoriæ uel noxiæ superstitionis, ex quadam pestifera societate hominum & demonum, quasi pacta infidelis & dolosæ amicitiæ constituta penitus sunt repudianda & fugienda Christiano, non quod idolum sit aliqd, ut ait Apostolus, sed quia quæ immolant demonijs immolant & non deo, nolo autem uos socios fieri demoniorum. In omnibus ergo istis doctrinis societas demonum formidãda atq; euitanda est, qui nihil cum principe suo diabolo nisi reditum nostrum claudere atq; obserare conantur. Sicut autem de stellis quas condidit & ordinauit deus, humanæ et decepcriæ coniecturæ ab hominibus institutæ sunt, sic etiam de quibusdam nascentibus uel quomodo diuinæ prouidentiæ administratione existentibus rebus, multi multa humanis suspitionibus, quasi regulariter cõiecta liceris mandauerunt: Si forte insolite acciderint, ueluti si mula pariat, aut fulmine aliquid percutiatur.

Deut. 13. 1. Regũ. 28 Acto. 16

Societãs in curiosis artibus formidanda atq; euitãda demonum.

Cap. XXIIII.

Quæ omnia tantum ualent, quantum præsumptione animorum quasi communi quadam lingua cum demonibus fœderata sunt. Quæ tamen omnia plena sunt pestiferæ curiositatis, crucientis sollicitudinis, mortiferæ seruitutis. Non enim quia ualebant animaduersa sunt, sed animaduertendo atq; signando factum est ut ualerent. Et ideo diuersis diuersa proueniunt, secundum cogitationes & præsumptiones suas. Illi enim spiritus qui decipere uolunt, talia procurant cuiq;, qualibus eum irretitũ per suspitiones & consensiones eius uiderint.

Præstigia Mathematicorum ex pacto demonũ sunt.

Post pauca ibidem.

Sic illa signa quibus perniciosa demonum societas comparatur pro cuiusquè obseruationibus ualent. Quod manifestissime ostendit ritus augurum, qui & antequam obseruent, et postquam obseruata signa tenuerint id agunt, ne uideant uolatus, aut audiant uoces auium, quia nulla ista signa sunt nisi consensus obseruantis accedat.

Nisi obseruantis consensus accedat nulla sunt auũ signa, apud augures.

De natura boni aduersus Manicheos. Cap. XXXIII.

Quia uero & ipsi mali angeli non à deo mali sunt conditi, sed peccando facti sunt mali, sic Petrus in Epistola sua dicit, si enim deus angelis peccantibus non pepercit, sed carceribus caliginis inferi detrudens tradidit in iuditio puniendos seruari: Hinc Petrus ostendit adhuc eis ultimi iuditij pœnam deberi, de qua dominus dicit: Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Quamuis iam pœnaliter hunc infernum, hoc est inferiorem caligniosum aerem tanquam carcerem acceperint, qui tamen aër quandoq; & cœlum dicitur, non illud in quo sunt sidera, sed hoc inferius, cuius caligine nubila conglobantur, & ubi aues uolitant, nam & cœlum nubilum dicitur, & uolatilia cœli appellantur. Secundum hoc Apostolus Paulus eosdem iniquos angelos, contra quos nobis inuidos, pie uiuendo pugnamus, spiritalia nequitiæ in cœlestibus nominauit. Quod ne de illis superioribus cœlis intelligatur, aperte alibi dicit, secundum principem potestatis aëris huius, qui nunc operatur in filios diffidentiæ.

Quod angeli non natura sed peccato mali iunt, 2. Pet. 2

Matth. 25

Ephes. 6

Ephes. 2

De trinitate. Lib. III. Cap. VII.

Hic uideo quid infirmæ cogitationi possit occurrere, cur scilicet ista miracula etiã magicis artibus fiant? Nam & magi Pharaonis similiter serpentes fœcerunt, et alia similia. Sed illud amplius est admirandum, quomodo magorum illa potentia quæ serpentes facere potuit, ubi ad muscas minutissimas uentum est omnino defœcit: Scyniphes enim musculæ sunt breuissimæ, qua tertia plaga superbus populus Aegyptiorum cedebatur. Ibi certe deficientes magi dixerunt: Digitus dei est hic. Vnde intelligatur, ne ipsos quidem transgressores angelos & aëreas potestates, in imam istam caliginem, tanquam in sui generis carcerem, ab illius sublimis etheræ puritatis habitatione detrusas, per quas magicæ artes possunt quicquid possunt ualere aliquid nisi data desuper potestate. Datur autem uel ad fallendos fallaces, sicut in Aegyptios, & in ipsos etiam magos data est, ut in eorum spiritum seductione uiderentur admirandi à quibus fiebant à dei ueritate dominandi, uel admonendos fideles, ne tale aliquid facere pro magno desiderent, propter quod etiam nobis scripturæ auctoritate sunt prodita, uel ad exercendam, probandam manifestandamq; iustorum patientiam. Neq; enim parua uisibilium miraculorum potentia, Iob cuncta quæ habebat amisit & filios & ipsam corporis sanitatem &c.

De miraculis quæ magicis artibꝰ fiunt. Exo. 7

Exodi. 8

Exo. 7 Iudæ. 1

Exo. 8

Iob. 2

Cap. VIII.

Nec ideo putandum est istis transgressoribus angelis ad nutum seruire hanc uisibilium rerum materiam, sed deo

ſed deo potius à quo hæc poteſtas datur, quãtum in ſublimi & ſpiritali ſede incommutabilis iudicat. Nam & damnatis iniquis etiã in metallo ſeruiunt aqua & ignis & terra, ut faciant inde quod uolunt, ſed quantum ſinitur, nec ſane creatores illi mali angeli dicendi ſunt, quia per illos magi reſiſtentes famulo dei Ranas & ſerpentes fœcerunt. Non enim ipſi eas creauerunt. Nam iniqui ſpiritus malitia uoluntatem habet iniuſtam, poteſtatem autem non niſi iuſtè accipit, ſiue ad pœnam ſuam, ſiue ad aliorum, uel pœnam malorum, uel laudẽ bonorum &c.

Lib.IIII. Cap.X.

De mediatore ad mortem diabolo.

Sicut enim diabolus ſuperbus hominem ſuperbientem perduxit ad mortem, ita Chriſtus humilis hominem obedientem reduxit ad uitam. Quia ſicut ille elatus cecidit & deiecit conſentientem, ſic iſte humiliatus ſurrexit, & erexit credentem. Quia enim non peruenerat diabolus quo ipſe perduxerat (mortem quippe ſpiritus in impietate geſtabat) ſed mortem carnis non ſubierat, quia nec indumentum ſuſceperat, magnus homini uidebatur princeps in legionibus demonum, per quas fallaciarum regnum exercet, ſic homines per elationis typum potentiæ quam iuſtitiæ cupidiorem, aut per falſam Philoſophiam magis inflans, aut per ſacra ſacrilegia irretiens, in quibus etiam magicæ fallatiæ curioſiores ſuperbioreſq; animas deceptas, illuſasq; præcipitat, ſubditum tenens, pollicens etiam purgationem animæ, per eas quas theletas appellant, transfigurando ſe in angelum lucis per multiformem machinationem, inſignis & prodigijs mendatij.

2. Corin. 2

Cap.XI.

Hoĩes facile falluntur p illuſiones immundorum ſpiritum.

Facile eſt enim ſpiritibus nequiſſimis, per aëra corpora facere multa, quæ mirentur animæ terrenis corporibus aggrauatæ, etiam melioris affectus. Si enim corpora ipſa terrena nonnullis artibus & exercitationibus modificata, in ſpectaculis theatricis tanta miracula hominibus exhibent, ut hi qui nunquam uiderunt talia narrata uix credant: Quid magnum eſt diabolo & angelis eius, de corporeis elementis per aërea corpora facere, quæ caro miretur? Aut etiam occultis inſpirationibus, ad illudendos humanos ſenſus, phantaſmata imaginum machinari, quibus uigilantes dormientes ue decipiat, uel

In fune ambulantes.

furentes exagitet? Sed ſicut fieri poteſt, ut homo uita ac moribus melior, ſpectet nequiſſimos homines, uel in fune ambulantes, uel multimodis motibus corporum multa incredibilia facientes, nec ullo modo facere talia concupiſcat, nec eos propterea ſibi præponendos exiſtimet: Sic anima fidelis & pia, non ſolum ſi uideat, uerumetiam ſi propter fragilitatem carnis exhorreat miracula dæmonum, non ideo tamen, aut non ſe poſſe talia dolebit, aut ob hoc illos meliores eſſe iudicabit, cum ſint præſertim in ſocietate ſanctorum, qui per uirtutem dei, cui cuncta ſubiecta ſunt & minime fallatia & multo maiora fœcerunt, ſiue homines ſiue angeli boni.

Cap.XII.

De falſis & deceptorijs purificationibus.

Nequaquam igitur per ſacrilegas ſimilitudines et impias curioſitates & magicas conſecrationes animæ purgantur & reconciliantur deo, quia falſus mediator non traijcit ad ſuperiora, ſed potius obſidens intercludit uiam per affectus, quos tanto maligniores, quanto ſuperbiores ſuæ ſocietatis inſpirat. Qui non poſſunt ad euolandum pennas nutrire uirtutum, ſed potius ad demergendum pondera exaggerare uitiorum, tãto grauius anima ruitura, quanto ſibi uidetur euecta ſublimius. Proinde ſicut magi fœcerunt diuinitus moniti quos ad humilitatem domini adorandam ſtella perduxit: Ita & nos, nõ qua uenimus, ſed per aliam uiam in patriam redire debemus, quam rex humilis docuit, & quam rex ſuperbus humili regi aduerſarius obſidere non poſſit &c.

Matth. 2

Cap.XIII.

Diabolus ꝙ ſua ſacra ſuos illudit.

Diabolus etiam adhuc ſuos illudit, quibus ſe per ſua ſacra uelut purgandis, & potius implicandis atq; mergendis, falſus mediator opponit quod ſuperbis facillime perſuadet irridere atq; contemnere mortem Chriſti, à qua ipſe quanto eſt alienior, tanto ab eis creditur ſanctior atq; diuinior. Qui tamen apud eum paucißimi remanſerunt, agnoſcentibus gentibus, & pia humilitate bibentibus præcium ſuum, eiuſq; fidutia deſerentibus hoſtem ſuum, & concurrentibus ad redemptorem ſuum. Neſcit enim diabolus quomodo illo & inſidiante atq; furente utatur ad ſalutem fidelium ſuorum excellentißima ſapientia dei, á fine ſuperiore quod eſt initium ſpiritalis creaturæ, uſq; ad finem inferiorem, quod eſt mors corporis, pertendens fortiter & diſponens omnia ſuauiter. Attingit enim ubiq; propter ſuam munditiam, & nihil inquinatum in eam incurrit. A morte autem carnis alieno diabolo unde nimium ſuperbus incedit, mors alterius generis præparatur in æterno igne tartari, quo non ſolum tum terrenis, ſed etiam cum aëris corporibus excruciari ſpiritus poſſint &c.

Diabol⁹ earum inſcius rerum quas deus p ipm operatur. Sap. 8 Sapien. 7

Cap.XVII.

Diabol⁹ etiã p ſuos uates uera prę dixiſſe aliquando deprehendit. id egit ut ſua falſa, traducere facilius poſſet.

Poteſtates aëreæ ſuperbæ atq; fallaces etiam ſi quædam de ſocietate & ciuitate ſanctorum, & de uero mediatore à ſanctis & Prophetis uel angelis audita per ſuos uates dixiſſe reperiuntur, id egerunt ut per hæc alienа uera etiam fideles dei ſi poſſent ad ſua falſa traducerent. Deus autem per neſcientes id egit ut ueritas undiq; reſonaret fidelibus in adiutorium, impijs in teſtimonium &c.

De conſenſu Euangeliſtarum. Lib.I. Cap.IX.

Ita uero quædam deſipiunt, ut in libris quos Chriſtũ

Cõtrã eos q̃ se Christi libros legisse & in eis magicã artem descripram inuenisse mentiuntur.

scripsisse existimant, dicant contineri eas artes quibus eũ putant illa fœcisse miracula, quorum fama ubiq; per crebruit, quod existimando se ipsos produnt quid diligant & quid affectent. Quandoquidem Christum propterea sapientißimum putant fuisse, quia nescio quæ illicita nouerat, quæ non solum disciplina Christiana, sed etiam ipsa terrenæ reipublicæ administratio iure cõdemnat. Et certe qui tales Christi libros legisse se affirmant, cur ipsi nulla talia faciunt, qualia illum de libris talibus fœcisse mirantur?

Cap. XI.

Cõtra eundem errorẽ.

Illud quoq; attendant qui magicis artibus tanta potuisse & nomen suum ad populos in se conuertendos arte ipsa consecrasse delirant, utrum potuerit magicis artibus, tantos Prophetas diuino spiritu antequam nascerentur in terra implere, qui de illo talia futura præloquuti sunt, qualia tam præterita in Euangelio legimus, & qualia in orbe terrarũ præsentia nunc uidemus? Neq; enim si magicis artibus fœcit ut coleretur & mortuus, magus erat antequam esset natus cui prophetando uenturo gens una deputata est, cuius reipublicæ tota administratio prophetia esset illius regis uenturi, & ciuitatem cœlestem ex omnibus gentibus condituri.

III. lib. Cap. I.

Iohan. 13. Quomodo diabolus in cor Iudę intrasse dicat.

Et cœna facta cum iam diabolus immisisset in cor ut traderet eum Iudas. Quomodo enim intrat in cor nisi immittendo iniquas persuasiones cogitationum iniquarum? Sed nunc intelligere debemus à diabolo Iudam plenius esse possessum, sicut contra in bono illi qui iam acceperant spiritum sanctum, quando eis post resurrectionem insufflauit dicens accipite spiritum sanctum, postea cum desuper missus esset die pentecostes, utiq; plenius acceperunt. Post buccellam ergo intrauit tunc in eũ sathanas &c.

Iohan. 20

Acto. 2

Iohan. 13.

Lib. I. Contra Epistolam Permeniani. Cap. VII.

Dæmonib⁹ pœnã euertio idolorũ.

Non enim quisquis in aliqua religionis quæstione fuerit ab imperatore punitus martyr efficitur. Neq; enim uident qui talia sentiunt in eum locum se progredi, ut ipsos etiam dæmones martyrum sibi gloriam uendicare posse contendant, quia istam patiuntur persecutionem per imperatores Christianos, ut pœnẽ toto orbe terrarũ eorum templa euertantur, idola comminuantur, sacrificia subtrahantur, qui eos honorant, si deprehensi fuerint puniantur. Quod si dementißimum est dicere, non ergo ex paßione certa est iustitia, sed ex iustitia paßio gloriosa est &c.

Lib. II. Contra eandem. Cap. IIII.

Est & alterius populi mali princeps diabolus & rector eius ciuitatis quæ mistice Babylonia dicitur, quẽ principẽ & rectorẽ tenebrarum harũ, id est peccatorũ ipsum & angelos eius Apostolus appellat, & illius ministri similes ei sunt, qui transfigurant se in ministros iustitiæ, sicut ille in angelum lucis, & in habitantes rectori pessimo in factis similibus congruunt. Sed istorum populorũ atq; ciuitatum tunc erit aperta separatio, cum ista messis fuerit uentilata, quod donec fiat omnia tolerat dilectio frumentorum, nedum grana paleam præpropere fugũt, à consortibus granis impie separentur &c.

Diabol⁹ populi mali princeps. Ephe. 6

Lib. II. De Genesi ad literam. Cap. XVII.

De Mathematicorum uanitate.

De fatis autem siderum qualeslibet eorum angustias, et quasi de mathesi documentorũ experimentum, quæ illi apotelesmata uocant, omnino à nostræ fidei sanitate respuamus, talibus enim disputationibus etiam orandi causas nobis auferre conantur, & impia⁹ peruersitate in malis factis quæ rectißime reprehenduntur ingerunt, ad causandum potius deum, auctorem siderum quam hominum scelera. Sed quod animæ nostræ non sint natura corporibus nec quidem cœlestibus subditæ audiant & Philosophos suos, quia uero terrenis corporibus illa corpora superiora non ad ea quæ ipsi tractant potentiora sunt ut hinc aliqñ cognoscant, qa cũ multa corpora diuersorũ generum, uel animantiũ, uel herbarũ & arbustorũ, uno simul puncto temporis seminẽtur unoq; pũcto tẽporis innumerabiliter multa nascãtur, nõ tamẽ diuersis, sed etiã iisdem terrarum locis, tantæ sunt uarietates in progreßibus, in actibus, & possessionibus eorum, ut uerè isti sicut dicitur perdant sidera, si ista considerent. Quid autem insultius & hebetius, quam cum istis rebus conuincuntur, dicere ad solos homines subijciendos, fatalem stellarum pertinere rationem, in quibus tamen etiam ipsi de geminis conuincuntur, quorum diuerse uiuentium, diuerse fœlitium uel infœlitium diuerseq; morientium easdem plerumq; constellationes accipiunt? Quia & si interfuit aliquid cum de utero funderentur, in nonnullis tamen tantum interest, quantum ab istis compræhẽdi computatione non posset. Manus sequentis Iacob dum nascerentur, inuenta est pedem præcedentis fratris tenens, usq; adeo sic nati sunt, quasi unus infans in duplum prolixior nasci uideretur. Horum certe constellationes quas appellant, nullo modo dispares esse poterunt. Quid ergo uanius quam ut illas constellationes intuens Mathematicus, ad eundem horoscopum, & ad eandem Lunam diceret unum eorum à matre dilectum, alterum non dilectum? Si enim aliud diceret, falsum profecto diceret, si autem hoc diceret uerum quidem, sed non secundum suorum librorũ ineptas cantiunculas diceret. Quod si huic historiæ, quia de nostris profertur nolunt credere: Numquid & naturam rerum delere possunt? Cum ergo se minime falli dicant, si horam conceptionis inuenerint saltem

Constellationes nõ dominant corporibus & animis humanis.

Gene. 25.

saltem sicut homines non dedignentur conceptum considerare geminorum. Ideoq; fatendum est quando ab istis uera dicuntur, instinctu quodam occultissimo dici, quem nescientes humanæ mentes patiuntur. Quod cum ad decipiendos homines fit spirituum seductorum operatio est, quibus quædam uera de temporalibus rebus nosse permittuntur, partim quia subtilioris sensus acumine, partim quia corporibus subtilioribus uigent, partim experientia callidiore propter magnitudinem uitæ longitudinemq;, partim à sanctis angelis quod ipsi ab omnipotente deo discunt etiam iussu eius sibi reuelantibus, qui merita humana occultissime iustitiæ sinceritate distribuit. Aliquando autem idem nephandi spiritus, etiam quæ ipsi facturi sunt, uelut diuinãdo prædicant. Qua propter bono Christiano, siue Mathematici, siue quilibet impie diuinantium, maxime dicentes uera cauendi sunt, ne consortio demoniorum animam deceptam pacto quodam societatis irretiant.

Mathematici & diuini Christiano bono cauendi sunt,

Lib. III. Cap. X.

Dæmones & si aërea sunt animalia quoniam corporum aëreorum natura uigent, & propterea morte non dissoluuntur, quia præualet in eis elementum, quod ad faciendum quam ad paciendum est aptius. Superior enim pars aëris, propter puram tranquillitatem cœlo cui colli mitatur, cõmuni pace coniungitur, & eius uocabulo nuncupatur. In qua fortassis parte si fuerunt ante transgressionem suam, transgressores angeli cum principe suo nunc diabolo, tunc archangelo (Nam nonnulli nostri nõ eos putant cœlestes uel supercœlestes angelos fuisse) non mirum si post peccatum in hanc sunt detrusi caliginem ubi tamen & aër sit, & humore tenui contexatur, qui commotus uentos, et uehementius concitatus etiam ignes & tonitrua & contractus nubila, & conspissatus pluuiam, & congelantibus nubilis niuem, & turbulentius congelantibus densioribus nubilis grandinem, et distentus serenum facit, occultis imperijs & opere dei, à summis ad infima uniuersa quæ creauit administrantis. Vnde & in illo Psalmo cum cõmemorata essent, ignis, grando, nix, glacies, spiritus tempestatis, ne talia sine prouidentia diuina fieri moueriq; putarentur, continuo subiecit, quæ faciunt uerbum eius. Si autem transgressores illi antequam transgrederentur cœlestia corpora gerebant neq; hoc mirum est, si conuersa sunt ex pœna in aëream qualitatem, ut iam possint ab igne, id est ab elemento naturæ superioris aliquid pati, nec aëris saltem spatia superiora atq; puriora, sed ista caligniosa tenere permissi sunt, qui eis pro suo genere quasi carcer est usq; ad tempus iuditij.

Dæmones non mortũtur,

Psalm. 148 Vnde tonitrua fulgura &c,

Lib. XI. Cap. II.

Quantumlibet enim præuaricatores angeli de supernis sedibus suæ peruersitatis & superbiæ merito deiecti sunt, natura tamen excellentiores sunt omnibus bestijs propter rationis eminentiam. Quid ergo mirum si suo instinctu diabolus iam implens serpentem, eiq; spiritum suum miscens, eo more quo uates dæmoniorum implere solet, sapientissimum eum reddiderat omnium bestiarum secundum animam uiuam, irrationalemq; uiuentium.

Diabolus spiritum suum serpenti milcẽs Euã seduxit,

Cap. III.

Nec sanè debemus opinari quod serpentem sibi per quem tentaret persuaderetq; peccatum diabolus eligeret, sed cum esset in illo propter peruersam & inuidam uoluntatem decipiendi cupiditas, non nisi per illud animal potuit per quod posse permissus est. Nocendi enim uoluntas potest esse à suo quoq; animo praua, non est autẽ potestas nisi à deo, & hoc abdita altaq; iustitia, quoniã non est iniquitas apud deum &c.

Diabol⁹ serpentem per quem persuaderet peccatum nõ elegit, sed p eũ tentare permissus est.

Cap. XII.

Quid ergo mirum si per serpentem mali quid agere permissus est diabolus, cum dæmonia in porcos intrare Christus ipse permiserit?

Gene. 3

Matth. 8

Cap. XVI.

Ab initio ergo homicida diabolus quia ipse occidit hominem primum ante quem nullus hominum fuit. In ueritate autem non stetit, & hoc ab initio ex quo ipse creatus est, qui staret si stare uoluisset.

Iohan. 8 Diabolus homicida.

Cap. XXVIII.

Non itaq; serpens uerborum sonos intelligebat qui ex illo fiebant ad mulierem: Neq; enim conuersa credenda est anima eius in naturam rationalem, quandoquidẽ nec ipsi homines quorum rationalis natura est, cum demon in eis loquitur ea passione cui exorcista requiritur, sciũt quid loquantur: Quanto minus ille intelligeret uerborum sonos quos per eum & ex eo diabolus illo modo faciebat qui hominem loquentem non intelligeret, si eum à diabolica passione immunis audiret. Nã & quod putantur audire & intelligere serpentes uerba Marsorum, ut eis incantantibus prosiliant plerumq; de latebris, etiam illic diabolica uis operatur ad cognoscendam ubiq; prouidentiam quam rem cui rei naturali ordine subijciat, ut quid etiã uoluntatibus malis sapientissima potestate permittat, ut hoc magis habeat usus serpentes moueri carminibus hominum, quam ullum genus aliud animantium. Et iam hoc enim non parua testatio est, naturam primitus humanam serpentis seductam esse colloquio. Gaudent enim dæmones hanc sibi potestatem dari ut ad incantationem hominum serpentes moueant, ut quolibet modo fallant quos possunt. Hoc autem permittuntur ad primi facti memoriam commendãdam, quod sit eis quædam cum hoc genere familiaritas. Porro ipsum primum factum adhoc permissum est, ut per naturam serpentis

Serpẽs uerborum sonos non intelligebat.

Familiaritas dæmonũ cum serpentibus.

significaretur generi hominum cui erudiendo hæc gesta conscribi oportebat, omnis diabolicæ tentationis similitudo, quod apparebit cum in serpentem proferri cœperit diuina sententia.

Cap. XXIX.

Serpens q̃modo dicat prudentissimus bestiarum.

Proinde prudentißimus omnium bestiarum hoc est astutißimus, ita dictus est serpens propter astutiam diaboli qui in illo & de illo agebat dolum, quemadmodum dicitur, prudens uel astuta lingua, quam prudẽs uel astutus mouet ad aliquid prudenter astuteq; persuadendum. Non enim est hæc uis seu uirtus membri corporalis quod uocatur lingua, sed utiq; mentis quæ utitur ea. Sic ergo locutus est serpens homini, sicut asina in qua sedebat Balaam locuta est homini, nisi quod illud fuit opus diabolicũ, hoc angelicum, habent enim quædam boni & mali angeli opera similia, sicut Moyses & magi Pharaonis. Verum in his etiam boni angeli potentiores sunt, nec mali angeli etiam talium operum quicquam possunt, nisi quod p bonos angelos permiserit deus, ut retribuatur unicuiq; secundum cor eius uel secundum gratiam dei utrumq; iuste ac benigne peraltitudinem diuitiarum sapiẽtiæ & scientiæ dei &c.

Numer. 22. Boni & mali angeli habent quędã opera similia. Exo. 7

Lib. XII. Cap. XIIII.

Cum uisis corporalibus diabolus fallit, nihil obest qđ ludificantur oculi si non erratur in ueritate fidei & intelligentiæ sanitate, quæ docet deus subiectos sibi. Aut si ludificet animam spiritali uisione, imaginibus corporũ, ut putet corpus esse quod non est, non aliquid obest animæ, si pernicioſæ suasioni non consentiat &c.

Nihil obest animæ pernicioſa suasio inimici si non consentiat.

Eodem lib. Cap. XVII.

Dæmonem p̃ energumenos & phreneticos uera futura & longe iã facta denunciasse probat exemplis.

Quæ spiritales corporalium similitudines in animo nostro quemadmodum innocescant spiritibus etiam immundis, uel quid obstaculi patiatur anima nostra ex isto terreno corpore, ut eos inuicem nostro spiritu uidere nequeamus, inuenire & explicare difficile est. Certißimis tamen inditijs apud nos constitit enunciatas à dæmonibus cogitationes hominum, qui tamen si uirtutum internam speciem possent in hominibus cernere non tentarent, sicut illam in Iob nobilem ac mirabilem patientiam proculdubio si posset diabolus cernere, nollet à tentato utiq; superari. Cæterum quod alicubi longe iam facta prænunciant quæ post aliquot dies uera esse firmentur, non est mirandum. Possunt enim hoc efficere, non solum acrimonia cernendi etiam corporalia in comparabiliter præstantiore quam nostra est, sed etiam ipsorum corporum longe utiq; subtiliorum mira uelocitate. Comperimus etiam in domo constitutum patientem spiritum immundum, dicere solere quando ad eum uenire cepisset ex duodecim milibus præsbyter, & per omnia loca itineris ubi esset, & quam propinquaret, & quando ingrederetur & fundum & domum, & cubiculum, donec in conspectu eius astaret. Quæ omnia & si non oculis patiens

Iob. 1

ille cernebat, tamen nisi aliquo modo cerneret, non tam ueraciter enunciaret. Erat autem iste febriens, & tanq̃ in phrenesi ista dicebat. Et forte reuera phreneticus erat, sed propter ista dæmonium pati putabatur. Nullum refectionis cibum accipiebat à suis sed à solo præsbytero, resistebat etiam suis uiolenter quam ualebat, solo præsbytero ueniente quiescebat, illi tantum subditus erat, et subdite respondebat: Nec tamen eidem saltem præsbytero illa cessit mentis alienatio siue dæmonium, nisi cum sanus esset à febribus, sicut phrenetici sanari solent, nec aliquãdo postea tale aliquid passus est. Nouimus etiam sine dubitatiõe phreneticum, futuram mortem cuiusdam fœminæ prædixisse, non sane specie diuinandi, sed tãquam factum ac præteritum recolens: Nam cum eius apud eum commemoratio fieret, mortua est inquit, ego eam uidi efferri, hac cum eius corpore transierunt, cum illa in columis uiueret. Post paucos autem dies, repente defuncta et per eum locum elata est qua ille prædixerat. Fuit tunc apud nos puer, qui in exordio pubertatis dolorem acerrimum genitalium patiebatur, medicis nequaq̃ ualẽtibus quid illud esset agnoscere, nisi quod neruus ipse introrsum reconditus erat, ita ut nec præciso præputio qđ immoderata longitudine protendebat apparere potuerit, se postea uix esset inuentus, Humor aũt uiscosus & acer exudans testes & inguina urebat. Sed acutum dolorem non continuum patiebatur, & cum patiebatur, eiulabat uehementer cum iactatiõe membrorum mente sanißima, sicut in cruciatibus corporalium dolorũ fieri solet. Deinde inter uoces suas abripiebatur ab omnibus sensibus, & iacebat patentibus oculis neminem circumstantiũ uidens, ad nullam uellicationem se mouens. Post aliquantũ euiglans, nec iam dolẽs, quæ uiderat indicabat. Tum interpositis paucis diebus eadẽ patiebatur: In omnibus sanè uel pœnè omnibus uisionibus suis, duos se dicebat uidere, unum profectioris ætatis, alterum puerum, à quibus ei dicebantur uel demonstrabantur quæ se audisse & uidisse narrabat. Vidit quodam die chorum piorũ psallentium, lætantium in luce mirabili, & impiorum in tenebris diuersas & atrocißimas pœnas, illis ducentibus & ostendẽtibus fœlicitatis aliorum, aliorumq; infœlicitatis meritũ insinuantibus. Hoc aũt uidit die dominico pascæ, cum p totam quadrageſimam nihil doluisset q uix interuallo tridui antea patiebatur. Viderat aũt in ipso ingressu quadrageſimæ illos ꝓmittentes sibi qđ p quadraginta dies nullũ sensurus esset dolorẽ, postea ipse ei dederũt tãq̃ medicinale cõsiliũ, ut ei præputij lõgitudo præcideretur, quo facto diu nõ doluit. Cũ uero iterũ similiter doleret, & similia uidere cœpisset, accepit ab eis rursus cõsiliũ, ut in mare pubetenus intraret, ac post aliquantã morã inde discederet, ꝓmittẽtibus sanè qđ iã deinceps uehementẽ illũ dolorẽ nõ esset passurus, sed solius illius uiscosi humoris molestiã atq; ita secutũ ẽ: Nec unq̃ talẽ aliq̃ postea passus est auersionem mẽtis à sensibus, nec tale aliqđ

Phreneticæ dæmonium pati putat.

Exemplum aliud.

uidit

uidit quale antea,cũ in medijs doloribus et horrẽdis uocibus,repente obmutescens abriperetur,Postea tñ medicis cætera curantibus & sanantibus,non permansit in proposito sanctitatis.

Ad Orosium contra Priscillianistas & Origenistas.Cap.V.

Diaboli et angelorum correctionẽ uel beatitudinem nemo credere debet.

Quantum possum tamen etiam ego cõmoneo, ut de diaboli angelorumq; eius correctione,et in pristinũ statũ reparatione sapere nihil audeas: Non quia diabolo & demonibus inuidemus,& eo modo,quasi uicem maliuolentiæ illis rependimus,cum illi non ob aliud nisi inuidẽtiæ stimulis agitati, nostra itinera quibus in deum tendimus perturbare conentur. Sed quia ultimæ sententiæ summi & ueracissimi iudicis, ex nostra præsumptione addere nihil debemus,ipse enim se similibus eorum dicturum esse prædixit: Ite in ignem æternum,qui paratus est diabolo,& angelis eius. Nec mouere debet ut hoc loco æternum pro diutur no accipiamus,quòd alibi scriptũ est, inæternum,& in sæculum sæculi &c.

Matth. 25

Libro ,II. contra Pelagium & Celestium de peccato Originali, Cap,XL.

Spiritui immundo homo subditur nõ propter immũditiam suã,

Quid mirum est uel iniquum,ut immundo spiritui subdatur homo,non propter naturam, Sed propter immunditiam suam,quàm non ex opere diuino,sed ex humana uoluntate uenientem in originis labe contraxit, Cum & ipse spiritus immundus bonum sit,quod spiritus,malum quòd immundus? Illud quippe est ex dei opere,hoc ex propria uoluntate. Natura itaq; fortior, id est,angelica inferiorem naturam,id est,humanam, uitij societate subditam tenet &c.

Libro I.Quæstionum super Genesim. Quæst.LXIII.

Quid differant augurationes illicitæ ab ostentatione signorum sanctorum patrum.

Quærendum quid differant augurationes illicitæ ab illa petitione signi,qua petuit seruus Abrahæ, ut ei deus ostenderet ipsam esse futuram,uxorem domini sui Isaac, á qua cum petuisset ut biberet,diceretur illi,bibe & tu, & adaquabo camelos tuos quo aduq; bibere desinent. Aliud est enim mirum aliquid petere,quòd ipso miraculo signum sit,aliud hæc obseruare,quæ ita fiunt ut mira non sint,sed à coniectoribus,superstitiosa uanitate interpretentur, Sed hoc ipsum etiam,quòd mirum aliquid postulatur,quo significetur,quòd quisq; uult nosse,utrum audiendum sit non parua quæstio est. Eo nanq; pertinet quòd dicuntur,qui hoc non recte faciunt, temptare dominum. Nam ipse dominus cum à diabolo tentaretur testimonium de scripturis adhibuit,non temptabis dominũ deum tuum. Sugerebatur tanq̃ homini, ut signo aliquo exploraret ipse quantus esset,id est,quàm multum apud deum posset,quòd uitiose fit,cũ fit. Ab hoc autem discernitur,quod Gedeon fecit pugnæ iminente periculo. Cõsultatio quippe illa magis quàm tentatio dei fuit. Vnde et Achas, apud Esaiam timet signum petere,ne deum tentare uideatur,cum hoc eũ dominus admoneat p prophetam, Credo existimans,qd' ab ipso ꝓpheta exploraretur utrũ præcepti memor esset quo temptare deũ ꝓhibemur.

Gene.24

Matthei. 4. Deutero. 6.

Iudicum. 6

Esai. 7.

Libro,I.Quæst.super Genesim. Quæsti. III.

Demones improbi mulieribus.

De quibusdam demonibus,qui sunt improbi mulieribus,à multis tam multa dicuntur,ut non facile sit de hac re diffiniendi sententia,

Libro XV. De ciuitate dei, Cap. XXIII.

De incubis & succubis demonibus

Angelos apparuisse hominibus in talibus corporibus,qd' nõ solũ uideri,uerumetiam tangi possent uerissima scriptura testatur. Et quoniam creberrima fama est multiq; se expertos,uel ab eis,qui experti essent,de quorũ fide dubitandũ non est,audisse confirmant, Siluanos & faunos quos uulgo incubos uocant, improbos sæpe extitisse mulieribus,& earum appetisse ac peregisse cõcubitũ,Et quosdã demones quos Dusios galli nuncupãt hanc assidue immunditiam & temptare,& efficere plures talesq; asseuerant,ut hoc negare impuditiæ uideatur. Non hinc temere aliquid audeo diffinire, utrum aliqui spiritus elemento æreo corporati sunt: Nam hoc elementum etiam cum agitatur flabello,sensu corporis tactuq; sentitur, possint etiam hanc pati libidinem,ut quando possent sentientibus fœminis misceantur.

Libro II. contra aduersarium legis & prophetarum,Cap.XII.

Quidam aduersarius legis & prophetarum humanorũ uitia corporum diabolo scribebat.

Videte sane unde probare uoluerit, quidam humanorũ corpum uitia,nõ ad deũ auctorẽ,sed potius ad diabolum pertinere, quia dominus ait in euãgelio de muliere, quã sanã fecit,qd' eã sathanas alligauerat decẽ, & octo annos,propter quod erat incurua, nec se erigere poterat,quasi sathanas cum habeat semper cupiditatem nocendi,nocere cuiq̃ possit, nisi ab omnipotente acceperit potestatem. Nam quid aliud,non solum in libro Iob, quem profectò iste non accipit,sed etiam magis in ipso euangelio declaratũ est,ubi spiritus immundi,nec in porcos irent,nisi hoc illis benignus,ipse saluator petentibus quos certe in abyssum posset relegare concederet, Rem necessariam docere nos uolens, ut scilicet noueri-mus multo minus eos posse sua potestate nocere hominibus,qui nec pecoribus qualibuscunq; potuerunt. Hãc autem potestatem deus bonus occulta nobis iustitia dare demonibus potest, iniuste non potest.

Luce. 13.

Matthei. 8

Demones si pecoribꝰ nocere non potuerunt multo minus hominibus nocere possunt, a minori.

Libro VI. contra Iulianum, Cap, IIII.

Multi deformes,multi orbi uel morbidi multi horridi monstruosiq; nascuntur infantes,nec ideo illam tantam substantiam, omnesq; partes eius, & quicquid in ea substantialiter existit & uiuit potuit creare nisi unus bonus,& uerus deus. Iubes ut asseram quemadmodum in Christo,id est,in uirtute eius creatos paruulos, sibi audeat diabolus uendicare. Tu assere si

potes, quomodo sibi non obscure, sed aperte uendicet puulos quos immundi spiritus uexant. Si ei traditos dicis uidemus ambo supplitium, tu dic meritum. Ambo cernimus pœnam, tu qui nulla mala merita dicis ex parentibus trahi, cum deum iustum ambo fateamur, demonstra ista pœna dignam, si potes in infantibus culpam. An uero non agnoscis etiam, hoc ad illud graue iugum pertinere, quòd est super filios Adã à die exitus deuenire matris eorum, usq; in diem sepulturæ immatrẽ omniũ? Sub quo iugo diuersis cladibus, ita conteritur genus humanum, ut appareat hoc, quòd ex filijs iræ fiunt homines, tanq; pignore accepto filij misericordiæ in futurum sæculum præparari, in hoc autem sæculo à die ortus, usq; ad diem obitus, etiam ipsos sub eodem graui iugo conteri, quandoquidem etiam baptizati paruuli inter alia, mala uitæ huius nonnunq;, & istos demonum patiuntur incursus, quamuis eruti de potestate tenebrarum, ne ab eis trahantur in supplitium sempiternum.

Ecclc. 40.

Paruuli baptizati demonum aliquando patiuntur incursus.

Eodem libro, Cap. IX.

Diabolus spiritus est immundus. Et utiq; bonum, quòd spiritus, malum quòd immundus, quoniam spiritus est natura, imundus est uitio, Quorum tuorum illud à deo est, hoc ab ipso. Non itaq; tenet homines, siue maioris, siue infantilis ætatis, propter quòd homines, sed propter quòd immundi sunt.

Diabolus bonus natura malus uitio.

Ad Laurentium in Enchiridio, Cap. XXVIII.

2. Petri. 2. Iude. 3. Vno angelo lapso cæteri, inde nõ propagati sunt.

Angelis igitur aliquibus impia superbia deserentibus deum, & in huius æris imam caliginem, de superna cœlesti habitatione deiectis, residuus numerus angelorum in æterna cum deo beatitudine et sanctitate permansit. Neq; enim ex uno angelo lapso atq; damnato cæteri propaguti sunt, ut eos sicut homines originale malum obnoxiæ successionis uinculis obligaret atq; uniuersos traheret ad debitas pœnas, sed eo qui diabolus factus est, cum socijs impietatis elato, & ipsa cum eis elatione prostrato, cæteri pia obedientia domino coheserunt, accipientes etiam, quòd illi non habuerunt, certam scientiam qua essent, de sua sempiterna, & nunq; casura stabilitate securi &c.

Libro II. De retractationum, Cap. XXX.

Per idẽ tempus accidit mihi ex quadam disputatione necessitas, ut de diuinatione demonum libellum scriberem, cuius titulus iste ipse est. In quodam autem eius loco dixi, dæmones aliquando & hominum dispositiones non solum uoce prolatas uerumetiam cogitatione conceptas, cum signa quædam ex animo exprimuntur, in corpore tota facilitate perdiscere, Rem dixi occultissimã audatiore asseueratione quam debui, Nam peruenire ista ad noticiam dæmonum, per nonnulla etiam experimenta compertum est. Sed utrum signa quædam dentur ex corpore cogitantium illis sensibilia, nos autem latentia, an alia ui & ea spirituali ista cognoscant, aut difficillima potest ab hominibus, aut omnino non potest inueniri &c.

Demones nostras cogitationes scire non possunt.

De uita beata disputatione, II. diei.

Spiritus immundus duobus modis appellari solet, uel ille qui extrinsecus animam inuadit, sensusq; conturbat, & quendam hominibus infert furorem, cui excludendo, qui præsunt manum imponere, uel exorcizare dicuntur, hoc est, per diuina eum adiurando expellere. Aliter autem dicitur spiritus immundus omnis omnino anima immunda, quòd nihil est aliud, quàm uitijs & erroribus inquinata &c.

Spiritus immundus duobus modis appellari solet.

Libro III. De libero arbitrio, Cap. XX.

Non enim paruæ gloriæ militia est diabolum uincere eodem susceptо supplitio, quo se hominem uictum perduxisse gloriatur &c.

Diabolus quomodo uincendus.

Libro II. De genesi contra Manicheos, Cap. XIIII.

Nec mirandum est, quomodo mulieri serpens loqui potuerit, cum illa esset in paradiso, & ille non esset, Nec enim aut illa secundum locum, erat in paradiso, sed potius secundum beatitudinis affectum, aut etiam si locus est talis, qui paradisus uocetur, in quo corporaliter Adã & mulier habitabant, etiam diaboli accessum corporaliter intelligere debemus: Non utiq; sed spiritaliter, sicut Apostolus dicit, secundum principem potestatis aeris, huius spiritus qui nunc operatur in filijs diffidentiæ.

Genc. 3. Quomodo diabolus cum in paradiso colloquutus sit.

Ephes. 2

Nunquid ergo uisibiliter eis apparet, aut quasi corporeis locis, accedit ad eos in quibus operatur? Non utiq;, sed miris modis, per cogitationes suggerit quicquid potest. Quibus suggestionibus resistunt, qui uere dicunt, quòd item dicit Apostolus, non enim ignoramus astutias eius. Quomodo enim accessit ad Iudam, quando ei persuasit, ut dominum traderet? Nunquid in locis, aut per hos oculos ei uisus est? Sed utiq; ut dictum est, intrauit in cor eius. Repellit autem illum homo, si paradisum custodiat &c.

2. Cor. 2.

Luce. 22

Eodem libro, Cap. XXVIII.

Omnia certe ex deo. Quis fecit diabolum? Se ipse, non enim natura, sed peccando diabolus factus est. Vel ipsum aiunt non faceret deus, si enim peccaturum esse sciebat. Imò quare non faceret, cum per suam iustitiam, & prouidentiam multos de malitia diaboli corrigat. Ante forte non audistis apostolum Paulum dicentem: Quos tradidi sathanæ, ut discant non blasphemare? Et de se ipso dicit, & ne magnitudo reuelationum extollat me, datus est mihi stimulus carnis, angelus sathanæ qui me colaphizet. Ergo inquiunt bonus est diabolus quia utilis est? Imo malus in quantum diabolus est, Sed bonus & omnipotens deus est, qui etiam de malitia eius multa iusta & bona operatur. Non enim diabolo

Diabolus non natura, sed peccando malus est.

1. Timo. 1

2. Corin. 12

Deus per malitiam diaboli multa iusta & bona operatur.

enim diabolo imputatur, nisi uoluntas sua, qua conatur facere male, non dei prouidentia, quæ de illo bene facit &c.

Libro VI. de Musica. Cap. XI,

Differunt phantasia & phantasma.

Aliter enim cogito patrem meum, quem spe uidi, aliter auum quem nunq̃ uidi. Horum primum phantasia est, alterum phantasma: Illud in memoria inuenio, hoc in eo motu animi, qui ex his ortus est, quos habet memoria &c.

Quæstionum ueteris & noui testamenti. Quæst. II.

Mundus quare factus sit.

Et ne mysteriũ prætermisisse uideamur, aut potius ignorasse cur mundus factus est, dicimus diaboli apostasiam multos angelos, id est, spiritales potentias, secum in prævaricationem traxisse, dum uoluit sibi regnum impia præsumptione defendere. Quòd propheta Esaias significat dicens: Quomodo cecidisti de cœlo lucifer qui mane oriebaris, id est, qui cæteris lucidior apparebas? Esa. 14.

Diaboli casus peccatum & superbia,

Erat enim quasi princeps multorum, inter quos clarior erat, & cum quorum societate ad impium descendit certamen. Videns enim infra se multas spiritales potentias, quippe cum in Paradiso dei præstantior esset cognitiõe, mysterij cælestis, ipsa elatione inflatus, uoluit dici deus, Hac scilicet ratione, qua etiam in præsenti uita exemplũ eius quosdam imitatos uidemus, qui contemplatione aggregatorum circa se militum elati, satellitibus in hac re fomitem conspirationis præbentibus imperium, sibi uendicare uoluerunt. Hinc est unde deus, ut eius præsumptionem non potestate, sed ratione destrueret, materiam cõdidit, quæ esset rerum confusio, ex qua faceret mundum. Distincta enim quæ simul confusa erant, hunc præstiterunt, quem uidemus ornatum.

Post pauca ibidem.

Ideo enim deus unus unum fœcit, ut doceret ab uno omnia esse, ac per hoc unum esse deum, ut superior creatura ad confusionem suam in homine disceret, qui de terra conditus est, ueritatem, & ex eo diabolus inimicus existeret hominis: Prævidit enim quia ad accusationem eius factus est homo, unde subtilitate sua id egit, ut in eãdem illum prævaricationem in quam ipse ruit in duceret, ut accusatorem suum participem suæ damnationis efficeret. Ex transgressione enim diuinitatem illi spoponsit, ad quam ipse dum affectaret, ab ea deiectus est. Et quia omnis natura à crimine libera est, ex accidenti sunt nomina, ante enim res, postea significatio, ac per hoc sathanas, & diabolus ex actu eius composita sunt nomina, ut sit non naturæ eius, sed uoluntatis eius significatio. Itaq; ut propositum dei, quòd in causa creati hominis decreuit maneret, & factum diaboli per quòd hominem circumuenit ad cumulum eius reatus proficeret, Christus de sacris sedibus etiam ad terras uenire dignatus est, ut & hominem à trangressionis sententia liberaret, & diaboli futurã perditionẽ, ne quis factũ eius imitaretur ostenderet, propterea dixit Apostolus Ioannes. Ideo uenit filius dei, ut solueret opera diaboli &c. 1. Ioan. 3.

Homo ad accusationem diaboli conditus est,

Fructus humanitatis Christi,

Eodem libro. Quæst. XXVII.

Indignum facinus æstimo, si secundum uerba historiæ cõmendetur assensus: Quomodo enim fieri poterat, ut arte magica attraheretur uir, & natiuitate sanctus, & uitæ operibus iustus? aut si non attractus est, consensit, quòd utrumq; de uiro iusto credere absurdum est? Si enim inuitus adductus est, nullum suffragium habet iustitia, si autem uoluntarius amisit meritum spiritale, quòd positus in carne quæsiuerat, quod ualde absurdum est, quia hinc qui iustus recedit, permanet iustus. Porro autem hoc est præstigium sathanæ, quo ut plurimos fallat, etiã bonos in potestate se habere confingit, qd' apostolus inter cætera ait, Ipse sathanas transfigurat se in angelum lucis. Vt enim errorem faceret in quo & ipse gloriaretur in habitu uiri iusti & nomine se subornauit ut nihil proficere spem, quam prædicabant dei cultoribus mẽtiretur, quando hinc exeuntes iustos finxit in sua esse potestate. Sed hoc quosdã fallit, quod de morte Saul et filiorum eius non sit mentitus, quasi magnum sit diabolo ante diem occasum corporis prævidere, cum signa soleant quædam apparere morituris. Quippe à quibus dei protectio amota uidetur, quanto magis diabolus quem angelica maiestate sublimem prophetica oracula fuisse testãtur. De cuius magnitudine Apostolus ait, an ignoratis altitudinem sathanæ? Quid mirum ergo si imminentem prope mortem potuit prævidere, cum hoc sit unde fallit, & se in dei potestate uult adorari? Nam tanta hebetudine demens effectus est Saul, ut ad phitonissam confugeret. Depranatus enim caussa peccati, ad hæc se contulit quæ damnauerat. Sed si quis propter historiam, ut ea quæ uerbis expressa sunt, putet nõ prætermittenda, ne ratio historiæ inanis sit, recte faciet quidem, si tamen minime istud ad ueri rapiat rationem, sed ad usum & intellectũ. Saul nanq; reprobus factus, poterat bonum intellectum habere. Historicus enim mentem Saul, & habitum Samuelis descripsit: Ea quæ dicta, & uisa sunt exprimens prætermittens si uera an falsa sint. Quid enim ait? Audiens in quo habitu esset excitatus. Intellexit inquit hũc esse Samuelem. Quid intellexerit retulit, & quia non bene intellexit contra scripturam, alium adorauit quàm deum, & putans Samuelem adorauit diabolum, ut fructum fallaciæ suæ haberet sathanas. Hoc enim nititur, ut adoretur quasi deus. Si enim uere Samuel illi apparuisset non utiq; uir iustus permisisset se adorari, qui prædicauerat deum solum esse adorandum. Et quomodo homo dei, qui cum Abraam in refrigerio erat, dicebat ad uirum pestilentiæ dignũ ardore gehennæ, Cras mecũ eris? His duobus titulis subtilitatem fallatiæ suæ prodidit improuidus.

An phitonissa Samuelem excitauerit arte sua magica 1. Reg. 28.

Præstigium sathanæ. 2. Corin. 11

1. Regu. 28.

Improuidus sathanas, quia & adorari se permisit sub habitu, & nomine Samuelis contra legem, & uirum peccatis pressum cum magna distantia peccatorum, & iustorum sit, cum Samuele iustissimo futurum mentitus est, uerum potest uideri, si de Samuelis nomine taceatur, quia Saul cum diabolo futurus erat. Ad eum enim transmigrauit, quem adorauit, Semper enim diabolus sub uelamine latens, prodit se dum ea confingit, quæ abhorreant personis, per quas fallere nititur.

Eodem libro. Quæst. XXXI.

Quã linguaiserpens locutus sit euæ.

Sed forte dicatur, in qua putas lingua, serpẽs locutus est ad mulierem, serpentis utiq; ore, Si enim hodie non desinunt, qui latratus canum intelligant, et luporum ululatum, & barritum elephantorum, & cantum Gallorum, quare non magis rudis adhuc mulier scire potuit, & intelligere sibilum serpentum, cum multos sciamus auium uoces discernere? Nam & constat diabolum eius lingua uti, cuius corpus intrauerit, nec aliter falleret mulierem. Ac per hoc serpentis ore locutus est, per serpentem,

Libro eodem, quæsti. LXVI.

Demones Christũ qui dem per legem promissum nouerãt Mysterium uero diuinitatis ignorabant, Matthei. 4

Recte ergo quæritur, Si enim principes sacerdotum non cognouerunt Iesum, quomodo poterat fieri, ut demonia agnoscerent eum? Sed aliud est, quòd cognouisse in Christo demones dicit, & aliud quòd huius sæculi principes negat cognouisse: Nam demonia sciebant ipsum quidem esse qui per legem fuerat promissus, omnia enim signa uidebant in eo, quæ dixerant futura esse prophetæ, ut quòd ex semine Dauid de uirgine uenturus esset redemptor Israel, Mysterium autem diuinitatis eius ignorabant, sicut & principes eorum. Deniq; quærit, quamuis cãptiose diabolus à saluatore dicens, si tu es filius dei &c. Videns enim aliquando diuinam uirtutem, aliquando hominis infirmitatem, ambigens quid uerum esset, torquæbatur. Concordant ergo scripturæ secundũ ea, quæ reuelata sunt, Impossibile est enim discordare unius spiritus uiros,

Eodem libro, Quæsti. XC.

Diabolus nõ speciale nomen est, sed cõmune.

Diabolus nõ speciale nomen est, sed cõmune. In quocunq; enim opera diaboli fuerint inuenta, sine dubio diabolus appellandus est. Operis enim nomen est non naturæ. Itaq; apud Ioannem patrem Iudæorum diabolum significat, cuius imitatores uolentes esse Iudæi saluatorẽ peremerunt &c.

Io. 8. per imitationẽ iudæi filij diaboli a Christo dicuntur.

Post pauca ibidem.

Abraham pater fidelium.

Diaboli enim filius diabolus est, sed diabolus ille, qui est sathanas, patrem in malitia sua nullum habet, Ipse enim sibi in malo auctor est. Prior enim ipse peccauit, ac per hoc quicunq; imitati illum fuerint, filij eius dicentur, & ille pater eorum. Etenim nos in fide Abraham patrẽ habemus, quia prior ipse credidit deo, ac per hoc nomine eius censemur, fideles enim dicimur, sicut & ille.

Eodem libro, Quæst. XCVIII.

Audistis quæ contestetur, sacro sanctum euangelium, dicente DOMINO ad iudæos, uos de patre diabolo nati estis, & desideria patris uestri uultis facere, Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non stetit quia ueritas non est in illo. Cum loquitur mendatium, ex suis proprijs loquitur, quia mendax est sicut & pater eius. Nemo fidelium dubitet diabolum apostasiæ suæ auctorem non habere. Ipse enim totius erroris est princeps. Qui uidens à deo factũ se, non mediocris potentiæ, ausus est præsumere diuinitatem, ut quia cæteros uidit inferiores, se ipsum præferret ut deũ. Deniq; nomina quibus appellatur diabolus & sathanas, ab actu eius composita sunt, non ex natura. Omne enim malum opere probatur, ut non substantia in crimine sit, sed uoluntas concepta ex caussis, Dum enim se uidit potiorem cæteris, inflatus est ad exercendum dominationem. Quomodo ergo patrem habere dicitur, qui auctor scœleris eius habeatur? Aut unde probatur ab initio homicida fuisse? Sed scriptura illum, qui eius fuerit imitator, nomine eius appellat: Vnde quia ab opere nomen accœpit omnis qui malum opus fœcerit, non immerito diabolus nominetur &c.

Iohan. 8

Diabolus suæ apostasiæ auctorẽ nõ habuit.

Libro eodem, quæsti. CXV.

Ars Mathesis dei inimica dinoscitur.

Nihil tam contra Christianos, quàm si arti Matheseos adhibeant curam, hæc enim inimica dinoscitur legi dei S. i enim nascuntur, qui mali sint, & è contra qui boni sint, frustra lex data dicitur, & non solum hæc, sed et iniustus habebitur legislator. Qui enim lege data cogit homines contra, id quòd nati sunt facere, sciens non posse mutare naturam, ad hoc utiq; legem uidetur dedisse, ut haberet occasionem, qua crudelitatem suam de nece hominis satiaret. Vt quid enim prohibet, quod scit auerti non posse. Aut quemadmodum damnat hominem qui non fœcit, quod facere nũ potuit? Si autem iniustum uidetur (ut est) quia istud de deo sentire nepharium est, recte & salutari ratione legem dedit, sciens posse hominem continere, se ab eo quod prohibet lex. Ergo quia iuste legem dedit, non est utiq; iniquus cum uindicat, Itaq; legi dei fides cõmodanda est, quia iuste probatur data, ars Matheseos euitanda, & fugienda est. Hanc enim astutia & subtilitas inuenit diaboli. Quia enim aperte repugnare non audet auctori terguersatione id agit, ut & deo iniuriam faciat & hominem legi inimicum constituens mulctet secunda &c.

Diabol⁹ artem inuenit Matheseos.

Eadem quæstione.

Diuersorũ demoniorum dispares uoluntates.

Quãuis enim habeat caro propriũ motũ originis suæ quia non est ociosa carnalis natiuitas, tamen in hac re accedit ad necem hominum adiutorium demonum. Diuersa enim sunt demonia, & disparem habentia uoluntatem, Quædam enim sunt, quæ cum perturbant animos elidunt corpora. Quædam uero se admiscentia sanguini generant, animis desideria, alia autem

alia autẽ cordi hominis se copulantia, suggerunt cũ blandicijs contraria. Nonnulla autem sunt, quæ sola corpora obligant infirmitatibus, sicut & illam filiam Abrahæ quã dominus curauit, Hæc omnia ignorantes pagani fatum appellant, cum diuersæ sint causſæ, & ista ab inimicis procurentur, ut quacunq; ex causſa irritetur homo et subijciatur passionibus &c.

Luce. 13.

Post pauca ibidem.

Extinguitur incendium, si desit materia, per quã urat. Illis autem eueniunt, quæ á Mathematicis dicuntur qui credunt futurum quód dicunt. Illud enim agitur subtilitate demoniorum, ut ea efficiant quæ antistites illorum dixerunt futura, ne falsi detecti credantur, Circa eos uero qui responsioni illorum non comodant fidem, nõ prealet effectus eorum, quia nec ipsi tantum intenti sunt, ut satisfaciant eis qui illis non credunt, neq; patitur deus facere illos, per quód seducuntur fidentes de deo, & non credentes diabolo, Omnia enim sic deus instituit, ut secundum uniuscuiusq; fidem eueniat, ut arbitrium liberum maneat uoluntas, ac per hoc, qui deo credit ad auxilium eius confugiens, nihil ei prealere poterit, certus est. Est enim in potestate, eius esse quæ fœcit, & non audet contra eum quem uidet deum cõmunem habere ꝓpium.

Demoniorum subtilitate fit ut Mathematici aliquando uera dicant,

Post pauca ibidem.

Ad subruendũ enim fatum pertinet, quia mortui surrexerũt, cæco nato oculi reformaã sunt, Egri et paralitici confirmati sunt &c, & quæ facta sunt alia, ut confugientibus ad deum, si quid fati esse potest, impedimentum auferre non possit. Dicit enim Ioannes apostolus: Maior est inquit, qui in nobis est, quàm qui in hoc mundo. Rogatus enim deus, etiam qui statuit amouet. Nam utiq; statuit in peccatores uindicãdum, & tamen deprecantibus ignoscit, quia ipsi soli licet ligare, & soluere. Vnde cum soli statio concessa non sit, sub Iesu naue, iussus est stare, & obediuit eius imperio contra id quod sibi in ratione mundi fuerat præceptum, sub Ezechia autem amplius factum legitur, quia ut Ezechias, quód sibi promissum erat, uerum esse non dubitaret, signum tale accœpit, quod nouum esset & humanis auribus inauditum. Non enim sicut prius, soli iussum est ut staret, sed ut reuerteretur retro, quòd uidens Ezechias certum haberet eum posse sibi quindecim annos addere ad uitã, qui de hora non a fœcerat sextam, Et quia contra Mathematicos est quòd Ezechiæ concessum est: Negant enim possi addi ad uitam, signum iterum in hac re, quòd contra Mathematicos esset accœpit: Impossibile enim asserunt aliud astra facere, quàm habent constitutum, certe fati esse dicunt, seruum habere aut non habere. Esto, ab initio mundi hæc fata ubi erant usq; ad diluuium, & infra multa serie annorum transacta non fuit, hæc conditio seruitutis? Aut nunquid ex Nini regis temporibus hæc fata cœperunt, qui primus dicitur finitimis bella inferre cœpisse & captos facere seruituti obnoxios. Vide ergo postea hoc esse inuentum, & non esse fati, sed actus demonum, quia si fati esset, ab initio mundi fuisset. Ipsa enim sunt sidera, quæ facta sunt in initio, & nunc manet cursus eorum, Et antea uita hominum agrestis erat, nec diuitijs studebatur, Quomodo nunc Astrologi, ꝓ astra dicunt diuites & pauperes fieri? Nunquid mutata sunt astra? At uersutia & præstigiũ est sathanæ, ut ea per stellas dicat fieri, quæ angelis suis ministris opatur.

Quid ad fruſtrandũ fatum exſcripturis pertineat,

Sathanæ uersutia & præstigium tit, quæ per astra dicuntur fieri à mathematicis,

Post pauca ibidem.

Lex etiam usq; adeo aduersa est ipsis fatis, ut neget malos fati esse, quòd mali sunt, sed illorũ uoluntatis, quã obrem illos puniendos rite constituit. Nihil ergo legi et fatis cõmune est, quando à lege negatur, quód á fatis asseritur. Qua autem ratione nati dicentur, qui Mathematicos urbe Roma prohibuerunt, quòd ius seruatum non ignoratur, & certe pagani fuerunt. Quomodo fato fiunt quæ contra fatum sunt? Sed si est fatum, non facit contra se &c.

Lex etiã aduersatur fatis,

Mathematici urbe Roma prohibentur.

Et post pauca.

Anaxagoras in pilam coniectus iussu regis concussus expirauit, quòd non contigit ulli hominum, Et Syfari regi allophilorum mulier palum in tempora fixit, & ita reddidit spiritum. Hoc modo nemo est mortuus & antea cruci homines affigebantur, quod postea edicto prohibitum manet, si fati erat quomodo desijt? Quando enim quod fati est, prohibetur & non fit uincitur fatum. Aut si non erat fati, non fato homines crucifigebantur, sed inditio legis. Et ita est ut non fato homines damnentur, sed conuicti à malis suis operibus &c.

Anaxagoræ Mors. Iudi. 4.

Ibidem post pauca.

Quid de quibusdam Christianis dicemus, qui in saluatore seu saluatiõe mutati pristini erroris uendicant uanitatem, in tantum hebetati, ut ipsum deum sub fato egisse contendant, dicentes ipse dicit, nondum uenit hora mea, ut hora hæc non uoluntatis, sed fatalis conditionis fuisset necessitas, cum ille uoluntatis suæ horam significauerit, qua se tradi permiserit, deniq; ait, Potestatem habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterũ sumendi eam. Cessat ergo fatalis necessitas, ubi potestas est uoluntatis &c,

Et Christã quidã fubſtato fuiſſe nugãtur. Ioannis 2.

Ioan. 10.

Ibidem in fine.

Mathematicorum enim fatis credentes, fidei semen exterminant, quod & creatori, & iustitiæ eius testimonium perhibet, Opus enim opificem cognoscit, & equo iure amoreq; & facto testatur. Fugiendum omnibus modis ab hac arte monemus, Curiosi enim eius inimici dei sunt, & sine sollicitudine nunq; sunt, semper enim suspensi expectant, quod minime certum sciunt. Nos autem deum, qui de deo omnia prospera credimus, & si qua aduersa extiterint, eius nutu comprimi supplicater oramus, securi de eius protectione, nec tamen nescij, quia & si quid aduersum bene nobis agentibus euenerit toleratum proficiet ad coronam &c.

Modis omnibus eſtfugiendum ab arte mathematica,

De hæresibus

De hereſibus Quoaduultdeum. Cap. XLIII.

Error & hereſis origenarum diabolũ per purgationes quaſdã ſaluãdum aſſerentium

Origeniani diabolum atq; angelos eius, quamuis poſt lõgiſſima tempora purgatos atq; liberatos regno dei, lucig; reſtitui, & rurſus poſt longiſſima tempora, omnes qui liberati ſunt, ad hæc mala denuo relabi & reuerti, et has uices alternantes beatitudinum & miſeriarum rationalis creaturæ, ſemper fuiſſe, ſemper fore aſſerunt &c.

Libro I. Hyponoſticon contra Pelagianos, in fine.

Diabolus natura eſt, & quod natura opus dei.

Diabolus quæ ad mortem pertinent, aut facit dum captiuat, & perimit, aut patitur, dum uincitur & damnatur. Diabolus enim natura eſt angelus: Sed quòd natura eſt, opus dei eſt, quòd uero diabolus, uitio ſuo eſt, utendo malæ naturæ ſuæ bono, opera uero eius mala, quæ uitia dicuntur, actus ſunt, non res, quæ tanq̃ per ſe agere dicuntur aliquid, cum ea, & per ea totum agit diabolus, uel damnatio dicuntur, cum ipſe pro his damnatur, pro quibus damnatur & homo, cum per liberum arbitrium his intellectis tradit aſſenſum, Et ideo hæc in futuro ſæculo iã non erũt, quia in auctore ſuo diabolo damnabuntur, cum ille ſcilicet damnatus in Gehenna, ut peccent homines amplius, poteſtatem hæc agere non habebit.

Soliloquiorum animæ ad deum. Cap. XVI,

De diabolo & multiplicibus tẽtationibus illius.

Deus meus ad te clamamus, libera nos ab aduerſario noſtro quotidiano, qui ſiue dormiamus ſiue uiglemus, ſiue comedamus, ſiue bibamus, ſiue quòdcunq; opus operemur, omnibus modis inſtat die ac nocte, fraudibus & artibus, nunc palam, nunc occulte ſagittas uenenatas contra nos dirigens, ut interficiat animas noſtras, Et tamen domine peſſima inſania noſtra, quia cum continue uideamus, contra nos draconem ore aperto paratum ad deuorandum, nihilominus dormimus & laſciuimus in pigritijs noſtris, tanq̃ ſecuri ante eum, qui nihil aliud deſiderat, quam ut nos perdat, Inimicus, ut occidat, ſemper uiglat ſine ſomno, & nos ut cuſtodiamus, nos nolumus euiglare à ſomno. Ecce tetendit ante pedes noſtros laqueos infinitos, & omnes uias noſtras uarijs repleuit decipulis ad capiendas animas noſtras. Et quis effugiet? laqueos poſuit in diuitijs, laqueos poſuit in pauperta te laqueos tetendit in cibo, in potu, in uoluptate, in ſomno, & in uiglia, laqueos poſuit in uerbo, & in opere, Pſalm. 90. *& in omni uia noſtra. Sed tu domine libera nos de laqueo uenantium,* Pſalm. 123 *& à uerbo aſpero, ut confiteamur tibi dicentes, Benedictus dominus deus, qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima noſtra, ſicut paſſer erepta eſt, de laqueo uenãtium, laqueus contritus eſt & nos liberati ſumus.*

De cognitione veræ uitæ, Cap, XXIIII,

Demones natura boni ſunt,

Demones nihilominus in eo, quòd angelica ſunt natura boni ſunt. Demones ſibi deum adeſſe ſentiunt, dum per eum uiuunt, & ſentiunt, quòd iuditio dei, iuſto mala in pœnis luunt. Deus enim iuſtitia eſt, & ubicunq; iuſtitia exercetur, deus ibi eſſe creditur. Sic deniq; adeſt imperator latroni, dum eum damnat, ſicut militi dum eum remunerat &c.

Demones ſibi deum adeſſe ſentiunt,

Eodem libro. Cap. XXXIII.

Anima inſatiabili cupiditate ſciendi ueritatem captat & ideo ſemper in cogitationibus uagatur, ideoq; ſenſibus corporeis ſopitis, per enigmata quædam futura deo reuelante præuidet. Interdum circa ueriſimilia diabolo fallente languet anxia. Aliquando angelis, uel animabus cõ fabulatur, Aliquando à demonibus ludificatur. Hæc in modũ oculi, cætera omnia uidet. Se ipſam anima uidere non poteſt.

A demonibus anima aliquãdo ludificatur.

Libro de ſpiritu & anima. Cap. XXVI.

De phãtaſticis viſionibus, & illuſionibus demonum.

Dicit humana opinio, quòd quadam arte mulierum, & poteſtate demonum homines conuerti poſſint in lupos, & iumenta, & quæq; neceſſaria portare, & poſt pacta opera iterum ad ſe redire, nec fieri in eis mentem beſtialem, Sed rationalẽ humanamq; ſeruari. Hoc ſic intelligendum eſt, quoniam demones naturas non creant, ſed aliquid tale facere poſſunt, ut uideantur eſſe quòd nõ ſunt. Nulla enim arte uel poteſtate animus, ſed nec corpus quidem aliqua ratione in membra, uel in liniamenta, beſtialia ueraciter conuerti poteſt. Sed phantaſticum hominis, quòd etiam cogitando ſiue ſomniando per rerum innumerabilium genera uariatur, & cum corpus nõ ſit, corporum ſimiles formas mira cæleritate capit. Sopitis autem & oppreſſis hominis ſenſibus corporeis, ad aliorum ſenſum figura corporea perduci poteſt, ita tamen, quòd corpus ipſum hominis alicubi iaceat, uiuens quidem, ſed multo grauius atq; expreſſius, quàm ſomno ſuis ſenſibus obſeratis, phantaſticum autem illud ueluti formatum in alicuius animalis imaginẽ, alienis ſenſibus appareat, talisq; homo ſibi uideatur, qualis ſibi uideri poſſet in ſomnis, & portare onera. Quæ onera, ſi uera ſunt corpora, portantur à demonibus, ut illudatur hominibus, partim uero onerum corpora, partim falſa iumentorum cernentibus &c.

Eodem libro. Cap. XXVII.

Sathanas quomodo intrare in hominem dicatur.

Implere autem dicitur ſathanas mentem alicuius & principale cordis non ingrediens quidem in eum, & in ſenſum eius, ſed fraude & iniquitate, atq; omni malitia illum alliciens atq; ſeducens, affectu malitiæ trahit, per cogitationes & incentiua uitiorum, quibus ipſe plenus eſt, utpote fallax, neq; & fraudulentus deceptor animarum. Non enim participatione naturæ ſeu ſubſtantiæ, ut quidam putant, animam implet diabolus, aut eius habitator efficitur, ſed per fraudulentam deceptionem atq; malitiam, in eo habitare dicitur quem implet. Solius enim trinitatis eſt intrare, & implere naturam, ſiue ſubſtantiam quam creauit &c.

Eodem Libro. Cap. XXVIII.

Demones & acrimonia ſenſus & cœleritate motus

derei corpo-

aërei corporis, terrenorum corporũ sensum facile præcedunt, & quædam cogitata prænunciant quæ homines mirantur propter tarditatem terreni corporis. Accessit autem dæmonibus per tam longum tempus, quo eorum uita protenditur, rerum longe maior experientia quam hominibus potest euenire propter breuitatem uitæ. Iccirco quædam futura prædicunt & quædam mira faciunt, quibus homines alliciunt & seducunt. Vnde quædã mulierculæ post sathan conuersæ, dæmonum illusionibus & phantasmatibus seductæ, credunt se & profitentur nocturnis horis cum Diana paganorum dea, uel cũ Herodiade & Minerua & innumera mulierum multitudine equitare, earumq; iussionibus obtemperare. Ipse nanq; sathanas, qui transfigurat se in angelum lucis, cum mẽtem cuiusq; mulierculæ cœperit, & hanc sibi per infidelitatem subiugauerit, illico transformat se in angelum lucis in diuersarumq; personarum species & similitudines, et mentẽ q̃ captiuã tenet, in somnis deludẽs, modo lætã, modo tristia, modo cognitas, modo incognitas psonas ostendens per deuia queq; deducit. Et cum solus hoc patitur spiritus infidelis nec in animo sed in corpore euenire opinatur, iccirco nimis stultus & hebes est, qui hæc omnia quæ in spiritu fiunt, etiam in corpore accidere arbitratur, cum Ezechiel & alij Prophetæ, Ioannes etiã Euangelista & Apostoli in spiritu, non in corpore uisiones uiderint.

De mulieribus quæ dæmonum illusionibus & phantasmatibus seducuntur. 2. Corin 11

De Ecclesiasticis dogmatibus. Cap. XXIIII.

Nemo etiam baptismatis gratia renouatus idoneus ẽ ad superandas diaboli insidias, & ad uincẽdas carnis cõcupiscentias, nisi per quotidianum adiutorium dei perseueranti am bonæ conuersationis acceperit.

Diabolũ nemo nisi per cotidianum adiutorium dei superare potest.

Eodem lib. Cap. LXXXI.

Internas animæ cogitationes diabolũ non uidere certi sumus, sed motibus eas corporis ab illo & affectionum inditijs colligi experimento didicimus, secreta autem cordis solus ille nouit, ad quem dicitur, tu solus nosti corda filiorum hominum.

Diabolus animæ cogitationes uidere nõ potest.

Cap. LXXXII.

Non omnes malæ cogitationes nostræ semper diaboli instinctu excitantur, sed aliquoties ex arbitrij nostri motu emergunt: Bonæ autem cogitationes semper à deo sunt.

Male cogitationes nõ semper diaboli instinctu fiunt.

Cap. LXXXIII.

Dæmones per energicam operationem non creditmus substantialiter illabi animæ, sed applicatione & oppressione uniri. Illabi autem menti illi soli possibile est qui creauit, qui natura subsistens incorporeus, capabilis est suæ factura.

Dæmones animabus hominum non immiscent sed applicãtur.

Lib. I. De mirabilibus sacræ scripturæ. Cap. II.

Absit hoc ut sentiamus angelum posse homini suadere peccatum in terra, nisi prius ipse peccaret in cœlo, dicente domino, uidi sathanam sicut fulgur de cœlo cadentem.

Luc. 10.

Non enim potuisset & ipse inuidere fœlicitati humanæ, nisi prius amisisset beatitudinem primam. Nõ solum ergo peccatum hominis præcessisse diabolica ruina credenda est, sed etiam perfectionem creaturarum illarum quæ in die septimo facta est. Damnandis in nouissimo die domino prænunciante dicitur: discedite à me maledicti in ignem æternum, quem præparauit pater meus diabolo et angelis eius. Quando ergo præparatus est ille ignis in perfectione creaturarum omniũ, nisi forte dicamus post sexti diei perfectionem deũ aliquid creasse quod absit, ne mendacem scripturam, imo nosmetipsos faciamus. Cui ergo carcer in illa creaturarum conditione præparatus est, illius peccatũ originaliter illas creaturas præcesserit: Quoniam ut scriptura inquit: Ipse ab initio mendax est, & in ueritate non stetit &c.

Diaboli ruina peccatum hominis præcessit.

Matt. 25

Lib. II. De mirabilibus sacræ scripturæ. Cap. X.

Vbicunq; cum additamento dicitur esse spiritus domini malus, ut in libro Samuelis, intelligitur diabolus esse, q̃ domini propter ministerium, malus propter uitium dictus uidetur.

diabol⁹ spiritus domini dicit⁹ propter ministerium, malus propter uitium.

Lib. II. De symbolo ad Cathecuminos. Cap. I.

Ex qua re nobis factus est aduersarius diabolus? Nisi ex hac, quia uidet liberos quos tenebat ante captiuos, q̃ uidet sanos quos suis iaculis prostrauerat uulneratos, q̃ uidet uestiri denuo immortalitate quos nudauerat ppinando iniquitatem, quia muscipula eius cõminuta est, & nos eruti sumus? Adiutorium nostrum in nomine dñi. Si adiutorium nostrum in nomine domini eius est renũciemus diabolo, pompis & angelis eius. Hoc audistis hoc et uos professi estis renunciare uos pompis & angelis eius.

Vnde diabol⁹ nobis fit fact⁹ inimicus.

Psalm. 123

Eodem, cap. Sub finem.

Duo sunt genera armorum diaboli ualde fortia, cõtra quæ uigilanter ac fortiter stare debet omnis miles Christi, qui triumphare cupit & superare uirtutem diaboli. Quæ sunt ista duo genera armorũ? Voluptas & timor. Alios enim uoluptate capit, alios timore frangit. Confirmetur & nostra acies, proferantur arma spiritalia contra timorem diaboli, absit timor domini castus permanẽs in sæculum sæculi. Contra uoluptatem turpissimæ delectationis non desit fides orationis. Et quid metuit Christianus, quando admonetur sic orare, sic præsumere, sic fidere, ut dicat dominus mihi adiutor est, & ego despiciã inimicos meos? Plures tamen noueritis dilectissimi capere aduersarium per uoluptatem quam per timorem. Nã quare quotidie muscipulam spectaculorum, insaniã studiorum ac turpium uoluptatum proponit, nisi ut his delectatiõibus capiat quos amiserat, ac lætetur denuo se inueniss quos perdiderat?

diaboli duo genera armorum uoluptas scilicet timor

Psalm. 18

Psalm. 117

De salutaribus documentis. Cap. LX.

Diabolus enim est angelus per superbiam separatus à deo, q̃ in ueritate non stetit, & doctor mendatij, & pater

Diabol⁹ caput, & finis mendatij.

mendatij,quia ab ipso primum inuentum est mendatium & ipse est mendatium sicut uerissima ueritas dñs nostr
Iohan.8 Iesus Christus in Euangelio Ioannis loquitur,quia ipse ē caput & finis mendatij,& à semetipso deceptus,nos decipere festinat.Iste est aduersarius effectus generis humani,inuentor mortis,radix malitiæ,scelerum caput,princeps omnium uitiorum,persuasor etiam turpium uoluptatum &c.

In speculo peccatoris. Cap. VII.

Diaboli conatus circa morientes.

Attende ergo in illa terribili hora mortis de qua loquimur,misera peccatoris anima,quando de mundo exitura & itura es,aderunt mox ministri maligni illi scilicet maledicti diaboli,illa uera tartarea monstra,illi spiritus terribiles & pessimi uelut leones rugientes ut rapiant prædam subaudi tuam peccatricem & miseram animam,tūc horribilia patebunt loca,penarum chaos,& caligo tenebrarum,horrorum miseriæ,& tribulationis tremor & timor angustiæ & confusionis, dolor horrendæ uisiōis, tremor tremendæ mansionis, locus flentium,ubi stridor dentium,ubi morsus uermium,ubi clamor dolentiū,ubi luctus gementium,ubi est uox clamantium peccatorū & dicentium ue ue nobis filijs Euæ.

De rectitudine catholicæ conuersationis. C.

Ante omnia illud annuncio atq; obtestor ut nullus paganorum sacrilegas consuetudines obseruet, non carcarios,non diuinos,non sacrilegos,non præcantatores,nec pro ulla causa aut infirmitate eos consulere & interrogare præsumatis.Qui hoc malum facit perdit baptismi sacramentum.Similiter auguria uel sternutationes obseruare nolite,nec in itinere positi,aliquas auiculas cantantes attendatis,sed siue iter,siue quodcunq; opus arripiatis,si
Vanissimæ inceptię atq; superstitiones a Christianis precauendæ. gnate uos in nomine Christi,& symbolum & orationē dominicam cum fide & deuotione dicite,& nihil uobis nocere poterit inimicus. Nullus obseruet qua die domū exeat,uel qua reuertatur, quia omnes creauit dominus. Nullus ad inchoandum opus ,diem uel lunam attendat. Nullus in calendis Ianuarij,nephanda & ridiculosa ,uetulas aut ceruulos,aut iocticos faciat, neq; mensas super noctem componat ,nec syrenas aut bibitiones exerceat superfluas. Nullus in pyras credat neq; in cantum sedeat,quia opera diabolica sunt. Nullus in festiuitate beati Ioannis,aut sanctorum solennitatibus solstitia,aut uallationes uel salutationes,aut cantica diabolica exerceat. Nullus nomina dæmonum,aut Neptunum, aut Dianam,aut Herculē,aut Mineruam,aut Genistum,aut cætera huiusmodi inepta credere,aut inuocare præsumat.Nullus diem Iouis absq; solennitatibus sanctis,nec in maio, nec in ullo tempore in ocio obseruet, nec turmarum uel murorum uel aliquem diem omnino,nisi tantum diem dominicam.Nullus ad Phana,uel ad Petras,uel ad fontes, uel ad arbores,aut ad ocellos,uel per trina luminaria uotum faciat uel uotum reddere præsumat. Nullus ad colla hominis uel alicuius animalis legumina dependere præsumat,& si à clericis fiat, & dicatur quod res sumpta sit, & in diuina lectione contineatur,non esset dignus nomine clericorum,sed hæreticorum, quia non est in eis remedium Christi,sed uenenum diaboli. Nullus præsumat lustrationes facere, nec herbas incantare neq; pecora p cauam arborem,uel terram transilire foratam quia per hoc diabolo uidetur consecrare.Nulla mulier præsumat succinos dependere,nec in tela siue in tinctura, siue in quolibet opere Mineruam ul' cæteras infaustas personas nominare,sed in omni tempore Christi gratiam adesse, & in uirtute nominis eius toto corde confidere. Nullus quando luna obscuratur uociferare præsumat, quia certis temporibus deo iubēte obscuratur: Nec per lunam no
uam timeat aliquid operis arripere,quia deus ad hoc lu- Gene. 1
nam fecit ut tempora designet,& noctium tenebras tē-
poret,non ut alicuius corpus custodiat, aut dementē hominem faciat,sicut stulti putant, qui à demonibus uexatos ,à luna pati putant: Nullus dominos solem aut lunā uocet,neq; per eos iuret,quia creatura dei sunt, & necessitatibus hominum iussu dei inseruiunt. Nullus sibi præponat Fortunā,aut Genistum quod nascentia dicitur,qa 1. Timo.2
deus uult omnes homines saluos fieri & ad agnitionem ueritatis uentre,atq; in sapientia omnia dispensat, sicut disposuit ante mundi constitutionem. Propterea quotiēs aliqua infirmitas occurrerit alicui,non quærantur præcantatores,non diuini,non sortilegi,non carcarij,neq; p fontes,aut arbores, aut biuia philacteria exerceantur, sed qui egrotat in sola misericordia dei confidat & eucharistiam cum fide & deuotione accipiat, oleumq; benedictum fideliter ab ecclesia petat,unde corpus suū un- Iaco.5
gatur,& secundum Apostolum, oratio fidei saluabit infirmum & alleuiabit eum dominus,non solum corporis, sed & animæ sanitatem accipiet, complebiturq; in illo, quod dominus in Euangelio promisit dicēs: Omnia quæ- Matth.21
cunq; petieritis patrem in nomine meo in oratione, credentes accipietis &c.

Post pauca ibidem.

Ideoq; fratres omnes adinuentiones inimici toto corde respuite,& supra dicta sacrilegia cum omni labore et horrore fugite. Nulli creaturæ præter deum & sanctos eius uenerationem exhibeatis: fontes uel arbores quos sacrinos uocant,succidite,plantas siue ungulas pedū quas Nulla arte saluamur nisi per inuocationē nominis Christi.
per biuia ponunt,fieri uetatæ,& ubi inueneritis igni cremate.Per nullam aliam artem saluari uos credatis,nisi p inuocationem & crucem Christi &c.

Post pauca ibidem.

Nullus sicut dictum est obseruet egrediens aut ingrediens domum quid sibi occurrat,uel sibi in aliquo uox reclamantis fiat,aut qualis auis cantus garriat uel qd etiā portantem uideat,quia qui hæc obseruat,ex parte paganus esse dinoscitur.Qui ergo hæc contempserit,prophetam sibi gratuletur clamare: Beatus uir cuius est dominus spes eius,& non respexit in uanitates & insanias falsas. Psalm.39

Collo. 3

falsas. Hinc & Apostolus monet, omne inquit quodcũq; facitis in nomine Iesu Christi facite. Prorsus ergo recedẽdum est à cunctis huiuscemodi obseruantibus: Mathematici spernẽdi, auguria horrẽda, somnia contẽnenda, quoniam sicut scriptura testatur uana sunt. Vnde p Moysen

Auguria nõ obseruãda. Leuit. 19

præcipitur, nõ augurabimini, nõ obseruabitis inqt somnia, nec ad magos declinabitis. Oportet ergo ut hæc tota mente obseruetis, et si quos cognoscitis, uel occulte aliqua philacteria exercere, expedit ut nec cibũ cum eis sumatis, nec ullũ cõsortiũ cũ illis habeatis. Ista ergo oĩa spernẽtes ad dei uos auxilium cõferte, & de eius misericordia non desperate.

De diuinatione dæmonum. Cap. I.

Quodam die in diebus sanctis octauarum cum mane apud me adessent multi fratres laici Christiani, & in loco solito consedissemus, ortus est sermo de religiõe Christiana aduersus præsumptionem, & tanq̃ miram et magnam scientiam paganorum, quem recordatum atq; cõpletum literis mandandum putaui, non expreßis contradicentium personis q̃uis Christiani essent, & magis contradicendo quærere uiderentur, quid paganis responderi oporteret. Cum ergo de diuinatione dæmonũ quæreretur, & affirmaretur prædixisse, nescio quã euersionẽ tẽpli Serapis, quæ in Alexandria facta est, Respõdi nõ esse mirandum, si istam euersionem templi simulachris suis iminere demones, & scire & prædicere potuerunt sicut alia multa quantum eis nosse & prænunciare permittitur &c.

Templi Serapis euersio a dæmone prædicitur.

Cap. III.

Dæmones acrimonia sensus & celeritate motus multa ante cognita prænunciant.

Dæmonum ea est natura, ut aërei corporis sensu, terrenorum corporum sensum facile præcedant, cœleritate etiam propter eiusdem aërei corporis superiorem mobilitatem, non solum cursus quorumlibet hominum uel ferarum, uerumetiam uolatus auium incomparabiliter uincant. Quibus duabus rebus quantum ad aëreum corpus attinet præditi, hoc ẽ acrimonia sensus & cœleritate motus, multo ante cognita prænunciant uel nũciant, quæ homines præ sensu terreni tarditate mirentur. Acceßit etiã dæmonibus per tam longum tempus quo eorum uita ꝓtenditur, rerum longe maior experientia, q̃ potest hominibus propter breuitatem uitæ prouenire. Per has efficatias quas aërei corporis natura sortita est, non solũ multa futura prædicunt dæmones, uerumetiã multa mira faciunt: Quæ quoniam homines dicere ac facere non possunt, eos dignos quidam quibus seruiant, & quibus diuinos honores deferant arbitrantur, instigante maxime uitio curiositatis propter amorem fœlicitatis falsæ, atq; terrenæ & excellentiæ temporalis &c.

Eodem lib. Cap. V.

Dæmones plerũq; ea prænunciant quæ ipsi facturi sunt

Primum sciendum est, quoniã de diuinatione dæmonum quæstio est, illos ea plerumq; prænunciare quæ ipsi facturi sunt: Accipiunt enim sæpe potestatem & morbos immittere, & ipsum aërẽ uitiãdo morbidũ reddere, et peruersis atq; amatoribus terrenorum cõmodorum malefacta suadere, & de quorum moribus certi sunt, qd' sint eis talia suadẽtibus cõsensuri. Suadent aũt miris & inuisibilibus modis p illã subtilitatẽ suorum corporum corpora hominum nõ sentiẽtium penetrãdo, seseq; cogitationibus eorum p quædam imaginaria uisa miscẽdo, siue uigilãtium siue dormiẽtium. Aliquando aũt non quæ ipsi faciũt, sed quæ naturalibus signis futura prænoscunt, quæ signa in hominum sensus uenire non possunt, ante prædicũt.

Post pauca.

Demon in aëris affectiõe atq; ordinatiõe sibi notas, nobis ignotas, futuras præuidet tẽpestates. Aliquando & hominum dispositiões, non solum uoce ꝓlatas, uerumetiã cogitatiõe cõceptas, cum signa quædã ex animo exprimuntur in corpore, tota facilitate pdiscunt, atq; hinc etiã multa futura prænunciant, alijs uidelicet mira, q̃ ista disposita non nouerunt. Sicut enim apparet cõcitatior animi motus in uultu ut ab hominibus quoq; aliquid forinsecus agnoscatur quod intrinsecus agitur, ita non debet esse incredibile, si etiam leniores cogitationes dant aliqua signa per corpus, quæ obtuso sensu hominum cognosci nõ possunt, acuto autem dæmonum possunt &c.

2. libro Retracta. Cap. 30.

De Ecclesiasticis dogmatibus. Cap. LXXXIIII.

Peccatores signa et prodigia in dei nomine facere certũ est.

Signa & prodigia & sanitates etiã peccatores in nomine domini facere ab ipso deo didicimus, & cum alios hac præsumptiõe iuuent, sibi p ambitionem humanæ gloriæ nocent, q̃a gloriãtur in dato falso, nõ meritis debito.

Eodem lib. Cap. LXXXV.

Signa & ꝓdigia clarũ quidem reddunt quempiam nõ autem sanctũ.

Signis & ꝓdigijs clarum posse fieri Christianum nõ tamen sanctum, si intẽperatis & asperis moribus agat. Tẽperatis aũt & placitis moribus etiã absq; signorum efficatia, & sanctum & perfectum & dei hominem fieri rectè credimus &c.

De vera religione. Cap. XXV.

Quare miracula cessauerint.

Cum enim ecclesia catholica p totum orbẽ diffusa atq; fundata sit, nec miracula illa in nostra tẽpora durare pmissa sunt, ne animus semp uisibilia quæreret, & eorum cõsuetudine frigesceret genus humanum, quorum nouitate flagrauit: Nec iã nobis dubium esse debet his esse credendũ, q̃ cum ea prædicent, quæ pauci assequuntur, se tñ sequẽdos populis psuadere potuerunt. Nunc enim agitur q̃bus credẽdum sit, anteq̃ qsq; sit idoneus ineundæ rationi de diuinis & de inuisibilibus rebus: Nã ipsi ratiõi purgatioris animæ quæ ad pspicuã ueritatẽ puenit, nullo modo auctoritas humana præponitur, sed ad hãc nulla superbia humana pducit: Quæ si nõ esset, nõ essent hæretici, neq; scismatici, nec carne circumcisi, nec creaturarũ simulachrorumq; cultores. Hi aũt si non essent ante pfectionẽ populi quæ ꝓmittitur multo pigrius ueritas quæreretur.

De vtilitate credendi ad Honoratum. Cap. XVI.

Homini non ualenti uerum intueri, ut ad id fiat idoneus

neus purgarig; se sinat, auctoritas præsto est, quam partim miraculis partim multitudine ualere nemo ambigit.

Miracula quid sit.

Miraculum uoco, quicquid arduum aut insolitum supra spem uel facultatem mirantis apparet. In quo genere, nihil est populis aptius & omnino stultis hominibus, quam id quod sensibus admouetur. Sed rursus hæc in duo diuidumtur. Quædam enim sunt quæ solam faciunt admirationem, quædam uero magnam etiam gratiam beneuolẽtiamq; conciliant. Nam si quis uolantem hominem cernat, cum ea res nihil spectatori afferat cõmodi, præter ipsum spectaculum miratur tantummodo. Si quis autem graui & desperato morbo affectus, mox ut iussum fuerit conualescat, admirationem sanitatis suæ sanantis etiã charitate superabit. Talia facta sunt illo tempore, quo deus in uero homine quantum sat erat hominibus apparebat. Sanati lãguidi, mundati leprosi, incessus claudis, cecis uisus, surdis auditus est redditus. Homines illius temporis aquam in uinum conuersam, saturata quinq; milia quinq; panibus, transita pedibus maria, mortuos resurgentes uiderunt: Ita quædam corpori manifestiori beneficio, quædam uero menti occultiore signo, & omnia hominibus maiestatis testimonio consulebant, sic in se tunc animas errantes mortalium diuina cõmouebat auctoritas. Cur inquis ista modo non fiunt? Quia nõ mouerent, nisi mira essent: At si solita essent mira non essent. Nam diei & noctis uices, & constantissimum ordinem rerum cœlestium, annorum quadrifariam conuersionem, decedẽtes redeuntesq; frondes arboribus, infinitam uim seminum, pulchritudinem lucis, colorum sonorum, odorũ, saporumq; uarietates da qui primum uideat atq; sentiat, cum quo tamen loqui possimus, hebescit obruiturq; miraculis: Nos uero hæc omnia, nõ cognoscendi facilitate (qd enim causis illis obscurius) sed certe sentiendi assiduitate contemnimus. Facta sunt igitur illa opportunissime, ut his multitudine credentium congregata, atq; propagata, in ipsos mores utilis conuerteretur auctoritas.

Matth. 11 Iohan. 2 Matth. 14 Iohan. 11

Causam reddit August. cur ista nostra tempestate eadẽ nõ fiant miracula quæ temporibꝰ Christi.

XXI. Sententiarum libro sententia quarta.

Non enim oportet moueri cum magicis artibus miracula fiunt plerumq; similia miraculis quæ fiunt per sanctos dei seruos, sicut scriptũ est in Exodo, qd' Magi Pharaonis fœcerunt nonnulla similiter sicut fœcit Moyses. Non ergo oportet hæc mirari, quia omnia quæ uisibiliter fiunt, etiam per inferiores potestates aëris huius non absurde fieri posse creduntur. Sed hoc interest, qd' cum sancti talia faciant, in nomine domini dei omnium rerum de sublimioribus apparatibus iubetur inferiori creaturæ: Cum autem mali homines magicis artibus operantur similia, in manus suas dantur cum exaudiuntur à dæmonibus. Digni enim sunt qui tali exauditione decipiantur, ut pœna illis fiat hoc quod uidentur impetrare beneficium, cum eis exhibent quasi priuatim aëreæ potestates quedã miracula, ut eos habeant subiugatos, permissu tamen diuinæ prouidentiæ ut pro meritis animarum suarũ etiãq; tribuantur.

Exo. 7

Discrimen inter miracula quę faciũt sancti, & quæ fiũt a magis.

Lib. X. De ciuitate dei. Cap. IX.

Multa fiebant in ueteri testamento miracula quæ omnia commemorare nimis longum est ad commendandum unius dei ueri cultum & multorum falsorumq; prohibẽdum. Fiebant autem simplici fide, atq; fiducia pietatis, non incantationibus & carminibus nefarie curiositatis arte compositis, quam uel Magiam, uel de testabiliore nomine Goetian, uel honorabiliore Theurgian uocant, qui quasi conantur ista decernere, & illicitis artibus deditos alios damnabiles, quos & maleficos uulgus appellat, hos enim ad Goẽtian pertinere dicunt, alios autem laudabiles uideri uolunt, quibus Theurgian deputant cum sint utriq; ritibus fallacibus dæmonum obstricti, sub nominibus angelorum &c.

Miracula in veteri testamento ad unius ueri dei cultum cõmendandum facta sunt.

Eodem lib. Cap. X.

Ecce nunc alius Platonicus quem doctiorem ferunt Porphirius, nescio per quam Theurgicam disciplinam etiam ipsos deos obstrictos passionibus & perturbationibus dicit. Quoniã sacris precibus adiurari terreriq; potuerunt ne præstarent animæ purgationem, & ita terreri ab eo qui imperabat malum, ut ab alio qui poscebat bonum per eandem artem Theurgicam solui illo timore nõ possent, & ad dandum beneficium liberari. Quis non uideat hæc omnia fallatium demonum esse commenta, nisi eorũ miserrimus seruus, & à gratia ueri liberatoris alienus? O Theurgia præclara o animæ prædicanda purgatio, ubi plus imperat immunda inuidentia, quam impetrat pura beneficentia: Imo uero malignorum spirituum cauenda & detestanda fallatia, & saluaris audiendi doctrina. Quid enim? Quia has sordidas purgationes sacrilegis ritibus operantur quasdam mirabiliter pulchras (sicut iste commemorat) uel angelorum imagines, uel deorum tanquam purgato spiritu uident, si tamen uel tale aliquid uident, illud est quod APOSTOLVS dicit: Quoniam sathanas transfigurat se uelut angelum lucis. Eius enim sunt illa phantasmata, qui miseras animas multorum falsorumq; deorum fallacibus sacris cupiens irretire, & à uero ueri dei cultu quo solo mundantur & sanantur auertere, sicut de Protheo dictum est, formas se uertit in omnes hostiliter insequens, fallaciter subueniens & utrobiq; nocens.

Porphirius doctior Apuleio p Theurgicam disciplinã citam deos passionibus esse obnoxios asserebat.

2. Corin. 11

Eodem lib. Cap. XII.

Porrò autem quæcunq; miracula, siue per angelos siue quocunq; modo ita diuinitus fiunt, ut dei unius in quo solo beata uita est cultũ religionẽq; cõmendẽt ea uere ab eis uel per eos qui nos secundum ueritatẽ pietatẽq; diligunt fieri, ipso deo in illis operante credendum est. Neq; enim audiẽdi sunt q deum inuisibilem uisibilia miracula opari negant, cum ipse etiã secundum ipsos fœcerit mũdum, quem certe uisibilem negare non possunt. Quicqd igitur mirabile fit in hoc mundo, profecto minus est quã

De miraculis quæ per sanctorũ angelorum ministeriũ deuerus operatur.

totus

totus hic mundus, id est cœlum & terra, & omnia quæ in eis sunt, quæ certe deus fecit. Sicut autem ipse qui fecit, ita modus quo fecit occultus est, & incomprehensibilis homini. Quamuis itaq; miracula uisibilium naturarum uidendi assiduitate uiluerint, tamen cum ea sapiẽter intuemur, inusitatißimis rarißimisq; maiora sunt. Nam et omni miraculo quod fit per hominem, maius miraculum est homo. Qua propter deus qui fecit uisibilia cœlum & terram non dedignatur facere uisibilia miracula in cœlo uel in terra, quibus ad se inuisibilem colendum excitet animam adhuc uisibilibus debitam, ubi uero & quando faciat, incommutabile cõsilium pœnes ipsum est: In cuius dispositione iam tempora facta sunt, quæcũq; futura sunt. Nam temporalia mouens temporaliter nõ mouetur, nec aliter nouit facienda quam facta, nec aliter inuocantes exaudit quam inuocaturos uidet. Nam & cum exaudiunt angeli eius, ipse in eis exaudit, tanq̃ in uero nec manufacto tẽplo suo, sicut in oĩbus sanctis suis, eius quæ tẽporaliter fiunt iussa, æterna eius lege cõspecta.

Homo, omni miraculo maius est miraculum.

Eodem lib. Cap. XVI.

Quibus igitur angelis de beata & sempiterna uita credendum esse censemus? Vtrum eis qui se religionis ritibus coli uolunt, sibi sacra & sacrificia flagitantes à mortalibus exhiberi, an eis qui hunc omnem cultum uni deo creatori omnium deberi dicunt, eiq; reddẽdum uera pietate præcipiunt, cuius & ipsi contemplatione beati sunt, & nos futuros esse promittunt? Illa nanq; uisio dei, tantæ pulchritudinis uisio est, & tanto amore dignißima, ut sine hac quibuslibet alijs bonis præditum atq; abundantem non dubitet Plotinus infœlicißimum dicere. Cũ ergo adhunc unum quidam angeli, quidam uero ad se ipsos latria colendos signis mirabilibus excitent, & hoc ita ut illi istos coli prohibeant, isti autem illum prohibere non audeant, quibus potius sit credendum respondeant Platonici respondeant quicunq; Philosophi, respondeant Theurgi uel potius periurgi hoc enim sunt ille omnes artes uocabulo digne. Postremo respondeant homines si ullus suæ naturæ sensus, quod rationales creati sunt, ex aliqua parte uiuit in eis. Respondeant inquam eis ne sacrificãdum sit dijs uel angelis, qui sibi sacrificari iubent, an illi uni cui iubent hi qui & sibi & istis prohibent: Si nec isti nec illi ulla miracula facerent, sed tantum præciperent alij quidem ut sibi sacrificaretur, alij uero id uetarent, sed uni tantum iuberent deo, satis deberet pietas ipsa discernere, quid horum de fastu superbiæ, quid de uera religione descenderet. Plus etiam dicam, si tantum hi mirabilibus factis humanas animas permouerent qui sibi sacrificia expetunt: Illi autem qui hoc prohibent & udi tantum deo sacrificari iubent, nequaquam ista uisibilia miracula facere dignarentur, profecto non sensu corporis, sed ratione mentis præponẽda esset eorum auctoritas. Cũ uero deus id egerit ad cõmendanda eloquia ueritatis suæ, ut per istos ĩmortales nuncios, non sui fastum, sed maiestatem illius prædicantes, faceret maiora, certiora, clariora

Quibus spiritibus credendum.

miracula, ne infirmis pijs, illi qui sacrifitia sibi expetunt falsam religionem facilius persuaderent, eo quod sensibus eorum quædam stupenda monstrarent, quem tandem ita desipere libeat ut non uera eligat quæ sectetur, ubi & ampliora inuenit quæ miretur? Illa quippe miracula deorũ gentilium quæ cõmendat hystoria, non ea dico quæ interuallis temporum occultis ipsius causis mundi, uerum tamen sub diuina prouidentia constitutis & ordinatis, monstruosa contingunt, quales sunt inusitati partus animalium, & cœli terræq; rerum insolita facies, siue tamẽ terrens, siue etiam nocens quæ procurari atq; mitigari dæmoniacis ritibus fallacißima eorum astutia perhibentur. Sed ea dico quæ ui ac potestate eorum fieri satis euidenter apparet, ut est quod effigies deorum penatum, quos de Troia Aeneas fugiens aduexit de loco in locũ migrasse referuntur, quod cotem Tarquinius nouacula secuit, quod Epidaurius serpens Aesculapio nauiganti Romam comes adhæsit, quod naium qua simulachrum matris Phrigiæ uehebatur, tãtis hominum boumq; conatibus ĩmobilem redditam, una muliercula zona alligatã, ad suæ pudicitiæ testimonium mouit et traxit, quod uirgo uestalis, de cuius corruptiõe quæstio uertebatur, aquã implew cribro de Tyberi neq; profluente, abstulit controuersiam. Hoc ergo atq; alia huiuscemodi nequaq̃ illis quæ in populo dei facta legimus, uirtute ac magnitudine conferenda sunt, quanto minus ea quæ illorum quoq; populorum qui tales deos coluerunt legibus iudicata sunt, prohibenda atq; plectenda Magica scilicet uel Theurgica: Quorum pleraq; specietenus mortalium sensus imaginaria ludificatione decipiunt, quale est lunam deponere, donec suppositas (ut ait Lucanus) propior despumet in herbas. Quædam uero & si nonnullis piorum factis uideantur opere coequari, finis ipse quo discernuntur in cõparabiliter hæc nostra ostẽdit excellere. Illis enim multi tanto minus sacrifitijs colendi sunt, quanto magis hæc expetunt: His uero unus commendatur deus, qui se nullis talibus indigere, & scripturarum suarum testificatione & eorundẽ posita sacrifitiorũ remotione demõstrat.

Miracula quæ nobis cõmendat gentilium hystoria.

Lucanus.

Eodem lib. Cap. XXII.

Vera pietate homines dei aëream potestatem inimicam contrariamq; pietati exortizando eijciunt non placando, omnes tentatiões aduersitates q; eius uincant orãdo non ipsam sed suum deum aduersus ipsam. Non enim aliquem uincit aut subiugat nisi societate peccati. In eius ergo nomine uincitur qui hominẽ assumpsit egitq; sine peccato, ut in ipso sacerdote ac sacrifitio fieret remißio peccatorum, id est per mediatorem dei & hominum, hominẽ Christum Iesum p quẽ facta peccatorum purgatione reconciliamur deo. Nõ enim nisi peccatis hoies separãtur à deo, quorum in hac uita nõ fit nostra uirtute, sed diuina miseratiõe purgatio, p indulgentiã illius nõ p nostrã potẽtiã, qa & ipsa quantulacunq; uirtus, quæ dicitur nostra, illius est nobis bonitate cõcessa. Multũ aũt nobis ĩ hac carne tribueremus nisi usq; ad eius depositionẽ

Sanctis unde sit aduersus dæmones potestas et unde cordis uera purgatio.

1. Timo. 2.

ſub uenia uiueremus. Propterea ergo nobis per mediatorem præſtita eſt gratia, ut polluti carne peccati carnis peccati ſimilitudine mundaremur. Hac dei gratia qua in nos oſtendit magnam miſericordiam ſuam, & in hac uita per fidem regimur, & poſt hanc uitam per ipſam ſpeciem in cõmutabilis ueritatis ad perfectionẽ pleniſſimam pducemur.

Lib. XVIII. De ciuitate dei. Cap. V.

De boue quẽ Ægyptꝰ colebat

In omnibus ferè templis ubi colebantur Iſis & Serapis, erat etiã ſimulachrum qd' digito labijs impreſſo admonere uideretur ut ſilẽtiũ fieret hoc. Varro ſignificare exiſtimat, ut homines eos fuiſſe taceretur. Ille autem bos quẽ mirabili uarietate decepta Aegyptus in honorẽ eius delitijs affluẽtibus alebat, quoniã eum ſine ſarcophago uiuũ uenerabantur, Apis, non Serapis uocabatur. Quo boue mortuo quoniã quærebatur & reperiebatur uitulus coloris eiuſdẽ, hoc eſt albis qbuſdã maculis ſimiliter inſignitus, mirum & quiddam diuinitus ſibi procuratum eſſe credebant. Non enim magnum erat demonibus ad eos decipiendos phantaſiã talis tauri quẽ ſola cernerent oſtẽtare uacce cõcipiẽti atq; pregnanti unde libido matris attraheret qd' in eius fœtu iam corporaliter appareret, ſicut Iacob de uirgis uariatis ut oues & capræ uariæ naſcerentur effecit. Quod enim homines coloribus & corporibus ueris, hoc demones figuris fictis facillime poſſunt animalibus concipientibus exhibere.

Illa dæmonibus facilima ſunt.

Gene. 30 Lib. 3. de trinita. cap. 8. & lib. 13 cap. 2.

Lib. XXI. Cap. V.

Verumtamen homines infideles, quibus cũ diuina uel præterita uel futura miracula prædicamus quæ illis experiẽda nõ ualemus oſtendere, rationẽ à nobis earum flagitant rerum, quam quoniã non poſſumus reddere (excedunt enim uires mentis humanæ) exiſtimant falſa eſſe quæ dicimus, ipſi de tot mirabilibus rebus quas uel uidere poſſumus uel uidemus deberent reddere ratiõem. Quod ſi fieri ab homine non poſſe uiderint, fatendum eſt eis nõ ideo aliqd non fuiſſe uel futurum non eſſe, quia ratio non poteſt reddi quandoquidem ſunt iſta de qbus ſimiliter nõ poteſt. Non itaq; pergo p plurima quæ mandata ſunt literis, non geſta atq; trãſacta, ſed in locis qbuſq; manẽtia, quo ſi qſq; ire uoluerit & potuerit, utrum uera ſint explorabit. Sed pauca cõmemoro. Agrigentinum Siciliæ ſalẽ phibent cum fuerit admotus igni uel in aqua flueſcere, cum uero ipſi aqua adiungitur uelut in igne crepitare. Apud Garramantes quendã fontem fertur eſſe tã frigidum diebus ut non bibatur, tam feruidum noctibus ut nõ tangatur. In Epiro alium fontẽ, in quo faces ut in cæteris extinguuntur accẽſæ, ſed nõ ut in cæteris accẽduntur extinctæ. Aſbeſton Arcadiæ lapidẽ propterea ſic uocari, qd' accẽſus ſemel iã nõ poſſit extingui. Lignum cuiuſdã ficus Aegyptiæ nõ ut ligna cætera in aquis natare ſed mergi, & qd' eſt mirabilius, cũ in imo aliquamdiu fuerit, inde ad aquæ ſuperficiẽ rurſus emergere quando madefactum debuit humoris põdere prægrauari. Poma in terra Sodomorum gigni qdẽ, & ad maturitatis facieẽ puenire, ſed morſu præſſu ue tẽtata, in fumũm ac fauillã corio ſatiſcẽte uaneſcere. Pyriten lapidẽ Perſicũ tenẽtis manum ſi uehemẽtius præmatur adurere, ꝓpter qd' ab igne nomẽ accepit. In eadẽ perſide gigni etiã lapidẽ Selinitem cuius interiorẽ candorẽ cum luna creſcere atq; deficere. In Capadocia etiã uẽto equas cõcipere, eoſdẽq; fœtus nõ amplius triennio uiuere. Tilon Indiæ Inſulã eo præferri cæteris terris, qd' oĩs arbor quæ in ea gignitur nunq̃ nudatur tegmine foliorum. De his atq; aliꝭ inumerabilibus mirabilibusq; hyſtoria nõ factorum & trãſactorum, ſed manẽtium locorũ tenet, mihi aũt aliud agenti ſi poſſunt infideles iſti q nolunt diuinis literis credere, qd aliud quã nõ putantes eas eſſe diuinas, eo qd' res habent incredibiles &c.

Quãta ſint quæ nõ recuſequæant agnoſci, & tamen eadẽ eſſe non ſit ambiguum.

Eodem lib. Cap. VI.

Hic forte reſpondeant, prorſus itaq; nec iſta ſunt, nec iſta credimus, falſa de his dicta, falſa conſcripta ſunt, & adijciunt ratiocinantes atq; dicentes, ſi talia credenda ſunt ne, credite & uos quod in eiuſdem literis eſt relatum, fuiſſe uel eſſe quoddam Veneris phanum atq; ibi candelabrum, & in eo lucernam ſub diuo ſic ardentem ut eam nulla tempeſtas, nullus himber extingueret. Vnde ſicut illa lapis, ita iſta λυχνος ἄσβεστος, id eſt, lucerna inextinguibilis nominata eſt. Quod propterea poterunt dicere, ut reſpondẽdi nobis anguſtias ingerant, quia ſi dixerimus non eſſe credendum, ſcripta illa miraculorũ infirmabimus, ſi autem credendum eſſe conſenſerimus, cõfirmabimus numina paganorum. Sed nos, ſicut iam in libro duo de uigeſimo huius operis dixi: Non habemus neceſſe omnia credere quæ hyſtoria continet gentium, cum & ipſi inter ſe hyſtorici ſicut ait Varro quaſi data opera, & quaſi ex induſtria per multa diſſentiant, ſed ea ſi uolumus credimus quæ nõ aduerſantur libris qbus non dubitamus oportere nos credere. De his autem miraculorum locis, nobis ad ea quæ futura perſuadere incredulis uolumus, ſatis illa ſufficiant quæ nos quoq; poſſumus experiri, & eorum teſtes idoneos non difficile eſt inuenire. De iſto autem phano Veneris & lucerna inextinguibili, non ſolum in nullas coartamur anguſtias, uerumetiam latitudinis nobis campus aperitur. Addidimus enim ad iſtã lucernam extinguibilem & humanarum & magicarũ, id eſt per homines dæmonicarum artium et ipſorum per ſe ipſos dæmonum multa miracula. Quæ ſi negare uoluerimus, eidem ipſi cui credimus ſacrarum literarum auerſabimur ueritati. Aut ergo in lucerna illa mechanicũ aliquid de lapide Asbeſto ars humana molita eſt, aut arte Magica factum eſt, quod homines illo mirarentur in tẽplo, aut dæmon quiſpiam ſub nomine Veneris tãta ſe efficatia præſentauit, ut hoc ibi prodigium & appareret hominibus & diutius remaneret. Illiciuntur autem dæmones ad inhabitandum per creaturas quas non ipſi, ſed deus condidit de lectabilibus pro ſua diuerſitate diuerſis, non ut animalia cibis, ſed ut ſpiritus ſignis, quæ cuiuſq; delectationi congruunt per uaria genera lapidum, herborum, lignorum, animaliũ, carminũ, rituum. Vt autem illiciantur

Quod non omnia miracula naturalia ſint, ſed pleraq; humano ingenio modũ ficata pleraq; autem demonum arte compoſita.

Hyſtorici data opera inter ſe diſſentiunt.

De veneris Phano & lucerna inextinguibili.

illiciantur ab hominibus, prius eos ipsi astutissima calliditate seducunt, uel inspirando eorum cordibus uirus occultum, uel etiam fallacibus amicitijs apparendo, eorúq; paucos discipulos suos, faciunt plurimorumq; doctores. Neq; enim potuit nisi primum ipsis docentibus disci, qd quisq; illorum appetat, quid exhorreat, quo inuitetur numine, uel cogatur, unde magicæ artes earumq; artifices extiterunt. Maxime autem possident corda mortalium, quæ potissimum possessione gloriantur, cum se transfigurant in angelos lucis. Sunt ergo facta eorum plurima, quæ quanto magis mirabilia confitemur, tanto cautius uitare debemus. Sed hæc unde nunc agimus, nobis etiam ipsa proficiunt. Si enim hæc immundi demones possunt, quanto potentiores sancti angeli, quanto potentior his omnibus deus, qui tantorum miraculorum effectores etiam ipsos angelos fecit? Quamobrem si tot & tanta tamq; mirifica, quæ mechanemata appellant, dei creatura uentibus humanis artibus fiunt, ut ea qui nesciunt opinentur esse diuina. Vnde factum est, ut in quodã templo lapidibus magnetibus in solo & in camera proportione magnitudinis positis simulachrum ferreum aeris illius, medio inter utrumq; lapidem ignorantibus, quid sursum esset ac deorsum, quasi numinis potestate penderet, quale aliquid etiam in illa lucerna Veneris de lapide Asbesto ab artifice fieri potuisse iam diximus, si magorum opera, quos nostra scriptura ueneficos & incantatores uocat, intantum demones extollere potuerunt, ut cõgrue sensibus hominum, sibi nobilis Poëta uideretur, de quadam fœmina, quæ tali arte polleret dicens.

Eneid. 4. Hæc se carminibus promittit soluere mentes,
Quas uelit, ast alijs duras immittere curas,
Sistere aquam fluuijs, & uertere sidera retro,
Nocturnosq; ciet manes, mugire uidebis,
Sub pedibus terram, & descendere montibus ornos,
Quanto magis deus potens est facere, quæ infidelibus sunt incredibilia, sed illius facilia potestati, quandoquidẽ ipse lapidum aliarumq; uim rerum & hominum ingenia, qui ea miris utuntur modis, angelicas q; naturas omnibus terrenis potentiores animantibus condidit uniuersa mirabilia, mirabili uincente uirtute, & operandi, iubendi, sinendiq; sapientia, utens omnibus tam mirabiliter quam creauit?

Demones potissimum gloriantur, cum possident mortalium corda

De mirabili quodam templo.

Cap. VIII. Eodem libro.

De mirabili quodam portento ex Varrõe

Est in Marci Varronis libris, quorũ inscriptio est de gente populi Romani, quòd eisdem uerbis, quibus ibi legitur, & hic ponam, In cœlo inquit mirabile extitit portentum, Nam stellam Veneris nobilissimam, Plautus uesperugnem, Homerus hesperon appellat pulcherrimam dicens, Castor scribit tantũ portentum extitisse, ut mutaret colorem, magnitudinem, figuram, cursum, quòd factum ita neq; antea neq; postea sit. Sic hoc factũ Ogygo rege dicebãt Adrastus Cyzicenus, et Dion Neapolites Mathematici nobiles. Hoc certe Varro tantus auctor portentum non appellaret, nisi esse contra naturam uideretur. Omnia quippe portenta contra naturam dicimus esse, sed non sunt. Quomodo est enim contra naturam, quod dei fit uoluntate, cum uoluntas tanti utiq; conditoris conditæ rei cuiusq; natura sit? Portentum ergo fit non contra naturam, sed contra quã est nota natura. Quis autem portentorum numerat multitudinem, quæ historiæ gentium continentur? Sed nunc in hoc uno attendamus, quod ad rem de qua agimus pertinet, Quid ita dispositum est, ab auctore naturæ cœli & terræ, quemadmodum cursus ordinatissimus siderũ? Quid tam ratis legibus fixisq; firmatum? Et tamẽ quãdo ille uoluit, qui summo regit imperio ac potestate, qd̃ condidit, stella præ cærecis magnitudine, ac splendore notissima, colorem, magnitudinem, figuram, & qd̃ est mirabilius, sui cursus ordinem legemq; mutauit. Turbauit profecto tunc, si ulli iam fuerunt, qui canones astrologorum, quos uelut inerrabili computatione de præteritis ac futuris astrorũ motibus conscriptos habent, quos canones sequendo ausi sunt dicere, hoc quod de lucifero cõtigit, nec antea, nec postea contigisse &c.

Quod dei fit uoluntate, non est contra naturam.

Ibidem in fine.

Sicut ergo nõ fuit impossibile deo quas uoluit instituere, sic ei nõ est impossibile in quicquid uoluerit, quas instituit mutare naturas. Vnde illorũ quoq; miraculorũ multitudo silescit, quæ mõstra, portenta, prodigia, nũcupantur. Quæ recolere ac cõmemorare si uelim, huius operis quis erit finis? Monstra sane dicta putant à monstrando, qd̃ aliqd significãdo demõstrent, & ostenta ab ostendendo, & portenta à portendendo. i. præostendẽdo, & pdigia qd̃ porro dicãt, id est, futura prædicant. Sed uiderit eorũ cõiectores, quomodo ex eis siue fallãtur siue instinctu spirituũ (quibus cure est tali pœna dignos animos hominũ, noxiæ curiositatis retibus implicare) etiam uera prædicãt, siue multa dicendo, aliqñ in aliquid ueritatis incurrãt. Nobis tamen ista quæ uelut cõtra naturam fiunt, & cõtra naturã fieri dicũtur, quo more hominũ locutus est Apostolus dicendo, cõtra naturã in olea insitũ oleastrũ, factũ esse pticipẽ pinguedinis oleæ, et mõstra, portenta, ostenta, pdigia, nũcupantur hoc monstrare dicitur, hoc ostendere uel præostendere, hoc prædicere, qd̃ facturus sit deus, quæ de corpibus hominũ se prænunciauit esse facturum, Nulla impediente difficultate, nulla præscribente lege naturæ &c.

Deo impossibile, nõ est creaturam, quam condidit etiam mutare.

Differunt Portenta Ostenta Monstra Prodigia.

Roman. 11

Libro XXII. Cap. VIII.

Cur inquiunt nunc miracula quæ dicuntur facta esse nõ fiũt? Possent qdẽ dicere necessaria fuisse priusq; crederet mũdus, ad hoc ut crederet mũdus. Quisquis ad huc pdigia, ut credat inquirit, magnũ est ipse pdigiũ, qui mũdo credente nõ credit. Verũ hoc ideo dicũt, ut nec tũc illa miracula facta fuisse credãtur. Vnde ergo tãta fide Christus usq; quaq; cantatur in cœlũ, cũ carne sublatus? Vnde tempibus eruditis, & omne quod fieri nõ potest respuentibus, sine ullis miraculis nimium mirabiliter incredibilia credidit mundus? An forte credibilia fuisse, & ideo credita esse dicturi sunt? Cur ergo ipsi non

De miraculis quæ ut mundus ñ Christũ crederet facta sunt, & ficri mundo credente non desinunt,

credunt? Breuis est igitur nostra complexio. Aut in credibili rei, quæ non uidebatur alia incredibilia, quæ tñ fiebant & uidebãtur, fœcerunt fidẽ, aut certe ita credibilis ut nullis qbus pſuaderetur miraculis indigeret, iſtorũ niminam redarguit infidelitatem? Hoc ad refellendos uaniſſimos dixerim, Nam facta eſſe multa miracula, quæ atteſtarentur illi uni grandi ſalubriq; miraculo, quo Chriſtus in cœlũ cũ carne qua reſurrexit aſcendit, negare nõ poſſumus. In eiſdẽ quippe ueraciſſimis libris, cũcta cõſcripta ſunt, & quæ facta ſunt, et ꝓpter quód credendũ facta ſunt. Hæc ut fidẽ facerẽt innotuerũt, hæc p fidẽ quã fœcerunt multo clarius innoteſcũt. Legũtur quippe in populis ut credantur, nec in populis tamen, niſi credita legerẽtur. Nam etiã nũc fiunt miracula in eius nomine, ſiue per ſacramenta eius ſiue per orationes, uel memorias ſanctorũ eius, ſed non eadem claritate illuſtrãtur, ut tanta quãta illa, gloriã diffamentur, Canon quippe ſacrarũ literarũ. quem diffamatũ eſſe oportebat, illa facit ubiq; recitari, & memoriæ cũctorũ inherere populorũ, hæc autẽ ubicũq; fiunt ibi ſciuntur, uix à tota ipſa ciuitate uel quocũq; cõmanentũ loco. Nam pleriq; etiã ipſi pauciſſimi ſciunt, ignorantibus cæteris maxime ſi magna ſit ciuitas, & qñ alibi alijſq; narrantur, nõ tanta ea cõmendat auctoritas, ut ſine difficultate, uel dubitatione credantur, quàmuis Chriſtianis fidelibus, à fidelibus indicentur.

Ad Voluſianum, Epiſtola. III.

Nam & de magorũ miraculis, utrũ etiam mortuos ſuſcitauerint, illi uiderint, qui et Apuleiũ ſe cõtra magicarũ artũ crimina copioſiſſime defendentẽ, conantur non accuſando, ſed laudãdo conuincere. Nos legimus magos Aegyptiorum arãũ iſtarũ peritiſſimos, à Moſe famulo dei ſuiſſe ſuperatos, cum illi quædam mira nephandis artibus agerent, ille deo ſuppliciter inuocato, machinamenta eorum cuncta ſubuerteret &c.

Magi nephandis artibus mira facientes ꝑ Moſen ſuperati, Exo. 7.

DE ANIMA ET EIVS IMMORTALITATE.

De Origine animæ ad Hieronimum, Cap. II. Libro I.

Quæſtio de anima multos mouet, in quibus & me eſſe confiteor. Nam quòd de anima firmiſſime teneã non tacebo. Deinde ſubiungam, quid mihi adhuc expediri uelim, Anima hominis immortalis eſt, ſecundum quendam modũ ſuũ, Non enim omnino ſicut deus, de quo dictum eſt, quia ſolus habet immortalitatẽ. Nam de animæ mortibus ſacra ſcriptura multa cõmemorat. Vnde illud eſt, Sine mortuos ſepelire mortuos ſuos. Sed qd' ita moritur alienata à uita dei, ut tñ in natura ſua uiuere non omnino deſiſtat, ita mortalis ex aliqua cauſſa inuenitur, ut etiam immortalis non ſine ratione dicatur, Non eſt ps dei anima. Si enim hoc eſſet, omnino incõmutabilis atq; incorruptibilis eſſet. Quòd ſi eſſet nec deficeret in deterius, nec proficeret in melius, nec aliquid in ſemetipſa uel inciperet habere, quód non habebat, uel deſineret habere, qd' habebat quantum ad eius ipſius affectiones pertinet. Quòd uero aliter ſe habeat, non opus eſt extrinſecus teſtimonio, quiſquis ſe ipſum aduertit agnoſcit &c.

Anima & mortalis & immortalis dicitur. 1. Timo. 6.

Luce. 7

Cap. III. Ibidem.

Incorpoream quoq; eſſe animam, & ſi difficilæ tardioribus perſuaderi poteſt, mihi tñ fateor eſſe pſuaſum, Sed ne uerbi controuerſiã, uel ſuperfluo faciã, uel merito patiar, quoniã cum de re conſtat, non eſt opus certare de nomine, ſi corpus eſt omnis ſubſtantia, uel eſſentia, uel ſi quid aptius nuncupatur, id qd' aliquo modo eſt in ſe ipſo, corpus eſt anima. Item ſi eam ſolã incorpeã placet appellare naturã, quæ ſumme incõmutabilis, & ubiq; tota eſt, corpus eſt anima, quõ tale aliquid ipſa nõ eſt. Porro ſi corpus non eſt, niſi qd' per loci ſpaciũ aliqua lõgitudine latitudine, altitudine ita ſiſtitur uel mouetur, ut maiore ſui parte maiorẽ locũ occupet, & breuiore breuiorẽ, minusq; ſit in parte, quàm in toto, nõ eſt corpus anima, p totũ quippe corpus, qd' animat nõ locali diffuſione, ſed quadã uitali intentione porrigitur. Nã p omnes eius particulas tota ſimul adeſt, nec minor in minoribus, & in maioribus maior, Sed alicubi intenſius, alicubi remiſſius & in omnibus tota, & in ſingulis tota eſt, Neq; enim aliter, qd' in corpore etiã nõ tota ſentit, tamẽ tota ſentit.

Anima in corpea eſt.

In fine eiuſdem capitis.

Quapropter ſi anima corpus eſſe dicenda eſt, nõ eſt certe corpus quale terrenũ eſt, nec quale humidum, aut aëreum aut æthereũ, Omnia quippe talia maiora ſunt, in maioribus locis, & minora in minoribus, & nihil eorum in aliqua ſui ꝑte totũ adeſt, ſed ut ſunt partes locorum, ita occupantur ꝑtibus corporũ. Vnde intelligitur anima, ſiue corpus, ſiue incorpea dicenda ſit, propriam quãdam habere naturã, omnibus his mundanæ molis elementis excellentiore ſubſtãtia creatã, quæ ueraciter nõ poſſit in aliqua phãtaſia corpalũ imagnũ quas p carnis ſenſus ꝓcipimus cogitari, ſed mente intelligi, uitaq; ſentiri.

Anima nõ eſt corpus.

Cap. IIII. Eodem libro.

Certus etiã ſum animã nulla dei culpa, nulla dei neceſſitate, uel ſua, ſed propria uoluntate in peccatum eſſe collapſam, nec liberari poſſe de corpe mortis huius, uel ſuæ uoluntatis uirtute, tanq̃ ſi ibi ad hoc ſufficiente, uel ipſius corpis morte, ſed gratia dei per Ieſum Chriſtũ dominũ noſtrũ, nec omnino eſſe animam ullã in genere humano, cui non ſit neceſſarius ad liberationem mediator dei, & hominum homo Chriſtus Ieſus &c.

Anima ſpõte ſua ſeipſa per Chriſtũ liberatur. Roman. 7.

1. Corin. 2.

Cap. VII.

Proinde ne longum faciamus, hoc certe ſemis, quod ſingulas animas, ſingulis naſcentibus etiam modo deus faciat, cui ſententiæ ne obiciatur, quod omnes creaturas, ſexto conſumauerit die deus, & ſeptimo die, requieuerit adhibes teſtimonium ex euangelio, Pater meus uſq; nunc operatur, et ego opcror. Sic enim ad Marcellinum ſcripſiſti &c.

Singulas animas, ſingulis naſcẽtibus etiam modo deus faciat. Gene. 2 Ioann. 5

Cap.

Cap. X.

Genes, 1. *Iam enim sexto die fecerat hominem ad imaginem suam deus, quòd utiq; secundum animam rationalem fœcisse intelligitur, hoc & nunc facit, non instituendo quòd non erat, sed multiplicando quòd erat &c.*

Cap. XI.

Quare cito moriturus deus creet animas. *Nam quòd dicitur quare facit animas eis, quos nouit cito morituros? possumus respõdere, parcentum hinc uel peccata conuinci, uel flagellari.*

Libro II. contra Iulianum, L.

Platonis de animab opinio. *Audi ergo quid dicat in libro de philosophia Ambrosius contra Platonem philosophũ, qui hominũ animas reuolui in bestias asseuerat, & animarũ tantummodo deũ opinatur auctorem, corpora autẽ dijs minoribus faciẽda decernit. Ergo sanctus Ambrosius, Miror inquit tantũ philosophũ, quomodo animam, cui potestatem cõferendæ mortalitatis attribuit, in noctuis includat aut ranulis, feritate quoq; induat bestiarum, cũ in Timeo eam dei opus esse memorauerit, inter immortalia à deo facta, corpus autem non uideri opus summi dei asserit, quia natura carnis humanæ nihil à natura corporis bestialis differt. Si ergo digna est, quæ dei opus esse credatur, quomodo indigna est, quæ dei opere uestiatur? Ecce non solum animam, quòd & illi dicunt uerumetiã corpus quòd illi negant cõtra Platonicos dei opus esse defendit Ambrosius.*

Animã & corpus dei esse opus.

Post pauca in eodem libro.

Anima princeps et domina carnis. Psalm. 55. 1 Corin, 9. *Itemq; idem ipse in libro de sacramento regenerationis, Quis igitur est inquit qui carne utitur ad opandum, nisi anima? Ergo princeps et domina carnis naturaliter anima est, quæ domare carnem debet & regere. Ideoq; spiritus sancti fulta præsidio, dicit in psalmo, non timebo quid faciat mihi caro. Ipsa eadem dicit in Paulo, Sed castigo corpus meum, et seruituti redigo. Castigat ergo Paulus, quòd ipsius est, non quòd ipse est. Castigat quod ipsius est, ut mortem in se lasciuiæ corpalis iustus opetur.*

Quæstionum ueteris & nouitestamenti, Quæst, XXXII.

An ex traduce sint animæ, sicut et corpore. *Inhonestum puto si dicantur animæ cum corpibus generari, ut anima nascatur ex anima, quòd nec animæ ipsi competit, aut si certe singulæ cœlestes potestates factæ sũt et ex ipsis cæteræ natæ sũt, potest ex una Adæ anima credibile uideri cæteros nasci. Sed nõ conuenit, quia soli deo hoc possibile fuit, ut simplex generaret, nec cæteris concederetur &c.*

Post pauca ibidem.

Exo. 21. Animã formato corpori dari. *Si quis percusserit mulierem in utero habentẽ, et abortiuerit, si formatũ fuerit, det animã pro anima, si autẽ informatum fuerit, mulctetur pecunia, ut probaret non esse animam ante formam. Itaq; si iam formato corpe datur, non in cõceptu corpis nascitur cũ semine deriuata, Nam si cũ semine et anima existit, ex anima multæ animæ quotidie pereunt, cũ semẽ fluxu quodã nõ perficit natiuitati.*

Libro III. contra maximinum, Cap. XII.

Immortalitatem autẽ deus habere dicitur solus, quia est immutabilis solus. In omni enim mutabili natura non nulla mors est ipsa mutatio, quia facit aliquid in ea nõ esse quòd erat. Proinde & ipsa anima humana, quæ propterea dicitur immortalis, quoniã qualitercũq; secũdum modum suum nunq̃ desinit uiuere, habet tamen pro ipso suo modo, quandam mortem suam, quia si iuste uiuebat et peccat moritur iustitiæ, Si peccatrix erat & iustificatur moritur peccato, ut alias eius mutationes taceam, de quibus longũ est disputare.

De animæ immortalitate et mortalitate.

De uera innocentia. Cap, LXXIIII.

Anima in ordinata. *Anima rationalis superioribus interiora præponens nõ potest regere qd' regebat, qa regi uoluit à quo regebatur.*

Cap. CXCIIII. Ibidem.

De ãnima rationali. *Rationalis anima est dña corporis sui, quæ inferiori non bene imperabit, nisi superiori se deo tota charitatis subiectione seruierit,*

Cap. CCLXXXII. Eodem libro.

Anima quę supra sunt debet sapę. *Anima rationalis in ea debet regi quæ spiritaliũ natura maxime excellunt, & quæ sursum sunt sapiunt, nõ quæ super terram.*

Lib, II, de trinitate. Cap. VIII,

Anima per verbum dei factã esse, Iohannis, 1 *Anima quippe cum sit substantia spiritalis cunq; etiã ipsa facta sit, nec per alium potuerit fieri, nisi per quem facta sunt omnia, & sine quo factum est nihil, quãuis sit mutabilis, non est tamen uisibilis, qd' illi quidã de uerbo ipso, atq; ipsa sapiẽtia dei, per quam facta est anima, crediderunt, cum sit illa non inuisibilis tantum, quòd et anima est, sed etiam in cõmutabilis, quod anima non est.*

Libro, VI, Cap, VI,

Anima quæ re simplicior corpore *Creatura spiritalis sicut est anima, est quidem in corporis compatione simplicior, sine corpis autem compatione multiplex est, etiam ipsa nõ simplex, Nã ideo simplitior est corpe, quia nõ mole diffunditur p spaciũ loci, sed in unoquoq; corpe, & in uno toto tota est, & in qualibet parte eius tota est. Et ideo cum sit aliquid in quauis exigua pticula corpis, qd' sentiat anima, quãuis nõ fiat in toto corpe, illa tamen tota sentit, quia totã nõ latet. Sed tamen etiã in anima cum aliud sit artificiosum esse, aliud inertem, aliud acutum, aliud memorem, aliud cupiditas, aliud timor, aliud letitia, aliud tristitia, possintq; et alia sine alijs, & alia magis, alia minus innumerabilia et innumeradiliter in animæ natura inueniri, manifestum est, non simplicem, sed multiplicem esse naturam, Nihil enim simplex mutabile est, omnis autem creatura mutabilis &c.*

Libro XIII, Cap, VIII, & IX,

Iohannis, 3 *Nullo modo igitur esse poterit, uita ueraciter beata, nisi fuerit sempiterna. Hanc utrum capiat humana natura, quam tamen desiderabilẽ cõfitetur, nõ parua quæstio est. Sed si fides assit, quæ inest eis quibus dedit potestatem Iesus filios dei fieri, nulla quæstio est. Humanis quippe argumentationibus, hæc inuenire conantes, uix pauci magno præditi ingenio, abũdãtes ocio doctrinisq; subtilissimis*

Pauciſſimi & idem eruditiſſimi animæ immortalitatē, ad indagandā peruenire potuerunt.

ſubtiliſſimis eruditi, ad indagandam ſolius animæ immortalitatē puenire potuerunt, cui tñ animæ beatā uitā, non inuenerunt ſtabilē, id eſt, ueram, ad miſerias eam quippe uitæ huius, etiam poſt beatitudinem redire dixerunt.

Libro XIIII. Cap. III.

In anima optimum quod ad dei imaginem creata.

Abſit autē, ut cū anime natura, ſit immortalis, nec ab initio quo creata eſt, unq̄ deinceps eſſe deſiſtat, id quo nihil melius habet non cum eius immortalitate perduret. Quid uero melius in eius natura creatum eſt, quā qđ ad ſui creatoris imaginem facta eſt? Non igitur in fidei retentione, contemplatione, dilectione, quæ non erit ſemper ſed in eo, quòd ſemper erit inuenienda eſt, quam dici oporteat imaginem dei.

Libro VI. De geneſi ad literam, Cap. XXIX.

Quæſtio de anima ualde difficilis.

Sequitur enim quæſtio de anima ualde difficilis, in qua multi laborauerunt, nobiſq̄; ut laboremus reliquerunt. Siue enim, quia nō omniū omnia legere potui, qui de hac re ſecundū ſcripturarū ueritatē ad aliquid liquidū minimeq̄; dubiū puenire potuerunt, ſiue quia tanta quæſtio eſt ut etiā qui eā ueraciter ſoluūt, nō facile intelligantur à talibus, qualis ipſe ſum, fateor adhuc neminē mihi perſuaſiſſe, qđ ſic habeā de anima, ut nihil amplius quærēdū putē utrū nūc certū aliquid inuenturus ſim, et definiturus ignoro. Quòd autem potuero, ſi conatum meum dominus adiuuerit, ſequenti uolumine explicare conabor.

Libro VII. De geneſi ad literam, Cap. I.

De anima nemo niſi diuinitus adiutus recte loquitur.

Et finxit deus hominem puluerē de terra, et flauit in faciem eius flatū uitæ, et factus eſt homo in animā uiuentem. Hæc uerba ſcripturæ nobis, et in principio ſuperioris libri cōſiderāda ꝓpoſuimus, et de ipſo homine facto maximeq̄; de eius corpe, quantū ſatis diximus, qđ ſecūdū ſcripturas uiſum eſt diſſeruimus. Sed quia de anima humana nō pua quæſtio eſt, ad hunc eam librum differē dā putauimus, neſcientes quātū nos dominus adiuturus eſſet, recte loqui cupidos, illud tamen ſcientes, niſi quantum ipſe adiuuaret, recte nō eſſe locuturos. Recte eſt autem ueraciter atq̄; congruenter. Nihil audacter refellendo, nihil temere affirmando, dum adhuc dubium eſt, uerum falſum ue ſit, ſiue fidei, ſiue ſcientiæ Chriſtianæ, quòd aut doceri poteſt, uel rerū ratione apertiſſima, uel ſcripturarum auctoritate certiſſima, ſine cunctatione aſſerendo. Ac primū illud uideamus, qđ ſcriptum eſt flauit, uel ſufflauit in faciem eius flatū uitæ. Nonnulli enim codices habent, ſpirauit uel inſpirauit in faciem eius, ſed cum Græci habeāt ἐνεφύσησεν nō dubitatur flauit, uel ſuflauit eſſe dicendū. Quærebamus autē in ſupiori ſermone de māibus dei, cū homo de limo formatus cogitaretur, Quid ergo nūc dicendū eſt in eo, qđ ſcriptū eſt, ſufflauit deus, niſi qa ſicut nō manibus corpeis finxit, ita nec faucibus labijsq̄; ſufflauit? Verūtamē hoc uerbo ſcriptura in quæſtiōe difficillima plurimū, nos quantū opinor adiuuat.

Cap. II.

Nam cū quidā ex hoc uerbo crediderint, aliquid eſſe animā de ipſa ſubſtantia dei. i. eiuſdem naturæ, cuius ille eſt, hoc ideo putantes, quia cū homo ſufflat, aliqd de ſe ipſo eijcit in flatu, hinc potius admonendi ſumus, hanc inimicam fidei catholicæ reprobare ſententiā. Nos enim credimus dei naturam, atq̄; ſubſtantiā, quæ in trinitate creditur à multis intelligitur à paucis omnino eſſe in cōmutabilē, Porro autē animæ naturam, uel in deterius, uel in melius cōmutari poſſe quis ambigit? Ac ꝓ hoc ſacrilega eſt opinio eam, & deū credere, unius eſſe ſubſtātiæ, Quid enim hoc modo aliud, quam et ille cōmutabilis creditur? Credendū itaq̄; eſt atq̄; intelligendū, neq̄; ullo modo dubitandū, quòd recta fides habet, animā ſic eſſe à deo tāq̄ rem quàm fecerit, non tanq̄ de natura cuius eſt ipſe, ſiue genuerit, ſiue quoquo modo protulerit.

Anima nō eſt de ſubſtantia dei.

Cap. III.

Deus ſufflando fecit animam in homine. Geneſis. 2.

Poſſemus quidē dicere, nec ipſum dei flatū eſſe animam hominis, ſed deū ſufflando fœciſſe animā in homine. Sed ne putentur meliora, quæ fœcit uerbo, quā quòd fœcit flatu, quia et in nobis melius eſt uerbū, quàm flatus nihil eſt interim, ſecundum ſupra dictam rationem, cur animā ipſam dei flatum dicere dubitemus, dū intelligatur nō eſſe dei natura atq̄; ſubſtantia, Sed hoc ipſum eſſe ſufflare, qđ eſt flatū facere, hoc eſt animā facere, cui ſententiæ cōgruit, qđ per Eſaiam dicit deus, ſpiritus enī à me ꝓcedet, & flatū omnem ego fœci. Nam nō quemlibet flatū corpeum dicere ſequentia docent. Cū enim dixiſſet omnem flatū ego fœci, et ꝓpter peccatum inquit puſillum quid contriſtaui eum, & pcuſſi eum. Quid ergo dicit flatum niſi animam, quæ propter peccatū pcuſſa & contriſtata eſt? Quid igitur eſt, Omnem flatum ego fœci, niſi omnem animam ego fœci?

Eſaie. 57.

Cap. IIII. Eodem libro.

De nec de ſe, nec de corporeis elementis fœciſſe animā credendum.

Si ergo deū diceremus tanq̄ corpei huius mūdi animā, cui mundus ipſe eſſet tanq̄ corpus ipſius animantis, Recte nō diceremus eum ſufflando fœciſſe animā hominis niſi corpeam de iſto aere ſubiacente ſibi ex corpe ſuo nō tū qđ fœciſſet dediſſetq̄; ſufflando, de ſe ipſo dediſſe putare deberemus, ſed ita de ſibi ſubiecto aere corpis ſui, ſicut anima de huiusmodi re ſumitur adiacēte, hoc eſt de corpe, nō de ſe ipſa flatū facit: Nunc uero quia nō tantummodo mundi corpus deo eſſe ſubditum dicimus, ſed illum eſſe ſupra omnem creaturā, ſiue corpalem, ſiue ſpiritalem, nec de ſe ipſo, nec de corporeis elementis, credendus eſt animem fœciſſe ſufflando.

Cap. IX.

Traſlationem animæ fieri a pecore in hominē non credendum.

Deinde cauendū eſt, ne quædam tranſlatio anime fieri à pecore in hominē poſſe fieri credatur, qđ ueritati fideiq̄; catholicæ omnino contrariū eſt, ſi conceſſerimus irrationalem animam, ueluti materiā ſubiacere, unde rationalis anima fiat. Sic enim fiet, ut ſi hæc in melius cōmutata fuerit hominis, Illa quoq̄; in deterius cōmutata ſit pecoris. De quo ludibrio quorundam philoſophorū etiam eorum poſteri erubuerunt, nec eos hoc ſenſiſſe, ſed non recte intellectos eſſe dixerunt. Et credo ita eſſe, ueluæ

esse, Velut si quisq; etiam de scripturis nostris, hoc sentiat
Psalm. 48. ubi dictum est: Homo in honore positus, non intellexit comparatus est iumentis insipientibus, & similis factus est illis. Aut ibi item legitur: Ne tradideris domine bestijs animam confitentem tibi.
Psalm. 73. Neq; enim, non omnes heretici scripturas catholicas legunt, nec ob aliud, sunt heretici, nisi qđ eas non recte intelligentes, suas falsas opiniones contra earum ueritatē peruicaciter asserunt. Sed quoquo modo se habeat, uel non habeat opinio philosophorum de reuolutionibus animarū. Catholicæ tamen fidei, non conuenit credere animas pecorum in homines aut hominum in pecora transmigrare.

Cap. X.

Post mortē uitæ genere homines pecoribus similes non fieri, sed in hac uita.

Fieri sane homines uitæ genere pecoribus similes, & ipsæ res humanæ clamant, & scripturæ testantur, unde est illud, quòd cōmemoraui, homo in honore positus, nō intellexit, Comparatus est iumentis insensatis, et similis factus est eis: Sed in hac uita utiq;, non post mortē. Pro-
Psalm. 48. inde uel talibus bestijs nolebat in potestatem dari animā
Psalm. 73. suā, qui dicebat. Ne tradideris bestijs animā cōfitentē tibi
Matthei, 7 & 25. quales cauendos dñus significat, ubi dicit eos indutos uestitu ouiū, intus autem esse lupos rapaces, uel ipsi diabolo
Psalm. 90. & angelis eius: Nam & ille dictus est, & leo & traco. Quid enim afferunt argumenta philosophi, qui putant animas hominū in pecora, uel pecorū in homines, post mortem posse transferri? Hoc certe, quòd morū similitudo ad id trahat, uelut auaros in formicas, rapaces in miluos, seuos ac supbos in leones, sectatores immūdæ uoluptatis in sues, & si qua similia. Hoc quippe asserunt, nec attendunt p hanc rationem nullo modo fieri posse, ut pecoris anima post mortem in hominē transferatur, Nullo modo enim pecus similior erit homini quā porco, & cum mansuescunt leones, canibus uel etiā ouibus fiunt similiores quā hominibus. Cū igitur à pecorū moribus pecora nō recedunt, & quæ aliquantulū cæteris dissimilia fiunt, similiora sunt, tū suo generi quā humano, longeq; plus ab hominibus, quā à pecoribus differūt. Nūq; erunt hominū animæ istæ, si ea quæ similiora sint trahūt. Si autem hoc argumentū falsum est, quomodo erit illa uera opinio? quādo qdē nihil aliud afferunt, quo etiā si nō uera, saltem ueri similis habeatur. Vnde proclíuius, & ipse crediderim, quòd etiam eorū posteri sectatores, illos homines, qui hoc primitus in suis libris posuerunt, in hac uita potius intelligi uoluisse, quadam peruersitate morum ac turpitudine homines pecorum fieri similes, ac sic qđammodo in pecora cōmutari, ut hoc de decore obiecto, eos à cupiditatum prauitate reuocarent.

Eodem libro, Cap. XI.

Nā illa quæ feruntur accidisse, ut qdā quasi recordarentur, qđ in quorūdā animaliū corpibus fuerint, aut falsa narrātur, aut ludificationibus demonū, hoc in eorū animis factū est, si enim cōtingit in somnijs, ut fallaci memoria, quasi recordetur se homo fuisse, qđ nō fuit, aut esse, qđ nō est, qd mirū si quodā dei iusto occulto que iuditio, sinuntur demones in cordibus, etiā uigilantiū tale aliqd posse? Manichæi autē, qui se Christianos uel putāt uel putari uolūt, in hac opinione trāslationis, uel reuolutiōis animarū, eo sunt illis gentium philosophis, uel si qui alij uani homines, hoc putent, deteriores ac detestabiliores, qđ illi animæ naturā, à dei natura discernunt, Isti autē cū aliud nihil dicāt esse animā, quā ipsam dei substantiā, atq; id omnino qđ deus est, nō trepidāt eā tā turpiter cōmutabilē dicere ut nullū sit herbæ uel uermiculi genus ubi eā nō esse pmixtā, uel quo reuolui nō posse mirabili opinētur insania.

Manichęi dicunt animam esse dei substātiam.

Cap. XII.

Omne quippe corpus in omne corpus posse mutari, nō defuerūt qui assererēt. Corpus autē aliquod siue terrenū, siue cœleste, cōuerti in animā, fieriq; naturā in corpoream, nec quēq; sensisse scio, nec fides habet.

Corpus nō potest conuerti in animam.

Cap. XIII.

Deinde si non est contemnendum, quód medici non tantum dicunt, uerumetiam probare se affirmant, quāuis omnis caro terrenam soliditatē in prōptu gerat, habet tamen in se, & aeris aliqd, qđ in pulmonibus continetur, & à corde p uenas, quas arterias uocāt diffunditur. Et ignis non solum feruidam qualitatem, cuius sedes in iecore, & in cerebro est, uerumetiam luculentam, quam uelut eliquari ac subuolare ostendunt in excelsum cerebri locum, tanq; in cœlū corporis nostri, unde & radij emicant oculorum, & de cuius medio uelut centro quodam, non solū ad oculos, sed etiam ad sensus cæteros tenues fistulæ deducuntur, ad aures, scilicet, ad nares, ad palatum, propter audiendū olfaciendū atq; gustandū, ipsumq; tangendi sensum, qui per totum corpus est, ab eodem cerebro dirigi dicunt, per medullā ceruicis, & eam quæ continetur ossibus, quibus dorsi spina conseritur, ut inde se tenuissimi quidam riuuli, qui tangendo sensum faciunt, per cuncta membra diffundant.

Secundum medicos animā in omnibus sensibus incohoari subtilitate ignis.

Cap. XIIII.

Cum igitur his quasi nūciis accipiat anima, quicquid eam corpaliū non latet, ipsa uero usq; à deo aliud quiddam sit, ut cū uult intelligere, uel diuina, uel deū, uel omnino etiam se ipsam suasq; considerare uirtutes, ut aliquid ueri certiq; cōpræhendat, ab hac ipsorū quoq; oculorum, luce se auertat, eamq; ad hoc negotiū, non tantum nullo adiumento, uerumetiam nonnullo impedimento, esse sentiēs, se in obtutum mentis attollat, quomodo ex eo genere aliquid est, cum eiusdem generis summum non sit nisi lumen, quòd ex oculis emicat, quo illa non adiuuatur nisi ad corporeas formas coloresq; sentiendos, habetq; ipsa innumerabilia longe dissimilia cūcto generi corporum, quæ non nisi intellectu atq; ratione conspiciat, quo nullius carnis sensus aspirat.

Anima diuina deū & se ipsam ratione, & intellectu conspicit.

Cap. XV.

Quapropter nō est quidē humanæ animæ natura, nec de terra, nec de aqua, nec de aere, nec de igne quolibet sed tamen crassioris corporis sui materiam, hoc est humidam quandam terram, quæ in carnis uersa est qualitatē per subtiliorem

Naturā animæ nō de elementis esse, cū sit incorporea.

per subtiliorem naturam corporis administrat, id est, p lucem & aerem. Nullus enim sine his duobus, uel sensus in corpore est, uel ab anima spontaneus corporis motus. Sicut autem prius esse debet, nosse quàm facere, ita prius est sentire, quàm mouere. Anima ergo quoniam res est incorporea, corpus quòd incorporeo uicinum est, sicut est ignis, uel potius lux & aer, primitus agit. Et per hæc cætera, quæ crassiora sunt corporis, sicuti humor et terra, unde carnis corpulentia solidatur, quæ magis sunt ad patiendum subdita, quàm prædita ad faciendum,

Cap. XVI.

Factus homo in animam uiuam an de anima motabili, uel sensibili intelligi debeat,

Non mihi ergo uidetur dictum, factum est homo in animam uiuam, nisi quia sentire cœpit in corpore, quòd est animatæ uiuentisq; carnis certissimum inditium. Nam mouentur & arbusta, non tamen ui extrinsecus impellente, uelut cum uentis agitantur, sed illo motu, quo intrinsecus agitur, quicquid ad incrementum speciemq; arboris pertinet, quo ducitur succus in radicem, Vertitur in ea quibus constat herbæ natura, uel ligni, nihil enim horum, sine interno motu. Sed iste motus, non est spontaneus, qualis ille, qui sensui copulatur, ad corporis administrationem, sicut in omnium animalium, genere quã uocat scriptura animam uiuam. Nam & nobis, nisi inesset etiã ille motus, nec crescerent nostra corpora, nec ungues capillosq; producerẽt. Sed si hoc solum esset in nobis, sine sensu motuq; spontaneo, non diceretur homo factus in animam uiuam.

Cap. XIX.

Omnem creaturam corpoream anima naturæ dignitate præcellit,

Vnde ergo sit ipsa, id est, de qua uelut materiæ deus hunc flatum fœcerit, quæ anima dicitur dum quæritur, nihil corporeum debet occurrere. Sicut enim deus omnem creaturam, sic anima omnem corpoream creaturã, naturæ dignitate præcellit.

Cap. XXI.

Anima nõ est de natura quintæ essentiæ.

Quamobrem nec illud audiendum est, quòd quidam putauerunt, quintum quoddam esse corpus, unde fit anima, quòd nec Terra, nec Aqua sit, nec Aer, nec Ignis, Siue iste turbulentior, atq; terrenus, siue cœlestis purus & lucidus, sed nescio quid aliud, quòd careat usitato nomine sed tamen corpus sit. Si enim qui hoc sentiunt, hoc dicũt corpus quod & nos, id est, naturam quamlibet, longitudine, latitudine, altitudine, spacium loci occupantem, neq; hoc est anima, neq; facta inde credenda est. Quicquid enim tale est, ut multa non dicam, in quacunq; sui parte lineis diuidi, uel circumscribi potest. Quod anima si pateretur nullo modo nosse posset tales lineas, quæ per longum secari non queunt, quales in corpore non posse inueniri nihilominus nouit, nec ipsa sibi tale aliquid occurrit, cum se nescire non posset etiam quando se, ut agnoscat inquirit. Cum enim se quærit, nouit quod se quærat, quod nosse non posset, si se non nosset. Neq; enim aliunde se quærit, quàm à se ipsa &c.

Ibidem in fine.

Anima spiritus uitæ,

Quid sit autem, non dicitur melius, quam anima, uel spiritus uitæ. Ideo enim additur uitæ, quia & iste aer plerunq; dicitur spiritus, quamq; & animam eundẽ aerem appellauerunt, ut iam non possit inueniri nomen quo proprie distinguatur ista natura, quæ nec corpus, nec deus est, nec uita sine sensu, qualis potest credi in arboribus, nec uita sine rationali mente, qualis est in pecoribus, Sed uita nunc minor, quàm angelorum, & futura quòd angelorum, sic ex præcepto sui creatoris, hic uixerit. Vnde sit autem, id est, de qua uelut materia facta sit, uel de qua uelut perfecta beataq; natura defluxerit, uel utrum omnino ex nihilo facta sit etiam dubitatur, & quæritur. Illud tamen minime dubitandum est, & si aliquid antea à deo fuit, factum esse quod fuit, & eam nunc á deo factam, ut anima uiua sit, aut enim nihil fuit aut hoc quod est non fuit &c. Ioan. 3.

Cap. XXIII.

Anima nõ est angelorũ, nec cœli corporei, nec maris & terræ ita.

Durum est hoc, angeli aut angelorum, filiam dicere esse animam, sed multo durius cœli corporei, quanto magis ergo Maris & Terræ? Multo minus in aliqua corporali creatura, caussalis animæ ratio præcondita est. Cum faceret deus hominem ad imaginem suam, antèq; eũ suo tempore de limo formatum flatu animaret, si absurde creditur animam caussaliter in natura angelica condidisse &c.

Cap. XXIIII.

Anima iam à deo creata sit,

Illud ergo uideamus, utrum forsitan uerum esse posset, quod certe humanæ opinioni tolerabilius mihi uidetur deum in illis primis operibus quam simul omnia creauit, animam etiam humanam creasse, quàm suo tempore membris ex limo formati corporis inspiraret, cuius corporis in illis simul conditis rebus rationem creasset caussaliter, secundum quàm fieret, cũ faciendum esse corpus humanum. Nam neq; illud, quod dictum est, ad imaginem suam, nisi in anima, neq; illud quod dictum est, masculum & fœminam, nisi in corpore recte intelligimus Credatur ergo si nulla scripturarum auctoritas seu ueritatis ratio contradicit, hominem ita factum sexto die, ut corporis quidem humani ratio caussalis in elementis mundi, anima uero iam ipsa crearetur, sicut primitus cõditus est dies, & creata lateret in operibus dei, donec eã suo tempore sufflando, hoc est, inspirando formato ex limo corpori inferret,

Cap, XXVIII,

De anima quid sentiat Augustinus.

Nunc tamen de anima, quàm deus inspirauit homini sufflando in eius faciem, nihil confirmo, nisi quia ex deo sic est, ut non sit substantia dei, & sic incorporea, id est, non sit corpus, sed spiritus, non de substantia dei genitus nec de substantia dei procedens, sed factus à deo. Nec ita factus, ut in eius naturam, natura ulla corporis, uel irrationalis animæ uerteretur, ac per hoc de nihilo, & qđ sit immortalis, secundum quendam uitæ modum, quem nullo modo potest amittere, secundum quendam uero mutabilitatem, qua potest uel deterior, uel melior fieri, ut non immerito etiam possit mortalis intelligi, quoniam

ueram immortalitatem solus ille habet, de quo proprie dictum est: Qui solus habet immortalitatem.

Lib. X. Caput IIII.

Quod anima neq; in naturã corporis neq; animæ irrationalis neq; dei naturã conuerti possit.

Ac primum illud firmissimè teneamus, animæ naturã, nec in naturam corporis conuerti, ut quæ iam fuit anima fiat corpus, nec in naturam animæ irrationalis, ut quæ fuit anima hominis fiat pecoris, nec in naturam Dei, ut quæ fuit anima fiat quod est deus, atq; ita uicissim nec corpus nec animam irrationalem nec substantiam quæ Deus est, conuerti et fieri animam humanã. Illud etiam non minus certum esse debet animam non esse nisi creaturã Dei. Quapropter si neq; de corpore neq; de anima irrationali neq; de se ipso Deus animam hominis fecit. Restat ut aut de nihilo eam faciat, aut de aliqua spirituali, tamen rationali creatura. Sed de nihilo fieri aliquid consumatis operibus quibus creauit omnia simul uiolentum est uelle monstrare, et utrum perspicuis documentis obtineri possit ignoro. Nec exigendum est à nobis quod uel comprehendere homo non ualet, uel si iam ualeat, mirum si persuadere cuiq; potest nisi tali, qui etiam nullo homine docere conante potest etiam ipse tale aliquid intelligere. Tutius est igitur de huiusmodi rebus, non humanis agere coniecturis, sed diuina testimonia perscrutari.

Caput IX. eodem libro.

Spiritus ad Deum redit, quia dedit illum

Quemadmodum ergo caro non redit ad homines ex quibus creata est, sed ad terram unde primo homini formata est, ita & spiritus nõ redit ad homines, à qbus transfusus est, sed ad deũ à quo primæ illi carni datus est. Quo testimonio sane satis admonemur, ex nihilo Deum fecisse animam quam primo homini dedit, non ex aliqua iam facta creatura, sicut corpus ex terra, & ideo cum redit, non habet quo redeat, nisi ad auctorem qui eam dedit, non ad eam creaturam ex qua facta est, sicut corpus ad terram. Nulla est enim creatura ex qua facta est, quia ex nihilo facta est, ac per hoc ad factorem suum redit, quia redit à quo ex nihilo facta est. Non enim omnes redeunt, quoniã sunt de quibus dicitur: Spiritus ambulans & nõ reuertẽs.

Caput XXV.

Tertullianus et deũ & animam habere corpus scripsit.

Deniq; Tertullianus quia corpus esse animam credidit, non ob aliud nisi quod eam incorpoream cogitare nõ potuit, & ideo timuit ne nihil esset si corpus non esset, nec de Deo uoluit aliter sapere, qui sane quoniam acutus est, interdum contra opinionem suam uisa ueritate superatur. Quid enim uerius dicere potuit, quàm quod id quod ait quodam loco esse corporale passibile est? Debuit ergo mutare sentẽtiam qua paulo superius dixerat etiam Deum corpus esse. Neq; enim eum arbitror ita desipuisse, ut etiam Dei naturam passibilem crederet, ut iam nõ Christus in carne tantum, neq; in carne & anima, sed in ipso uerbo per quod facta sunt omnia, passibilis & commutabilis esse credatur, quod absit à corde Christiano.

De agone Christiano Cap. XII.

Anima deo subijcienda

Subijciamus animã Deo, si uolumus seruituti subijcere corpus nostrum, & de diabolo triumphare.

In Euangelium Ioannis Tractatu XIX.

Quemadmodum uita corporis anima, ita uita animæ Deus.

Cum uero anima se erigit ad aliquid quod ipsa non est, & quod supra ipsam est, & à quo ipsa est, percipit sapientiam, iustitiam, pietatem, sine quibus cum esset mortua erat, nec uitam habebat qua ipsa uiueret, sed qua corpus uiuificaret. Aliud est enim in anima unde corpus uiuificatur, aliud unde ipsa uiuificatur. Melius quippe est quàm corpus, sed melius quam ipsa est Deus. Est ergo ipsa etiã si sit insipiens, iniusta & impia uita corporis. Quia uero uita eius est Deus, quomodo cum ipsa est in corpore, præstat illi uigorem, decorem, mobilitatem, officia membrorum, sic cum uita eius deus in ipsa est, præstat illi sapientiam, pietatem, iustitiam, charitatem. Aliud est ergo quod præstatur corpori de anima, aliud quod præstatur animæ de Deo. Viuificat & uiuificatur. Veniente itaq; uerbo & infuso audientibus, factisq; illis non solum audiẽtibus, sed etiam obedientibus, resurget anima à morte sua ad uitam suam, hoc est, ab iniquitate, ab insipientia, ab impietate ad Deum suum, qui est illi sapientia, iustitia & charitas. Resurgat ad illum illuminetur ab illo.

Tractatu. XXIII.

Anima dei participatione beata fit.

Dominus Iesus insinuauit nobis animam humanam & mentem rationalem quæ inest homini, non inest pecori, non uegetari, non beatificari, non illuminari, nisi ab ipsa substantia Dei, eamq; animam facere aliquid per corpus & de corpore, atq; habere subiectum corpus, & per corporalia mulceri posse sensu corporis uel offendi, & propter hoc, id est, propter consortium quoddam animæ & corporis in hac uita atq; complexum, delectari animam lenitis, uel contristari offensis corporis sensibus, beatitudinẽ tamen eius qua fit beata ipsa anima, non fieri nisi participatione illius uitæ semper uiuæ, incommutabilis æternæq; substantiæ quæ deus est, ut quomodo anima quæ inferior deo est, id quod ipsa inferius est, hoc est corpus, facit uiuere, Sic eandem animam non facit beate uiuere, nisi q, ipsa anima est superius, superior anima quam corpus, & superior quàm anima deus. Anima ut præstat aliquid inferiori, præstatur illi à superiore. Seruiat domino suo, ne conculcetur à seruo suo. Hæc est fratres mei religio Christiana, quæ prædicatur per totum mundum horrentibus inimicis, & ubi uincuntur murmurantibus, ubi præualent seuientibus. Hæc est religio Christiana ut colatur unus Deus, non multi dij, quia non facit animam beatam nisi unus Deus. Participatione Dei fit beata, non participatione sanctæ animæ fit beata infirma anima nec participatione angeli fit beata sancta anima, sed si quæritur beata esse infirma anima, quærat unde beata sit sancta anima: nõ enim beatus efficeris ex angelo tu, sed unde angelus inde & tu. His promissis atq; firmissime constitutis, animam rationalem non beatificari, nisi à Deo, corpus uon uegetari nisi per animam, atq; esse quãdam medietatem inter deum & corpus & animam.

Post pauca ibidem.

Anima immortalis est

Immortalis esse dicitur anima, est quidem quia uiuit

semper anima, et est in illa quæda uita permanens, sed mutabilis uita. Secundū mutabilitatē uitæ huius & mortalis dici potest, quia si uiuebat sapienter & desipit, mortua est in deterius. Si uiuebat insipienter & sapit, mortua est in melius. Nam esse mortem in deterius, esse mortem in melius scriptura nos docet. Vtq; in deterius mortui erant de quibus dicitur: Sine mortuos sepeliant mortuos suos. Et: Exurge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Christus. Et de hac lectione quando mortui audient, & qui audierint uiuent, in deterius mortui erant, ideo reuiuiscunt. Reuiuiscendo moriamur in melius, quia & reuiuiscendo non erūt qui erant. Non esse autem quod erāt mors est. Et forte si in melius est non appellatur mors, appellauit autē illam mortem Apostolus. Si autem mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi, quid adhuc uelut uiuentes de hoc mundo decernitis. Et iterum: Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cū Christo in deo.

Mat. 8 Ephes. 5

De uerbis Apostoli sermo VII.

Aliqui dixerunt, quia animæ sursum in cœlo peccant, & secundum sua peccata ad corpora pro meritis dirigūntur, & dignis sibi quasi carceribus includuntur. Ierūt post cogitatiōes suas loqui uolentes de dei profundo, mersi sūt in profundum. Occurrit enim eis Apostolus, uolens gratiam cōmendare, et elegit illos geminos in utero Rebeccæ, & dicit: Nondum erant nati, nec quia aliquid egerint boni aut mali. Vide quemadmodū tulit uanis hominibus fantasias conuersationis animarum ante corpus in cœlo. Si enim ibi iam conuersatæ sunt, iam aliquid boni egerunt uel mali, & pro meritis suis ad corpora terrena directe sunt. Si placet contradicamus Apostolo qui dixit, nondū nati, nec quia aliquid egerint boni aut mali. Hoc autē quia propter Apostoli euidentem sententiam restruit catholica fides, quod animæ in cœlis prius uiuant & conuersentur, & illis recipiendorum corporum merita assumant, modo isti nouelli non audent dicere.

Conuersationem animarū ante corpus in cœlo nō esse

Sermo CXXXIX. de tempore.

Philosophi sæculi huius qui magni fuerunt & docti et cæteris meliores, animam humanam immortalem esse senserunt. Nec solum senserunt, sed quantis potuerunt argumentationibus defenderunt, & ipsas defensiones posteris conscriptas reliquerunt. Sunt libri, legūtur, Ideo istos philosophos dixi alijs fuisse meliores in comparatione eorum, quia fuerunt philosophi, qui dicerent homini cum mortuus fuerit, nullam uitam postea remanere.

Quidam philosophi animam immortalem esse dixerūt

Sermo CXLIII. de tempore.

Exeunt animæ malæ inquiunt quidam, et quia immūdæ sunt, continuo in alia corpora resoluantur. Exeūt animæ sapientium atq; iustorum, et quia bene uixerunt, uolant ad cœlum. Age bene, bene inueniſti illis locum, uolantes ad cœlum peruenerunt. Et quid ibi? ibi erunt inquiūt & requiescent cum dijs, sedes eorū erunt stellæ. Non malum habitaculū illis inueniſtis, uel ibi illas dimittite, nolite illas dejicere. Sed inquiūt: Post tempora lōga facta penitus obliuione ueterum miseriarū incipiūt uelle reuerti ad corpora, & delectabit eas uenire, & rursus ueniunt ad ista patienda, ad ista toleranda, ad obliuiscendum Deum, ad blasphemandum Deum, ad sequēdas corporis uoluptates, ad pugnas cōtra libidinem. Veniunt ad istas miserias, unde & quo? Dic mihi quare? Quia obliuiscuntur, obliuiscuntur & delectationem carnis, hoc solum mali sui meminerunt unde ruerunt. Veniūt. Quare? Quia delectat eos rursus in corporibus habitare. Vnde delectat eos? nisi per memoriā quia ibi aliquando habitauerūt. Dele totam memoriā, et forte residuam facies sapientiam. Nihil te remoseat quod reuocet. Et horruit quidam auctor ipsorum cui demonstrabatur, uel qui inducebat apud inferos demonstrantem patrem filio suo. Nostis enim prope omnes hæc, atq; utinā pauci nosceretis. Sed pauci nestis in libris, multi in theatris, quia Aeneas descendit ad inferos, & ostendit illi pater suus animas Romanorum magnorum uenturas in corpora, expauit ipse Aeneas & ait.

O pater an ne aliquos ad cœlum hinc ire putandum est,
Sublimes animas iterumq; ad tarda reuerti, corpora,
Semiendū ne est inquit qd' eant ad cœlū & iterū redeāt?
Quæ lucis miseris tam dira Cupido. Melius filius intelligebatur quàm pater exponebat. Reprehendit cupiditatē animarum rursus redire in corpora uolentium. Dixit diram cupiditatē, dixit eas miseras nec erubuit eas. Ad hoc philosophi perduxistis, ut purgentur animæ, perueniant ad summam munditiam, & per ipsam munditiam obliuiscantur omnia, & per obliuiones miseriarum redeant ad miserias corporum. Dicite obsecro: Nonne etiam hæc si uera essent inquam, quæ sine dubio falsa quia fœda sunt, nonne melius nescirentur?

Vir. 6. ene

Sermo CLXXXVI. de tempore.

Spiritus noster quo uiuit omnis homo anima uocatur spiritus noster quo uiuit singulus quisq; homo anima uocatur, & uidetis quid faciat anima in corpore. Omnia membra uegetat, per oculos uidet, per aures audit, per nares olfacit, per linguā loquitur, per manus operatur, p pedes ambulat, omnibus simul adest membris ut uiuam, uitam dat omnibus, officia singulis, Non audit oculus, non uidet auris, non uidet lingua, nec loquitur auris & oculus, sed tamen uiuit, uiuit auris, uiuit lingua, officia diuersa sunt uita communis.

Anima omnis uiuit hōmo.

Sermo CXCI. de tempore.

Animas à Deo dari credimus quas ab ipso factas dicimus, Anathematizantes eos qui animam quasi partem dei diuinæ dicunt esse substantiæ. Eorū quoq; condemnamus errorem, qui eas ante peccasse uel in cœlo conuersatas esse dicunt, quàm in corpora mitterentur.

In psalm. LXXXVIII.

In nulla ergo re tam uehemēter, tam pertinaciter, tam obnixe & contentiose contradicitur fidei Christianæ, sicut de carnis resurrectione. Nam & de animi immortalitate multi etiam philosophi gentium, multa disputauerūt, & immortalem esse animum humanum p'uribus & multiplicibus

Quidam Philosophi licet negauerint carnis resurrectionem, tamen animæ immortalitatem crediderunt

tiplicibus libris, conscriptum memoriæ reliquerunt. Cum uentum fuerit ad resurrectionem carnis, nõ titubant, sed apertißime contradicunt, et contradictio eorum talis est, ut dicant fieri non posse, ut caro ista terrena posßit in cœlum ascendere.

In psalm. CXLV.

Animæ laus.

Natura animæ præstantior est quam natura corporis excellit multum, res spiritualis est, res incorporea est, uicina est substantiæ dei, inuisibile quiddã est, regit corpus, mouet membra, dirigit sensus, præparat cogitationes, erigit actiones, capit rerum infinitarum imagines.

In psalm. CXLVI.

Animas humanas reuolui ad pecora uon credendum

Non nouit anima inuocare deum nisi sola rationalis, nec putetis sicut impij quidam dicunt reuolui animas humanas ad pecora, ad canes, ad porcos, ad coruos. Hoc à cordibus uestris excludite, & à fide uestra. Anima humana facta est ad imaginem Dei, non dabit imaginem suam cani & porco.

Ad Volusianum Epist. III.

De animæ immortalitate apud Græcos primus pherecides disputauit.

Quis nunc extremus idiota, uel quæ abiecta muliercula, non credit animæ immortalitatem, uitamq; post mortem futuram? Quod apud Græcos olim primus Pherecides Assyrius cum disputasset, Pithagoram somnium illius disputationis nouitate permotum, ex athleta in philosophum uertit.

Ad Euodium epistola XCIX.

Quæcunq; de anima opinio uera sit, quarum nulla temere affirmare adhuc audeo, nisi tantum illam repudiare, qua creduntur animæ pro meritis nescio quorum superiorum actuum suorum, singulæ in singula corpora tanqnã in carceres trudi.

Ad Optatum epistola CLVII.

Vtrum animæ ut corpora propagatione nascantur, sintq; ex illa una quæ primo homini creata est, an creator omnipotens qui utiq; usq; nunc operatur sine ulla propagatione nouas faciat singulas proprias. De qua re antequam aliquid admoneam sinceritatem tuam, scire uolo, in tam multis opusculis meis nũquam me fuisse ausum, de hac quæstione definitam proferre sententiam, & impudenter referretur in literas ad alios informandos, qd' apud me nõ fuerit explicatum. Quarum autem rerum atq; causarũ consideratione permouear, ut in neutram assertionẽ meus inclinetur assensus, sed adhuc inter utramq; disceptem, nimis longum est hac epistola exprimere. Nec tam necessarium, ut hoc omisso non posßit de hac quæstione quod satis est deputari, et si non auferendam cunctationem, certe adcauendam temeritatem. Vnde si origo animæ lateat, dum tamẽ redemptio clareat, periculum non est. Neq; enim in Christum credimus ut nascamur, sed ut renascamur quomodocunq; nati fuerimus. Hactenus autem dicimus sine periculo latere animæ originem, ut non tamen eam partem Dei esse credamus, sed creaturam, nec de Deo natam, Sed ab illo factam, atq; in eius genus adoptandum, mirabili dignatione gratiæ, non parili dignitate naturæ, nec eã

Periculum non esse & si animæ origo nobis ignota sit.

corpus eße sed spiritum, non creatorem utiq; sed creatum. Nec ideo uenisse in hoc corpus corruptibile quo grauatur quod illuc eam uitæ in cœlestibus uel quibuslibet alijs partibus mundi antea malæ gestæ meritis compulerunt. Nondum enim natos Apostolus, cum de Rebeccæ geminis loqueretur, nihil egisse dicit boni uel mali, ut non ex operibus, quibus nullis alter distinguebatur ab altero, sed ex uocante diceretur, minori seruiturum esse maiorem. Rom. 9

In eadem epistola.

Animarum omnium creator deus atq; factor.

Quis autem negat non unius tantum, sed omnis animæ creatorem deum atq; factorem, nisi qui eius eloquijs apertißime refragatur? Sine ulla quippe ambiguitate per Prophetam dicit: Omnem flatum ego fœci, animas uidelicet intelligi uolens, qd' uerba consequentia manifestant. Non itaq; unum, quem facto ex terra homini primo inspirauit, sed omnem flatum ipse fœcit, ipse adhuc facit. Queritur tamen utrum omnem flatum ex illo uno flatu, sicut omne corpus hominis ex uno illo corpore faciat, an uero noua quidem corpora faciat ex uno, animas autem nouas ex nihilo. Quis enim congrua suis originibus genera rerum etiam de seminibus facit, nisi qui ipsa semina sine seminibus fœcit? Sed ubi res naturaliter obscura nostrum modulum uincit, & aperte diuina scriptura non subuenit temere hinc aliquid definire humana coniectura præsumit. Secundum uitas autem quas proprias habere incipiunt, nouos homines dicimus nasci siue anima, siue corpore. At uero secundum originale peccatum ueteres nascũtur, ideo baptismate renouantur. Aliquid ergo certum de animæ origine nondum in scripturis canonicis comperi.

Nihil certi in sacra scriptura comperisse de animæ origine Augustin. dicit

In eadem epistola.

Tertulliani circã animas & Dei error peruersissimus

Nam & illi qui animas ex una propagari asserunt, quam Deus primo homini dedit, atq; ita eas ex parentibus trahi dicunt. Si Tertuliani opinionem sequuntur, profecto eas non spiritus, sed corpora esse contendunt, & corpulentis seminibus exoriri. Quo peruersius quid dici potest? Neq; hoc Tertullianum somniasse mirandum est, qui etiam ipsum creatorẽ deum non esse nisi corpus opinatur.

Lib. I. de ciuitate Dei. Caput XXII.

Theobrotus seipsum præcipitauit lecto Platõis de immortalitate animæ libro.

Si magno animo fieri putandum est, cum sibi homo ingerit mortem, ille potius Theobrotus in hac animæ magnitudine reperitur, quem ferunt lecto Platonis libro ubi de immortalitate animæ disputauit, se præcipitem dedisse de muro, atque ita ex hac uita emigrasse, ad eam quam credidit esse meliorem. Nihil enim urgebat, aut calamitatis aut criminis, seu uerum seu falsum, quod non ualendo ferre se auferret, sed ad capescendã morte, atq; ad huius uitæ suauia uincula rumpenda sola affuit animi magnitudo.

In libro de immortalitate animæ. Caput I.

Nemo sine disciplina recte ratiocinatur. Est enim recta ratiocinatio à certis ad incertorum indagationem nitens cogitatio, nihilq; certum est in animo quod ignorat. Omne autem quod scit animus in sese habet. Nec ullam

rem scientia complectitur nisi quæ ad aliquam pertineat disciplinam. Est enim disciplina quarumcunq; rerum scientia. Semper igitur animus humanus uiuit.

Animus humanus semper uiuit.

Eodem lib. Cap. V.

Anima si subiectum est, in quo ratio inseparabiliter ea necessitate quoq; qua in subiecto esse monstratur. Nec nisi uiua anima potest esse anima, nec in ea ratio potest esse sine uita, & immortalis ratio, immortalis est anima. Prorsus enim nullo pacto non existente subiecto suo immutabilis ratio permaneret. Quod euenire, si tanta accideret animæ mutatio, ut eam non animam faceret, id est, mori cogeret. Nulla autem illarum mutationum quæ siue per corpus siue per ipsam animam fiunt, quamuis utrum aliquæ per ipsam fiant, id est, quarum ipsa sit causa, non parua sit quæstio, id agit ut animam non animam faciat. Iam igitur nõ solũ per se, uerũ nec nostris ratiõibus formidãdæ sunt.

Animã esse immortalẽ probat.

De animæ quantitate Caput I.

Propriam quandam habitationem animæ ac patriam, Deum ipsum credo esse à quo creata est, substantiam uero eius nominare non possum, non enim eam puto esse ex his usitatis notisq; naturis, quas istis sensibus corporis tangimus. Nam neq; ex terra, neq; ex aqua, neq; ex aëre, neq; ex igni, neq; ex his omnibus, neq; ex aliquibus horum coniunctis constare animum puto. Simplex animæ natura dici potest quia ex alijs naturis non est.

Animæ habitatio & patria deus

Caput III. eodem libro.

Quanta sit anima, secundum inquisitionem hanc tibi respondere non possum, sed possum affirmare, neq; illam longam esse, nec latam, nec robustam, neq; aliquid horum quæ in mensuris corporum quæri solent.

De animæ quantitate.

Libro III. de libero arbitrio. Caput XXI.

Harum autem quatuor de anima sententiarum utrum de propagine ueniant, an in singulis quibusq; nascentibus nouæ fiant, an in corpora nascentium iam alicubi existentes, uel mittantur diuinitus, uel sua sponte labantur nullam temere affirmare oportebit. Aut enim nondum ista quæstio à diuinorum librorũ catholicis tractatoribus pro merito suæ obscuritatis & perplexitatis euoluta atq; illustrata est, Aut si iam factum est, nondum in manus nostras huiuscemodi literæ peruenerunt. Tantum assit fides nihil de substantia creatoris falsum indignumq; sentiendi, ad illum enim tendimus itinere pietatis. Si ergo aliud de illo senserimus quam est intentio nostra non in beatitatem, sed in uanitatem nos ire compellet. De creatura uero si quid aliter quàm sese habet senserimus, dummodo non id pro cognito perceptoq; teneamus, nullum periculum est. Non enim ad creaturam iubemur tendere ut efficiamur beati, sed ad ipsum creatorem, de quo si aliud quàm oportet ac sese res habet, nobis persuadetur, pernicioſissimo errore decipimur.

Nulla de anima opinio temere affirmanda est.

Caput XXII.

Non enim quod naturaliter anima nescit, & naturaliter non potest hoc animæ deputetur in reatũ, se quod scire non studuit, & quod dignam facilitati comparandæ ad recte faciendum operam non dedit. Loqui enim non nosse atque non posse infanti naturale est.

Quod naturaliter inest animæ non illi deputabit in reatũ

Libro I. de anima & eius origine. Caput IIII.

Ita quippe anima, uel Dei flatu facta, uel Dei flatus factus est ipsa, ut non de ipso sit, sed ab ipso de nihilo creata sit. Neq; enim sicut homo quando sufflat, non potest de nihilo flatum facere, sed quem de isto aere ducit, hunc reddit, ita deo putandum est auras aliquas circumfusas iam fuisse, quarum exiguam aliquam particulam spirando traheret, & respirando refunderet, quando in hominis faciem sufflauit, eiq; illo modo animam fecit: Quod & si ita esset, nec sic de ipso, sed de subiacẽti re aliqua stabili posset esse quod flauit. Sed absit ut negemus omnipotentem de nihilo flatum uitæ facere potuisse, quo fieret homo in animam uiuã, atq; in eas cõtrudamur angustias, ut uel iam fuisse aliquid, quod ipse non esset, unde flatum faceret opinemur, uel quod mutabile factum uidemus, de seipso fecisse credamus. Quod enim de ipso est, necesse est ut eiusdem naturæ sit cuius ipse est, ac per hoc etiam immutabile sit, anima uero quod omnes fatentur, mutabilis est. Non ergo de ipso, quia non est immutabilis sicut ipse. Si autem de nulla re alia facta est, de nihilo facta est procul dubio, sed ab ipso.

Animã nõ fecit Deus de seipso sed de nihilo.

Eodem libro Caput XVIII.

Nam & si anima sexu caret, non tamen quando appellamur mulieres, excepta anima necesse est eas intelligi. Alioquin non ita se admoneremur ornare, non in tortis crinibus, aut auro uel margaritis, aut ueste præciosa, sed quod decet inquit mulieres promittentes pietatem per bonam conuersationem. Vtiq; pietas intus est in anima uel in spiritu, & tamen mulieres appellatæ sunt etiam ut se intus ornarent, ubi nullus est sexus.

Anima sexu caret

Caput XIX.

Absit ergo ut animarum propago, si falsa est, à talibus refellatur, & animarũ nouarũ insufflatio si uera est, à talibus defendatur. Quamobrem quicunq; uolunt defendere quod dicuntur animæ nouæ nascentibus insufflari, non de parentibus trahi, aliquid illorum quatuor quæ supra cõmemoraui, caueant omnimodo. Hoc est, ne dicant à deo fieri animas peccatrices, per alienum originale peccatũ. Ne dicant paruulos, qui sine baptismo exierint, peruenire posse ad uitam æternam, regnumq; cœlorum, originali peccato per quodlibet aliuo resoluto. Ne dicãt animas peccasse alicubi ante carnem, & hoc merito in carnem peccatricem fuisse detrusas. Ne dicent peccata quæ in eis inuẽta non sunt, quia præscita sunt, merito fuisse punita, cum ad eam uitam ubi ea committerent, permissæ non fuerint peruenire. Nihil ergo istorũ quattuor dicentes, quoniã quodlibet eorum falsum atque impium est.

Quid circã animarum opiniones cauendum.

Lib. III. de anima & eius origine ad Vincentium uictorem Caput VI.

Noli dicere, nec credere, nec docere per infinitum tempus

tempus, atq; ita semper Deum animas dare, sicut semper est ipse qui dat, si uis esse catholicus. Erit enim tempus quãdo nõ dabit animas Deus, cũ tamẽ esse ipse nõ desinat.

Libro IIII. Cap. IIII.

Nam fateor dilectioni tuæ, quantum attinet ad animarum quæstionẽ, unde duobus ualde cupio nosse si possim, uel de animarũ origine quod ignoro, uel utrum pertineat ad nos hoc nosse cum hic uiuimus. Quid si enim ex illis rebus est, de quibus nobis dicitur, Altiora te ne quæsieris & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quæ præcepit tibi dominus illa cogita semper? Eccles. 3

Libro Soliloquiorum animæ ad Deum. Cap. XXX.

Anima fidelis sanctuarium Dei

Anima enim quam creasti, non de te, sed per uerbum tuum, non ex qualibet elementorum materia, sed ex nihilo quæ quidam rationalis, intellectualis, spiritalis, semper uiuens, semper in motu, quam signasti lumine uultus tui, & consecrasti uirtute lauacri tui, ita facta est capax maiestatis tuæ, quod à te solo, & à nullo alio posit impleri: Quando autem te habet, plenum est desiderium eius, & iam nihil aliud quod desideretur exterius restat. Dum autem aliquid exterius desiderat, manifestum est, quod te nõ habet interius, quo habitos nihil est quod ultra desideret.

De cognitione ueræ uitæ Cap. IIII.

Pſalm. 145

Animæ spiritus nuncupantur, iuxta illud exibit spiritus eius, & caro reuertetur in terram.

Caput V. eodem libro.

Animæ de initio.

Anima uero spiritus est substantia incorporea, corporis sui uita, inuisibilis, sensibilis, mutabilis, illocalis, passibilis, nec quantitatem mensuræ, nec qualitatem formæ uel coloris susceptibilis, memorialis, rationalis, intellectualis, immortalis. Et ne hæc uacillet definitio, ratio eam probationibus roboret. Anima est spiritalis substantia. Omne enim quod alij uitã subministrat, ipsum est necesse ut subsistat. Sed anima uitam corpori tribuit, igitur anima realiter subsistit. Hanc uero uitam esse ipsamet probat, dum præsentia sua, corpus uiuificat, absentia sua idẽ mortificat. Hæc nobis quidem est inuisibilis, sed spiritibus uisibilis. Hanc etiam sensibilem esse constat, dum oculis colores, auribus sonos, naribus odores, palato sapores, manibus aspera uel lenia sentire præstat. Est quoq; mutabilis. Omne enim qd' melioratur & peioratur mutabile est, sed anima uitijs peioratur, uirtutibus melioratur, igitur mutabilis est. Est etiam illocalis, Omne quod loco includitur, altitudine, longitudine, latitudine aëris circumscribitur corpus est. Sed ratio docuit animam incorpoream esse, id est, nec corpus nec aliquod membrum habere, igitur constat eam esse illocalem. Non enim spacium aeris ut corpus occupat, nec corpus ut aqua utrem implet, sed ut calor toto igni illocaliter ineſt, ita anima totum corpus illocaliter posidet. Ignis quidem est uisibilis, sed calor inuisibilis & sensibilis, et quodammodo ignem uiuificans, ita anima inuisibilis, sed sensibilis, uisibile corpus quadam occulta ui sensificat & uiuificat. Hæc est quoq; passibilis, Omne enim quod mœrore afficitur passibile est, sed anima dum suæ unitatis cõpos non efficitur, dolore mœstitiæ afficitur, igitur passibilis esse conuincitur. Ab hac quantitas excluditur, dum nec altitudine aut latitudine aut longitudine metitur, nec sex circumstantias si ante & retro, dextrum et sinistrũ, sursum & deorsum, se includere patitur. Qualitas etiam formæ uel coloris ab hac secernitur, dum nulla forma uel humani corporis, uel ullius coloratæ rei illi ascribitur. Hæc est memorialis, quia præterita recolit. Est etiam rationalis, quia præsentia discernit. Est intellectualis quia futura intelligit. Hanc esse immortalem hinc constat, qd' memoriam sui apud posteros perenniter durare laborat.

Inuisibilis hominibus spiritibus uisibilis.

Sensibilis

Mutabilis

Illocalis

Passibilis

Anima nec quantitatẽ nec qualitatem habet

Mẽorialis. Rationalis Intellectualis. Immortalis.

Eodem lib. Cap. XXXII.

Animæ sunt æternæ

Animas autem constat esse æternas. Si enim ad uidendum deum factæ prædicantur, necessario sequitur, ut sicut Deus finem non habere creditur, ita animæ illum uisuræ, sine fine uiuere non dubitentur. Sed quæritur utrum illæ animæ immortales sint, quæ Deum uisuræ non sunt? Omnes animas unius constat esse naturæ, & si quidam animæ immortales sunt. Igitur omnes animæ Deum uisuræ semper erunt beatæ, et cum non uisuræ miserę.

Caput XXXIIII.

Anima in singulis mẽbris tota

Anima ubiq; in corpore, & in singulis membris est tota. Vnde tacto uno membro dolet tota, non tamen tota, sicut uox in auribus omnium non particulariter, sed sonat tota, & in seipsa remanet tota.

De Ecclesiasticis dogmatibus. Caput XIIII.

Circa animarũ creationẽ, Origenes, Luciferiani, & Cirillus erraut.

Animas hominum non esse ab initio inter cæteras intellectuales naturas, nec simul creatas, sicut Origenes fingit, neq; cum corporibus per coitum seminantur, sicut Luciferiani, Cirillus, et aliqui Latinorum præsumptores affirmant, qui naturæ consequentiam seruantes: Sed dicimus creationem animæ solum creatorem omnium nosse, & corpus tamum per coniugij copulam seminari, Dei uero iuditio coagulari in utilua & compingi atq; formari, ac formato iam corpore animam creari & infundi, ut uiuat in utero homo ex anima constans & corpore, & egrediatur uiuus ex utero plenus humana substantia.

Eodem lib. Caput XV.

Homines duas animas non habere.

Neq; duas animas esse dicimus in uno homine sicut Iacobus & alij Syrorum scribunt, unam animalem qua animetur corpus, & immixta sit sanguini, & alteram spiritalem quæ rationem ministret. Sed dicimus unam esse eandemq; animam in homine, quæ & corpus sua societate uiuificat, & semetipsam sua ratione disponat, habens in se libertatem arbitrij, ut in suæ substantiæ eligat cogitatione quod uult.

Cap. XVI.

Solus homo animã habet immortalem.

Solum hominem credimus habere animam substantiuam, quæ exuta corpore uiuit, & sensus suos atq; ingenia uiuaciter tenet. Non cũ corpore moritur, sicut Aratus asserit, neq; post modicum interuallum sicut Zenon dicit, quia substantialiter uiuit.

Caput XVII.

Animalium quę animę mortales

Animalium uero animæ non sunt substantiuæ, sed cum carne ipsa carnis uiuacitate nascuntur, & cũ carnis morte finiuntur & moriuntur, & ideo nec ratione reguntur, sicut Plato & Alexander putant, sed ad omnia naturæ incitamenta ducuntur.

Caput XVIII.

Anima hominis formato corpore inserit.

Anima humana non cum carne moritur, quia non cũ carne, ut superius diximus, seminatur, sed formato in uentre matris corpore, dei iudicio creari & infundi, ut uiuat homo intus in utero, et sic procedat natiuitate in mundũ.

Caput XIX.

Duabus substantijs constat homo.

Duabus substantijs tantũ constat homo anima & corpore. Anima cum ratione sua, & corpore cum sensibus suis. Quos tamen sensus absq; animæ societate non mouet corpus. Anima uero & sine corpore rationale suũ tenet.

Cap. XX. eodem libro.

Spiritus in homine unum est cũ anima

Non est tertius in substantia hominis spiritus sicut Dimus cõtendit, sed spiritus ipsa est anima pro spiritali natura, uel pro eo quod spiret in corpore, spiritus appellatur, anima uero ex eo uocatur, quod ad uiuendum uel uiuificandum animet corpus. Tertium uero qui ab Apostolo cum anima & corpore inducitur spiritum, gratiam sancti spiritus esse intelligamus, quam orat Apostolus ut integra perseueret in nobis, ne nostro uitio aut minuatur aut fugetur à nobis, quia spiritus sanctus effugiet fictum.

1. Thessa. 5 Sapien.

De salutaribus documentis.

Cap. XXIII.

De uirtutibus animæ

Virtus animæ tuæ est deum diligere, & odire illa quæ deus non diligit. Virtus est animæ tuæ patientiam sectari, & ab omni impatientia declinare. Virtus est animæ tuæ castitatem tam corporis quam animæ custodire. Virtus est animæ tuæ uanam huius mundi gloriam contemnere, & omnia caduca calcare, & pro illius amore qui te redemit, dum uiuis in corpore laborare. Virtus est animæ tuæ humilitati studere, & superbiam abhominari. Virtus est animæ tuæ, iram & furorẽ cohibere ac reprimere. Virtus est animæ tuæ, ab omni stulticia declinare, et sapientiã diuinã amplecti. Virtus est animæ tuæ, omnem delectationẽ carnis subijcere, & mentem tuam ad Christum erigere.

Libro de spiritu & anima.

Caput VI.

Anima secũdũ philosophum quid sit.

Anima ad similitudinem totius sapientiæ facta, rerum omnium in se gerit similitudinem. Vnde à philosopho definita est omnium rerum similitudo. Habet siquidem in se uires quibus omnia apprehendit, siue inuestigat, & omnibus similis existit, cum sit una.

Caput VIII.

Anima quid sit.

Anima est substantia rationalis, intellectualis, à Deo facta spiritalis, non ex Dei natura, sed potius creatura ex nihilo facta in bonum malumq; conuertibilis. Et ideo aliquatenus est mortalis, in quantum in deterius mutari, & à uoluntate Dei, cuius participatione bona fit, alienari potest. Et aliquatenus immortalis, quoniam sensum quo ei post hanc uitam uel bene uel male fit amittere non potest. Non quod pro actis ante carnẽ gestis meruerit, ut in eo ne includeretur, ut quidam uoluerunt, sed nec ideo potest esse in homine sine sorde peccati, nisi à Christo fuerit liberatus. Dei enim nutu ad corpus anima uenit, ut si secundum eius præceptum agere uellet, mercedem acciperet uitæ æternæ atq; societatem angelorum, si autem contemneret, pœnas iustissimas & amarissimas lueret, siue doloris continui, siue ignis æterni.

Caput XIIII.

De amicitia animæ.

Quibusdam affectibus & quadam amicitia anima corpori conungitur, secũdum quam amicitiam nemo carnẽ suam odio habet. Sociata nanq; illi, licet eius societate prægrauetur, ineffabili tamen cõditione diligit illud, amat carcerem suum, & ideo libera esse non potest. Doloribus eius uehementer efficitur. Formidat interitum quæ mori non potest. Timet defectum quæ per naturam non potest deficere. Oculorum pascitur speculatione, sonorum delectatur auditibus, suauissimis iocundatur odoribus large epulatione reficitur. Et licet his rebus nullatenus ipsa utatur, graui tamen mœrore affligitur si subtrahantur.

Caput XXXIIII.

Totus homo anima nominatur

Anima nominatur totus homo interior, qua uiuificatur regitur & continetur lutea illa massa humectata succis ne arefacta dissoluatur. Tum ergo uiuificat corpus, anima est, dum uult animus est, dum scit mens est, dum recolit memoria est, dum iudicat ratio est, dum spirat uel cõtemplatur spiritus est, dum se nuit sensus est. Nã inde sensus anima dicitur, pro his quæ sentit, unde & sententia nomen accepit.

DE POENITENTIA.

Ad Macedonium epistola LIIII.

Corrigendum mortẽ in hac uita locus.

Mortum porro corrigendorum, nullus alius quàm in hac uita locus. Nam post hanc, quisq; id habebit quod in hac sibimet conquisierit. Ideo compellimur humani generis charitate, interuenire pro reis, ne istam uitam sic finiant per supplicii, ut ea finita non possint finire supplicii.

Post pauca ibidem.

Cõditione ra pœnitentiæ.

Nam nihil aliud agit quem ueraciter pœnitet, nisi ut id quod mali fecerit impunitum esse non finat, Eo quippe modo, sibi non parcenti ille parcit, cuius altũ iustũq; iuditium nullus contemptor euadit.

Ad Seleucianum epist. CVIII.

Adoræ

Agunt homines ante baptismum pœnitentiam de suis prioribus peccatis, ita tamen ut etiam baptisentur, sicut scriptum est in actibus Apostolorum, loquente Petro ad Iudæos, & dicente: Agite pœnitentiam, & baptizetur unusquisq; uestrum in nomine domini iesu Christi, & dimittentur uobis peccata uestra. Agunt etiam homines pœnitentiam, si post baptismum ita peccauerint, ut excommunicari & post ea reconciliari mereantur, sicut agunt in omnibus ecclesijs illi qui proprie pœnitẽtes appellãtur. De talibus enim pœnitentia locutus est apostolus Paulus, ubi ait:

Post baptismũ per pœnitentiam etiam dimittit peccata.

Ne

2. Corint. 2. Ne iterum cum uenero humiliet me deus apud uos, & lugeam multos ex his qui antea peccauerunt, & non egerũt pœnitentiam super immunditia, & luxuria, & fornicatione quam egerunt. Neq; enim scribebat ista, nisi eis qui iam baptizati fuerant. Actor. 8. Habemus etiam in actibus Apostolorum Simonem iam baptizatum, cum pecunia uellet emere, ut ei per impositionem manus daretur spiritussanctus, admonitum à Petro ut de hoc graui peccato ageret pœnitentiam. Est enim pœnitentia bonorum et humilium fidelium pœna quotidiana, in qua pectora tundimus, Matth. 6. dicentes: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Neq; enim ea nobis dimitti uolumus, quæ dimissa non dubitamus in baptismo: Sed illa utiq; quæ humanæ fragilitati quamuis parua, tamen crebra subrepunt. Quæ si collecta contra nos fuerint, ita nos grauabunt & oppriment, sicut unum aliquod grande peccatum. Quid enim interest ad naufragium utrum uno grandi fluctu nauis operaitur & obruatur, an paulatim subrepens aqua in sentinam & per negligentiam derelicta atq; contempta impleat nauem, atq; submergat? Pro tur hæc ieiunia, & eleemosynæ, & orationes imuigilant, in quibus cum dicimus, Dimitte nobis sicut & nos dimittimus, manifestamus habere nos quod nobis dimittatur, atq; in his uerbis humiliantes animas nostras, quottidianam quodammodo agere pœnitentiam non cessamus.

In Psalm. CX.

Esaiæ 46. Ezech. 18. & 33. Te corrigit, qui indulgentiam promittit, & dicit: Redite prævaricatores ad cor, nolo mortem impij, sed tantum ut reuertatur, & uiuat. Hoc proculdubio portu proposito, deponis uela iniquitatis, conuertis proram, uelificas ad iustitiam, & speras uitam, non negligis medicinam. Nec in hoc tibi displiceat deus, tanquàm per istam indulgentiæ promissionem securos fecerit peccatores. Etenim ne desperatione homines peius uiuerent, promisit indulgentiæ portum. Rursus ne de spe ueniæ peius uiuerent, fecit diem mortis incertum, prouidentissimè utrunq; constituens, & reuertentes quo recipiantur, & differentes unde terreantur. Indulgentiam tibi deus promisit, crastinũ diem tibi nemo promisit. Si malè uixisti, benè uiue iam hodie.

Duo hæc deus prouidentissime constituit.

De fide & operibus. Cap. XXVI.

Tribus pœnitentię modis peccata sanantur. 1. Corint. 5 2. Corin. 12 Nisi essent quædam peccata ita grauia, ut etiam excommunicatione plectenda sint, non diceret Apostolus: Congregatis uobis & meo spiritu tradere eiusmodi hominem sathanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus fit in die domini Iesu. Vnde etiam dicit: Ne lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditiam & fornicationem quam gesserunt. Item nisi essent quædam non ea humilitate pœnitentiæ sananda, qualis in ecclesia datur eis, qui propriè pœnitentes uocantur, sed quibusdam correptionum medicamentis, non Matth. 18. diceret ipse dominus: Corripe eum inter te & ipsum solum: & si te audierit, lucratus es fratrem tuum. Postremo nisi essent quædam, sine quibus hæc uita non agitur, non quotidianam medelam poneret in oratione quam docuit, ut dicamus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Matth. 6.

De correctione Donatistarum, ad Bonifacium, Cap. XXVI.

De ecclesiastica pœnitentia. Vt enim constitueretur in ecclesia, ne quisquam post alicuius criminis pœnitentiam, clericatum accipiat, uel ad clericatum redeat, uel in clericatu maneat, non desperatione indulgentiæ, sed rigore factum est disciplinæ, alioquin contra claues datas ecclesiæ disputabitur, de quibus dictum est: Quæ soluueritis in terra, soluta erunt et in cœlo: Matth. 18. Sed ne forsitan etiam de cæteris criminibus spe honoris ecclesiastici animus intumescens superbè ageret pœnitentiam: seueriſsimè placuit ut post actam de crimine damnabili pœnitentiam, nemo sit clericus, ut desperatione temporalis altitudinis medicina maior & uerior esset humilitatis. Nam & sanctus Dauid de criminbus mortiferis pœnitentiam egit, & tamen in honore suo perstitit. Et beatũ 1.2. Reg. 12 Petrum quando amariſsimas lachrymas fudit, utiq; dominum negasse pœnituit, & tamen Apostolus mansit. Sed non ideo superuacua putanda est posteriorum diligentia, qui ubi saluti nihil detrahebatur, humilitati aliquid addiderunt, quo salus tutius muniretur, experti credo aliquorum fictas pœnitentias per adfectatas honorum pœnitentias: Cogunt enim multas inuenire medicinas, multorum experimenta morborum. Matth. 26.

In Enchiridio ad Laurentium, Cap. LXV.

Sed neq; de ipsis criminibus quamlibet magnis remittendis in sancta ecclesia, dei desperanda est misericordia agentibus pœnitentiam secundum modum sui cuiusq; peccati. In actione autem pœnitentiæ, ubi tale crimen commissum est, ut is qui commisit à Christi etiam corpore separetur, nõ tam consideranda est mensura temporis quàm doloris: Cor enim contritum & humiliatum deus non Psalm. 50. spernit. Verum quia plerunq; dolor alterius cordis occultus est alteri, neq; in aliorum notitiam per uerba, uel quæcunq; alia signa procedit, cum sit coram illo cui dicitur: Gemitus meus à te non est absconditus: Rectè constituuntur ab his, qui ecclesiæ præsunt tempora pœnitentiæ, ut Psalm. 37. fiat etiam satis ecclesiæ, in qua remittuntur ipsa peccata, extra eam quippe non remittuntur peccata. Ipsa nanque propriè spiritum sanctum pignus accepit, sine quo non remittuntur ulla peccata, ita ut quibus dimittuntur, consequantur uitam æternam. Extra ecclesiam non remittuntur peccata.

Eodem libro Cap. LXXXII.

Misericordia dei necessaria ẽt ut pellatur pudor et pœnitentia ag 2. Timo. 2. Nam & ipsa pœnitentia quando digna causſa est secundum morem ecclesiæ ut agatur, plerunq; infirmitate non agitur, quia & pudor timor est displicendi, dum plus delectat hominum æstimatio, quàm iustitia, qua se quisque humiliat pœnitendo. Vnde non solum cum agitur pœnitentia, uerumetiam ut agatur, dei misericordia necessaria est. Alioqui non diceret Apostolus de quibusdam: Ne fortè det

Lucæ 22. tè det illis deus pœnitentiam. Et ut Petrus amarè fleret, præmisit Euangelista & ait: Respexit eum dominus.

Sermon. VII. de tempore.

Qualis debeat esse pœnitentia. Videte qualis debet esse pœnitentia, quia multi assiduè se dicunt esse peccatores, & tamen adhuc illos delectat peccare. Professio est, non emendatio. Accusatur anima, non sanatur. Pronunciatur offensa, non tollitur. Pœnitentiam certam non facit, nisi odium peccati & amor dei. Quando sic pœnites ut tibi amarum sapiat in animo, quod ante dulce fuit in uita, & quod te prius oblectabat in corpore, ipsum te cruciat in mente, iam tunc benè ingemiscis ad deũ
Psalm. 50 & dicis: Tibi soli peccaui, & malum coram te fœci.

Sermon. LVIII. de tempore.

Pœnitentia nõ differenda. Rogo uos fratres charissimi, ut si fortè aliquis ex uobis, ut se habet humana fragilitas calliditate diaboli superatus, & capitalibus criminibus inuolutus, secundum quod Apostolus ait: templum dei in se uiolando destruxerit, de dei misericordia non desperet, sed cito de malo iniquitatis suæ consurgat, ne consuetudine peccandi in ipsis se ruinis suis sepeliat. Non enim qui peccauerit, sed qui in peccatis perseuerauerit, odibilis et abominabilis deo erit. Nam ut de indulgentia diuina nemo diffidat, dominus nos per Prophetam uelut pater pissimus consolatur
Ezech. 33. dicens: Nolo mortem peccatoris, sed ut conuertatur, &
Ezech. 18. uiuat. Et illud: Impietas impij non nocebit ei, in quacunque die conuersus fuerit ab impietate sua. Sed ista tam magna misericordia tunc nobis prodest, si non tardamus conuerti ad dominum, nec crimina criminibus superadimus.

Eodem sermone.

Exempla pœnitentię. Nemo ergo nec post centum peccata, nec post mille crimina de misericordia diuina desperet: Sic tamen non desperet, ut sine ulla mora deum sibi repropitiari festinet, ne fortè si consuetudinem peccandi fœcerit, etiam si uelit
2. Re. 11. 12 de diaboli laqueis liberari non possit. Dauid enim qui & rex & propheta diuino munere fieri meruit, post tantam gratiam ita præuentus est, ut non solum adulterium committeret, sed etiam homicidium perpetraret, nec tamen se ad hoc reseruauit, ut in senectute sua ad pœnitentiæ medicamenta confugeret, sed statim cilicio prostratus, conspersus cinere cũ ingenti rugitu & gemitu pœnitentiam agens.
Psalm. 6. Impleuit illud quod ipse in psalmis dixerat, Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum
Psalm. 30. meum rigabo. Et iterum: Cinerem sicut panem manducabam, et potum meum cum fletu miscebam: Et quia pœnitentiam agere mortifera securitate non distulit, cito in se dei miseratione ita reuocauit, ut non solum regnum non amitteret, sed etiam spiritus sancti donum recipere mereretur. Achab quoq; rex sacrilegus, de quo scriptura dicit,
3. Regũ. 21. quòd non fuerit alius talis qui uenundatus sit ut faceret malum contra dominum, postaquàm deprauatus ab uxore Iezabel, abominabilis deo factus est, interfecto & lapidato Naboth Iezraëlita, cum uineam eius uellet inuadere, castigatus à sancto Helia, scissis uestibus cilicio indutus est, & inclinato capite pœnitentiam egit. Pro qua re statim sermo dei ad Heliam factus est, dicens: Nonne uidisti humiliatum Achab coram me? Quia inquit humiliatus est mei causa, non inducam in diebus eius malum. Manasses quoq; rex, sicut in scripturis legimus, tam 4. Regũ 21
sacrilegus & impissimus fuit, sicut de illo scriptum est, ut
2. Para. 36 totam Hierusalem omni iniquitate repleuerit, et tamen post hæc in captiuitatem ductus, & in carcerem missus, cum grandi humilitate pœnitentiam agens, ita gratiam dei obtinuit, ut mereretur inter dei amicos postmodum numerari. Meretrix quoq; illa, quæ pedes domini lachrymis Lucæ 7.
lauit, & capillis suis extersit, ubi cœlestem medicum uenisse cognouit, ultro se ingessit in domum ubi rogata non fuerat, & quæ prius frontosa erat ad perditionem, postea frõtosior facta est ad salutem: Et ideo audire meruit, quòd ei omnia fuerint peccata dimissa. Sed quia longum est ire per singulos, isti quatuor quos nominauimus, satis abundeq; sufficiunt, ut agnoscamus quòd dominus noster, qui & Dauid post tam graue peccatum indulsit, et Achab sacrilego regi pepercit, & Manassen post innumerabilia peccata pœnitentiam agentem inter amicos suos reputauit, et meretrici quæ lachrymis pedes rigauerat, & capillis suis terserat, totum indulsit. Qui enim istis tantis ac talibus peccatoribus ueniam dedit, paratus est & nobis, si in ueritate conuertimur non solum peccata dimittere, sed etiam æternam beatitudinem dare.

Sermon. LXVI.

Facite dignos fructus pœnitentiæ. Fructus dignus est Matth. 3.
pœnitentiæ, transacta fiere peccata, & eadem iterum non Fructus digni pœnitentiæ qui.
agere. sicut scriptum est: Ne adijcias peccatum super pec Eccles. 5.
catum. Lauamini dicit dominus per Esaiam prophetam, Esaiæ 1.
& mundi estote. Lauatur itaq; & mundus est, qui et præterita plangit, & iterum non admittit. Laustur & non est mundus, qui plangit quod gessit, nec deserit, sed post lachrymas flenda hæc quæ fleuerat, repetit. De his beatus
1. Petri 2 Petrus terribiliter agit. Canis reuersus ad uomitum suum.
Eccles. 21. Fili peccasti, dicit scriptura sancta, ne adijcias iterum, sed de pristinis deprecare, ut dimittantur tibi. Pœnitentia uera non annorum numero censetur, sed amaritudine animi.
Matth. 26 Vnde beatus Petrus mox à domino indulgentiam recepit, quia amarissimè fleuit trinæ negationis culpam.

Ibidem in fine.

In quacunq; die conuersus fuerit peccator, uita uiuet, Ezech 33.
& non morietur. Quàmuis quisq; sit peccator & impius, si ad pœnitentiam conuertitur, consequi per misericordiam ueniam non dubitet. In hoc sæculo pœnitentiam facientibus dei misericordia subuenit, In futuro autem pœnitentia non proficit, sed rationem nostrorum operũ reddituri sumus. In hac uita tantum pœnitentiæ patet libertas, post mortem nulla correctionis est licentia.
Post mortẽ nulla correctionis licentia.

De natura

De natura boni aduersus Manichæos, Cap. IX.

Ad deū pertinere quantitatē pœnæ indigere. Roman. 9.

Qualis autem & quanta pœna cuiq; culpæ debeatur, diuini iuditij est, non humani, quæ utiq; & cum conuersis remittitur. Magna est bonitas apud deum, & cum debita reddit, nulla est iniquitas apud deum, quia melius ordinatur natura, ut iustè doleat in supplicio, quàm ut impunè gaudeat in peccato. Quia tamen sic habent nonnullū modum, & speciem, & ordinem in quacunq; extremitate, adhuc aliquod bonum est, quæ si omnino detrahantur, ut penitus consumantur: ideo nullum bonum erit, quia nulla natura remanebit.

In Euangelium Ioannis, Tractatu XXXIII.

Eccles. 5.

Illis qui spe periclitantur, hoc dicitur: Ne tardes conuerti ad dominum, neq; differas de die in diem, subitò enim ueniet ira illius, & in tempore uindictæ disperdet te. Illis

Ezech. 18.

qui desperatione periclitantur, quid dicit? In quacunq; die iniquus conuersus fuerit, omnes iniquitates eius obliuiscar. Propter illos ergo, qui desperatione periclitantur, proposuit indulgentiæ portum: Propter illos, qui spe periclitantur, & dilationibus illuduntur, fecit diem mortis incertū: quando ueniat ultimus dies nescis. Ingratus es quia hodiernum habes in quo corrigaris?

Quæstionum ueteris & noui Testamenti, Quæst. CII.

Cōtra Nouatianos, q pœnitentiā lapsis denegabant.

Si enim apud ueteres nostros pœnitentia habuit locū, quomodo fieri potest ut hoc tempore locum non habeat, quando maior clementia prædicationis est, & qui inimicis misertus est uocando illos ad gratiam, amicis factis non miserebitur cum mercede? Tribulatio enim cordis merces est pœnitentis. Nam si nobis peccata, quæ in nos peccamus inuicem, si conuertamur septuagies septies remittit à nobis alterutrum præcepit deus, quanto magis ipse si in illum peccetur, ignoscet conuersis: omnem enim peccatorem conuerti uult. Quid enim est pœnitere, nisi dolere præterita, & de cætero temperare ab his, quæ admiserat.

Contra Fulgentium Donatistam, Articulo XVI.

A malis q̄modo excūdum. Ephes. 5.

Exeundum nobis è medio est malorum mente, non carne: operibus, non corporibus: Nolite, inquit Apostolus, communicare operibus infructuosis: tenebrarum operibus ait, non altaribus. Scriptum est enim in Esaia:

Esaiæ 65.

Qui dicunt recede à me, nō adpropinques mihi, quia immundus es: isti fumus erūt in ira mea, ignis ardens tota die.

Lib. III. Hyponosticon contra Pelagianos. L.

Pœnitentia res est optima. Iacob. 1.

Pœnitentia ergo res est optima & perfecta, quæ defectos reuocat ad perfectum. Sed omne datum optimum, Iacobus inquit Apostolus, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum, apud quem non est commutatio, nec momenti obumbratio. Oportet ea orare pœnitentem, quæ ad eius emundationem expediunt.

De uera innocentia, Cap. CLXXXVII.

Peccator sibi displicere debet.

Benè currit ad remissionem peccatorum qui displicet sibi: Apud iustum enim iudicem & misericordem qui se accusat, excusat.

Eodem lib. Cap. CLXXXIIII.

Pro malis orandum.

Non est desperandum de malis, sed pro ipsis ut boni fiant studiosius supplicandum, quia numerus sanctorum semper de numero impiorum auctus est.

De Ecclesiasticis dogmatibus, Cap. LIIII

Pœnitentia & satisfactio quę sint.

Pœnitentia uera est, pœnitenda non admittere, & admissa deflere. Satisfactio pœnitentiæ est caussas peccatorū excidere, nec earum suggestionibus aditum indulgere.

Pœnitentia aboleri peccata.

Eodem libro Cap. LXXX.

Pœnitentia aboleri peccata. Lucæ 19.

Pœnitentia aboleri peccata indubitanter credimus, etiam si in ultimo uitæ spiritu admissorum pœniteat & publica, uel supplici lamentatione peccata prodātur, quia propositum dei, quo decreuit saluare quod perierat, stat immobile, & ideo quia uoluntas eius non mutatur, siue emendatione uitæ si tempus conceditur, siue supplici confessione si continuo uita exceditur, uenia peccatorum fideliter præsumatur ab illo, qui non uult mortem peccatoris, sed ut conuertatur à perditione penitendo, & saluatus domini miseratione uiuat. Si quis aliter de iustissima dei pietate sentit, non Christianus, sed Nouatianus est.

Ezech. 18. & 33.

De salutaribus documentis, Cap. XXXIX.

De serā sibi pœnitētiam proponentibus.

Sed ne de misericordia domini tantum securi existimamus, ut peccata peccatis augeamus, neq; dicamus, donec uiget ætas nostræ carnis concupiscentias exerceamus, & postremo in senectute malorum nostrorum pœnitentiam agamus: pius est enim dominus & misericors, nec ultra facinorum nostrorum recordabitur. Ne quæso taliter cogitemus, quia summa stultitia est hæc cogitare, cum et impium sit talem licentiam à deo postulare quempiam uelle, cui us initium est nos separare à deo. Ideo inquam talia ne cogitemus, cum nesciamus qua die morituri sumus. Nemo enim hominum nouit diem exitus sui, non omnes in senectute moriuntur, sed in diuersis ætatibus de hoc mundo migrant. Et in quibus actibus unusquisque homo inuentus fuerit, in eisdem iudicabitur, quando anima exierit de corpore &c.

De pœnitentiæ medicina, Cap. II.

De triplici actione pœnitentiæ.

Tres sunt actiones pœnitentiæ, quas mecum uestra eruditio recognoscit. Sum enim usitatæ in ecclesia & diligenter

genter attendentibus notæ. Vna est quæ nouum hominem per baptismum parturit, donec salutare omnium præteritorum peccatorum fiat ablutio, ut tanquàm nato puero dolores transeant, quibus uiscera urgebantur ad partum, & tristitiam lætitia consequatur. Omnis enim qui iam uoluntatis suæ factus est arbiter, cum ad sacramenta accedit fidelium, nisi eum pœnitet ueteris uitæ nouam non potest inchoare. Altera uero pœnitentia est, cuius actio per totam istam uitam, qua in carne mortali degimus perpetua supplicationis humilitate subeunda est. Primo quia uitam æternam, incorruptibilem immortalemq; nullus desiderat, nisi eum huius uitæ temporalis corruptibilis mortalisq; pœnitet. Tertia actio pœnitentiæ est, quæ pro illis peccatis subeunda est, quæ legis decalogus continet, de quibus Apostolus dicit: Quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. In hac ergo pœnitentia maiorem in se quisq; seueritatem debet exercere, ut à se ipso iudicatus, non iudicetur à domino, sicut ipse Apostolus ait: Si enim nosmetipsos iudicaremus, non utiq; iudicaremur.

Galat. 5.

1. Corin. 11.

De fide ad Petrum, Cap. III.

Omni homini in hac uita utilis pœnitentia.

Proinde omni homini in hac uita potest esse utilis pœnitentia, quam quocunq; tempore homo egerit, quamlibet iniquus, quamlibet annosus, si toto corde renunciauerit peccatis præteritis, & pro eis in conspectu dei, non solum corporis, sed etiam cordis lachrymas fudeat, & malorum operum maculas bonis operibus diluere curauerit, omnium peccatorum indulgentiam mox habebit. Hoc enim nobis dominus prophetico promittit eloquio dicens: Si conuersus fueris & ingemueris, saluus eris. Et alio loco dicitur: Fili peccasti, ne adijcias iterum, sed & de præteritis deprecare, ut tibi dimittantur. Nunquàm peccanti esset indicta pro peccatis deprecatio, si deprecanti non esset remissio concedenda. Sed etiam pœnitentia peccatori tunc prodest, si eam in ecclesia catholica gerat. Cur deus in persona beati Petri ligandi soluendiq; tribuit potestatem, dicens: Quæ alligaueris super terram, erunt ligata & in cœlis: & quæ solueris super terram, erunt soluta & in cœlis. In quacunq; igitur homo ætate ueram peccatorum suorum pœnitentiam egerit, et uitam suam deo illuminante correxerit, non priuabitur indulgentiæ munere, quia deus sicut per Prophetam dicit, Non uult mortem peccatoris, sed ut reuertatur à uia sua mala, & uiuat anima eius. Veruntamen nullus hominum debet sub spe misericordiæ dei in suis diutius remanere peccatis, cum etiam in ipso corpore nemo uelit sub spe futuræ salutis diutius ægrotare. Tales enim qui ab iniquitatibus suis recedere negligunt, & sibi de deo indulgentiam repromittunt, nonnunquàm ita præueniuntur dei furore, ut nec conuersionis tempus, nec beneficio remissionis inueniant. Ideo sacra scripturaa nos admonet dicens: Ne tardaueris conuerti ad deum, & ne differas de die in diem, subitò enim ueniet ira eius, & in tempore uindictæ disperdet te.

Esaiæ 30.

Eccles. 21.

Matth. 16.

Ezech. 33.

Eccles. 5.

Deuesa & falsa pœnitentia, Cap. I.

Virtus pœnitentiæ.

Quantum sit appetenda gratia pœnitentiæ omnis authoritas declarat, omnis bonorum uita conatur ostendere: languores enim sanat, leprosos curat, mortuos suscitat, uitia fugat, uirtutes exornat, mentem munit & roborat, omnia satiat, omnia reintegrat, omnia lætificat, sanitatem auget, quam conseruat, claudis gressum, aridis copiam, cœcis restituit usum, temperat successus, constringit impetus, moderatur excessus. Ignorans se, per hanc se recognoscit, quærens se, per hanc se inuenit. Hæc est quæ homines ad angelos ducit, & creaturam reddit creatori. Ista ouem perditam monstrauit quærenti, & decimam drachmam obtulit anxianti. Hæc dissipatorem filium ad patrem reduxit, & uulneratum à latronibus custodi curandum reseruauit. In hac omne bonum inuenitur, per hanc omne bonum conseruatur, fugat tenebras, inducit lucem, excoquit omnia ipsa ignis consumens.

Lucæ 5.

Lucæ 10.

Cap. II. Ibidem.

Fides fundamentum est pœnitentiæ.

Si fides fundamentum est pœnitentiæ, præterquàm nihil est quod bonum sit, appetenda est pœnitentia, quam constat in fide esse fundatam: Non enim potest arbor bona fructus malos facere. Pœnitentia itaq; quæ ex fide non procedit, utilis non est. Oportet autem credi remedium pœnitentiæ à saluatore concedi.

Matth. 7.

Cap. V. eodem libro.

Cõtra illos qui negant pœnitentiã post baptismum esse salutarem.

Scimus autem & primos patres, & in omni tempore ecclesiam dei semper usque in septuagies septies, quod est semper, peccata dimittere. Quam potestatem Nouatiani ab ecclesia dei conantur auferre. Oportet enim sic ecclesiam credere, quæ confitetur se sæpe peccare. Negant enim ueritatem in se esse, qui se absq; peccato audet iactare. In multis enim offendimus omnes: Nec infans unius diei absq; peccato super terram esse potest. Quapropter eliminandus est iste error ab ecclesia, quo unquàm pœnitentibus negat indulgentiam. Non enim inquirit quid Apostolus senserit, qui dixit: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum. Scimus enim & iustis solere peccata contingere.

Iacob. 3.

Iob 25.

1. Corin. 4.

Eodem libro Cap. XII.

Extra unitatem ecclesiæ nemo digne pœnitere potest.

Laboret itaq; pœnitens in ecclesia esse, & ad ecclesiæ unitatem tendere. Nisi enim unitas ecclesiæ succurrat, nisi quòd deest peccatori sua opitulatione compleat, de manibus inimici non eripietur anima mortui. Credendum est enim, & pietas fidei expostulat credere, quòd omnes eleemosynæ totius ecclesiæ, & orationes, & opera iustitiæ, & misericordiæ succurrant recognoscenti mortem suam ad conuersionem suam. Ideoq; nemo dignè pœnitere potest, quem non sustineat unitas ecclesiæ. Ideoq; non petat sacerdotes per aliquam culpam ab unitate ecclesiæ diuisos. Iudas enim pœnitens iuit ad pharisæos, reliquit Apostolos, nihil inuenit auxilij, sed augmentum desperationis.

Matth. 27.

DE ORA-

DE ORATIONE ET DE PRECATIONE.

Contra epistolam Parmeniani, Lib. II. Cap. VIII.

Orant pro inuicē Christiani.

Homines omnes Christiano inuicem se commendant orationibus suis. Pro quo autem nullus interpellat, sed ipse pro omnibus, hic unus ueruscq; mediator est, cuius typus præfigurabatur in sacerdote ueteris testamenti, nullus illic

Hebrçor. 9. inuenitur orasse pro sacerdote. Paulus autem Apostolus quanquàm sub capite præcipuum membrũ, sed tamen quia membrum est corporis Christi, & nouerat non per figuram in interiora ueli ad sancta sanctorum, sed per expressam & firmam ueritatem in interiora cœli ad sanctitatem, non imaginariam, sed æternam pro nobis intrãsse, maximum & uerissimum sacerdotem ecclesiæ se orationibus fidelium & ipse commendat: Nec mediatorem se facit inter populum & deum, sed rogat ut pro se inuicem orant

1. Corin. 12. omnia membra corporis Christi, quoniã pro inuicem sollicita sunt membra: Et si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra: & si glorificatur unum membrũ, congaudent omnia membra: Ac si oratio pro inuicẽ membrorum omnium adhuc in terra laborantium, adscendat ad caput quod præcessit in cœlum, in quo est propiciatio pro peccatis nostris. Namsi esset mediator Paulus, essent utiq; & cæteri coapostoli eius, ac sic multi mediatores essent: nec ipsi Paulo cõstaret ratio, qua dixerat: Vnus enim

1. Timot. 2 deus, unus mediator dei & hominum, homo Christus Iẽsus, in quo nos unum sumus, si seruemus unitatem spiritus in uinculo pacis. Nec ꝓpter malos bonos deseramus,

plici. 4. num tan habebim diatorẽ rium um. sed propter bonos malos sufferamus, ne cum defendere uolumus quod temeraria præsumptione relinquimus, incognitos cogamur, maiori scelere damnare inauditos, cum etiam certum sit, quia peccatores deus audit, quòd quidem

Num. 23. inuenitur in scripturis. Balaam propheta non de populo Israël, sed alienigena conductus ab amico, ut populo dei malediceret, conuersus à domino ad benedicendum est. Cuius uerba omnia benè imprecantis audiuimus, & cum aliud haberet in uoto, uerba tamen precantis et bona sunt, & pro populo exaudiuntur à domino. Vnde non mirum est, si uerba bona quæ pro populo dicuntur in precibus, etiam si à malis dicantur episcopis, exaudiri ...men non properuersitate præpositorum, sed pro deuotione populorum.

Ad inquisitiones Ianuarij, Lib. II. Cap. XVIII.

Miror sanè quid ita uolueris, ut de his quæ uariè per diuersa loca obseruantur, tibi aliqua conscriberem, cum & non sit necessarium, & una in his saluberrima regula retinenda sit, ut quæ non sunt contra fidem, neq; contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem uitæ me-

Quę ad exhortationẽ melioris uitę etiam hu- lioris, ubicunque institui uidemus, uel instituta cognoscimus, non solum non improbemus, sed etiam laudando & imitando sectemur, si aliquorum infirmitas non ita impedit, ut amplius detrimentum sit: si enim eo modo impediat, ut maiora studiorum lucra speranda sit, quam calumniatorum detrimenta metuenda, sine dubitatione faciendum est, maximè illud quod etiam de scripturis defendi potest, sicut de hymnis & psalmis canendis, cum & ipsius domini & Apostolorum habeamus documenta, & exempla, & præcepta de hac re tam utilia. Ad mouendum piè animum, & accendendum diuinæ lectionis adfectum uaria consuetudo est, & plerunq; in Aphrica ecclesiæ membra pigriora sunt: ita ut Donatistæ nos reprehendant quod sobriè psallimus in ecclesia, diuina cantica prophetarum. Cum ipsi ebrietates suas ad canticum psalmorum humano ingenio compositorum, quasi tubas exhortationis inflamment. Quando autem non est tempus cum in ecclesia fratres congregantur caussa cantandi, nisi cum legitur aut disputatur, aut antistites clara uoce deprecantur, aut communis oratio uoce diaconi indicitur.

manitus inuenta nõ improbanda.

Libro IIII. de anima & eius origine ad Vincentiũ Victorem, Cap. IX.

Quid enim oremus sicut oportet, nescimus. Quod non tantum uerbo docuit Apostolus, sed suo quoq; demonstrauit exemplo: Nam contra utilitatem & salutis suæ perfectionem nesciens orabat, ut discederet ab eo stimulus carnis, quem sibi datum dixit, ne magnitudine reuelationum suarum extolleretur. Et quia illum dominus diligebat, non fecit quod ignoranter petebat. Sed tamen ubi ait: Quid enim oramus sicut oportet nescimus: mox adiunxit, sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus ineuarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid spiritus sapiat, quia secundum deum interpellat pro sanctis, id est, interpellare facit sanctos.

Roman. 8. Quid sit nescire orare sicut oportet. 1. Corint. 12

Roman. 8.

Ad Simplicianum libro II. Quæstion. IIII.

Quòd autem quæris, quid sit quod scriptum est: Intrauit rex Dauid, & sedit ante dominum: Quid aliud intelligendum est, nisi quia sedit in conspectu domini, siue ubi erat arca testamenti, per quam sacratior & commendatior quædam præsentia domini accipi potest, siue oraturus sedit, quod non sit rectè, nisi in conspectu dei, hoc est in intimo cordis. Potest enim sic accipi, quod dictum est: Ante dominũ ut nullus esset hominum qui audiret orantẽ Siue ergo propter arcam testamenti, siue propter secretũ remotus ab arbitris, siue propter intimum cordis, ubi erat orantis adfectus, conuenienter dictum est, Sedit ante dominum: nisi fortè quòd sedens orauit, Hoc mouet quod sanctus Helias hoc fœcerit, quando pluuiam orando impetrauit. Quibus admonemur exemplis, non esse scriptum, quomodo corpus constituatur ad orandum, dummodo animus deo præsens peragat intentionem suam. Nam & stantes oramus, sicut & scriptum est: Publi-

2. Regũ 7.

3. Regũ 18. Situs et motus uarij orantium.

canus

Lucæ 18. canus autem de longinquo stabat, & fixis genibus, sicut in actibus Apostolorum legimus: Et sedentes, sicut ecce Dauid & Helias. Nisi autem etiam iacentes oraremus, non scriptum esset in Psalmis: Lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrimis meis stratum meum rigabo. Cum enim quisque orationem quærit, collocat membra sicut ei occurrerit accommodata pro tempore positi corporis ad mouendum animum. Cum autem non quæritur, sed infertur appetitus orandi, cum aliquid repentè uenit in mentem quo supplicandi moueatur affectus gemitibus inenarrabilibus quocunq; modo inuenerit hominem, non est utiq; differenda oratio, ut quæramus quo sedeamus, aut ubi sternamus, aut ubi prosternamur: gignit enim sibi mentis intentio sollicitudinem, & sæpe etiam obliuiscitur se uel ad quam cœli partem, uel in qua positione corporis membra illud tempus inuenerit.

Acto. 7. 20
2. Regũ 7.
Psalm. 6.

De gratia noui Testamenti ad Honoratum, Cap. VII.

Cum itaq; non exaudimur ad temporalia bona retinenda uel adipiscenda, quãdo pro his deprecamur deum, in eo quód nos non exaudit, derelinquit nos, sed ad potiora quæ uult intelligamus, & præferamus, & concupiscamus, non nos derelinquit.

Eodem libro. Cap. XXIX.

Angeli non solum beneficia dei nobis annunciant, uerumetiam illi preces nostras. Nam scriptum est ubi angelus hominibus dicit: Ego obtuli memoriam orationis uestræ, non ut tunc deus nouerit quid uelimus, uel quo indigeamus: Nouit enim pater uester, ait, dominus, quid uobis necessarium sit priusquam petatis ab eo. Sed quia necesse habet rationalis creatura obtemperans deo, temporales caussas ad æternam ueritatem referre, siue petendo quòd erga se fiat, siue consulendo quòd faciat, qui pius mentis effectus est, ut ipsa construatur, nõ ut deus instruatur. Nam & hæc quædam contestatio rationalis creaturæ est, quòd non sibi ipsa sic bonum, quo beata fiat, sed illud incõmutabile cuius participatione etiam sapiens efficitur.

Angeli nostras precationes offerre deo quõ intelligatur Tobiæ 12.
Matth. 6.

De uera innocentia, Cap. CCCXIII.

Quid supplicaturus deo locum aptum & sanctum requiris? Interiora tua munda, & omni inde mala cupiditate repulsa præpara tibi in cordis tui pace secretum. Volens in templo orare, in te ora, & ita age semper, ut dei templum sis: Ibi enim deus exaudit, ubi habitat.

Locus ad orandũ nulla ex industria quærendus.

In Euangelium Ioan. Tract. X

Est qui exaudit, ne dubitetis orare. Qui autem exaudit, intus manet. Non in montem aliquem oculos dirigatis, non faciem in stellas, aut solem, aut lunam leuetis. Non tunc exaudiri uos arbitremini, quando super mare oratis, imò detestabimini tales orationes. Munda tantum cubiculum cordis, ubi fueris, ubicunq; oraueris, intus est qui exaudit, intus in secreto, quem sinum uocat, cum ait: Et oratio mea in sinu meo conuertetur. Qui te exaudit, non est præter te. Non longè uadas, nec te extollas, ut quasi attingas ad illum manibus. Magis si te extuleris, cades si te humiliaueris, ipse appropinquabit.

In corde est qui exaudit
Psalm. 34

In Euang. Ioan. Tract. CII.

Amen amen dico uobis, si quid petieritis patrem in nomine meo, dabit uobis. Non petitur in nomine saluatoris, quicquid petitur contra rationem salutis. Non enim sonum literarum ac syllabarum, sed quod sonus ipse significat, & quod ab eo sono rectè ac ueraciter intelligitur, hoc accipiendus est dicere cum dicit, in nomine meo. Vnde qui hoc sentit de Christo, quod non est de unico dei filio sentiendum, non petit in eius nomine, etiam si non taceat literis ac syllabis Christum, quoniam in eius nomine petit, quem cogitat cum petit. Qui uero quod est de illo sentiendum sentit, ipse in eius nomine petit, & accipit quod petit, si non contra salutem suam sempiternam petit. Accipit aũt quando debet accipere. Quædam enim non negantur, sed ut congruo dentur tempore differuntur. Ita sanè intelligendum est quod ait, Dabit uobis, ut ea beneficia significata sciantur his uerbis, quæ ad eos qui petunt, propriè pertinent. Exaudiuntur quippe omnes sancti pro se ipsis, non autem pro omnibus exaudiuntur uel amicis, uel inimicis suis, uel quibuslibet alijs, quia non utcunq; dictum est dabit, sed dabit uobis.

Ioan. 15. Petere, quid sit in nomine Christi.

In epistolam beati Ioannis, Tract. VI.

Nouerit magnum sacramentum charitas uestra, quod ideo commendauimus uobis, ne excidat uobis in tentationibus uestris. Sancti ad salutem per omnia exaudiuntur, semper exaudiuntur ad salutem æternã. Ipsam desiderant quia secundum hanc semper exaudiuntur. Sed discernamus exauditiones dei. Inuenimus enim quosdam nõ exauditos ad uoluntatem, exauditos ad salutem. Hoc discernite, hoc tenete. Exemplum eius qui non est exauditus ad uoluntatem, sed exauditus ad salutem. Audi apostolum Paulum: Nõ ipsam exauditionem ad salutem ostendit illi deus, Sufficit tibi gratia mea: nam uirtus in infirmitate perficitur. Rogasti, clamasti, ter clamasti: ipsum semel quod clamasti audiui, non auerti aures meas à te. Noui quid faciam. Tu uis auferre medicamentum quo ureris, ego noui infirmitatem qua grauaris. Ergo iste ad salutem exauditus est, ad uoluntatem non est exauditus. Quos inuenimus exauditos ad uoluntatẽ, non exauditos ad salutem? Inuenimus putamus aliquem, neq; aliquẽ impiũ exauditũ à deo ad uoluntatem, non exauditum ad salutem? Si alicuius hominis exemplũ posuero, fortè dicturus es mihi, Tu illum dicis iniquum, nam iustus erat. Si iustus non esset, à deo non exaudiretur. Talem propositurus sum, de cuius iniquitate & impietate nemo dubitet. Diabolus ipse petijt Iob, & accepit. Nonne & hic de diabolo audistis, quia qui facit peccatũ ex diabolo est? Non quia ille creauit, sed quia iste imitatur. Nonne de illo dictum est, in ueritate non stetit? Nonne ipse est antiquus ille serpens, qui per fœminam uenenum primo homini propinauit? Qui ad ipsum Iob fœminam propterea seruauit, per quam maritus non consolaretur, sed tentaretur. Ipse diabolus petijt sanctum uirum

Exauditiones dei differentes.
2. Corin. 12
Iob 1. Diabolus exauditur a deo.
Ioan. 8.
Genes. 3.
Iob 2.
Iob 1.

uirum temptandum et accepit. Petijt Apostolus ut auferretur ab eo stimulus carnis, & non accepit. Sed Apostolus magis exauditus est quam diabolus. Apostolus enim exauditus ad salutem est, & si non ad uoluntatem, diabolus exauditus est ad uoluntatem, sed ad damnationē. Ideo enim iste concessus est tentandus, ut eo probato esset ille cruciandus. Sed hæc fratres non tantum in ueteribus libris inuenimus, & in Euangelio inuenimus. Petierunt dæmones à domino cum eos excluderet ab homine ut ire permitterentur in porcos. Nonne his posset dicere dominus ut nec illuc accederent? Non enim si nollet rebellauri erant contra regem cœli & terræ. Certi tamen mysterij gratia, & certa dispensatione dimisit dæmones in porcos, ut ostenderet diabolum in eis dominari qui uitā porcorum gerunt. Dæmones ergo exauditi sunt, Apostolus non exauditur. An potius quod uerius est dicimus, immo Apostolus exauditus est, dæmones non sunt exauditi. Illorum uoluntas facta est, huius sanitas perfecta est. Secundum hoc intelligere debemus, quia deus & si uoluntati nostræ non dat, saluti dat.

2. Corin. 12

Matth. 8

Deus & si uolūtati nostræ nō dat saluti dat.

Lib. II. De ordine. Cap. XX.

Summa opera danda est optimis moribus, deus enim noster aliter nos exaudire non poterit, benè autem uiuentes facillime exaudiet. Oremus ergo non ut nobis diuitiæ uel honores, uel huiusce modi res fluxæ atq; nutantes & quouis resistente transeuntes, sed ut ea perueniant, quæ nos bonos faciant ac beatos &c.

A deo quæ petere debemus.

De Magistro. Cap. I.

Non ob aliud nobis præceptum est ut clausis cubiculis oremus, quo nomine significantur mentis penetralia, nisi qđ deus ut nobis qđ cupimus præstet, cōmoueri aut doceri nostra locutione nō quærit. Qui enim loquitur, suæ uoluntatis signum foras dat per articulatum sonum: Deus autem in ipsis rationalis animæ secretis, qui homo interior uocatur, & quærendus & deprecandus est. Hæc enim sua templa esse uoluit. An apud Apostolum, non legisti, nescitis quia templum dei estis, & spiritus dei habitat in uobis, & in interiore homine habitare Christum. Nec in propheta animaduertisti, dicite in cordibus uestris, & in cubilibus uestris conpungimini: Sacrificate sacrificium iustitiæ & sperate in domino. Vbi putas sacrificium iustitiæ sacrificari, nisi in templo mentis, & in cubilibus cordis? Vbi autem sacrificandum est, ibi & orandum. Quare non opus est locutione cum oramus, id est, sonantibus uerbis, nisi forte sicut sacerdotes faciunt, significandæ mentis suæ causa, nō ut deus, sed ut homines audiant, & consensione quadam per commemorationem suspendantur in deum &c.

Matth. 6 Quid sit clausis cubiculis orare.

1. Corin. 3

Psalm. 4

Post pauca ibidem.

Summus magister cum orare doceret discipulos uerba quædam docuit, in quo nihil aliud uidetur fœcisse quā docuisse, quomodo in orando loqui oporteret &c.

Matth. 6 Christꝰ qre discipulos orare docuerit.

Lib. II. De sermone domini in monte. D.

Vos autem cum oratis inquit introite in cubicula uestra. Quæ sunt ista cubicula, nisi ipsa corda, quæ in Psalmo etiam significantur cum dicitur. Quæ dicitis in cordibus uestris, & in cubilibus uestris compungimini, & claudentes ostia orate, ait patrem uestrum in absconso. Orantes aūt ait nolite multum loqui, sicut Ethnici faciunt, arbitrantur enim quod in multiloquio suo exaudiantur. Sicut Hipocrytarum est præbere se ad spectandos in oratione, quorum fructus est placere hominibus, ita Ethnicorum id est gentilium in multiloquio suo se putari exaudiri. Et reuera omne multiloquium à gentilibus uenit, qui exercendæ linguæ potius quam mundando animo, dant operam, ut hoc nugatorij studij genus etiam ad deum præce fundendum transferre conantur, arbitrantes sicut hominem iudicem uerbis adduci in sententiam. Nolite itaq; similes illis esse &c.

Corda hominum esse cubicula. Psalm. 4

Matt. 6

Multiloq̄ium in oratione a gentilibꝰ uenit.

Post pauca ibidem.

Non uerbis nos agere debemus apud deum ut impetremus quod uolumus, sed rebus quas animo gerimus et intentione cogitationis cum dilectione pura & simplici affectu, sed res ipsas uerbis nos docuisse, dominū nostrū quibus memoriæ mandatis eas ad tempus orandi recordaremur. Sed rursus quæri potest, siue rebus, siue uerbis orandum sit, quid opus sit ipsa oratione, si deus iam nouit quid nobis necessarium sit, nisi quia ipsa orationis intentio cor nostrum serenat & purgat, capatiusq; efficit ad excipienda diuina munera, quæ spiritaliter nobis infunduntur: Non enim ambitione præcum nos exaudit deus, qui semper paratus est dare suam lucem nobis non uisibilem sed intelligibilem & spiritalem, sed nos nō semper parati sumus accipere cum inclinamur in alia & rerum temporaliū cupiditate tenebramur. Fit ergo in oratiōe cōuersio cordis ad eū qui semp dare paratus ē, si nos capiamus quod dederit, & in ipsa conuersione purgatio interioris oculi, cum excluduntur ea quæ temporaliter cupiebantur, ut acies cordis simplicis ferre possit simplicem lucem diuinitus sine ullo occasu aut immutatione fulgentem. Nec solum ferre sed etiam manere in illa non tātum sine molestia, sed etiam cū ineffabili gaudio quo uere ac sinceriter beata uita perficitur &c.

A pud deū non uerbis sed intentione cordis res agenda.

Post pauca ibidem.

Cum ad orationem stamus, ad Orientem cōuertimur, unde cœlum surgit, non tanq̄ ibi sit deus & quasi cæteras mundi partes deseruerit facimus, qui ubiq; præsens ē nō locorum spacijs, sed maiestate potentiæ, sed ut admoneatur animus ad naturam excellentiorem se conuertere, id est ad dominum, cum ipsum corpus eius quod est terrenū ad corpus excellētius id est, ad corpus cœleste cōuertitur.

Ad Orientem quare nos conuertimus cum oramus.

De ciuitate dei lib. I. Cap. VIII.

In rebus secundis si non eas deus quibusdam petentibus euidentissima largitate concederet, non ad eum ista pertinere diceremus. Itemq; si omnibus eas petētibus daret non nisi propter talia præmia seruiendum illi esse

Secūdæ res quare a deo aliquando petentibus denegat.

arbitraremur, nec pios nos faceret talis seruitus sed potius cupidos & auaros &c.

Lib. XXI. Cap. XXVI.

Oratio dominica quotidiana delet peccata, Matth. 6

Oratio uero quotidiana, quã docuit ipse dominus, unde & dominica nuncupatur, delet quidem cotidiana peccata, cum quotidie dicitur, Dimitte nobis debita nostra, qñ id quod sequitur non solum dicitur, sed etiam fit, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Sed quia fiunt peccata ideo dicitur, non ut ideo fiant, qa dicitur. Per hãc enim nobis uoluit saluator ostendere, quantumlibet iuste in huius uitæ caligine atq; infirmitate uiuamus, non nobis deesse peccata, p quibus dimittendis debeamus orare, & eis qui in nos peccant, ut & nobis ignoscatur ignoscere.

De uerbis domini secundum Ioannem. Sermo. LIII.

Non p magno habendum cũ ad uoluntatẽ nos deus exaudit, Matth. 8 Iob. 7

Non habeatis pro magno exaudiri ad uoluntatẽ, habete pro magno exaudiri ad utilitatem. Ad uoluntatẽ etiam dæmones exauditi sunt, & ad porcos quos petiuerãt, ire permissi sunt. Ad uoluntatem etiam princeps eorum exauditus est diabolus, à quo petitus est Iob tentandus nõ est negatus, ut esset ille probatus, iste confusus. Ad uoluntatem etiam Israëlitæ exauditi sunt, & cum adhuc cibus esset in ore ipsorum nostis quæ secuta sunt. Nolite ergo pro magno habere ad uoluntatem exaudiri. Aliquando deus iratus dat quod petis, & deus propitius negat quod petis & c.

Psalm. 77

Sermo. LIX. de tempore.

Matth. 6

Et cum oratis non eritis sicut Hipocrytæ qui amant in synagogis & in angulis platearũ stantes orare, ut uideantur ab hominibus: Neq; hic ab hominibus uideri nephas est, sed ideo hæc agere ut uidearis & fructus in eis expectetur placendi hominibus. Plateæ perpetuæ ac latiores ciuitatum uiæ sunt iuxta propietatẽ linguæ græcæ à latitudine nominatæ. Platon enim latũ dicitur. Amẽ dico uobis perceperunt mercedẽ suam. Et hic ostendit dominus id se prohibere ut ea merces appetatur qua gaudẽt stulti cum laudantur ab hominibus. Tu autem cum orabis, intra in cubiculum & clauso ostio ora patrem tuum in absconso. Cubiculum quod nominat non occultam domum ostendit, sed cordis nostri secretum.

Cubiculũ cordis est secretum.

Sermo. CXXXV. de tempore.

In oratione dominica sunt quæ pertinent etiã ad uitam præsentem,

In oratione dominica septem petitiones sunt, tres quæ pertinent ad uitam æternam, quattuor ad uitam præsentem &c.

Sermo. CCXXVI. de tempore.

Oratio iusti clauis est cœli.

Oratio iusti clauis est cœli. Ascendit præcatio, & descendit dei miseratio. Licet alta sit terra, altum cœlum, audit tamen deus hominis linguam, si mundam habeat conscientiam. Cum sensibus loquitur, si sit solus noster gemitus. Sufficit auribus imber oculorum, fletus citius audit quam uoces. Oratio inuidi, solet de auribus propulsari &c.

In psalmum. III.

Voce mea ad dominum clamaui, id est non corporea uoce quæ iam strepitum uerberati aëris, promittitur, sed uoce cordis, quæ hominibus silet, deo autem sicut clamor sonat. Qua uoce Susanna exaudita est. Et de qua uoce ipse dominus præcepit, ut in cubiculis clausis, id est, ut in secretis cordis sine strepitu oretur. Nec facile quisquam dixerit hac uoce minus orari, si nullus uerborum sonus reddatur ex corpore, quoniam & silentes cum in cordibus oramus, si aliene ab effectu orantis cogitationes intercurrant, nondũ dici potest uoce mea ad dominum clamaui. Neq; hoc recte dicitur, nisi cũ sola anima nihil carnis, nihilq; carnalium cogitationum in oratione attrahens, loquitur domino ubi solus audit. Clamor autem etiam iste dicitur, propter uim ipsius intentionis &c.

Vox cordis deo tonat, Daniel. 3 Matth. 6

In psalmum. XXXII.

Inquisiui dominum & exaudiuit me, ubi exaudiuit dominus? Intus. Vbi dat? Intus. Vbi oras ibi exaudiris, ibi beatificaris. Orasti intus exauditus es. Beatificatus es, & non scit qui iuxta te stat. Gestum est à te totum in occulto, sicut dominus in Euangelio dicit, intra in cubiculũ tuum, & claude ostium tuum, & ora in occulto, & pater tuus qui uidet in occulto, reddet tibi. Cum ergo intras in cubiculum, intras cor tuum. Si ergo loci uisibilis te delectat munditia, quare te non offendit immunditia cordis tui? Intra munda omnia, leua oculos tuos ad deum, et statim te exaudiet &c.

Matth. 6

Non uisibilis loci nos delectare debet mũditia sed cordis offendere immũditia.

In Psalmum. XXXVII.

Desiderium tuum oratio tua est, et si continuum desiderium, continua oratio. Non enim frustra dixit Apostolus, sine intermissione orantes. Nunquid sine intermissione genuflectimus, corpus prosternimus, aut manus leuamus ut dicat, sine intermissione orate? Aut sicut dicimus nos orare, hoc puto sine intermissione non possumus facere. Est alia interior oratio sine intermissione. Oratio ista quæ est Desiderium. Quicquid aliud agas, si desideras illud sabbathum, non intermittis orare, si non uis intermittere orare, noli intermittere desiderare. Continuum desiderium continua uox tua est.

1. Tessa. 5

Sine intermissiõe orãre quomodo intelligatur.

In Psalmum. CXVIII. Sermo. XXVIII.

Clamor ad dominũ qui fit ab orantibus si sonitu corporalis uocis fiat, non intento in dominum corde, quis dubitet inaniter fieri, si autem fiat corde, etiam silẽte corporis uoce, alium quemlibet hominem potest latere, non deum. Siue ergo cum uoce carnis quando id opus est, siue cum silentio ad deum cum oramus, corde clamandum est. Est autem clamor cordis, magna cogitationes intentio. Qui cum est in oratione magnum exprimit desiderantis & petentis affectum, ut non desperet effectum. Tunc porrò in toto corde clamatur, quando aliunde nõ cogitatur. Tales orationes raræ sunt multis, crebræ autẽ paucis, utrum uero cuiquam nescio &c.

Clamor sine intẽto in dominũ cor de inanis.

In præfatione psalmi.CXXX.

Quisquis præter templum dei orauerit deum, nõ exauditur ad illam pacem supernam Hierusalem, & si exauditur ad quædam temporalia quæ deus et paganis donauit. Nã & ipsi dæmones exauditi sunt, ut irent in porcos. Exauditi ad uitam æternam aliud est, nec conceditur nisi ei qui in templo dei orat. Ille autem in tẽplo dei orat, qui orat in pace ecclesiæ, in unitate corporis Christi, qđ corpus Christi constat ex multis credentibus in toto orbe terrarũ, & ideo exauditur qui orat in templo. Ipse enim orat in spiritu & ueritate, qui orat in pace ecclesiæ, non in illo templo ubi figura erat &c.

Matth.8

In spiritu et veritate orare ẽ in pace ecclesiæ orare &c. Iohan.4

In psalmum.CXXXVII

Confitebor tibi in toto corde meo, quoniam audisti uerba oris mei, cuius oris mei? Nisi cordis mei. Ibi enim habemus uocem quam deus exaudit, quam prorsus auris humana non nouit. Clamabant certe qui Susannam accusabant, & ad cœlos oculos non leuabant. Illa tacebat et corde clamabat. Vnde illa meruit exaudiri, inde isti puniri. Est ergo os meus, ibi rogamus inde rogamus, & si hospitium uel domum deo præparauimus ibi loquimur, ibi exaudimur. Non enim est ille longe ab uno quoq; nostrum positus, in quo mouemur uiuimus & sumus &c.

Daniel.13 Deus nõ lõge ab uno quoq; est.

Actõ.17

Lib.III. De Mirabilibus sacræ scripturæ.Cap.XI.

Etenim ea quæ non disposuit deus aliquis sanctorum rogauerit, nullo modo fieri permittit ut quod Moyses repromissionis terram ingrederetur, & Paulus ut ab eo angelus sathanæ recederet & potentes non impetrauerũt.

Deut.34 2.Cor.12

De Orando deo ad Probam. Cap.X.Epist.CXXI.

Neq; enim ut nonnulli putant, hoc est orare in multiloquio si diutius oretur. Aliud est sermo multus, aliud diuturnus affectus. Nam et de ipso domino scriptum est, qđ pernoctauerit in orando, & qđ prolixius orauerit, ubi quid aliud quam nobis præbebat exemplum, in tempore præcator opportunus, cum patre exauditor æternus? Dicuntur fratres in Aegypto crebras quidem habere orationes, sed eas tamen breuissimas & raptim quodammodo iaculatas, ne illa uigilãter reiecta, quæ oranti plurimum necessaria est, per productiores moras euanescat atq; hebetetur intentio. Ac per hoc etiam ipsi satis ostendunt hãc intentionem, sicut non est obtundenda si perdurare non potest, ita si perdurauerit non cito esse rumpendam. Absit enim ab oratione multa locutio, sed nõ desit multa præcatio, si feruens perseuerat intentio. Nam multum loqui ẽ in orando rem necessariam superfluis agere uerbis: Multum autem præcari est, ad deum quẽ præcamur diuturna & pia cordis excitatione pulsare. Nam plerumq; hoc negotium plus gemitibus quam sermonibus agitur plus fletu quam affatu. Ponit autem lachrimas nostras in conspectu suo, & gemitus noster non est absconditus ab eo qui omnia per uerbum condidit, & humana uerba non quærit.

Oratio nõ est in multiloquio. Luce. 6.& 22.

Differunt multum loq & multum præcari.

Ad Vitalem Epistola.CVII.

Non oramus deum, sed orare nos fingimus, si unde illi gratias agimus ipsum facere non putamus. Labia dolosa si in hominum quibuscunq; sermonibus sunt, saltem in orationibus non sint. Absit ut quod facere deum rogamus oribus & uocibus nostris, eum facere negemus cordibus nostris &c.

Labia dolosa in oratione nõ debent esse.

Ad Paulinum Epistola.LIX.

Illa plane difficillime discernuntur, ubi ad Timotheum Apostolus scribens ait. Obsecro itaq; primum omnium fieri obsecrationes, orationes interpellationes gratiarum actiones. Secundum enim græcum eloquium discernenda sunt. Nam nostri interpretes uix reperiuntur, qui ea diligenter & scienter transferre curauerint. Ecce enim sicut ea ipse posuisti, obsecro fieri obsecrationes, nõ eodem uerbo utrunq; dixit Apostolus, qui utiq; grece illam scripsit epistolam, sed pro eo quod in latino est obsecro, ille grece dixit, παρακαλῶ. Pro eo uero quod latinus uester habet obsecrationes, ille posuit δεήσεις. Proinde alij codices in quibus et nostri sunt, non habent obsecrationes, sed deprecationes. Tria porrò quæ sequũtur orationes, interpellationes, gratiarũ actiones, pleriq; latini codices sic habent. Vnde si uelimus secundum latinæ linguæ proprietates ista discernere, more loquẽdi nostram uel qualemcunq; scientiam fortasse tenebimus. Sed mirum si sententiã græci sermonis uel consuetudinis obtinebimus. Præcationem et deprecationem multi nostri hoc idem putant, & hoc quotidiano usu iam omnino præualuit. Qui autem distinctius latine locuti sunt, præcationibus utebantur in optandis bonis, deprecationibus uero in deuitandis malis. Precari enim dicebant esse præcãdo & bona optare. Imprecari mala, quod uulgo iam dicitur maledicere. Deprecari autem mala precando depellere. Sed usitatum iam loquendi modum potius sequamur, & siue præcationes siue deprecationes inueneri mus quod græci δεήσεις uocant non putemus emendandũ esse. Orationes uero, quas grecus habet προσευχάς distinguere à precibus uel precationibus omnino difficile est. Quod uero quidam codices non habent orationes sed adorationes, quia non dictum in græco est ἔυχας, sed προσευχὰς, non arbitror scienter interpretatũ. προσευχὰς enim orationes dici à græcis notissimum est. Et utiq; aliud est orare, aliud est adorare. Deniq; nõ isto uerbo, sed alio legitur in græco: Dominum deum tuum adorabis, & adorabo ad templum sanctum tuum, & si qua similia. Pro interpellationibus autem quod nostri habent, secundum codices credo uestros postulationes posuisti. Hæc interim duo, id est quod alij postulationes, alij interpellationes interpretati sunt, unum uerbum transferre uoluerunt quod græcus habet ἐντεύξεις, & profecto aduertis, sed nosti aliud esse interpellare aliud postulare.

1.Timot.2

Differũt inter se præcatio & deprecatio.

Matth.4 Psalm.5

lare. Non enim solemus dicere postulant interpellaturi, sed interpellant postulaturi. Verumtamen ex uicinitate uerbum usurpatum, cui propinquitas ipsa impetrat intellectum, non est uelut censoria notatione culpandum. Nam & de ipso domino Iesu Christo dictum est, quod interpellat pro nobis. Nunquid interpellat & non etiam postulat? Imo uero quia postulat, pro eo positum est interpellat. Euidenter quippe alibi de eo dicitur, & si qs peccauerit aduocatum habemus, ad patrem Iesum Christum iustum, ipse est exoratio pro peccatis nostris. Quãquam fortasis codices apud uos, etiam in eo loco de domino Iesu Christo non habent interpellat pro nobis, sed postulat pronobis. In græco enim quo uerbo hic positæ sunt interpellationes, quas ipse posuisti postulationes, ipsum et illic uerbum est ubi scriptum ẽ, interpellat pro nobis. Cũ igitur & qui præcatur & qui orat præcetur, & qui interpellat deum, ad hoc interpellet ut oret et præcetur, qd sibi uult quod ista ita posuit Apostolus, ut non sit eorum negligenda distinctio? Excepto itaq; nomine generali, & salua loquendi consuetudine, secundum quam siue dicas præcationem, siue orationem, siue interpellationem, ul' postulationem, una eademq; res intelligitur. Aliqua etiã singulorum istorum proprietas inquirenda est, sed ad eam liquido peruenire difficile ẽ. Multa quippe hinc dici possunt quæ improbanda non sunt, sed eligo in his uerbis, hoc intelligere, quod omnis uel pené omnis frequentat ecclesia, ut præcationes accipiamus dictas, quas facimus in celebratione sacramentorum, antequam illud quod est in domini mensa incipiat benedici, orationes cum benedicitur & sanctificatur, & ad distribuendum comminuitur, quam totam petitionem ferè omnis ecclesia dominica oratione concludit. Ad quem intellectum etiam uerbi græci origo nos adiuuat. Nam eam quam dicunt εὐχὴν raro ita scriptura ponit ut intelligatur oratio, sed plerumq; & multo usitatius uotum appellat εὐχήν, προσεῦχὴν uero quod uerbum ita positum est unde tractamus, semper orationem uocat. Vnde hanc uerbi originem (sicut supius dixi) nõnulli minus erudite intuẽtes, προσεῦχὴν non orationem sed adorationem dicere uoluerunt, quæ potius προσκύνησις dicitur. Sed quia oratio interdũ dicitur quæ uocatur εὐχὴ, adoratio putata ẽ προσεῦχὴ. Porrò si usitatius ut dixi in scripturis uotum appellatur εὐχὴ, excepto noie generali orationis, ea proprie intelligẽda est oratio quã facimus ad uotũ, id ẽ προσεῦχὴν. Vouentur autẽ omnia quæ offeruntur deo, maxime sancti altaris oblatio, quo sacramento prædicatur nostrũ aliud uotum maximum, quo nos uouimus in Christo esse mansuros utiq; in compage corporis Christi. Cuius rei sacramentum est, quod unus panis unum corpus multi sumus. Ideo in huius sanctificatiõe & distributionis præparatione, existimo Apostolum iussisse proprie fieri προσευχὰς, id est orationes, uel (ut nonnulli minus perite interpretati sunt) adorationes, hoc est enim ad uotum, quod usitatius in scripturis nuncupatur εὐχὴ. Interpellationes autem siue ut uestri codices habent, postulatiões fiunt cum populus benedicitur, tunc enim antistites uelut aduocati, susceptos suos p manus ipositionẽ misericordißimæ offerũt potestati. Quibus peractis, et participato tanto sacramento, gratiarum actio cuncta concludit, quam in his etiam uerbis ultimam commendauit Apostolus. Hæc autem causa præcipua fuit ista dicendi, ut his breuiter perstrictis atq; significatis non putaretur negligendum esse quod sequitur. Pro omnibus hominibus, pro regibus, & his qui in sublimitate sunt, ut quietam & tranquillam uitam agamus in omni pietate & charitate, ne quisq; sicut se habet humanæ cogitationis infirmitas, existimaret non ista facienda esse pro his à quibus persequutionem paciebatur ecclesia, cum membra Christi ex omni essent hominum genere colligenda. Vnde adiũgit & dicit: Hoc enim bonum & acceptum ẽ coram saluatore nostro deo, qui omnes homines saluos uult fieri, & in agnitionem ueritatis uenire. Et ne quisq; diceret posse esse salutis uiã in bona conuersatione & unius dei omnipotentis cultu, siue participatione corporis & sanguinis Christi: Vnus enim deus inquit, & unus mediator dei & hominum, homo Christus Iesus, ut illud quod dixerat, omnes homines uult saluos fieri, nullo alio modo intelligatur præstari nisi per mediatorem non deum quod semper uerbum erat, sed hominem Christum Iesum, cum uerbum caro factum est & habitauit in nobis.

Roman. 8
1. Iohan. 2

Quid sit precatio.

Oratio.

1. Corin. 10

1. Timo. 2
Pro regibus & principibus orandis

Iohan. 1

DE ELEEMOSINA ET charitate, in pauperes.

De opere Monachorum. Cap. XXV.

Omnium Christianorum una respublica est, & ideo quisquis Christianis necessaria ubilibet erogauerit undecunq; etiam ipse quod sibi necessarium ẽ accipit, de Christi bonis accipit, ubicunq; & ipse cum talibus dedit quis nisi Christus accepit?

Olim Christianorum una respublica erat.

Quæstionum ueteris & noui testamenti, Quæst. CXXIIII.

Vna est misericordia in diuite & paupere, sed aliter imputatur diuiti, aliter pauperi quia plus laudanda ẽ in paupere quam in diuite. Pauper enim qui exiguitate sua largiri non timuit, sperans à deo sibi retribui & in præsenti & futuro. Credit enim scripturæ dicenti. Quia qui tribuit pauperibus, non egebit. Vnde & paupercula illa diuitibus multa mittentibus sola meruit à deo collaudari, quia de penuria sua largiri non timuit. Benè igitur faciunt diuites dũ largiuntur egenis, sed multo melius pauperes. Diuites uero securi de diuitijs suis largiuntur, pauper autem securũ de domino. Ac per hoc alia remuneratio pauperis & alia diuitis. Dies enim si hoc non fœcerit uapulabit, à paupere enim non exigitur tãtum, Ideoq; laudabilis est pauper misericors.

Eleemosina plus laudãda in paupere q̃ in diuite. Prouer. 28 Luc. 21.

Lib. III. De libero arbitrio. Cap. X.

Pauper ſuppbus indignus miſericordia,

Quid enim tam opus habens miſericordia quam miſer? Et quid tã indignum miſericordia, quam ſupbus miſer?

Lib. I. De ſermone domini in monte. Z.

Nom ola petentibus dandum,

Omni petenti te da, & qui uoluerit mutuari à te, ne auerſatus fueris. Omni petenti inquit, non omnia petenti, ut id des qđ dare honeſte & iuſtè potes. Quid ſi enim pecuniam petat, qua innocentem conetur opprimere? Quid ſi poſtremo ſtuprũ petat? Sed ne multa perſequar quæ ſunt innumerabilia, id profecto dandum eſt qđ nec tibi nec alteri noceat. Quantum ſciri aut credi, ab homine poteſt, & cui iuſte negaueris quod petit, indicanda eſt ipſa iuſtitia, ut non eum inanem dimittas. Ita omni petẽti te dabis, quamuis non ſemper id quod petit dabis, ſed aliquando melius aliquid dabis cum petentem iniuſtè cor rexeris. Quod autem ait, qui uult ate mutuari, ne auerſatus fueris, ad animam referendũ eſt: Hilarem enim datorem diligit deus. Mutuatur autem omnis qui accipit, etiãſi non ipſe ſoluturus eſt. Cum enim miſericordibus plura reſtituat deus, omnis qui beneficium præſtat fœneratur &c.

Luce. 6

Qui pauperi beneficiũ præſtat fœneratur,

Lib. II. De eodem ſermone domini in monte B.

Hypocritę quid prætendant.

Cum ergo facis eleemoſinam, noli tuba canere & reliqua, noli inquit uelle innoteſcere, ut Hypocritæ: Manifeſtum eſt enim Hypocritas non quod oculis prætendunt hominum, id etiam corde geſtare. Sunt autem Hypocritæ ſimulatores, tanq̃ pronunciatores perſonarum alienarum, ſicut in Theatricis fabulis: Non enim quæ agit partes Agamennonis in tragœdi (uerbi gratia) ſiue alicuius alterius, ad hyſtoriam uel fabulam quæ agitur pertinentis, uere ipſe eſt, ſed ſimulat eum & Hypocrita dicitur. Sic in eccleſijs, uel in omni uita humana quiſquis ſe uult uideri quod non eſt, Hypocrita eſt. Simulat enim iuſtum ſe & non exhibet, quia totum fructum in laude hominũ ponit, quam poſſunt etiam ſimulantes percipere dum fallunt eos quibus uidentur boni ab eis qui laudantur, ſed talis ab inſpectore cordis deo mercedem non capiunt, niſi fallatiæ ſupplicium. Ab hominibus inquit perceperunt mercedem ſuam &c.

Poſt pauca ibidem.

Quid p ſiniſtrã et dexteram ſignificet Chriſt⁹ indanda eleemoſina.

Te autem faciente eleemoſinam, neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera. Dextera ſignat intentionem implẽdi præcepta diuina. Cum itaq; conſcientiæ facientis eleemoſinam miſcet ſe appetitio laudis humanæ, ſit ſiniſtra conſcia operis dextræ, neſciat ergo ſiniſtra tua quid faciat dextera tua, id eſt non ſe miſceat conſcientiæ tuæ laudis humanæ appetitio, cum in eleemoſina facienda, diuinum præceptum contendis implere ut eleemoſina tua in abſcõſo ſit. Quid eſt in abſcõdito niſi in ipſa bona cõſcientia, quæ humanis oculis demonſtrari non poteſt, nec uerbis aperiri: Quandoquidem multi multa mentiuntur. Quapropter ſi dextera intrinſecus agit in abſcõdito, ad ſiniſtram pertinent omnia exteriora, quæ ſunt uiſibilia & temporalia. Sit ergo eleemoſina tua in ipſa conſcientia, ubi multi eleemoſinam faciunt bona uoluntate, etiam ſi pecuniam, uel ſi quid aliud eſt quod inopi largiendum eſt non habent. Multi autem foris faciunt, & intus non faciunt, qui uel ambitione, uel alicuius rei temporalis gratia uolunt miſericordes uideri, in quibus ſola ſiniſtra operari exiſtimanda eſt. Item alij quaſi medium inter utroſq; locum tenent, ut & intentione quæ in deo eſt eleemoſinam faciant, & tamen inſerat ſe huic optimæ uoluntati nonnulla etiam laudis uel cuiuscunq; rei fragilis & temporalis cupiditas. Sed dominus noſter multo uehementius prohibet ſolam ſiniſtram in nobis operari, quando etiam miſeri eum uetat operibus dextræ, ut ſcilicet nõ modo ſola temporalium rerum cupiditate cauemus eleemoſinam facere, ſed nec ita in hoc opere attendamus deũ ut ſeſe naſceat uel adiungat exteriorum appetitio commodorum. Agitur enim de corde mundando, quod niſi fuerit ſimplex mundum non erit &c.

Contra Adimanthum. Cap. XIX.

Matth. 5 Luce. 6 Qui ſint vere diuites & uere pauperes. Luce. 16

De eo quod ſcriptum eſt in lege, ego ſum qui diuitias do amicis meis, & paupertatem inimicis meis. Huic ſententiæ illud opponunt quod dominus dicit, beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, Et: ue uobis diuitibus, quia percepiſtis conſolationem ueſtram, ſed cur nolunt & alia in Euangelio contueri? Vbi enim ſcriptum eſt: Beati pauperes ſpiritu, quoniam ipſorum eſt regnum cœlorum, ibi ſequitur: Beati mites quoniam ipſi hæreditate poſſidebunt terram. Ecce habent amicos dei hæreditate terræ diuites fieri. Cum autem ad tantam egeſtatem diues ille redigitur, ut ab eo paupere quem neglexerat, digito breui in aqua tincto, arenti linguæ ſuæ humorem ſtillari deprecetur, intelligant quomodo fiant pauperes inimici dei, & id eſſe cognoſcant qđ in lege ſcriptum eſt: Ego ſum qui diuitias do amicis meis & paupertatem inimicis meis: Nam iſtas diuitias temporales, & in ueteri ſcriptura eſſe contemptas & ſuperius docui, & in innumerabilibus locis qui legere uoluerit inueniet. Vnde eſt etiam illud, melius eſt modicum iuſto ſuper diuitias peccatorum multas. Et illud bonum mihi lex oris tui, ſuper milia auri & argenti &c.

Pſalm. 36 Pſalm. 118

In lib. Enchiridion ad Lautentium. Cap. LXX.

Deus eleemoſinis nõ emendus ut impune peccare liceat. Eccle. 15

Sane cauendum eſt ne quiſquam exiſtimet infanda illa crimina, qualia qui agunt, regnum dei non poſſidebũt quotidie perpetranda, & eleemoſinis quotidie redimenda. In melius eſt quippe uita mutanda, & per eleemoſinas de peccatis præteritis eſt propitiandus deus, non ad hoc emendus quodammodo, ut ea ſemper liceat impune committere. Nemini enim dedit laxamentum peccandi,

q̃uis miſerando deleat iam facta peccata, ſi non ſatisfactio congrua negligatur.

Eodem lib. Cap. LXXII.

Luc. 11. Ac per hoc ad omnia quæ utili miſericordia fiunt, uallet quod dominus ait, date eleemoſinam, & ecce omnia munda ſunt uobis. Non ſolum autem qui dat eſurienti cibum, ſitienti potum, nudo ueſtimentum, peregrinanti hoſpitium, fugienti latibulum, ægro uel incluſo uiſitationem captiuo redẽptionem, debili ſubuectionem, cæco deductionem triſti conſolationem, non ſano medicinam, erranti uiam, deliberanti conſilium, & quod cuiq; neceſſarium eſt indigenti, uerumetiam & qui dat ueniam peccanti, eleemoſinam dat, & qui emendat uerbere in quem poteſtas datur, uel coërcet aliqua diſciplina, & tamen peccatum eius quo ab illo leſus eſt aut offenſus, dimittit ex corde, ut orat ut ei dimittatur, non ſolum in eo quod dimittit atq; orat, uerumetiam in eo quod corripit, & aliqua emendatoria pœna plectit, eleemoſinam dat, quia miſericordiam præſtat. Multa enim bona præſtantur inuitis, quando eorum conſulitur utilitati non uoluntati, quia ipſi ſibi inueniuntur eſſe inimici, amici uero eorũ potius illi quos inimicos putant, & reddunt errando mala pro bonis, cũ reddere mala Chriſtianus nõ debeat nec pro malis. Multa itaq; ſunt genera eleemoſinarum, quæ cum facimus ad iuuamur, ut dimittantur nobis noſtra peccata.

Multa ſunt genera eleemoſinarum

1 Theſſa. 5 Roman. 12 Matth. 6

Cap. LXXIII.

Sed ea nihil eſt maius, qua ex corde dimittimus, qd̃ in nos quiſq; peccauit. Minus enim magnum eſt erga eũ eſſe beneuolum, ſiue etiam beneficium qui tibi mali nihil fœcerit: Illud multo grandius & magnificentiſſime bonitatis eſt, ut tuum quoq; inimicum diligas, & ei qui tibi malum uult, & ſi poteſt facit, tu bonum ſemper uelis, faciasq; cum poſſis, audiens dicentem Ieſum, diligite inimicos ueſtros, benefacite eis qui uos oderunt, & orate pro eis qui uos perſequuntur &c.

Eleemoſina perfectiſſima eſt diligere inimicos.

Matth. 5

Lib. V. De ciuitate dei. Cap. XVIII.

Quomodo autem ſe audebit extollere de uoluntaria paupertate Chriſtianus, ut in huius uitæ peregrinatione expeditior ambulet uiam quæ perducit ad patriam, ubi ueræ diuitiæ ipſe deus eſt. Cum audiat uel legat Lucium Valerium qui in ſuo defunctus eſt conſulatu uſq; adeo fuiſſe pauperem, ut nũmis à populo collatis, eius ſepultura curaretur? Audiat uel legat Quintiũ Cincinnatum, cũ quattuor iugera poſſideret et ea ſuis manibus coleret, ab aratro eſſe abductum ut dictator fieret, maior utiq; honore quam conſul, uictiſq; hoſtibus ingentem gloriam conſecutum, in eadem paupertate manſiſſe? Aut quid ſe magnum fœciſſe prædicabit qui nullo præmio mundi huius fuerit ab æternæ illius patriæ ſocietate ſeductus, cum Fabritium didicerit tantis muneribus Pyrrhi regis Epyrotarum, promiſſa etiam quarta parte regni, à Romana ciuitate non potuiſſe diuelli. Ibiq; in ſua paupertate priuatum manere uoluiſſe? Nam illud quod rempublicam, id ẽ, rem populi, rem patriæ, rem communem cum haberent opulentiſſimam atq; ditiſſimam, ſic ipſi in ſuis domibus pauperes erant, ut quidam eorum qui iam bis conſul fuiſſet ex Senatu pauperum hominum pelleretur notatione cenſoria, quod decem pondo argenti in uaſis habere compertum eſt, ita ijdem pauperes erant, quorum trium phis publicum ditabatur ærarium. Nonne omnes Chriſtiani qui excellentiore propoſito diuitias ſuas communes faciunt, ſecundum quod ſcriptum eſt in actibus Apoſtolorum. Vt diſtribuatur ſicut cuiq; opus eſt, & nemo dicat aliquid proprium, ſed ſint illis oĩa cõmunia, intelligunt ſe nulla ob hoc uentilari oportere iactantia, id faciendo pro obtinenda ſocietate angelorum, cum pene tale aliquid illi fœcerint pro conſeruanda gloria Romanorum &c.

Christiani in uoluntaria paupertate alieni a iactantia debent esse.

Actō. 4

Lib. XXI. Cap. XXVII.

Qui dignas pro ſuis peccatis eleemoſinas facit, prius eas facere incipiat à ſeipſo. Indignum eſt enim ut in ſe non faciat qui facit in proximum, cum audiat dicentem dominum, diliges proximum tuum tanq̃ te ipſum. Itemq; audiat, miſerere animæ tuæ placens deo, Hanc ergo eleemoſinam, id eſt ut deo placeat non faciens animæ ſuæ, quomodo dignas pro peccatis ſuis eleemoſinas facere dicendus eſt? Ad hoc enim et illud ſcriptũ eſt: Qui ſibi malignus eſt, cui bonus erit? Orationes quippe adiuuant eleemoſinæ. Et utiq; intuendum eſt quod legimus, fili peccaſti non adijcias iterum, & de præteritis tuis de præcare ut dimittantur tibi. Propter hoc ergo eleemoſinæ faciendæ ſunt, ut cum de præteritis peccatis depræcamur, exaudiamur &c.

Quidignas pro peccatis eleemoſinas uult facere, a ſe ipſo eas primo incipiat

Matth. 22 Eccleſi. 30 Eccleſi. 14 Eccleſi. 21

De uerbis domini ſecundum Lucam. Sermo. XXXV.

Facite uobis amicos de diuitijs iniquitatis. Hoc quidam male intelligendo rapiunt res alienas, & aliquid inde pauperibus largiuntur, & putant ſe facere qd̃ præceptũ eſt. Dicunt enim rapere res alienas, mammona eſt iniquitatis, erogate inde aliquid maxime egentibus ſanctis: Hoc ita facere ẽ amicos de mammona iniquitatis. Intellectus iſte corrigendus eſt, imo de tabulis cordis noſtri omnino delendus eſt. Nolo ſic intelligatis. De iuſtis laboribus facite eleemoſinas, ex eo quod recte habetis date. Non enim corrupturi eſtis iudicem Chriſtum, ut nõ uos audiat cum pauperibus quibus tollitis.

De iuſtis laboribꝰ eleemoſinę faciendæ.

Sermo. LX. de tempore.

Qui enim ideo facit eleemoſinam ut ab hominibus ſe laudari

laudari desideret, etiam si occulte fœcerit, publicæ facit, quia laudem ab hominibus quærit. Qui uero eleemosinam pro solo amore dei facit, ut ad opus bonum illum, reliqui imitentur, & non ipse, sed dominus collaudetur, etiam si publice faciat eleemosinam absconse facit, quia ꝓ eleemosina illa non hoc quòd uidetur, sed quód non uidetur desiderat, nec ab hominibus laudem, sed mercedem à deo optat accipere &c.

Eleemosinam & si publice data in absco so facta dici potest,

Sermo XCVI. De tempore.

Quæ sunt perfectæ eleemosinæ? ut ex eo, quòd tibi abundat des ei qui non habet, & quod te ledit aliquis ignoscas illi. Sed ne putetis fratres, quia facienda sunt quotidie adulteria, & eleemosinis quottidianis mundanda sunt. Ad illa scælera maiora nõ sufficiunt quottidianæ eleemosinæ, ut ea mundent, Aliud est ubi mutes uitam, aliud est ubi roleres uitam.

Ignoscere fratri perfecta est eleemosina.

Sermo CCXXXI.

O in fœlicitas generis humani, quàm multi inueniuntur, qui ebriosos et luxuriosos amplius quàm oportet cogunt bibere, & ante ostiũ paupibus petentibus, uel unũ calicè dissimulant dare, nec attendũt, qa illud ꝙ luxuriosis uidentur ingerere, Christus in paupibus deberet accipere qui dixit, Quod fœcistis uni ex minimis meis mihi fœcistis, Sed qui tales sunt quando alios in nimio potu sepeliunt, pauperi eleemosinam petenti dicunt, Vade uade inante, & dabit tibi deus, & utiq; dum ambulauerit homo ei daturus est. Quid est ergo quod dicit, Vade in ante, et dabet tibi deus, nisi uade ad illum hominem, qui habet deum, quia daturus est deus? Ac sic ore suo ipse cõfitetur apud se deum non esse, quo inspirante possit erogare pauperibus.

Matth. 25

De duodecim abusionum Gradibus, Gradu, VIII.

Non enim quibuscunq; pauperibus cœli regna promittuntur. Sed his tantummodo in quibus diuitiarũ inopiam animorũ humilitas comitatur. Pauper enim humilis pauper spiritu appellatur, qui cum egenus foris cernitur, nunq̃ in superbiam eleuatur, Quoniam ad appetenda cœlorũ regna, plus ualet mentis humilitas, quam presentiũ diuitiarum temporalis paupertas. Etenim humiles qui bene possessas diuitias habent, possunt pauperes spiritu appellari, Superbos autem nihil habentes, haud dubium est beatitudine pauptatis priuari. De quibus utriusq; sancta scriptura loquitur. Est quasi diues cũ nihil habeat, & est quasi paup cũ in multis diuitijs sit. Quasi pauper ergo in multis diuitijs, est diues humilis spiritu, et nihil habẽs quasi diues, est pauper superbus mentis affectu.

Pauperibꝰ spiritu regna cœlorũ promittuntur.

Prouer. 13.

Libro I. De uisitatione infirmorum, Cap. III.

Grande bonũ, qd' cũ fit in pauperes redundat in deũ. Sed in pauperes largitio nõ est totus boni exhibitio, dicit enim Apostolus, si distribuero in cibos paupum omnes facultates meas, Charitatem autẽ non habuero, nihil mihi prodest. Ergo totius boni summa est charitas. Distributio facultatũ tuarum in pauperes, nisi ex radice charitatis procedat, in deũ non redundat. Deus charitas est, qd' ex deo procedit, in deũ redundat, qd' in deũ non redundat, ex charitate nõ procedit. Ex deo igitur processio, & in deum redundatio, dei dona sunt. Tua igitur distribue sic in paupes, ut in deũ distributio redundat. Sed qd distribues? Forsitan deest quod distribuas. Audi Tobiã, fili si multũ tibi fuerit, abundanter tribue, si autem exiguũ, etiã illud exiguũ impertiri stude. Si dederis alicui calicem aquæ saltem frigidæ, non perdes mercedem tuã. Sed forsitan & aqua deest, sed habes quod distribuas, habes te ipsum da te ipsum deo, & habebis ipsum deum. Quomodo te dabis deo? Dispone domui tuæ, quia morieris tu & non uiues. Forsitan domum non habes, dispone tibi, si non disponis domui.

1. Ioan. 4

Tobie. 4

Esaie, 38.

Ad Hilarium, Epistola, LXXXIX.

Quisquis autem uelut hac occasione cõperta, cũ anderit neminẽ hic arbitrio suo sine peccato uiuere, dederit se libidinibus, et criminibus nepharijs obligauerit, atq; usq; in diẽ suũ ultimũ pdurauerit quaslibet inter hæc eleemosinas faciat, & infœliciter ducit, uitã et infœlicius finit.

Nihil prõderunt eleemosinæ his qꝙ ad ultimum uitæ diem scelerate uiuenti.

Ad Iulianum Comitem, Epistola, CXI.

Melius est ut ex paupertate pusillum tribuat indigentibus, quam multum ex iniusta acquisitione. Vnusquisq; iuxta quod habet porrigat. Tantum enim expetitur ab unoquoq; quantũ ei dedit deus. Neq; enim plus ab eo exigit quã qd' ipse dedit. Eleemosina cũ iniquitate acquisita adhominabilis est deo, & acceptũ ei est quod fuit fideliter acquisitũ. Sunt nonnulli qui diripientes aliena, facere se simulant eleemosinam, & cum alios premant alijs misereri fingunt. Si autem ex proprio labore dederint, gratum & acceptum erit deo.

Tantum dandum quantũ habet quis.

In psalmum. XLII.

Hilarem autem datorem diligit deus. Si panem dederis tristis, & panem, & meritum perdidisti. Ergo ex animo fac, ut ille qui intus uidet adhuc loquente te dicat ecce assum. Quia cœleriter accipiuntur orationes bene operantium, & hæc iustitia hominis in hac uita, ieiunium eleemosina & oratio, Vis orationem tuam uolare ad deum? Fac illi duas alas ieiunium & eleemosinam. Tales nos inueniat, ut securos inueniat lux dei, ueritas dei, cum uenerit liberare nos à morte, qui iam uenit subire pro nobis mortem.

2 Corint, 9

Ex animo facienda est eleemosina, Esai, 58.

In psalmum. LXXI.

Beati pauperes spiritu, quoniã ipsorum est regnũ cœlorum. Qua paupertate etiã beatus Iob pauper fuit, & anteq̃ magnas illas terrenas diuitias amisisset. Quod ideo cõmemorãdũ putaui, quoniã sunt quidã, qui facilius omnia sua paupibus distribuũt, quã ipsi paupes dei fiant Inflati sunt enim iactantia, qua putant sibi esse tribuendũ, nõ gratiæ dei, qd' bene uiuunt, et ideo iã nec bene uiuũt, quãtũcũq; bona opa facere uideãtur. De suo quippe

Matthæi. 5

Qui sint dei pauperes,

1. Corint. 4

1. Corin. 13 Sũma omnis boni est charitas.

habere se putant, & gloriantur quasi non acceperint, diuites sui, non pauperes dei, abundantes sibi, non egentes deo. Sed ait Apostolus, Si distribuero omnia mea pauperibus, & tradidero corpus meum, ut ardeat, Charitatẽ autem non habeam, nihil mihi prodest. Tanq̃ si diceret, Si distribuero omnia mea pauperibus, et pauper dei non fuero, nihil mihi prodest.

1. Cor. 13

DE ABSTINENTIA ET IEIVNIO.

In euangelium Iohannis, Tractatu, XVII.

Exo. 34

Ieiunium quadragenario numero consecratum est, Bene nostis. Nam & Moyses, Quadraginta diebus ieiunauit, & Helias totidem, & ipse dominus, & saluator Iesus Christus, hunc ieiunij numerum impleuit. Per Mosen significatur lex, per Heliam significantur prophetæ, Per dominum significatur euangelium. Ideo in illo monte tres apparuerunt, ubi se discipulis ostendit, in claritate uultus & uestis suæ. Apparuit enim medius inter Mosen & Heliam, tanq̃ euangeliũ testimonium haberet à lege & prophetis. Siue ergo in lege, siue in prophetis, siue in euangelio, quadragenarius numerus nobis in ieiunio cõmendatur. Ieiunium autem magnum & generale est, abstinere ab iniquitatibus & illicitis uoluptatibus sæculi, quòd est perfectum ieiunium, ut abnegantes impietatem & sæculares cupiditates, temporaliter & iuste & pie uiuamus in hoc sæculo. Huic ieiunio quàm mercedem addit Apostolus? Sequitur & dicit, Expectantes illam beatam spem, & manifestationem gloriæ beati dei, & saluatoris nostri Iesu Christi. In hoc sæculo quasi quadragesimam abstinentiæ celebramus, cum bene uiuimus, cũ ab iniquitatibus, & ab illicitis uoluptatibus abstinemus. Sed quia hæc abstinentia sine mercede non erit, expectamus beatam illam spem, & reuelationem gloriæ magni dei, et saluatoris Iesu Christi &c.

3 Regu. 19 Matthæi. 4

Mathæi. 17

Ieiuniũ magnum uerũ & generale est.

Titu. 2.

Quæstionum ueteris & noui testamenti, libro, Quæstio, CXX.

Ieiunium uerum testimonio commendari debet orationis & misericordiæ. Luce 21

Necessaria sunt nobis ieiunia sicut uulneribus medicina. Medelam enim conferunt uitæ perpetuæ, ita tamẽ ut duarum rerũ testimonio cõmendentur oratione, scilicet & misericordia. Ieiunia ergo intempantiam corpis mitigant, motus aduersus reprimunt, Pressurã animæ auferunt, sicut ait dominus: Nolite dediti esse in esca & crapula, ne grauentur corda uestra. Cum enim anima ab esu & potu nimio fuerit liberata, tunc se melius recognoscit. Sicut enim in speculo sordido non se talem homo aspicit qualis est, Ita & esca & crapula fuerit grauatus alterum se sentit quàm est. Tunc excitatur libido, accenditur ira. Inflammatur superbia, generatur luxuria. Vnde Apostolus. Nolite ait inebriari uino, in quo est luxuria. Quòd si temperatum fuerit corpus, interposito ieiunio cognitione sui recepta anima intelligit, qua deuotione obsequi debeat redemptori. Magna ergo ex parte ieiunia sunt necessaria. Sub Hester etenim Regina, cũ Iudaicus populus in periculo positus esset, Ieiunijs suffragantibus liberatus est. Et Niniuitæ cũ euersionis suæ præscriptũ diem, à propheta audissent, ieiunio indicto euadere meruerunt. Et iusti ac prophetæ nostri, quando à deo aliquid impetrare uolebant, ieiunio se humiliabant dicente Dauid, in ieiunio humiliabam animam meam. Nam & saluator cui opus non erat, ut nobis exemplum daret ieiunauit. Itaq; nulli dubium est prodesse ieiunia. Sic etenim ostendit se homo uelle impetrare, quòd postulat cum se affligit ieiunio, Vnde dictum est, bona est oratio cum ieiunio. Vt accepta ergo possit esse oratio, cõsortium uult secum habere ieiunij, Et quia nihil horum sine pietate firmum est, adiecit, et eleemosina cum iustitia, ut eleemosina seruata iustitia cõmendet orationem cũ ieiunio. Deniq; orationẽ & ieiunium Cornelij misericordia cõmendauit. Ipse enim abundans opibus, seu copijs, ieiunabat, Sed & non habentes pascebat, ut illorum saturitas ieiunium eius faceret acceptabile. Nonnullis ergo indiget, & nonnullis carere debere ieiunium, ut possit merere quòd postulat &c.

Hester 4 & 5.

Ione. 3.

Psalm. 34. Matthæi. 4

Tobie. 3. Ieiunium sine pietate non est firmum.

Act. 10.

Libro XVI. De ciuitate dei, Cap. XXXVII.

Duo Isaac filij, Esau & Iacob pariter crescunt. Primatus maioris transfunditur in minorem, ex pacto & placito inter illos, Eo quòd lenticulam quem cibũ minor parauerat, maior immoderatius cõcupiuit. Eoq; precio primogenita sua, fratri iuratione inter posita uendidit. Vbi discimus in uescendo non cibi genere, sed auiditate immodesta quemq̃ culpandum.

Gene. 25. Non cibi genus, sed auiditas immodesta culpatur.

In Psalmum. LXXXVI.

Quidam quare ieiunent.

Magnum opus, Christianum opus ieiunium, Noli cito laudare, quere caussam, negotium uentris agitur non religionis. Quare ieiunant quidam. Ne uentrem præoccupent uilia, & non possint admittere preciosa. Ergo negotium gutturis gerit in ieiunio. Magna res utiq; ieiunium contra uentrem, & guttur pugnat, aliquando illis militat &c.

Libro I. Contra Iulianum. Cap. II.

Basilius in sermone de ieiunio. Gene. 22.

Ieiunium inquit Basilius, in sermone de ieiunio, in Paradiso lege constitutum est. Primum enim mandatum accepit Adam, à ligno sciendi bonum & malum non manducabis. Non manducabis autem ieiunium est, & legis constitutionis initium. Si ieiunasset à ligno Eua, non isto indigeremus ieiunio. Non enim opus habẽt ualentes medico, Sed male habentes. Egrotauimus per peccatum, sanemur per pœnitentiam. Pœnitentia uero sine ieiunio uacua est. Maledicta terra, spinas & tribulos pariet, contristari ordinatus es nunquid deliciari? Et paulo post in eodem sermone, idem ipse. Quia non ieiunauimus

Matthæi. 9

Genesis. 3.

ieiunauimus inquit decidimus de Paradiso. Ieiunemus ergo ut ad eum redeamus &c.

Libro IIII. Contra Iulianum. Cap, XIIII.

Vescendi potandiq; tolerabilis est uoluptas.

Quid mali fœcerimus crapula pœnitenda testatur. Quòd metuentes plerumq; minus quàm eximendæ fami sufficit, uescimur. Ita nescit cupiditas, ubi finiatur necessitas. Et hæc quidem uescendi potandiq; tolerabilis est uoluptas, quanta possumus uigilantibus nobis intentione ut facilius non impleat, quàm modum aliquando uictus sufficientis excedat. Contra cuius concupiscentiam, & ieiunando, et partius alimenta sumendo pugnamus. Eoq; malo bene tunc utimur, quando per illam non nisi quòd saluti conducibile est agimus. Ideo autem hanc uoluptatẽ dixi tolerabilem, quia uis eius tanta non est, ut nos à cogitationibus ad sapientiam pertinentibus, si in eis sumus mentis delectatione suspensi, abrumpat & deijciat. Nã sæpe de magnis rebus inter epulas non solum cogitamus uerumetiam disputamus, atq; inter ipsos ciborum morsus, & potionum gluctus, nihil remissius audiendo, dicendo q; colloquimur, et quòd nosse, uel recolere uolumus, intentissime omnino si nobis legatur accipimus.

De salutaribus documentis, Cap. XXXV.

Sicut ancilla dominæ ita caro debet ancillari animæ.

Et semper atq; semper caro nostra subiecta sit animæ nostræ, & sicut ancilla famuletur dominæ suæ. Ne præbeamus uires illicitas corpori nostro, ne committat bellum aduersus spiritum nostrũ, sed semper sit subiecta caro, ut obtemperet iussis sancti spiritus. Neq; in crassari permittamus ancillam, ne cõtemnat dominam suam, Sed omnibus iussis eius, & obsequijs mancipetur, Sicut enim equis frena sunt imponenda, ita corpora nostra ieiunijs & uigilijs, & orationibus sunt infrenenda. Nam quemadmodum aurigæ si frena laxauerint per præcipitia ducuntur, Ita & anima nostra cum ipso corpore, si ei frenum non imposuerimus ad inferni præcipitia dilabitur. Simus ergo boni & edocti aurigæ corpori nostro, ut per uiam rectam possimus incedere &c.

Cap. XXXVI. Eodem libro.

Crapula varię accedunt hominibus egritudines.

Escæ enim nimiæ non solum animas, sed etiam corpa nostra plurimũ ledunt, & ad infirmitatem perducunt. Solet enim per nimiam ciborum auiditatem & poculi intemperantiam frangi stomachi fortitudo, nec non & abũdãtia sanguinis per choleram, & plurimæ ægritudines escarum largitate contingunt. Sicut enim animæ & cor pori sunt ista contraria, ita medela est utriusq; temperãtia ieiunij. Et si non per omne tempus, saltem sacratissimis diebus ieiuniorum quantum possumus cũ dei adiutorio, delitias mundi & ciborũ opulentiã fugamus, nequando, quòd auertat deus in cruciatu flammæ, quæramus guttam aquæ, & nullum refrigeriũ consequamur.

Luce. 19

Eodem libro. Cap. XXXVII.

Ephes. 5

Fugiamus ebrietatem, ne uitium luxuriæ incurramus, quia Apostolus præcipit dicens. Nolite inebriari uino, in quo est luxuria. Vinum enim nobis deus ad lætitiã cordis, nõ ad ebrietatem donauit. Bibamus ergo nõ quãtum gula exigit, sed quantum naturæ imbecillitas postulat, ne id quòd ad medelam corporis nostri tributum est, ad perniciem deputemus. Annuncia quæso tuis in domo tua subiectis, quód plerig; per uinum homicidia, & fornicationes perpetrauerunt, nec ipsam mortem recusauerũt, alij per uinum à dæmonibus capti sunt, Nec est aliud ebrietas, quàm manifestus dæmon.

Ebrietas demon est manifestus.

Cap. XLVIII.

Duo sunt ieiunia.

Pariter enim duo ieiunia ieiunauerunt, id est, ieiunium corporis & animæ, Hoc est ab ira & furore & detractione, & blasphemia, & rixa abstinentes se, quia sicut iam superius intimauimus, isti sunt mortiferi cibi animæ qui pascunt eam in malum, & occidunt eã morte sempiterna. Iterum cibi corporis simul et animæ isti sũt, uoracitas, somnolentia, fornicatio, uinolentia, securitas, suauitas, homicidium. Isti sunt cibi corporis simul & animæ, qui pascunt corpus, & occidunt, & aggrauant animam. Cibaria ista deuitemus. Escas autem cœlestes appetamus, quæ ad cœlum nos trahant, & deducant, sapientiam, subaudi diuinã fidem robustam in Christo, benignitatem, patientiam, humilitatem, uirtutem, diuinam lætitiam.

Libro XXXI. contra Faustum. Cap, IIII.

Titum. 1a

Omnia munda mundis secundum naturam, in qua creata sunt, non tamen omnia secundum significationẽ munda primo populo Iudæorum, nec nobis omnia, uel propter salutem corporis, uel propter consuetudinem humanæ societatis apta sunt, Sed cum sua cuiq; redduntur, & naturalem ordinem seruant, Omnia mundis munda sunt, Immundis autem & infidelibus, nihil est mundũ.

Propter corporis salutem & cõsuetudinem humanę societatis ab aliquibus aliquando abstinendũ.

Sermo LVI. De tempore.

Ita fit nostra tempestate a ieiũnantibus.

Ante omnia in diebus ieiuniorum, quòd solebamus prandere, pauperibus erogemus, ne forte aliquis sibi sũptuosas cœnas, et exquisitis sapibus epulas studeat præparare, & corpori suo magis cõmutasse quàm subtraxisse ciborum abundantiam uideatur. Nihil prodest tota die longum duxisse ieiunium: si postea ciborum suauitate, uel nimietate anima obruatur. Illico mens repleta torpescit & irrigata corporis nostri terra, spinas libidinum germinabit. Sit ergo temperatus cibus, & nunq; nimium uenter repletus, Et plus semper de cibo cordis, quàm de cibo corporis cogitemus, quia intus in homine interiore facti sumus ad imaginem dei, In carne autè de limo terræ sumus formati &c.

Sermo CLVII. de tempore.

De delitiosis quadragesimæ obseruatoribus.

Sunt quidã obseruatores quadragesimæ delitiosi potius quàm religiosi, exquirentes nouas suauitates, magis quã ueteres cõcupiscentias castigantes, qui præciosis copiosisq; apparatibus fructuũ diuersorũ quorũlibet uarietates et sapores superare cõtendunt, Vasa in quibus coctæ sunt carnes

sunt carnes tanq̃ immunda formidant, & in carne sua uentris & gutturis luxuriam non reformidant, Ieiunãt non ut solitam temperando minuant ædacitatem, Sed ut immoderatam differendo augeant auiditatem. Nam ubi tempus reficiendi aduenerit, optimis mensis tanq̃ pecora præsepibus irruunt, uentresq; distendunt, artificiosis et peregrinis condimentorum diuersitatibus tantum capiunt manducando, quantum digerere nõ sufficiunt ieiunando. Sunt etiam qui uinum ita nõ bibunt, ut aliorũ expressione pomorum aliosq; sibi liquores non salutis caussa, sed iocunditatis exquirant, tanq̃ non sit quadragesima piæ humiliationis obseruatio, sed nouæ uoluptatis occasio &c.

Sermo, CLXXII.

Ieunia Christianorum spiritaliter obseruãda sunt.

Quoniam ieiuniorum tempus est fratres charissimi, de ieiunio cum sanctitate uestra tractandum est, ut sciatis quemadmodum ieiunetis. Ieiunia enim Christianorũ spiritaliter potius, quàm carnaliter obseruanda sunt. Vnde à peccatis nostris principaliter ieiunemus, ne ieiunia uestra sicut iudæorum ieiunia à domino respuantur. Quale est enim, ut à cibis quos dominus creauit nescio quis impostor abstineat, & peccatorũ sagina pinguescat? Non talè ieiunium ego elegi dicit dominus. Nam si flectas inquit ut circulũ ceruicẽ tuam, cilitiũ autẽ & cinerẽ substernas, nec sic uocabis inquit ieiunium acceptum Sed quid? Solue inquit omnem nodum iniquitatis, & obstinationem malorum. Dimitte conflictos in requiem, & omnem conuentionem dissipa. Ieiunium est quòd probat altissimus, non solum intermissa corporis refectio, uerumetiam à malis actibus facta discessio. Itaq; si neq; mens tua grauetur oppressa peccatis. Neq; animus tuus uitiorum illecebris delectetur, digna deo exoluisti ieiunia. Cæterum si corpus tuum ieiunia longa consumpserint, atq; illi subtraxeris cibum, cum non detrahis uitia in malis perseuerans, magis horres quàm placeas deo Tunc erunt deo accepta ieiunia, si operibus sanctis fuerit expiata cõscientia. Cur enim corpus fame discrutias cui turpiter peccando blandiris? Principaliter ergo animus ieiunet à malis, & sic corpus subeat exercendo ieiunio &c.

Esaie, 58.

Ad Casulanum, Epistola LXXXVI.

Vbi & de quibus scriptura nihil certe statuit mos populi & instituta maiorum pro lege tenenda,

In his rebus de quibus nihil certi statuit scriptura diuina, mos populi dei, uel instituta maiorum, pro lege tenenda sunt. De quibus si disputare uoluerimus, & ex aliorum consuetudine alios improbare, orietur interminata luctatio, quæ labore sermocinationis, cum certa documenta nulla ueritatis insinuet, utiq; cauendum est, ne tempestate contentionis, serenitas charitatis obnubiletur &c.

In eadem epistola.

Quibus diebus ieiunare oporteat, at in nulla scriptura reperitur esse definitum.

Ego in euangelicis, & apostolicis litteris, totoq; instrumento, quòd appellatur testamentum nouum, animo id reuoluens, uideo præceptum esse ieiunium. Quibus autem diebus non oporteat ieiunare, & quibus oporteat, præcepto domini, uel Apostolorum non inuenio definitum. Ac per hoc sentio quidem non ad obtinendam, quàm fides obtinet, atq; iustitia, in qua est pulchritudo filiæ regis intrinsecus. Sed tamen ad significandam requiem sempiternam, ubi est uerum sabbathum, relaxationẽ quàm contritionem ieiunij aptius conuenire. Veruntamen in huius sabbathi ieiunio, sine prandio, in his uidetur mihi tutius pacatiusq; seruari, ut qui manducat, non Roman. 14 *manducantem non spernat, & qui non manducat, manducantem non iudicet, quia neq; si manducauerimus abundabimus, neq; si non manducauerimus egemus, Custodita scilicet eorum inter quos uiuimus, in his rebus in offensa societate. Sicut enim quòd ait Apostolus, uerum est, malum esse homini, qui per offensionem manducat, ita malum est homini, qui per offensionem ieiunat. Non itaq; simus eis similes, qui uidentes Ioannem non manducantem, nec bibentem, dixerunt, demonium habet. Sed nec rursus eis, qui uidentes Christum manducantem, & bibentem dixerunt, Ecce homo uorax & uinosus amicus publicanorum, & peccatorum.* Matth. 11. *Rem quippe ualde necessariam, his dictis dominus ipse subiecit atq; ait: Et iustificata est sapientia in filijs suis. Qui sint autem iusti, si requiris, lege quòd scriptum est, filij sapientiæ etiam iustorum, ij sunt qui quando manducant, non manducantes, non spernunt, quando non manducant manducantes non iudicant, Sed eos plane, qui per offensionem non manducant, siue manducant, uel spernunt, uel iudicant &c,*

Eadem epistola in fine.

Certis diebus ieiunãdum esse in nouo testamento, non reperiri.

Sed quoniam non inuenimus, ut iam supra commemorauimus in euangelicis & Apostolicis literis, quæ ad noui testamenti reuelationem proprie pertinent, certis diebus aliquibus euidenter præceptum obseruanda esse ieiunia, & ideo res quoq; ista sicut aliæ plurimæ, quas enumerare difficile est, inuenit in ueste illius filiæ regis. Hoc est ecclesiæ uarietatis locum, indicabo tibi, quid mihi de hoc requirenti responderit uenerandus Ambrosius (à quo baptizatus sum) Mediolanensis episcopus. Nam cũ in eadem ciuitate mater mea mecum esset, & nobis adhuc cathecuminis parum ista curantibus, illa sollicitudinem gereret, utrum secundum morem nostræ ciuitatis, sibi esset sabbatho ieiunaudum, an ecclesiæ Mediolanensis more prandendum, ut hac eam cunctatione liberarem interrogaui hoc supra dictum hominem dei. At ille: Beati Ambrosij in hac re consilium. *Quid possum inquit hinc docere amplius, quàm facio ipse? Vbi ego putaueram nihil eũ ista responsione præcepisse, nisi ut sabbatho pranderemus. Hoc quippe ipsum facere sciebam. Sed ille secutus adiecit. Quando hic sum nõ ieiuno sabbatho, quando Romæ sum ieiuno sabbatho, et* Mos ecclesiæ seruandus, ad q̃ in ueneritus. *ad quãcunq; ecclesiã ueneritis inquit, eius morẽ seruate.*

Si pati

Si pati scandalum non uultis aut facere. Hoc responsum retuli ad matrem, eiq; suffecit, nec dubitauit esse obediendum, hoc etiam nos secuti sumus. Sed quoniam contingit maxime in Affrica, ut una ecclesia, uel unius regionis ecclesiæ, alios hīt sabbatho prandentes, alios ieiunātes mos eorum mihi sequendus uidetur, quibus eorum populorū congregatio regenda cōmissa est. Quapropter si consilio meo, præsertim quia in hac caussa, plus forte quàm satis fuit te potente atq; urgente locutus sum, libenter acquiescis, Episcopo tuo in hac re noli resistere, & quòd facit ipse, sine ullo scrupulo, uel disceptatione sectare &c.

Ad Ianuarium, Epistola, CXIX.

Temperare se a carnibus tanq̄ ab immundis contra fidem, & sanam doctrinam esse. 1. Timo. 4.

Itaq; illud quòd scripsisti, quosdam fratres, ita temperare à carnibus ædendis, ut immundos qui cōmederint arbitrentur, apertissime contra fidem sanamq; doctrinam est &c.

Libro I. De moribus catholicæ ecclesiæ, Cap. XXXIII.

De ieiunijs quorundā quæ Augustinus se didicisse dicit.

Ieiunia prorsus incredibilia multos exercere didici, non quotidie semel sub noctem reficiendo corpus quòd est usq; quaq; usitatissimum, Sed continuum triduum, uel amplius sæpissime sine cibo ac potu ducere. Neq; hoc in uiris tantum, sed etiam in fœminis, Quibus ītē multis uiduis & uirginibus simul habitantibus, & lana ac tela uictum quæritantibus, præsunt singulæ grauissimæ probatissimæq;, nō tantum in instituendis componendisq; moribus, sed etiam in instruendis mensibus pitæ ac paratæ, atq; inter hæc nemo urgetur in aspera, quæ ferre non potest. Nulli qd' recusat imponitur, nec ideo condemnatur à cæteris, quòd in eis imitandis se fatetur infirmum. Meminerunt enim quāto opere scripturis omnibus cōmendata sit charitas. Meminerunt, omnia munda mundis, et non quod intrat in os uestrū uos coinquinat sed qd' exit. Itaq; nō reijciendis generibus ciborū, quasi pollutis, sed concupiscentiæ pdomandæ, & dilectioni fratrum retinendæ inuigilant omni industria. Meminerunt esca uentri, & uenter escis, deus autem hunc & illas destruet. Et alibi. Neq; si manducauerimus abundabimus Neq; si non manducauerimus egebimus, Et illud præcæteris, Bonum est fratres non manducare carnes, neq; bibere uinū, neq; in quo frater tuus offenditur. Hic enim ostendit quàm sint ad finem charitatis hæc omnia redigenda. Alius enim credit manducare omnia, qui autē infirmus est olus manducet, Qui māducat, nō manducantem non spernat, & qui nō mānducat, manducantem nō iudicet, deus enim illum assumit. Tu quis es, qui iudices alienum seruum? Suo domino stat aut cadit, stabit autem, potens est enim deus statuere eum, Et paulo post, Qui manducat, domino manducat, & gratias agit deo, Et qui non manducat, domino non manducat & gratias agit deo, Et item in consequentibus, ita unusquisq; nostrum pro se rationem reddet. Non ergo amplius iudicemus inuicem, sed hoc iudicate magis, ne ponatis offensionem fratri, uel scandalum. Scio & confido in domino Ieſu, quia nihil cōmune per ipsum, nisi ei qui existimat, quid cōmune esse illi commune est. Potuit ne magis ostendere, non in ipsis rebus quibus uescimur, Sed in animo esse uim quandam, quæ ad eum ualeat maculandum? Et propterea his etiam, qui ad hæc contemnenda sunt idonei, certoq; sciunt non se pollui, si quid ciborum, sine turpi cupiditate altitudine mentis assumpserint, charitatem tamen esse intuendam, uide quid sequatur. Nam si propter escam frater tuus contristatur, Iam non secundum charitatem ambulas lege cætera. Nam longum est omnia inter ponere, & inuenies præceptum his qui possunt ista contemnere, id est, firmioribus & securioribus. Ideo tamen esse temperandum, ne offendantur illi quibus adhuc pro sua imbecillitate huiuscemodi opus est temperantia. Hæc illi de quibus agebam norūt & tenent. Christiani sunt enim, non hæretici intelligunt scripturas secundum apostolicam disciplinam, non secundū superbum, & cōmentitium nomen Apostolatus, nō manducantem nemo spernit, manducantē nemo iudicat, qui infirmus est olus manducet. Multi tamen firmi propter infirmos idem faciunt, multis non est caussa, ista faciendi, sed quod uiliore uictu uiuere placet, minimeq; suptuoso corpis sustentaculo ætatem tranquillissimam ducere, Omnia mihi enim licita sunt inquit, Sed ego non regar sub potestate ullius. Ita multi neq; uescuntur carnibus, neq; tamen eas immundas superstitiose putant, Itaq; ijdem ipsi qui salui temperant, si ratio ualetudinis cogit ægroti sine ulla formidine accipiunt. Multi uinū non bibunt, nec tamen eo se coinquinari arbitrantur, Nam & quibusdam laguidioribus & prorsus omnibus, qui sine illo nequeunt salutem corporis obtinere humanissime aut modestissime præberi faciunt, Et stulte nonnullos recusantes fraterne admonent, ne uana superstitione debiliores citius, quàm sanctiores fiant. Legunt eis Apostolū præcipientem discipulo, ut aliquantum uini sumat, propter frequentes infirmitates suas, Ita piætatem sedulo exercent. Corporis uero exercitationem, ut ait idem Apostolus, ad exiguum tempus pertinere nouerunt, Continent se igitur hi qui possunt, qui tamen sunt innumerabiles, & à carnibus, & à uino duas ob caussas, uel propter fratrum imbecillitatem, uel propter suam libertatē. Charitas præcipue custoditur, charitati uictus, charitati sermo, charitati habitus, charitati uultus aptatur, coitur in unā cōspiratur q; charitatē, hāc uiolare tanq̄ deum nephas ducitur, Huic si quis resistit, expugnatur atq; euitatur, hāc si quis offendit, uno die durare nō siniur, sciunt hāc ita cōmendatā esse à Christo, & Apostolis, ut si hæc una absit inania, si hæc assit plena sint omnia.

Titum 1. Matthæi, 15

1. Corin. 6.

1. Cor. 8.

Roman. 14

Roman. 14

Ad finem charitatis omnia redigenda.

1. Timo. 5

1. Timo. 4

Contra Adimantum Manichei discipulum. Cap. XIIII.

De carne autem non manducanda, & non bibendo uino, qd' ait Apostolus, nō qa illa immūda arbitratus est hoc præcepit

Omnia munda mundis.

hoc præcepit, sicut quidam existimant & errantes in errorem præcipitant quibus talia persuaserunt. Nam & munda esse omnia dixit Apostolus secundum fidem, & ei esse immunda omnia, qui putat immundo, & tunc esse ab eis temperandum cum per offensionem accipiuntur. i. cum aliquis infirmus putat sibi ab omnibus carnibus temporandum, ne incidat in carnem immolatitiã, & ideo eum qui manducat potest arbitrari in honorem idolorum id facere, & ex eo grauiter offendi, cum ipsa ĩmolatitia caro, si ex fide ea nesciẽte accipiatur neminẽ ma-
1. Cor. 10. culet. Vnde alio loco idem Apostolus interrogare uetat, cum quid de macello emitur, uel ab aliquo infideli quisq; ad mensam uocatus, in mensa eius exhiberi sibi carnes uidet, quas isti immundas arbitrantur, non propter immolationem, sed quia carnes sunt, cum Apostolus clamet om-
Roman. 14 1 Thimo. 4 nia munda esse, & omnem creaturam dei bonam esse, & omnia sanctificari, per uerbum & orationem, & tamen temperandum ab eis, si quis forte infirmus offenditur, Et quodam loco apertissime istos significauit cum dicit, in nouissimis temporibus futuros quosdam prohibentes nubere, abstinentes à cibis quos deus creauit. Hos enim proprie designat qui non propterea temperant à cibis talibus, ut autem concupiscentiam suam refrenent, aut infirmitati alterius parcant: Sed quia ipsas carnes immundas putant, et earum creatorem deum esse negãt.
Titum. 1. Luc. 12 Nos autem teneamus apostolicam disciplinam dicentem quòd omnia munda sint mundis, seruata moderatione euangelica, ut non grauentur corda nostra crapula & uinolentia, & curis sæcularibus &c.

DE CONIVGIO.

In euangelium Ioannis, Tracta. IX.

Quòd dominus inuitatus uenerit ad nuptias, etiam excepta mystica significatione, confirmare uoluit, quòd
1. Timo. 4 In prohibitores nuptiarum. ipse fecit nuptias. Futuri enim erant de quibus dixit Apostolus, prohibentes nubere, & dicentes, quòd malum essent nuptiæ, & quòd diabolus eas fecisset, cum idem dominus dicat in euangelio interrogatus, utrũ liceat homini dimittere uxorem suam, ex qualibet caussa, non licere excepta caussa fornicationis. In qua responsione si
Matthę. 19 meministis hoc ait. Quòd deus coniunxit homo non separet, Et qui bene eruditi sunt in fide catholica, nouerũt quòd deus fecerit nuptias, & sicut coniunctio à deo, ita diuortium à diabolo fit. Sed propterea in caussa fornicationis licet uxorem dimittere, quia ipsa esse uxor prior noluit, quæ fidem coniugalem marito non seruauit.

Libro I. De peccatorum meritis, & remissione, Cap. XXIX.

Bonum cõiugij licit⁹. & Honestus illo fer Bonum ergo coniugij, non est feruor concupiscentiæ. Sed quidam licitus & honestus illo feruore utendi modus propagandæ proli, non explenda libidini accomodatus, uoluntas ista nõ uoluptas illa nuptialis est. Quòd igitur in membris corporis, mortis huius inobedienter mouetur, totumq; animum in se deiectum conatur attrahere, & neq; cum mens uoluerit exurgit, neq; cum mẽs noluerit conquiescit, hoc est malum peccati, in quo nascitur omnis homo &c.

uore utendi modus.

Ad Hilarium, Epistola, LXXXIX.

Si uis perfectus esse, uade uende omnia quæ habes, & da pauperibus, & ueni sequere me. Item, Quicunq; dimiserit omnia sua propter me, accipiet in hoc centuplũ & in futuro uitam æternam possidebit. Aliud est dimiserit, aliud est uendiderit. Nam & in his quæ dimittenda mandauit etiam uxor commemorata est, quàm nullis legibus humanis licet uendere, Christi autem legibus nec dimittere excepta caussa fornicationis. Quid sibi ergo uolunt istæ præceptæ? Non enim possunt inter se esse cõtrariæ, nisi quia incurrat aliquãdo necessitatis articulus ubi aut uxor dimittatur aut Christus. Vt alia omittam. Si ipsi uxori maritus displicuerit Christianus, Eiq; proposuerit, aut à se diuortium, aut à Christo, hic ille quid eligat nisi Christum, & dimittat uxorem laudabiliter propter Christum. Ambobus quippe Christianis dominus præcepit, ne quisq; dimittat uxorem, excepta caussa fornicationis. Vbi autem quælibet in eis persona infidelis est, consilium Apostoli attendatur, ut, Si infidelis cõsentit habitare cum uiro fideli, uir non dimittat uxorẽ. Similiter & uxor fidelis uirum, si cum illa habitare cõsenserit. Quod si infidelis inquit discedit, discedat. Non
1. Cor. 7. est enim seruituti subiectus frater, aut soror in huiusmodi, id est, si infidelis noluerit cum coniuge fideli, Hic agnoscat fidelis suam libertatem, ne ita se subiectum deputet seruituti, ut ipsam dimittat fidem ne coniugem amittat infidelem &c.

Matthę. 19

Vxor quã do dimittẽda.

Ad Editiam, Epistola, CXCIX.

Mulieri coniugatæ non licet dicere, facio quod uolo de meo, cum & ipsa non sit sua, sed capitis sui, hoc est uiri sui. Nam sic quædam (ut cõmemorat apostolus Petrus) mulieres sanctæ, quæ in deum sperabant ornabãt se suis, subiecte uiris, sicut Sara obsequebatur Abrahæ dominum eum uocans, cuius inquit factæ estis filiæ cum ad Christianas non ad Iudæas fœminas loqueretur.

Mulieri cõiugatæ non licebit facere de suo ad libitum. 1. Petri. 3.

De sermone domini in monte, Libro I. M.

Dictum est autem, Quicunq; dimiserit uxorem suã, det illi libellum repudij. Hæc iustitia minor est phariseorum, cui non est contrarium, quòd dominus dicit, ego autem dico uobis, quicunq; dimiserit uxorem suam excepta fornicationis caussa, facit eam mechari, & qui solutam à uiro duxerit mechatur. Non enim qui præcipit dari libellum repudij, hoc præcepit, ut uxor dimittatur: Sed qui dimiserit inquit, det illi libellum repudij, ut iracundiam temerariam propijcientis uxorem libelli cogitatio temperaret. Qui ergo dimittendi moram quæsiuit,

Matthęi. 5

Matthęi. 19 Vxor non dimittenda nisi caussa fornicacionis.

fiuit, significauit quantum potuit duris hominibus se nolle
Math. 19 discidium. Et ideo ipse dominus alio loco de hoc interrogatus ita respondit: Hoc Moyses propter duritiam uestrã fecit. Quantumuis enim durus esset qui uellet dimittere uxorem, cum cogitaret libello repudij dato iam sine periculo eam posse nubere alteri, facile placaretur. Dominus ergo ad illud confirmandum, ut non facile uxor dimittatur, solam causam fornicationis excepit, cæteras uero uniuersas molestias, si quæ forte extiterint, iubet pro fide coniugali, pro castitate fortiter sustineri, & mœchũ dixit etiã uirum qui eam duxerit quæ soluta est à uiro. Cuius rei Apostolus Paulus terminum ostendit, quia tam diu obseruandum dicit quàmdiu uir eius uiuit. Illo autem mortuo, dat nubendi licentiam. Hanc etiam regulam ipse tenuit, et in ea non suum consiliũ sicut & in nonnullis monitis, sed
1. Cor. 7 præceptum domini iubentis ostendit, cum ait: Eis autem quæ nuptæ sunt præcipio, non ego sed Dominus, mulierẽ à uiro nõ discedere, Quod si discesserit, manere innuptã, aut uiro suo reconciliari, & uir uxorem non dimittat. Credo simili forma, ut si dimiserit non ducat aliam, aut reconcilietur uxori, fieri enim potest ut dimittat uxorẽ causa fornicationis, quam dominus exceptam esse uoluit. Iam uero si nec illi nubere conceditur uiuo uiro, à quo recesserit, neq; huic alterã ducere uiua uxore quam dimisit, multo minus fas est illicita cum quibuslibet stupra cõmittere. Beatiora sanè coniugia iudicanda sunt, quæ siue filijs procreandis, siue etiam ista terrena prole contempta continentiam inter se pari cõsensu seruare potuerint, quod neq; contra illud præceptum fit, quo Dominus dimitti coniugẽ uetat. Non enim dimittit qui cum ea non carnaliter, sed spiritaliter uiuit, & illud seruatur quod per Apostolum dicitur: Reliquum est, ut qui habent uxores quasi non habentes sint, &c.
1. Cor. 7

Ibidem post pauca. Litera P.

Quomodo intelligatur propter fornicationem dimittendã esse uxorẽ.

Propter illicitas concupiscentias, non tantum quæ in stupris cum alienis uiris aut fœminis committuntur, sed omnino quaslibet quæ animam corpore male utentem à lege Dei aberrare faciunt, & pernicioſe turpiterq; corrumpi, posſit sine crimine & uir uxorem dimittere, & uxor uirum, quia exceptam facit Dominus causam fornicationis. Quam fornicationem sicut supra commemoratum est, generalem & uniuersalem intelligere cogimur. Cum autem ait: excepta causa fornicationis, non dixit cuius ipsorum, uiri an fœminæ. Non enim tantum fornicantem uxorem dimittere conceditur, sed quisquis eam quoq; uxorem dimittit à qua ipse cogitur fornicari, causa fornicationis utiq; dimittit, uelut si aliquem cogat uxor sacrificare idolis. Qui talem dimittit causa fornicationis, dimittit non tantum illius, sed & suæ, illius quia fornicatur, suæ ne fornicetur. Nihil autem iniquius quàm fornicationis causa dimittere uxorem, si & ipse conuincitur fornicari. Occurrit enim illud, in quo enim alterum iudicas, teipsum condemnas, eadem enim agis quæ iudicas. Quapropter quisquis fornicationis causa uult abijcere uxorem, prior debet esse à fornicatione purgatus, quod similiter etiam de fœmina dixerim. Quod autem dicit: Quisquis solutam à uiro duxerit mœchatur, quæri potest utrum quomodo mœchatur ille qui ducit, sic & illa quam ducit. Iubetur enĩ et illa manere innupta, aut uiro reconciliari, Sed si discesserit, inquit, à uiro, maneat innupta. Multum autem interest utrum dimittat, an dimittatur. Si enim ipsa uirum dimiserit & alteri nupserit, uidetur cupiditate mutandi coniugij uirum priorem reliquisse, quæ sine dubio adulterina cogitatio est. Si enim dimittatur à uiro cum quo esse cupiebat, mœchatur quidem qui eam duxerit secundum domini sententiam. Sed utrum & ipsa tali crimine teneatur, incertum est, Quamuis multo minus inueniri posſit, quomodo cum uir & mulier pari consensu sibi misceantur, unus eorum mœchatus sit et non sit alter. Huc accedit quia si mœchatur ille ducendo eam quæ soluta est à uiro, quamquam nõ dimiserit, sed dimissa sit, ipsa eum facit mœchari, quod nihilominus dominus uetat. Ex quo intelligitur, siue dimissa fuerit, siue dimiserit, oportere illam manere innuptam, aut uiro reconciliari. Rursum quæritur? Vtrum si uxoris permisso, siue sterilis, siue quæ concubitum pati nõ uult adhibuerit sibi alteram uir, non alienam, neq; à uiro seiunctam, posſit esse sine crimine fornicationis? Et in hystoria quidem ueteris Testamenti inuenitur exemplũ, sed nunc præcepta maiora sunt, in quæ per illum gradũ generatio humana peruenit. Tractanda illa sunt ad distinguendas ætates dispensationis diuinæ prouidẽtiæ quæ humano generi ordinatiſsime subuenit, non autem ad uiuendi regulas usurpandas. Sed tamen utrumq; ait Apostolus: Mulier non habet potestatem sui corporis, sed uir: similiter & uir non habet potestatem sui corporis, sed mulier. Posſit intantum ualere, ut permittente uxore quæ maritalis corporis potestatem habet, posſit uir eum altera, quæ nec aliena uxor sit nec à uiro disiuncta concumbere. Sed non ita est existimandũ, ne hoc etiam fœmina uiro permittente facere posſe uideatur, quod omnium sensus excludit. Quanq; & nonnullæ causæ possent existere ubi & uxor mariti consensu pro ipso marito hoc facere debere uideatur.

An uxoris permisso alteram sibi uir adhibere posſit.

1. Cor. 7

Contra Adimantum Cap. III.

Vxor si opus est dimittenda propter regnum cœlorum

Quamuis Dominus dederit uxorem uiro, relinquenda est tamen si opus est, propter regnum cœlorum, Hoc enim hic necesse est, sicut Apostolus dicit: Si quis fidelis habet uxorem infidelem, & hæc consentit habitare cum illo, non dimittat. Significat igitur, quod si non consentit habitare cũ illo, id est, si execratur in illo fidem Christi, & nõ eum patitur quod Christianus est, relinquenda est propter regnum cœlorum, Sicut quidem Apostolus in sequentibus dicit. Quod si infidelis discedit, discedat. Nõ enim est subiectus seruituti frater aut soror in huiusmodi. Si quis ergo relinquit regnum cœlorum, dum non uult relinquere uxorem non ferente Christianum uirum, improbatur à Domino. Et item si quis uir relinquit uxorem dato libello

repudij, cum causa non existat aut fornicationis, aut obtinendi regnum cœlorum, similiter improbatur à domino.

De doctrina Christiana, Libro III. Cap. XII.

Oseæ. 1

Quod in alijs personis plerunq; flagitium est, in diuina uel prophetica persona magnæ cuiusdam rei signum est. Alia quippe est in perditis moribus, alia in Oseæ prophetæ uaticinatione coniunctio meretricis. Regno terreno ueteres iusti cœleste regnum imaginabantur & prænunciabant. Sufficiendæ prolis causa erat uxorum pluritum simul uni uiro habendarum inculpabilis consuetudo, & ideo unam fœminam maritos habere plurimos honestum non erat, non enim mulier eo est fœcundior, sed meretricia potius turpitudo est uel quæstum uel liberos uulgo quærere. In huiusce modi moribus quicquid illorum temporum sancti non libidinosi faciebant, quamuis ea facerent, quæ hoc tempore nisi per libidinem fieri non possunt, non culpat scriptura. Et quicquid ibi tale narratur, non solum historice ac proprie, sed etiam figurate ac prophetice acceptum, interpretandum est, usq; in finem illũ charitatis, siue dei, siue proximi, siue utriusq;.

Nusquam legitur unã mulierẽ plures habuisse maritos

Contra Faustum lib. XIX. Caput XXVI.

Deut. 24 Mat. 5. & 19.

Nam & illud de uxore non dimittenda, quod Dominus præcepit cum antiquis dictum sit: Quicunq; dimiserit uxorem suam, det illi libellum repudij, si diligẽter intueamur uidebimus non esse contrarium. Exposuit enim dominus quid lex uoluerit, cum passim dimittendi uxorẽ iusserit libellum repudij dare. Neq; enim ait: Qui uoluerit dimittat uxorẽ suam, cui esset contrariũ non dimittere, sed utiq; nolebat dimitti uxorem à uiro, qui hanc interposuit moram, ut in discidium animus præceps libelli conscribendi prouè refractus assisteret, & quid mali esset uxorem dimittere cogitaret, præsertim quia ut perhibent apud Hebræos scribere literas Hebræas, nulli fas erat nisi Scribis solis, cum & excellentiorem profiterentur sapientiam, & qui eorum essent æquitate ac pietate prædit, non tantum profiterentur, uerumetiam sectarentur. Ad hos igitur, quos oporteret esse prudentes legis interpretes, & iustos discidij dissuasores, lex mittere uoluit eum quem iussit libellum repudij dare si dimisisset uxorem. Non enim ei poterat scribi libellus, nisi ab ipsis per quem hanc occasionẽ & necessitatem uenientem quodammodo in manus suas bono consilio regerent atq; inter ipsum & uxorem pacifice agendo dilectionem concordiamq; suaderent. Quod si tantum intercederet odium, ut extingui emendariq; nõ posset. Tunc utiq; scriberetur libellus, quia frustra non dimitteret, quam sic odisset, ut ad debitam coniugio charitatem, nulla prudentium persuasione reuocaretur. Si enim non diligitur uxor dimittenda est: Quia ergo dimittenda non est, diligenda est. Dilectionem mouendo atq; suadendo componi, non inuitum cogendo imponi potest. Hoc scriba facere debebat. Iustus & sapiens, qualem in illa professione esse oportebat. Ad quem ut ueniret discordia, marito libellus conscribendus præceptus est. Quem uir bonus prudensq; non scriberet, nisi in animo nimis auerso atq; peruerso consilium concordiæ non ualeret.

Literas Hebræas apud Iudæos scribere nulli nisi Scribis fas erat

Quæstionum noui & ueteris Testamenti, quæstio. CXXVII.

Hipocritarum & nuptias prohibentium uersutia

Talis est enim quorundam uersutia, quia ut sanctitatis & castimoniæ amatores esse se simulent, nuptias esse dicunt damnandas, ut per hoc commendentur & populum à ueritate auertant, & ut abstinẽtiæ se studere fingant, temperandum à cibis tradunt, ut per hoc se alienos à mundo ad cœlestia regna festinare ostendant, per quod mentes hominum illicientes, deinceps illicita doceant dicere & licita, quasi inconcessa damnare. Hæc sunt præstigia Sathanæ, ut causas inuertat, quasi nouum insinuans aliquid, excludat ueritatem, in qua nihil nouum est quia totum æternum. Quis non aduertat sensum istum ab aduersarijs esse aptatum? Quis enim audeat Dei inuentum reprobare, & quod nũquam alicui obfuit, nisi aduersario ueritatis. Qui ut impuritatem suam tegat, sanctimoniam prædicat, quã non amat, ut dum ex eo se quasi bonæ uoluntatis ostenderet, illicita suadeat quasi licita.

De hæresibus Adquoduultdeum. Caput XXV.

Taciani hæretici nuptias damnant.

Taciani à Taciano quodã qui & Enchratitæ appellati sunt, nuptias damnant, atq; omnino pares eas fornicationibus alijsq; corruptionibus faciunt, nec recipiunt in suorum numerum coniugio utentem, siue marem, siue fœminam, non uescuntur carnibus, easq; omnes abominantur, prolationes quasdam fabulosas sæculorum etiam ipsi faciunt, salutem hominis primi contradicunt.

De ecclesiasticis dogmatibus, Caput LXIII.

Nuptiæ bonæ sunt.

Bonæ sunt nuptiæ, sed causa filiorum et compellendæ fornicationis obtentu.

Caput LXVII.

Hierarchitarum & Manicheorum hæresis

Malas dicere nuptias uel fornicationi comparandas, aut stupro, cibos quoq; credere malos, uel malicias causare percipientibus, non est Christianorũ, sed proprie Hierarchitarum et Manicheorum.

De bono coniugali Caput I.

Quoniam unusquisq; homo humani generis pars est, & sociale quiddam est humana natura, magnumq; habet & naturale bonum uim quoq; amicitiæ, ob hoc ex uno, deus uoluit omnes homines condere, ut in sua societate nõ sola similitudine generis, sed etiam cognitionis uinculo tenerentur. Prima itaq; naturalis humanæ societatis copula uir & uxor est, Quos nec ipsos singulos condidit Deus, & tanquam alienigenas iunxit, sed alteram ex altero creauit, signans etiam uim cõiunctionis in latere, unde illa detracta formata est. Lateribus enim sibi iunguntur, qui pariter ambulant, & pariter quo ambulant intuentur. Consequens est connexio societatis in filijs, qui unus honestus

Prima naturalis humanę societatis copula uir & uxor est

Gene. 2

fructus

fructus est, non coniunctionis maris & fœminæ, sed concubitus. Poterat enim esse in utroq; sexu, etiã sine tali commixtione, alterius regentis, alterius obsequentis amicabilis quædam & Germana coniunctio.

Caput III.

Primum coniugij bonum.

Illud nunc dicimus secundum istam conditionem nascendi & moriendi, quam nouimus et in qua creati sumus, aliquid boni esse coniugium masculi & fœminæ, cuius fœderationem ita diuina scriptura commendat, ut nec dimissæ à uiro nubere liceat alteri, quamdiu uir eius uiuit, nec dimisso ab uxore liceat alteram ducere, nisi mortua fuerit quæ recessit. Bonum ergo coniugij quod etiam Dominus in Euangelio confirmauit, non solum quia prohibuit dimittere uxorem, nisi ex causa fornicationis, sed etiam quia uenit ad nuptias, cur sit bonum merito quæritur? Quid mihi non uidetur propter solam filiorum procreationem, sed propter ipsam etiam naturalem in diuerso sexu societatem. Alibi non iam diceretur coniugium in senibus, præsertim si uel amisissent filios uel minime genuissent. Nũc uero in bono licet annoso coniugio, & si emarcuit ardor ætatis inter masculum & fœminam, uiget tamẽ ordo charitatis inter maritum & uxorem, quia quanto meliores sunt, tanto maturius à commixtione carnis suæ pari consensu se cõtinere cœperunt, non ut necessitatis esset postea non posse quod uellent, sed ut laudis esset primum noluisse quod possent. Si ergo seruatur fides honoris & obsequiorum inuicem debitorum ab alterutro sexu, etiam si languescentibus & prope cadauerinis utriusq; membris, animorum tamen rite cõiugatorum, tanto syncerior, quãto probatior, & tanto securior, quanto placidior castitas perseuerat. Habent etiam id bonum coniugia, quod carnalis uel iuuenilis incontinentia, etiam si uitiosa est, ad propaganda prolis redigitur honestatem, ut ex malo libidinis aliquid boni faciat copulatio coniugalis. Deinde quia reprimitur & quodammodo uerecundius æstuat concupiscentia carnis, quam temperat parẽtalis affectus. Intercedit enim quædam grauitas feruidæ uoluptatis, cum in eo quod sibi uir & mulier adhærescunt, pater & mater esse meditantur.

Secundum coniugij bonum.

Mat. 19

Ioan. 2

Tertium coniugij bonum.

Caput IIII.

Quartum coniugij bonum.

Huc accedit quia in eo ipso, quod sibi inuicem coniuges debitum soluunt, etiam si iam aliquando intemperantius & incontinentius expetant, fidem tamen sibi pariter debent. Cui fidei tantũ iuris tribuit Apostolus, ut eam potestatem appellaret dicens: Mulier non habet potestatem sui corporis sed uir, similiter autem & uir non habet potestatem sui corporis, sed mulier. Huius autem fidei uiolatio dicitur adulterium, cum uel propriæ libidinis instinctu uel alienæ consensu cum altero uel altera contra pactum coniugalem concumbitur, atq; ita frangitur fides, quæ in rebus etiam corporeis & abiectis magnum animi bonum est, et ideo eam saluti quoq; corporali, qua etiam uita ista continetur, certum est debere præponi.

1. Cor. 7

Coniugalis fidei uiolatio adulterium dicit.

Caput VI.

Sunt uiri aliquando usq; adeo incontinentes, ut coniugibus nec grauidis parcant. Quicquid ergo inter se coniugati immodestum, inuerecundum, sordidumue gerunt uitium est hominum, non culpa nuptiarũ, iam in ipsa quoq; immoderatiore exactione debiti carnalis, quam eis nõ secundum imperium præcepit, sed secundum ueniam concedit Apostolus, ut etiam præter causam procreandi sibi misceantur, & si eos praui mores ad talem concubitum impellunt, nuptiæ tamen ab adulterio seu fornicatione defendunt. Neq; enim illud propter nuptias admittitur, sed propter nuptias ignoscitur.

1. Cor. 7

Caput VII.

Quomodo autem uiro possit esse licentia ducendæ alterius, si adulteram reliquerit, cum mulieri non sit nubendi alteri, si adulterum reliquerit, non uideo. Quæ si ita sunt, tantum ualet illud sociale uinculum cõiugum, ut cum causa procreandi colligetur, nec ipsa causa procreandi soluatur. Posset enim homo dimittere sterilem uxorem, & ducere de qua filios habeat, & tamẽ non licet & nostris quidem temporibus ac more Romano, nec superducere, ut amplius habeat quam unam uiuam, & utiq; relicta adultera uel relicto adultero, possent plures nasci homines, si uel illa alteri nuberet, uel ille alteram duceret. Quod tamẽ si non licet, sicut diuina regula præscribere uidetur, quem non faciat intentum, quid sibi uelit tanta firmitas uinculi coniugalis?

Causa procreãdæ prolis uxor sterilis non dimittenda.

Caput VIII.

Cæterum aliter se habere iura gentilium quis ignorat, ubi interposito repudio sine reatu aliquo ultiõis humanæ, & illa cui uoluerit nubit, & ille quam uoluerit ducit. Cui consuetudini simile aliquid propter Israeliticam duritiam uidetur permisisse Moyses, de libello repudij. Qua in re exprobatio diuortij magis apparet quam approbatio. Honorabiles ergo nuptiæ in omnibus et thorus immaculatus.

Gentiles repudium sine reatu aliquo exercebantur Deut. 24.

Hebr. 13

Caput IX.

Bonum est nubere, quia bonum est & filios procreare, matremfamilias esse, sed melius est nõ nubere, quia melius est ad ipsam humanam societatẽ hoc opere nõ egere.

Bonum est nubere. 1. Tim. 5

Melius nõ nubere.

Caput X.

Sed noui quosdam qui murmurent. Quid si inquiunt, omnes uelint ab omni concubitu abstinere, unde subsistet genus humanum? Vtinam omnes hoc uellent, duntaxat in charitate, de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, multo citius dei ciuitas cõpleretur & accelerare tur terminus seculi. Quid enim aliud hortari appparet Apostolum ubi ait, cũ inde loqueretur: Vellem omnes esse sicut meipsum. Aut illo loco, Hoc autem dico fratres tempus breue est. Reliquum est ut & hi qui habent uxores, tanquam non habentes sint, & qui flent tanquam non flentes, & qui gaudent tanquam non gaudentes, & qui emũt tanquam non ementes, & qui utuntur hoc mundo tanquã non utantur. Præterit enim figura huius mundi, uolo uos sine sollicitudine esse. Deinde subiungit, qui sine uxore est cogitat quæ sunt domini, quomodo placeat domino. Qui

Bonum esset ut se omnes continerent

1. Tim. 5

1. Cor. 7

aut matrimonio coniunctus est, cogitat quæ sunt mundi, quomodo placeat uxori. Eodem Cap.

De nuptiarum indulgentia. 1. Cor. 7

Non itaq; nuptias secundum ueniam concedit Apostolus. Nam quis ambigat absurdissime dici, non eos peccasse quibus uenia datur? Sed illum concubitum secundum ueniam concedit, qui fit per incontinentiã, non solum causa procreandi, & aliquando nulla causa procreandi, quem nuptiæ non fieri cogunt. Sed ignosci impetrant, si tamen non ita sit nimius ut impediat, quæ sepositа debẽt esse tempora orandi, nec immutetur in eum qui est contra naturam, de quo Apostolus tacere non potuit, cum de corruptelis nimijs immundorũ et impiorũ hominũ loqueretur.

1. Cor. 7 1. Petri 3 Rom. 1

Caput XV.

Semel autem initum connubium in ciuitate dei nostri, ubi etiam ex prima duorum hominum copula quoddam sacramentum nuptiæ gerunt, nullo modo potest nisi alicuius eorum morte dissolui. Manet enim uinculum nuptiarũ, etiã si proles cuius causa initũ est, non nisi a sterilitate non subsequatur, ita ut iam scientibus coniugibus non se filios habituros, separare se tamen uel ipsa causa filiorum, atq; alijs copulare non liceat. Quod si fecerint, cum eis quibus se copulauerint, adulterium committũt, ipsi autem coniuges manent. Plane uxoris uoluntate adhibere aliam, unde communes filij nascantur unius commixtione ac semine, alterius autem iure ac potestate apud antiquos patres fas erat, utrum & nunc fas sit non temere dixerim.

Quæ antiquis patribus olim licita eadem nostris temporibus illicita

Non est enim propagandi necessitas, quæ tunc fuit, quando & parientibus coniugibus alias propter copiosiorem posteritatem superducere licebat, quod certe nunc non licet. Nam tantũ affert opportunitatis ad aliquid iuste agendum, siue non agendum temporum secreta distinctio ut nunc melius faciat, qui nec unam duxerit, nisi se continere non possit. Tunc autem etiam plures inculpabiliter ducebant, & qui se multo facilius continere possent, nisi aliud pietas illo tempore postularet.

Caput XVI.

Satius est defungi sine liberis quã ex illicito coitu stirpem quærere

Sicut ergo satius est mori fame quam idolothitis uesci, ita satius est defungi sine liberis quam ex illicito coitu stirpem quærere. &c.

Caput XVIII.

A uiro uiuo in alterius transire connubium, nec in ueteri Testamento licuit, nec nunc licet, nec unquam licebit. Apostatare quippe ab uno Deo, & ire in alterius adulterinam superstitionem, semper est malum. Nec causa ergo numerosioris prolis fecerunt sancti nostri, quod Cato dicitur fecisse Romanus, ut traderet uiuus uxorẽ etiam alterius domum filijs impleturam. In nostrarũ quippe nuptijs plus ualet sanctitas sacramẽti, quã fecunditas uteri.

Cato uiuus adhuc tradidit uxorem uiro alteri domũ illius filijs impleturam

De sancta uirginitate Caput XII.

Habeant coniugia bonum suum, nõ quia filios procreant, sed quia honeste, quia licite, quia pudice, quia socialiter procreant, & procreatos pariter, sa'ubriter, instanter educant, quia thori fidem inuicem seruant, quia sacramentum connubij non uiolant.

Vera bona matrimonij

Lib. IX. de Genesi ad literam.

Caput VII.

Licet uirginitas magnum habeat meritum non tamen ideo culpatur matrimonium

Magnum magnũq; honoris meritum apud Deum fidelis & pia uirginitas habet, nisi quia isto iam tempore continendi ab amplexu, cum ex omnibus gentibus ad implendum sanctorum numerum largissima supperat copia percipiendæ sordidæ uoluptatis libido non sibi uendicat, quod iam sufficiendæ prolis necessitudo non postulat? Denique utriusq; sexus infirmitas propendens in ruinam turpitudinis recte excipitur honestate nuptiarũ, ut quod sanis possit esse officium, sit ægrotis remedium. Neq; enim quia incontinentia malum est, ideo connubium, uel quo incontinentes copulantur non est bonum, imo uero non propter illud malum culpabile est hoc bonum, sed propter hoc bonum ueniale est illud malum, quoniam id quod bonum habent nuptiæ, & quod bonæ sunt nuptiæ, peccatum esse nunquam potest. Hoc autem tripartitũ est, fides, proles, sacramentum. In fide attenditur ne præter uinculum coniugale, cum altero uel altera concumbatur. In prole, ut amatum suscipiatur, benigne nutriatur, religiose educetur. In sacramento autem, ut coniugum non separetur, & dimissus aut dimissa, nec causa prolis alteri coniugatur. Hæc est tanquam regula nuptiarum, qua uel naturæ decoratur fœcunditas, uel incontinentiæ regitur prauitas.

Libro III. de ciuitate Dei.

Caput V.

Romani quare mortẽ adulteras non plectebant.

Antiqui Romani in stupro detectas uestales sacerdotes, uiuas etiam defodiebant, adulteras autem fœminas, quamuis aliqua damnatione nulla tamen morte plectebant, usq; adeo grauius seueriusq; uindicanda putabant adita diuina, quam humana cubilia uindicabant.

Libro XIIII. Cap. XVIII.

De pudore coniugali.

Opus uero ipsum, quod libidine tali peragitur, non solum in quibusq; stupris, ubi latebræ ad subterfugienda humana iudicia requiruntur, uerumetiam in usu scortorũ, quam terrena ciuitas licitam turpitudinem fecit, quamuis id agatur, quod eius ciuitatis nulla lex uindicat, deuitat tamen publice etiam permissa atque impunita libido confiteatur, & uerecundia naturali habent prouisum Lupanaria ipsa secretum, faciliusq; potuit impudicitia non habere uincula prohibitionis quam impudentia remouere latibula illius fœditatis. Sed hanc etiã ipsi turpes turpitudinẽ uocant, cuius licet sint amatores, ostentatores esse non audẽt. Quid concubitus coniugalis, qui secundum matrimonialium præscripta tabularum procreandorum sit causa liberorum? Nonne & ipse quanquam sit licitus & honestus, remotum ab arbitris cubile conquirit? Nonne omnes famulos atque ipsos etiam paranymphos, & quoscunq; ingredi qualibet necessitudo permiserat, antemittit foras, quos uel blandiri coniunx coniugi incipiat? Et quoniam sicut ait etiam quidam Romani eloquij maximus auctor: Omnia recte facta in luce se collocari uolunt, id est, appetũt sciri, hoc recte factum sic appetit sciri, ut tamen erubescat uideri. Quis enim nescit ut filij procreentur, quid inter se coniuges

coniuges agant, quandoquidem ut id agatur tanta celebritate ducuntur uxores, & tamen cum agitur unde filij nascãtur, nec ipsi filij si qui inde iã nati sunt, testes fieri permittuntur. Sic enim hoc recte factum ad sui noticiam lucẽ appetit luminorum, ut tamen refugiat oculorũ. Vnde hoc nisi quia sic geritur quod deceat ex natura, ut etiam quod pudeat comitetur ex pœna?

Caput XX. Eodem libro.

Hoc illi canini philosophi, hoc est, Cinici non uiderũt, proferentes contra humanam uerecundiam, quid aliud q̃ caninam, hoc est, immundam imprudentemq; sententiam, ut scilicet quoniam iustum est quod fit in uxore palam nõ pudeat id agere, nec in uico, nec platea qualibet coniugalẽ concubitum deuitare, uicit tamen pudor naturalis opinionem eius erroris. Nam & si perhibent hoc aliquando gloriabundum fœcisse Diogenem, ita putantem sectam suam nobiliorem futuram, si in hominũ memoriã, insignior eius impudentia figeretur. Postea tamen à Cinicis fieri cessatũ est, plusq; ualuit pudor ut erubescerent homines hominibus, q̃ error, ut homines canibus esse similes affectarent.

Diogenes huius turpitudinis auctor.

Caput XXI.

Absit itaq; ut credamus illos coniuges in paradiso constitutos per hanc libidinẽ, de qua erubescẽdo eadem membra texerunt, impleturos fuisse, quod in sua benedictione Deus dixit: Crescite & multiplicamini & implete terrã. Post peccatum quippe orta est hæc libido. Post peccatum eam natura non impudens amissa potestate, cui corpus ex omni parte seruiebat, sensit, attendit, erubuit, operuit. Illa uero benedictio nuptiarũ ut coniugati crescerent et multiplicarentur & implerent terram, quamuis & in delinquentibus manserit, tamen antequam delinquerẽt data est ut cognoscerent procreationem filiorum ad gloriam connubij, non ad pœnam pertinere peccati:

Procreatio filiorum ad gloriam

Caput XXII.

Nos autem nullo modo dubitamus secundum benedictionem Dei crescere & multiplicari & implere terram, donum esse nuptiarum quas deus ante peccatum hominis ab initio constituit, creando masculum & fœminam, quibus exus euidens utiq; in carne est. Huic quippe operi Dei etiã benedictio ipsa subiuncta est, nam cum scriptura dixisset: Masculum & fœminã fœcit eos, continuo subdidit, & benedixit eis Deus dicens: Crescite & multiplicamini et implete terram, & dominamini eius, &c. Certum est igitur masculum et fœminam ita primitus institutos, ut nũc homines duos diuersi sexus uidemus & nouimus. Vnum autem dici, uel propter coniunctionem, uel propter originem fœminæ, quæ de masculi latere creata est. Nam & Apostolus per hoc primum quod Deo instituente præcessit exemplũ, singulos quosq; admonet ut uiri uxores suas diligant, &c.

Copula cõiugalis a Deo instituta & benedicta

Genes. 1

Ephes. 5

Lib. XV. Cap. XVI.

Cum igitur genus humanum, post primam copulam uiri facti ex pulucre, & coniugis eius ex uiri latere mariũ fœminarumq; coniunctione, opus haberet ut gignendo multiplicaretur, nec essent ulli homines nisi q̃ ex illis duobus nati fuissent, uiri sorores suas coniuges acceperunt, q̃ profecto quanto est antiquius, compellente necessitate, tanto postea factum est damnabilius, religione prohibente. Habita est enim ratio rectissima charitatis, ut homines quibus esset utilis atq; honesta concordia, diuersarũ necessitudinũ uinculis necterentur, nec unus in una multas haberet, sed singulæ spargerẽtur in singulos, ac sic ad socialẽ uitam diligentius colligandã, plurimæ plurimos obtinerẽt. Pater quippe & socer duarum sunt necessitudinum nomina. Vt ergo alium quisq; habeat patrem, alium socerũ, numerosius se charitas porrigit.

Sororem ducere in uxorẽ res est damnabilis.

Lib. II. contra Pelagium & Celestium de peccato originali. Cap. XXXIIII.

Bonum sunt nuptiæ in omnibus quæ sunt proprie nuptiarum. Hæc autem sunt tria: generandi ordinatio, fides pudicitiæ, connubij sacramentum. Propter ordinationem generandi scriptum est: Volo iuniores nubere, filios procreare, matresfamilias esse. Propter fidẽ pudicitiæ: Vxor non habet potestatem sui corporis, sed uir: similiter & uir non habet potestatem sui corporis, sed mulier. Propter cõ nubij sacramentũ: Quod deus coniũxit, homo nõ seperet.

Nuptiarũ bonitas in illis est.

1. Timot. 5
1. Cor. 7

Mat. 19

Lib. I. de nuptijs & concupiscentia ad Valerium. Cap. IX.

Nam si Deo patrum nostrorum, qui etiam noster est, illa numerositas coniugum propterea non displicuisset, ut copiosius se libido iactaret, ita etiam sanctæ fœminæ seruissent pluribus singulæ. Quod si aliqua faceret, quid eam nisi concupiscentiæ turpitudo compelleret, ut plures uiros haberet, quando ista licentia plures filios non haberet? Veruntamen magis pertinere ad nuptiarum bonum, nõ unũ & multas, sed unum & unam satis indicat ipsa prima diuinitus facta coniugum copula, ut inde connubia sumerent initium ubi honestius attenderetur exemplum. Progrediente autem genere humano, iunctæ sunt quibusdam bonis uiris bonæ fœminæ singulis plures. Vnde apparet & illud dignitatis magis appetisse modestiam, & hoc fœcunditatis permisisse naturam. Nam & principatus magis naturaliter unius in multos, quàm in unum potest esse multorum. Nec dubitari potest naturali ordine uiros potius fœminis, quàm uiris fœminas principari. Quod seruans Apostolus ait: Caput mulieris uir, & mulieres subditæ estote uiris uestris. Et Apostolus Petrus: Quomodo Sara, inquit, obsequebatur Abrahæ, dominũ illum uocãs. Quod licet ita sese habeat, ut naturam principiorũ amet singularitatem, facilius autem pluralitatẽ uideamus in subditis, tamen plures fœminæ uni uiro nunquam licite iungerentur, nisi ex hoc plures filij nascerentur. Vnde si una concumbat cum pluribus, quia non est ei hinc multiplicatio prolis, sed frequentatio libidinis, coniunx non potest esse sed meretrix.

Quod plures fœminę uni uiro licite tungebantur, sed non econuerso.

1. Cor. 11.
Ephes. 5
1. Petri 3.

Caput X. eodem libro

Quoniam sanè non tantum fœcunditas, cuius fructus in prole est, nec tantum pudicitia, cuius uinculum est fides, uerumetiam quoddam sacramentum nuptiarum commendatur fidelibus coniugatis. Vnde dicit Apostolus: Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiã. Huius procul dubio sacramenti res est, ut mas & fœmina connubio copulati quamdiu uiuunt inseparabiliter perseuerent, nec liceat excepta causa fornicatiõis, à coniuge cõiugem dirimi. Hoc enim custoditur in Christo & ecclesia, ut uiuens cum uiuente in æternum nullo diuortio separetur. Cuius sacramenti tanta obseruatio est in ciuitate Dei nostri in monte sancto eius, hoc est, in ecclesia Christi quibusq; fidelibus coniugatis, qui sine dubio mẽbra sunt Christi, ut cum filiorum procreandorum causa uel nubant fœminæ uel ducantur uxores, nec sterilem coniugem fas sit relinquere, ut alia fœcunda ducatur. Quod si quisquam fœcerit, non lege huius sæculi, ubi interueniente repudio, sine crimine conceditur cum alijs alia copulare connubia. Quod etiam sanctum Moysen dominus propter duritiam cordis illorum Israhelitis permisisse testatur. Sed lege Euangelij reus est adulterij, sicut etiam illa si alteri nupserit.

Colloss. 3

Psalm. 47. Matrimonium quare sacramentũ dicatur.

Mat. 19

Eodem libro, Caput XVI.

Quia igitur tales nuptiæ esse non possunt quales primorum hominum, si peccatum non præcessisset esse potuerunt, sint tales quales sanctorum patrum fuerunt, ut pudenda carnis cõcupiscentia, quæ in paradiso nec ante peccatum fuit, nec post peccatũ esse permissa est, quia necesse est in corpore mortis huius, ut sic ei non seruiatur, sed ipsa potius non nisi ad propagandam prolem seruire cogatur. Aut quia hoc tempus, quod iam esse diximus continendi ab amplexu, non habet huius officij necessitatem, adiacente undiq; in omnibus gentibus tanta fertilitate gignendorum spiritaliter filiorum, illud potius excellentis continẽtiæ bonum, qui potest capere capiat. Qui uero id capere nõ potest, & si acceperit uxorem non peccat, & fœmina si se non continet, nubat. Bonum est homini mulierem non tangere: Verum quia non omnes capiunt uerbum hoc, sed quibus datum est, restat ut propter fornicationem unusquisq; suam uxorem habeat, & unaquæq; uirum suum habeat, ac sic infirmitas incontinentiæ ne cadat in ruinam flagitiorum, excipiatur honestate nuptiarum. Quod enim ait Apostolus de fœminis: Volo igitur iuniores nubere. Hoc & de maritis dicit potest: Volo iuniores uxores ducere, ut ad utrumq; sexum pertineat, filios procreare, patres & matres familias esse, nullam occasionẽ dare aduersario maledicti, &c.

Qui se continere non possunt nubant.

1. Cor. 7

1. Timot. 5

Quæstionum super Genesim, Quæst. LXXXIX.

Septem diebus solere nuptias celebrari, etiam liber Iudicum ostendit in Samsone, quando fecit potum septem diebus. Et addidit scriptura: quod sic solerent facere iuuenes, fecit autem hoc propter nuptias suas.

Septem diebus nuptiæ celebrabantur olim. Iudicũ. 14.

Libro I. de adulterinis coniugijs ad Pollentium. Caput I.

Nulla existente causa fornicationis, cuilibet coniugi licebit unum de tribus eligere, aut non discedere à coniuge, aut si discesserit sic manere, aut si non sic manserit, non alterum quærere, sed priori se reddere.

Eodem libro, Cap. XXV.

Non enim tempore reuelati Testamenti noui in Euangelio, uel ullis Apostolicis literis sine ambiguitate declaratum esse recolo, utrum dominus prohibuerit fideles infidelibus iungi. Quamuis beatissimus Cyprianus inde nõ dubitet, nec in leuibus peccatis constituat, iungere cum infidelibus uinculum matrimonij, atque ita esse dicat prostituere genitilibus membra Christi. Sed quod his qui iam conuincti sunt, alia quæstio est, audiatur et hic Apostolus dicens: Si quis frater habet uxorem infidelem, & hæc cõsentiat habitare cum illo, non dimittat illam, Et si qua mulier habet uirum infidelem, & hic consentit habitare cum illa, non dimittat uirum. Propter quodlibet tamen fornicationis genus, siue carnis siue spiritus, ubi & infidelitas intelligitur, & dimisso uiro non licet alteri nubere: & dimissa uxore nõ licet alteram ducere, quoniam dominus nulla exceptione facta dicit: Si uxor dimiserit uirum suum, & alij nupserit, mœchatur, Et omnis qui dimittit uxorẽ suã, & ducit alteram, mœchatur.

Infidelis cõiugis cõnubium prohibuisse Christum in Euangelio nõ inueniri.

1. Cor. 7

Luc. 16

Lib. II. de consensu Euangelistarum, Caput I.

Exemplo Ioseph & Mariæ magnifice insinuatur fidelibus coniugatis, etiam seruata pari consensu continentia, posse permanere uocarique coniugum, non permixto corporis sexu, sed custodito mentis affectu, præsertim quia nasci eis etiam filius potuit sine ullo complexu carnali, qui propter solos gignendos filios adhibendus est. Neq; enim propterea non erat appellãdus Ioseph pater Christi, quia non eum concumbendo genuerat, quandoquidem recte pater esset etiam eius, quem non ex sua coniuge procreatum, aliunde adoptasset, &c.

Sine permixtione carnali posse permanere & uocari coniugium.

DE SANCTIS, ET VENERATIONE SANCTORUM:

In Euangelium Ioannis Tractatu XXIII.

Hæc est religio Christiana, ut colatur unus Deus, non multi dij, quia facit animã beatã, nisi unus deus. Participatione dei fit beata, nõ participatiõe sanctæ animæ fit beata infirma anima, nec participatione angeli fit beata sancta anima, sed si quærit beata esse infirma anima, quærat unde

Colere unũ Deum religio est christiana.

de beata fit sancta anima, Non enim beatus efficeris ex angelo tu, sed unde angelus inde & tu. Illuc perge anima contemptis cæteris, uel etiam transcensis &c.

De uera religione, Cap. LV.

Non diligamus uisibilia spectacula, ne ab ipsa ueritate aberrando, & amando umbras, in tenebras proijciamur. Non sit nobis religio in phantasmatibus nostris. Melius est enim qualecunq; uerum, quàm omne quicquid pro arbitrio fingi potest, et tamen animam ipsam, quàmuis anima uera sit, cum falsa imaginatur, colere non debemus. Melior est uera stipula, quam lux inani cogitatione pro suspicantis uoluntate formata, & tamen stipulam quam sentimus & tangimus, dementis est credere colendam. Non sit nobis religio humanorum operum cultus, meliores enim sunt ipsi artifices, qui talia fabricantur, quos tamen colere non debemus. Non sit nobis religio cultus bestiarum, meliores enim sunt extremi homines, quos tamen colere nõ debemus. Non sit nobis religio cultus hominum mortuorum, quia si piè uixerint, non sic habentur ut tales quærant honores, sed illum à nobis coli uolunt, quo illuminante lætantur meriti sui nos esse conseruos. Honorandi ergo sunt propter imitationem, non adorandi propter religionem. Si autem malè uixerint, ubicunq; sint non sunt colendi. Non sit nobis religio, uel ipsa perfecta & sapiens anima rationalis, siue in ministerio uniuersitatis, siue in ministerio partium stabilita, siue quæ in summis hominibus expectat commutationem reformationemq; portionis suæ: quoniam omnis uita rationalis, si perfecta est, incommutabili ueritati secum intrinsecus sine strepitu loquenti obtemperat, non obtemperans autem, uitiosa fit. Non ergo per se excellit, sed per illum cui libenter obtemperat. Quod ergo colit summus angelus, id colendum est etiam ab homine ultimo, quia ipsa hominis natura id non colendo, facta est ultima. Non enim aliunde sapiens angelus, aliunde homo, aliunde ille uerax, aliunde homo, sed ab una incommutabili sapientia & ueritate: Nam id ipsum actum est temporali dispensatione ad salutem nostram, ut naturam humanam ipsa dei uirtus & dei sapientia, incommutabilis & consubstantialis patri & coæternus susciperet dinaretur, per quam nos doceret, id esse homini colendum, quod ab omni creatura intellectuali & rationali colendũ est,. Hoc etiam ipsos optimos angelos, & excellentissima dei ministeria uelle credamus, ut unum cum ipsis colamus deum, cuius contemplatione beati sunt. Neq; enim & nos uidendo angelos beati sumus, sed uidendo ueritatem, qua etiam ipsos diligimus angelos, & his congratulantur. Nec inuidemus quod eo paratiores, uel nullis molestijs interpedientibus perfruuntur, sed magis eos diligimus, quoniam & nos tale aliquid sperare à communi domino iussi sumus. Quare honoramus eos charitate, non seruitute, nec eis templa construimus: nolunt enim se sic honorari à nobis, quia nosipsos cum boni sumus, templa summi dei esse nouerunt. Rectè itaq; scribitur hominem ab angelo prohibitum ne se adoraret, sed unum deum sub quo ei esset & ille conseruus. Qui autem nos inuitant ut sibi seruiamus, & tanquàm deos colamus, simules sunt superbis hominibus, quibus si liceat, similiter coli uolunt, sed istos homines perpeti minus, illos uero colere magis periculosum est. Religet ergo nos religio uni omnipotenti deo, quia inter mentem nostram qua illum intelligimus patrem & ueritatem, id est, lucem interiorem, per quam illum intelligimus, nulla interposita creatura est: Quare ipsam quoq; ueritatem nulla ex parte dissimilem, in ipso & cum ipso ueneremur, quæ forma est omnium, quæ ab uno facta sunt, & ad unum nituntur. Vnde apparet spiritalibus animis per hanc formam facta esse omnia, quæ sola implet quod appetunt omnia.

Sancti quo modo uenerandi, Nota.

Colendum est quod ab omni creatura rationali colitur.

Matth. 22.

1. Corint. 3

Apocal. 22

Lib. III. Hyponosticon contra Pelagianos. Q.

In libro Sapientiæ legitur, Quoniam gratia dei, ait, est in sanctis eius. Ecce generaliter dictum, neminem sanctorum sine gratia dei fuisse uel esse: sed ut in eis sit ad confirmandos eos, acceperunt gratis per fidem, quæ à deo est, non habuerunt ante fidem, quia (ut ait Dauid) pro nihilo saluos facies eos. Item in libro Tobiæ: Ego autem, ait, custodiui animam meam, ne manducarem de escis eorum. Et quoniam memor fui dei in toto corde meo, dedit mihi summus deus gratiam ante Salmanasar regem, & emebam illi omnia, iens in regionem mediam usque dum mortuus est. Quod uero præposuit, dicens: Quoniam memor eram dei in toto corde meo, ne proprium uideretur esse & non donum, quod memor esset dei, continuò subiungens ait: Dedit mihi summus deus gratiam, ut confirmaret eius dono, non meriti, sed dei memorem fuisse, & locum dilectionis ante regem Salmanasar inuenisse. Præparatur enim uoluntas à domino, à quo omne datum optimum, & omne donum perfectum est, ut omne os obstruatur: & subditus fiat omnis mundus deo: quia ex operibus non iustificabitur omnis caro coram illo, quia iustitia dei præuentu misericordiæ per fidem Iesu Christi apparuit super omnes, qui crediderunt.

Sapient. 4. Nemo sanctorum sine gratia dei fuit.

Psalm. 55.

Tobiæ 1.

Iacob. 1.

Roman. 3. Nullus hominum iustificatur ex operibus coram deo.

Libro VIII. de trinitate, Cap. VII.

Non enim sanctus quisquam potestate sua gaudet, sed eius à quo habet posse quicquid congruenter potest. Et nouit potentius esse coniungi omnipotenti pia uoluntate, quàm propria uoluntate posse quod contremiscant, qui talia non possunt. Itaq; ipse dominus Iesus Christus talia faciens, ut mirantes doceret ampliora, & temporalibus insolitis intentos atq; suspensos ad æterna atq; interiora conuerteret. Venite inquit, ad me omnes, qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos, tollite iugum meum super uos. Et non ait, discite à me quadriduanos mortuos suscitare: sed ait, Discite à me, quoniam mitis sum & hu-

Sancti potestate sua nõ gaudent.

Matth. 11.

milis corde. Potentia est enim & tutior solidissima humilitas, quàm uentosissima celsitudo. Et ideo sequitur, dicens: Et inuenietis requiem animabus uestris &c.

De Ecclesiasticis dogmatibus, Cap. LXXXVI.

Nullus sanctus & iustus caret peccato, nec tamen ex hoc desinit esse iustus uel sanctus, cum adfectu teneat sanctitatem. Non enim naturæ humanæ uiribus, sed propositi adiumento, per dei gratiã acquirimus sanctitatem. Et ideo ueraciter se omnes sancti pronunciant peccatores, quia in ueritate habent quod plangant, & si non reprehensione conscientiæ, certè mobilitate & mutabilitate præuaricatricis naturæ.

Nullus sanctorum caret peccato

De præsentia dei ad Dardanum, Cap. VI.

Cum igitur deus, qui ubiq; est, non in omnibus habitet, etiam in quibus habitat, non æqualiter habitat. Nam unde est illud quod Helisæus poposcit, ut dupliciter in eo fieret spiritus dei, qui erat in Helia? Et unde in omnibus sanctis sunt alij alijs sanctiores, nisi abundantius habendo habitatorem deum?

4. Regũ 2. Sanctitas unde in sanctis.

Lib. II. contra secundam Gaudentij epistolam. Cap. XXIII.

Non itaq; debemus quicquid in scripturis, etiam dei testimonio laudatos homines fœcisse legerimus, non consentiendo adprobare, sed considerando discernere, adhibentes iuditium nõ sanè nostræ auctoritatis, sed scripturarũ diuinarum atq; sanctarum, quæ nos nec illorum hominum, quibus illic bonum atq; præclarum testimonium perhibetur, omnia uel imitari, uel laudare facta permittit, si quæ non rectè ab eis facta sunt, uel huic iam tempori non conueniunt: Sed de his quæ tunc fuerant facta recta, nunc non sunt.

Sanctorum facta nõ omnia imitãda uel laudanda.

Libro XXII. contra Faustum, Cap. XXI.

Colimus ergo martyres eo cultu dilectionis & societatis, quo & in hac uita colũtur homines sancti dei, quorum cor ad talem pro Euangelica ueritate passionem paratum esse sentimus, sed illos tanto deuotius, quanto securius post incerta omnia superata, quanto etiam fidentiore laude prædicamus, iam in uita fœliciore uictores, quàm in ista adhuc usq; pugnantes. At illo cultu quæ græcè latria dicitur, latinè uno uerbo dici non potest, cum sit quædam propriè diuinitati debita seruitus, nec colimus, nec colendum docemus, nisi unum deum. Cum autem ad hunc cultum pertineat oblatio sacrificij, unde idolatria dicitur eorum, qui hoc etiam idolis exhibent, nullo modo tale aliquid offerimus, aut offerendum præcipimus, uel cuiquam martyri, uel cuiquam sanctæ animæ, uel cuiquam angelo, & quisquis in hunc errorem dilabitur, corripitur per sanam doctrinam, siue ut corrigatur, siue ut caueatur. Ipsi enim sancti uel homines, uel angeli exhiberi sibi nolunt, quòd uni deo deberi norunt. Apparuit hoc in Paulo & Barnaba, cum commoti miraculis, quæ per eos facta sunt, Lycaonij tanquàm dijs immolare uoluerunt: Conscissis enim uestimentis suis, confitentes & persuadentes se deos non esse, ista sibi fieri uetuerunt. Apparuit & in angelis, sicut in Apocalypsi legimus, angelum se adorari prohibentem, ac dicentem adoratori suo: Conseruus tuus sum, & fratrum tuorum. Ista sibi planè superbi spiritus exigunt, diabolus & angeli eius, sicut per omnia templa & sacra gentilium: quorum similitudo in quibusdam etiam superbis hominibus expressa est, sicut de Babyloniæ quibusdam regibus memoriæ commendatum tenemus.

Quomodo a Christianis colendi martyres.

Actor. 14.

Apocal. 19. & 22.

Daniel. 3.

Contra Secundinum Manichæum, Cap. XVII.

Honor quippe summus, qualem pietas religiosorum exhibet, utiq; deo debetur. Qui ergo amat honorem, deũ imitatur. Sed humiles animæ in illo se honorari uolunt, superbi præ illo. Ad deum autem humiles excelsiores fiunt iniustis: contra deum uero excelsi humiliores fiunt iustis, ea scilicet dispensatione præmiorum atq; pœnarum, quia illi deum amauerunt supra se, illi pro deo amauerunt se.

Sancti honorandi in deo.

In Psalmum LXVII.

Leuaui oculos meos in montes, unde ueniet auxilium mihi. Nec tamen auxilium meum ab ipsis propriè montibus, sed auxilium meum à domino, qui fœcit cœlum & terram. Vnus quippe ipsorum montium multum excellens cum dixisset, quòd plus illis omnibus laborauerit, non autem ego, sed gratia dei mecum inquit.

Psalm. 120. Auxilium non a sanctis, sed a domino.

1. Corin. 15

In Psalm. LXXXV.

Sanctus sum cum audio, uocem eius agnosco & hic separo meam. Certè inseparabiliter à corpore suo loquitur, cum sic loquitur: Et audebo ego dicere quoniam sanctus sum? Si sanctus tanquàm sanctificans, & nullo sanctificante indigens superbus & mendax: Si autem sanctus sanctificatus, secundum id quod dictum est: Sancti estote, quoniam ego sanctus sum. Audeat & corpus Christi, audeat & unus ille homo, clamans à finibus terræ cum capite suo, & sub capite suo dicere: Sanctus sum. Accepit enim gratiam sanctitatis, gratiam baptismi & remissionis peccatorum. Et hæc quidem fuistis, ait Apostolus, enumerans multa peccata, & leuia, & grauia, & usitata, & horribilia: & hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis. Si ergo sanctificatos dicit, dicat & unusquisq; fidelis sanctus sum. Non est ista superbia elati, sed confessio non ingrati. Si enim dixeris te sanctum esse ex te, superbus es. Rursus fidelis in Christo, & membrum Christi, si te non dixeris esse sanctũ, ingratus es. Arguens enim superbiam Apostolus, non ait, non habens: sed ait, quid enim habes, quod non accepisti? Dic deo tuo quoniam sanctus sum, quia sanctificasti me, quia accepi non quia habui, quia tu dedisti non quia ego merui. Etenim ex alio latere incipis iniuriam facere ipsi domino nostro Iesu Christo. Si enim

Leuit. 19.

Psalm. 60.

1. Corin. 6.

1. Corint. 4

Christiani

Galat.3. Qui se sanctũ nõ uult dici, capiti Christi facit iniuriã.

Christiani omnes, & fideles, & baptizati in illo, ipsum induerunt, sicut Apostolus dicit: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis, si membra sunt facti corporis eius, & dicunt se sanctos non esse, capiti suo faciunt iniuriam, cuius membra sancta non sunt. Iam uide ubi sis, & de capite tuo dignitatem cape. Etenim eratis aliquando tenebræ, nunc autem lux in domino.

Ephes.5.

Libro X. de ciuitate dei, Cap. I.

Latria deo solo debet.

Latria ei tantum deo, deberi dicimus, qui uerus est deus, facitq; suos cultores deos. Quicunq; igitur sunt in cœlestibus habitationibus immortales & beati, si nos non amant, nec beatos nos esse uolunt, colendi utiq; non sunt. Si autem amant, & beatos uolunt, profectò inde uolunt unde & ipsi sunt, an aliunde ipsi beati, aliunde nos?

Libro XXI. Cap. XXVI.

Est quidam uitæ modus, nec tam malè ut his qui eam uiuunt nihil prosit ad capescendum regnum cœlorum largitas eleemosynarum, quibus etiam iustorum sustentatur inopia, & fiunt amici qui in tabernacula æterna suscipiant, nec tam bonè ut ad tantam beatitudinem adipiscendam eis ipsa sufficiat, nisi eorum meritis quos amicos fecerint, misericordiam consequantur. Mirari autem soleo etiam apud Vergilium istam domini reperiri sententiam,

Lucæ 16.

ubi ait: Facite uobis amicos de mammona iniquitatis, ut & ipsi recipiant uos in tabernacula æterna. Cui est &

Matth. 10.

illa simillima: Qui recipit prophetam in nomine prophetæ, mercedem prophetæ accipiet: & qui recipit iustum in nomine iusti, mercedem iusti accipiet. Nam cum Elysios campos Poëta ille describeret, ubi putant habitare animas beatorum, nõ solum ibi posuit eos qui proprijs meritis ad

Æneid.6.

illas sedes peruenire potuerunt. Sed adiecit atq; ait:

Quiq; sui memores alios fecêre merendo.

Id est, qui promeruerunt alios eosq; sui memores promerendo fecerunt. Prorsus tanquam eis diceret, quod frequentatur ore Christiano, cum se cuiq; sanctorum humilis quisq; commendat, & dicit: Memor esto mei: atq; ut id esse possit, promerendo efficit. Sed quis iste sit modus, &

Difficillimũ hoc inuenitu, periculosissimum definitur.

quæ sint ipsa peccata, quæ ita impediunt peruentionem ad regnum dei, ut tamen sanctorum amicorum meritis impetrent indulgentiam, difficillimũ est inuenire, periculosissimum definire. Ego certè usq; ad hoc tempus cum inde satagerem, ad eorum indaginem peruenire non potui. Et fortasis propterea latent, ne studium proficiendi ad omnia peccata cauenda pigrescat.

Libro XXII. Cap. X.

Hic fortè dicturi sunt etiam deos suos aliqua mira fecisse. Benè si iam incipiunt deos suos nostris mortuis hominibus comparare, adijciunt etiam se habere deos ex hominibus mortuis, sicut Herculem, sicut Romulum, sicut alios multos, quos in deorum numerum receptos opinantur. Sed nobis martyres non sunt dij, quia unũ eundemq; deum & nostrum scimus & martyrum, nec tamen miraculis quæ per memorias nostrorum martyrum fiunt, ullo modo comparanda sunt miracula, quæ facta per templa perhibentur deorum illorum. Verum si qua similia uidentur, sicut à Mose mag Pharaonis, sic eorum dij uicti sunt à martyribus nostris. Fecerũt autem illa dæmones eo fastu impuræ superbiæ, quo eorum dij esse uoluerunt: Faciunt autem ista martyres, uel potius deus, uel orantibus aut cooperantibus eis, ut fides illa proficiat, qua eos non deos esse nostros, sed unum deum habere nobiscum credamus. Deniq; illi talibus dijs suis & templa ædificauerunt, & statuerunt aras, & sacerdotes instituerunt, & sacrificia fecerunt. Nos autem martyribus nostris non templa sicut dijs, sed memorias sicut hominibus mortuis, quorum apud deum uiuunt spiritus fabricamus, nec ibi erigimus altaria, in quibus sacrificemus martyribus, sed uni deo & martyrum & nostro sacrificium immolamus, ad quod sacrificium sicut homines dei, qui mundum in eius confessione uicerunt, suo loco & ordine nominantur, non tamen à sacerdote, qui sacrificat, inuocantur. Deo quippe

Exod.8.

Sancti non inuocãtur.

non ipsis sacrificat, quamuis in memoria sacrificet eorum, quia dei sacerdos est, non illorum. Ipsum uero sacrificium corpus est Christi, quod non offertur ipsis, quia hoc sunt & ipsi. Quibus igitur potius credendum est miracula facientibus, eis ne qui seipsos uolunt haberi deos ab his, quibus ea faciunt: an eis, qui ut in deum credatur, quod & Christus est, faciunt quicquid mirabile faciunt? Eis ne qui sacra sua etiam crimina sua esse uoluerunt, an eis qui nec laudes suas uolunt esse sacra sua, sed totum quod ueraciter laudantur, ad eius gloriam proficere in quo laudantur? In domino quippe laudantur animæ eorum. Credamus ergo eis, & uera dicentibus, & mira facientibus. Dicendo enim uera passi sunt, ut possent facere mira. In eis ueris est præcipuum, quòd Christus resurrexit à mortuis, & immortalitatem resurrectionis in sua carne primus ostendit, quam nobis adfuturam, uel in principio noui sæculi, uel in huius fine promisit.

DE SIMVLACHRIS & imaginibus.

Expositionis epistolæ ad Galatas, Cap. V.

Idolorum seruitus ultima fornicatio est animæ, propter quam etiam bellum aduersus euangelium reconciliatis dei furiosissimum gestum est, cuius reliquiæ quàmuis interdiu, adhuc tamen recalent.

Idolorum seruitus ultima fornicatio animæ.

De uerbis Domini secundum Matthæum, Sermon. VI.

Quæ immolant gentes, dæmonibus immolant, & non deo, nolo uos socios fieri dæmoniorum. Nouimus quia idolum non est deus, utinam & illi sic norint. Sed propter eos qui hoc non norint infirmos, non debet percuti

1. Corin. 10

conscientia

conscientia ipsorum. Hoc monet Apostolus: Nam & illi quòd numen habeant, & pro numine accipiant illam statuam, ara testatur. Quid illic faciat ara, si illud non habetur pro numine? Nemo mihi dicat, non est numen, non est deus. Iam dixi utinam sic ipsi norint hoc, quomodo omnes nouimus nos. Sed quid habeant, pro qua re habeãt, quid ibi faciat, ara illa testatur. Conuicit omnium colentium mentes, non conuincat recumbentes, sed non præmantur Christiani, si præmuntur pagani. Verbis ipsorum ne credatis, nec timeatis, hostes nos dicunt idolorum suorum. Sic præstet deus, & det omnia in potestate, quomodo dedit quod fractum est. Hoc enim dicimus charitati uestræ ne faciatis ista, quando in potestate uestra non est, ut faciatis illud. Prauorum hominum est, furiosorum circumcellionum, & ubi potestatem non habẽt sæuire, et uelle mori, properant sine causa. Audistis quæ uobis legimus, omnes qui nuper in Mappalibus adfuistis. Cum data fuerit uobis terra in potestatem (Prius ait in potestatem, & sic dixit quæ facienda sunt) Aras eorum, inquit, destruetis, lucos eorum comminuctis, & omnes titulos eorum confringetis. Cum acceperitis potestatem, hoc facite, ubi nobis non est data potestas, non facimus: ubi data est, non prætermittimus. Multi pagani habent istas obominationes in fundis suis, nunquid accedimus et confringimus. Prius enim agimus, ut idola in eorum corde frangamus. Quando Christiani & ipsi facti fuerint, aut inuitant nos ad tam opus bonum, aut præueniunt nos: modo orandum est pro illis, non irascendum illis. Contra idola prædicamus, de cordibus illa tollimus, sumus persequutores idolorum, profitemur. Nunquid seruatores? Non facio ubi non possum, non facio ubi conqueritur dominus rei. Vbi autem uult fieri, & gratias agit, reus ero si non fœcero.

Quomodo in destructione idolorũ agendũ sit.

Deut. 7. 12.

Augustin. persecutor idolorum.

Ad Deogratias præsbyterum, Epist. XLIX.

Qui Christianas literas utriusq; testamenti sciunt, non hoc culpant in sacrilegis ritibus Paganorum, quòd construant templa, & instituant sacerdotia, & faciant sacrificia, sed quòd hæc idolis & dæmonijs exhibeant. Et idola quidem omni sensu carere quis dubitet? Veruntamen cũ his locantur sedibus, honorabili sublimitate, ut à precantibus atq; immolantibus attendãtur, ipsa similitudine animatorum membrorum atq; sensuum, quamuis insensata & exanima adficiunt infirmos animos, ut uiuere ac spirare uideantur, accedente præsertim ueneratione multitudinis, qua tantus eis cultus dei impenditur. Quibus morbidis & pestilentiosis adfectibus medetur scriptura diuina, quæ rem quidem notam, sed tamen salubri remedio admonitionis inculcat, dicens: Oculos habent & non uident, aures habent & non audiunt, & cætera talia. Hæc enim uerba quo magis aperta & populariter uera sunt, eo magis incutiunt salubrem pudorem illis, qui cum talibus simulachris diuinum cum timore cultum exhibent, eáq; uiuentibus similia uenerantes, adorantesq; cõtuentur, eisq;

Simulachra & imagines cẽpore Augustini non fuisse credẽdum.

Psalm. 113.

uelut præsentibus preces allegant, uictimas immolant, uota persoluunt, sic adficiuntur omnino, ut ea sensu carentia putare non audeant. Ne arbitrentur autem isti hoc solum nostros libros uelle sonare, quòd huiuscemodi adfectus humano cordi ex idolis innascitur, apertissimè scriptum est: Quoniam omnes dij gentium dæmonia. Vnde & Apostolica disciplina nõ solum dicit, quod apud Ioannem legitur: Fratres cauete à simulachris: uerumetiam quod apud Paulum: Quid ergo? dico quòd idolis immolatum sit aliquid, aut idolum est aliquid? Sed quæ immolant gentes, dæmonijs & non deo immolant, nolo autem uos socios fieri dæmoniorum. Vnde satis intelligi potest, non tam ipsam immolationem (nam uero deo prisci sancti immolauerunt) sed quòd dijs falsis & impijs dæmonijs immolatur, reprehendi à uera religione in superstitionibus gentium. Sicut enim ueritas hortatur homines fieri socios sanctorum angelorum, ita seducit impietas ad societatem dæmoniorũ, cui præparatur ignis æternus, sicut regnum æternum societati sanctorum. Neq; illinc excusant impij sua sacrilega sacra & simulachra, quòd eleganter interpretantur quid quæq; significent. Omnis quippe illa interpretatio ad creaturam refertur, non ad creatorem, cui uni debetur seruitus religiõis illa, quæ uno nomine latria græcè appellatur. Vnde colligitur corporali creaturæ nõ esse sacrificandum. Quoniam quanto magis pia est & subdita deo, tanto minus se tali honore dignatur, quem scit non deberi nisi à deo.

Psalm. 95.

1. Ioan. 5.

1. Corint. 10

Ad Ianuarium Epistola CXIX

In primo dei præcepto, ubi prohibetur coli aliqua in figmentis hominum dei similitudo, non quia non habet imaginem deus, sed quia nulla imago eius coli debet, nisi illa quæ hoc est quod ipse, nec ipsa pro illo, sed cum illo: & quia creatura mutabilis est, ac propterea dicitur, Omnis creatura uanitati subiecta est.

Exod. 20. Deut. 6. Roman. 8. Roman. 5. Prohibetur coli dei similitudo in figmentis hominum.

Libro I. de Trinitate, Cap. VI.

Idolatræ dicuntur, qui simulacris eam seruitutem exhibent quæ debetur deo. Secundum hanc enim seruitutem dictum est: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Nam & hoc distinctius in græca scriptura inuenitur, λατρεύσεις enim habet. Porrò si tali seruitute creaturæ seruire prohibemur, quandoquidem dictum est: Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies. Vnde & Apostolus detestatur eos qui coluerunt, & seruierunt potius creaturæ quàm creatori. Non est utiq; creatura spiritussanctus, cui ab omnibus sanctis talis seruitus exhibetur, dicente Apostolo: Nos enim sumus circumcisio spiritu dei seruiẽtes, qđ est in græco λατρεύοντες.

Idolatræ qui dicant. Deuter. 6. Matth. 4.

Roman. 1.

Philip. 3.

Libro I. de consensu Euangelistarum, Cap. XXXI.

Desinant

Christũ suo tempore simulachra confracturũ Prophetæ prædixerũt. Deut. 7. Esaiæ 58.

Desinant ergo dicere mali laudatores Christi, qui nolunt esse Christiani, quòd Christus non docuerit deos eorũ deseri, & simulachra confringi. Deus enim Israël, de quo prædictum est, q; deus uniuersæ terræ uocabitur, & deus uniuersæ terræ iam uocatur, hoc per Prophetas futurũ prædixit, hoc per Christum congruo tempore impleuit. Nam a-

Esaiæ 53.

pud Esaiam legimus: Propterea, inquit ipse, hæreditabit complures, & fortium partietur spolia. Nempe iam hæreditate possidet multos, & fortium partitur spolia, cum ea quæ diabolus & dæmones possidebant, per ecclesiarum suarum fabricas, & quoslibet necessarios usus illis expulsis proditisq; distribuit.

In Psalmum CXIII, versu,

Psalm. 134.

Simulachra gentium, argentum & aurum, opera manuum hominum. Id est, quamuis deum nostrum carnalibus oculis uestris non possimus ostendere, quem per opera intelligere debuistis, nolite tamen seduci uanitatibus uestris, quia uos ea quæ colitis digito potestis ostendere. Multò quippe honestius non haberetis quod possetis ostendere, q̃ ut in eo quod in istis oculis à uobis ostenditur, uestri cordis cœcitas ostendatur. Quid enim ostenditis, nisi aurum & argentum? Habent quidem ærea, & lignea, & fictilia simulachra, nec huiuscemodi alteriusq; materiæ, sed præcipuum eorum maluit commemorare spiritussanctus, quia cum in eo quisq; quod illi charius est erubuerit, multo facilius auertitur à uenerationeillorum. Nam dictum est

Contra simulachrorũ patrones.

Hierem. 2.

alio loco de simulachrorũ cultoribus, dicentes ligno: Pater meus es tu: Et lapidi, Tu me genuisti. Sed ne sibi sapientior uideatur, qui hoc non ligno & lapidi dixerit, sed auro & argento, hunc adspiciat, huc aure cordis intendat. Simulachra gentũ argentũ & aurũ: Item, Oculos habẽt & non uidebunt, aures habent & non audient &c. Cur ergo tantopere spiritussanctus curat scripturarum plurimis locis hæc insinuare atq; inculcare ueluti inscientibus, quasi non hominibus apertissima sint atq; notissima, nisi quia speciem membrorum significat, quam naturaliter in animantibus uiuentem uidere, atq; in nobismetipsis sentire consueuimus? Quanquàm ut illi adserunt in signo aliquo fabre facto, atq; eminenti collocato suggestu, cum adorari atq; honorari à multitudine cœperit, parit in uno quoq; fordidissimum erroris adfectum, ut quoniam in illo figmento, non inuenit uitalem motum, credat numen occultum, effigiem tamen uiuenti corpori similem, seductus forma, & commotus auctoritate, quasi sapientum institutorum obsequentumq; turbarum sine uiuo aliquo habitatore esse non putet? Hinc & mala dæmonia ad possidenda gentium simulachra, talis hominum adfectus inuitat, quorum præsidentium uaria fallacia mortiferi seminantur & multiplicantur errores. Alijs itaq; locis etiam contra ista diuinæ literæ uigilant, ne quisquam dicat cum irrisa fuerint simulachra, non hoc uisibile colo, sed numen quod illis

Psalm. 95.

inuisibiliter habitat. Ipsa ergo numina in alio psalmo eadem scriptura sic damnat: Quoniam dij gentium dæmo-

1. Corin. 10

nia, dominus autem cœlos fecit. Dicit & Apostolus, non quod idolum sit aliquid, sed quoniam quæ immolant gentes dæmonijs immolant, & non deo, & nolo uos socios fieri dæmoniorum. Videntur autem sibi purgationis esse religionis qui dicunt, nec simulachrum, nec dæmonium colo, sed per effigiem corporalem eius rei signum intueor, quam colere debeo. Itaq; Apostoli una sententia pœnam istorum damnationemq; testatur: Qui transmutauerunt, inquit, ueritatem dei in mendatium, & coluerunt, & seruierunt creaturæ potius, quàm creatori qui est benedictus deus in sæcula. Nam priori parte huius sententiæ simulachra damnauit, posteriori autem interpretationes simulachrorum. Effigies enim à fabro factas, appellando nominibus earum rerum quas fabricauit deus, transmutant ueritatem dei in mendatium, res autem ipsas pro eijs habendo & uenerando, seruiunt creaturæ potius quàm creatori, qui est benedictus in sæcula. Quis autem adorat uel orat intuens simulachrum, qui non sic adficitur, ut ab eo se exaudiri putet, ac ab eo sibi præstari quod desiderat speret? Contra hunc adfectum quo humana & carnalis infirmitas facile capi potest, cantat scriptura dei: Simulachra, inquit, gentium argentum & aurum, opera manuũ hominum &c.

Roman. 1.

De ciuitate dei lib. I. Cap. VI.

Fabius Tarentinæ euersor urbis à simulachrorum depredatione abstinuisse laudatur. Nam cum ei scriba suggessisset quid de signis deorum, quæ multa capta fuerant, fieri iuberet, continentiam suam iocando condiuit. Quæsiuit enim cuiusmodi essent, & cum ei non solũ multa grandia, uerumetiam renunciarentur armata, Relinquamus, inquit, Tarentinis deos iratos.

Ironia Fabij in idola Tarentinorum.

Libro III. Cap. XI.

Apollo ille Cumanus cum aduersus Achæos, regemq; Aristonicũ à Romanis bellaretur, quadriduo fleuisse nunciatus est, quo prodigio haruspices territi cum id simulachrum in mare putauissent esse proijciendum, Cumani senes interfecerunt, atq; retulerunt tale prodigium, & Antiochi & Persidis bello in eodem apparuisse figmento. Et quia Romanis fœliciter prouenisset ex senatusconsulto eidem Apollini sua dona esse missa tristati sunt. Tunc uero peritiores acciti haruspices responderunt, Simulachri Apollinis fletum ideo prosperum esse Romanis, quoniam Cumana Colonia græca esset, suisq; terris unde accitus esset, id est, ipsi græciæ & luctum & cladem Apollinem significasse plorantem. Deinde mox Aristonicum regem uictum & captum esse nunciatum est, quem uinci utique Apollo nolebat & dolebat, & hoc sui lapidis etiam lachrymis indicabat.

Simulachrũ Apollinis fleuisse ferũt.

Libro IIII. Cap. IX.

Hi qui populis, inquit Varro, instituerũt simulachra, & metum dempserunt, & errorem addiderunt.

Varronis de simulachris sententia.

Eodem lib. Cap. XXX.

Non enim Philosophi solum, inquit Tullius, uerumetiam maiores nostri superstitionẽ à religiõe separauerũt. Nam qui

In Tullium superstitio-

tem Roma- chatur Au guſtinus.

Nam qui totos dies præcabantur & immolabant, ut ſibi ſui libri ſuperſtites eſſent, ſuperſtitioſi ſunt appellati. Quis non intelligat eum conari, dum conſuetudinem ciuitatis tametreligionem laudare maiorum, eamq; à ſuperſtitione uelle ſeiungere, ſed quomodo id poſſit non inuenire? Si enim à maioribus illi ſunt appellati ſuperſtitioſi, qui totos dies præcabantur & immolabant: Nunquid & illi qui inſtituerunt quod iſte reprehendit, deorum ſimulachra diuerſa ætate, & ueſte diſcincta deorum genera, coniugia, cognationes? Hæc utiq; cum tanquàm ſuperſtitioſa culpantur, implicat iſta culpa maiores talium ſimulachrorũ inſtitutores atq; cultores, implicant & ſeipſum, qui quantolibet eloquio ſe in libertatem nitatur euoluere, neceſſe habebat iſta uenerari, nec quod in hac diſputatione diſertus inſonat mutire audet in populi contione. Agamus itaq; Chriſtiani domino deo noſtro gratias, non cœlo & terræ, ſicut iſte diſputat: Sed ei qui fœcit cœlum & terram, qui has ſuperſtitiones quas iſte balbus uelut balbutiens uix reprehendit, per altiſſimam Chriſti humilitatem, per Apoſtolorum prædicationem, per fidem martyrum, pro ueritate morientium, & cum ueritate uiuentium, non ſolum in cordibus religioſis, uerumetiam in ædibus ſuperſtitioſis libera ſuorum ſeruitute ſubuerterit.

Cap. XXXI.

Romani 170. annos deos ſine ſimulachris coluere.

Varro de ſimulachris

Dicit etiam Varro antiquos Romanos pluſquàm annos centum & ſeptuaginta deos ſine ſimulachro coluiſſe. Quòd ſi adhuc inquit, manſiſſet, caſtius dij obſeruarentur. Cuius ſententiæ ſuæ teſtem adhibet inter cætera etiam gentem Iudæam, nec dubitat eum locum ita concludere, ut dicat qui primi ſimulachra deorum populis poſuerunt, eos ciuitatibus ſuis & metum dempſiſſe, et errorem addidiſſe. Prudenter exiſtimans deos facile poſſe in ſimulachrorum ſtoliditate contemni. Quòd uero non ait errorem tradiderunt, ſed addiderũt, iam utiq; fuiſſe etiam ſine ſimulachris intelligi uult errorem.

Libro VIII. Cap. XXIIII.

Pſalm. 113: Immũdi ſpiritus ſimulachris colligantur.

Nam quid ſunt idola, niſi quòd eadem ſcriptura dicit: Oculos habent & non uident: Et quicquid tale de materijs licet à fabro effigiatis, tamen uita ſenſuq; carentibus dicendum fuit? Sed immundi ſpiritus eiſdem ſimulachris arte illa nepharia colligati, cultorum ſuorum animas in ſuam ſocietatem redigendo miſerabiliter captiuauerant.

Libro XVIII. Cap. XXIIII.

Veteres Romani nõ habuerũt ſimulachra.

Tametſi poſteriora tempora deos homines mortuos non inſtituerũt, tamen ab antiquis inſtitutos colere ut deos, & habere non deſiterunt, quinetiam ſimulachris, quæ ueteres non habebant, auxerunt uanæ atq; impiæ ſuperſtitionis illecebram, id efficientibus immundis in eorum corde dæmonibus, per fallacia quoq; oracula decipientibus, ut fabuloſa etiam crimina deorum, quæ iam urbaniore ſæculo non fingebantur, per ludos tamen in eorundem falſorum numinum obſequium turpiter agerentur.

Libro I. Cap. II.

Tot bella geſta conſcripta ſunt, uel ante conditum Romam, uel ab eius exortu & imperio, legant & proferant ſic ab alienigenis aliquam captam eſſe ciuitatem, ut hoſtes qui ceperant parcerent eis, quos ad deorum ſuorum templa confugiſſe compererant, aut aliquem ducem barbarum præcepiſſe, ut irrupto opido nullus feriretur, qui in illo uel illo templo fuiſſet inuentus:

Virgil. 2. Æneid.

Nonne uidit Aenæas Priamumq; per aras,
Sanguine fœdantem, quos ipſe ſacrauerat ignes?
Nonne Diomedes & Vlyxes
Cæſis ſummæ cuſtodibus arcis,
Corripuêre ſacram effigiem, manibus cruentis,
Virgineas auſi diuæ contingere uittas.

Nec tamen quod ſequitur uerum eſt:

Ex illo fluere ac retro ſublapſa referri
Spes Danaum.

Poſtea quippe uicerunt, poſtea Troiam ferro ignibusq; delerunt, poſtea confugientem ad aras Priamum obtruncauerunt. Nec ideo Troia periit, quia Mineruam perdidit. Quid enim prius ipſa Minerua perdiderat ut periret? An fortè cuſtodes ſuos? Hoc ſanè uerum eſt, illis quippe interemptis potuit auferri. Neq; enim homines à ſimulachro, ſed ſimulachrum ab hominibus ſeruabatur. Quomodo ergo colebatur ut patriam cuſtodiret et ciues, quæ ſuos non ualuit cuſtodire cuſtodes.

Homines à ſimulachro non ſeruantur, ſed ſimulachrum ab hominibus.

DE INDVLGENTIIS & remiſſione peccatorum.

Ad Laurentium Enchirid. Cap. LXXXIII.

In eccleſia qui non credit remitti peccata, in ſpiritum ſanctũ peccat.

Qui uero in eccleſia remitti peccata non credens, contemnit tantam diuini muneris largitatem, & in hac obſtinatiõe mentis diem claudit extremũ, reus eſt illo irremiſſibili peccato in ſpiritum ſanctum, in quo Chriſtus peccata dimittit.

Lib. I. Retractat. Cap. XXI

Retractauit illam ſententiam de Petro Auguſt. Matth. 16.

In libro contra epiſtolam Donati, dixi quodam loco de Petro apoſtolo, quòd in eo tanquàm in petra fundata ſit eccleſia: qui ſenſus etiam cantatur ore multorũ in uerſibus beatiſſimi Ambroſij, ubi de gallo gallinaceo ait. Hoc ipſa petra eccleſia canente, culpam diluit. Sed ſcio me poſtea ſæpiſſimè ſic expoſuiſſe, quòd à domino dictum eſt: Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meã: Vt ſuper hanc intelligeretur quem confeſſus eſt Petrus, dicens: Tu es Chriſtus filius dei uiui. Ac ſi Petrus ab hac petra appellatus, perſonam eccleſiæ figuraret, quæ ſuper hanc petram ædificatur, et accepit claues regni cœlorum. Non enim dictum eſt illi, tu es petra, ſed tu es Petrus: petra autem erat Chriſtus, quem confeſſus Simon, ſicut eum tota eccleſia confitetur, dictus eſt Petrus. Harum autem duarum ſententiarum quæ ſit probabilior, eligat lector.

1. Corin. 10

Contra Iudæos, Paganos & Arrianos, Cap. XIX.

Remiſſio peccatorũ

Donum ſpiritus ſancti agnoſcimus eſſe remiſſionem peccatorum

omniũ donum esse spiritussancti. Iohan. 20

peccatorum omniũ, suffragante nobis ipsa ueritate, quæ post resurrectionem suam, ait discipulis suis: Accipite spiritũ sanctum, si cui remiseritis peccata, remittuntur illi.

De Agone Christiano. Cap. XXX.

Ad omnes dicit pasce oues meas.

Nusq̃ tam uigere debent uiscera misericordiæ quam in catholica ecclesia, ut tanq̃ uera mater nec peccantibus filijs superbe insultet, nec correctis difficile ignoscat. Nõ enim sine causa inter omnes Apostolos huius ecclesiæ catholicæ personam sustinet Petrus. Huic enim claues ecclesiæ regni cœlorum datæ sunt. Et cum ei dicitur ad omnes dicitur: Amas me, pasce oues meas. Debet ergo ecclesia catholica correctis & pietate firmatis filijs libenter ignoscere, cum ipsi Petro personam eius gestanti, & cũ in mari tubabasset, & cum dominum carnaliter à passione reuocasset, & cum aurem serui gladio præcidisset, & cum ipsum dominum ter negasset, & cum in simulationem postea superstitiosam lapsus esset, uideamus ueniam esse cõcessam, eumq; correctum atq; firmatũ, usq; ad dominicæ passionis gloriam peruenisse.

Matth. 16 Iohan. 21

Matth. 14 5 &. 26 Gala. 2

Eodem lib. Cap. XXXI.

Nec eos audiamus, quæ negant ecclesiam dei omnia peccata posse dimittere. Itaq; miseri dum in Petro Petrã non intelligunt, & nolunt credere datas ecclesiæ claues regni cœlorum, ipsi eas de manibus amiserunt. Isti sunt qui uiduas si nupserint, tanq̃ adulteras damnant, & sup doctrinam Apostolicam se prædicant esse mundiores. Qui nomen suum si uellent agnoscere, mundanos se potius quam mundos uocarent. Nolentes enim si peccauerint corrigi, nihil aliud delegerunt, nisi cum hoc mundo damnari. Nam quibus ueniam peccatorum negant, non eos aliqua sanitate custodiunt, sed ægris subtrahunt medicinam, & uiduas suas uri cogunt, quas nubere nõ permittunt. Non enim prudentiores habendi sunt, quam Apostolus Paulus qui ait, malo eas nubere quam uri.

Matth. 16 Claues regni cœlorũ datæ sunt ecclesiæ, 1. Tim. 5

1. Corint. 7

Lib. I. De doctrina Christiana. Cap. XVIII.

Quas claues & quare Christus dederit eas ecclesiæ.

Has igitur claues dedit ecclesiæ suæ, ut quæ solueret in terra, soluta essent in cœlo, scilicet ut quisquis in ecclesia eius dimitti sibi peccata nõ crederet, seq; ab his correctus auerteret, in eiusdem ecclesiæ gremio constitutus, eadem fide atq; correctione sanaretur. Quisquis enim non credit dimitti sibi posse peccata, fit deterior desperando, quasi nihil illi melius quam malũ esse remaneat ubi de fructu suæ conuersionis infidus est.

De natura boni aduersus Manichæos. Cap. XLVIII.

Per quid detur remissio peccatorum, Psalm. 50

Præsta nobis, da nobis, ut per nostrum ministerium quo execrabilem & nimis horribilem errorem Manichæorum redargui uoluisti, sicut iam multi liberati sunt, & alij liberentur, & siue per sacramentum sancti baptismi tui, siue per sacrificium contribulati spiritus, & cordis cõtriti & humiliati, in dolore pœnitentiæ, remissionem peccatorum & blasphemiarum suarum, quibus per ignorãtiam suam, te offenderunt, accipere mereantur. O domine tantum enim ualet impellens misericordia & potestas tua & ueritas baptismi tui, clauesq; regni cœlorum in sancta ecclesia, ut nec de illis desperandum sit, quam diu in hac terra per tuam patientiam uiuunt, qui etiam scientes quantum malum sit talia de te sentire uel dicere, propter aliquam temporalis & terrenæ commoditatis consuetudinem uel adeptionem in illa maligna professione detinẽtur, si ad tuam ineffabilem bonitatem saltem increpati tuis correptionibus fugiant, et in omnibus carnalibus uitæ illecebris, cœlestem uitam æternamq; præponant.

De uerbis domini secundum Mathæum, sermo. XIII.

Tu es Petrus, Simon quippe ante uocabatur. Hoc aũt nomen ei, ut Petrus appellaretur à domino impositum ẽ, & hoc ut ea figura significaret ecclesiam. Quia enim Christus Petra, Petrus populus Christianus. Petra enim principale nomen est, ideo Petrus à Petra, non Petra à Petro, quomodo non à Christiano Christus, sed Christianus à Christo uocatur. Tu es ergo inquit Petrus, & super hanc Petram quam confessus es, super hanc Petram quam cognouisti dicens, tu es Christus filius dei uiui, ædificabo ecclesiam meã, id est sup me ipsum filiũ dei uiui ædificabo ecclesiam meam. Super me ædificabo te non me super te.

Ecclesia fũ per Christũ Petram nõ Petrum ędificata.

Sermo. CLXXXI. de tempore.

Credenda est præcipue fratres peccatorũ remissio, qa hoc unum remedium est, quod hominum genus à sententia perpetuæ mortis absoluat. Iccirco unigenitus altissimi dignatus est carnem assumere, conuentus est crucæ, ut te qui crimina tua euadere nos poteras, indulgentia faceret innocentem. Ideo immaculatus occisus est agnus, ut eius crubre humani generis macula tergeretur. Miror autem quosdam sic obstinatos esse, ut dandam non putant lapsis pœnitentiam, aut pœnitentibus existiment ueniam denegandam, cum scriptum sit: Memento unde exciderís & age pœnitentiam. & fac priora opera.

Quidam denegant lapsis pœnitẽtiam, Apoc. 2

Sermo. de tempore. CIIII.

Non potest peccator misericordiam à deo sperare, q misericordiam non facit peccantibus in se. Ergo dimittat homo temporale debitum, ut mereatur recipere æternale bonum. Si animas nostras cupimus peccatorum sordibus emundari, misericordiam in nos peccantibus non negenus, ut in die retributionis, ad promerendam dei misericordiam, misericordiæ operibus adiuuemur. Quomodo misericordiam à deo exspectat uel sperat, qui crudelis est in conseruos suos? Sicut quis cupiat deum sibi misereri, ita & misereatur debitoribus suis. Certissime indulgẽtiã sperare poterit, qui alijs indulgere nouit. Ad misericordiæ opus optime nos in Euangelio dominus exemplo roborauit, ubi ait: Estote ergo misericordes, sicut pater uester cœlestis misericors ẽ: Qui solem suum oriri facit

Luce. 6 Matth. 5

Indulgentiam peccatorum quodāmodo ī potestate hominis esse.

super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos. Igitur ex nostro iuditio iudicat nos deus. Quodammodo in potestate nostra est, quomodo iudicemur à iudice. Si misericorditer iudicemus in nos delinquētibus, misericorditer iudicat deus de nobis in se peccātibus. Vnusquisq; talem indulgentiam accepturus est à deo, qualem & ipse dederit proximo suo. Multa itaq; genera sunt miserationum, quæ cum facimus adiuuamur ut dimittantur nobis nostra peccata. Sed nihil est maius ea, qua ex corde dimittimus quod quisq; peccauit.

Sermo. XLVII. de sanctis

Matt. 6

Si dimiseritis hoīibus peccata eorū, dimittet & uobis pater uester cœlestis peccata uestra. Rogo uos fratres qd delicatius, quid benignius dici potest? In potestate nostra posuit, qualiter in die iudicij iudicemur. Non dixit uade in Orientem & quære iustitiam. Naniga usq; ad Occidentem ut accipias indulgentiam, dimitte inimico tuo & dimittetur tibi. Indulge & indulgetur tibi. Da & dabitur tibi. Nihil à te extra te quærit. Ad te ipsum & ad cō scientiam tuam te deus dirigit. In te enim posuit quod requirit. Non enim medicamenta tuis uulneribus lōge opus habes inquirere: Peccatorum tuorum indulgentiā si uis intus in cellario cordis tui poteris inuenire. Sed dicis, tāta mala me inimicus meus compulit sustinere, ut eum nulla possim ratione diligere. Attendis quid tibi fœcerit homo, & non attendis quid tu fœceris deo &c.

Luce. 6 Indulgentiam peccatorū in nobis inuenimus.

In Euangelium Ioannis. Tracta. CXVIII.

In Apostolis cum esset ipse numerus duodenarius, id est quadripertitus internos, & omnes essent interrogati, solus Petrus respondit: Tu es Christus filius dei uiui. Et ei dicitur, tibi dabo claues regni cœlorum, tanq; ligandi & soluendi solus acceperit potestatē, cum & illud unus pro omnibus dixerit, & hoc cum omnibus tanq; personā gerens ipsius unitatis acceperit. Ideo unus pro omnibus, quia unitas est in omnibus &c.

Matth. 26 Petro non soli claues datæ sed Apostolis omnibus.

Tractatu. CXXIIII.

Et quia in ipsa quoq; uia ambulantes non sunt sine peccatis, quæ de huius uitæ infirmitate surrepunt. Dedit eleemosinarum remedia salutaria, quibus eorum adiuuaretur oratio, ubi eos dicere docuit, dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Hoc agit ecclesia spe beata, in hac uitaærumnosa, cuius ecclesiæ Petrus Apostolus ꝓpter Apostolatus sui primatum, gerebat figurata generalitate personam. Quod enim ad ipsum propriæ pertinet, natura unus homo erat, gratia unus Christianus, abundatiore gratia unus idēq; primus Apostolus. Sed quando ei dictum est: Tibi dabo claues regni cœlorum, & quodcunq; ligaueris super terram erit ligatum & in cœlis, & quodcunq; solueris sup terram, erit solutum & in cœlis: Vniuersam significabat ecclesiam quæ in hoc seculo diuersis tentationibus, uelut imbribus, fluminibus, tempestatibusq; quatitur, & non cadit, quoniam fundata est super Petrā, unde & Petrus

Matth. 6

Matth. 16

Matth. 7

nomen accepit. Non enim à Petro Petra, sed Petrus à Petra, sicut non Christus à Christiano, sed Christianus à Christo uocatur. Ideo quippe ait dominus, super hanc Petram ædificabo ecclesiam meam, quia dixerat Petrus, tu es Christus filius dei uiui. Super hanc ergo inquit Petrā quam confessus es, ædificabo ecclesiam meam. Petra enim erat Christus, super quod fundamentum etiam ipse ædificatus est Petrus. Fundamentum quippe aliud nemo potest ponere præter id quod positum est, quod est Christus Iēsus. Ecclesia ergo quæ fundatur in Christo, claues ab eo regni cœlorum accepit in Petro id est potestatem ligandi soluendiq; peccata. Quod enim est per proprietatem in Christo ecclesia, hoc est per significationem Petrus in Petra. Qua significatione intelligitur Christus Petra, Petrus ecclesia. Omnibus igitur sanctis ad Christi corpus inseparabiliter pertinentibus, propter huius uitæ procellosissimæ gubernaculum, ad liganda & soluenda peccata, claues regni cœlorum primus Apostolorum Petrus accepit: Quoniam nec ille solus, sed uniuersa ecclesia ligat soluitq; peccata.

Sup Christum ecclesia fundata

1. Corin. 10

1. Corin. 3

Matth. 16

Vniuersa ecclesia ligat soluitq; peccata.

In Epistolam Ioannis. Tractatu. I.

Fratres, Iēsum Christum iustum, ipsum habemus aduocatum ad patrem, ipse propitiatio est peccatorum nostrorum. Hoc qui tenuit, hæresim non fœcit, hoc qui tenuit scisma non fœcit. Vnde enim facta sunt scismata? Cum dicunt homines, nos iusti sumus, cum dicunt homines nos iustificamus immundos, nos sanctificamus impios, nos petimus, nos impetramus. Ioannes autem quid dixit? Et si quis peccauerit aduocatū habemus apud patrem Iēsum Christum iustum. Sed dicet aliquis, ergo sancti non petunt pro uobis? Ergo episcopi uel præpositi nō petunt pro populo? Sed attendite scripturas & uidete, quia & præpositi commendant se populo. Nam Apostolus dicit plebi, orantes simul & pro nobis. Orat Apostolus pro plebe, orat plebs pro Apostolo. Oramus pro uobis fratres, sed & uos orate pro nobis. Inuicem pro se omnia membra orent, caput pro omnibus interpellet. Propterea non mirum quia sequitur & hic, & claudit ora diuidentibus dei ecclesiam: Quia dixit: Iēsum Christum iustum habemus aduocatum, & ipse propitiatio est nostrorum peccatorum, propter illos qui se diuisuri erant & dicturi: Ecce hic est Christus, ecce illic, & uelle ostendere eum in parte qui emit totum & possedit totum, cōtinuo secutus est, non tantum nostrorum sed totius mūdi? Quid est hoc fratres? Certe inuenimus eum in campis saltuum. Inuenimus ecclesiam in omnibus gentibus. Ecce Christus propitiatio est peccatorum nostrorum, nō tantum nostrorum sed totius mundi. Ecce habes ecclesiā per totum mundū. Noli sequi falsos iustificatores & uenos præcipitatores &c.

Christus ꝓpitiatio est peccatorū nostrum.

Collo. 4

In eandem. Tract. II.

Scribo uobis filioli quia remittuntur uobis peccata ꝓ nomen eius. Ideo filioli, quia dimissis peccatis nascimūni.

Sed ꝓ

Sed p cuius nomen remittuntur peccata? Nunqd Augustini? Ergo nec p nomen Donati. Nec p nomen Pauli, nec p nomen Petri. Nã diuidẽtibus sibi ecclesiã, & partes facere de unitate cupiẽtibus, parturiẽs paruulos mater charitas, in Apostolo exponit uiscera sua, cõscindit quodammodo uerbis ubera sua, plorat filios quos uidet efferri, reuocat ad unum nomen eos, qui multa nomina sibi facere uolebant, repellit ab amore suo ut Christus ametur & dicit. Nunqd Paulus p uobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Quid dicit, nolo mei sitis sed me cum sitis. Mecum estote, omnes illius sumus, qui p nobis mortuus est, qui pro nobis est crucifixus. Vnde & hic dimittuntur uobis peccata per nomen eius, nõ per hominis alicuius &c.

1. Corin. 1. Per nullius hois præter Christi nomen nobis remittũtur peccata

In Psalmum. LXX.

Negotiatio & in græca lingua ab actu dicitur, et in latina, negotiatio siue actus siue negotium discutiatur quid sit. Qui enim negotiatores actuosi, quasi ex eo quod agũt præsumunt, opera sua laudant, non perueniunt ad gratiam dei. Ergo contra illam gratiam sunt negotiatores, quã commẽdat hic Psalmus. Illum enim gratiam commendat, ut nemo de suis operibus glorietur. Quomodo quodam loco dicitur, medici non resuscitabunt, deferere debent homines medicinã? Sed quid est hoc? Sub isto nomine intelliguntur superbi, pollicentes salutem hominibus, cum domini sit salus. Quomodo ergo contra medicos, id est superbos salutis pollicitatores uigilat hoc quod dictum est, tota die salutem tuam, sic cõtra negociatores, id est qui de actu suo & operibus gaudent, uigilat hoc quod dictum est, os meum annunciabit iustitiam tuam, id est non meam. Qui sunt negociatores, id est quasi de actu suo sibi placentes? Qui ignorantes dei iustitiam, & suam uolentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti. Merito & negotium dictum est, quod negat ocium. Quantum mali est quod negat ocium? Merito dominus expulit illos de templo, quibus dictum est, scriptum est. Domus mea domus orationis uocabitur, uos autem fœcistis eam speluncam negociationis, id est gloriantes de operibus uestris, ocium nõ quærentes, nec audientes contra inquietudinem & negociationem uestram, dicente scriptura, uacate & uidete quoniam ego sum deus. Hæc requies contra negociatores prædicatur, hæc requies contra eos qui oderunt ocium prædicatur agendo & tractando se de operibus suis, ut non lõgius requiescant in deo, et tanto lõgius à gratia resiliant, quanto magis de suis operibus extollũtur. Propter actus & opera inuenimus illã dici negociationẽ detestandam quam notauit Apostolus, dicẽs: Ignorantes enim dei iustitiam & suam uolentes constituere, iustitiæ dei non sunt subiecti, Contra quam dicit idem Apostolus. Non ex operibus ne forte quis extollatur &c.

Psalm. 37 uæ illis qui propter lucra indulgẽtiam peccatorum promittunt.

Psalm. 7

Roman. 10

Iohan. 2

Psalm. 45

Roman. 10

Ephes. 2

De blasphemia in spiritum sanctum. Q.

In hoc enim fit remissio peccatorum ne princeps peccati spiritus, q in se ipsum diuisus est, regnet in nobis, ut eruti à potestate spiritus immundi, tẽplum deinceps efficiamur spiritus sancti, & à quo mundamur accipiẽdo indulgentiã, ipsum accipiamus habitatorẽ ad faciendã, augendã, perficiendãq; iustitiã. Nã & in primo eius aduentum, cum hi q eum acceperant, linguis omnium gentiũ loquerẽtur, & stupẽtes eos q aderant alloqueretur Apostolus Petrus, cõpuncti sunt corde, et dixerunt ad Petrũ & ad Apostolos: Quid ergo faciemus fratres, monstrate nobis? Et dixit Petrus ad eos: Agite pœnitentiã et baptizetur unusquisq; uestrũ in nomine domini Iesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis donum spiritus sancti. Vtiq; in ecclesia utrunq; factum id est & peccatorum remissio, et doni huius acceptio, in qua erat spiritus sanctus. Ideo autem in nomine Iesu Christi, quia cũ eundẽ spiritum sanctum promitteret, quẽ mittet inqt pater in nomine meo. Neq; enim habitat spiritus sanctus in quoquam sine patre & filio, sicuti nec filius sine patre et spiritu sancto, nec sine illis pater &c.

Acto. 2

In ecclesia datur remissio peccatorum.

Ioha. 14

DE CONFESSIONE,

Lib. X. Confessionum. Cap. II.

Et tibi quidẽ domine cuius oculis nuda est abyssus humanæ cõscientiæ, qd occultum esset in me, etiãsi nollẽ cõfiteri tibi. Te enim mihi abscõderẽ, nõ me tibi. Nunc autẽ qd' gemitus meus testis est displicere me tibi, tu refulges & places & amaris & desideraris, ut erubescã de me, et abijciam de me atq; eligam te, & nec tibi nec mihi placeã nisi de te. Tibi ergo domine manifestus sum qcunq; sim, & quo fructu tibi cõfitear dixi, neq; enim id ago, uerbis carnis & uocibus, sed uerbis aiæ & clamore cogitatiõis, quẽ nouit auris tua. Cum enim malus sum nihil est aliud cõfiteri tibi q̃ displicere mihi, cum uero pius, nihil est aliud cõfiteri tibi, q̃ hoc nõ tribuere mihi, quoniã tu dñe benedicis iustum, sed prius eũ iustificas impiũ. Cõfessio ita q; mea deus meus in cõspectu tuo tibi tacite fit, & nõ tacite. Tacite enim strepitu, clamat affectu. Neq; enim dico recte aliqd hoibus, qd' nõ à me tu prius audieris, aut etiã tu aliqd tale audies à me qd' nõ mihi tu prius dixeris.

Omnia peccata nostra manifesta sunt deo.

Psalm. 7

Roman. 4

Eodem lib. Cap. III.

Quid mihi ergo est cum hoibus ut audiant cõfessiões meas, quasi ipsi sanaturi sint oẽs lãguores meos? Curiosum genus ad cognoscendã uitã alienam, desidiosum ad corrigendã suam. Quid à me quærunt audire q sim, qui nolunt audire à te q sim? Et unde, sciunt cum à me ipso, de me ipso audiunt, an uerũ dicã quandoquidẽ nemo scit hominum qd agatur in hoie nisi spiritus hois q in ipso ẽ? Si aũt à te audiunt de seipsis, nõ poterunt dicere, mentitur dominus. Quid est enim à te audire de se, nisi cognoscere se? Quis porro cognoscit & dicit falsum est, nisi ipse mentiatur? Sed qa charitas oĩa credit, inter eos utiq; quos cõnexos sibimet unum facit. Ego quoq; dñe etiã sic

Psalm. 70 à Curiosum genus confessorum.

1. Corin. 2.

1. Corin. 13

tibi confiteor,ut audiant homines quibus demonstrare nõ possum an uera confitear, sed credunt mihi quorum aures charitas aperit. Verumtamen tu medice meus intime, quo fructu ista faciam eliqua mihi. Nam confessiões præteritorum malorum quæ remisisti & texisti ut beares me in te: Mutans animam meam fide,& sacramento tuo, cũ leguntur & audiuntur, excitant cor ne dormiat in desperatione & dicat,non possum,sed euiglet in amore misericordiæ tuæ,& dulcedine gratiæ tuæ, qua potens est omnis infirmus,q sibi per ipsam fit cõscius infirmitatis suæ.

Psalm.51

Lib. eodem. Cap. IIII.

Fructus cõfessionum Augustini,

Hic est fructus confessionum mearũ,nõ qualis fuerim, sed qualis sim, ut hoc confitear, non tantum coram te secreta exultatione cum tremore,et secreto mœrore cum spe,sed etiam in auribus credentium filiorum hominum, sociorum gaudij mei,& consortium mortalitatis meæ,ciuium meorum & mecum peregrinorum præcedentium & consequentium, & comitum uiæ meæ. Hi sunt serui tui fratres mei,quos filios tuos esse uoluisti dominos meos,quibus iussisti ut seruiam,si uolo tecũ de te uiuere &c.

Lib. XXII. Contra faustum. Cap. LXXXVI.

Confessiõi amaritudo debet misceri.

Luc.24

Confessiom amaritudo misceatur ut uera pœnitentia præsignetur. Hac pœnitentia fœcundatur ecclesia, in omnibus gentibus constituta. Oportebat enim Christum pati & resurgere tertia die & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes incipientibus ab Hierusalem &c.

Ad Iulianum comitem Epistola. CXI.

Viglemus itaq; ne perdamus bonum quod nobis dominus dedit,& sacramentum baptismi nostri,in quo iurauimus abrenunciare diabolo & pompis eius & omnibus peccatis,& si transgredimur in aliquo peccato post baptismum,idest fontem lachrimarum & ordinauit nobis pœnitentiam propter fragilitatem nostram. Ideo debemus nostras confessio ueraciter cõfiteri,& fructus dignos facere,id est præterita ne iteremus secundum iussionem deum timentis sacerdotis. Qui sacerdos ut sapiẽs & medicus primũ sciat curare peccata sua,& postea aliena uulnera detergere & sanare & non publicare. Nos sequamur, pquiramus,et cum talibus cõsilium salutis nostræ ineamus, ut non pdamus hereditatẽ cœlestem quã nobis dominus ab initio mundi præparauit,si seruiamus ei in iustitia & sanctitate,& puritate cordis,& charitate non ficta &c.

De uerbis domini secundum Mathæum, sermo. VIII.

Cõfessio duplex,

Confitemur ergo siue laudantes deum siue accusantes nosmetipsos. Pia est utraq; cõfessio,siue cũ te reprehendis qui non es sine peccato, siue cum illum laudas qui nõ potest habere peccatum. Si autem benè cogitemus, reprehensio tua laus ipsius est &c.

Post pauca ibidem.

Ergo in cõfessiõe sui accusatio,dei est laudatio. Dicit ergo aliqs: Quid pdest ecclesia,si iã cõfessor uoce dominica resuscitatus, pdit? Quid pdest ecclesia cõfitẽti, cui dominus ait: Quæ solueritis in terra,soluta erunt & in cœlo? Ipsum Lazarum attende, cum uinculis pdit,iã uiuebat cõfitendo,sed nõdum liber ambulabat uinculis irretitus. Quid ergo facit ecclesia cui dictum est,quæ solueritis soluta erunt,nisi qd' ait dominus cõtinuo ad discipulos,soluite illum & sinite abire? Siue ergo nos accusemus, siue deum laudemus,bis deum laudamus si pie nos accusamus deumq; laudamus. Quando deum laudamus,tanq; eũ q sine peccato est prædicamus. Quando aũt nos ipsos accusamus,ei p quẽ resurreximus gloriã damus. Hoc si fœceris nullã occasionẽ inuenit inimicus q te circũueniat ante iudicẽ. Cum enim tu ipse fueris accusator, & dominus liberator,quid erit ille nisi calumniator &c.

Matth.16 & Iohan.11

Confitenti quid pdit ecclesię auctoritas.

Eodem lib. Sermo. XVI.

Noli q corrigi nõ uult illum deputare in numerũ fratrum tuorum,nec ideo tamen salus eius negligenda ẽ. Nã & ipsos Ethnicos id est gentiles & paganos in numero quidẽ fratrum nõ deputamus, sed tamen eorum salutem imprimus. Hoc ergo audiuimus dominum ita monẽtẽ & tãta cura præcipientẽ,ut etiã hoc adderet cõtinuo: Amẽ dico uobis quæcunq; ligaueritis sup terram, ligata erunt & in cœlo,& quæcunq; solueritis sup terrã,soluta erũt & in cœlo. Cœpisti habere fratrẽ tuum tanq; publicanũ, ligas illũ in terra,sed ut iuste alliges uide. Nã iniusta uincula dirũpit iustitia. Cum aũt correxeris & cõcordaueris cum fratre tuo,soluisti illum in terra. Cum solueris in terra solutus erit & in cœlo. Iustum non tibi præstas sed illi,quia multum nocuit non tibi sed sibi &c.

Matth.18 Inuicem ligare & soluere possumus.

Sermo. LXVI. de tempore.

Ad ueram peccatorũ cõfessiõem nos sacra scriptura hortatur.

Hortatur nos sæpius sancta scriptura ad medicamenta fugere cõfessionis,nõ qd' deus indigeat cõfessiõe nostra cui oĩa præsto sunt quæ cogitamus loqmur aut agimus, sed nos aliter salui fieri nõ possumus, nisi cõfiteamur pœnitẽtes qd' inique gessimus negligẽtes. Qui se ipsum accusat in peccatis suis,hunc diabolus nõ habet iterum accusare in die iuditij,si tamen cõfitens pœnitendo deleat quæ fœcit,nec iterum renouet quæ egit. Cõfitemini dicit Iacobus Apostolus,alterutrum peccata uestra,& orate p in uicẽ ut saluemini. Iterum beatus Apostolus,ore autem cõfessio fit ad salutẽ. Sed & Salomon de cõfessiõe peccatorũ dicit,q abscõdit scelera sua nõ dirigetur,q aũt confessus fuerit & reliquerit ea, misericordiã cõsequetur. Magnũ est salutis medicamentũ nõ iterare quæ impie gessimus, nec priorum cicatrices uulnerum resauciare. Sicut aũt dicit Ioãnes Euangelista,si cõfiteamur peccata nostra, fidelis est deus & iustus ut remittat nobis peccata nostra,& emundet nos ab omni iniqtate. Similiter et psalmista ait, dixi confitebor aduersum me iniustitiam meam domino, & tu remisisti impietatem pecca. mei. Viuens confitetur peccator quæ fœcit, quia non est fructuosa confessio apud inferos,nec pœnitentia ad salutem proficiens &c.

Iaco.5

Roman.10

Prouer.28 Confessio quæ fit deo

1.Ioan.1

De uera

De vera innocentia. Cap. CI.

Bona est peccati confessio, si & curatio consequatur. Nam quid prodest detergere plagam et nō adhibere medicinam.

Eodem lib. Cap. CCXL.

Apud misericordiā dei plurimum ualet confessio pœnitentis, qua facit peccator confitendo propitium qua negando non fœcit nescium.

In psalmum. LXXXIIII.

Deo confitendum q fructum bonum dare potest.

Tua peccata potes habere, fructum bonum non potes habere nisi ille dederit cui cōfiteris, cum ergo cœpis odisse peccata, & cōfiteri deo, cum te delectatiōes illicite rapiunt, & ducunt te ad ea quæ tibi non ꝓsunt, ingemisce ad deum, & cōfitens illi peccata tua, mereberis ab illo delectationē, & suauitatē iustitiæ faciēdi dabit tibi ut incipiat te delectare iustitia, quē primo delectabat iniqtas ut q primo gaudebas in ebrietate, gaudeas in sobrietate &c.

In psalmum. CI.

Matth. 16. Per ecclesiam datur. solutio peccatorum.

Cum audis hominē pœnitere peccatorum suorum, iā reuixit, cum audis hominē cōfitendo ꝓferre conscientiā suam, iā de sepulchro eductus est, sed nōdum solutus est. Quando soluitur? A qbus soluitur? Quæ solueritis inqt in terra, erunt soluta & in cœlo. Merito ꝓ ecclesiā dari solutio peccatorum potest. Suscitari aūt ipse mortuus non nisi intus clamante domino potest. Hæc enim deus in terius agit. Loqmur ad aures uestras, unde scimus quid agatur in cordibus uestris? Quod aūt intus agitur, non à nobis sed ab illo agitur &c.

In psalmum. CIII.

Vera cōfessio hæc est, Esa. 1

Disputatio hominis ad deum est cōfessio peccatorum. Cōfitere domino qđ es, & disputasti cum illo. Disputa cū illo, fac bona opa & disputa. Lauamini mundi estote, Esaias dicit, auferte neqtias ab animis uestris à cōspectu oculorum meorum, cessate à nequitijs uestris, discite bene facere, iudicate pupillo, iustificate uiduam & uenite & disputemus dicit dominus. Quid est disputare cum deo? Te illi iudica scienti, ut indicet se tibi nescienti &c.

De salutaribus documentis. Cap. XXVII.

Peccata nostra deleat pater noster cœlestis. Luce. 18

Aliena debent esse à nobis omnia uitia mala dum hæreditas nostra Christus esse uult, ideo qa incerti sumus de talibus, ꝓsternamus nos humiliter in cōspectu pij patris nostri, et peccata nostra cito ꝓducamus in medium, ut deleat ea ipse pater noster cœlestis. Et cum cōfessi fuerimus, nō nos iustificemus orātes, ne sicut pharisæus ille discedamus condēnati. Memoremur publicanum illum, & ita oremus ut uenia delictorum conseq mereamur. Clamor cordis nostri pulset ad aures omnipotētis dei, quia in pura mente placabitur in tempore orationis &c.

De vera & falsa pœnitentia. Cap. XI.

Et si peccatum occultum est, sufficiat referre in notitiam sacerdotis, ut grata sit oblatio muneris. Nā in resuscitatiōe filiæ principis pauci interfuerunt q uiderent, nōdum erat sepulta, nōdum extra portā ciuitatis elata, nōdum extra domum in noticiā deportata. Intus resuscitauit quā intus inuenit, relictis solis Petro & Ioāne & Iacobo & patre & matre puellæ In qbus figuraliter continētur sacerdotes ecclesiæ. Quos aūt extra inuenit, aīad uertēdum est quomodo suscitauit. Flebat aūt turba post filium uiduæ, fleuit Martha & Maria supplicātes ꝓ fratre, flebat etiā turba quæ Mariā fuerat secuta, lachrimis Mariæ admonita, in quo docemur publicè peccantibus, nō ꝓprium, sed ecclesiæ sufficere meritum. Sic itaq; mortuus iaceat, sicq; se mortuum ostendat, publicè mortē suā prædicādo, publicè fructus pœnitētiæ ostendēdo, ut turba ploret amissum & defleat quē dolet mortuum &c.

Luce. 8 De priuata & publica satisfactiōe uel pœnitētia. Luce. 7 Iohan. 11

De ciuitate dei. Lib. X. Cap. XXII.

In hac uita non fit peccatorū nostrorū nisi ꝓ Christum purgatio.

In eius ergo nomine uincitur diabolus q hoīem assumpsit egitq; sine peccato, ut in ipso sacerdote & sacrificio fieret remissio peccatorum, id est ꝓ mediatorē dei & hominum, hoīem Christum Iēsum, ꝓ quē facta peccatorum purgatiōe recōciliantur deo. Nō enim nisi peccatis hoīes seperātur à deo, quorum in hac uita nō fit nostra uirtute, sed diuina miseratiōe purgatio, ꝓ indulgentiā illius nō ꝓ nostrā potētiam, quia & ipsa quantulacunq; uirtus, quæ dicitur nostra, illius est nobis bonitate cōcessa. Multum aūt nobis in hac carne tribueremus, nisi usq; ad eius depositionē sub uenia uiueremus. Propterea ergo nobis ꝓ mediatorem præstita est gratia, ut polluti carne peccati, carnis peccati similitudine mundaremur &c.

DE VERO CHRISTIANORUM sacrificio, Sermo. CXXX. de tempore.

Deut. 2

Iudæis ideo præcepit deus relinquere uniuersam terrā, & in uno loco offerre sacrificia et uota reddere, quoniā immunda erat tūc uniuersa terra fumo ararū et nidore bustorum, cæterorumq; coinqnatorum eorum quæ de ꝓphanis gentilium sacrilegijs inferebātur sup eā. Nobis uero iā quomodo Christus aduenies, uniuersam terrā expiauit, oīs locus oratoriū factus est, et iccirco beatus Paulus hortatur et præcipit sine intermissiōe orare ubiq; dicēs, uolo orare uiros in oī loco leuantes manus sanctas. Vides quō mundatus est orbis terrarū. Et ideo ubiq; sanctas manus leuare possumus, quoniā uniuersa terra sanctificata est, ut sanctior sit quam illa quæ in interioribus tēpli ueteris erant sancta sanctorum. Ibi nanq; irratiōabile aīal ouis offerebatur: Hic autem spiritalis oblata est.

1. Timo. 2 Oratio spiritalis & uera Christianorum oblatio.

Sermo. CLII. de tempore.

3. Regū. 6

In tēplo à Salomone edificato, legimus duo altaria fuisse cōstituta, unum foris, aliud intus. In illo qđ foris erat animaliū cedebatur sacrificium. In illo uero altari qđ intus erat, Thimiamatis offerebatur incēsum. Videamus ergo fratres, ne forte in nobis duo sint altaria cōstituta, cor-

poris scilicet & cordis nostri. Deniq; duplex à nobis sacrificium quærit deus, unum ut simus casto corpore, aliud ut mundo corde esse debeamus. Ergo in exteriore altari, id est in corpore nostro offerantur opera bona, in corde odorem suauitatis redoleat cogitatio sancta. In altari cordis nostri iugiter qd' est deo placitum operemur. Tũc enim ordinem legitimum cõsecrationis altaris cum gaudio celebramus, quando altaria cordis ul' corporis nostri munda et pura in cõspectu diuinæ maiestatis offerimus. Nã nescio qua fronte, aut qua cõscientia optat in altaris cõsecratione gaudere, q in cordis sui altari non studet mundiciam custodire. Et quia uniuscuiusq; cor altare est, attendat unus quisq; conscientiã suam, et si cupiditatis igne consumitur, eleemosinarum refrigerio mitigetur &c.

Duplex sacrificium a nobis exigit deus.

De gratia noui testamenti ad Honoratum Epistola. CXX. Cap. XVII.

Qui timetis dominum laudate eum, ut deum non seruiliter, sed libere colatis, eum amare discite quẽ timetis, & poteritis laudare qd' amatis. Timentes enim deum homines ueteris testamenti, propter literã terrentem & occidentem, nondum habẽtes spiritum uiuificãtem, currebant cum sacrificijs ad templum, & quamuis in figurã futuri sanguinis quo redẽpti sumus, tamen nesciẽtes qd' per eos præfiguraretur, cruẽtas uictimas immolabant. Nunc uero in gratia noui testamenti qui timetis dominum laudate eum. Ipse quippe in alio psalmo, illa mutanda prænuncians, quæ tunc in umbra futuri offerebantur. Nõ accipiam inquam de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis hircos. Et Paulo post ut ostenderet sacrificium noui testamenti, quando illa fuerant cessatura. Immola inqt deo sacrificiũ laudis, & redde altissimo uota tua. Et in fine eiusdẽ psalmi, sacrificium inqt laudis glorificabit me, & illic uia est qua ostendã illi salutare meum. Huic gratias agimus domino deo nostro, quod est magnum sacramentum in sacrificio noui testamenti, quod ubi & quando & quomodo offeratur cum fueris baptizatus inuenies.

Psalm. 49

Gras agere deo sacramentũ magnum est in sacrificio noui testamenti.

In Psalmum. XLIX.

Immola deo sacrificium laudis. Ad me redeã, ubi inueniã qd' immolẽ. Ad me redeam, in me inueniam laudis immolationem. Ara tua, conscientia tua, immola deo sacrificium laudis. Securi sumus, non imus in Arabiam thus quærere, non sarcinas auari negociatoris excutimus, sacrificium laudis quærit à nobis deus. Habebat hoc sacrificium Zacheus in patrimonio suo, habebat uidua in sacello suo, habebat nescio quis pauper hospes in dolio suo. Immola deo sacrificium laudis. Et hæc immolatio, hoc sacrificium laudis est, gratias agere illi à quo habes quicquid boni habes, & cuius misericordia tibi dimittitur quicqd tuum mali habes. Immola deo sacrificium laudis et redde altissimo præces tuas hoc odore dominus delectatur.

Ara hominis conscientia sua.

Luce. 19 Marci. 12

In psalmum. L.

Quoniam si uoluisses sacrificium dedissem utiq; in illo tempore erat Dauid, quando sacrificium uictimarum animalium offerabantur deo, & uidebat hæc futura tempora. Nonne in his uocibus nos agnoscimus? Erant illa sacrificia figurata, prænunciantia unum salutare sacrificium, nec nos dimissi sine sacrificio sumus, quod deo offeramus. Audi enim quid dicat curam gerens pro peccato suo, & agnosci sibi uolens malum quod fecit, si uoluisses sacrificium inquit dedissem utiq; holocaustis non delectaberis, nihil ergo offeremus? Sic ueniemus ad deum? Et unde illud placabimus? Offer, sane in te habes quod offeras. Noli extrinsecus Thura cõparare, sed dic, in me sunt deus uota tua, quæ reddam laudis tibi. Noli extrinsecus pecus quod mactes ĩquirere, habis in te quod occidas. Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non spernit. Prorsus spernit aurum, hircũ arietem, iam non est tempus ut hæc offerantur. Oblata sunt cum aliquid iudicarent, cum aliquid promitterent, uenientibus repromissis, promissiões ablatæ sunt. Cor cõtritum & humiliatum deus non spernit. Nostis quia excelsus est deus, si te excelsum fœceris, longinquabitur à te, si te humiliaueris propinquabit ad te. Videte quis iste sit, Vnus uidebatur deprecari Dauid, uidete hic immaginem nostram & Typum ecclesiæ.

Psalm. 50

Quilibet in se habet qd' deo offerat Psalm. 55

Quæstionum ueteris & noui testamenti, Quæst. CXII.

Sciens per Christum rex Dauid promissum quod futurum erat implendum ad liberationem seruorum dei, orat ut impleatur, id est ut per fidem ædificetur ecclesia, & liberentur sperantes de hac fide salutem. Et sequitur. Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes & holocausta. Hoc dicit quia oblationes & holocausta tunc accepta sibi haberet cum esset ecclesia ædificata, & nõ passim, aut secundum omnem consuetudinem, sed sacrificiũ inquit iustitiæ acceptabis. Iustum est sacrificium cum condignum munus offertur. Porro autem nihil est tam iustum sacrificium & condignum, nisi ut nos ipsos offeramus deo. Quia enim deus spiritus est, spiritalia illi offerẽda sunt sacrificia, ut uiuo uius hostius offeratur. Quia enim dixerat in causa peccati, sacrificijs carnalibus deũ minime delectari ostendit futurum, quia spiritaliter deo offerendum erat & hoc acceptaret, quia hoc deo digna sunt sacrificia, hoc est in præterito minora fuerunt, quia carnalia, nunc maiora quia spiritalia &c.

Iohan. 4 Viuo deo viua Hostia offerenda.

Lib. I. Contra aduersarium legis ad prophetarum. Cap. XVIII.

Sacrificijs autem deum non egere, quis nesciat? Sed nec laudibus nostris eget. Verum sicut nobis, non illi, utile est offerre sacrificium deo, & quoniam singulari & solo uero sacrificio pro nobis Christi sanguis effusus est, ideo primis tẽporibus ad hoc sacrificium talibus significationibus significandũ & prophetandũ, immaculatorũ animalium sacrificia deus sibi iussit offerri, ut quemadmodum illa immaculata erant à corporum uitijs, ita sperarentur

Sacrificijs nostris nec laudibus nõstris deum non egere.

ita sperareturimmolandus esse pro nobis, qui solus immaculatus fuerat á peccatis. Quo tempora per prophetã sit prænunciantur. Nunquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Immola deo sacaificium laudis, & redde altissimo uota tua. Et iterum in fine psalmi, Sacrificiũ inquit laudis honorificabit me, & ibi uia, qua ostendam illi salutare dei. Iam de hoc salutare dei, quód ipse sit Christus, supra cõmemoraui atq; monstraui. Quod est autem sacratius laudis sacrifitium, quàm in actione gratiarum? Et unde maiores agendæ gratiæ deo sunt, quã pro ipsius gratia, p Iesum Christũ dominum nostrum. Quòd totum fideles in ecclesiæ sacrificio sciunt, cuius umbræ fuerunt omnia priorum generasacrifitiorum &c.

Pſalm. 49

Libro X. De ciuitate dei. Cap. IIII.

Deo nos seruitutem, quæ latria græce dicitur, siue in quibusq; sacramentis, siue in nobis ipsis debemus. Huius enim templũ simul omnes & singuli templa sumus, quia & omnium concordiam & singulos inhabitare dignatur, non in omnibus, quàm in singulis maior, quoniã nec mole distenditur, nec partitione minuitur. Cum ad illum sursum est, eius est altare cor nostrum, eius unigenito cũ sacerdote placamur, ei cruentas uictimas cedimus, quando usq; ad sanguinem pro eius ueritate certamus, ei suauissimũ adolemus incensum, cum in eius conspectu pio sanctoq; amore flagramus, ei dona eius in nobis nosq; ipsos uouemus & reddimus, ei beneficiorum eius, solennitatibus festis et diebus statutis dicamus sacramusq; memoriam ne uolumine temporum ingrata subrepat obliuio, ei sacramus hostiam humilitatis & laudis in ara cordis, igne feruidæ charitatis &c.

Nos ipsos deo uouere & reddere debemus.

Eodem libro. Cap. V.

Quis autem ita desipiat, ut existimet aliquibus usibus dei esse necessaria quæ in sacrifitijs offerunt? Quod cũ multis locis diuina scriptura testetur, ne longum faciamus, breue illud de psalmo cõmemorare sufficiat. Dixi domino deus meus es tu, quoniam bonorum meorum nõ eges. Non solum igitur pecore, uel qualibet alia re corruptibili atq; terrena, sed ne ipsa quidem iustitia hominis deum egere credendum est, totumq; quod recte colitur deus homini prodesse, non deo. Neq; enim fonti se quisq; dixerit profuisse si biberit, aut luci si uiderit. Nec quòd ab antiquis patribus talia sacrificia facta sunt in uictimis pecorum, quæ nunc dei populus legitime non facit, aliud intelligendum est, nisi rebus illis eas res fuisse significatas, quæ aguntur in nobis ad hoc, ut inhereamus deo, & ad eundem finem proximo consulamus. Sacrificium ergo uisibile inuisibilis sacrificij sacramentum, id est, sacrũ signum est. Vnde ille pœnitens apud prophetam, uel ipse propheta, quærens deum peccatis suis habere propitium, Si uoluisses inquit sacrifitium dedissem, utiq; holocaustis non delectaberis. Sacrificium deo spiritus contribulatus, cor contritũ & humiliatum deus non spernit.

Pſalm, 50.

Sacrificiũ visibile inuisibilis sacrificij sacramentũ est.

Pſalm, 15

Intueamur quemadmodum ubi dixit deum nolle sacrificium ibi deum ostendit uelle sacrificium. Non uult ergo sacrificium trucidati pecoris, Sed uult sacrificium contriti cordis. Et in huius prophetæ uerbis utrumq; distinctum est, satisq; declaratum illa sacrificia non requirere deum, quibus significãtur hæc sacrificia, quæ requirit deus in epistola, quæ scribitur ad Hebræos, Bene facere inquit et cõmunicatores esse nolite obliuisci, talibus enim sacrificijs placatur deus. Ac per hoc ubi scriptũ est, Misericordiam magis uolo quam sacrificium, nihil aliud quàm sacrificio sacrificium prælatum oportet intelligi, quoniam illud quòd ab hominibus appellatur sacrificium, signum est ueri sacrificij Porro autem misericordia uerum sacrificium est, unde dictum est, quod paulo ante cõmemoraui. Talibus enim sacrificijs placatur deus. Quæcunq; igitur in ministerio tabernaculi siue templi multis modis de sacrificijs leguntur diuinitus esse præcepta, ad dilectionem dei, & proximi significando referuntur. In his enim duobus præceptis, ut scriptum est, tota lex pendet & prophetæ.

Hebre, 13

Oſee, 6.

Hebre, 13

Eodem libro. Cap. VI.

Proinde uerum sacrificium est omne opus quo agitur, ut sancta societate inhereamus deo, relatũ scilicet ad illũ finem boni quo ueraciter beati esse possimus. Vnde & ipsa misericordia, qua homini subuenitur, si propter deũ nõ fit, nõ est sacrificium. Et si enim ab homine fit uel offertur, tamẽ sacrificiũ res diuina est, ita ut hoc quoq; uocábulo id latini ueteres appellauerint. Vnde ipse homo dei nomini cõsecrãtus, et deo deuotus, in quantum mũdo moritur, ut deo uiuat, sacrificium est. Nam et hoc ad misericordiã pertinet, quã quisq; in se ipsũ facit. Propterea scriptũ est, miserere animæ tuæ placẽs deo. Corpus etiã nostrũ cũ p tempantiã castigamus, si deo dedicamus, ppter deũ facimus, ut nõ exhibeamus mẽbra nostra, arma iniquitatis peccáto, sed arma iustitiæ deo, sacrificiũ est, ad qd exhortãs apostolus ait, Obsecro itaq; uos frãtres p misericordiã dei, ut exhibeatis corpa uestra hostiã uiuã, sanctã, deo placentẽ, rationábile obsequiũ uestrum, Si ergo corpus quo inferiore tanq; famulo uel tãq; instrumento utitur anima, cũ eius bonus & rectus usus ad deũ refertur, sacrificiũ est, quãto magis anima ipsa cũ se refert ad deũ, ut igne moris eius accensa, formam concupiscentiæ secularis amittat, eiq; tanq; incõmutabili formæ subdita reformetur. Hinc ei placens, quod ex eius pulchritudine accæperit, fit sacrificium. Quod idem Apostolus cõsequenter adiungens. Et nolite inquit conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate mentis uestræ, ad probandum quæ sit uoluntas dei, quod bonum & beneplacitum et perfectum. Cum igitur uera sacrificia opera sint misericordiæ, siue in nos ipsos siue in proximos quæ referuntur ad deũ, Opa uero misericordiæ nõ ob aliud fiant, nisi ut à miseria liberemur, ac per hoc ut beati simus, quod nõ sit nisi á bono illo, de

Quid sit sacrificium,

Eccle. 30.

Roman. 6

Roman 12

Roman. 12

Vera sacrificia opera sunt misericordiæ.

quo dictum est, Mihi autem adherere deo bonum est, p-
Psalm. 72. fecto efficitur, ut tota ipsa redempta ciuitas, hoc est con-
gregatio societasq; sanctorum, uniuersale sacrificium of-
ferratur deo per sacerdotem magnum, qui etiam se ipsum
obtulit in passione pro nobis, ut tanti capitis corpus esse-
mus secundum formam serui. Hanc enim obtulit in hac
oblatus est, quia secundum hanc mediator est, in hac sa-
cerdos, in hac sacrificium est. Cum itaq; nos hortatus
Roman. 2. esset Apostolus, ut exhibeamus corpora nostra, hostiam
uiuam sanctam, deo placentem, rationabile obsequiũ no-
strum, & non conformemur huic sæculo, sed reforme-
mur in nouitate mentis nostræ ad probandum quæ sit
uoluntas dei, quòd bonum, & bene placitum, & perfe-
ctum, quod totum sacrifitium nos ipsi sumus, Dico enim
inquit per gratiam dei, quæ data est mihi, Omnibus qui
sunt in uobis, non plus sapere, quàm oportet sapere, sed
sapere ad temperantiam, sicut unicuiq; deus partitus est
fidei mensuram. Sicut enim in uno corpore multa mem-
bra habemus, omnia autem membra nõ eosdem actus ha-
bent, ita multi unum corpus sumus in Christo, singuli au
Nota tem alter alterius membra, habentes dona diuersa secun-
dum gratiam, quæ data est nobis. Hoc est sacrificium
Christianorum, multi unum corpus sumus in Christo,
quòd etiam sacramento altaris fidelibus nota frequentat
ecclesia, ubi ei demonstratur, quòd in ea oblatione quàm
offert ipsa offeratur.

Eodem libro, Cap. XX.

Vnde uerus ille mediator, inquantum formam serui
1. Timo. 2. accipiens, mediator effectus est dei, & hominum homo
Christus Iesus, cum in forma dei sacrificium cum patre
sumat, cum quo et unus est deus, tamen in forma serui sa-
Philipen. 2 crificium maluit esse quàm sumere, ne uel hac occasione,
quisq; existimaret cuilibet sacrificandum esse creaturæ.
Christus oblatio. Per hoc & sacerdos est, ipse offerens, ipse & oblatio.
Cuius rei sacramentum quotidianum esse uoluit ecclesiæ
sacrificium, cum ipsius corporis, ipse sit caput, & ipsi-
us capitis, ipsa sit corpus. tam ipsa per ipsum, quàm ipse
per ipsam, suetus offerri. Huius ueri sacrificij multi-
plicia uariaq; signa erant sacrificia prisca sanctorum,
cum hoc unum per multa figuraretur, tanq; uerbis mul-
tis res una diceretur, ut sine fastidio multum commen-
daretur. Huic summo ueroq; sacrificio, cuncta sacrifi-
cia falsa cesserunt.

Libro XX. Cap. X.

Apo. 20. Quòd Iohannes in Apocalipsi dicit. In istis secunda
Christiani omnes sacerdotes. mors, non habet potestatem, adiunxit atq; ait, Sed erunt
sacerdotes dei & Christi, & regnabunt cum eo mille an-
nis, non utiq; de solis episcopis, & presbiteris dictum
est, qui proprie iam uocantur in ecclesia sacerdotes, sed si
cut omnes Christianos dicimus propter mysticum chris-
ma, sic omnes sacerdotes, quoniam membra sunt unius
1. Petri. 2 sacerdotis, de quibus apostolus Petrus, Plebs inquit san-
cta regale sacerdotium &c.

DE MORTVORVM SEPVLTVRA.

Libro I. De ciuitate dei, Cap. XII.

Curatio funeris, Conditio sepulturæ, Pompa exequi-
arum, magis sunt uiuorum solatia, quàm subsidia mor-
tuorũ, Si aliquid prodest impio sepultura præciosa, ob-
erit pio uilis aut nulla. Preclaras exequias in conspectu
hominum, exhibuit purpurata illi diuiti turba famulo-
rum, Sed multo clariores in conspectu domini ulceroso
illi pauperi ministerium præbuit angelorum, qui eum
non extulerunt in marmoreum tumulum, Sed in Abra-
hæ gremium sustulerunt. Rident hæc illi, contra quos
defendendam suscepimus ciuitatem dei. Veruntamen se
pulturæ curam etiam eorum philosophi contempserunt
& sæpe uniuersi exercitus, dum pro terrena patria mo
rerentur, ubi postea iacerent, uel quibus bestijs esta fierẽt
non curarunt. Licuitq; de hac re poetis plausibiliter
dicere, Cœlo tegitur, qui non habet urnam. Quanto mi-
nus debent de corporibus insepultis insultare Christia-
nis, quibus & ipsius carnis, & membrorum omnium re
formatio non solum ex terra, uerumetiam ex aliorum
elementorum secretissimo sinu, quo dilapsa cadauera re-
cesserunt, in temporis puncto reddenda et reintegran-
da promittitur.

Viuorum sunt illa solatia, non mortuorũ subsidia.

Luce. 16.

Lucanus libro. 7.

Cap. XIII.

Nec ideo tamen contemnenda & abijcienda sunt cor
pora defunctorum maximeq; iustorum, atq; fidelium,
quibus tanq; organis & uasis, ad omnia bona opera,
sanctus usus est spiritus. Si enim paterna uestis & anu-
lus, ac si quid huiusmodi tanto carius est posteris, quan-
to erga parentes maior extitit affectus. Nullo modo
ipsa spernenda sunt corpora, quæ utiq; multo familia-
rius, atq; coniunctius, quã quælibet indumenta gestamus
Hæc enim non ad ornamentum, uel adiutorium. quòd ad
hibetur extrinsecus, sed ad ipsam naturam hominis per-
tinent. Vnde & antiquorum iustorum funera officiosa
pietate curata sunt, & exequiæ celebratæ, & sepultura
prouisa, Ipsiq; dum uiuerent hæc de sepeliendis uel eti-
am transferendis suis corporibus filijs mandauerunt.
Et Tobias sepeliendo mortuos, deum promeruisse teste
angelo commendatur. Ipse quoq; dominus die tertio re-
surrecturus & religiose mulieris bonum opus prædicat
prædicandumq; commendat, quòd unguentum præcio-
sum super membra eius effuderit, atq; hoc ad eũ sepelien
dum fecerit. Et laudabiliter cõmemoratur in euange-
lio, qui corpus eius de cruce acceptum diligenter atq; ho
norifice tegendum sepeliendumq; curarunt. Verum
istæ auctoritates non hoc admonent, quod insit ullus
cadaueribus

Quæsit ratio sanctorum corporum sepeliendi.

Gene. 23. 25 & 47.

Tobie. 2. & 12.

Matth. 26

Ioannis 12

cadaueribus sensus, Sed ad dei prouidentiam, cui placent, etiam talia pietatis officia, corpora quoq; mortuorum pertinere significant. propter fidem resurrectionis astruendam. Vbi & illud salubriter discitur quanta possit esse remuneratio pro eleemosinis quas uiuentibus & sentientibus exhibemus. Si neq; hoc apud deum perit quòd exanimis hominum membris officio diligentiæq; p̄ soluitur. Sunt quidem & alia, quæ sancti patriarchæ de corporibus suis, uel condendis, uel transferendis prophetico spiritu intelligi, dicta uoluerunt. Non autem hic locus est, ut ea pertractemus, cum sufficiunt ea quæ diximus. Sed si ea quæ sustentandis uiuentibus sunt necessaria, sicut uictus & amictus, quàmuis cum graui afflictione desint, non frangunt in bonis perferendi tolerandiq; uirtutem, nec eradicant ex animo pietatem, Sed exercitatam faciunt fœcundiorem, quanto magis cum desunt ea quæ curandis funeribus conlendis q; corporibus defunctorum adhiberi solent, non efficiunt miseros in occultis piorum sedibus, iam quietos? Ac per hoc quando ista cadaueribus Christianorum in illa magnæ urbis uel etiam aliorum, oppidorum uastatione defuerũt nec uiuorum culpa est, qui non potuerunt ista præbere, nec pœna mortuorum, qui non possunt ista sentire.

Libro XIX. Cap. VIII.

Quorum nos uita propter amicitiæ specialis solatia delectabat, Vnde fieri potest, ut eorum mors nullam nobis ingerat mœstitudinem? Quum qui prohibet, prohibeat si potest amica colloquia, interdicat amicabilem societatem, uel intercidat affectum omnium humanarum necessitudinum, Vincula mentis immitis, immo stupore dirumpat, aut sic eis utendum censeat, ut nulla ex eis animum dulcedo perfundat, Quòd fieri nullo modo potest, Etiam hoc quo pacto futurum est, ut eius nolis amara mors non sit, cuius dulcis est uita? Hinc est enim, & luctus quidam in humano corde, quasi uulnus aut ulcus cui sanando adhibentur officiose consolationes. Non enim propterea non est, quod saneatur, quoniam quanto est animus melior, tanto in eo citius facilius q; sanatur, Cum igitur etiam de charissimorum mortibus maxime quorum sunt humanæ societati officia necessaria, nunc mitius, nunc asperius affligatur uita mortalium mortuos tamen eos quos diligimus, quàmuis uel à fide, uel à bonis moribus lapsos, hoc est in ipsa anima mortuos, audire seu uidere mallemus, Qua ingenti materia malorum plena est terra, propter quòd scriptum est, Nunquid nõ temptatio est uita humana super terrã? Et propter quòd ipse dominus ait, uæ mundo abstandalis,

Impossibile est ut nobis illius amara mors non sit cuius dulcis erat uita,

Iob. 7 Matthei. 18

In Psalmum. XLVIII. Versu.

Et sepulchra eorum domus, eorum in æternum, iam quia ista structa sunt sepulchra, domus sunt sepulchra, Nam plerumq; audis diuitem dicentem, Habeo marmoratam domum quàm relicturus sum, & non cogito mihi æternam, domum ubi semper ero. Quando cogitat sibi memoriam marmoratam, aut sculptam facere, quasi de domo æterna cogitat, quasi ibi manebat ille diues. Si ibi maneret, non ardebat apud inferos. Vbi maneat spiritus male agentis, non ubi ponatur corpus mortale cogitandum est. Sed domus eorum sepulchra, eorum in æternum. Tabernacula eorum in generatione, & generationem. Tabernacula in quibus tempor aliter manserunt domus in quibus, quasi in æternum manebũt, id est sepulchra. Tabernacula ergo suis dimittunt, ubi manebant cum uiuerent, transeunt quasi ad domus æternas ad sepulchra. Quid illis prosunt tabernacula eorum in generatione & generationem, iam generatio & generatio puta filij sunt, nepotes erunt, & pronepotes quid faciunt. Quid prosunt tabernacula eorum? Quid? audi Inuocabunt nomina eorum in terris ipsorum. Quid est hoc? Tollunt panem & merum ad sepulchra, & inuocant ibi nomina mortuorum. Putas quantum est inuocatum nomen illius diuitis. postea quando inebriabant se homines in memoria ipsius, nec descendebat una gutta su per linguam ipsius ardentem, uentri suo seruiunt homines non spiritibus suorum. Ad spiritus mortuorum suorum non peruenit, nisi quòd secum uiui fœcerunt, si autem uiui non secum fœcerunt, ad mortuos nihil peruenit &c.

Luce. 16

De illis qui merum & panem ad sepulchra ponũt mortuorum, Luce. 16

Ad mortuos nihil peruenit, nisi quod uiui fœcerunt.

Libro IX. Confessionum, Cap. XI.

Cum ægrotaret quodam die mater mea defectũ animæ passa est, & paululum subtracta à præsentibus. Nos cõcurrimus. Sed cito reddita est sensui, & aspexit astantes me. & fratrem meum, & ait nobis, quasi quærenti similis, ubi eram? Deinde nos intuens mœrore attonitos, Ponetis inquit hic matrem uestram? Ego flebam, & fletum frenabam. Frater autem meus quiddam locutus est quo eam non peregre, sed in patria defungi, tanq; fœlicius optaret. Quo audito, illa uulto anxio reuerberans eum oculis, quòd talia saperet, atq; inde me intuens, uide ait quid dicit, Et mox ambobus. Ponite inquit hoc corpus ubicunq;, nihil uos eius cura conturbet, Tantum illud uos rogo, ut ad domini altare memineritis mei, ubi fueritis, cunq; hanc sententiam uerbis, quibus poterat explicasset conticuit, & ingraueſcente morbo exercebatur Ego uero cogitans dona tua, deus meus inuisibilis, quæ immittis in corda fidelium tuorum, & proueniunt inde fruges admirabiles, gaudebam & gratias agebam tibi, Recolens quòd noueram, quanta cura semper æstuasset de sepulchro, quòd sibi prouiderat & præparauerat, iuxta corpus uiri sui. Quia enim ualde concorditer uixerant, id etiam uolebat, ut est animus humanus minus capax diuinorum, adiungi ad illam fœlicitatem, & commemorari ab hominibus, concessum sibi esse post transmarinam peregrinationem, ut coniuncta terra amborum coniugum, terra tegeretur. Quando autem ista

De sepultura matris Augustini Monice.

inanitas

inanitas plenitudine bonitatis tuæ cœperat in eius corde non esse nesciebam, & letabar admirans, quòd sic mihi apparuisset, quamq; & illo sermone nostro ad fenestrã, cum dixit, Iam quid hic facio, non aparuit desiderare, in patria mori. Audiui etiam postea, quòd illum cum ostijs essemus cum quibusdam amicis meis, Materna fidutia colloquebatur, quodam die de contempta huius uitæ, et bono mortis, ubi ipse non aderam. Illisq; stupentibus uirtutem fœminæ quam tu dederas ei, quærentibus utrum non formidaret tam longe à ciuitate sua corpus relinquere, nihil inquit longe est deo, neq; timendum est ne ille non agnoscat in fine sæculi unde me resuscitet &c.

In libro de cura pro mortuis geranda, Cap. II.

Sed utrum aliquid prosit animæ mortui, locus corporis sui, operosius inquirendum est. Ac primum utrum interfit aliquid, ad inferendam uel augendam miseriam, post hanc uitam spiritibus hominum, si eorum corpora sepulta non fuerint, non secundum opinionem, ut cunq; uulgatum, Sed potius secundum religionis nostræ sacras literas est uidendum. Neq; enim credendum est, sicut apud Maronem legitur, in sepulcris nauigando atq; transeundo inferni animæ prohiberi quia scilicet.

Virgilius, 6 Aeneid. Vide supra, primo loco, huius quæstionis solutionem ex.), de ciuitate dei Cap. 12.

Nec ripas datur horrendas, nec rauca fluenta,
Transportare prius q̃ sedibus ossa quierunt.

Quis cor Christianum inclinet his poeticis fabulosis q; figmentis, cum dominus Iesus, ut inter inimicorum manus qui eorum corpora in potestate haberent sæcuri occumberent Christiani, nec capillum capitis eorum asserat periturum, Exhortans ne timeant eos qui cum corpus occiderint amplius non habent quid faciant.

Matth. 10.

Cap. IIII.

Ad quid mortuis prosunt monumenta rum loca circa martirum memorias.

Profecto etiam prouisus sepeliendis corporibus, apud memoriam sanctorum locus bonæ affectionis humanæ est erga funera suorum. Quoniam si nonnulla religio est, ut sepeliantur, non potest nulla esse, quando ubi sepeliantur attenditur. Sed cum talia uiuorum solatia requiruntur, quibus eorum pius in suos animus appareat, non uideo quæ sunt adiumenta mortuorum, nisi ad hoc, ut dum recolunt ubi sint posita eorum quos diligunt corpora, eisdem sanctis illos, tanq̃ patronis susceptos apud dominum adiuuandos orando commendent. Quod quidem facere possent etiam, si talibus locis, eos humare non possent. Sed non ob aliud, uel memoriæ, uel monumenta dicuntur ea, quæ insignita fiunt sepulchra mortuorum, nisi quia eos, qui uiuẽtium oculis morte subtracti sunt, ne obliuione etiam cordibus subtrahantur, in memoriam reuocant, & admonendo faciunt cogitari. Nam & memoriæ nomine, id apertissime ostendit, & monumentum eo quòd moneat & mentem, id est admoneat nancupatur.

Cap. V.

Vbicunq; enim iaceat, uel non iaceat defuncti caro, spiritui requies acquirenda est. Qui cum inde exiret, secum abstulit sensum, quo interesse possit, quomodo quisq; sit siue in bonis, siue in malis, Nec ab ea carne expectat adiuuari uitam suam, cui præbebat ipse uitam, quam detraxit excedens, & redditurus est rediens quoniam non caro spiritui, sed spiritus carni etiam ipsius resurrectionis meritum comparat, utrũ ad pœnam an ad gloriam reuiuiscat.

Vbicunq; iaceat caro defuncti spiritui requies acquirenda est.

Cap. VI.

Legimus in ecclesiastica historia, quàm græce scripsit Eusebius, & in latinam linguã uertit Ruffinus, martirum corpora, in Gallia canibus exposita, canumq; reliquias atq; ossa mortuorum, usq; ad extremam consumptionẽ ignibus concremata, eosdemq; cineres fluuio Rodano, ne quid ad memoriam qualemcunq; relinquæretur, insperso. Quòd non ob aliud credendum est diuinitus fuisse permissum, nisi ut discerent Christiani in confitendo Christum dum contemnunt hanc uitam multo magis contemnere sepulturam. Hoc enim quod ingenti sæuicia de corporibus martirum factum est, Si eis quicquam noceret quo minus beatæ requiescerent, eorum uictoriosissimi spiritus, non utiq; fieri sineretur. Re ipsa ergo declaratum est, non ideo dixisse dominum, Nolite timere eos, qui corpus occidunt, & postea non habent, quid faciant, quòd non esset permissurus aliquid eos facere de suorum corporibus mortuorum, Sed quoniã quicquid facere permissi essent, nihil quo minuerentur Christiana defunctorum fœcilitas fieret, nihil inde ad sensum post mortem uiuentium perueniret, nihil ad detrimentum, saltem ipsorum corporum, quo minus integra resurgerent pertinerent.

De sanctorum corporũ in Gallijs combustione et cinerum in Rodani fluuium aspersione.

Luce 12

Libro I. De consolatione mortuorum, Cap. IIII.

Sed dicet aliquis, prohibes lugere mortuos, cum & patriarchæ plorati sunt? Et Moyses ille famulus dei, & multi inde prophetæ, præsertim cum Iob quoq; iustissimus suam plagam super filiorum conciderit necem. Non ego prohibeo lugere mortuos, Sed gentium illuminator Paulus, qui sic ait. Nolo uos ignorare fratres de dormientibus, ut non tristes sitis, sicut et cæteri, qui spem non habent. Non potest euangelij claritas obscurari, siue ij qui autẽ legem, aut sub legis umbra positi fuerant, suos mortuos flebant, Merito flebant, quia ad huc sententia, permanebat. Sed dicet, in euangelio ecce legitur Archi sinagogi deploratam filiam, & sorores Lazari Lazarum fleuisse. Sed & illi adhuc secundum ueterem legem

Veteres qua luxerint suos mortuos, & in nouo instrumento Paulus idem prohibeat. 1 Thessa. 4

Marci. 5. Ioannis. 11

legem sapiebant, qui nec dum à mortuis Christum resurrexisse conspexerant. Fleuit plane & ipse dominus lazarum iam sepultum, non utiq; ut flendi mortuos formã daret, Sed ut se per lachrimas uerum corpus assumpsisse monstraret, uel certe fleuit amore humano Iudæos, qui nec dei signo monstrato, erant in eum credituri.

Cap. V. Eodem libro.

Quamobrem causa luctus nõ habeant homines noui testamẽti,

Habuerunt ergo ueteres suum morem suamq; fragilitatem, Christi aduentum præcedentes, iam ex quo uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, ex quo primi Adæ datam sententiam Adam nouissimus soluit, ex quo nostram mortem sua morte destruxit, & ab inferis tertia die resurrexit dominus, iam non est terribilis mors si delibus, non timetur occasus, quia oriens uenit ex alto.

Iohann. 11. Clamat ipse dominus qui mentiri nescit, Ego sum resurrectio & uita, qui credit in me etiam si mortuus fuerit uiuet, & omnis uiuens & credens in me, mortem non uidebit inæternum. Item qui credit in Christo, & eius mãdata custodit, etiã si mortuus fuerit uiuet, Item,

1 Thessa. 4

Philipen. 1 Nolo uos fratres ignorare de dormientibus, ut non tristes sitis. Itẽ mihi inquit uiuere Christus est, & mori lucrum.

Libro II. De consolatione mortuorum, Cap. V.

Supereſt ut unum de ueteribus exemplum proferam quod omnem consolationem faciat, quod etiam patentibus cordis auribus uolo omnes audire. Si Dauid rex ille

2 Regũ, 12 Ab exemplo quod mortui nõ sunt lugendi,

qui adhuc sub lege positus erat, sub illa non dico licentia sed necessitate lamentationis, sic animum à luctu irrationabili superauit, sic tristitiam suam suorumq; compescuit, nos qui sub gratia sumus, Subcerta spe resurrectionis, quibus omnis tristitia interdicta est, qua fronte mortuos nostros gentilium more plangimus, ullulatos insanos attollimus, ueluti alio genere bachantes, cum scissis tunicis pectora nudamus, uerba inania, & nenias circa corpus & tumulum defuncti cantamus? Postremo etiam qua ratione ueſtes nigras tingimus, nisi quos ueře infideles & miseros non tantum fletibus, sed etiã uestibus adprobemus? Aliena sunt ista fratres. Extranea sunt, non licent, & si licerent non decent. Sed aliquantos de fratribus & sororibus, licet fides propria & præceptum domini fortes faciat, parentum tamen & uicinorũ opinio debilitat & frangit, ne lapidei & crudeles iudicentur, si pepercerint uestimento si non fuerint insanis luctibus debachati. Et hoc quam unum est, & quàm inceptum opiniones hominum errantium cogitare, & non timere, ne quid minus de fide faciat quam suscœpit &c.

De uerbis Apostoli, Sermo, XXXII.

1 Thessa. 4 Admones nos beatus Apostolus, ut de dormientibus, hoc est mortuis dormientibus charissimis uris non contristemur, sicut & cæteri, qui spem non habent, spem scilicet resurrectionis & incorruptionis æterne. Nam ideo & dormientes eos appellat ueracissima scripturæ consuetudo, ut cum dormientes audimus, euigilaturos minime desperemus. Vnde etiam cantatur in psalmo. Numquid qui dormit non adijciat ut resurgat? Est ergo de mortuis eis qui diliguntur, quædam tristitia quòdammodo naturalis. Mortem quippe horret, non opinio sed natura. Nec mors homini accederet, nisi ex pœna quàm præcesserat culpa. Contristamur ergo nos in nostrorũ mortibus necessitate amittendi, sed cũ spe recipiendi. Inde angimur hinc consolamur. Inde infirmitas afficit. Hinc fides reficit. Inde dolet humana conditio, hinc sanat diuina promissio, Proinde pompa funeris, agmina exequiarum, sumptuosa diligentia sepulturæ, monumentorum opulenta constructio, uiuorum sunt qualiacunq; solatia, non adiutoria mortuorum. Permittantur itaq; pia corda charorum de suorum mortibus contristari dolore sanabili, consolabiles lachrimas fundant conditione mortali. quas cito reprimat fidei gaudium, qua credunt fideles, quando moriuntur paululum à nobis abire, & ad meliora transire. Consolentur eos etiam fraterna obsequia, siue quæ funeribus exhibentur, siue quæ dolentibus adhibent ne sit iusta quærela dicentium, Sustinui qui simul contristaretur, & non fuit, & consolantes, & non inueni. Sit pro uiribus cura sepeliendi, et sepulchra cõstruendi, quia & hæc in scripturis sanctis, inter bona opera deputata sunt. Nec solum in corporibus patriarcharum aliorumq; sanctorum, & humanis cadaueribus quorumq; iacentium, uerumetiam in ipsius domini corpore prædicati atq; collaudati sunt qui ista fecerũt. Impleant hæc homines erga suos offitia postremi muneris, & sui humani lenimenta mœroris &c.

Quomodo cõtristandum in amicorum morte.

Psalm. 40.

Psalmo. 68

Gene. 49.

Ioannis 19.

DE ANTICHRISTO.

In Psalmum. IX. versu.

Constitue legislatorem super eos domine, Videtur mihi antichristum significare. De quo Apostolus dicit,

2 Thessa. 2

Cum reuelabitur homo peccati, ut sciant gentes quoniam homines sunt. ut qui nolunt liberari à filio dei, et pertinere ad filium hominis, et esse filij hominum, id est, noui homines, seruiant homini, id est, ueteri homini peccatori, quoniam homines sunt. Et quia ille ad tantum culmen inanis gloriæ uenturus creditur, tanta ei licebit facere, et in omnes homines, et in sanctos dei, ut tunc uere nonnulli infirmi arbitrentur deum res humanas negligere. Hic antichristus usq; adeo beatus uidebitur hominibus, ut etiam deus putetur. Item quòd reges omnes superaturus sit, & solus regnum obtenturus, quando etiam secundum Apostolum qui de illo prædicat, in templo dei sedebit. extollens se super omne quòd

Qui noluit liberari à Christum traduntur antichristo ad illudendum.

2 Thessa. 2

Antichristus uim habet in imperio, dolum in miraculis.

ne qđ colitur, & quod dicitur deus. Et quoniam traditus in concupiscentiam cordis sui, et damnationi ultimæ destinatus, per nepharias artes ad illud uanum, & inane culmen dominationemq; uenturus est. Vim habebit in imperio, dolum in miraculis &c.

Libro XVIII. De ciuitate dei. Cap, LIII.

Illam sane nouissimam persequutionem, quæ ab antichristo futura est præsentia sua, ipse extinguet Iesus. Sic enim scriptū est, quòd eum interficiet spiritu oris sui, & euacuabit illuminatione præsentiæ suæ. Hic quæri solet, quando istud erit, Importune omnino. Si enim hoc nobis nosse, ideſſet à quo melius quã ab ipso deo magistro interrogãtibus discipulis, dicerctur. Nõ enĩ siluerũt inde apud eum, Sed à præsentæ quæsierunt dicentes, domine si hoc in tempore repræsentabis regnum Israhel? at ille. Non est inquit uestrum nosse tempora, quæ pater in sua posuit potestate. Non unq; illi de hora, uel de die, uel de anno, sed de tempore interrogauerant, quando illud accepere responsum. Frustra igitur annos qui huic seculo remanent computare ac definire conamur, cum hoc scire nõ esse nostrũ ex ore ueritatis audiamus. Quos tamẽ alij quadringentos, alij quingentos, alij etiã mille ab ascẽsione domini, usq; ad eius ultimũ aduẽtũ, cõpleri posse dixerũt. Quemadmodum autem quisq; eorum adstruat opinionem suam, longum est demonstrare, & non necessarium. Coniecturis quippe utuntur humanis non ab eis certũ aliquid de scripturæ canonicæ auctoritate profertur. Omnium uero de hac re calculantium digitos resoluit, & quiescere iubet ille qui dicit, Non est uestrũ scire tempora, quæ pater posuit in sua potestate.

2. Thess. 2. Antichristianæ persecutionis tempus occultum.

Act. 1.

Act. 1.

Libro XX. Cap. XIX.

Multas tamen euangelicas apostolicasq; sententias de diuino isto iudicio nouissimo, uideo mihi esse prætereundas, ne hoc uolumen in nimiam longitudinem prouoluatur, Sed nullo modo est prætereundus apostolus Paulus, qui scribens ad Thessalonicenses, Rogamus inquit uos fratres per aduentum domini nostri Iesu Christi, & nostre cõgregationis in ipsum, ut nõ cito moueamini mentẽ, neq; terreamini, neq; per spiritum, neq; per uerbum, neq; per epistolam, tanq̃ per nos missam, quasi instet dies domini. Ne quis uos seducat ullo modo, quoniam nisi uenerit refuga primum, & reuelatus fuerit homo peccati filius interitus qui aduersatur, et super extollitur supra oẽ quòd dicitur deus, aut qđ colitur, ita ut in templo dei sedeat ostentans se tanq̃ sit deus. Non retinetis in memoria, quód ad huc cũ essem apud uos, hæc dicebam uobis? Et nunc quid detineat scitis, ut reueletur in suo tempore. Iam enim mysterium iniquitatis opatur, tantũ qui modo tenet teneat, donec de medio fiat. Et nunc reuelabitur iniquus ille, quem dominus Iesus interficiet spiritu oris sui, & euacuabit illuminatione præsentiæ suæ eum cuius est præsentia secundum operationem sathanæ in omni uirtute, & signis, & prodigijs mendatij, & in omni seductione iniquitatis, his qui pereunt, pro eo quòd dilectionem ueritatis non receperunt, ut salui fierent. Et ideo mittet illis deus operationem erroris, ut credant mẽdatio, & iudicentur omnes, qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt iniquitati. Nulli dubium est eum de antichristo ista dixisse dieq; iuditij. Hunc enim appellat diem domini non esse uenturum, nisi ille prior uenerit quem refugam uocat, utiq; à domino deo. Quod si de omnibus impijs dici merito potest, quanto magis de isto? Sed in quo templo dei, ut deus sit sessurus incertum est, utrum in illa ruina templi quod á Salomone rege cõstructum est, an uero in ecclesia. Non enim templum alicuius idoli aut dæmonis, templum dei Apostolus diceret, Vnde nõnulli, non ipsum principem, sed uniuersum quodammodo corpus eius, id est, ad eum pertinentẽ hominum multitudinem simul cum ipso suo principe, hoc loco intelligi antichristum uolunt. Rectusq; putant etiam latine dici sicut in græco est, non in templo dei, sed in templum dei sedeat, tanq̃ ipse sit templum dei, quod est ecclesia, sicut dicimus sedet in amicum, id est, uelut amicus, uel si quid aliud isto locutionis genere dici solet. Quod autem ait, Et nunc quid detineat scitis, id est, quid sit in mora, quæ causſa sit dilationis eius, ut reueletur in suo tempore scitis, quoniam scire illos dixit, aperte hoc dicere noluit. Et ideo nos qui nescimus, quod illi sciebãt, peruenire cum labore, ad id quod sensit Apostolus cupimus, nec ualemus, præsertim quia & illa quæ addidit, hunc sensum faciunt obscuriorem. Nam quid est: Iam enim mysterium iniquitatis operatur, Tantum qui modo tenet teneat, donec de medio fiat, & tunc reuelabitur ille iniquus? Ego prorsus quid dixerit me fatcor ignorare. Suspiciones tamen hominum, quas uel audire, uel legere de hac re potui non tacebo. Quidam putant hoc dictũ de imperio fuisse Romano, & propterea Paulum apostolum, non id aperte scribere uoluisse, ne calamniam uidelicet incurreret, quasi Romano imperio male optauerit cum speraretur æternum, ut hoc quod dixit. Iam enim mysterium iniquitatis operatur, Neronẽ uoluerit intelligi cuius iam facta uelut antichristi uidebantur. Vt de nonnulli ipsum resurrecturum & futurum antichristum suspicantur. Alij uero nec eum occisum putant, sed subtractum potius, ut putaretur occisus, et uiuum occultari in uigore ipsius ætatis in qua fuit cũ crederetur extinctus, donec suo tempore reueletur, & restituatur in regnum. Sed multum mihi mira est hæc opinantiũ tanta præsumptio. Illud tamen quod ait Apostolus: Tantum qui modo tenet teneat, donec de medio fiat, non absurde de ipso Romano imperio creditur dictum, tanq̃ dictũ sit. Tantum qui modo imperat imperet, donec de medio fiat, id est, de medio tollatur, Et tunc reuelabitur iniquus quem significari antichristum nullus ambigit. Non ueniet ad uiuos & mortuos iudicandos Christus, nisi prius uenerit ad seducendos in anima mortuos aduersarius eius antichristus, quamuis ad occultum iam iudicium dei pertineat

De antichristo illa intelliguntur.

Incertum esse in quo templo sessurus antichristus sit.

2. Thess. 2

Opiniones de antichristo.

2 Thessa. 2

Dei pertineat, quod ab illo seducentur. Præsentia quippe
Apoc. 20. eius erit, sicut dictum est, secundum operationem Sathanæ in omni uirtute & signis & prodigijs mendatij, & in omni seductione iniquitatis his q̃ pereunt, Tũc enim soluetur Sathanas, & per illum Antichristum in omni sua uirtute mirabiliter quidem, sed mendaciter operabitur.

Quod solet ambigi, utrum propterea dicta sint signa & prodigia mendatij, quoniã mortales sensus per phantasmata decepturus est, ut qd' non facit, facere uideatur. An quia illa ipsa etiam si erunt uera prodigia, ad mendatium pertrahent credituros, non ea potuisse nisi diuinitus fieri uirtutem diaboli nescientes, maxime quando tantam quantã
Iob. 1 nunquam habuit acceperit potestatem? Non enim quando de cœlis ignis cecidit, & tantam familiam cum tantis gregibus pecorum sancti Iob uno impetu absumpsit, & turbo irruens & domũ deijciens filios eius occidit phantasmata fuerũt, quæ tñ fuerũt opera Sathanæ, cui deus dederat hanc potestatem. Propter quid ergo horum dicta sint
2. Tessa. 2 prodigia & signa mendatij, tũc potius apparebit. Sed propter quodlibet horum dictum sit: Seducentur eis signis & prodigijs qui seduci meruerunt, pro eo quod dilectionem ueritatis inquit non receperunt, ut salui fierent, Nec dubitauit Apostolus addere & dicere, Ideo mittet illis deus operationem erroris, ut credant mendatio. Deus enim mittet, quia deus diabolum ista facere permittit iusto ipsius iudicio, quamuis faciat ille iniquo malignoq; consilio.

In Euangelium Ioannis. Tractatu. XXIX. Caput VII.

2. Tessa. 2 Qui à semetipso loquitur gloriam propriam quærit, Hoc erit ille qui uocatur Antichristus, extollens se, sicut Apostolus ait: Supra omne quod dicitur Deus, & quod colitur. Ipsum quippe annunciãs dominus, gloriam suam quæsiturum, non gloriam patris, ait ad Iudæos: Ego ueni
Ioan. 5 in nomine patris mei, & non suscepistis me, alius ueniet in
Antichristus gloriã propriam quærit. noĩe suo, & hũc suscipietis. Significauit eos Antichristũ suscepturos, qui gloriam nominis sui quæsiturus est, inflatus non solidus, & ideo non stabilis sed utiq; ruinosus. In ipso iniustitia est & uerax non est, quia gloriam suam quæsiturus est, non eius à quo missus est, non enim est missus, sed uenire permissus. Omnes ergo pertinẽtes ad corpus Christi, ne inducamur in laqueos Antichristi, non quæramus gloriam nostram, Sed si ille quæsiuit gloriam eius qui eũ misit, quanto magis nos eius qui nos fecit?

In Epistolam Ioannis, Tractatu. III.

Antichristus quid significet. Latinè Antichristus Contrarius dicitur Christo. Non quomodo nonnulli intelligũt Antichristum ideo dictum, quod ante Christum uenturus sit, id est, post eum uenturus sit Christus. Non sic dicitur, non sic scribitur, sed Antichristus, id est, contrarius Christo. Iam quis sit contrarius Christo, nunc aduertetis ipso exponente, & intelligetis non posse exire foras nisi Antichristos. Eos autem qui non sunt Christo contrarij, foras exire nullo modo posse. Qui enim non est Christo contrarius, in corpore ipsius hæret, & membrum computatur, &c.

Ibidem post pauca.

Ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis, quod si fuissent ex nobis, permansissent utiq; nobiscum. Hinc ergo uideat charitas uestra, quia multi qui non sunt ex nobis, accipiunt nobiscum sacramenta, accipiunt nobiscum baptismum, accipiunt nobiscum quod norũt fideles accipere, benedictionem, eucharistiam, & quicquid in sacramentis sanctis est. Ipsius altaris communicationẽ accipiũt non biscum, & non sunt ex nobis. Tentatio probat quia non sunt ex nobis. Quando illis tentatio uenerit, uelut occasione uenti uolant foras, quia grana non erant.

Ibidem.

Omnibus malis, lapis offensiõis est Christus, quicquid dicit Christus amarum est illis. Etenim audite & uidete: Omnes certe qui exeunt de ecclesia, & ab unitate ecclesiæ præcidũtur, Antichristi sunt. Nemo dubitat ipse enim designauit, ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Nã si fuissent ex nobis, permansissent utiq; nobiscum. Quia cunq; ergo non manent nobiscũ, sed exeunt ex nobis, manifestum est quod Antichristi sunt. Et quõ probantur An-
Antichristus probãtur ex mendatio. tichristi? ex mendatio. Et quis est mendax, nisi qui negat quoniam Iẽsus est Christus? Interrogemus Hæreticos. Quem inuenis hæreticum, qui negat quia Iẽsus non est Christus? Videat charitas uestra magnum sacramentum. Attendite quid inspirauerit nobis Deus, & quid insinuare nobis uelit. Ecce exierunt à nobis & facti sunt Donatistæ. Interrogemus eos, utrũ Iẽsus sit Christus, statim confitemur quia Iẽsus Christus est. Si ergo ille est Antichristus qui negat Iẽsum esse Christum, nec nos possunt illi dicere Antichristos, nec nos illos, quia & nos confitemur et illi. Si ergo nec illi nos dicunt, nec nos illos, ergo nec illi ex nobis exierũt, nec nos ab ipsis. Si ergo non à nobis exiuimus, in unitate sumus. Si in unitate sumus, quid faciunt in hac ciuitate duo altaria? Quid faciunt diuisæ domus, diuisa coniugia? Quid facit communis lectus, & diuisus Christus? Admonet nos, uult nos fateri quod uerum est. An ipsi à nobis exierunt, aut nos ab ipsis? Sed absit ut nos ab ipsis. Habemus enim Testamentum dominicæ hæreditatis, recitamus & ibi nos inuenimus. Dabo tibi Gentes hæreditatẽ
Psalm. 2 tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Tenemus hæreditatem Christi, illi eam non tenent, non communicant orbi terrarum, non cõmunicãt uniuersitati redemptæ sanguine domini. Habemus ipsum dominum resurgentem à mortuis, qui se dubitantibus manibus discipulorum præbuit palpandum. Et cũ adhuc illi dubitarent, ait illis: Opor-
Luc. 24 tebat Christum pati, & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiã & remissionẽ peccatorũ. Vbi? Qua? Quibus? Per omnes Gentes, incipientes ab Hierusalẽ. Securi sumus de unitate hæreditatis. Quisquis huic hæreditati non communicat, foras exijt. Sed non contristemur, ex nobis exierunt, sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis, permansissent utiq; nobiscum. Si ergo ex nobis exierunt, Antichristi sunt. Si Antichristi sunt,

mendaces sunt, Si mendaces sunt negant Iesum esse Christum. Iterum redimes ad difficultatem quæstionis, Singulos interroga, confitentur Iesum esse Christmu. Coartat nos angustus intellectus in hac epistola? Videtis certe quæstionem. Hæc quæstio & nos & ipsos turbat, si non intelligatur. Aut nos sumus Antichristi, aut illi sunt Antichristi. Illi nos antichristos uocant, & dicunt quod exiuimus ab eis, nos illos similiter. Sed designauit hæc epistola Antichristos; Quicunq; negat quod Iesus non sit Christus, ipse est Antihristus, Iam ergo queramus quis neget, & non attendamus ad linguam sed ad facta. Si enim omnes interroguntur, omnes uno ore confitemur Iesum esse Christum. Quiescat paululum lingua uitam interroga. Si inueneritis hoc, si ipsa scriptura nobis dixerit, quia negatio eorũ non tantum lingua fit, sed etiam factis. Certe inuenimus multos Antichristos, qui ore confitentur Christum, & moribus discrepant á Christo. Vbi inuenimus hoc in scriptura? Tit.) Paulum audi Apostolum de talibus cum loqueretur, ait: Confitentur enim se nosse deum, factis autem negant. Inuenimus & ipsos Antichristos, quisquis factis negat Christum Antichristus est. Iam ergo fratres si facta interroganda sunt, non solum multos inuenimus Antichristos foras exisse, sed multos nondum manifestos qui foras exierunt. Quotquot enim habet ecclesia periuros, fraudatores, adulteros, brioſos, fœneratores, mangones, & omnia quæ numerare non possumus, si contraria sunt doctrinæ Christi, contraria sunt uerbo dei, Verbum autem dei Christus est. Quicquid contrarium est uerbo Dei, in Antichristo est, Antichristus enim contrarius est Christo.

In Tractatu de Antichristo.

Antichristus in cunctis Christo cõuersari⁹, De Antichristo scire uolentes primo notabitis, quare sic uocatus sit? Ideo scilicet quia Christo in cunctis contrarius erit, & Christo contraria faciet. Christus uenit humilis, ille ueniet supbus. Christus uenit humiles erigere, peccatores iustificare, Ille econtra humiles deijciet, peccatores magnificabit, impios exultabit, semperq; uitia quæ sũt contraria uirtutibus docebit. Legem Euangelicam dissipabit, Dæmonum culturam in mundo renouabit uel reuocabit. Gloriam uanam quærens, omnipotentem deum se nominabit. Hic itaq; Antichristus multos habet suæ malignitatis ministros, ex quibus multi in mundo præcesserũt, qualis fuit Antiochus, Nero, Domicianus. Nos quoq; nostro tempore Antichristos multos nouimus esse. Habebit autem Antechristus magos, maleficos, diuinos, incantatores, qui cum diabolo inspirante nutriem & docebunt in omni iniquitate, falsitate & nepharia arte & maligni spiritus erunt duces eius & socij semper & comites indiuisi.

Post pauca ibidem.

Tempus quidem quãdo Antichristus ueniat, uel quando dies nuditij appare incipiat. Paulus in epistola ad Tessalonicenses dicens: Rogamus uos per aduentum domini nostri Iesu Christi, Manifestat eo loco ubi ait: Quoniam nisi uenerit discessio primum, et reuelatus fuerit homo peccati filius perditionis, &c. Scimus enim quoniam post regnũ 2. Tessa. 2 Græcorum, siue etiam post regnum Persarum, ex quibus unumquodq; suo tempore magna gloria uiguit, & maxima potentia floruit. Ad ultimũ quoq; post cætera regna, regnum Romanorum cœpit, quod fortissimum omnium regnorum superiorũ fuit, & omnia regna terrarum sub dominatione sua habuit, omnesq; populorũ nationes Romanis subiacuerunt, & eis sub tributo seruiturum. Inde ergo dicit Apostolus Paulus: Antichristũ nõ antea in mundum esse uenturum, nisi uenerit primum discessio, hoc est, nisi discesserit omnia regna á Romano imperio, quæ prius subdita erant. Hoc autem tempus nõdum aduenit, quia licet uideamus Romanum imperiũ ex maxima parte destructum, tamen quamdiu reges Francorum durauerint, qui Romanum imperium tenere debent. Romana dignitas ex toto non peribit, quia in regibus suis stabit. Romano imperio deficiente Antichristum regnaturũ.

DE RESVRRECTIONE mortuorum.

Libro. X. de ciuitate dei, Cap. XXIX.

Corpora sanctorum qualia in resurrectione futura sint, scrupulosius a doctis disputãtur Qualia sanctorum corpora in resurrectione futura sint potest aliquanto scrupulosius inter Christianarũ scripturarum doctissimos disputari, futura tamẽ sempiterna minime dubitamus, et talia futura quale sua resurrectiõe Christus demonstrauit exemplum. Sed qualiacunq; sint, cum incorruptibilia prorsus & immortalia in nihilq; animæ contemplationem qua in deum figitur impedientia prædicentur, uosq; etiam Philosophi dicatis esse in cœlestibus immortalia corpora immortaliter beatorum, quid est, ut & beatissimus omne corpus fugiendum esse opinamini, ut fidem Christianam quasi ratiõabiliter fugere uideamini, nisi quia illud est quod iterum dico: Christus est humilis uos superbi?

Libro XIII. Cap. XX.

De qualitate sanctorũ in resurrectione Proinde nunc sanctorum animæ defunctorum ideo nõ habent grauem mortem qua separatæ sunt á corporibus suis, quia caro eorum requiesceret in spe, quaslibet sine ullo iam sensu contumelias accepisse uideantur. Non enim sicut Platoni uisum est, corpora obliuione desiderãt, sed potius quia meminerunt quid sibi ab eo sit promissum qui nemĩnem fallit, qui eis etiam de capillorum suorum integritate securitatem dedit, resurrectionem corporũ in quibus multa dura perpessi sunt, nihil in eis ulterius tale sensuri desiderabiliter & patienter expectant. Si enim carnem suam non oderant, quando eam suæ mutui infirmitate resistentẽ spirituali iure coercebant, quanto magis eam diligũt etiam ipsam spiritalem futuram? Sicut enim spiritus carni seruiens, non incongrue carnalis, ita caro spiritui seruiẽs recte appellatur spiritalis, non quod in spiritum cõuertatur, si- .1. Cor. 15 eut non nulli putant, ex eo quod scriptum est: Seminatur corpus animale, resurget corpus spirituale, Sed quia spiritui summa & mirabili obtẽperandi facilitate subdetur, usq; ad implendam immortalitatis, indissolubilis securissimã

volum-

voluntatẽ, omni molestiæ sensum, omni coruptibilitate & tarditate detracta. Non solum enim non erit tale quale nunc est in quauis optima ualetudine, sed nec tale quidem quale fuit in primis hominibus ante peccatum. Qui licet morituræ non essent nisi peccassent, alimentis cũ ut homines utebantur, nõ rum spiritalia, sed adhuc animalia, corpora terrena gestantes. Que licet senio non ueterascerent ut necessitate perducerentur ad mortem &c.

Eodem libro Caput. XXII.

Corpora ergo iustorum qui in resurrectione futura sunt neq; ullo ligno indigebunt, quo fiat ut nullo morbo uel senectute inuetrata moriantur, neq; ullis alijs corporalibus alimentis quibus esuriẽdi atq; sitiendi qualiscunq; molestia deuitetur, quoniam certo & omnimodo inuiolabili munere immortalitatis induentur, ut non nisi uelint, possibilitate non necessitate uescantur. Quod angeli quoq; uisibiliter & tractabiliter apparentes, nõ quia indigebant sed quia uolebant & poterant, ut hominibus congruerent sui ministerij quadam humanitate fœcerunt. Non enim potestas sed egestas edẽdi ac bibendi talibus corporibus auferetur. Vnde & spiritalia erunt, non quia corpora esse desistent, sed quia spiritu uiuificante subsistent.

Corpora post resurrectionem nõ uiolabili munere immortalitatis induentur.

Caput. XXIII.

Nam sicut corpora ista quæ habẽt animã uiuentem nõdum spiritum uiuificantem, animalia dicuntur corpora, nec tamẽ animæ sunt, ita illa spiritalia uocantur corpora. Absit tũ ut spiritus ea credamus futura, sed corpora carnis habitura substantiam, sed nullam tarditatem, corruptionemq; carnalem spiritu uiuificante passura. Tunc iam non terrenus, sed cœlestis homo erit, nõ quia corpus quod de terra factum est, non ipsum erit, sed quia dono cœlesti iam tale erit, ut etiam cœlo incolendo, non amissa natura, sed mutata qualitate conueniat.

Animalia corpora q̃ dicantur

Lib. XX. Cap. VI.

Sicut ergo duæ sunt regenerationes, de quibus iam supra locutus sum, una quæ secundum fidem est, quæ nunc fit per baptismum, Alia secũdum carnem, quæ fiet in eius incorruptione atq; immortalitate per iudicium magnum atq; nouissimum. Ita sunt & resurrectiones duæ, una prima quæ nunc est & animarũ est, quæ uenire non permittit in mortem secundam, Alia secunda quæ nunc non est, sed in sæculi fine futura est, nec animarum sed corporum est, quæ per ultimum iudicium alios mittet in secundam mortem, alios in eam uitam quæ non habet mortem.

Duæ sunt resurrectiones

Eodem libro Caput VII.

Vnus dies apud dominum sicut mille anni, et mille anni sicut dies unus, sex annorũ millibus tanq̃ sex diebus impletis, sequatur uelut Sabathi septimus, in annis mille postremis, ad hoc scilicet sabbathum celebrandum, resurgentibus sanctis. Quæ opinio esset utcunq; tolerabilis, si aliquæ delitiæ spiritales in illo sabbatho affuturæ sanctis per dominii præsentiam crederentur. Nam etiam nos hoc opinatos fuimus aliquando. Sed cum eos qui tunc resurrexerint, dicãt immoderatissimis carnalibus epulis uacaturos, in quibus cibus sit tantus ac potus, ut non solum nullã modestiã teneãt, sed mecũ quoq; ipsius incredulitatis execrabiles, nullo modo ista possunt nisi à carnalibus credi. Hi autem qui spiritales sunt, istos ista credẽtes χιλιάσας appellãt græco uocabulo, qd̃ uerbũ è uerbo exprimẽtes nos possumus milliarios uocare. Eos autẽ longũ est refellere ad singula.

2. Petri 3

Hoc opinatus est eriã aliquando Augustin⁹.

Eodem lib. Cap. XX.

Sed queri solet, utrum illi quos hic uiuentes inuenturus est Christus, quorum personam in se atq; illos qui tunc secum uiuebant transfigurabat Apostolus, Thessalonicensibus scribens: Nunq̃ omnino morituri sumus, an ipso temporis puncto, quo cũ resurgentibus rapientur in nubibus obuiam Christo in aera, ad immortalitatẽ per mortem nunc celeritate transibunt. Neq; enim dicendũ est fieri non posse ut dum per aera in sublime portantur, in illo spacio & moriantur, & reuiuiscant. Quod enim dit: Et ita semper cum domino erimus, Non sic accipiendũ est, tanq̃ in aere nos dixerit semper cum domino esse mansuros, quia nec ipse utiq; ibi manebit, qua ueniens transiturus est. Venitẽ quippiam ibitur obuiã, non manemi, Sed ita cum domino erimus, id est, sic erimus semper habentes corpora sempiterna, ubicũq; cum illo fuerimus. Ad hunt autem sensum quo existimamus etiam illos quos hic uiuos inuenturus est dominus, in ipso paruo spatio & passuros mortẽ, & accepturos immortalitatẽ, ipse Apostolus uos uidetur urgere ubi dicit: In Christo omnes uiuificabuntur: Cum alio loco de ipsa loquens resurrectione corporũ dicat: Tu quod seminas non uiuificatur nisi prius moriatur. Quomodo aũt sit futurũ q̃ pro nostræ nũc ratiũculæ uiribus utcũq; conijcimus, tunc potius erit ut nosse possimus. Resurrectionẽ quippe mortuorũ futurã esse in carne, quando Christus uenturus est iudicare uiuos et mortuos, oportet si christiani esse uolumus ut credamus. Sed nõ ideo de hac re inanis est fides nostra, si quemadmodum futura sit, perfecte cõprehẽdere nõ ualemus. Lib. XXII. cap. XIII

Nihilominus Christiani sum⁹ etiam si perfecte resurrectionem cõprehẽdere non ualemus.

1. Tessa 4.

1. Cor. 15

2. Timo. 4

Abortiuos fœtus uidetur Augustinus opinari resurrecturos.

Abortiuos fœtus, qui cũ iam uixissent in utero ibi sunt mortui, resurrecturos ut affirmare ita negare non audeo, quamuis non uideam quomodo ad eos non pertineat resurrectio mortuorũ, si non eximũtur de numero mortuorũ. Aut enim non omnes mortui resurgent, & erũt aliqua humanæ animæ sine corporibus inæternũ, quæ corpora humana quamuis intra uiscera materna gestarunt, aut si omnes animæ humanæ recipiãt resurgentia sua corpora quæ habuerũt ubicunq; uiuentia & morientia reliquerunt, nõ inuenio quemadmodum dicam ad resurrectionem nõ pertinere mortuorum, quoscũq; mortuos etiam in uteris matrum. Sed utrumlibet de his quisq; sentiat, quod de iã natis infantibus dixerimus, hoc etiam de illis intelligendum est, si resurgant.

Cap. XIIII.

Infantes quomodo resurrecturi.

Quid ergo de infantibus dicturi sumus? nisi qa nõ in ea resurrecturi sunt corporis exiguitate, qua mortui? Sed q̃ eis tardius accessurũ erat tempore, hoc sunt illo Dei opere miro atq; celerrimo recepturi. In sententia quipe Domini ubi dit: Capillus capitis uestri non peribit, Dictum est nõ

Luc. 21

defuturum esse quod fuit. Non autem negatū est affuturū esse quod defuit. Defuit autē infanti mortuo perfecta quā titas sui corporis, Perfecto quippe infanti deest utiq; perfectio magnitudinis corporalis, quæ cum accesserit, iam statura longior esse non posit. Hunc perfectionis modum sic habēt omnes, ut eum illo concipiātur atq; nascantur, sed habent in ratione, non in mole, sicut ipsa iam membra omnia sunt latenter in semine, cū etiam natis nōnulla adhuc desint, sicut dentes, ac si quid eiusmodi. Secundum hanc rationem profecto in resurrectione corporis, detrimenta corporis non timemus, quia & si æqualitas futura esset omniū, ita ut omnes usq; ad gigantéas magnitudines peruenirent, nec illi qui maximi fuerunt, minus haberent aliquid in statura quod eis contra sententiā Christi periret, qui dixit: Nec capillum capitis esse perituru, Creatori utiq; qui creauit cūcta ex nihilo, quō deesse posset, unde adderet qđ addendū esse mirus artifex nosset.

Caput XV.

An ad dominici corporis modū omnium mortuorū resurrectura sint corpora

Si utiq; Christus in ea mensura corporis in qua mortuus est resurrexit, nephas est dicere, cum resurrectionis omnium tempus aduenerit, accessuram corpori eius eam magnitudinem quam nō habuit, quando in ea discipulis in qua illis erat notus apparuit, ut longissimis fieri posit æqualis. Si autem dixerimus ad dominici corporis modum, etiam quorum cūq; maiora corpora redigenda, peribit de multorum corporibus plurimum, cum ipse nec capillum perituru esse promiserit. Restat ergo ut suam recipiat quisq; mensurā, quā uel habuit in iuuentute etiam si senex est mortuus, uel fuerat habiturus si antea est defunctus.

Luc. 21

Ephes. 4

Atq; illud quod commemorauit Apostolus de mensura ætatis plenitudinis Christi, aut propter aliud intelligamus dictum esse, id est, ut illi capiti in populis Christianis accedente omnium perfectione membrorum ætatis eius mensura compleatur, aut si hoc de resurrectione corporum dictum est, sic accipiamus dictum, ut nec ultra nec infra iuuenilem formam resurgant corpora mortuorū. Sed in ea ætate & robore usque ad quā Christū hic peruenisse cogitauimus. Circa triginta quippe annos diffimerūt esse etiā sæculi huius doctissimi homines iuuentutē Quæ cum fuerit spacio proprio terminata, inde iam hominem in detrimenta uergere grauioris ac senilis ætatis, & ideo non esse dictum in mensura corporis, uel in mensuram staturæ, sed in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

Caput XVI.

Rom. 8.

Illud etiam quod ait: prædestinatos fieri conformes imagini filij Dei, potest & secūdum interiorem hominem intelligi. Vnde nobis alio loco dicit: Nolite conformari huic sæculo, sed reformamini in nouitate mentis uestræ. Vbi ergo reformemur ne conformemur huic sæculo, ibi conformamur Dei filio. Potest & sic accipi, ut quemadmodum ille nobis immortalitate, ita nos illi efficiamur immortalitate conformes, quod quidem & ad ipsam resurrectionem corporū pertinet. Si autē etiam in his uerbis qua forma resurrectura sint corpora sumus admoniti, sicut illa mensura, ita & ista conformatio non quantitatis intelligenda est sed ætatis. Resurgent itaq; omnes tam magni corpore, q̄ uel erant, uel futuri erant iuuenili ætate, quāuis nihil oberit etiā si erit infantilis uel senilis corporis forma, ubi nec mentis nec ipsius corporis illa remanebit infirmitas. Vnde si quis in eo corporis modo, in quo defunctus est resurrecturum unumquemq; contendit, non est cum illo laboriosa contradictione pugnandum.

Rom. 12.

Qualis intelligenda sit conformatio sanctorum ad imaginem filij Dei.

Caput XVII.

Nonnulli propter hoc quod dictum est: Donec occurramus omnes in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi, & conformes imagnis filij dei, nec in sexu fœmineo resurrecturas fœminas credunt. Sed in uirili omnes aiunt, quoniam Deus solum uirum fecit ex limo, fœminam ex uiro. Sed mihi melius sapere uidentur qui utrumq; sexum resurrecturū esse non dubitāt. Non enim ibidem ibi erit, quæ confusionis est causa, Nam priusquam peccassent nudi erant, & non confundebantur uir & fœmina. Corporibus ergo illis uitia detrahentur, natura seruabitur, Non est autem uitium sexus fœmineus, sed natura, quæ tunc quidem à cōcubitu et à partu immunis erit, erunt tamen membra fœminea non accommodata usui ueteri, sed decori nouo, quo non allicietur aspicientis concupiscentia, quæ nulla erit, sed dei laudetur sapientia atque clementia, qui & quod nō erat fecit, & liberauit à corruptione quod fecit. In resurrectiōe inquit Christus neq; nubent neq; uxores ducent, sed sunt sicut angeli Dei in cœlo. Aequales utiq; angelis immortalitate ac fœlicitate, non carne, sicut nec resurrectione, qua non indigueruūt angeli, quoniam nec mori potuerunt. Nuptias ergo dominus futuras esse negauit in resurrectione, non fœminas.

Ephes. 4

Rom. 8

An in suo sexu resuscitāda atq; mansura sint corpora fœminarum mortuarum.

Gene. 2

Mat. 22

Caput XIX.

Quid iam respondeam de capillis atq; unguibus? Semel quippe intellecto ita nihil perituru esse de corpore, ut deforme nihil sit in corpore, simul intelligitur ea quæ formæ fectura fuerant enormitatem mossæ ipsi accessura esse, non locis in quibus membrorū forma turpetur. Qua propter si capilli totiens tonsi unguesue defecti ad loca sua deformitur redeunt, non redibunt, nec tamen cuiq; resurgenti peribūt, quia in eādem carnem, ut quemcurq; ibi locum corporis teneāt, seruata partium congruentia materiæ mutabilitate uertentur. Quamuis quod ait Dominus: Capillus capitis uestri non peribit non de longitudine, sed de numero capillorum dictum multo aptius posit intelligi. Vnde et alibi dicit: capilli capitis uestri numerati sunt. Neq; hoc ideo dixerim, qđ aliquid existimē corpori cuiq; pituru qđ naturaliter inerat, sed qđ deforme natū fuerat

Deformia in corpore hoc mortali in resurrectione non apparitura

Luc. 21.

Luc. 12.

Caput XX.

Vnde iam etiam quæstio illa soluenda est, quæ difficilior uidetur cæteris, ubi quæritur, cū caro mortui hominis etiam alterius fit uiuentis caro, cui potius eorum in resurrectione reddatur. Si enim quispiam confectus fame atque compulsus

Quæstio de comestis humanis corporib.

compulsus uescatur cadaueribus hominum, quod malum
4. Reg. 4 aliquoties accidisse & uetus testatur historia, & nostrorũ temporum infœlicia experimenta docuerunt. Non quisq; ueridica ratione contendet, totum digestum fuisse per imos meatus, nihilq; inde in eius carne mutatũ atq; conuersum, tum ipsa macies quæ fuit & non est, satis indicet quæ illis escis detrimenta suppleta sint. Iam itaq; aliqua præmisi
8 pauloante, quæ ad istum quoq; nodum soluendũ ualere debebunt. Quicquid enim carnium exhausit fames, utiq; in auras est exhalatum, unde diximus omnipotentem Deum posse reuocare qđ fugit. Reddetur ergo caro illa homini, in quo esse caro humana primitus cœpit, Ab illo quippe altero tãquã mutuo sumpto deputãda est, quæ sicut æs alienum reddenda est unde sumpta est. Sua uero illi quem fames exinaniuerat, ab eo qui potest etiam exhalata reuocare reddetur.

Eodem Cap. in fine.

Si contenditur in ea quemq; statura corporis resurrecturum esse in qua defunctus est, non pugnaciter resistendum est, tantum absit omnis deformitas, omnis infirmitas, omnis tarditas, omnisq; corruptio. Et si quid aliud nõ decet regnum in quo resurrectionis & promissionis filij æquales erunt angelis dei, si non corpore, non ætate, certe fœlicitate, &c.

Cap. XXI.

Restituetur ergo & quicquid de corporibus uiuis, uel post mortem de cadaueribus perijt, et simul cum eo quod in sepulchris remansit, in spiritalis corporis nouitatẽ exanimalis corporis uetustate mutatum resurget in corruptione atq; immortalitate uestitum. Sed etsi uel aliquo casu graui uel inimicorum immanitate totum penitus conteratur in puluerem atq; in auras, uel in aquas dispersum quãtum fieri potest, nusquã esse sinatur, omnino nullo modo subtrahi poterit omnipotentiæ creatoris, sed capillus in eo capitis non peribit. Erit ergo spiritui subdita caro spiritalis, sed tamen caro non spiritus, sicut carni subditus fuit spiritus ipse carnalis, sed tamen spiritus non caro. Quæ sit autem & quàm magna spiritalis corporis gratia, quæ nõdum uenit in experimentum, uereor ne temerarium sit omne quod de illa proferetur eloquium.

Nihil omnipotentiæ Dei creatoris subtrahere Luc. 21

Caput XXVII.

Singula quædam dixerunt Plato atq; Porphirius, quæ si inter se cõmunicare potuissent, facti essent fortasse Christiani. Plato dixit sine corporibus animas inæternum esse non posse, Ideo enim dixit etiam sapientium animas post quamlibet longum tempus, tamen ad corpora redituras. Porphirius autem dixit animam purgatissimam cum redierit ad patrem, ad hæc mala mundi nunquam esse rediturum. Dicat itaq; cum Platone Porphirius, redibunt ad corpora, dicat Plato cum Porphirio, non redibunt ad mala, & ad ea corpora redire consentient, in quibus nulla mala patiantur. Hæc itaque non erunt nisi illa quæ promisit Deus, beatas animas inæternum cum sua æterna carne facturus.

Platonis et Porphyrij de anima opiniones.

Caput XXVIII.

Nonnulli nostrum propter quoddam præclarissimum loquendi genus & propter nonnulla quæ ueraciter sensit, amantes Platonẽ, dicũt eũ aliqđ simile nobis etiã de mortuorũ resurrectione sensisse. Quod quidẽ sic tangit in libris de republica Tullius, ut eum lusisse potius quam quod id uerum esset affirmando dicere uoluisse. Inducit enim hominem reuixisse, & narrasse quædam quæ Platonicis disputationibus congruebant. Labeo etiam duos dicit uno die fuisse defunctos, & occurrisse inuicem in quodam compito, deinde ad corpora sua iussos fuisse remeare, & constituisse inter se amicos se esse uicturos, atque ita esse factũ donec postea morerentur. Sed isti auctores talem resurrectionem corporis factam fuisse narrarunt, quales fuerũt eorum quos resurrexisse nouimus, & huic quidem redditos uitæ, sed non eo modo ut non morerentur ulterius. Mirabilius aũt quoddam Marcus Varro ponit in libris quos scripsit de gente populi Romani, cuius putaui uerba ipsa ponẽda. Genethliaci quidam scripserunt, inquit, esse in renascendis hominibus, quã appellãt παλιγγενεσιαν græci, hanc scripserunt confici in annis numero quadringentis quadraginta, ut idem corpus & eadem anima quæ fuerat conuncta in homine aliquando, eadem rursus redeant in conunctionem, &c.

Quid ad ueram resurrectionis fidẽ uel Plato uel Labeo uel etiam Varro conferre potuerint, si opiniones eorum in unã sententiam cõuenissent

Ad Ianuarium epistola CXIX

Hic igitur uniuersa ecclesia quæ in peregrinatiõe mortalitatis inuenta est, expectat in fine sæculi quod in domini nostri Iesu Christi corpore præmonstratum est, qui est ex mortuis primogenitus, quia et corpus eius cuius caput est ipse, nonnisi ecclesia est. Nonnulli enim attendentes uerba quæ assidue dicit Apostolus: Quia & mortui sumus eũ Christo & resurreximus cum eo. Nec intelligentes quæ=nus dicatur, arbitrati sunt iam factam esse resurrectionẽ. nec ullam ulterius in fine temporum esse sperandam. Ex quibus est inquit Hymenæus & Philetus, qui circa ueritatem aberrauerunt, dicentes resurrectionẽ iam factam esse, & fidem quorundam subuerterunt. Idem Apostolus eos arguens detestatur, qui tamen dicit nos resurrexisse cum Christo? Vnde? nisi quia hoc per fidem & spem & dilectionem factum esse dicit in nobis secundũ primitias spiritus? Sed quia spes quæ uidetur non est spes, & ideo si quod nõ uidemus speramus, per patientiam expectantes, restat utiq; redemptio corporis nostri, quam expectantes in nobismetipsis ingemiscimus. Vnde est illud spe gaudentes, in tribulatione patientes.

2. Timo. 2

Resurrectionẽ iam factã esse quidam crediderunt.

Rom. 8

Rom. 12

Ad Consentium epistola CXLVI.

Quæris utrum nunc corpus Domini ossa et sanguinẽ habeat, aut reliqua carnis lineamenta. Quid si adderes, utrũ etiam uestimenta, nõne augeretur quæstio? Qua causa? nisi quia ea quæ in usu uitæ huius nostræ corruptibilia nouimus sine corruptione cogitare uix possumus, cum diuinorum miraculorum quædam documenta iam data sint, ex quibus liceat cõiectare maiora. Nam si uestis Israhelitarũ per tot annos in Eremo sine tritura esse potuit, si mortici-

Quæstio de Christi glorificato post resurrectionem corporis.

na pellis calceamẽtorum tamdiu sine labe durauit, Potest ubiq; Deus quorumlibet corporum per quantũ uoluerit tempus incorruptam protendere qualitatem. Ego proinde domini corpus ita in cœlo esse credo, ut erat quando ascendit in cœlum. Dixerat autem discipulis (ut in Euangelio legimus) de sua resurrectione dubitantibus, & illud qđ uidebant non corpus, sed spiritum esse putantibus: Videte manus meas & pedes meos, Palpate et uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Sic eorum cum esset in terra contrectatus est manibus, sic eorum est cum iret in cœlum deductus aspectibus. Ibi uox angelica sonuit: Sic ueniet quemadmodũ eum uidetis euntem in cœlum. Fides assit, & nulla quæstio remanebit. Nisi forte de sanguine requirendum est, quia cum dixisset: Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, non addit sanguinem. Non ergo & nos addamus inquirere, quod ille non addidit dicere. Et de compendio (si placet) finita sit quæstio. Fortassis enim accepta occasiõe sanguinis urgebit nos molestior persecutator & dicet. Si sanguis, cur non & pituita, cur non & fel flauum, & fel nigrum, quibus quatuor humoribus naturam carnis temperari etiã medicinæ disciplina testatur. Sed quodlibet quisq; addat, corruptionẽ addere caueat, ne suæ fidei sanitatẽ castitatemq; corrumpat. Ex consuetudine rerum expertarũ inexpertæ opera diuina, infirmitas metitur humana, et arguta se arbitratur garrire cum dicit: si caro et sanguis est, si sanguis & cæteri humores, si cæteri humores, ergo & corruptio, &c.

Luce.24.

Actor.1.

In eadem epistola.

Caro quippe erit post resurrectionem, quoniam dominus post resurrectionem ait: Palpate & uidete, quia spiritus ossa & carnem non habet sicut me uidetis habere. Caro autem non erit, quoniam caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Exponit quid dixerit adijciens: Ecce mysterium uobis dico: Omnes quidẽ resurgemus, Vel sicut græci codices habent: Omnes quidem dormiemus, non tamen omnes immutabimur. Hanc mutationem uerum in deterius an in melius intelligi uoluerit, inferiora demonstrant. In atomo (inquit) hoc est in puncto temporis quod diuidi non potest, In ictu oculi, hoc est, in summa celeritate, in nouissima tuba, hoc est, in nouissimo signo quod dabitur ut ista compleantur. Cantat enim tuba (inquit) & mortui resurgunt incorrupti, et nos ecommutabimur. Ergo istam commutationẽ in melius sine dubitatiõe oportet intelligi, quia omnes & iusti & iniusti resurrecturi sunt. Sed sicut dominus in Euangelio loquitur: Qui bene fecerunt in resurrectionẽ uitæ, qui male egerũt in resurrectionem iudicij.

Omnes resurrecturi sunt.

In psalm. XXIX. expolitione II.

Quia resurrexit caput uestrum. Hoc sperate membra quod credidistis in capite. Prouerbium est antiquum & uerum, ubi caput & cætera membra. Christus in cœlum ascendit, quo nos secuturi sumus. Non remansit apud inferos, resurrexit iam non moritur. Cum resurrexerimus & nos, iam non moriemur, &c.

Vbi caput ibi et cætera membra Mar. 16 Actor. 1

In Psalmum LXXII.

Quemodo animæ nostræ promittitur beatitudo, sic et carni nostræ promittitur resurrectio. Resurrectio carnis talis nobis promittitur. Audite & discite & tenete quæ sit spes Christianorum. Quare sumus Christiani? Non enim ad hoc sumus Christiani, ut terrenam nobis fœlicitatem petamus quam plerumq; habent & latrones & scelerati, ad aliam fœlicitatem nos sumus Christiani, quam tunc accipiemus cum uita ista huius sæculi tota transierit. Ergo promittitur & nobis carnis resurrectio, & talis nobis resurrectio carnis promittitur, ut caro quidẽ ista quã modo portamus resurgat in finem. Nec incredibile uobis uideatur. Si enim deus fecit nos qui nõ eramus. Ergo hoc uobis incredibile non uideatur, quia putrescere mortuos uidetis, et ire in cinerem & in puluerem. Aut si incẽdatur aliquis mortuus, aut si canes dilanient cum putatis quia inde non erit resurrecturus? Omnia quæ discerpuntur, & in fauillas quasdam putrescunt, integra Deo sunt. In illa enim elemẽta mundi eunt unde primo uenerunt. Quando facti sumus, non illa uidemus, sed tamen Deus unde scit producet illa, quia et anteq̃ essemus, unde sciebat nos produxit. Talis ergo resurrectio nobis promittitur, ut quamuis ipsa sit caro quam modo portamus quæ resurrectura est, tamen non habeat corruptionem quam modo habet.

Quomodo animæ beatitudo ita corpori resurrectio promittitur

In Psalmum LXXXVIII. Sermo II.

In nullare tam uehementer, tam pertinaciter, tam obnixe & contentiose cõtradicitur fidei Christianæ, sicut de carnis resurrectiõe. Nam et de animi immortalitate multi etiam Philosophi Gentium multa disputauerunt, & immortalem esse animum humanum pluribus & multiplicibus libris conscriptum memoriæ reliquerunt. Cum uentũ fuerit ad resurrectionem carnis, non tubabant, sed apertissime contradicunt. & contradictio eorum talis est, ut dicant fieri non posse, ut caro ista terrena possit in cœlum ascendere, &c.

Carnis resurrectioni pertinacissime a philosophis cõtradicitur.

In Euangelium Ioannis, Tractatu. XXIII.

Sicut enim pater suscitat mortuos & uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. De resurrectione animarũ dictũ est hoc: Quid de resurrectione corporum? Redit et dicit: Neq; enim pater iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. Resurrectio animarum fit per substantiam patris & filij æternam & incommutabilem, Resurrectio uero corporum fit per dispensationẽ humanitatis filij temporalem non patri coæternam. Ideo cum memoraret iudicium ubi fieret resurrectio corporum. Non enim pater, inquit, iudicat quenquam, sed omne iudicium dedit filio. De resurrectione autem animarum, sicut pater suscitat mortuos et uiuificat, sic & filius quos uult uiuificat. Illud ergo simul pater & filius. Hoc aũt de resurrectione corporũ, nõ iudicat pater quenquam, sed omne iudicium dedit filio, ut omnes honorificent filium, sicut honorificant patrem.

Ioannis. 5

Resurrectio corporum fit per dispensationem humanitatis filij temporalis.

Tra-

Tractatu XLIX.

Plus est homines creare, quàm resuscitare.

Tractatu LXXV.

Ioan. 14. Duæ resurrectiones, duobus uerbis insinuantur.

Vos autem, inquit Christus ad discipulos, uidetis me, quia ego uiuo, & uos uiuetis. Quid est quia ego uiuo & uos uiuetis? Duas ergo resurrectiones, suam scilicet mox futuram, & nostram in sæculi fine uenturam: duobus uerbis præsentis temporis et futuri, eleganter breuiterq; prosiuit. Quia ego, inquit, uiuo, & uos uiuetis: quia uiuit ideo & nos uiuemus. Per hominem quippe mors, & per hominem resurrectio mortuorum: Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur, quoniam nemo ad mortem nisi per illum, nemo ad uitam nisi per Christum. Quia nobis uiximus, mortui sumus: quia uiuit ipse, uiuemus nos. Mortui sumus illi, quando uiximus nobis. Quia uero mortuus est ille pro nobis, & sibi uiuit & nobis.

1. Corin. 15

Libro XXI. sententiarum, Sentent. VII.

Excepto eo quod omni fide dignũ est, nihil deum non posse, tali etiam ratiocinatione colligi potest, non esse contra naturam, ut resurgat hoc corpus. Vniuersum corpus, quod etiam huius mundi sensibilis cœli et terræ nomine significatur est aliquo modo. Omne autem quod est aliquo modo, neq; tamen summo modo, eius speciei participatione est, in quantumcunq; est, qui summo modo est, qua cumtenetur ordinatas quasq; cõmutatiões pati potest, non autem esse omnino corpus non potest. Si enim omnino corpus nõ erit, aut nihil erit, aut aliquid melius. Sed nihil esse non sinitur obtinente specie quæ semper manet, & uere summeq; est, melius autem aliquid esse quàm corpus non potest, quia & corporis uniuersi certus est modus, et eorum quæ incorporea facta sunt, numerus augeri non indiget, et nõ est opus aliquam nouam naturam fieri quasi aut non omnia facta fuerint, aut in locum alicuius quæ perierit alia substituenda sit, cum et perfecte facta sine omnia, & ea gubernentur prouidentia, secundum speciem semper manentem, ut ordinatæ mutabilitati, et per hoc immutantis quãdam manentiam cedat natura sensibilis, atq; ita in suo genere teneatur, modumq; custodiat proprium. Ex quo fit ut corpus omne aliter atq; aliter sit corpus, tamen esse nõ desinat, ita uniuersæ naturæ salua sunt omnia, qua sensibus nostris discedunt, & interire penitus existimantur. Vnde non mirum est, si hoc corpus modum istũ suum, quo nunc est, inquantum est recipiat, aut meliorem aliquẽ sortiatur cum is qui uocatur interitus discessio in alios modos sit nõ omnino peremptio.

Ratiocinatõe tali colligetur non esse contra naturam, ut reiurgant corpora.

De Agone Christiano. Cap. XXXII.

Contra negantes carnis reiurrectionem. 1. Corin. 15

Nec eos audiamus, qui carnis resurrectionem futuram negant, & cõmemorant quòd ait Apostolus, Caro & sanguis regnum dei non possidebunt, non intelligentes, quòd idem ipse dicit Apostolus, Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum enim hoc factum fuerit, iam non erit caro & sanguis, sed cœleste corpus. Quod & dominus promittit cum dicit: Neq; nubent, neq; uxores ducent, sed erunt æquales ängelis dei. Non enim iam hominibus, sed deo uiuent, cum æquales angelis facti fuerint. Immutabitur ergo caro & sanguis, & fiet corpus cœleste & angelicum. Et mortui enim resurgent incorrupti, & nos immutabimur ut & illud uerum sit quod resurget caro &, illud uerum, quod & caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Matth. 22. 1. Corin. 15

De doctrina Christiana, Lib. I. Cap. XX.

Qui sint resurrecturi ad æternam uitam et pœnam.

Cuius autem animus non moritur huic sæculo, neq; incipit configurari ueritati, in grauiorẽ mortem morte corporis trahitur, neq; ad commutationem cœlestis habitationis, sed ad luenda supplicia reuiuiscet.

Cap. XXI. Eodem lib.

Resurrectio omnũ futura est.

Hoc itaq; fides habet, atq; ita rem se habere credẽdum est, neq; animum neq; corpus humanum omnino interitũ pati, sed impios resurgere ad pœnas inæstimabiles: Pios autem ad uitam æternam.

Ad Laurentium enchiridion, Cap. LXXXIIII.

De generali resurrectione.

Iam uero de resurrectione carnis, non sicut quidam resuixere, iterumq; sunt mortui, sed in æternam uitam, sicut Christi ipsius caro resurrexit, quemadmodũ possim breuiter disputare, & omnibus quæstionibus, quæ de hac re moueri adsolent, satisfacere non inuenio. Resurrecturam tamen carnem omnium quicunq; nati sunt hominum, atq; nascentur, & mortui sunt atq; morientur, nullo modo dubitare debet Christianus.

Cap. LXXXV.

Abortiui fœtus an resurrecturi sint.

Vnde primo occurrit de abortiuis fœtibus quæstio, qui iam quidem nati sunt in uteris matrũ, sed nondũm ita ut iam possint renasci. Si enim resurrecturos eos dixerimus, de his qui iam formati sunt, tollerari potest utcunq; quod dicitur. Informes uero abortus quis non procliuius perire arbitretur, sicut femina quæ concepta non fuerint? Sed quis negare audeat, & si adfirmare non audeat, id actura resurrectionem, ut quicquid formæ defuit impleatur? Atq; ita non desit perfectio, quæ accessura erat tempore, quemadmodum non erunt uitia, quæ acceſſerunt tempore, ut neq; in eo quod aptum & congruum dies allaturi fuerant, natura fraudetur: neq; in eo quod aduersum atq; contrarium dies attulerant natura turpetur, sed integretur quod nondum erat integrum, sicut instaurabitur quod fuerat uitiatum.

Cap. LXXXVI.

In utero matris quando quis uiuere incipiat.

Ac per hoc scrupulosissimè quidem inter doctissimos queri ac disputari potest, quod utrum ab homine inueniri possit ignoro, quando incipiat homo in utero uiuere. Vtrum sit quædam uita occulta, quæ nondum motibus

uiuentis appareat. Nam negare uixisse puerperia, quæ propterea membratim execantur, & eijciuntur ex uteris prægnantium, ne matres quoq; si mortuæ ibi relinquantur occidant, impudentia nimia uidetur. Ex quo autem incipit homo uiuere, ex illo utiq; iam mori potest. Mortuus uero, ubicunq; illi mors potuit euenire, quomodo non ad resurrectionem non pertineat mortuorum reperire non possum.

Cap. LXXXVII.

De mõstris quæ nascuntur, & cito moriuntur.

Neq; enim & monstra quæ nascuntur & uiuunt, quamlibet cito moriantur, aut resurrectura negabuntur, aut ita uitiata resurrectura credenda sunt, ac non potius correcta emendataq; natura. Absit enim ut illum bimembrem, qui nuper natus est in oriente, de quo & fratres fidelissimi, qui eum uiderunt retulerunt, & sanctæ memoriæ Hieronymus præsbyter scriptum reliquit. Absit inquam, ut unum hominem duplicem ac non potius duos, quod futurum fuerat, si gemini nascerentur, resurrecturos existimemus. Ita cætera quæ singuli quiq; partus uel amplius uel minus aliquid habendo, uel quadam nimia deformitate monstra dicuntur, ad humanæ naturæ figuram resurrectione reuocabuntur, ita ut singulæ animæ singula sua corpora obtineant, nullis cohærentibus etiam quæcunq; cohærentia nata fuerant, sed seorsum sibi singulis sua membra gestantibus, quibus humani corporis completur integritas.

De quodã bimembri.

Cap. LXXXVIII.

Caro quomodocunq; mutetur animæ tamen resurrecturę reuocabit.

Non autem perit deo terrena materies, de qua mortalium creatur caro, sed in quemlibet puluerem cineremue soluatur, in quoslibet halitus auraſq; diffugiat, in quamcunq; aliorum corporum substantiam, uel in ipsa elementa uertatur, in quorumcunq; animalium etiam hominum cibum cedat, carnemq; mutetur, illi animæ humanæ puncto temporis redit, quæ illam primitus ut homo fieret, cresceret, uiueret, animauit.

Cap. LXXXIX.

Caro quomodo reformetur ad resurrectionẽ ex pulueribus.

Ipsa itaq; terrena materies, quæ discedente anima sit cadauer, non ita resurrectione reparabitur, ut ea quæ dilabuntur in alias atq; alias aliarum rerum species formasq; uertuntur, quamuis ad corpus redeant unde lapsa sunt, ad easdem quoq; corporis partes, ubi fuerunt, redire necesse sit. Alioqui si capillis capitis redit quòd tam crebra tonsura detraxit, si unguibus quòd totiens demptis exectio immoderata & indecens cogitantibus, & ideo resurrectionem carnis non credentibus occurrit informitas. Sed quemadmodum si statua cuiuslibet solubilis metalli aut igne liqueſceret, aut contereretur in puluerem, aut confunderetur in moſſam, & eam uellet artifex rursus ex illius materiæ quantitate reparare, nihil interesset ad eius integritatem, quæ particula materiæ cui membro statuæ redderetur, dum tamen totum ex quo constituta fuerat, restituta resumeret. Im deus mirabiliter atq; ineffabiliter artifex, de toto quo caro nostra constiterat, eam mirabili & ineffabili celeritate restituet. Nec aliquid attinebit ad eius reintegrationem, utrum capilli ad capillos redeant, & ungues ad ungues, an quicquid eorum perierat mutatur in carnem, & in partes alias corporis reuocetur, curante artificis prouidentia, ne quid indecens fiat.

Cap. XC.

Vtrum æquales an diuersæ futuræ sint statuæ uel figuræ resurgentium corporum.

Nec illud est consequens, ut ideo diuersa sit statura reuiuiscentium singulorum, quia fuerat diuersa uiuentium, aut macri cum eadem macie, aut pingues cum eadem pinguedine reuiuiscant. Sed si hoc est in consilio creatoris, ut in effigie sua cuiusq; proprietas & discernibilis similitudo seruetur, In cæteris autem corporis bonis æqualia cuncta reddantur, ita modificabitur illa in unoquoq; materies, ut nec aliquid ex ea pereat, & quod alicui defuerit ille suppleat, qui enam de nihilo potuit quod uoluit operari. Si autem in corporibus resurgentium rationabilis inæqualitas erit, sicut est uocum, quibus cantus impletur: hoc fiet cuiq; de materia corporis sui, quòd & hominem reddat æqualem angelicis cœtibus, & nihil inconueniens eorum ingerat sensibus. Indecorum quippe aliquid ibi non erit sed quicquid futurum est, hoc decebit, quia nec futurum est si non decebit.

Eodem libro, Cap. XCI.

Qualiter resurgant corpora mortuorum.

Resurgent igitur sanctorum corpora sine ullo uitio, sine ulla deformitate, sicut sine ulla deformitate, sicut sine ulla corruptione, onere, difficultate. In quibus tanta facilitas resurgendi, quanta fœlicitas erit. Propter quod & spiritalia dicta sunt, cum proculdubio corpora sint futura, non spiritus. Sed sicut nunc corpus animale dicitur, quod tamen corpus non anima est, ita tunc spiritale corpus erit, corpus tamen non spiritus erit. Proinde quantum attinet ad corruptionem, quæ nunc adgrauat animam, & ad uitia, quibus caro aduersus spiritum concupiscit, tunc non erit caro, sed corpus, quia & cœlestia corpora perhibentur. Propter quod dictum est: Caro & sanguis regnum dei non possidebunt. Et tanquam exponens quid dixerit: Neq; corruptio, inquit, incorruptionem possidebit. Quod prius dixit, caro & sanguis hoc posterius dixit, corruptio: & quod prius regnum dei, hoc posterius incorruptionem. Quantum autem attinet ad substantiam, etiam tunc caro erit. Propter quod & post resurrectionem corpus Christi caro appellatum est. Sed ideo ait Apostolus: Seminatur corpus animale, resurget corpus spiritale. Quoniam tanta erit tunc concordia carnis & spiritus, uiuificante spiritu sine sustinaculi alicuius indigentia subdita carne, ut nihil nobis repugnet ex nobis, sed sicut foris nemunem, ita nec intus nosipsos patiamur inimicos.

1. Corin. 15

Sapient. 9. Galat. 5.

1. Corin. 15

Luce 24.

1. Corin. 15

De Hæresibus, Cap. XVIII. XX. & XXI.

Caiani

Caiani, Archontici, & Cerdoniani hæretici carnis & mortuorum negant resurrectionem.

De uerbis Apostoli, Serm. XXIII.

Hi carnis resurrectionem nõ credunt. Hierem. 17.

Carnis resurrectionem non credunt qui dicunt, quis huc inde reuersus est? Credituros se uolunt uideri, si quis parentum suorum reuiuiscceret. Sed maledictus homo qui spem suam ponit in homine. Ideo ergo deus homo factus, mori & resurgere uoluit, ut & quod futurum esset homini, in hominis carne ostenderetur, & deo tamen non homini crederetur. Et certè ecclesia fidelium, toto orbe diffusa, Roman. 4. iam ante oculos eorũ est. Legunt eam ante tot sæcula uni homini permissam, qui contra spem in spem credidit, ut fieret pater multarum gentium. Quod ergo uni Abrahæ credenti promissum est, iam uidemus impletum, & quod uniuerso orbi promittitur credenti, desperamus esse uenturum? Eam nunc & dicant: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Illi se adhuc cras dicunt morituros, Veritas autem illos, iam cum ista dicunt inuenit mortuos. Vos autem fratres, filij resurrectionis, ciues sanctorum angelorum, dei hæredes et Christi cohæredes: Cauete imitari eos, qui cras sperando moriuntur, & hodie bibendo 1. Corin. 15 sepeliuntur: Sed sicut dicit idem Apostolus: Ne corrumpãt uestros mores bonos colloquia mala: Sobrij estote iusti, & nolite peccare.

Sermon. XXXIIII.

Resurrectio mortuorum a gentilibus nos discernit.

Hoc præcipuè Christianos à gentili errore secernit, quia illi tantummodo hanc uitam esse credunt, & ideo sine deo esse, & diuersis peccatis atq; criminibus non metuunt inquinari: Nos uero ita in hac uita conuersemur, ut nos ad aliam præparemus, in qua & bonis bona, & malis mala 1. Corin. 15 retribuerentur, sicut dixit Apostolus: Omnes nos manifestari oportet ante tribunal Christi, ut recipiat unusquisq; prout gessit, siue bona siue mala. Sicut hic modo adstamus in ecclesia, & nos inuicem præsentes adspicimus, ita etiam post resurrectionem mortuorum adstituri sumus ante tribunal Christi. Hanc enim etiam ipsam animam tunc habebimus quam modo habemus, & in hoc ipso quo nunc induimur sumus corpore resuscitandi. Nemo ergo fratres mei charissimi, de resurrectione desperet, in qua Christianorum spes tota consistit. Plus enim est facere quod nunquàm fuit, quàm reparare quod fuit. Tota etiam huius mundi administratio testimonium est resurrectionis nostræ. Et qui dominum Iesum resurrexisse à mortuis confitetur, nec de sua poterit dubitare.

Sermon. CLIII. de tempore.

Adhibuit dominus Iesus speciem corporis hominis sensibus, ad confirmandam carnis resurrectionem. Nihil nos docere uoluit ostendendo se uiuum in corpore post resurrectionem suam, nisi ut credatur à nobis resurrec- 1. Corin. 4. tio mortuorum, donec ueniat dominus, & illuminet abscondita tenebrarum. Quid est hoc? Audi quod sequitur, & manifestabit cogitationes cordis. Cor uidere dei est, hominum autem non est, nisi de his quæ manifesta sunt iudicare. Modo ergo cogitationes nostræ nobis ipsis singulis quibusq; in luce sunt, quia nouimus eas, sed proximis nostris in tenebris sunt, quia non uident eas. Ibi quòd nos ipsi te cogitare, & alter sciturus est: ibi erit inuicem agnitio. Sic uidebunt omnes & multò excellentius quomodo hic solent uidere Prophetæ.

Post resurrectionẽ perfecta erit inuicem agnitio.

De Ecclesiasticis dogmatibus, Cap. VII.

Omnium enim hominum erit resurrectio, si omnium erit, ergo omnes moriuntur, ut mors ab Adam ducta omnibus filijs eius dominetur, & maneat illud priuilegium in domino, quòd de eo specialiter dicitur: Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem, eius enim caro non uidit corruptionem. Hanc rationem maxima patrum turba tradente suscepimus. Verum quia sunt & alij æquè catholici & eruditi uiri, qui credunt animam in corpore manente immutandos ad incorruptionem & immortalitatem eos, qui in aduentu domini uiui inueniendi sunt, & hoc eis reputari pro resurrectione ex mortuis, quòd mortalitatem immutatione deponant, non morte. Quolibet quis acquiescat modo, non est hæreticus, nisi ex contentione hæreticus fiat. Sufficit enim in ecclesiæ lege carnis resurrectionem credere futuram de morte.

De uiuis qui in resurrectiõe mortuorum reperientur, quid sentiendum.

Eodem libro Cap. LXXVII.

In resurrectione ex mortuis sexus forma non mutabitur, sed uir mortuus resurget in forma uiri, & fœmina in forma fœminæ, carens tamen sexuum in hac uita conditione non specie naturali, ne non sit uera resurrectio, si non id resurget quod cadit.

In resurrectione sexus non immutabitur.

Libro de fide & symbolo, Cap. X.

Ideo credimus & carnis resurrectionem, non tantum quia reparatur anima, quæ nunc propter carnales adfectiones caro nominatur, sed hæc etiam uisibilis caro, quæ naturaliter est caro, cuius anima non propter naturam, sed propter adfectiones carnales accepit. Hæc ergo uisibilis, quæ caro propriè dicitur, sine dubitatione credenda est resurgere, uidetur paulus Apostolus eam tanquàm digito suo ostendere, cum dicit: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem. Cum enim dicis hoc, in eam quasi digitum intendit: Quod autem uisibile est, id potest digito ostendi, quoniam posset & anima corruptibilis dici: Nam uitijs morum ipsa corrumpitur. Et mortale hoc induere immortalitatem, cum legitur, eadem significatur uisibilis caro, quia in eam identidem uelut digitus intenditur. Potest enim & anima sicut corruptibilis propter morum uitia, ita etiam mortalis dici. Mors quippe animæ est apostatare à deo, quòd primum eius peccatum in paradiso sacris literis continetur. Resurget igitur corpus secundum Christianam fidem, quæ fallere non potest. Quod 1. Corin. 15

cui

Nō amplius caro & sanguis, sed tantum corpus.

cui uidetur incredibile, qualis nunc sit caro attendit, qualis autem futura sit non considerat, quia illo tempore immutationis angelicæ non iam caro erit & sanguis, sed tantum corpus. Cum enim de carne Apostolus loqueretur: Alia, inquit, caro pecorum, alia uolucrum, alia piscium, alia serpentum, & corpora cœlestia, & corpora terrestria. Non enim dixit caro cœlestis, dixit autem cœlestia & terrestria corpora: Omnis etiam caro & corpus est, non autem omne corpus caro est. Caro enim nostra utiq; ex terra est philosophorum argumentis sæpius resurrectioni carnis resistitur, quibus adserunt nullum posse esse ternum corpus in cœlo, quodlibet corpus in omne corpus conuerti & mutari posse concedunt. Qua corporis resurrectione facta à temporis conditione liberati, æterna uita ineffabili charitate atq; stabilitate sine corruptione perfruemur. Tunc enim fiet illud quod scriptum est: Absorpta est mors in uictoria. Vbi est mors aculeus tuus, ubi est mors contentio tua?

1. Corin. 15

DE EXRTEMO IVDITIO.

In Euangelium Ioannis, Tractatu XXI.

In iuditio Christus apparebit.

Omnino est quidam intellectus uerus, fortis, si quomodo eũ tenere possumus, quia pater non iudicat quenquam, sed omne iuditium dedit filio. Hoc enim dictum est, quia hominibus in iuditio non apparebit nisi filius, pater occultus erit, filius manifestus. In quo erit filius manifestus? In forma qua adscendit: Nam in forma dei cum patre occultus est, in forma serui hominibus manifestus. Non ergo pater iudicat quenquam, sed in manifesto omne iuditum dedit filio: hoc enim dictum est, quia hominibus in iuditio non apparebit nisi filius, sed in manifesto. In quo manifesto iuditio filius iudicabit, quia ipse iudicandis apparebit. Euidentius nobis ostendit scriptura, quia ipse apparebit.

Act. 1.

Quadragesimo die post resurrectionem suam adscendit in cœlum, uidentibus discipulis suis, & uox illis angelica, Viri inquit, Galilæi, quid statis adspicientes in cœlũ? Iste qui adsumptus est à uobis in cœlum, sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in cœlũ. Quomodo eum uidebant ire? In carne quam tetigerunt, quam palpauerunt, cuius etiam cicatrices tangendo sibi probauerunt, in illo corpore in quo cum eis intrauit & exiuit per quadraginta dies, manifestans se eis in ueritate, non in aliqua falsitate, non phantasmate, non umbra, non spiritu, sed quemadmodum ipse dixit non fallens: Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Est quidem illud iam corpus dignum cœlesti habitatione, non subiacens morti, non mutabile per ætates.

Luce 24.

Non enim sicut ad illam ætatem ab infantia creuerat, sic ab ætate quæ iuuentus erat, uergit in senectutem: Manet sicut adscendit, uenturus ad eos quibus antequam ueniat, uerbum suum uoluit prædicare. Sic enim uenuet in forma humana. Hanc uidebunt & impij, uidebunt & ad dexteram positi, uidebunt ad sinistram separati, sicut scriptum est: Videbunt in quem pupugerunt. Si uidebunt in quem pupugerunt, corpus ipsum uidebunt, quod lancea percusserunt. Lancea non percutitur uerbum. In hoc enim impij uidere potuerunt, quòd & uulnerare potuerunt, latentem deum in corpore non uidebunt: Post iuditium uidebitur ab his, qui ad dexteram erunt. Hoc est ergo quod ait: Pater non iudicat quenquam, sed omne iuditum dedit filio, quia manifestus ad iuditium ueniet filius in humano corpore apparens, hominibus dicens ad dextris: Venite benedicti patris mei &c.

Ioan. 19. Zachar. 12 Apocal. 1.

Matth. 25.

Post pauca ibidem.

Videbitur ab omnibus hominibus in iuditio Christi humanitas.

Ecce uidebitur forma hominis Christi in iuditio à pijs & impijs, à iustis & ab iniustis, à fidelibus & ab infidelibus, à gaudentibus & plangentibus, à confisis & confusis &c.

De fide & symbolo, Cap. VIII.

Christus iudicatur⁹ est uiuos & mortuos.

Credimus etiam Christum uenturum conuenientissimo tempore, & iudicaturum uiuos & mortuos. Siue istis nominibus iusti & peccatores significentur, siue quos tunc ante mortem nostram in terris inuenturus est appellati sunt uiui, mortui uero qui eius aduentu resurrecturi sunt, hæc dispensatio temporalis non tantum est sicut illa generatio secundum deum, sed etiam fuit & erit. Nam sicut dominus noster in terris, & nunc est in cœlis, & erit in claritate iudex uiuorum atq; mortuorum: ita enim uenit sicut adscendit, secundum auctoritatem qui in actibus Apostolorum continetur. Ex hac itaq; temporali dispensatione loquitur in Apocalypsi, ubi scriptum est: Hæc dicit qui est, & qui fuit, & qui uenturus est.

Act. 1.

Apocal. 1.

LXXXIII. Quæstionum liber, Quæstion. LVIII.

Sex ætates hominis.

Finis sæculorum tanquàm senectutem ueteris hominis, cum totum genus humanũ tanquàm unum hominem constituerit, sexta ætate signatur, qua dominus uenit. Sunt enim ætates sex etiam in uno homine, infantia, pueritia, adolescentia, iuuentus, grauitas, senectus: Prima itaq; generis humani ætas est ab Adam usq; ad Noë. Secunda à Noë usq; ad Abraham, qui articuli sunt euidentissimi & notissimi. Tertia ab Abraham usq; ad Dauid, sic enim Euangelista Matthæus partitur. Quarta à Dauid usq; ad transmigrationem in Babyloniam. Quinta à transmigratione in Babyloniam usq; ad aduentum domini. Sexta ab aduentu domini usq; in finem sæculi speranda est, qua exterior homo tanquàm senectute corrumpitur, qui etiam uetus dicitur, & interior renouatur de die in diem. Inde requies interior sempiterna est, quæ significatur sabbato. Quod futurum credimus, secundo aduetu domini, quo in claritate uenturus est, cuius aduentus præcursor sperator Helias &c.

Sex ætates mundi.

Matth. 1.

2. Corin. 4

Helias præcurſor ſecũdi aduentus domini. Matth. 17.

Libro XX. de ciuitate Dei, Cap. I.

Quod in confessione ac professione tenet omnis ecclesia dei ueri, Christum de cœlo esse uenturum ad uiuos ac mortuos

2. Timo. 4

Per quot dies iuditiũ extremum tendatur, incertum est.

mortuos iudicandos, hunc diuini iuditij ultimum diem dicimus, id est, nouissimum tempus. Nam per quot dies hoc iuditium tendatur, incertum est, sed scripturarum more sanctarum diem poni solere pro tempore, nemo qui illas literas quamlibet negligenter legerit, nescit. Ideo autem eũ diem iuditij dei dicimus, adijcimus ultimum uel nouissimum, quia & nunc iudicat, & ab humani generis initio iudicauit, dimittens de paradiso, & à ligno uitæ separans primos homines, peccati magni perpetratores, imò etiam quando angelis peccantibus non pepercit, quorum princeps homines à seipso subuersus inuidendo subuertit, proculdubio iudicauit. Ista quippe dies iuditij propriè uocatur, eo quòd nullus ibi erit imperitæ querelæ locus, cur iniustus ille sit felix, & cur iustus ille infœlix. Omnium nanq; tũc non nisi bonorum uera & plenissima felicitas: & omnium non nisi malorũ digna & summa infœlicitas apparebit.

Genes. 3.

2. Pet. 2.

Cap. II.

1. Thessa. 5

In ultimo iuditio omnia manifestabuntur.

Cum uero ad illud dei iuditium uenerimus, cuius tempus iam propriè dicitur dies iuditij, & aliquando dies domini nuncupatur, non solum quæcunq; tunc iudicabuntur, uerumetiam quæcunq; ab initio iudicata, & quæcunq; usq; ad illud tempus adhuc iudicanda sunt apparebunt esse iustissima. Vbi hoc quoq; manifestabitur, quam iustè iuditio dei fiat, ut nunc tam multa ac penè omnia iusta iuditia dei sensus mentesq; mortalium lateant, cum tamen in hac re piorum fidem non lateat iustum esse quod latet.

Eodem libro Cap. XXIX.

Malach. 4

Cum admonuisset propheta Malachias Iudæos, ut meminissent legis Moysi, quoniam præuidebat eos multò adhuc tempore non eam spiritaliter sicut oportuerat accepturos, continuò subiecit: Ecce ego mittam uobis Heliam Thesbiten antequàm ueniat dies domini magnus & illustris, qui conuertet cor patris ad filium, & cor hominis ad proximum suum, ne fortè ueniens percutiam terram penitus. Per hunc Heliam magnum mirabilemq; prophetam exposita sibi lege, ultimo tempore ante iuditium Iudæos in Christum uerum, id est, in Christum nostrum esse credituros, celeberrimum est in sermonibus eorum fidelium. Ipse quippe ante aduentum iudicis saluatoris, non immeritò speratur esse uenturus, qui etiam nunc uiuere non immeritò creditur: curru nanq; igneo raptus est de rebus humanis, quod euidentissimè sacra scriptura testatur. Cum uenerit ergo exponendo legem spiritaliter, quam nunc Iudæi carnaliter sapiunt, conuertet cor patris ad filium, id est, cor patrum ad filios: singularem quippe numerum pro plurali interpretes septuaginta posuerunt. Et est sensus, ut etiam filij sic intelligant legem, id est, Iudæi, quemadmodum patres eam intellexerunt, id est, Prophetæ, in quibus erat & ipse Moyses.

Iudæi ante diem domini magnum in Christũ credituri sunt.

4. Regũ 2.

Malach. 4

Cap. XXX.

Nullus igitur uel negat, uel dubitat per Iesum tale quale istis sacris literis prænunciatur, futurum esse nouissimũ iuditium, nisi qui eisdem literis nescio qua incredula animo sinistre seu cœcitate non credit, quæ iam ueritatem suam orbi demonstrauêre terrarum. In illo utiq; iuditio, uel circa illud iuditium, has res didicimus esse uenturas & futuras, Heliam Thesbiten fidem Iudæorum, antichristum persecuturum, Christum iudicaturum, mortuorum resurrectionem bonorum, malorumq; direptionem, mundi conflagrationem, eiusdemq; renouationem. Quæ omnia quidem uentura esse credendum est. Sed quibus modis, & qu quo ordine ueniant, magis tunc docebit rerum experientia, quàm nunc ualet consequi ad perfectum hominem intelligentia: existimo tamen eo quo à me commemorata sunt, ordine esse uentura.

Quæ circa iuditiũ uentura sint.

Ad fratres Maudarenses, Epist. XLII.

Omnia quæ præteritis temporibus erga humanum genus matores nostri gesta esse meminerunt, nobisq; tradiderunt: omnia etiam quæ nos uidemus, & posteris tradimus, quæ tamen pertineret ad ueram religionem quærendam & tenendam, diuina scriptura non tacuit, sed ita omnino cuncta transeunt, ut transitura esse prædicta sunt. Videtis certè ex ipso populo uerbum dei legemq; prodeuntem per Christum, qui ex illis mirabiliter natus est, omnium gentium fidem occupasse atq; tenuisse. Ita hæc omnia prænunciata legimus, ut uidemus. Videtis certè populum Iudæorum auulsum à sedibus suis, per omnes fere terras disseminatum atq; diffusum, & origo eiusdem populi, & incrementa, et regni amissio, et per cuncta dispersio. Videtis certè multos præcisos à radice Christianæ sanctitatis, quæ per sedes Apostolorum, & successiones episcoporum, certa per orbem propagatione diffunditur, de sola figura oriundis sub Christiano nomine, quasi arescentia sarmenta gloriari, quas hæreses & scismata nominamus, præuisa, prædicta, scripta sunt omnia. Videtis certè simulachrorum templa, partim sine reparatione collapsa, partim diruta, partim clausa, partim in usus alios cõmutata, ipsaq; simulachra uel confringi, uel incendi, uel includi, uel destrui, atq; ipsas huius sæculi potestates, quæ aliquando pro simulachris populum Christianum persequebantur, uictas & domitas, non à repugnantibus, sed à morientibus Christianis, & contra eadem simulachra, pro quibus Christianos occidebant, impetus suos legesq; uertisse, & imperij nobilissimi eminentissimum culmen ad sepulchrum piscatoris Petri (submisso diademate) supplicare. Hæc omnia scripturæ diuinæ tanto robustiore fide lætamur fieri, quanto maiore auctoritate prædicata esse in sanctis literis inuenimus. Nunquid nam obsecro uos, nunquid nam solum iuditium dei quod inter fideles atque infideles futurum esse in eisdem literis legimus, cum illa omnia, sicut prædicta sunt euenerint: Nunquid nam solum iuditium dei uenturum non esse putabimus? Imò uerè ueniet sicut illa omnia uenerunt. Nec quisquam erit homo nostrorum temporũ, qui se in illo iuditio de sua possit infidelitate defendere, cum Christum cantet, & iustus ad æquitatem, & periurus ad fraudem, & rex ad imperium, & miles

Ex præteritis colligit certissimum uenturũ esse iuditium.

& milles ad pugnam, & maritus propter regimen, & uxor propter obsequium, & pater propter præceptum, et filius propter obedientiam, & dominus per dominationẽ, & seruus per famulatum, & humilis ad pietatem, & superbus ad emulationem, & diues ut porrigat, & pauper ut sumat, & ebriosus ad phialam, et mendicus ad ianuam, & bonus ut præstet, & malus ut fallat, & Christianus uenerator, & paganus adulator, omnes Christum cantant, & qua uoluntate atq; ore cantent, eidem ipsi quem cantant rationem sine dubio reddituri sunt.

Ad Hesychium, Epist. LXXVIII.

Tempora aduentꝰ domini Augustinus dinumerare non audet.

Ego nanq; de saluatoris aduentu, qui expectatur in fine, tempora dinumerare non audeo, nec aliquem prophetam de hac re numerum annorum existimo præfiniſſe, sed illud potius præualere quod ipse dominus ait: Nemo potest cognoscere tempora, quæ pater posuit in sua potestate. Quod enim in alio loco ait: De die autem illa & hora nemo scit. Sunt qui sic accipiunt, qui putat se posse tempora computare, diem uero tantummodo ipsum & horam neminem scire, ubi omitto dicere quemadmodum soleant scripturæ diem uel horam etiam pro tempore ponere. Sed certè illud de ignorantia temporum dictũ apertissimè est. Nam cum hinc dominus interrogatus esset à discipulis suis: Nemo, inquit, potest cognoscere tempora, quæ pater posuit in sua potestate: Non enim dixit diem uel horam, sed tempora quæ in breui spacio non solent dici, sicut dies uel hora, maximè si græcum intueamur eloquium.

Actor. 1. Matth. 24.

Post pauca.

Tempora ergo computare, hoc est, χρόνους, ut scia mus quando sit finis huius sæculi, uel aduentus domini, nihil mihi aliud uidetur quàm scire uelle, quod ipse ait scire neminem posse. Oportunitas uero illius temporis profectò, non erit antequàm prædicetur Euangelium in uniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus. Apertissima enim de hac re legitur sententia saluatoris dicentis: Et prædicabitur hoc Euangelium regni in uniuerso orbe in testimonium omnium, & tunc ueniet finis. Tunc ueniet, quid est, nisi ante non ueniet? Quanto post ergo ueniat, incertum nobis est, ante tamen nõ esse uenturum dubitare utiq; non debemus. Si ergo susciperent hunc laborem serui dei, ut peragrato orbe terrarum quantum possent colligerent quod remanet gentium, ubi nondum est Euangelium prædicatum, hinc aduertere utcunq; possemus, quantum hoc tempus longè sit à fine sæculi.

Matth. 24.

Prædicato Euangelio Christũ ad iudiciũ uenturum.

Ad eundem Epist. LXXX.

Et Apostoli diem domini nesciebant.

Quomodo autem tardus est eius aduentus, ul' quomodo longè futurus est, cum ipsi apostoli tempore, quo adhuc erant in carne, dixerint: Nouissima hora est: quamuis à domino audierint, Non est uestrum scire tempora? Hoc ergo nesciebant, quod nescimus & nos. Quantum ad me attinet dico, & eos qui hoc mecum nesciunt, et tamen quibus dictum est, Non est uestrum scire tempora, quæ pater posuit in sua potestate: Diligebant eius manifestationem, & dabant conseruis in tempore cibaria, nec percutiebant eos dominando eis, nec luxuriabantur cum ameatoribus mundi dicentes: Moram facit dominus meus. Alia est ergo ignorantia temporum, alia labes mentium, amorq; uitiorum. Nam & Apostolus Paulus quando dicebat: Non cito moueamini mente, neq; terreamini, siue per uerbum, siue per epistolam, tanquàm per nos missam, quasi instet dies domini. Nolebat utiq; ut crederent eis, qui iam propinquare domini arbitrabantur aduentum. Nec tamen uolebat ut tanquàm seruus ille, dicerent: Moram facit dominus meus uenire: & traderent se superbiæ luxuriæq; perdendos: Sed sic eos nolebat de propinquante die nouissimo falsis auscultare rumoribus, ut tamen uellet eos paratos ad aduentum domini sui lumbis accinctis, & lucernis ardẽtibus operiri, quibus dicit: Vos autem fratres non estis in tenebris, ut uos dies ille tanquàm fur comprehendat. Omnes enim uos filij lucis estis, & filij diei, non sumus noctis neq; tenebrarum. Ille autem qui sic dicit: Moram facit dominus meus uenire, ut percutiat conseruos suos, epuletur cum ebriosis: non est lucis, sed tenebrarum, & ideo eum tanquàm fur dies ille comprehendet. Quòd unusquisq; debet etiam de die huius uitæ suæ nouissimo formidare. In quo enim quemq; inuenerit suus nouissimus dies, in hoc eum comprehendet mundi nouissimus dies, quoniam qualis in die isto quisq; moritur, talis in die illo iudicabitur. Ad hoc pertinet quod in Euangelio secundum Marcum ita scriptũ est: Vigilate ergo, quia nescitis quando dominus domus ueniat, sero an media nocte, an gallicantu, an manè, ne cum uenerit repentè, inueniat uos dormientes. Quòd autem uobis dico, omnibus dico, uigilate. Quibus enim omnibus dicit, nisi electis & dilectis suis ad corpus eius pertinentibus, quod est ecclesia? Non solum ergo illis dixit, quibus tunc audientibus loquebatur, sed etiam illis qui fuerunt post illos ante nos, & ad nosipsos & qui erunt post nos usq; ad eius nouissimum aduentum. Ac per hoc uigilare debet omnis Christianus, ne imparatum inueniat eum domini aduentus.

2. Thessa. 2

Luce 12.

1. Thessa. 5

Marci 13.

Ad Demetriadem, Epist. CXLII.

Ad illum diem para te, in quo mundi gloria finienda est. Illum inquam diem, quem saluator diluuio comparauit, qui multos fallaci securitate deceptos, furtiuo (ut ait Apostolus) comprehendet aduentu. Quem beatus quoq; Petrus describens ait: Aduenietautem dies domini sicut fur, in qua cœli magno impetu transibunt, elementa uero à calore resoluentur. Cum hæc omnia dissoluenda sint, quales oportet nos esse in sanctis conuersationibus, & pietatibus expectantes, & properantes in aduentum domini dei, in quo cœli ardentes soluentur, & elementa ignis ardore tabescent? Recens factum est, & quod ipsa audisti, cum ad stridolæ buccinæ sonum Gothorumq; clamorem, lugubre oppressa metum domina orbis Roma contremuit. Vbi tunc nobilitatis ordo? Vbi certi & distincti ullus dignitatis gradus. Permixta omnia, & timore confusa, omni domui planctus, & æqualis fuit per cunctos pauor. Vtrum erat seruus & nobilis, eadem omnibus imago mortis.

1. Thessa. 5

2. Petri 3.

Roma a Gothis uastatur.

mortis. Nisi quia magis eam timebant illi quibus fuerat uita iucundior. Si ita mortales, timemus hostes, & humanā manum, quid faciemus cum clangore terribili tuba intonare de cœlo cœperit, & ad illam archangeli uocē omni buccina clariorem. Totus simul remugiet mundus? Cū uiderimus super nos non manu facta arma concuti, sed et uirtutes cœlorum commoueri, sicut Propheta dicit, cum uenerit dominus ponere orbem terræ desertum, et peccatores perdere ex eo, quis tunc nobis pauor, quæ caligo, quæ tenebræ, cum nos sæpius ac totiens admonitos, & tamen imparatos dies reppererit? Tunc inquit plangent super se omnes tribus terræ, & uidebunt filium hominis uenientem in nubibus cœli cum uirtute multa & maiestate. Tunc dicent montibus cadite super nos, & collibus operite nos, & petris aperite uos nobis. Verum hæc eorum fine, qui uarijs huius mundi detenti curis, de mundi non cogitant fine. Tu uero cui aduentus Christi dierum nocti umq; meditatio est, cui pro conscientiæ puritate domini est optanda præsentia, quæ consummationem sæculi quasi certum præmij tui tempus expectas, exultationem de cœlo capiens non timorem &c.

A minori argumentatur. Matth. 24 Luc. 23

In psalmum. VI.

Non est uestrum scire tempora quæ pater posuit in sua potestate. Et de die uero & hora illa nemo scit, neq; angelus, neq; uirtus, neq; filius, nisi solus pater. Et illud quod scriptum est, tanq̄ furem uenire diem domini, satis aperte ostendit neminem sibi oportere arrogare scientiā illius temporis computatione aliqua annorum. Si enim post septem milia annorum ille dies uenturus est, omnis homo potest annis computatis aduentum eius addiscere. Vbi erit ergo quod nec filius hoc nouit? Quod utiq; ideo dictum est, quia per filium homines hoc non discunt, nō quod apud se ipse non nouerit, sed secundum illam locutiōem: Tentat uos dominus deus uester, ut sciat id ē ut scire faciat uos, exurge domine, id est fac nos exurgere. Cū ergo ita dicatur, nescire filium hunc diem, non quod nesciat, sed quod nescire faciat eos quibus hoc non expedit scire, id est non eis hoc ostendat, quid sibi uult nescio quæ præsumptio, quæ annis computatis, certissimum sperat post septem annorum milia diem domini. Nos igitur qđ scire nos dominus noluit libenter nesciamus &c.

Actor. 1 Matth. 24 1. Thessa. 5 Deute. 33

In psalmum. IX.

Duos aduentus domini credimus, unum præteritum quem Iudæi non intellexerunt, alterum futurum, quem utiq; speramus. Et quoniam iste quem Iudæi non intellexerunt, gentibus profuit, non inconuenienter accipitur de hoc aduentu dictum, pro occultis filij, ubi cœcitas ex parte in Israël facta est, ut plenitudo gentium intraret. Duo etiam iudicia insinuantur per scripturas, si quis aduertat, unum occultum alterum manifestum. Occultum nunc agitur de quo Apostolus Petrus dicit, tempus est ut iudicium incipiat à domo domini. Occultum itaq; iudicium est pœna, quæ nunc unusquisq; hominum, aut exercetur ad purgationem, aut admonetur ad conuersionē, aut si contempserit uocationem & disciplinam dei, excecatur ad damnationem. Iudicium autem manifestum est quo uenturus est dominus iudicare uiuos & mortuos, omnibus fatentibus eum esse à quo & bonis præmia & malis supplicia tribuerentur. Sed tunc illa confessio, non ad remedium malorum, sed ad cumulum damnationis ualebit. De his duobus iudicijs uno occulto, alio manifesto, uidetur mihi dominus dixisse, ubi ait, qui in me credit, transiet de morte ad uitam, nec in iudicium ueniet, in iudicium scilicet manifestum: Nam hoc quod transit de morte ad uitam per nonnullam afflictionem, quia flagellat dominus omnem filium quem recipit, iudicium occultum est. Qui autem non credit inquit, iam iudicatus est, id est isto occulto iudicio, iam præparatus est ad illud manifestum. Hæc duo iudicia etiam in sapientia legimus, ubi scriptum est. Propter hoc tanq̄ pueris insensatis iudiciū in derisum dedisti. Hic autem hoc iudicio non correcto, dignum dei iudicium experturi sunt. Qui ergo non corriguntur isto occulto iudicio, dignissime illo manifesto puientur.

Deus Christi aduentus creduntur. Renum. 33 1. Pet. 4 2. Timo. 4 Iohan. 5 Hebr. 12 Iohan. 3 Sapien. 12

De uerbis Apostoli. Sermo. XXXV.

Rogo uos fratres, ut cotidie cogitemus quales erimus in die iudicij, purissimis angelorum conspectibus offerēdi, & æterno iudici rationem de libris conscientiæ reddituri, remotis omnibus probationibus. Certum est in die illa ipsum ante se hominem constituendum, & ipsam suam uitam in cordis speculo demonstrandam, & testes cōtra eam non de foris aliquando, sed intus de ipsa anima proferendos. Adijcienda erunt non aliqua peregrina, sed nimium nota testimonia, id est opera sua. Ordinabuntur ante infœlicem animam peccata uel crimina sua ut eam & conuincat probatio & confundat agnitio, secundum illud quod scriptum est: Arguam te & constituam te ante faciem tuam &c.

Remotis oīb⁹ probationibus rationē Christo reddituri. Psalm. 49

DE MORTVIS,

De hæresibus Quoaduult deum. Cap. LIII.

Aeriani ab Aerio quodam sunt, qui cum esset presbyter, doluisse fertur, quod episcopus non potuit ordinari, & in Arrianorū hæresim lapsus, propria quoq; dogmata addidisse nonnulla, dicens, orare uel offerre pro mortuis oblationem non oportere, nec statuta solenniter cœlebranda esse ieiunia, sed cum quisq; uoluerit ieiunandū, ne uideatur esse sub lege. Dicebat etiam præsbyterum ab episcopo nulla differentia debere discerni &c.

Aeriani ꝓ mortuis orare uel offerre non oportere dixerunt,

Lib. IX. Confessionum. Cap. XII. & XIII.

Legat qui uolet, & interpretetur ut uolet, et si peccatū inuenerit ficuisse me matrē exigua parte horæ, matrē

oculis meis interim mortuam quæ me multos annos fleuerat, ut oculis tuis uiuerem non irrideat, sed potius si est grandi charitate pro peccatis meis, fleat ipse ad te patrē omnium fratrum Christi tui. Ego autem iam sanato corde ab illo uulnere in quo poterat redargui carnalis affectus, fundo tibi deus noster pro illa famula tua, longe aliud lachrimarum genus, quod manat de concusso spiritu consideratione periculorum omnis animæ, quæ in Adam moritur. Quia uero non exquiris delicta uehementer fiducialiter speramus aliquem apud te locum inuenire indulgentiæ. Quisquis autem tibi enumerat uera merita sua, qd tibi enumerat nisi munera tua? O si cognoscant se omnes homines & qui gloriantur in domino glorientur. Dimitte domine dimitte obsecro, ne intres cum ea in iudicium. Superexaltet misericordia iudicium, quoniam eloqa tua uera sunt, & promisisti misericordiam misericordibus. Quod ut essent, tu dedisti eis, qui misereberis cui misertus eris, & misericordiam tuam præstabis cui misericors fueris. Et credo iam fœceris quod te rogo, sed uoluntaria oris mei approba domine. Namq; illa iminente die resolutionis suæ, non cogitauit suum corpus sumptuose cōtegi, aut condiri aromatibus, aut monumentum electum concupiuit, aut curauit sepulchrum patrium. Non ista mandauit nobis, sed tatummodo memoriam sui ad altare tuum fieri desiderauit, cui nullius diei pretermissione seruierat, unde sciret dispensari uictimam sanctam, qua deletum est Chirographum quod erat contrarium nobis, qua triumphatus est hostis computans delicta nostra, & quærens quid obijciat, & nihil inueniens in illo in quo uincimus &c.

1. Corin. 15

2. Corin. 10

Psalm. 142
Iaco. 2
Matth. 5
Roman. 9

Collo. 2

Ioha. 14

Lib. II. Quæstionum Euangeliorum. Cap. XXXVIII.

Quod autem apud Lucam Abraham diuiti dicit ad ea loca in quibus torquentur impij, iustos etiam si uelint, non posse transire, quid aliud significat nisi post hanc uitam ita receptis in carcere, ut inde non exeant donec reddant nouissimum quadrantem per incommutabilitatem diuinæ sententiæ nullum auxilium misericordiæ posse præberi à iustis, etiam si uelint illud præbere. Quod admonet scilicet ut in hac uita homines subueniant quibus possint, ne postea etiamsi optime recepti fuerint, eis quos diligunt opitulari non ualeant &c.

Matth. 5

In hac uita hominibus subueniendum.

Lib. XII. De Genesi ad literam. Cap. XXX.

Si autem quæritur, cum anima de corpore exierit, utrum ad aliqua loca corporalia feratur, an ad incorporalia corporalibus similia, an uero nec ad ipsa. Sed ad illud quod & corporibus & similitudinibus corporum ē excellentius, ciw quidem respondeam, ad corporalia loca eam uel non ferri nisi cum aliquo corpore, uel non localiter ferri: Iam utrum habeat aliquod corpus cum de hoc corpore exierit, ostendat qui potest, ego autem non puto, spiritalem enim arbitror esse non corporalem, ad spiritalia uero pro meritis fertur, aut ad loca pœnalia similia corporibus: Qualia sæpe demonstrata sunt his qui rapti sunt à corporis sensibus, & mortuis similes iacuerunt, & infernales pœnas uiderunt, cum & ipsi in seipsis gererent quandam similitudinem corporis sui per quam possent ad illa ferri, & talia similitudinibus sensuum experiri. Neq; enim uideo cur habeat anima similitudinem corporis sui, cum iacente sine sensu ipso corpore nondum cum pœnitus mortuo, uidet talia qualia multi ex illa subductione uiuis redditi narrauerunt, & non habeat cum perfecta morte pœnitus de corpore exierint. Aut ergo ad illa fertur pœnalia, aut ad alia itidem similia corporalibus, nec tamen pœnarum, sed quietis atq; gaudiorum: Neq; enim recte dici potest uel illas falsas esse pœnas, uel illam falsam requiem atq; læticiam: Tunc enim hæc falsa sunt, quādo per opinationis errorem alia pro alijs putantur, est ergo prorsus inferorum substantia, sed eam spiritalē arbitror esse non corporalem &c.

Anima exuta corporæ utrū ad aliq̄ loca corporalia uel corporalibus similia ferat̄.

In Euangelium Ioannis. Tractatu. XLIX.

Sicut ergo diuersæ custodiæ agentium in officio, sic diuersæ custodiæ mortuorum, & diuersa merita resurgentium. Receptus est pauper, receptus est & diues, sed ille in sinu Abrahæ, ille ubi sitiret & guttam non inueniret. Habent ergo omnes animæ, ut ex hac occasione instruam charitatem uestram, habent omnes animæ, cum de sæculo exierint diuersas receptiones suas, habent gaudium boni, et mali tormenta. Sed cum facta fuerit resurrectio, & bonorum gaudium amplius erit, & malorum tormenta grauiora, quando cum corpore torquebuntur. Recepti sunt in pace sancti Patriarchæ, Prophetæ, Apostoli, martyres boni fideles, omnes tamen adhuc in fine recepturi sunt quod promisit deus. Promissa est enim resurrectio etiam carnis, mortis consumatio, uita æterna cum angelis, hoc omnes simul accepturi sumus. Nam requiem quæ continuo post mortem datur, si ea dignus est tunc accipit quisq; cum moritur. Priores acceperunt Patriarchæ, uidete ex quo requieſcunt Posteriores Prophetæ, recentes Apostoli, multo recentiores sancti martyres, quotidie boni fideles, & alij in ista requie tamdiu sunt, alij non tamdiu, alij paucioribus annis, alij recenti tempore. Cum uero ab hoc somno euigilabunt simul omnes quod promissum est accepturi sunt &c.

Diuersæ custodiæ mortuorum. Luce. 16

Tracta. LXVII.

In domo patris mei mansiones multæ sunt. Proinde respuendi sunt à corde Christiano, qui putant ideo dictum multas esse mansiones, quia extra cœlorum regnū erit aliquid, ubi maneant beati innocentes, quæ sine baptismo ex hac uita emigrarunt, quia sine illo in regnum cœlorum

Iohan. 14

De infantibus qui sine baptismate ex hac uita decesserunt

cœlorum intrare non potuerunt. Hæc fides non est fides quoniam non est uera & catholica fides, ita ne tandem stulti homines, et carnalibus cogitatiõibus excæcati, cum reprobandi essetis, si mansionem non dico Petri & Pauli uel cuiuslibet Apostolorum, sed cuiuscunq; paruuli baptizati à regno cœlorum seperaretis, non uos putatis esse reprobandos qui domum dei patris inde separaretis? Non enim ait dominus, in uniuerso mundo, aut in uniuersa creatura, aut in uita uel beatitudine sempiterna mansiones multe sunt, sed in domo inquit patris mei mãsiones multæ sunt.

In Psalmum. CVIII.

Quæstio magna est quõ spiritꝰ mortuorũ sciant quæ circa uiuos agantur. Luc. 16

Magnam quidem esse quæstionum dico, nec in præsentia discerendam, quod sit operis prolixioris, utrum uel quatenus, uel quomodo ea quæ circa nos aguntur nouerint spiritus mortuorum. Veruntamen quod breuiter dici potest, si nulla illis esset cura de nobis, non diceret dominus dixisse illum diuitem qui tormenta apud inferos paciebatur, habeo ibi quinq; fratres ne & ipsi ueniant in locum hunc tormentorum. Sed quomodolibet intelligant, qui hoc aliter intelligere conantur, & quia fatendũ est non esse consequens, ut si sciunt mortui suos uiuere, quia nec in locis pœnarum eos uident, ubi diues ille erat nec in requie beatorum, ubi Lazarum & Abraham q̃uis à longe agnoscebat, ideo eos etiã illa quæ circa eorum charos aguntur, uel læta uel tristia, scire necesse sit: Hoc dico paucos esse eius animi homines, quæ post mortem suam quid suis boni maliue contingat, saltem dum uiuunt negligant, atq; omnino contemnant, multos autem quod indicat, etiam tanta cura commendandæ ultimæ uoluntatis, & qualiumcunq; testamentorum satis agere, ut cũ defuncti fuerint suis bene sit &c,

De uerbis Apostoli. sermo. XXXII.

Orationibus sanctæ ecclesiæ & sacrificio salutari, & eleemosinis quæ pro eorum spiritibus erogantur, non est dubitandum mortuos adiuuari, ut cum eis misericordius agatur à domino quam eorum peccata meruerunt. Hoc enim à patribus traditum uniuersa obseruat ecclesia, ut

Orare pro mortuis traditum esse a patribus

pro eis qui in corporis & sanguinis Christi communione defuncti sunt, cum ad ipsum sacrificium loco suo cum memorantur oretur, ac pro illis quoq; id offerri commemoretur. Cum uero eorum commendandorum causa, opera misericordiæ cœlebrantur, quis eis dubitet suffragari, pro quibus orationes deo non inaniter allegantur? Non omnino ambigendum est ista prodesse defunctis, sed talibus qui ita uixerint ante mortem, ut possint eis hæc utilia esse post mortem. Nam qui sine fide quæ per dilectionem operatur, eiusq; sacramentis de corporibus exierũt, frustra illis à suis huiusmodi pietatis impenduntur officia, cuius dum hic essent pignore caruerunt, uel non suscipientes, uel in uacuum suscipientes dei gratiam, & sibi non misericordiam thesaurizantes sed iram. Non ergo mortuis nouam merita comperantur, cum pro eis boni aliquid operantur sui, sed eorum præcedentibus consequentia ista redduntur. Non enim dictum est nisi cum hic uiuerent, ut eos hæc aliquid adiuuarent, cum hic uiuere destitissent. Et ideo istam finiens quisq; uitam, nisi qd' meruit in ipsa non poterit habere post ipsam &c.

Sermo. CXXXIX. de tempore.

Quorundã Philosophorum de mortuis opinio.

Quæsitum est à quibusdam Philosophis, quod postea cum fuerit homo mortuus quid erit, in hoc contriuerunt ingenia sua, & laboraverunt quantum ingenia potuerũt reddere hominibus rationem, uel sibi uel alijs, & dixerũt animas hominum male uiuentium immundas peßimis moribus, cum exierint de corporibus rursus continuo reuolui ad alia corpora, & pœnas hic luere quas uidemus, eas uero animas quæ bene uixerunt, cum exirent de corporibus, ire ad superna cœlorum, requiescere ibi in stellis & luminibus istis conspicuis uel quibuscunq; cœlestibus abditisq; secretis, obliuisciq; omnium præteritorum malorum. Et rursus delectari, redire ad corpora & uenire iterum ad ista patienda. Hoc ergo inter esse uoluerunt inter animas peccatorum & animas iustorum, qa peccatorum animas de proximo statim cum exeirint de corporibus, dicunt reuolui ad altera corpora, iustorum autem animas diu esse in requie non tamen semper, sed rursus delectari corporibus, et de summis cœlis post tãtam iusticiam ad ista mala facere ruinam. Hoc dixerunt ualde magni Philosophi mundi huius, de quibus dicit scriptura nostra, stultam fœcit deus sapientiam huius mundi &c

Sermone. XV. de sanctis.

Super tumulos defunctorum cibos & uina conferre superstitionis est gentilitiæ.

Miror cur apud quosdam infideles hodie tam perniciosus error increuerit, ut super tumulos defunctorum cibos & uina conferant, quasi egressæ de corporibus animæ carnales cibos requirant. Epulas enim & refectiones, caro tantum requirit, spiritus autem & anima his nõ indigent. Parare aliquis suis charis dicit quod ipse deuorat, quod præstat uentri imputat pietati. Cessate ergo fratres ab hoc gentili infidelitatis errore. Animæ enim sanctæ, quæ in hoc sæculo aut per uitæ innocentiam purè sunt, aut pœnitentiæ satisfactione purgãtur, à saluatore nostro recipiuntur, & cum eo esse credendæ sunt, secundum Apostoli dictum: Cupio dissolui & esse cum Christo. Animæ ergo fratrum parentumq; nostrorum minime cibis carnalibus delectantur. Offendi his magis possunt quam delectari, si cum illæ in sacris sedibus sint, uos eas esse in terra credatis. Cessate ergo ab his erroribus, et sicut scriptum est. Quæ sursum sunt sapite, non quæ

Philip. 3

Colo. 3

ſuper terram, ut ſuperſtitiones fidei ueſtræ contrarias repudiãtes, dum ea quæ deo placita ſunt facitis, etiam uos cum Chriſto inæternum eſſe mereamini &c.

Lib. XIII. De ciuitate dei. Cap. VIII.

In requie ſunt piorũ animæ.

In requie enim dei ſunt animæ piorum à corpore ſeparatæ, impiorum autem pœnas luent donec iſtarum ad æternam uitam, illarum uero ad æternam mortem, quæ ſecunda dicitur, corpora reuiuiſcant.

Lib. XX. Cap. XV.

Antiqs patres ante Chriſti aduentũ in locis ab impiorũ tormẽtis remotiſſimis apud inferos fuiſſe.

Si enim non abſurdè credi uidetur antiquos etiam ſanctos qui uenturi Chriſti tenuerunt fidem, locis quidem à tormentis impiorum remotiſſimis, ſed apud inferos fuiſſe, donec eos inde ſanguis Chriſti, & ad ea loca deſcenſus erueret, profecto deinceps boni fideles effuſo illo præcio iam redempti prorſus inferos neſciunt, donec etiam receptis corporibus bona recipiant quæ merentur &c.

Lib. XXI. Cap. XXIIII.

Charitãtẽ ſequiẽs Auguſtinus nõ auctoritatẽ ſcripturarũ

Nam pro defunctis quibuſdam uelut dicitur p mortuis uel eccleſiæ uel quorundam piorum exaudiri oratio nem eius, licet qui in Chriſto renati non adeo ita male uixerint in corpore, ut tali miſericordia habeantur indigni, nec ijdem ſic benè, ut inueniantur tali miſericordia non egere. Tales etiam conſtat ante iudicij diem per pœnas temporales, quas eorum ſpiritus paciuntur, purgatos, receptis corporibus æterni ignis ſupplicijs non tradendos &c.

Ad Cœleſtium, Epiſtola. LXIII.

Oblatiões pro mortuis non uendendæ.

Oblationes pro ſpiritibus dormientium, quas uerè aliquid iuuare credendum eſt, ſuper ipſas memorias non ſint ſumptuoſæ, atq; omnibus petentibus ſine Typo & cum alacritate præbeantur neq; uendantur, ſed ſi quis aliquid pecuniæ offerre uoluerit, in præſenti pauperibus eroget &c.

De ſpiritu & anima. Cap. XXIX.

Mortui q̃modo ſciãt quæ fiũt in hoc mũdo.

Cum homines mortui, ſiue uiui hominibus dormientibus uel uigilantibus apparent, non in ipſis rebus ut ſunt uidentur, ſed in quibuſdam ſimilitudinibus rerum. Iſtud autem angelicis operationibus fieri credimus per diſpenſationem prouidentiæ dei, benè utentis bonis uel malis ſecundum inſcrutabilem altitudinem iudiciorum ſuorum, ſiue hinc inſtruantur mentes mortalium, ſiue fallantur, ſiue conſolentur, ſiue terreantur, ſicut unicuiq; uel præbenda eſt miſericordia, uel irroganda iuſticia, ab eo cui miſericordiam & iudicium non inaniter decantat eccleſia. Ibi ſiquidem ſunt ſpiritus defunctorum, ubi non uidene neq; audiunt quæ aguntur aut eueniunt in iſta uita hominibus, ita tamen eſt eis cura de uiuis, quamq̃ quid agant omnino neſciant, quemadmodum cura eſt nobis de mortuis, quamuis quid agant utiq; neſciamus. Neſciunt quidem mortui quid hic agatur, ſed dum hic agitur, poſtea audiri poſſunt ab eis qui huic moriẽdo ad eos pergunt, non quidem omnino, ſed quantum ſinitur eis iudicare & eos oportet audire. Scire etiam poſſunt ab angelis qui hic nobis præſto ſunt, & animas noſtras ad illos deferunt. Spiritu etiam dei reuelante cognoſcere poſſunt quæ hic aguntur, quæ neceſſarium eſt eis noſcere. Quidam etiam ex mortuis ad uiuos rapi poſſunt, non propriam per naturam, ſed per diuinam potentiam: Vtrum tamen iſta fiant per eorum præſentiam, aut per angelos ſuſcipientes eorum perſonam, affirmare non audeo. Deus enim omnipotens qui eſt ubiq; præſens, per angelica miniſteria, uſq; quaq; diffuſa poteſt præbere iſta hominibus ſolacia, quibus in huius uitæ miſeria iudicat eſſe præbenda.

Libro de cura pro mortuis gerenda. Cap. I.

Quib⁹ poſt mortẽ oratiões et elemoſinæ p⁹ſint.

Quoniam quodam uitæ genere acquiritur, dum in hoc corpore uiuitur, ut aliquid adiuuent iſta defunctos, ac per hoc ſecundum ea quæ per corpus geſſerunt, eis quæ poſt corpus religioſe pro illis facta fuerint, adiuuantur. Sunt enim quos nihil omnino adiuuant iſta, ſiue pro eis fiant, quorum tam mala ſunt merita, ut neq; talibus digni ſint adiuuari, ſiue pro eis quorum tam bona, ut talibus non indigeant adiumentis. Genere igitur uitæ quod geſſit quiſq; per corpus efficitur, ut proſint uel nõ proſint quæcunq; pro illo piè fiunt, cum reliquerit corpus. Nam meritum per quod iſta proſint ſi nullum comparatum eſt in hac uita, fruſtra quæritur poſt hanc uitam. Ita fit ut neq; inaniter eccleſia, uel ſuorum cura pro defunctis quod potuerit religionis impendat, & ferat unusquiſq; ſecundum ea, quæ per corpus geſſit ſiue bonum ſiue malum, reddente domino unicuiq; ſecundum opera eius. Vt enim hoc quod impenditur poſſit ei prodeſſe poſt corpus, in ea uita acquiſitum eſt quam geſſit in corpore. Poterat inquiſitioni tuæ ſufficere mea breuis iſta reſpouſio, ſed quia alia mouent quibus reſpondendum exiſtimo, parumper attendæ. In Machabeorum libris legimus oblatum pro mortuis ſacrificium. Sed etſi nuſquam in ſcripturis ueteribus omnino legeretur, non parua hac conſuetudine claret auctoritas, ubi in præcibus ſacerdotis quæ domino deo ad eius altare funduntur, locum ſuum habet etiam commendatio mortuorum.

Eodem lib. Cap. XI.

An mortuũ in ſomnis uidens, ali am mortui cui diſſe debeat ſemper arbitrari.

Sic autem infirmitas humana ſeſe habet, ut cum mortuum in ſomnis quiſq; uiderit, ipſius animam ſe uidere arbitretur, cum autem uiuum ſimiliter ſomniauerit, non eius animam neq; corpus, ſed hominis ſimilitudinem ſibi apparuiſſe

apparuisse non dubitet, quasi non possint & mortuorum hominum eodem modo nescientium, non animæ sed similitudines apparere dormientibus. Pro certo cum Mediolani essemus, audiuimus, quod cum debitum repeteretur à quodam defuncti patris cautione prolata, quod filio nesciente à patre iam fuerat persolutum, contristari homo grauissime cœpit, atq; mirari, quod ei pater moriens non dixerit quid deberet, cum fœcisset etiam testamentum. Tunc nimis anxio apparuit idem pater eius in somnis, & ubi esset repositum quod illa cautio uacuata fuerat indicauit. Quo inuento iuuenis atq; monstrato, non solum falsi debiti calumniam propulsauit, sed etiam paternum recepit Chirographum quod pater non receperat, quando est persoluta pecunia. Hic itaq; putatur animam hominis curam gessisse pro filio, & ad eum uenisse dormientem, ut docens quod ignorabat, à magna eum molestia liberaret. Sed eodem ipso fermè tempore quo id audiuimus, id est nobis apud Mediolanum constitutis, Carthaginis rhetor Eulogius, qui meus in eadē arte discipulus fuit, sicut mihi ipse, posteaquam in Affricam remeauimus retulit: Cum Rethoricos Ciceronis libros discipulis suis traderet, recensens lectionē, quam postridie fuerat traditurus, quendam locum offendit obscurum. Quo non intellecto, uix potuit dormire sollicitus. Qua nocte somnianti ego illi quod non intelligebat expo sui, immo non ego, sed imago mea nesciente me, & tam longe transmare aliquid aliud, siue agente siue somnante, & nihil de illius curis omnino curante. Quomodo fiant ista, nescio. Sed quomodolibet fiant, cur non eodem modo, fieri credimus, ut in somnis quisq; uideat mortuum, quomodo fit ut uideat & uiuum, ambolus utiq; nescientibus, neq; curantibus quis uel ubi uel quando eorum immagines somniet.

Aliud exēplum in Affrica factū.

Cap. XIII.

Si rebus uiuentibus interessent animæ mortuorum, et ipse nos quando eas uidemus alloquerentur in somnis, ut de alijs taceam, me ipsum pia mater nulla nocte desereret, quæ terra mariq; secuta est ut mecum uiueret. Absit enim ut facta sit uita fœliciore crudelis, usq; adeo, ut quando aliquid angit cor meum, ne tristem filium consoletur, quem dilexit unice, quem nunquam uoluit mœstum uidere. Sed profecto quod sacer psalmus personat uerum est, quoniam pater meus & mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me. Si ergo dereliquerunt nos patres nostri, quomodo nostris curis & rebus intersunt? Si autem parentes non intersunt, qui sunt alij mortuorum qui nouerunt quid agamus, quid uel paciamur. Esaias propheta dicit: Tu es enim pater noster, quia Abraham nesciuit nos, & Israël non cognouit nos. Si tanti Patriarchæ, quid erga populum ex his procreatum ageretur ignorauerunt, quibus deo credentibus populus ipse de illorum stirpe promissus est, quomodo mortui uiuorum rebus atq; actibus cognoscendis adiuuandisq; miscentur? Quomodo dicimus eis fuisse consultum, qui obierunt antequam uenirent mala, quæ illorum obitum cōsecuta sunt, si & post mortem sentiunt quæcunq; in uitæ humanæ calamitate cōtingunt? An forte nos errando ista dicimus & hos putamus quietos, quos inquieta uia uiuorum sollicitat? Quid est ergo quod piissimo Regi Iosiæ pro magno beneficio promisit deus, quod esset ante moriturus, ne uideret mala quæ uentura illi loco & populo minabatur? Quæ dei uerba sunt: Hæc dicit dominus deus Israël, uerba mea quæ audisti, et ueritus es à facie mea cum audisti quæ locutus sum de isto loco, & quæ commorantur in eo ut deseratur, & in maledicto sit, & conscidisti uestimenta tua, et fleuisti in conspectu meo, & ego audiui dixit dominus deus Sabaoth. Non sic: Ecce ego apponam te ad patres tuos, & apponeris cum pace, & non uidebunt oculi tui omnia mala, quæ ego induco in locum hunc, & qui commorantur in eo. Territus iste de comminatiōibus fleuerat, & sua uestimenta conciderat, & sit omniū malorum futuroum de properatura morte securus, quod ita requieturus esset in pace, ut illa omnia non uideret. Ibi ergo sunt spiritus defunctorum ubi non uident quæcunq; aguntur, aut eueniunt in ista uita hominum. Quomodo ergo uident tumulos suos, aut corpora sua, utrum abiecta iaceant, an sepulta? Quomodo interfunt miseriæ uiuorum, cum uel sua ipsa mala paciantur, si talia merita contraxerunt, uel in pace requiescant, sicut huic Iosiæ promissum est, ubi mala ulla nec patiendo nec compatiendo sustineant liberati ab omnibus malis quæ patiendo & compatiendo cum hic uiuerent sustinebant?

Quod mortui uiuorū actibus & rebus cognoscendis adiuuandisq; non misceantur.

Psalm. 26

Esa. 63

4. Reg. 22
2. Para. 34

Cap. XIIII.

Dixerit aliquis, si nulla est mortuis cura de uiuis, quomodo ille diues qui apud inferos torquebatur, rogabat Abraham patrem ut mitteret Lazarum ad quinq; fratres suos nondum mortuos, & agat cum eis ne ueniant & ipsi in eundem tormentorum locum? Sed nunquid qa hoc ille diues dixit, ideo quid fratres agerent uel quid paterentur in illo tempore sciuit. Ita illi cura fuit de uiuis, quamuis quid agerent omnino nescirent, quemadmodum est nobis cura de mortuis, quamuis quid agant utiq; nesciamus. Nam si nihil de mortuis curaremus, non utiq; pro illis deo supplicaremus. Deniq; Abraham nec Lazarum misit, & Moysen ac Prophetas hic eos habere respondit, quos audire deberent, ut ad illa supplicia nō uenirent. Vbi rursus occurrit, quomodo quid hic ageretur Abraham pater nesciebat, ubi sciebat esse Moysen et Prophetas, id est libros eorum, quibus homines obediendo tormenta æterna euitarent, ubi deniq; nouerat diuitem illum in delitijs, pauperem uero Lazarum in laboribus doloribusq; uixisse. Nam & hoc illi ait, memento fili, quia percepisti bona in uita tua, Lazarus autem mala. Sciebat

De Lazaro & diuite quæ obijci possent soluuntur.

Luce. 16

ta. Sciebat ergo hæc, quæ utiq; apud uiuos non apud mortuos gesta fuerant. Verum non cum agerentur in uiuis, sed eis mortuis potuit Lazaro indicante cognoscere, ne falsum sit, quod ait Propheta, Abraham nescuit nos. Esai. 63

Lib. eodem. Cap. XV.

Mortui q̃modo & p q̃s cognoscere possint q̃ apud uiuos gerũtur, & quomodo appareant uiuis.

Proinde fatendum est, nescire quidem mortuos quid hic agatur, sed dum hic agitur, postea uero audire ab eis qui hinc ad eos moriendo pergunt. Non quidem omnia, sed quæ sinuntur indicare qui sinuntur etiam ista meminisse, & quæ illos quibus hæc indicant oportet audire. Possunt & ab angelis qui rebus quæ aguntur hic præsto sunt, audire aliquid mortui, quod unumquemq; illorum audire debere iudicat cui cuncta subiecta sunt. Nisi enim essent angeli qui possent interesse et uiuorũ & mortuorũ locis, non dixisset dominus Iesus: Contigit autem mori inopem illum, & ferri ab angelis in sinum Abrahæ. Nũc ergo hic, nunc ibi esse potuerunt, qui hinc illuc quem deus uoluit abstulerunt. Possunt etiam spiritus mortuorum aliqua quæ hic aguntur, quæ necessarium est eos nosse, & quæ necessarium non est eos non nosse, non solum præterita uel præsentia, uerumetiam futura spiritu dei reuelante cognoscere, sicut non omnes homines, sed prophetæ dum hic uiuerent cognoscebant, nec ipsi omnia, sed quæ illis esse reuelanda dei prouidentia indicarat. Mitti quoq; ad uiuos aliquos ex mortuis, sicut econtrario Paulus ex uiuis in Paradisum raptus est, diuina scriptura testatur. Luc. 16 2. Corin. 12 Nam Samuël Propheta, defunctus uiuo Sauli etiam Regi futura prædixit, quamuis nonnulli non ipsum fuisse, qui potuisset magicis artibus euocari, sed aliquem spiritum tam malis operibus congruentem, illius existiment similitudinem figurasse: Cum liber Ecclesiasticus, quem Iesus filius Syrach scripsisse traditur, & propter eloquij nonnullam similitudinem Salomonis pronunciatur, contineat in laude patrum, quod Samuël etiam mortuus prophetauerit. Sed si huic libro, ex Hebræorum quia in eo non est canone contradicitur, quid de Moyse dicturi sumus, qui certe & in Deuteronomio mortuus, & in Euangelio cum Helia, qui mortuus non est, legitur apparuisse uiuentibus? 1. Regũ. 28 Eccles. 46 Deut. 34 Matth. 17

Cap. XVI.

De sanctis & martyribus, nota, quõ interesse rebus humanis dicũtur.

Hinc & illa soluitur quæstio, quo nam modo martyres ipsis beneficijs, quæ dantur orantibus, indicant se interesse rebus humanis, si nesciunt mortui quid agant uiui, Non enim solis beneficiorum effectibus, uerumetiam ipsis hominum aspectibus confessorem apparuisse fœlicem, cuius inquilinatum pie diligis, cum à Barbaris Nola oppugnaretur audiuimus, non incertis rumoribus sed testibus certis. Verum ista diuinitus exhibentur longe aliter quam sese habet usitatus ordo, singulis creaturarũ generibus attributus. Non enim quia in unum aqua cũ uoluit dominus repente conuersa est, ideo non debemus quid aqua ualeat in elementorum ordine proprio ab istius diuini operis raritate, uel potius singularitate discernere. Iohan. 2

Nec quoniam Lazarus resurrexit, ideo mortuus omnis quando uult surgit, aut eo modo exanimis à uiuente, quo modo à uigilante dormiens excitatur. Alij itaq; sunt humanarum limites rerum, alia diuinarum signa uirtutũ, alia sunt quæ naturaliter alia quæ mirabiliter fiunt, q̃uis & naturæ deus aßit ut sit, & miraculis natura non desit. Non ideo igitur putandum est uiuorum rebus quoslibet interesse posse defunctos, quoniam quibusdam sanãdis uel adiuuandis martyres assunt, sed ideo potius intelligendum est, quod per diuinam potentiam martyres uiuorum rebus interfunt, quoniam defuncti per naturam propriam uiuorum rebus interesse non possunt. Quanq̃ ista quæstio uires intelligentiæ meæ uincat, quemadmodum opitulentur martyres his quos per eos certum est adiuuari, utrum ipsi per se ipsos aßint uno tempore tã diuersis locis, & tanta interse longinquitate discretis, siue ubi sunt eorum memoriæ, siue preter suas memorias ubicunq; adesse sentiuntur, an ipsis in loco suis meritis cõgruo, ab omni mortalium conuersatione remotis, & cũ generaliter orantibus pro indigentia supplicantum, sicut nos oramus pro mortuis, quibus utiq; nõ præsentamur, nec ubi sint, uel quid agant scimus, deus omnipotens q̃ est ubiq; præsens, nec concretus nobis, nec remotus à nobis exaudiens martyrum preces, per angelica ministeria usq; quaq; diffusa, præbebat hominibus ista solacia, quibus in huius uitæ miseria iudicat esse præbẽda, & suorũ merita martyrum ubi uult, q̃n uult, quõ uult, maxime quæ p eorum memorias, quoniã hoc nouit expedire, nobis ad ædificandã fidẽ Christi, p cuius illi cõfeßione sunt paßi, mirabili atq; ineffabili potestate ac bonitate cõmendet. Res hæc altior est quam ut à me poßit attingi, & abstrusior quam ut à me ualeat pscrutari, & ideo q̃d horũ duorum sit, an uero fortaßis utrumq; sit, ut aliquando ista fiant per ipsam præsentiam martyrum, aliquando p angelos suscipientes personam martyrum, definire nõ audeo, mallem à scientibus ista perquirere &c. Iohan. 11 Illa Augu. definire nõ audet.

Cap. XVII. & XVIII. sub finem.

Pro defunctis quomodo orandũ.

Nõ enim paruus fructus est, si aliqua obscura & incerta quæ cõprehendere nõ ualemus, clarum saltẽ certũ q̃ sit nobis nõ esse quærẽda, & q̃d' unusq̃q; uult discere, putans ꝓdesse si sciat, discat nõ obesse si nesciat. Quæ cum ita sint, nõ existimemus ad mortuos pro q̃bus curã gerimus puenire, nisi q̃d' ꝓeis siue altaris, siue orationũ siue eleemosinarum sacrificijs solẽniter supplicamus, q̃uis nõ ꝓ q̃bus fiunt oĩbus ꝓsint, sed his tãtum, q̃bus dum uiuunt cõparatur ut ꝓsint. Sed q̃a nõ discernimus, q̃ sint, oportet ea ꝓ regeneratis oĩbus facere, ut nullus eorũ prætermittatur, ad quos hæc beneficia poßint & debeant puenire. Melius enim superunt ista eis q̃bus nec obsunt nec ꝓsunt, q̃ eis deerunt q̃bus ꝓsunt. Diligentius tũ facit hæc q̃sq; ꝓ necessarijs suis, q̃d' ꝓ illo fiat similiter à suis. Corpori aũt humano quicq̃d impenditur, nõ est præsidiũ salutis, sed humanitatis officiũ secũdum affectũ, quo nemo unq̃

Ephes. 5. unq̃ carnẽ suam odio habet. Vnde oportet, ut quã potest pro carne proximi curam gerat, cum ille recesserit qui regebat. Et si hæc faciunt qui carnis resurrectionem nõ credunt, quanto magis debent facere qui credunt, ut corpi mortuo, sed tamen resurrecturo, et in æternitate mãsuro impensum eiusmodi officium, sit etiam quodammodo eiusdem fidei testimonium. Quòd uero quisq; apud memoriam martyrum sepelitur, hoc tamen mihi uidetur prodesse defuncto, ut cõmendans eum etiam martyrũ patrocinio, affectus pro illo supplicationis augeatur.

De octo Dulcitij quæstionibus. Quæst. II.

In Enchiridion Caput 109. Dixi ad Laurentium de mortuis, quód ita se habet, tempus autem inquàm, quòd inter hominis mortem, & ultimam resurrectionem positum est, animas abditis receptaculis continet, sicut unaquæq; digna est, uel requiæ uel ærumna, pro eo quód sortita est in carne dum uiueret. Neq; negandum est defunctorum animas pietate suorum uiuentium releuari, Cum pro illis sacrificiũ mediatoris offertur, uel eleemosinæ in ecclesia fiunt. Sed eis hæc prosunt, qui cum uiuerent ut hæc sibi postea possent prodesse meruerunt Est enim quidam uiuendi modus, nec tam bonus, ut non requirat ista post mortem. Nec tam malus, ut ei non prosint ista post mortem. Est uero talis in bono, ut hæc non requirat, Est & rursus talis in malo, ut nec his ualeat, cum hæc uita transierit adiuuari. Quo circa hic omne meritum comparatur, quo post hanc uitam possit releuari quispiam, uel grauari. Nemo autem se speret quòd hic neglexit cum obierit, apud deũ promereri. Non igitur ista quæ pro defunctis cõmendãdis frequentat ecclesia, illi apostolicæ sunt aduersa sententiæ qua dictum est, Omnes enim astabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; secundum ea quæ per corpus gessit, siue bonum, siue malum. Quia etiam hoc meritum sibi quisq;, cum in corpore uiueret, comparauit, ut ei possent ista prodesse. Non enim omnibus prosunt, Et quare non omnibus prosunt, nisi propter differentiã uitæ, quàm quisq; gessit in corpore? Cum ergo sacrificia, siue altaris, siue quarumcunq; eleemosinum p baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro ualde bonis gratiarum actiones sunt, pro non ualde malis propitiationes sunt, Pro ualde malis etiam si nulla sunt adiumẽta mortuorum, qualescunq; uiuorum consolationes sunt. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, ut sit plena remissio, aut certè ut tollerabilior fiat ipsa damnatio.

De sacrificijs & eleemosinis quæ p baptizatis defunctis offeruntur.

2. Corin. 5

Ad Laurentium in Enchiridio. Cap. CIX.

Animæ defunctorum qualiter se habent ante resurrectionem. Tempus autem, quòd inter hominis mortem & ultimam resurrectionem interpositum est, animas abditis receptaculis continet, sicut unaquæq; digna est, uel requie, uel ærumna, pro eo quòd sortita est in carne cũ uiueret.

Eodem libro. Cap. LXIX.

Posse purgatorium post hanc uitam fieri, Tale aliquid etiam post hanc uitam fieri incredibile non est, & utrum ita sit quæri potest, Et aut inueniri, aut latere nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium, quanto magis minus ue bona, pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusq; saluari, non tamen tales de quibus dictum est, quòd regnum dei non possidebunt, ni si conuenienter pœnitentibus eadem crimina remittantur. Conuenienter autem dixi, ut steriles in eleemosinis non sint, quibus tantum tribuit. scriptura diuina, ut earum tantummodo fructum, se imputaturum prænunciet dominus dextris, & earum tantummodo sterilitatem sinistris, quando his dicturus est, uenite benedicti patris mei percipite regnum dei. Illis autem, Ite in ignem æternum.

1. Corint. 6

Matth. 25

DE POENIS INFERNI ET DAMNATIONE MALORVM.

Libro IIII. De baptismo contra Donatistas. Cap. XIX.

Dubitandum non est ipsas pœnas quibus cruciabuntur, qui regnum dei non possidebunt, pro diuersitate criminum esse diuersas, & alias alijs acriores, ut in ipso igne æterno, pro disparibus ponderibus peccatorum sint disparia tormenta pœnarum, Neq; enim frustra ipse dominus dicit, Tollerabilius erit Sodomis, quàm uobis in die iudicij.

Pœnæ dãnatorũm, pro diuersitate criminũ sunt diuersæ, Matthæi. 11

Libro XII. De genesi ad literam. Cap. XXXIII.

Nec audiendi sunt, qui affirmant inferos in hac uita explicari, nec esse post mortem. Viderunt enim quemadmodum poëtica figmenta interpretentur, Nos ab auctoritate diuinarum scripturarum, quibus solis, de hac re fides habenda est, recedere non debemus. Quã q̃ possimus ostendere illorum quoq; sapientes, de inferorũ substantia minime dubitasse, quæ post hanc uitam excipit animas mortuorum, Vnde autem sub terris esse dicantur inferi si corporalia loca non sunt? Aut unde inferi appellantur, si sub terris non sunt, merito quæritur, animã uero non esse corpoream non me putare, sed plane scire audeo p fiteri, tamen habere posse similitudinem corporis, et corporalium omnino membrorum quisquis negat? potest negare animam esse, quæ in somnis uidet, uel sedere, uel hac atq; illac, gressu, aut etiam uolatu ferri ac referri, qd̃ sine quadã similitudine corpis nõ fit, Proinde si hãc similitudinẽ, etiã apud inferos gerit, non corpalẽ sed corpi similẽ, ita etiã in locis uidetur esse nõ corpalibus, sed corpaliũ similibus, siue in requie, siue in doloribus. Quã q̃ & illud me nõdũ inuenisse cõfiteor inferos appellatos, ubi iustorũ animæ requiescũt. Et Christũ quidã animã uenisse, usq; ad ea loca, in q̃bus peccatores,

Contra illos qui negãt esse inferna post mortem.

eruciantur,ut eos ſolueret à tormentis, quos eſſe ſoluedos occulta nobis ſua iuſtitia iudicabat non immerito creAct. 2. ditur. Quomodo enim aliter accipiendum ſit, quòd dictum eſt, Quem deus ſuſcitauit ex mortuis ſolutis doloribus inferorum, quia non poterat teneri ab eis, non uideo, niſi ut quorundem dolores, apud inferos eum ſoluiſſe accipiamus ea poteſtate, qua dominus eſt, cui omnePhilipen. 2. genũ flectitur, cœleſtium, terreſtrium, et infernorum, per quàm poteſtatem etiam illis doloribus quos ſoluit nõ potuit teneri. Neq; enim Abraham, uel ille pauper, in ſinuLuce 16. eius, hoc eſt in ſecreto quietis eius, in doloribus erat inter quorum requiem, & alia inferni tormenta legimus magnum chaos firmatum, Sed nec apud inferos eſſe dicti ſunt. Contigit enim mori inquit inopem illum, & afferri ab angelis in ſinum Abrahæ, Mortuus eſt autem, & dives & ſepultus eſt. Et cum apud inferos in tormentis eſſet &c. Videmus itaq; inferorum mentionem nõ eſſe factam in requie pauperis, ſed in ſupplicio diuitis. Il-Gene. 44. lud etiam quòd Iacob dicit, ad filios ſuos, deducetis ſenectutem meam cum triſticia ad inferos, uidetur hoc magis timuiſſe, ne nimia triſtitia ſic perturbaretur, ut non ad requiem beatorum iret, ſed ad inferos peccatorum. Neq; enim paruum animæ malum eſt triſticia, cum etiam Apoſtolus cuidam tam ſollicitæ timuerit, ne maiore triſtitia2 Corin. 2. abſorberetur, Proinde ut dixi nondum inueni, & adhuc quæro, nec mihi occurrit inferos alicubi in bono poſuiſſe ſcripturam dumtaxat canonocam. Non autem in bono accipiendum, ſinum Abrahæ. & illam requiem quo ab angelis, pius pauper ablatus eſt, neſcio utrum quiſq; poſſit audire, & ideo quomodo eum apud inferos credamus eſſe, non uideo.

Ad Iulianum Epiſtola, CXI.

Sũmo ſtudio, ſummaq; uigilantia eſt nobis curandũ, ut non audiamus in Chriſtiuiu lice omnium in die iuditij,Matth. 25 quòd peccatores audierint, Ite in ignem æternum, qui paratus eſt diabolo, et angelis eius. Vere enim diabolo præparata eſt gehenna, & omnibus operibus hominum, ſi faciamus opera diaboli, Væ his quibus præparatur dolor uermium, ardor flammæ, ſitis ſine extinctu, fletus et ſtridor dentiũ, oculorum lachrimæ, tenebræ exteriores ſine luce, pœna inexterminabilis, ubi non eſt ullus honor ſiue agnitio proximi, Sed continus dolor & gemitus, ubi mors optatur, & non dabitur, ubi non eſt honor ſenioris & regis, nec dominus ſuper ſeruum, nec mater diligit filium aut filiam, nec filius honorat patrem, ubi omne malum, & omnis indignatio, et fœtor & amaritudo abundat.

Pœne infernales.

Poſt pauca ibidem.

Infernus omni malo deterior.

Tria ſunt in hoc mundo deteriora omni malo. Anima peccatoris cum peccato perſeuerans, quæ nigrior eſt coruo, & mali angeli, qui eam rapiunt, & infernus in quẽ inducitur. Non enim ſunt deteriora his tribus.

Ad Honoratum, Epiſtola. CXX.

Et quoniam extremò iudicio Chriſtus dicturus eſt eis, quos ad ſiniſtram diſcernet, Ite in ignem æternum, Matth. 25 qui paratus eſt diabolo & angelis eius, his malignis ſpiritibus coniungendos ſimulq; damnandos, dicet ituros in tenebras exteriores, id eſt, in ſocietatem pœnalem diaboli & angelorum eius. Huic pœnæ contrarium eſt, quòd bono ſeruo dicitur. Intra in gaudium domini tui, ut quanto ſunt iſtæ tenebræ exteriores, tanto ſit lumen illud interius. Non hæc per locorum interualla inani phantaſmate cogitanda ſunt localia ſpacia, non occupant niſi corporis moles, non eſt ſpiritus uitæ, non eſt hoc animaDe tenebris exterioribus. rationalis, multo minus deus, omnium benigniſſimus cõditor & iuſtiſſimus ordinator. Voluntatibus iſta & affectibus, uel propinquare, uel longe fieri, uel intrare, uel exire dicuntur, ſed quia malo opere, id eſt tenebroſo delectantur faciẽtis, ſecutura eſt autem pœna quæ torqueat, ideo dominus ubi dixit, Tenebras exteriores, addit etiam, ibi erit fletus & ſtridor dentium, ne talibus oblectationibus qualibus hic iniqui perfruuntur, quando infidelitate atq; iniuſtitia tenebræ ſcunt, etiam in illo ſuppliſenſuros clementer exiſtiment, quia enim uolentes in iuſtè utuntur bonis, iuſtè nolentes cruciabuntur malis. Quibus à charitatis luce auerſa mens in peccatis oblectatur, exteræ tenebræ, Corporis autem mala quibus æternis in finem torquebitur, exteriores tenebræ, quas ſolas timent, qui ſeruili adhuc timore detinentur. Nam ſi eis liceret in illis, quæ ſunt in peccatis impune ſemper uolui & inuolui, profectò nunq; uellent accedere ad deum, & illuminari, & inhærere illi per charitatem, ubi eſt timor caſtus permauens in ſæculum ſæculi, qui timor non cruciat, Sed tenatiorem facit animam boni illius, quod ſi dimiſerit cadit.

De verbis Apoſtoli, Sermo, XVIII.

Duæ quippe habitationes ſunt, una in igne æterna, alia in regno æterno. Puta quia in igne æterno aliDuas eſſe habitationes mortis. ter ille, aliter ille torquebuntur, ubi erunt, tamen ibi omMarci. 10. nes cruciabuntur, minus ille, tamen plus ille, quia tolerabilius erit Sodomæ in die iuditij, quàm alteri ciuitati, & quidam circumeunt mare & terram facere unum Matth. 23 proſelitum, quem cum fecerint, faciunt eum filium gehenne duplo quàm ſint ipſi. Puta quia alij duplo, alij ſimplo, puta quia alijs plus, alijs minus. Non eſt regio ubi tibi eligas locum. Quæcunq; ibi mitiora tormenta ſunt, peiora ſunt, quàm quæ formidas in iſto ſæculo.

Sermo LXXXI. de tempore.

Ignis infernalis quare dicatur inextinguibilis. Propterea enim ignis æternus inextinguibilis dicitur, non ſolũ quia ipſe non extinguitur, ſed quia nec eos quos ſuſcœperit extinguet aut perimet. Scriptura etenim dicit, quia & peccatores induant incorruptionem, ſcilicet non ad honorẽ uitæ, ſed ad diuturnitatem ſupplicij profuturã. Huius autẽ pœne & ignis illius potentiã, nulla uox

nulla uox exponere, nullus poterit sermo explanare. Nihil est enim in rebus corruptibilibus, quòd conferri possit incorruptibilibus siue bonis, siue malis. Ibi quid Matth. 25 agemus? Quid respondebimus? Nihil erit nisi stridor dentium, nisi ululatus & fletus, & sera pœnitentia cessantibus undiq; auxilijs, & undiq; imalescentibus pœnis, Sed solatium quidem nullum. Nullus ibi occurret oculis nostris, nisi soli pœnarum ministri, & facies dira torturum. Verum has pœnas, hos cruciatus non solum euadere, sed etiam æternam beatitudinem, si modo de malis nostris pœnitentiam agimus, possumus acquirere &c.

Sermo CCXXXVIII. De tempore,

In æternis cruciatibus non desunt membra torqueri. Illa ergo nobis sunt ante omnia cogitanda supplicia, ubi homo uiuet durante pœna, ubi nec tormenta corpori nec desunt membra torqueri. Quæ tamen facile uitare possumus, si habenas disciplinæ teneamus.

Quæstionum super Numeros. Quæstio. XXIX.

Nume. 16. Inferi qui dicũtur. Et descenderunt ipsi & omnia quæcunq; sunt eis uiuentes ad inferos. Notandum secundum locum terrenũ dictos esse inferos, hoc est in inferioribus partibus terræ. Varie quippe in scripturis & sub intellectu multiplici, sicut rerum de quibus agitur sensus exigit, nomen ponitur inferorum, & maxime in mortuis hoc accipi solet. Sed quoniam istos uiuentes dictum est ad inferos descendisse, & ipsa narratione, quid factum fuerit satis apparet, manifestum est ut dixi inferiores partes terræ inferorum uocabulo nuncupatas, in comparatione huius superioris terræ in cuius facie uiuitur, sicut in comparatione cœli superioris, ubi sanctorum demoratio est angelorum, Peccantes angelos in huius aëris, detrusos caligi- 2 Petri. 2 nem scriptura dicit tanq; carceribus inferi puniendos reseruari, Si enim deus inquit angelis peccantibus non pepercit sed carceribus inferi caligins retrudens tradidit in iuditio puniendos reseruari, cum apostolus Paulus, Ephes. 2 principem potestatis diabolum dicat, qui operatur in filijs diffidentiæ &c.

Ad Laurentium Enchiridion. Cap. XCIII.

Mitissima omniũ pœnarum. Mitissima sane omnium pœna erit eorum, qui præter peccatum, quòd originale traxerunt, nullum insuper addiderunt, & in cæteris quæ addiderant tanto quisq; tolerabiliorem ibi habebit damnationem, quanto hic minorem habuit iniquitatem.

Eodem libro. Cap. CXI.

Facultas damnatis peccandi deerit beatis uero uoluntas. Post resurrectionem uero facto uniuerso impletoq; iuditio, suos fines habebunt ciuitates duæ, una Christi, altera diaboli, una bonorum altera malorum, utraq; tamen angelorum & hominum. Istis uoluntas, illis facultas non poterit, ulla esse peccandi, uel ulla condito moriendi, Istis in æterna uita, uere fœliciterq; uiuentibus, illis infœliciter in æterna, uoctr sine moriendi potestate durantibus, quoniam utriq; sine fine. Sed in beatitudine isti alio alius præstabilius, in miseria uero illi, alius alio tolerabilius permanebunt.

Eodem libro, Cap. CXII.

De his qui humana miseratione cõmoti non credũt æternas esse pœnas impiorum. Fruſtra itaq; nonnulli, immo quàm plurimi, æternã damnatorum pœnam, & cruciatus sine intermissione perpetuos, humano miserantur affectu, atq; ita futurum esse non credunt, non quidem scripturis aduersando diuinis, sed pro suo motu dura quæq; molliendo, & in leniorem flectendo sententiam, quæ putant in eis terribilius esse dicta quàm uerius. Non enim obliuiscetur inquiunt misereri deus, aut continebit in ira sua miserationes Psalm. 76. suas. Hoc quidem in psalmo legitur sancto. Sed de his sine ullo scrupulo intelligitur, qui uasa misericordia nuncupantur, quia & ipsi non pro meritis suis, sed deo mi- Roman. 9 serante de miseria liberantur. Aut si hoc ad omnes existimant pertinere, non ideo necesse est, ut damnationem opinentur posse finiri eorum de quibus dictum est. Et Matth. 25 ibunt hi in supplicium æternum, ne isto modo putetur finem habura quandoq; fœlicitas eorum, de quibus econtrario dictum est, Iusti autem in uitam æternam. Sed pœnas damnatorum certis temporũ interuallis existiment, si hoc eis placet aliquatenus mitigari, etiam sic quippe intelligi potest manere in illis ira dei, hoc est ipsa damnatio. Hæc enim uocatur ira dei, non diuini animi per- Psalm. 76. turbatio, ut in ira sua, hoc est manente ira sua, non tamen contineat miserationes suas, non æterno supplicio finem dando, Sed leuamen adhibendo, uel interponendo cruciatibus. Quia nec psalmus ait, ad finiendem iram suam, uel post iram suam, sed in ira sua. Quæ si sola esset quãta ibi minima cogitari potest, perire à regno dei, exulari à ciuitate dei, alienari à uita dei, Carere tam magna Psalm. 30 multitudine dulcedinis dei, quàm abscondit timentibus se, perfecit autem sperantibus in se, tam grandis est pœna, ut ei nulla possint tormenta quæ nouimus comparari, si illa sit æterna, ista autem sint quamlibet multis sæculis longa.

Cap. CXIII. Eodem libro.

Perpetua est pœna damnatorum. Manebit ergo sine fine, mors illa perpetua damnatorum, id est alienatio à uita dei, & omnibus erit ipsa cõmunis, quamlibet homines de uarietate pœnarum, de dolorum releuatione, uel intermissione, pro suis humanis motibus suspicentur, sicut manebit cõmuniter omnium uita æterna sanctorum, quamlibet bonorum distantia concorditer fulgeant.

In Psalmum. LVII.

Futuram pœnam duas species habere. Est quædam pœna futura, gehenna ignis, ignis æternus. Futura enim pœna, duas species habet, aut inferorum est, ubi ardebat ille diues, qui uolebat sibi stillam aquæ stillari in liguam de digito pauperis, quàm ante ianuam suam contempserat quãdo ait. Quoniam crucior in hac flam-

in hac flamma. Et altera est illa in fine, de qua audituri sunt, qui ad sinistram ponendi sunt. Ite in ignem æternum, qui præparatus est diabolo, & angelis eius. Illæ pœnæ manifestæ erunt eo tempore, quando exitum fuerit ex hac uita, aut finito sæculo peruentum ad resurrectionem mortuorum &c.

In psalmum. LXXXV. versu.

Incerta esse de inferno.

Et eruisti animam meam de inferno inferiori, Quòd dicimus fratres, hoc si non uobis tanq̃ certus exposuero, ne succenseatis, homo enim sum, & quantum conceditur de scripturis sanctis, tantum audeo dicere nihil ex me. Infernum nec ego expertus sum adhuc nec uos, & fortassis alia uia erit, & non per infernũ erit. Incerta sunt enim hæc, uerum quia dicit scriptura, cui contradici non potest, Eruisti animam meam, ex inferno inferiori. Intelligimus tanq̃ duo inferna esse, superius & inferius. Etenim fratres propter duo ista inferna missus est filius dei undiq; liberans. Ad hoc infernum missus est nascendo, ad illud moriendo &c.

Duo inferna mundus scilicet & sub terra.

De triplici habitaculo. Cap. I.

Inferni cõditiones.

Lacus inferni plenus est tenebrarum discordiæ, odij stultitiæ, miseriæ, turpitudinis, amaritudinis, offensionis, doloris, adustionis, sitis, famis, ignis inextinguibilis, tristiciæ, uindictæ perennes, & omnis ineffabilis mali, qđ nec dici, nec cogitari potest. Ciues cœli sunt iusti homines & angeli, quorum rex est deus omnipotens, At contra ciues inferni, sunt impij homines & dæmones, quorum princeps est diabolus. Satiat iustos uisio sanctorum hominum & angelorum, & super omnia ipsius dei. Cruciat impios & peccatores uisio hominum damnatorum & dæmonum, & super omnia ipsius diaboli Nihil in regno dei desideratur, quod non inueniatur, at in inferno nihil inuenitur, quod desideratur.

De cognitione verè uitæ, Cap. XL.

Infernus non est corporeus,

Infernus est incorporeus substantia spiritalis corpori similis, cuius pœna tanto est intollerabilior, quanto spiritus corpore est subtilior. Omne enim corpus uetustate deficit, diuturnitate dissolutum interibit. Vnde si infernalis ignis est corporeus, restat ut corporalibus instrumentis nutriatur, & sequitur ut illis consumptis ipse intereat. Sed constat ignem gehẽnæ non deficere, ergo spiritalis est, si autem est corporeus, sed indeficiens creatus est, Necesse est ut animæ et spiritus qualecunq; corpus induant, in quo ignem corporeum sentiant.

De fide ad Petrum, Cap. XXXVIII.

Firmissime tene & nullatenus dubites, non solum omnes paganos, sed etiam omnes Iudæos, hæreticos atq; scismaticos, qui extra ecclesiam catholicã præsentem finiunt uitam, in ignem æternum ituros, qui paratus est diabolo & angelis eius.

Damnãtur omnes extra ecclesiã decedentes

Libro XX. De ciuitate dei. Cap. XVI.

Ignis æternus in quæ mundi pars futurus sit neminẽ hominum nosse. 1 Corin. 13 Genesis. 7

Iudicatis quippe his, qui scripti non sunt in libro uitæ, & in æternum ignem missis, qui ignis cuiusmodi, et in qua mundi, uel rerum parte futurus sit, hominem scire arbitror neminem, nisi forte cui spiritus diuinus ostendit. Tunc figura huius mundi mundanorum ignium conflagratione præteribit sicut factum est mundanarũ aquarum inundatione diluuij.

Eodem libro. Cap. XXII.

Esai. 66 Matthei. 8 Matthei. 25 1. Cor. 15

Qualis futura sit egressio sanctorum ad uidendas pœnas malorum,

Sed quomodo egredientur boni ad uidendas pœnas malorum? Nunquid corporis motu beatas illas relicturi sedes, & ad loca pœnalia perrecturi, ut malorum tormenta conspiciant præsentia corporali? Absit. Sed egredientur per scientiam. Hoc enim uerbo significatum est eos. qui cruciabuntur extra futuros. Propter quod & dominus ea loca tenebras exteriores uocat, quibus contrarius est ille ingressus, de quo dicitur seruo bono. Intra in gaudium domini tui, nec illic mali putentur ingredi ut sciantur, Sed ad alios potius, uelut egredi per scientiam, qua eos cognituri sunt boni, qa id qđ extra est, cognituri sunt. Qui enim erunt in pœnis, quid agatur intus in gaudio domini nescient, qui uero erunt in illo gaudio, quid agatur foris in illis tenebris exterioribus sciẽt. Ideo dictum est, egredientur, quia eos etiam qui foris ab eis erunt, utiq; non latebunt. Si enim hæc prophetæ nõdum facta nosse potuerunt, per hoc quod erat deus quã tulumcunq; in eorum mortaliũ mentibus, quomodo immortales sancti, iam facta tunc nescient, cum deus erit omnia in omnibus?

Post pauca ibidem.

Varię illarum rerum expositio.

In pœnis autem malorum, & inextinguibilis ignis, & uiuacissimus uermis, ab alijs, atq; alijs, aliter atq; aliter expositus est. Alij quippe utrunq; ad corpus, alij utrunq; ad animam retulerunt, alij proprie ad corpus ignem, uermem uero tropice ad animam, quod credibilius esse uidetur &c.

Libro XXI. De ciuitate dei, Cap. II.

An possint corpora in ustione ignis esse perpetua.

Quid igitur ostendam unde conuincantur increduli, posse humana corpa animata atq; uiuentia, nõ solũ nunq̃ morte dissolui, sed in æternorũ quoq; igniũ durare tormentis? Nolunt enim hoc ad omnipotentis nos referre potentiam, sed aliquo exemplo persuaderi sibi flagitant. Quibus si respondebimus, esse animalia profecto corruptibilia, quia mortalia, quæ tamen in medijs ignibus uiuant, nonnullum etiam genus uermium in

aquarum

equarum calidarum scaturigine reperiri, quarum feruorem nemo impune contrectat. Illos autem non solum sine ulla sua lesione ibi esse, sed extra esse non posse, aut nolunt credere, si ostendere non ualemus, aut si ualuerimus siue oculis demonstrare res ipsas, siue per testes idoneos edocere, non satis hoc esse ad exemplum rei, de qua quæstio est, eadem infidelitate contendunt, quia hæc animalia nec semper uiuunt, & in illis feruoribus siue doloribus uiuunt, suæ quippe naturæ conuenientibus uegetãtur, illis non cruciantur elementis, quasi nõ incredibilius sit uegetari, quàm non cruciari talibus rebus. Mirabile est enim dolere in ignibus, & tamen uiuere, sed mirabilius uiuere in ignibus nec dolere. Si autem hoc creditur, cur non & illud?

Cap. III.

Sed nullum est inquiunt corpus, quòd dolere possit, nec possit mori. Et hoc unde scimus? Nam de corporibus quis certus est dæmonum, utrum in eis doleant, quando se affligi magnis cruciatibus confitentur? Quod si respondetur, terrenum corpus solidum scilizet atq; conspicuum nullum esse, atq; ut uno potius nomine id explicem, nullam esse carnem, quæ dolere possit moriq; nõ possit, quid aliud dicitur, nisi quòd sensu corporis homines & experientia collegerunt? Nullam nanq; carnem nisi mortalem sciunt. Et hæc est eorum tota ratio, ut quòd experti non sunt, nequaq̃ esse arbitrentur &c.

Cap. IIII. Eodem libro.

Naturalibus exemplis demonstratur corpora humana in igne non absumi.

De salamandra.

De Æthna.

Qua propter sicut scripserunt, qui naturas animalium curiosius indagarunt, Salamandra in ignibus uiuit. Et quidam notissimi Siciliæ montes, qui tanta diuturnitate temporis atq; uetustate usq; nunc, & deinceps flammis æstuant atq; integri perseuerant, satis idonei testes sunt, non omne quod ardet absumi, & anima indicat, non omne quòd dolere potest, posse etiam mori &c.

Cap. XI. Eodem libro.

Quare pro tẽporarijs peccatis impij pœna mulctatur æterna.

Matthæi. 7 Luce 6

Hic autem quidam eorum contra quos defendimus ciuitatem dei, iniustũ putant, ut pro peccatis quãlibet magnis, paruo licet tẽpore perpetratis pœna quisq; damnetur æterna, quasi ullius id unq̃ iustitia legis attendat, ut tanta mora temporis quisq; puniatur, quanta mora temporis, unde puniretur admisit. Quomodo itẽm uerum est inquiunt, id quòd ait Christus uester, In qua mensura mensi fueritis in ea remetietur uobis, si temporale peccatum supplicio punitur æterno? Nec attendunt non propter equale temporis spacium, sed propter uicissitudinem mali, id est, ut qui mala fœcerit, mala patiatur, Eandem dictam fuisse mensuram, quàmuis hoc in ea re proprie possit accipi, de qua dominus, cum hoc diceret, loquebatur, id est, de iuditijs & condemnationibus. Proinde qui iudicat, & comdemnat iniuste, si iudicatur & condemnatur iniuste, in eadẽ mensura recipit, quàmuis non hoc quòd dedit. Iuditio enim fœcit, iudicio patiatur. Quàmuis enim fœcerit damnatione, quòd iniquum est, patiatur damnatione quòd iustum est &c.

Cap. IX. Eodem libro.

De gehenna & æternarum qualitate pœnarum,

Esaie. 66.

Marci. 9.

Quod igitur de sempiterno supplicio damnatorum per suum prophetam deus dixit, fiet, omnino fiet, uermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Ad hoc enim uehementius commendandum, etiam dominus Iesus cum membra quæ hominem scandalizant, pro his hominibus poneret, quos ut sua membra, dextra quis diligit, eaq; præciperet amputari, Bonum est tibi inquit debilem introire in uitam æternam, quàm duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, ubi uermis eorum non moritur, & ignis eorum non extinguitur, similiter de pede &c. Non eum piguit uno loco eadem uerba ter dicere, quem non terreat ista repetitio, & illius pœnæ comminatio tam uehemens ore diuino. Vtrumq; autem horum, ignem scilicet atq; uermem, qui uolunt ad animæ pœnas non ad corporis pertinere, dicunt etiam uri dolere cum sero atq; infructuose pœnitentes eos qui fuerint à regno dei, separati, & ideo ignem pro isto dolore urentem non incongrue poni potuisse contendunt. Vnde illud apostoli est. Quis scandalizatur, & ego non uror? Eundem etiam dolorem uermem putant intelligendum esse, Nam scriptum est inquiunt, Sicut Tinea uestimentum & uermis lignum, sic mœror excruciat cor uiri. Qui uero pœnas & animæ & corporis in illo supplicio futuras esse non dubitant, igne uri corpus, animam autem rodi quodammodo uerme mœroris affirmant. Quod & si credibilia dicitur, quia utiq; absurdum est ibi dolorem, aut corporis, aut animæ defuturum, Ego tamen facilius æstimo, ut ad corpus dicam utrumq; pertinere quàm neutrum, & ideo tantum in illis diuinæ scripturæ uerbis animi dolorem, quomodo consequens esse intelligitur etiam si non dicatur, ut in corpore sic dolente animus quoq; sterili pœnitentia crucietur. Eligat quisq; quod placet, aut ignem tribuere corpori, animo uermem, hoc proprie, illud tropice, aut utrumq; proprie corpori. Nunc enim ex parte scimus, donec ueniat, quod perfectum est. dũ tamen nullo modo illa corpora talia futura esse credamus, ut nullis ab igne afficiantur doloribus.

Pronerb 25

1. Corin. 13

Cap. X.

Hic occurrit quærere, si non erit ignis incorporalis noxius, sicut animi dolor, sed corporalis factu noxius, ut eo possint corpora cruciari, quomodo in eo erit etiam pœna spirituum malignorum. Idem quippe ignis erit supplicio, scilicet hominum attributus, & dæmonum, dicente Christo, Discedite à me maledicti in ignem æternũ, qui paratus est diabolo, & angelis eius, nisi quia sunt quædam sua etiam dæmonibus corpa, sicut doctis hominibus uisum est, ex isto aëre crasso atq; humido eius impulsus uento flante sentitur. Quod genus elementi si

Matth. 25

Ignis infernalis quomodo spiritus adurat.

elementi si nihil igne perpeti posset, non ureret feruefactus in balneis, Vt enim urat, prior uritur, facitq; quod patitur. Si autem quisq̃ nulla corpora habere dæmones asseuerat, non est de hac re, aut laborandum operosa inquisitione, aut contentiosa disputatione certandum. Cur ita q; nõ dicamus, quàmuis miris, tamen ueris modis etiã spiritus incorporeos posse pœna ignis corporalis affligi, si spiritus hominum etiam ipsi profecto incorporei, & nunc potuerint includi corporalibus membris, et tũc poterunt corporum suorum uinculis insolubiliter alligari, Adherebunt ergo si eis nulla sunt corpora spiritus dæmonum, immò spiritus dæmones, licet incorporei corporeis ignibus cruciandi, non ut ignes ipsi quibus adherebunt eorum iunctura inspirentur et animalia fiãt, quæ constent spiritu & corpore, sed ut dixi miris & infabilibus modis adherendo accipientes, ex ignibus pœnã non dantes ignibus uitam, quia & iste alius modus, quo corporibus adherent spiritus & animalia fiunt, omnino mirus est, nec cõprehendi ab homine potest, & hoc ipse homo est. Dicerem quidem sic arsuros, sine ullo suo corLuce. 16 pore spiritus, sicut ardebat apud inferos ille diues, quando dicebat, Crucior in hac flamma, nisi conuenienter responderi cernerem, talem fuisse illam flammã, quales oculi quos leuauit, & Lazarum uidit, qualis lingua cui humorem exiguum desiderauit infundi, qualis digitus Lazari, de quo id sibi fieri postulauit, ubi tamen erãt sine corporibus animæ. Sic ergo incorporalis, & illa flamma qua exarsit, et illa guttula quam poposcit, qualia etiam sunt uisa dormientium, siue in extasi cernẽaum res incorporales habentes tamen similitudinem corporum. Nam & ipse homo cum spiritu, non corpore sit in talibus uisis, ita se tamen tunc similem suo corpori uidet, ut discernere omnino non possit. Aut uero gehenna illa quòd etiam stagnum ignis, & sulphuris dictum est, corporeus ignis erit, & cruciabit corpora damnatorum, aut & hominum & dæmonum, solida hominum aërea dæmonum, aut tantum hominum corpora cum spiritibus, dæmones autem spiritus, sine corporibus hærẽtes
Matth. 25 sumendo pœnam, non impertiendo uitam corporalibus ignibus. Vnus quippe utrisq; ignis erit, sicut ueritas dixit &c.

Cap. XIII.

Platonico rum opinio de purgãdis post mortem & supplicia hominibus. Platonici quidem quàmuis impunita nulla uelint esse peccata, tamen omnes pœnas emendationi adhiberi putãt, uel humanis inflictas legibus, uel diuinis, siue in hac uita, siue post mortem, si autem parcatur hic cuiq̃, aut ita plectatur, ut hic nõ corrigatur. Hinc est Marõis illa sententia, ubi cum dixisset de terrenis corporibus moribũdisq; membris quòd animæ.

Hinc metuunt, cupiuntq;, dolent, gaudentq;, nec auras
Suspiciunt clausæ tenebris & carcere cæco.

Virgilius 6. Aeneid. Secutus adiunxit atq; ait,

Quin & supremo cum lumine uita reliquit,
Id est cum die nouissimo relinquit eas ista uita,
Non tamen omne malum miseris nec funditus omnes,
Corporeæ excedunt pestes, penitusq; necesse est,
Multa diu concreta modis inolescere miris,
Ergo exercentur pœnis, ueterumq; malorum,
Supplicia expendunt, aliæ panduntur inanes,
Suspensæ ad uentos, aliis sub gurgite uasto,
Infectum eluitur scelus, aut exuritur igni,

Qui hoc opinantur, nullas pœnas nisi purgatorias, uolunt esse post mortem, ut quoniã terris superiora sunt elementa, aqua, aer, ignis, ex aliquo istorum mundetur, per expiatorias pœnas, quòd terrena contagione contractum est. Aër quippe accipitur in eo quòd ait, suspensæ ad uentos. Aqua in eo quòd ait, sub gurgite uasto. Ignis autem suo nomine expressus est, cum dixit aut exuritur igni. Nos uero etiã in hac uita quidem mortali esse quasdam pœnas purgatorias confitemur, nõ quibus affligunatur, quorum uita, uel non inde fit melior, uel potius inde fit peior, sed illis sunt purgatoriæ, qui eis coërciti corriguntur. Cæteræ omnes pene siue temporariæ, siue sempiternæ, sicut unusquisq; diuina prouidẽtia tractandus est inferuntur uel pro peccatis siue præteritis, siue in quibus adhuc uiuit ille qui plectitur, uel pro exercendis declarandisq; uirtutibus, per homines & angelos, seu bonos, seu malos. Nam si quisq; mali aliquid alterius improbitate, uel errore patiatur, peccat quidem homo, qui uel ignorantia, uel iniustitia cuiq̃ mali aliquid facit, sed nõ peccat deus, qui iusto quàmuis occulto tuditio fieri finit. Sed temporarias pœnas, alij in hac uita tantum, apost mortem, alij & nunc & tunc, uerumtamen ante iuditium illud seueriſſimum nouiſſimumq; patiuntur. Nõ autem omnes ueniunt in sempiternas pœnas, quæ post illud iuditium his sunt futuræ, qui post mortem sustinent temperales, Nam quibusdam, quòd in isto non remittitur Matth. 12 remitti in futuro sæculo, id est, ne futuri sæculi æterno supplicio puniantur, iam supra diximus.

Cap. XVII. Eodem libro.

Origenes nullorum hominum pœnas in æternũ esse manuras credidit. Nunc iam cum misericordibus nostris agendum esse uideo, & pacifice disputandum, qui uel omnibus illis hominibus quos iustissimus iudex dignos gehennæ supplicio iudicabit, uel quibusdam eorum, qui nolunt credere pœnam sempiternam futuram, sed post certi temporis metas pro cuiusq; peccati quãtitate longioris siue breuioris eos inde existimant liberandos. Qua in re misericordior profecto fuit Origenes, qui et ipsum diabolum, atq; angelos eius post grauiora pro meritis & diuturniora supplitia ex illis cruciatibus eruendos atq; sociandos sanctis angelis credidit, Sed illum & propter hoc, & propter alia nonnulla, & maxime propter alternantes sine cessatione beatitudines & miserias, & statutis sæculorum interuallis, ab istis ad illas, atq; ab illis ad istas itus ac reditus interminabiles non immerito reprobauit ecclesia. Quia & hoc quod misericors uidebatur amisit, faciendo sanctis ueras miserias, quibus pœnas luerent, & falsas beatitudines in quibus uerũ ac securum, hoc est sine timore certum

certum sempiterni boni gaudium non haberent, &c.

Caput XXIIII. Eodem libro.

2. Timo. 4 Mat. 25

Sed cum dictum fuerit à iudice uiuorum atq; mortuorum. Venite benedicti, &c. & alijs ècontrario: Discedite à me maledicti, &c. Nimiæ præsumptionis est dicere cuiquam eorum æternum suppliciũ non futurum, quos deus ituros in supplicium dixit æternum, & per huius præsumptionis persuasionem facere, ut de ipsa quoq; uita, uel desperetur uel dubitetur æterna.

Refellit opinionem Origenis

DE VITA AETERNA, et fœlicitate Sanctorum.

Quæstionum super Genesim, Quæstio. CXIIII.

Gene. 35

Non iam uocaberis Iacob, sed Israël erit nomen tuum. Nimirum ergo nomen hoc ad illã rectè intelligitur pertinere promissionem, ubi sic uidebitur Deus quemodo non est antea patribus uisus, ubi non erit nomen uetus, quia nihil remanebit uel in ipso corpore uetustatis, & Dei uisio summum erit præmium.

Visio Dei summum beatorum præmium

Ad Probam epistola CXXI.

Philosophi quidam, qd sit beata uita inuenire non potuerunt.

Hic fortasse iam quæras, quid sit ipsa beata uita? In qua quæstione multorum philosophorum ingenia otiaq; contrita sunt, quæ tamen eam tanto minus inuenire potuerũt, quanto minus eius finem honorauerunt, eiq; gratias non egerunt. Prius itaq; attende, utrum acquiescendum sit eis, qui dicunt eum beatum esse, qui secundum suam uiuit uoluntatem. Sed absit ut uerum hoc esse credamus. Quid si enim nequiter uelit uiuere? Nonne tanto miserior esse conuincitur, quanto facilius mala eius uoluntas impletur? Merito hanc sententiam etiam ipsi, qui sine cultu Dei philosophati sunt respuerunt. Nam quidam eorum uir eloquentissimus ait: Ecce autem alij philosophi quidem, sed prompti tamen ad disputandum, omnes aiunt esse beatos qui uiuunt, ut ipsi uelint. Falsum id quidem. Velle enim quod non deceat, idipsum miserrimum, nec tamen miserum est, non adipisci quod uelis, quàm adipisci uelle quod nõ oportet. Quid tibi uidentur hæc uerba? Nõne ab ipsa ueritate, per quemlibet dicta sunt. Possumus ergo hic dicere, quod Apostolus ait de quodam Propheta Cretensi, cum eius illi sententia placuisset, Testimonium hoc uerum est. Ille igitur beatus est, qui omnia quæ uult habet, nec aliquid uult quod non decet.

In libro de uita beata,

Tullius in Hortensio,

Titum,)

De spiritu & litera ad Marcellinum, Caput XXXIII.

Matthæi. 5 Cognoscere Deum uita est æterna Ioan.) 7

Beati misericordes, quoniam ipsorum misserebitur. Iam uero cum finistri ierint in ambustionem æternam, iusti autem in uitam æternam, quia hæc est, inquit, uita æterna, ut cognoscant te unum uerum Deum, et quem misisti Iesum Christum, illa cognitione, illa uisione, illa contemplatione satiabitur in bonis animæ desiderium. Hoc enim ei solum sat est, ultra nõ habet qd' appetat, quo inhiet, quo regret.

De inquisitione Trinitatis.

Interrogatur, quomodo beatus Ioannes Euangelista dicit. Deum nemo uidit unquam. Et ipse dominus in alio loco: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Et Apostolus inuisibilem Deum dicit. Responsio. Videri enim potest Deus, id est, intelligi secundum suæ donũ gratiæ, siue ab Angelis, siue ab animabus sanctorum. Plenam uero diuinitatis naturam, nec angelus quilibet, nec sanctorum aliquis perfectè intelligere poterit, ideo compræhensibilis dicitur Deus.

Ioan.) 1 Matt.) 5 1. Timot.) 6

Plenam diuinitatis naturam. nemo perfectè intelligere potest

Ibidem.

Interrogatur. Quod sanctis summum promittitur præmium æterna dei uisio, an æqualiter uidebũt uel intelligent? Respondetur. Nullatenus æqualiter omnes uel angeli uel animæ sanctorum deum uel nunc uident uel post resurrectionem uidebunt, sed secũdum donatoris dispensationem & meritorum qualitatem. Vnusquisq; tamẽ sufficientem in eius uisione meritis habebit beatitudinem, nec plus quærere quàm habebit, Nec se minus habere quã uolet dolebit, &c.

Visio Dei præmium beatorum

De uera innocentia. Cap. XXXVII.

Aeternæ ciuitatis æterna sunt gaudia, & sanctorum dierum perpetuitas infinita, nec uariabitur, nec labetur, quia incommutabili pace potientur, quorum erit omnium bonum, etiam quæ fiunt singulorum.

De æternis gaudijs.

In lib. de uita beata, disputatione tertiæ diei.

Illa est igitur plena facietas animorum, hoc est, beata uita, pie perfectéq; cognoscere, à quo inducaris in ueritatem, qua ueritate perfruaris, per quid connectaris summo bono. Quæ tria unum Deum intelligentibus, unamq; sub stantiam exclusis uanitatibus uariæ superstitiõis ostendũt. Hæc est in qua nullo ambigemẽ beata uita, quæ uita perfecta est, ad quam nos festinãter posse perduci, solida fide, alacri spe, flagrante charitate præsumendum est.

Vita beata uita perfecta est

Lib. I. de moribus ecclesiæ catholicæ, Cap. XXV.

Ioan.) 17

Diligamus igitur deum ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, quicunq; ad uitam æternam peruenire propositum habemus. Vita enim æterna est totum præmium, cuius promissione gaudemus. Nec præmium potest præcedere merita, & prius homini dare quam dignus est. Quid enim hoc iniustius, & quid iustius Deo? Non ergo debemus poscere præmium antequam mereamur accipere. Hic fortasse non incongrue quæritur, æterna ipsa uita quid sit. Sed eius largitorem potius audiamus: Hæc est, inquit uita æterna, ut cognoscant te uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum. Aeterna igitur uita est ipsa cognitio ueritatis. Quamobrem uidete quam sint peruersi atq; præposteri, qui sese arbitrantur Dei cognitionem tradere, ut perfecti sumus, cum perfectorum ipse sit præmium. Quid ergo agendum est, quid quæso, nisi ut eum ipsum quem cognoscere uolumus, prius plena charitate diligamus? Vnde illud exoritur, quod ab inutio satis egimus, nihil in ecclesia catho

Vita æterna præmiũ est iustorũ.

lica salubrius fieri, quàm ut ratione præcedat authoritas.

De fide & simbolo, Caput VI.

Christum credimus in cœlum ascendisse, qui uitæ beatitudinem etiam nobis promisit dicens: Erunt sicut angeli in cœlis, in illa ciuitate quæ est mater omnium nostrũ Hierusalem æterna in cœlis. Solet autem quosdam offendere uel ipsos Gentiles uel Hæreticos, quod credamus assumptum terrenum corpus in cœlum. At gentiles plurimiq; philosophorum argumentis nobiscum agere solent, ut dicant: Terrenum aliquid in cœlo esse non posse, nostras enim scripturas nun nouerunt, nec sciunt quo modo dictũ sit. Seminatur corpus animale, surget corpus spiritale Nõ enim ita dictum est, quasi corpus uertatur in spiritum, & spiritus fiat, quia & nunc corpus nostrum quod anima'e dicitur, non in animam uersum est, & anima factum, sed spiritale corpus intelligitur, quia ita coaptandum est, ut cœlesti habitatione conueniat, omni fragilitate & labe terrena in cœlestem puritatem & stabilitatem mutata atque conuersa. Hæc est immutatio, de qua iterum dicit Apostolus. Omnes resurgemus, sed non omnes immutabimur, quã immutationem non in deterius sed in melius fieri docet, cũ dicit, & nos immutabimur. Sed ubi & quomodo sit in cœlo corpus dominicum curiosissimum & superuacaneum est quærere, tantummodo in cœlo esse credendũ est: Non enim est fragilitatis nostræ secreta cœlorum discutere, sed est nostræ fidei de dominici corporis dignitate sublimia et honesta sapere.

Quale corpus in cœlo futurum sit

Math. 22

1. Cor. 15

1. Corin. 15

In cœlo corpus Dominicum quõ sit curiosissimum est quærere

De uidendo Deum ad Paulinam, Caput XI.

In iudicio futuro quo sic Christus uenturus est, quomodo uisus est iens in cœlum. Hoc est in eadem forma filij hominis, eandem formam uidebunt, quibus dicturus est: Esuriui & non dedistis mihi manducare, quia & Iudæi uidebunt in quem pupugerunt, non illam Dei formam, in qua non rapinam arbitratus est esse æqualis deo. In illa dei forma tunc uidebunt, qui uidebunt eum sicuti est. Nec ideo uidebunt, quia pauperes spiritu in hac uita fuerunt, quia mites, quia lugentes, quia esurientes & sitientes iustitiam, quia misericordes, quia pacifici, quia persecutionem passi propter iustitiam, quamuis & hæc omnia idem ipsi passi sunt, sed quia mundo sunt corde. Ideo quippe inter illas beatitudines cum omnia faciant qui cor mundum habent, non est tamen alicubi positum, deum uidebunt, nisi ubi dictum est: Beati mundo corde, quoniam mundo corde uidebitur, qa nec in loco uidetur, nec oculis corporalibus quæritur, nec circũscribitur uisu, nec tactu tenetur, nec audiatur affatu, nec sentitur incessu. Deũ enim nemo uidit unq̃, uel in hac uita sicuti ipse est, uel etiam in angelorum uita, sicut uisibilia ista quæ corporali uisione cernuntur. Quia unigenitus filius qui est in sinu patris ipse narrabit. Vnde non ad oculorum corporalium, sed ad mentium uisionem dictum est pertinere quod narrat.

Actor.)

Matth. 25

Zachar. 12 Philip. 2 Matth. 5

Ioan.)

Ad mentis uisionem ista dicũtur.

Cap. XX. eodem libro.

Ad eam uero uisionem qua uidebimus deum sicuti est, mundanda corda cõmonuit. Quia enim corpora consuetudine loquendi uisibilia nominantur, propterea deus inuisibilis dicitur, ne corpus esse credatur, non quia corda munda suæ substantiæ contemplatione fraudantur, cum hic summa & magna merces deum colentibus & diligentibus promittatur, dicente ipso domino, quando corporalibus oculis uisibiliter apparebat, & inuisibilem se contuendum mundis cordibus promittebat. Qui diligit me, diligetur à patre meo, & ego diligam eum & ostendã meipsum illi. Hæc quippe natura eius æqualiter cum patre inuisibilis, sicut æqualiter incorruptibilis est, quæ sicut supra dictum est, continuatim Apostolus posuit diuinam substantiam, qua potuit hominibus prædicatione commendans, quam si oculi corporales in resurrectione mutata corporum qualitate conspicient, uiderint qui hoc possunt astruere, me plus mouet illius sententia, qui nec in ipsa resurrectione hoc corporalibus oculis, sed mundis cordibus tribut, &c.

1. Ioan. 3

Ioannis. 14

Deus non uidebitur, nec in ipsa resurrectione corporalibus oculis.

Ambrosij scilicet.

Caput XXII. Eodem libro.

Nos autem ad illam uisionem Dei, quæ nobis in resurrectione promittitur, non ex hoc mundo istam concupiscentiam oculorum transferre conemur, sed mundandis cordibus pio studeamus affectu, nec corporalem faciem cogitemus cum dicit Apostolus: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem, præsertim quia Apostolus expressius dixit: Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Si ergo tunc corporali Deum facie cognoscemus, corporali eius nũc facie cogniti sumus. Tunc enim cognoscam, inquit, sicut & cognitus sum. Vnde quis eum non intelligat eo loco, etiam nostram faciem illam significare uoluisse, de qua dicit alio loco: Nos autem reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur de gloria in gloriã, tanquam à Domini spiritu, de gloria scilicet fidei, in gloriã contemplationis æternæ? Hoc quippe ait hæc transformatio, qua interior homo renouatur, de die in diem.

1. Corin. 13

Corporalis facies non cogitanda.

2. Corin. 3

In Psalm. LXXXV.

In alio sæculo quid erit? Quod negotiũ nostrum? Quæ actio nostra? Nulla actio, quia quies. Sedebimus ergo & torpebimus, & nihil agemus? Si refrigescit amor noster, refrigescit & actio nostra. Amor ergo quietus in uultu dei, quem modo desideramus, cui suspiramus, cum ad eum uenerimus, quomodo nos accendet, in quem nondũ uisum sic suspiramus? Cum ad eum uenerimus, quomodo nos illuminabit? Quemõ nos mutabit? Quid de nobis faciet? Quid ergo agimus fratres? Psalmus nobis indicat: Beati qui habitant in domo tua. Vnde? In sæcula sæculorum laudabũt æ. Hæc erit actio nostra, Laus Dei.

In alio sæculo boni & fideles quid acturi.

Psalm. 83

Psal.

Psalm. LXXXVI.

1. Ioan. 3 Laudare Deum & frui deo negotium omne erit beatorum Ioan. 1 1. Cor. 15 Psalm. 83.

Aderit post hanc uitam cui modo suspiramus, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Ibi totum negotium nostrum, non erit nisi laudare Deum, & frui Deo. Et quid aliud quæremus, ubi solus sufficit, per quem facta sunt omnia, Habitabimur & habitabimus, subijcietur illi omnia, ut sit Deus omnia in omnibus. Beati ergo qui habitant in domo tua.

In epistolam Ioannis, Tractatu. IIII.

Math. 5

Beati mundo corde quoniam ipsi deum uidebunt: Ergo uisuri sumus quandam uisionem fratres, quam nec oculus uidit, nec auris audit, nec in cor hominis ascendit. Visionem quandam, uisionem præcellentem omnes pulchritudines terrenas, auri & argenti, nemorum atq; camporũ, pulchritudinem maris & aëris, pulchritudinem solis & lunæ, stellarũ, angelorum, omnia superantem, quia ex ipso pulchra sunt omnia. Quid ergo nos erimis quãdo uidebimus quod nobis promissum est? Similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Quomodo potuit, lingua sonuit, cætera corde cogitemur.

Esa. 64 1. Cor. 2. De excellẽtia uisionis beatorum.

Libro. I. de trinitate, Cap. XIII.

Multis documentis probabile est, quia illa uisio Dei, qua contemplabimur incommutabilem atq; humanis oculis inuisibilem Dei substantiam, quæ solis sanctis promittitur, quam dixit Apostolus Paulus: facie ad faciem. Et de qua dicit Apostolus Ioannes: similes ei erimus, &c.

1. Cor. 13. 1. Ioan. 3

Lib. III. Cap. IIII.

Mirum est autem cum capessendæ atque retinendæ beatitudinis uoluntas una sit omnium, unde tanta existat de ipsa beatitudine rursus uarietas atq; diuersitas uoluntatum. Non quod aliquis eam nolit, sed quod non omnes eam norint. Si enim omnes eam nossent, non ab alijs putaretur esse, in uirtute animi, alijs in corporis uoluptate, alijs in utraq;, & alijs atq; alijs, alibi atq; alibi. Vt enim eos quæq; res maxime delectauit, ita in ea constituerunt uitam beatam. Quomodo igitur feruentissimè amant omnes, quod non omnes sciunt? Quis potest amare quod nescit? Sicut iã de hac re in libris superioribus disputaui. Cur ergo beatitudo amatur ab omnibus, nec tamen scitur ab omnibus? An forte sciunt omnes ipsa quæ sit, sed nõ omnes sciunt ubi sit, & inde contentio est? Quasi uero de aliquo mundi huius agatur loco, ubi debeat quisq; uelle uiuere, qui uult beatè uiuere, ac non ita quæratur ubi sit beatitudo, sicut quæritur quæ sit. Nam utiq; si in corporis uoluptate est, ille beatus est qui fruitur corporis uoluptate, Si in uirtute animi, ille qui hac fruitur, Si in utraq;, ille qui fruitur utraq;. Cum itaq; alius dicit: Beate uiuere est uoluptate corporis frui. Alius autem, beate uiuere est uirtute animi frui. Nonne aut ambo nesciunt quæ sit beata uita, aut non ambo sciunt?

Omnes homines beatitudinem expetunt, sed nõ eadẽ diffinitione nouerunt.

Eodem lib. Cap. V.

Quis uere beatus.

Beatus igitur non est, nisi qui et habet omnia quæ uult, & nihil uult male.

De sancta uirginitate, Caput XXVI.

Quid sibi uult denarius ille, inquiunt, qui opere uineæ terminato æqualiter omnibus redditur, siue his qui ex prima hora, siue his qui una hora operati sunt? Quid utiq; nisi aliquid significat, quod omnes communiter habebũt, sicuti est ipsa uita æterna, ipsum regnum cœlorum, ubi erunt omnes quos Deus prædestinauit, uocauit, iustificauit & glorificauit? Oportet enim hoc corruptibile inducere incorruptionem, & mortale hoc inducere immortalitatẽ. Hic est ille denarius merces omnium. Stella tamen ab stella differt in gloria, sic & resurrectio mortuorũ, Hæc sunt merita diuersa sanctorum. Sed quia ipsa uita æterna pariter erit omnibus sanctis, æqualis denarius omnibus attributus est. Quia uero in ipsa uita æterna distincte fulgebũt lumina meritorum, multæ sunt mansiones apud patrem, Ac per hoc in denario quidem non impari, non uiuet alius alio plixius, In multis autem mansionibus honoratur alius alio clarius, &c.

Math. 20 Quod non sint æqualia futura præmia beatorum

Rom. 8. 1. Cor. 15

Item de uerbis domini sermo. 59

Lib. X. de ciuitate Dei, Caput XVI.

Quid de Dei uisione Plotinus senserit.

Visio namq; Dei, tantæ pulchritudinis uisio est, & tanto amore dignissima, ut sine hac quibuslibet alijs bonis præditum atq; abundantẽ non dubitet Plotinus infœlicissimum dicere.

Libro. XXII. Caput XXIX.

De qualitate uisiõis, qua in futuro sæculo sancti deum uidebunt

Nunc iam quid acturi sint in corporibus immortalibus atq; spiritalibus sancti, non adhuc eorum carne carnaliter, sed spiritaliter iam uiuente, quantum dominus dignatur adiuuare uideamus. Et illa quidem actio, uel potius quies atq; ocium, quale futurũ sit, si uelim uerũ dicere nescio, Non enim hoc unquam per sensus corporis uidi. Si autem hoc mente, id est, intelligentia uidisse me dicã, quãtum est aut quid est nostra intelligentia ad illam excellentiam? Ibi est enim pax Dei, quæ sicut ait Apostolus, superat omnem intellectum, quem nisi nostrum, aut fortasse etiam omnium sanctorum angelorum? Non enim & Dei. Si ergo sancti in dei pace uicturi sunt, proficiò in ea pace uicturi sunt, quæ superat omnem intellectum. Quoniam quod nostrum quidem superat non est dubium. Si autem superat et angelorum, ut nec ipsos excepisse uideatur, qui ait omnem intellectum, secundum hoc dictum esse debemus accipere, quia pacem Dei qua ipse Deus pacatus est sicut nouit Deus, non eam nos sic possumus nosse, nec ulli angeli. Superat itaq; omnem intellectũ, non dubiũ præter suum. Sed quia & nos pro modo nostro pacis eius participes facti, summã in nobis atq; inter nos et cũ ipso pacem, quantũ nostrũ summũ est, obtinebimus. Ista modo pro suo modo sciũt eam sancti angeli, homines autem nunc longe intra quantũlibet profectu mentis excellant. Considerandum est enim quãtus uir dicebat: Ex parte scimus ex parte prophetamus, donec ueniat quod perfectũ est. Et uidemus nunc per speculũ in ænigmate, tunc autẽ facie ad faciem. Sic iam uident sancti angeli, qui etiam nostri angeli dicti sunt, quia eruti de potestate tenebrarũ, & accepto spiritus pignore, translati ad regnũ Christi, ad eos angelos iam cœpimus pertinere, cum quibus nobis erit sancta atq;

Philip. 4

1. Cor. 13

dulcissima, de qua iam tot libros scripsimus, Dei ciuitas ipsa communis. Sic sunt ergo angeli nostri, qui sunt angeli dei, quemadmodum Christus Dei, Christus est noster. Dei sunt, quia Deum non reliquerunt: nostri sunt, quia suos ciues nos habere cœperunt. Dixit autem Dominus Iesus:
Mat. 18 Videte ne contemnatis unũ de pusillis istis, Dico enim uobis, quia angeli eorũ in cœlis semp uidẽt faciẽ patris mei q̃ in cœlis est. Sicut ergo illi uident, ita & nos usuri sumus, sed nondum ita uidemus. Propter quod ait Apostolus q̃d
1. Cor. 13. pauloante dixi: Videmus nũc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Præmium itaq; fidei nobis uisio ista seruatur, de qua & Ioannes apostolus loquens: Cũ
1. Iozn. 3 apparuerit, inquit, similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Facies autem Dei, manifestatio eius intelligenda est, non aliquod tale membrorum quale nos habemus in corpore, atq; isto nomine nuncupamus. Quapropter cũ ex me quæritur, quid acturi sint sancti in illo corpore spirituali, non dico quod iam uideo, sed dico quod credo, secundum illud quod in Psalmo lego: Credidi propter
Psalm. 115 quod locutus sum. Dico itaq; quod usuri sint Deum in ipso corpore, sed utrũ per ipsum, sicut per corpus nũc uidemus, solem, lunam, stellas, mare ac terram & quæ sunt in ea, non parua quæstio est. Durum est enim dicere quod sancti talia corpora tunc habebunt, ut non possint oculos claudere atq; aperire cum uelint. Durius autem quod ibi
4. Regũ. 5. Deum quisquis oculos clauserit non uidebit. Si enim propheta Helisæus puerum suum Giezi absens corpore uidit accipientem munera, quæ dedit ei Naaman Syrus, quem Propheta memoratus a lepræ deformitate mũdauerat, q̃d seruus nequam domino suo non uidente latenter se fœcisse putauerat: quanto magis in illo corpore spirituali uidebunt sancti omnia, non solum si oculos claudant, uerumetiam unde sunt corpore absentes. Tunc enim erit perfectum illud de quo loquens Apostolus: Ex parte inquit scimus &
1. Cor. 13 ex parte prophetamus, cum autem uenerit quod perfectũ est, quod ex parte est euacuabitur. Deinde ut quomodo posset aliqua similitudine ostendere, quantum ab illa quæ futura est distet hæc uita, non qualiumcunq; hominum, uerumetiam qui præcipua hic sanctitate sunt prædit. Cum essem inquit paruulus, quasi paruulus sapiebã, quasi paruulus loquebar, quasi paruulus cogitabam, cum autem factus sum uir, euacuaui ea quæ parruuli erãt. Videmus nũc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc scio ex parte, tunc aũt cognoscam sicut & ego cognitus sum. Si ergo in hac uita, ubi hominũ mirabilũ Prophetia ita comparanda est illi uitæ, quasi paruuli ad iuuenem. Vidit tamen Helisæus accipientem munera seruum
4. Reg. 5 suum ubi ipse non erat, ita ne cum uenerit quod perfectũ
Sapien. 9 est, nec iam corpus corruptibile aggraũabit animam, sed incorruptibile nihil impediet, illi sancti ad ea quæ uidenda sunt oculis corporeis, quibus Helisæus absens ad seruum suum uidendum non indiguit, indigebunt. Nam secundũ interpretes septuaginta ista sunt ad Giezi uerba prophetæ. Nonne cor meum tecum erat quando conuersus est
4. Reg. 5. uir de curru in obuiam tibi, & accepisti pecuniam, et cætera. Sicut autem ex Hebræo interpretatus est presbyter Hieronymus. Nonne cor meum inquit in præsenti erat, quando reuersus est homo de curru suo in occursum tui? Corde suo ergo se dixit hoc uidisse propheta, adiuto quidem mirabiliter nullo dubitame diuinitus. Sed quanto amplius tunc omnes munere isto abundabunt, cum Deus erit omnia in omnibus? Habebunt tamen etiam illi oculi
1. Cor. 15 corporei officium suum, & in loco suo erunt, uteturq; ille spiritus per spiritale corpus. Neq; enim & ille Propheta, quia non eis indiguit ut uideret absentem, non eis usus est ad uidenda præsentia, quæ tamen spiritu uidere posset etiam si illos clauderet, sicut uidit absentia, ubi cum eis ipse non erat. Absit ergo ut dicamus illos sanctos in illa uita Deum clausis oculis non uisuros, quem spiritu semper uidebunt: Sed utrum uidebunt & per oculos corporis cum eos apertos habebunt, inde quæstio est. Si enim tantum potuerunt in corpore spirituali eo modo, utiq; etiam ipsi oculi spirituales, quantum possunt isti quales nunc habemus, proculdubio per eos Deus uideri non poterit, longe itaq; alterius erunt potentiæ si per eos uidebitur incorporea illa natura quæ non continetur loco, sed ubiq; tota est. Non enim quia dicimus Deum & in cœlo
Hierem. 23 esse & in terra, ipse quippe ait per Prophetam: Cœlum & terram ego impleo, aliam partem dicturi sumus eum in cœlo habere, & in terra aliam, sed totus in cœlo est, totus in terra, non alternis temporibus, sed utrunq; simul, quod nulla natura corporalis potest. Vis itaq; præpollẽtior oculorum erit illorum, non ut acutius uideant, quàm quidem perhibẽtur uidere serpentes uel aquilæ. Quantalibet enim acrimonia cernendi eadem quoq; animalia nihil aliud possunt uidere quàm corpora, sed ut uideant & incorporalia. Et fortasse ista uirtus magna cernendi data fuerit ad horam, etiam in isto mortali corpore oculis sanIob. 24 cti uiri Iob, quando ait ad Deum: Inobaudito auris obaudiebam te prius, nunc autem oculus meus uidet te, propterea despexi memetipsum, & distabui & existimaui me terram & cinerem. Quamuis hic nihil prohibebat oculum
Ephes. 1 cordis intelligi, de quibus oculis ait Apostolus: Illuminatos oculos habere cordis uestri. Ipsis autem uideri Deum cum
Math. 5 uidebitur, Christianus ambigit, nemo qui fideliter accipit, quod ait Deus ille magister: Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum uidebunt. Sed utrum etiam corporalibus oculis ibi uideatur, hoc in ista quæstione uersamus. Illud enim
Luc. 3 q̃d scriptũ est. Et uidebit oĩs caro salutare dei, sine ullius modo difficultatis sic intelligi potest, ac si dictũ fuerit, & uidebit oĩs homo Christũ Dei, q̃ utiq; in corpe usus est, & in corpore uidebitur, quando uiuos et mortuos iudicabit. Quòd autem ipse sit salutare dei, multa sunt & alia testimonia scrip-

monia scripturarum. Sed euidentius uenerandi illius senis Simeonis uerba declarant: Qui cum infantem Christum accepisset in manus suas, Nunc (inquit) dimittis seruum
Lucæ 2. tuum domine, secundum uerbum tuum in pace, quoniam uiderunt oculi mei salutare tuum. Illud etiam quod ait supra memoratus Iob, sicut in exemplaribus, quæ ex Hebræo sunt, inuenitur: Et in carne mea uidebo deum, resurrectionem quidem carnis sine dubio prophetauit, non tamen dixit, per carnem meã. Quod quidem si dixisset, posset deus Christus intelligi, qui per carnem in carne uidebitur. Nunc uero potest & sic accipi: In carne mea uidebo deum saluatorem meũ: ac si dixisset, In carne mea ero cum
Iob 19. 1. Corin. 13 uidebo deũ. Et illud quod ait Apostolus: Facie ad faciem: non cogit ut deum per hanc faciem corporalem, ubi sunt oculi corporales, nos uisuros esse credamus, quem spiritu sine intermissione uidebimus. Nisi enim esset etiam interioris hominis facies, non diceret idem Apostolus: Nos autem
2. Corin. 3. reuelata facie gloriam domini speculantes, in eandem imaginem transformamur de gloria in gloriam, tanquam ad domini spiritum. Nec aliter intelligimus quod in Psalmo
Psalm. 33. canitur: Accedite ad eum & illuminamini, & facies uestræ non erubescent. Fide quippe acceditur ad deũ, quam cordis constat esse, non corporis. Sed quia spiritale corpus nescimus quantus habebit accessus, de re quippe inexperta loquimur, ubi aliqua quæ aliter intelligi nequeant diuinarum scripturarum non occurrit, sed succurrit auctoritas, necesse est ut contingat in nobis, quod legitur in libro
Sapient. 9. Sapientiæ: Cogitationes mortaliũ timidæ & incertæ prouidentiæ nostræ. Ratiocinatio quippe illa philosophorum, qua disputant ita mentis adspectu intelligibilia uideri, & sensu corporis sensibilia, id est corporalia, ut nec intelligibilia per corpus, nec corporalia per seipsa mens ualeat intueri: si posset, & nobis esset certissima, profectò certum esse per oculos corporis etiam spiritales nullo modo posse uideri deum. Sed istum ratiocinationem & uera ratio & prophetica irridet auctoritas. Quis enim ita sit auersus à uero, ut dicere audeat deum corporalia ista nescire? Nunquid ergo corpus habet, per cuius oculos ea
4. Regũ 5. posit addiscere? Deinde quod de propheta Helisæo paulante diximus, nonne satis indicat etiam spiritu, non per corpus corporalia posse cerni? Quando enim seruus ille munera accepit, utiq; corporaliter gestum est, quod tamen Propheta non per corpus, sed per spiritum uidit. Sicut ergo constat uideri corpora spiritu, quid si tanta erit potentia spiritalis corporis, ut corpore uideatur & spiritus. Spi
Ioan. 4. ritus enim est deus. Deinde uitam quidem suam qua nunc uiuit in corpore, & hæc terrena membra uegetat, facitq; uiuentia, interiore sensu quisq; non per corporeos oculos nouit, aliorum uero uitas cum sint inuisibiles per corpus uidet. Nam unde uiuentia discernimus à non uiuentibus corpora, nisi corpora simul uitasq; uideamus, quas nisi per corpus uidere non possumus? Vitas autem sine corporibus corporeis oculis non uidemus. Quamobrem fieri potest, ualdeq; credibile est, sic nos esse uisuros mundana tunc corpora cœli noui & terræ nouæ, ut deum ubiq; præsentem, & uniuersa etiã corporalia gubernantem, per corpora quæ gestabimus, & quæ conspiciemus quaquauersum oculos duxerimus, clarissima perspicuitate uideamus, non sicut nunc inuisibilia dei per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur per speculum in ænigmate & ex parte, ubi plus in nobis ualet fides qua credimus, quàm rerum corporalium species, quam per oculos cernimus corporales: Sed sicut homines inter quos uiuentes, motusq; uitales exercentes uiuimus, mox ut adspicimus non credimus uiuere, sed uidemus, cum eorum uitam sine corporibus uidere nequeamus, quã tamen in eis per corpora remota omni ambiguitate cõspicimus, ita quacunq; spiritalia illa lumina corporũ nostrorum circumferemus, incorporeum deum omnia regentem etiam per corpora contuebimur. Aut ergo per illos oculos sic uidebitur deus, ut aliquid habeant in tanta excellentia menti simile, quo & incorporea natura cernatur, quod ullis exemplis sine scripturarũ testimonijs diuinarum uel difficile uel impossibile est ostendere: Aut quod est ad intelligendum facilius ita deus nobis erit notus atq; conspicuus, ut uideatur spiritu à singulis nobis in singulis nobis, uideatur ab altero in altero, uideatur in seipso uideatur in cœlo nouo, & in terra noua, atq; in omni quæ tunc fuerit creatura, uideatur et per corpora in omni corpore quocunq; fuerint spiritalis corporis oculi acie perueniente directi. Patebunt etiam cogitationes nostræ inuicem nobis. Tunc enim implebitur quod Apostolus cũ dixisset:
Roman. 1. 1. Corin. 13
Nolite ante tempus iudicare quicquã: mox addidit, Donec ueniat dominus, et illumunet abscondita tenebrarũ, & manifestet cogitationes cordis, & tũc laus erit unicuiq; a deo.
1. Corin. 4

Cap. XXX.

Quanta erit illa fœlicitas, ubi nullum erit malum nul-
1. Corin. 15 lum latebit bonum, uacabitur dei laudibus, qui erit omnia in omnibus. Nam quid aliud agetur ubi neq; ulla desidia cessabitur, neq; ulla indigentia laborabitur, nescio. Admo-
Psalm. 83. neor etiam sancto cantico ubi lego uel audio: Beati qui habitant in domo tua domine, in sæcula sæculorum laudabũt te. Omnia membra et uiscera incorruptibilis corporis quæ nunc uidemus per usus necessitatis uarios & motus distributa, quoniam tunc non erit ipsa necessitas, sed plena, certa, secura, sempiterna fœlicitas, proficient laudibus dei. Omnes quippe illi de quibus iam sum locutus, qui nunc latent harmoniæ corporalis numeri non latebunt, intrinsecus, & extrinsecus per corporis cũcta dispositu, & cum cæteris rebus, quæ ibi magnæ atq; mirabiles uidebũtur, rationales mẽtes in tanti artificis laude rationabilis pulchritudinis delectatione succedent. Qui motus illictaliũ corporum sint futuri, temere definire non audeo, quod excogitare non ualeo. Tamen & motus & status sicut ipsa species decens erit, quicunq; erit ubi quod non decebit non

erit. Certè ubi uolet ſpiritus, ibi protinus erit corpus, nec uolet aliquid ſpiritus, quod nec ſpiritum poſſit decere nec corpus. Vera ibi gloria erit ubi laudantis, nec errore quiſquã, nec adulatione laudabitur. Verus honor qui nulli negabitur digno, nulli deferetur indigno, ſed nec ad eum ambiget ullus indignus, ubi nullus permittetur eſſe niſi dignus. Vera pax ibi eſt, ubi nihil aduerſi, nec à ſeipſo, nec ab alio quiſq; patietur. Præmium uirtutis erit ipſe, qui uirtutem dedit, eiq; ſeipſum quo melius & maius nihil poſſit eſſe promiſit. Quid eſt enim aliud quod per Prophetam dixit: Ero illorum deus, & ipſi erunt mihi plebs, niſi ego ero unde ſatientur, ego ero quæcunq; ab omnibus honeſtè deſiderentur, & uita, & ſalus, & uictus, & copia, & gloria, & honor & pax, & omnia bona? Sic enim & illud rectè intelligitur, quod ait Apoſtolus: Vt ſit deus omnia in omnibus. Ipſe finis erit deſideriorum noſtrorum, qui ſine fine uidebitur, ſine faſtidio amabitur, ſine fatigatione laudabitur. Hoc munus, hic adfectus, hic actus profectò erit omnibus, ſicut ipſa uita æterna communis. Cæterum qui futuri ſint pro meritis præmiorum, etiam gradus hõnorum atq; gloriarum, quis eſt idoneus cogitare, quanto magis dicere? Quod tamen futuri ſint, non eſt ambigendum. Atq; id etiam beata ciuitas illa magnum in ſe bonum uidebit, quod nulli ſuperiori ullus inferior inuidebit, ſicut nunc non inuident archangelis angeli cæteri, tam nolit eſſe unuſquiſq; quod non accepit, quãuis ſit pacatiſſimo concordiæ uinculo ei qui accepit obſtrictus, quàm nec in corpore uult oculus eſſe qui eſt digitus, cum membrum utrunq; contineat totus carnis pacata compago. Sic itaq; habebit donum alius alio minus, ut hoc quoque donum habeat, nec uelit amplius. Nec ideo liberum arbitrium non habebunt, quia peccata eos delectare non poterunt. Magis quippe erit liberum à delectatione peccandi uſq; ad delectationem non peccandi indeclinabilem libertatem. Nam primum liberum arbitrium, quod homini datum eſt, quando primum creatus eſt rectus, potuit non peccare, ſed potuit & peccare, hoc autem nouiſſimum eo potentius erit, quo peccare non poterit. Verum hoc quoq; dei munere, non ſuæ poſsibilitate naturæ. Aliud eſt enim eſſe deum, aliud participem dei. Deus natura peccare non poteſt, particeps uero dei ab illo accipit ut peccare non poſsit. Seruandi autem gradus erant diuini muneris, ut primum daretur liberum arbitrium quo non peccare poſſet homo, nouiſſimum quo peccare non poſſet, atq; illud ad comparandum meritum, hoc ad recipiendum præmium pertineret. Sed quia peccauit iſta natura cum peccare potuit, largiore gratia liberatur, ut ad eam perducatur libertatem, in qua peccare non poſsit. Sicut enim prima immortalitas fuit, quam peccando Adam perdidit, poſſe non mori, nouiſſima erit non poſſe mori, ita primum liberum arbitrium, poſſe non peccare, nouiſſimum non poſſe peccare. Sic enim erit inamiſsibilis uoluntas pietatis & æquitatis, quomodo & fœlicitatis. Nam utique peccando, nec pietatem nec fœlicitatem tenuimus, uoluntatem uero fœlicitatis, nec perdita fœlicitate perdidimus. Certè deus ipſe nunquid quia peccare non poteſt, ideo liberum arbitrium habere negandus eſt? Erit ergo illius ciuitatis & una in omnibus, & inſeparabilis in ſingulis uoluntas libera, ab omni malo liberata, & impleta omni bono, fruens indeficienter æternorum iocunditate gaudiorum, oblita culparum, oblita pœnarum, nec tamen ideo ſuæ liberationis oblita, ut liberatori ſuo ſit ingrata.

Ierem. 31.

Quantum ergo attinet ad ſcientiam rationalem, memor præteritorum etiam malorũ ſuorum, quantũ autem ad experientis ſenſum, prorſus immemor. Nam et periſſimus medicus, ſicut arte ſciuntur, omnes ferè morbos corporis, nouit. Sicut autem corpore ſentiuntur, plurimos neſcit, quos ipſe non paſſus eſt. Vt ergo ſcientiæ malorum duæ ſunt, una qua potentiam mentis non latent, altera qua experientis ſenſibus inhærent, aliter quippe ſciuntur omnia uitia per ſapientiæ doctrinam, aliter per inſipientis peſſimam uitam, ita & per obliuiones malorum duæ ſunt: Aliter ea nanq; obliuiſcitur eruditus & doctus, aliter expertus & paſſus. Ille ſi peritiam negligat, iſte ſi miſeria careat. Secundum hanc obliuionem, quam poſteriore loco poſui, non erunt memores ſancti præteritorum malorum: Carebunt enim omnibus malis, ita ut penitus deleantur de ſenſibus eorum. Ea tamen potentia ſciẽtiæ, quæ magna in eis erit, non ſolum ſua præterita, ſed etiam damnatorum eos ſempiterna miſeria non latebit: alioquin ſi ſe fuiſſe miſeros neſcituri ſunt, quomodo ſicut ait Pſalmus: Miſericordias domini in æternum cantabunt? Quo cantico in gloriam gratiæ Chriſti, cuius ſanguine liberati ſumus, nihil erit profectò illi iocundius ciuitati. Ibi perficietur: Vacate & uidete, quoniam ego ſum deus. Quod erit ibi ueræ maximum ſabbatum non habens ueſperam: Quod commendauit dominus in primis operibus mundi, ubi legitur: Et requieuit deus die ſeptimo ab omnibus operibus ſuis quæ fecit, & benedixit deus diem ſeptimum, & ſanctificauit eum, quia in eo requieuit ab omnibus operibus ſuis, quæ inchoauit deus facere. Dies enim ſeptimus etiam noſipſi erimus, quando eius fuerimus benedictione & ſanctificatione pleni atq; refecti. Ibi uacantes uidebimus, quoniam ipſe eſt deus, quod nobis noſipſi eſſe uoluimus, quando ab illo cecidimus audientes à ſeductore: Eritis ſicut dij, & recedentes à uero deo, quo faciente dij eſſemus eius participatione, non deſertione. Quid enim ſine illo fecimus, niſi quòd in uita eius defecimus? A quo refecti, & gratia maiore perfecti reuocabimus in æternum, uidentes quia ipſe eſt deus, quo pleni erimus, quando ipſe erit omnia in omnibus. Nam & ipſa opera bona noſtra, quando ipſius potius intelliguntur eſſe quàm noſtra, tunc nobis ad hoc ſabbatum adipiſcendum imputantur, quia ſi nobis ea tribuerimus, ſeruilia erunt, cum de ſabbato dicatur: Omne opus ſeruile in eo non facietis. Propter quod & per Ezechielem prophetam dicitur: Et ſabbata mea dedi

Pſalm. 88.

Pſalm. 45.

Geneſ. 2.

Geneſ. 3.

1. Corin. 15

Leuit. 23.

Ezech. 20.

1. Corin. 15

dedi eis in signum inter me & inter eos, ut scirent, quia ego dominus qui sanctifico eos. Hoc perfectè tunc scie-
mus, quando perfectè uacabimus, & perfectè uidebimus,
quia ipse est deus. Ipse etiam numerus ætatum ueluti die-
rum, si secundum eos articulos temporis computentur,
qui in scripturis sanctis uidentur expressi, iste sabbatismus
euidentius adparebit, quoniam septimus inuenitur, ut pri-
ma ætas tanquã dies primus sit ab Adam usq; ad diluuiũ.
Secunda inde usq; ad Abraham, non æqualitate tempo-
rum, sed numero generationum: Denas quippe habere
reperiuntur. Matth.1. Hinc iam sicut Matthæus euangelista deter-
minat, tres ætates usq; ad Christi subsequuntur aduentum,
quæ singulæ denis, & quaternis generationibus explican-
tur. Ad Abraham usq; ad Dauid una, altera inde usq; ad
transmigrationẽ in Babyloniam, tertia inde usq; ad Chri-
sti carnalem natiuitatem. Fiunt itaq; omnes quinq;. Sexta
nunc agitur, nullo generationum numero metienda, pro-
pter id quod dictum est: Non est uestrum scire tempora, Actor.1.
quæ pater posuit in sua potestate. Post hanc tanquàm in
die septimo requieuerit deus, cum eundem septimum diem, Genes.2.
quod nos erimus, in seipso deo faciet requiescere. De istis
porrò ætatibus singulis nunc diligenter longum est dispu-
tare. Hæc tamen septima erit sabbatum, cuius finis non
erit uespera, sed dominicus dies ueluti octauus æternus,
qui Christi resurrectione sacratus est, æternam non solum
spiritus, uerumetiam corporis requiem præfigurans. Ibi
uacabimus & uidebimus, uidebimus & amabimus, ama-
bimus et laudabimus. Ecce quod erit in fine sine fine. Nam
quis alius noster est finis, nisi peruenire ad regnum cuius
nullus est finis? Videor mihi debitum ingentis huius ope
ris adiuuante domino reddidisse: Quibus parum, uel qui-
bus nimium est, mihi ignoscant: Quibus autem satis est,
non mihi, sed deo mecum gratias congratulantes agãt. Glo
ria & honor patri, & filio, & spirituisancto, omnipotenti
deo in excelsis in sæcula seculorum, Amen.

Sermon. XXXVII. de Sanctis.

De fœlicita tis sanctorũ perfectiõe. Ephes.2. Agite nunc fratres, aggrediamur iter uitæ, reuerta-
mur ad ciuitatem cœlestem, in qua scripti sumus, & ciues
decreti. Non sumus hospites, sed ciues sanctorum & do-
mestici dei: etiam illius hæredes, cohæredes autem Christi.
Huius nobis urbis ianuas aperiet fortitudo, & fiducia la-
tum præbebit ingressum. Consideremus ergo inclytam
urbis illius fœlicitatem in quantum considerare possibile
est. Vt enim uere est, comprehendere nullus sermo suffi-
ciet. Diciur de ea in quodam loco sic, quod aufugiet ibi Esaiæ 35.
dolor, tristitia & gemitus. Quid hac uita beatius, ubi non
est paupertatis metus, non ægritudinis imbecillitas? Ne-
mo læditur, nemo irascitur, nemo inuidet. Cupiditas nulla
exardescit, nullum cibi desiderium, nulla honoris pulsa-
tio aut potestatis ambitio. Nullus ibi diaboli metus, insidiæ
dæmonum nullæ, terror gehennæ procul. Mors ibi neque
corporis neq; animæ erit, sed immortalitatis munere uita
iucunda. Nulla erit tunc usquã discordia, sed cuncta con-
sona, cuncta conuenientia, quia omnium sanctorum una
concordia, pax cuncta & lætitia continet, tranquilla sunt
omnia & quieta. Iugis splendor, non iste qui nunc est, sed Apocal.21.
tanto clarior quanto fœlicior: quia ciuitas illa, ut legitur,
non egebit lumine solis, sed dominus omnipotens illumi-
nabit eam, & lucerna eius est agnus, ubi sancti fulgebunt Daniel. 12.
ut stellæ in perpetuas æternitates, & sicut splendor firma-
menti, qui ad iustitiam erudiunt multos. Quapropter nox
ibi nulla, nullæ tenebræ, concursus nubium nullus, nec fri-
goris ardoris q; asperitas ulla, sed talis quædam erit rerum
temperies, quam nec oculus uidit, nec auris audiuit, nec in
cor hominis adscendit, nisi illorum qui ea perfrui digni
inueniuntur, quorum nomina scripta sunt in libro uitæ
qui & lauerunt stolas suas in sanguine agni, & sunt ante
thronum dei, seruiunt q; ei die ac nocte. Non est senectus,
ibi nec senectutis miseria, dum omnes occurrunt in uirum
perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Hæc
hæreant firmiter sensibus nostris, hæc intelligan-
tur plena fide, hæc toto corde diligantur,
hæc indesinentium operum ma-
gnanimitate acquiran-
tur.

EXPLICIT PRIMVS TOMVS.

SEQVITVR TO-
mus secundus.

VARIA ET MISCELLANEA.

DE HAERESIBVS ET Hęreticis.

Lib. I. de Geneſi contra Manichæos, Cap. I.

Quare in Ecclesia Deus hæreſes permittat

QVia nulla ſcriptura eſt quæ nõ apud eos qui illam nõ intelligũt facile poſſit reprehendi. Sed ideo diuina prouidentia multos diuerſi erroris hæreticos eſſe permittit, ut cum inſultãt nobis, & interrogant nos ea quæ neſcimus, uel ſic exercitamur pigritiã, & diuinas ſcripturas noſſe cupiamus. Propterea & Apoſtolus dicit: Oportet multas hæreſes eſſe, ut probati manifeſti fiant inter uos. Hi enim Deo probati ſunt qui bene poſſunt docere, ſed manifeſti hominibus eſſe non poſſunt niſi cum docent. Docere autem nolunt niſi eos qui doceri quærunt. Sed multi ad quærendũ pigri ſunt, niſi per moleſtias & inſultationes hæreticorũ, quaſi de ſomno excitentur, & de imperitia ſua erubeſcãt ſibi, & de illa imperitia periclitari ſe ſentiant, Qui homines, ſi bonæ ſunt fidei, non credunt Hæreticis, ſed quid eis reſpondeant diligenter inquirunt. Nec eos deſerit Deus, ut petentes accipiant, & quærentes inueniant, & pulſantibus aperiatur. Qui autẽ deſperant ſe poſſe in catholica diſciplina inuenire quod quærunt, atteruntur errori bus, & ſi perſeueranter inquirunt, ad ipſos fõtes à quibus aberrauerant poſt magnos labores fatigati, atq; ſitientes & pene mortui reuertuntur.

1. Cor. 11

Matt. 7

De uera religione. Caput VIII.

Vtendum quomodo Hæreticis

Vtamur igitur etiam Hæreticis, non ut eorum approbemus errores, ſed ut catholicã diſciplinam aduerſus eorum inſidias aſſerentes, uigilantiores & cautiores ſimus, etiam ſi eos ad ſalutem reuocare non poſſumus.

Lib. ſeptimo confeſſionum. Caput XIX.

Improbatio Hæreticorũ facit eminere quid Eccleſia ſentiat. 1. Corin. 11.

Improbatio quippe Hæreticorum, facit eminere quid eccleſia tua ſentiat, & quid habeat ſana doctrina. Oportuit enim & hæreſes eſſe, ut probati manifeſti fierent inter infirmos.

Lib. XIII. contra Fauſtum, Cap. XII.

Hæretici non libẽter diſputant

Non enim diſputare amant Hæretici, ſed quoquo modo ſuperare impudentiſſima peruicatia ut congregent, ſicut his dixit, quæ non peperercunt.

In Pſalmum LIIII.

Prima hæreſis ſub Chriſto facta.

Nam & prima hæreſis in diſcipulis Chriſti uelut ad duritiam ſermonis ipſius facta eſt. Cũ enim diceret: Niſi quis manducauerit carnem meam, & biberit ſanguinem meũ, non habebit uitam in ſe. Illi non intelligentes dixerunt ad inuicem: Durus eſt hic ſermo, & quis poteſt eum audire? Dicentes quia durus ſermo eſt hic, ſeparauerunt ſe ab illo, remanſit cũ alijs duodecim. Cũ eis ſuggeſſiſſent illos in ſermone eius fuiſſe ſcandalizatos: Nunquid & uos, inquit, uultis abire? Et Petrus uerba uitæ æternæ habes, ad quem ibimus? Intendite obſecramus uos, & paruuli diſcite pietatem. Nunquid iam Petrus intelligebat ſecretũ illius ſermonis domini? Nondum intelligebat, ſed bona eſſe uerba quæ non intelligebat, pie credebat.

Ioan. 6

In Euangelium Ioannis, Tractatu. VI.

Legibus imperatorijs prohibentur Hæretici bonis uti eccleſiaſticis

Leguntur enim leges manifeſtæ, ubi præceperunt imperatores, eos qui præter eccleſiæ catholicæ communionem uſurpant ſibi nomen Chriſtianum, nec uolunt in pace colere pacis auctorẽ, nihil nomine eccleſiæ audeãt poſſidere.

De uerbis Domini. Sermo XI.

Sapien. 3

Sanctus ſpiritus diſciplinæ effugiet fictum. Quapropter quicunq; in ſciſmaticis uel hæreticis cõgregationibus, uel potius ſegregationibus renati baptizantur, quamuis non ſunt ſpiritu, tanquam Iſmaëli ſimiles, qui ſecundum carnẽ natus eſt Abrahæ, nõ ſecundũ Iſaac, q ſecundũ ſpiritũ per repromiſſionẽ, tamen cum ad Catholicã fidem uenũt, et ſocietati ſpiritus aggregantur, quem foris procul dubio non habebant, non eis repetitur lauacrũ carnis. Nõ enim defuit etiam foris poſitis iſta forma pietatis, Sed accedit eis quæ niſi intus non poteſt dari unitas ſpiritus in uinculo pacis: Tales quippe erant antequam catholici eſſent, de qualibus dicit Apoſtolus: Habentes formã pietatis, uirtutem autem eius abnegantes. Poteſt enim eſſe uiſibilis forma palmitis etiam præter uitem, ſed inuiſibilis uita radicis haberi non poteſt, niſi in uite. Proinde corporalia ſacramenta, quæ portant & celebrãt, etiam ſegregati ab unitate corporis Chriſti, formam poſſunt exhibere pietatis. Virtus enim pietatis inuiſibilis & ſpiritalis, ita in eis nõ poteſt eſſe, quemadmodum ſenſus non ſequitur hominis membrum quando amputatur à corpore. Quæ cum ita ſint, remiſſio peccatorum quoniam nõ datur niſi in ſpiritu ſancto, in illa Eccleſia tantummodo dari poteſt, quæ habet ſpiritum ſanctum.

Gal. 4

Hæretici nõ rebaptiſandi cũ ad eccleſiã redeunt.

2. Timo. 3

Lib. XVIII. de ciuitate Dei, Caput LI.

Multis impedimento ſunt Hæretici propterea quod & ipſi nomen Chriſtianum cõgirant habere

Ipſi quoq; Hæretici cum Chriſtianum cogitantur habere nomen, & ſacramenta Chriſtiana, & ſcripturas & profeſſionem, magnam dolorem faciunt in cordibus piorum, quia & multi uolentes eſſe Chriſtiani, propter eorũ diſſenſiones hæſitare coguntur, & multi maledici etiam in his inueniũt materiam blaſphemandi Chriſtianum nomẽ, quia & ipſi quoquo modo Chriſtiani appellantur.

Lib. quæſtionum Euangeliorum ſecundum Matthæum Quæſtio. XI.

Differentia inter Hæreticum male catholicum & ſciſmaticum.

Inter Hæreticos & male catholicos hoc intereſt, quod Hæretici falſa credunt, illi autem uera credentes, non ui-

unus ita ut credūt. Solet aūt etiam quæri, sciſmatici qd ab Hæreticis diſtent, & hoc inueniri, cum ſciſmaticos non fides diuerſa faciat, ſed communionis dirupta ſocietas.

Poſt pauca ibidem.

Hæretici & ſciſmatici quando ab Eccleſia petendi.

Nec tamen conſequens eſt, ut omnis Hæreticus uel ſciſmaticus corporaliter ab eccleſia ſeparetur. Multos enim tales portat eccleſia, quia non ita defendunt falſitatem ſententiæ ſuæ, ut intentam multitudinem faciant, quod ſi fœcerint tunc pellantur.

Ad Donatum proconſulem Aphricæ, epiſtola CXXVII.

Denicq; unum ſolum eſt quod in tua iuſtitia pertimeſcimus, ne forte quoniam quicquam mali contra Chriſtianā ſocietatem ab hominibus impijs ingratiſq; cōmittitur, profecto grauius eſt & atrocius, quam ſi in alios talia committantur, tu quoq; pro immanitate facinorum, ac non potius pro lenitatis Chriſtianæ conſideratione cenſeas coërcendū, quod te per Ieſum Chriſtū ne facias obſecramus. Neq; enim uindictam de inimicis in hac terra requirimus aut uero ad eas anguſtias animos debeam coartare quæ patimur, ut obliuiſcamur qd nobis præceperit, pro cuius ueritate ac nomine patimur, qui diligimus inimicos noſtros & oramus pro eis. Vnde ex occaſione terribilium iudicū ac legum, ne æterni iudicij pœnas incidant, corrigi eos cupimus, non necari, nec diſciplinam circa eos negligi uolumus, nec ſupplicijs quibus digni ſunt exerceri. Sic ergo eorum peccata compeſce, ut ſint quos pœniteat peccauiſſe. Quæſumus igitur ut cum eccleſiæ cauſas audis, quamlibet nepharijs iniurijs appetitam uel afflictam eſſe cognoueris, poteſtatem occidendi te habere obliuiſcaris, petitionem noſtram non obliuiſcaris. Non tibi uile ſit neq; contemptibile fili honorabiliter dilectiſſime, qd uos rogamus, ne occidamur pro quibus dominum roganus ut corrigantur. Excepto etiam quod à perpetuo propoſito recedere non debemus uincendi in bono malum, illud quoq; prudentia tua cogitet, qd' cauſas eccleſiaſticas, inſinuare uobis nemo præter eccleſiaſticos curat. Proinde ſi occidendos in his ſceleribus homines putaueritis, deterrebitis nos ne per operam noſtram ad ueſtrum iudicium aliquid tale perueniat, quo comperto illi in noſtram perniciem licentiore audacia graſſabūtur, neceſſitate nobis impacta & indicta, ut etiam occidi ab eis eligamus quàm eos occidendos ueſtris iudicijs ingeramus. Hanc admonitionem, petitionem, obſecrationem meam, ne quaſo aſpernamur accipias. Neque enim te arbitror non recolere magnam me ad te, & multo quàm nunc es altius ſublimatum, etiam ſi epiſcopus nō eſſem, fiduciam tamen habere potuiſſe.

Hæretici non necandi.

DE HYPOCRISI, SIMVlatione et mendatio.

De uera innocentia, Cap. CCXIX.

Simulata innocentia non eſt innocentia: ſimulata æquitas non eſt æquitas, ſed duplicatur peccatum, in quo & iniquitas & ſimulatio eſt.

Simulata æquitas duplex eſt iniquitas

Sermo LIX. de tempore.

Hypocrita Græco ſermone ſimulator interpretatur, qui dum intus malus ſit, bonum ſe palàm oſtendit. Hypo enim falſum, Criſin uero iuditium ſonat. Nomen autem Hypocritæ translatum eſt à ſpecie eorum qui ſpectaculis tecto facie incedunt, diſtinguentes uultū cæruleo nigroq; colore & cæteris pigmentis, habentes ſimulcabra oris, linthea gipſata, & uario colore diſtincta, nonnunquā colla & manus creta perungentes, ut ad perſonæ colorem peruenirent, & populum dum in ludis agerent fallerent, modo in ſpecie uiri, mō in forma fœminæ & reliquis præſtigijs. Quæ ſpecies argumenti translata eſt in his quæ falſo incedunt uultu, & ſimulant quod non ſunt. Sed hypocriſeorum maculam non habere, aut paucorum aut nullorum eſt, Nam quicunq; uult ſe uideri, quod non eſt, Hypocrita eſt.

Nomen Hypocritæ unde translatum ſit.

De ciuitate Dei, Libro XIX. Caput V.

Nullæ ſunt occultiores inſidiæ, quàm hæ quæ latent in ſimulatione officij, aut in aliquo neceſſitudinis nomine. Nam cum qui palam eſt aduerſarius facile cauendo uitare poſſis. Hoc uero occultum inteſtinum ac domeſticum malum, non ſolum extitit, uerumetiam opprimit antequā proſpicere atq; explorare potueris. Propter quod etiam diuina uox illa: Et inimici hominis domeſtici eius, cum magno dolore cordis auditur, quia & ſi quiſq; tam fortis ſit, ut æquo animo perferat, uel tam uigilans ut prouido conſilio caueat, quæ aduerſus eum molitur amicitia ſimulata, eorum tamen hominum perfidorū mala, cum eos eſſe peſſimos experitur, ſi ipſe bonus eſt grauiter excrutietur neceſſe eſt, ſiue ſemp mali fuerint, & ſe bonos finxerint, ſiue in iſtam malitiam ex bonitate mutati ſint. Si ergo domus commune perfugium in his malis humani generis tuta nō eſt, quid ciuitas, quæ quanto maior eſt, tanto plenior eſt litibus ciuilibus & criminalibus plenum, etiam ſi quieſcāt, non ſolum turbulentæ, uerumetiam ſæpius & cruentæ ſeditiones ac bella ciuilia, à quorum euentibus ſunt aliquando liberæ ciuitates, à periculis nunquam.

De ſimulata amicitia. Micheæ 7

In pſal. XL.

Sunt enim Hypocritæ ſimulatores mali adiungentes ſe ficta charitate, captantes omnes motus, omnia uerba ſanctorum, in omnibus laqueos inquirentes.

Hypocritæ mali ſimulatores.

Libro II. de Geneſi contra Manichæos, Caput XV.

Cum enim quiſq; ceciderit ab illa intima & ſecretiſſima luce ueritatis, nihil eſt unde uelit placere ſuperbia, niſi fraudulentis ſimulationibus. Hinc enim & hypocriſis nata eſt, in qua multum ſibi uidentur cordati, quo potuerūt fallere & decipere quem uoluerunt.

Amiſſa ueritate hypocriſis nata eſt

Libro

Lib.II.de sermone Domini in monte,B.

Manifestũ est enim Hypocritas non quod oculis prætendunt hominum,id etiam corde gestare. Sunt autem Hypocritæ simulatores, tanquam pronunciatores personarum alienarum, sicut in Theaticis fabulis Non enim qui agit partes Agamemnonis in Tragœdia(uerbi gratia)siue alicuius alterius,ad historiam uel fabulam, qui agitur per tempus,uere ipse est, sed simulat eum & Hypocrita dicitur. Sic in ecclesijs,uel in omni uita humana, quisquis se uult uideri quod non est,Hypocrita est. Simulat enim se iustum esse & non exhibet, quia totum fructum in laude hominũ ponit, quam possunt etiam simulantes percipere dum fallunt eos quibus uidentur boni, qui ab eis laudantur. Sed tales ab inspectore Deo mercedem nõ capiũt, nisi fallaciæ supplicium. Ab hominibus autem,inquit,perceperunt mercedem suam. Rectissimeq; de his dicitur: Recedite à me operij dolosi,nomen meum habuistis,sed opera mea non fœcistis.

Hypocritę operij dolosi

In lib.de mendatio ad Consentium,Cap.I.

Magnam esse quæstionem de mendatio

Magna quæstio est de mendatio,quæ nos in ipsis quotidianis actibus nostris sæpe conturbat,ne aut temere accusemus mendatium,quod non est mendatium, aut arbitremur aliquando esse mentiendum honesto quodam & officioso ac misericordi mendatio. Quam quæstionẽ tam solliciteé pertractabimus,ut quæramus cum quærentibus.

Cap. II.

Iocanon esse mẽdatia,

Exceptis igitur iocis, quæ nunquam sunt putata mendacia, habent enim euidentissimam ex pronũciatione atq; ipso iocantis affectu significationem animi,ne quaquã fallentis,& si non uera enuncientis.

Caput III.

Quis dicatur mentiri

Quisquis hoc enunciat quod uel creditum animo, uel opinatũ tenet, etiam si falsum sit,non mentitur. incognitũ enim habet pro cognito. Quapropter ille mentitur, qui aliud habet in animo,& aliud uerbis, uel quibuslibet significationibus enũciat. Vnde etiã duplex cor dicitur esse mentientis, id est, duplex cogitatio,una rei quam ueram esse uel scit uel putat & non profert,altera eius rei, quam pro ista profert sciens falsam esse uel putans.

Caput IIII.

Manifestũ est illud mẽdatium,

Nemo autẽ dubitat mentiri eum qui uolens falsũ,enunciat causa fallendi. Quapropter enũciationem falsam cum uoluntate fallendi prolatam manifestum est esse mendacium, sed utrum hoc solum sit mendatium alia quæstio est.

Caput V.

Vtrũ aliquando sit utile falsum enunciare cum uoluntate fallẽdi. Gene.38 Genes.27.

Interim de hoc genere in quod omnes consentiunt,inquiramus,utrum aliquando sit utile falsum aliquid enunciare cum uoluntate fallendi. Nam qui hoc sentiunt adhibent testimonia sententiæ suæ, commemmorantes Saram cum risisset,angelis negasse quod riserit. Iacob à patre interrogatum respondisse, quod ipse esset Esau maior filius eius. Aegyptias quoq; obstetrices ne infantes Hebræis nascentes interficerentur,etiam Deo approbante & remunerante mentitas. Et multa eiusmodi exempla eligentes eorum hominum mendatia commemorant, quos culpare non audeas, atq; ita fateris aliquando esse posse, non solũ reprehensione non dignum, sed etiam dignum laude mendacium. His atq; talibus copiosissimè se arbitrantur urgere,uel si conuincendi causa exigit,aliquando mentiamur. Contra illi quibus placet nunquam sic mentiendum,multo fortius agunt,utentes primo auctoritate diuina, quoniã in ipso Decalogo scriptum est: Falsum testimonium ne dicas,Quo genere complectitur omne mendatium. Quisq; enim aliquid enunciat, testimonium perhibet animo suo. Sed ne quis contendat non omne mendatium falsum testimonium esse appellandum, quid dicturus est ad id quod scriptum est: Os quòd mentitur occidit animam? Quòd ne quis arbitretur exceptis aliquibus mentientibus posse intelligi,alio loco legat: Perdes omnes qui loquuntur mendatium, Vnde ore suo dominus sic inquit: Sit in ore uestro est est,non non,quod aũt amplius est à malo est. Hinc & Apostolus cum exuendum ueterem hominem præciperet, quo nomine omnia peccata intelligũtur,conequenter ait, imprimis ponens: Quapropter deponentes mendacium loquimini ueritatem. Nec illis qui de ueteribus libris mendaciorum exempla prolata sunt,terreri se dicũt,ubi quicquid gestum est,figurate accipi potest quamuis reuera cõtigerint. Quicquid autem figurate fit aut dicitur,non est mendacium. Omnis enim enunciatio ad id quod enunciat referenda est. Omne autem figuratè aut factum aut dictũ hoc enunciat, quod significat eis quibus intelligendũ prolatum est Et ideo de libris noui Testamenti exceptis figuratis significationibus domini,si uitam moresq; sanctorũ, et facta ac dicta cõsideres, nihil tale proferri potest quod ad immitationem prouocet mentiendi. Simulatio nanq; Petri et Barnabæ non solum commemmorata, uerumetiã reprehensa atque correcta est. Non enim ut nonnulli putant, ex eadem simulatione etiam Paulus Apostolus, aut Timotheum circumcidit, aut ipse quidam ritu Iudaico sacramenta celebrauit,sed ex illa libertate sententiæ suæ qua prædicauit,nec gentibus prodesse circumcisionem,nec Iudæis obesse, unde nec illos astringendos ad consuetudinẽ Iudæorum,nec illos à paterna detorrẽdos censuit. Petrus autem simulatiõe sua, tanquã in Iudaismo salus esset, cogebat Gentes iudaizare,quod uerba Pauli ostendunt dicentis: Quomodo Gentes cogis iudaizare? Non enim cogerẽtur nisi uiderent eum sic eas obseruare, quasi præter illas salus esse non posset. Petri ergo simulatio libertati Pauli non est comparanda. Quòd auctoritas mentiendi, nec de antiquis libris proferri potest,uel quia non est mendatiũ, quod figurate gestum dictumue recipitur, uel quia bonis ad imitandum non proponitur, quod in malis cum proficere cœperint in peioris comparatione laudatur, nec de noui Testamenti libris,quia correctio potius quàm simulatio,sicut lachrymæ potius quam negatio Petri est imitãda.

Exodi.1

Exodi.20.

Sap.1

Psalm.5 Matth.5

Ephe.4

Galat.2

Actorũ.16

Galat.2

Caput X.

A doctrina religionis, atq; ab eis omnino enunciationibus, quæ propter doctrinam religionis enunciantur cũ illa docetur & discitur, Omnia penitus mendatia remouẽda sunt. Nec ulla omnino causa inueniri posse credatur, cur in rebus talibus mentiendum sit, quando nec ideo in ea doctrina mentiendum est, ut ad eam ipsam quisq; facilius perducatur. Fracta enim uel leuiter diminuta auctoritate ueritatis, omnia dubia remanebunt, Quæ nisi uera credantur teneri certe non possunt. Licet igitur uel dissertori ac disputatori atq; prædicatori rerum æternarũ uel narratori, aut prænunciatori rerum temporalium ad ædificandam religionem atq; pietatem pertinentium, occultare in tempore quicquid occultandum uidetur, mentiri autem nunquam licet, ergo nec occultari mentiendo.

Prædicando omnia mendatia remouenda

Caput XXI.

Elucet itaq; discussis omnibus nihil aliud illa testimonia scripturarum monere, nisi nũquam esse omnino mentiendum. Quandoquidem nec ulla exempla mendatiorum imitatione digna in moribus factisq; sanctorum inueniantur, Quod ad eas attinet scripturas quæ ad nullã figuratã significationem referuntur, sicuti sunt res gestæ in actibus Apostolorum. Nam domini omnia in Euangelio quæ imperitioribus mendatia uidentur, figuratæ significatiões sunt. Et quod ait Apostolus: Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifacerem non eum mentiendo, sed compatiendo fẽcisse recte intelligatur. Ad sempiternam salutem nullus ducendus est opitulante mendatio, non enim malis conuertentium moribus ad bonos mores cõuertendus est. Et quisquis esse aliquod genus mendatij quòd peccatũ non sit putauerit, decipiet seipsum turpiter, cum honestum se deceptorem arbitratur.

Nunquam esse mentiẽdum

1. Corin. 9.

Lib. contra mendacium ad Consentium, Caput II.

Si enim Hieu quem sibi inter cæteros ad exemplũ mentiendi prudenter uidentur intueri, seruum Baal se esse mentitus est, ut seruos eius occideret, quanto iustius secundum istorum peruersitatem tempore persecutiõis seruos dæmonum se mentirentur serui Christi, ne serui Dæmonum seruos occiderent Christi, & sacrificarent idolis, ne interficerentur homines, si sacrificauit illi Baali ut interficeret homines? Quid enim eis obesset secundum egregiam doctrinam mendaciloquorum, si diaboli cultum mentirentur in corpore, quando dei cultus seruabatur in corde? Sed non sic intellexerunt Apostolum martyres ueri, martyres sancti. Viderunt quippe tenueruntq; quod scriptum est: Corde creditur ad iustitiam, ore fit confessio ad salutem. Et in ore eorum non est inuentum mendaciũ, ac sic irreprehensibiles abierunt, ubi tentari à mendacibus ulterius non cauebunt, quia mẽdaces amplius in suis cœlestibus cœtibus, uel alienos uel proximos non habebunt. Illum uero Hieu mendacio impio & sacrificio sacrilego occidendos impios & sacrilegos inquirentem non imitarentur, nec si de illo qualis fuisset eadem scriptura tacuisset. Cum uero scriptũ sit eum rectum cor non habuisse cum Deo, quid ei profuit, quod pro nonnulla obedientia quam de domo Achab omnino delenda, pro cupiditate suæ dominatiõis exhibuit, aliquantam mercedem transitoriam regni temporalis accepit? &c.

4. Reg. 10.

Rom. 10 Apoc. 14.

Impiũ fuit mendaciũ Hieu,

4. Reg. 10.

Caput III.

Mendaciorum genera multa sunt, quæ quidem omnia uniuersaliter odisse debemus. Nullum est enim mendaciũ quod non sit contrarium ueritati. Nam sicut lux & tenebræ, pietas & impietas, iustitia & iniquitas, peccatum et recte factum, sanitas & imbecillitas, uita & mors, ita inter se sunt ueritas mendaciumq; contraria. Vnde quanto amamus istam, tanto illud odisse debemus.

Omnia generaliter mendacia odisse debemus.

Caput VI.

Fuerunt enim temporibus Apostolorum, qui ueritatẽ non ueraciter, id est, non ueraci animo prædicarent, quos dicit Apostolus Christum annunctiasse non caste, sed per inuidiam & cõtentionem. Ac per hoc etiam tunc nõnulli tolerati sunt annunctiantes nõ casto animo ueritatem, nõ tamen ulli laudati sunt, tanquam annunciantes casto animo falsitatem, &c.

Philip. 1

Tolerati sunt annunctiantes nõ ueraci animo Christũ nõ laudati.

Caput X.

Ad mendaciorum genera defendenda plurima de scripturis sanctis suffragari putantur exempla. Non aũt hoc est occultare ueritatem, quod est proferre mendacium. Quamuis enim omnis qui mentitur uelit cælare quòd uerum est, non tamẽ omnis qui uult quod uerum est cælare mentitur, Plerunq; enim uera nõ mentiendo occultamus, sed tacendo. Neq; enim mentitus est dominus ubi ait: Multa habeo uobis dicere, sed non potestis illa portare modo. Vera tacuit, non falsa locutus est, quibus ueris audiendis, uos minus idoneos indicauit. Quod si eis hoc ipsum nõ indicasset, id est, non eos posse portare quæ dicere noluit, occultaret quidẽ nihilominus aliquid ueritatis, Sed posse hoc recte fieri forsitan nescireмus, aut non tanto firmaremur exemplo. Vnde qui asserunt aliquando esse mentiendum, non conuenienter commemorant Abraham, hoc fecisse de Sara, quam sororem suam dixit, Non enim dixit: Non est uxor mea, Sed dixit: soror mea est, quod erat reuera, tam propinqua genere, ut soror non mediocriter diceretur, quod & postea iam sibi ab illo qui abduxerat, ea redditа confirmauit, respondens illi & dicens: Et uere soror mea de patre, non de matre, hoc est, de paterno genere, nõ de materno. Aliquid ergo ueri tacuit non falsi aliquid dixit, quando tacuit uxorem, dixit sororem. Hoc & filius eius fecit Isaac, nam & ipsum nouimus propinquam coniugem suam fuisse sortitum. Non est ergo mendatium cũ silendo absconditur uerum, sed cum loquendo promittitur falsum. Iacob autem quod matre fecit auctore, ut patrem fallere uideretur, si diligenter & fideliter attendatur, non est

Occultare ueritatem non est proferre mendacium

Ioan. 16

Genes. 20.

Gene. 26

Genes. 27.

est mendacium sed mysterium. Quæ si mendacia dixerimus, omnes etiam parabolæ & figuræ significandarum quarumcunq; rerum, quæ non ad proprietatem accipiendæ sunt, sed in eis aliud ex alio est intelligendum, dicerentur esse mendacia, quod absit omnino. Nam qui hoc putat tropicis etiam tam multis locutionibus omnibus, potest hanc importare calumniam, ita ut hæc ipsa quæ appellatur metaphora, hoc est, de re propria ad rem non propriã uerbi alicuius usurpata translatio, possit ista ratione mendacium nuncupari. Cum enim dicimus, fluctuare segetes, gemmare uites, floridam iuuentutem, niueam canniciem, proculdubio fluctus, gemmas, florem, niuem, quia in his rebus non inuenimus, in quas hæc uerba aliunde transtulimus, ab istis mendatia putabuntur. Et petra Christus, & cor lapideum Iudæorum. Item Leo Christus, & Leo diabolus, & innumerabilia talia dicẽtur esse mendatia. Quid quòd hæc tropica locutio usq; ad eam peruenit quæ appellatur Antiphrasis, ut dicatur abundare quod non est, dicatur dulce quod acidum est, lucus quod non luceat, parce quod non parcant? Vnde illud est in scripturis sanctis. Si non in faciem benedixerit tibi, quod Diabolus ait domino de sancto Iob, & intelligitur maledixerit. Hij omnes modi locutionum mendacia putabuntur, si locutio uel actio figurata in mendacio deputabitur. Si autem non est mendaciũ, quando ad intelligentiam ueritatis aliud ex alio significanta referuntur, profectò non solum id quod fœcit aut dixit Iacob patri ut benediceretur, Sed neq; illud quod Ioseph uelut inuidendis locutus est fratribus, Nec quod Dauid simulauit insaniam, ne cætera huiusmodi mendatia iudicãda sunt, sed locutiones actionesq; Propheticæ ad ea quæ uera sunt intelligenda referẽdæ. Quæ propterea figuratis uelut amictibus obteguntur, ut sensum pie quærentis exerceant, & ne nuda ac prompta uilescant.

Tropi non sunt mendacia.

Metaphora.

1. Cor. 10

Ezech. 11

Apoc. 5

1. Petri 5

Antiphrasis

Iob. 2

Gen. 27

Gen. 42

1. Regũ. 2

Eodem lib. Cap. XI.

Sed aliquando commendatius oportet, ut dicam cur ista mihi uideatur tripartita ratio disputandi aduersus eos qui patronas mendacijs suis scripturas uolũt adhibere diuinas, ut prius ostendamus nonnulla quæ putantur ibi esse mendacia, nõ esse quod putamur, si recte intelligãtur. Deinde si quæ ibi mendacia manifesta sunt, imitanda nõ esse. Tertio contra omnes omnium opiniones, quibus uidetur ad boni uiri officium pertinere aliquando mentiri omnimodo tenendum, in doctrina religionis nullo modo esse mentiendum, &c.

In doctrina religionis nullo modo esse mentiendum

Caput XIII.

Hinc est etiam illud quod commemorasti eos dicere, dominum Iesum postaquam resurrexit, ambulasse in itinere cum duobus discipulis, & propinquantibus eis castello quo ibant, illum longius se ire finxisse, ubi Euangelista dicens: Ipse autem se finxit longius ire, etiam ipsum uerbum posuit, quo mendaces nimiũ delectantur ut impune mentiantur, quasi mendaciũ sit omne quod fingitur, cum uerae uter aliud ex alio significandi gratia multa fingantur. Si ergo nihil aliud significasset Iesus in eo quod longius ire se finxit, meritò iudicaretur esse mendacium. Porro autem si bene intelligatur, & ad id quod uoluit significare referatur, inuenitur esse mysterium. Alioquin erunt cuncta mendacia quæ propter quandam rerum significandarum similitudinem cum gesta non sint, tanquam gesta narrantur. Vnde est illud de duobus unius hominis filijs, maiore qui mansit apud patrem suum, et minore qui longius peregrinatus est, tam prolixa narratio. In quo genere fingendi, humana etiam facta uel dicta, irrationalibus animantibus & rebus sensu carentibus, homines addiderunt, ut eiusmodi fictis narrationibus, sed ueracibus significationibus, q, uellent commendatius intimarent. Nec apud auctores tantum sæcularium literarum, ut apud Horatium, mus loquitur muri, & mustela uulpeculæ, ut per narrationem fictam ad id quod agitur uera significatione referatur. Vnde & Aesopi tales fabulas ad eum finẽ relatas, nullus tam ineruditus fuit, qui putaret appellanda mendacia. Sed in literis quoq; sacris, sicut in libro Iudicum ligna sibi regem requirunt, & loquuntur ad oleum, & ad ficum, & ad uitem, & ad rubũ. Quod utiq; totum fingitur, ut ad rem quæ intenditur, ficta quidem narratione, non mendaci tamen, sed ueraci significatione ueniatur. Hæc dixi propter id quod scriptum est de Iesu: Et ipse se finxit longius ire, Ne quisquam ex hoc uerbo sicut Priscillianistæ licitũ uolens habere mendacium, insuper etiam contendat Christũ fuisse mentitum. Quisquis autem uult intelligere illud fingendo quid præfigurauerit, attendat quod agendo perfecerit. Longius namq; postea profectus super omnes cœlos, non tamen deseruit discipulos suos Propter hoc significãdum futurum diuinitus factum, ad præsens illud est humanitus fictum, Et ideo significatio uerax in illa est fictione præmissa, quia in hac profectione illius est significationis ueritas subsecuta. Ille igitur contendat Christum mentitũ esse fingendo, qui negat eum quod significauit impleuisse faciendo, &c.

Lucæ. 24.

Lucæ. 15

Apud Horatium

Fabulæ Æsopi.

Iudicum 9

Luæ. 24.

Priscilliani stæ licitum cõtendunt esse mendacium

Caput XV.

Clamat etiam Ioannes: Omne mendacium non est ex ueritate, omne ergo mendacium non est iustum. Quapropter quando nobis de scripturis sanctis mentiendi proponuntur exempla, aut mendacia non sunt, sed putantur esse dum non intelliguntur, aut si mendacia sunt, imitanda non sunt, quia iusta esse non possunt. Sed quod scriptum est, bene Deum fœcisse cum Hebræis obstetricibus, & cũ Raab Hierichuntina meretrice, non ideo factum est quia mentitæ sunt, sed quia in homines dei misericordes fuerũt, non est itaq; in eis remunerata fallatia, sed beneuolentia, benignitas mentis, non iniquitas mentientis.

1. Ioan. 2.

Exodi. 1 Ioluæ. 2

Cautela de propositis ex scriptura mentiendi exẽplis

Caput XVIII.

De cæteris mendaciorum generibus eligat sibi quod

Nullum ex ueritate mẽdacium esse

putat esse mitissimum atq; innocentissimum mentiendi genus, cui placet esse mentiendum. Hoc scio quod etiam qui docet oportere mentiri, uerum docere se uult uideri, Nam si falsum est quod docet, quis falsæ uelit studere doctrinæ, ubi & fallit docens, & fallitur discens. Si autem ut aliquẽ posit inuenire discipulum, docere se asserit uerum, cũ doceat esse mentiendum, quomodo erit ullum ex ueritate mendacium, Ioanne Apostolo reclamante: Omne mendacium non est ex ueritate.

1. Ioan. 2

Ad Laurentium enchyridion, Caput XVIII.

Verũ difficillima & latebrosissima hic gignitur quæstio, de qua iam grandem librum, cum respõdendi necessitas nos urgereret, absoluimus. Vtrum ad officium iusti hominis pertineat aliquando mentiri. Nonnulli enim eousq; progrediuntur, ut & peierare & de rebus ad Dei cultũ pertinentibus, ac de ipsa Dei natura falsum aliquid dicere nonnunquam bonum piumq; opus esse contendant. Mihi autem uidetur, peccatum esse quidem omne mendacium, sed multũ interesse quo animo, & quibus de rebus quisq; mentiatur: Non enim sic peccat ille qui consulendi, quomodo ille qui nocendi uoluntate mentitur,

Augustino uidetur omne mendacium peccatum esse

Eodem lib. Caput XXII.

Illud mendacium peccatum est ueniale,

Non ideo mendacium poterit aliquando laudari, quia nonnunquam pro salute quorundam mentimur. Peccatũ ergo est, sed ueniale, quod beneuolentia excusat, & ideo fallatia damnat.

In Psalm. V.

Multa quidem uidentur pro salute aut commodo alicuius, non malitia, sed benignitate mendacia. Quale illarum in Exodo obstetricum, qui Pharaoni falsum renũciauerunt, ut infantes filiorum Israël non necarentur, Sed etiam ista non re, sed in dolo laudantur. Quoniam qui tantum hoc modo mentiuntur, merebũtur aliquando ab omni mendacio liberari. Nam in his qui perfecti sunt, nec ista mendacia inueniuntur, quibus dictum est: Sit in ore uestro est est, non non. Quicquid amplius est, à malo est. Nec immeritò alio loco scriptum est: Os quod mentitur, occidit animam.

Exodi. 1

In perfectis nec minuta inuenirũtur mendacia. Matt. 5 Sapien. 1

Post pauca ibidem.

Duo sunt omnino genera mendaciorum, in quibus nõ magna culpa est, sed tamen non sunt sine culpa, cum aut iocamur, aut & proximis prosimus mentimur. Illud primum in iocando, ideo non est perniciosissimum, quia non fallit, Nouit enim ille cui dicitur, ioci causa esse dictum. Secundum autem ideo minus est, quia retinet nonnullam beneuolentiam. Illud uero quod non habet duplex cor, nec mendacium quidem dicendum est.

Duo sunt genera mendaciorum

DE DECIMIS.

Sermo CCXV. & CCXVI. de tempore.

Et decimas de fructibus uestris ecclesijs reddite. Ille uere Christianus est, qui decimas annis singulis erogandas pauperibus reddit.

Decimæ Ecclesijs reddendæ

Sermo CCXIX. de tempore.

Deus qui dignatus est totum dare, decimam à nobis dignatur reppetere, nõ sibi sed nobis sine dubio profuturã. Sic enim per Prophetam ipse promisit dicens: Inferte inquit omnem decimam in horreis meis, ut sit cibus in domo mea, & probate me in his dicit dominus. Si non aperuero uobis catharactas cœli, & dedero uobis fructũ usq; ad habundantiã. Ecce probauimus quomodo nobis decimæ magis quàm Deo proficiant.

De decimis dandis

Malach. 3.

Ibidem post pauca.

Decimæ fratres charissimi tributa sunt egentium animarum. Redde ergo tributa pauperibus, offer libamina sacerdotibus. Quod si decimas non habes fructuum terrenorum, quod habet agricola, quodcunq; te pascit ingeniũ, Dei est, & inde decimas expetit unde uiuis, de militia, de negotio, & de artificio redde decimas. Aliud enim pro terra dependimus, aliud pro usura uitæ pensamus.

Decimæ tributa egẽtium

In fine ibidem.

Decimæ enim ex debito requiruntur, & qui eas dare noluerit, res alienas inuasit, & quanti pauperes, in locis ubi ipse habitat, illo decimas non dante, fame mortui fuerint, tantorum homicidiorum reus, ante tribunal æterni iudicis apparebit, quia à domino pauperibus delegatam suis usibus reseruauit. Qui ergo sibi aut præmium comparare, aut peccatorum desiderat indulgentiam promereri, reddat decimam, & de nouem partibus studeat eleemosynam dare pauperibus, ita tamen ut quicquid excepto uictu mediocri & uestitu rationabili super fuerit non luxuriæ reseruetur, sed in thesauro cœlesti per eleemosynam pauperum reseruatur & reponatur. Quicquid enim nobis Deus plus quàm opus est dederit, non nobis specialiter dedit, sed per nos alijs erogandum transmisit, quod si non dederimus res alienas inuasimus.

Decimæ ex debito requiruntur.

DE SIMONIA.

Item in alio quodam loco.

Sicut Eunuchus fuit qui Ioseph comparauit, ita qui gratiam mercatur, uiuum semen non habet sanctis genitalibus, sic quoq; ignis sacrificij, qui per septuaginta annos Babilonicæ captiuitatis, sub aqua uixerat, extinctus est Iasoni Antiocho uendenti sacerdotium, quod significauit spiritusſancti ignem non lucere in Symoniacorum sacramentis, &c.

In Symoniacorum Sacramentis sancti spiritus ignem non lucere

In psalm. CXXX.

Intendat charitas uestra, magna res commendatur.

Quos

Quomodo Simon ille magus in mirabilibus ingredi uolebat super se, propterea plus illum delectauit potentia Apostolorum, quàm iustitia Christianorum. At ubi uidit per manus impositionem Apostolorum, & per orationes eorum deum dare fidelibus spiritum sanctum, & quia tunc per miraculum demonstrabatur aduentus spiritus sancti, ut linguis loquerentur, quas non didicerant omnes super quos ueniebat spiritus sanctus: nec ideo modo non datur spiritus sanctus, quia linguis non loquuntur qui credunt? Ideo enim tunc oportebat, ut linguis loquerentur, ut significarent omnes linguas Christo creditoras, ubi impletum est quod significabatur, miraculum oblatum est. Cum ergo hoc uideret Simon magus, uoluit talia facere, non talis esse. Et nostis quia etiam pecunia putauit comparandum spiritum sanctum. Erat ergo de talibus, qui in templo intrant ad emendum & uendendum, emere uolebat, quod uendere disponebat. Et uere fratres mei, quia talis erat ille, & sic intrauerat ad eos, dominus illos expulit de templo, qui columbas uendebant.

Actor. 2.

Acto. 8.

Simon emere uolebat, quod uendere disponebat.

Matth. 21.

DE SACRILEGIO.

Libro III. de mirabilibus sacræ scripturæ, Cap. XVI.

Acto. 5.

Ecce quanta est Apostolica uirtus in Christo, sanum Ananiam dum Petrus arguit per sermonis tantum imperium morte ligauit, & Tabitham mortis uinculo ligatam, eadem imperij potestate dissoluit. Ideoq; prius Ananias & Saphyra in conspectu ecclesiæ cito mortui sunt, ut Apostolica auctoritas quanta esset ostenderetur, & quàm magnum peccatum esset, quod oblatum iterum ab ecclesia retraheretur, monstraretur, & cæteri exemplo huius castigarentur.

Acto. 9. Magnũ peccatũ est oblatum, iterũ ab ecclesia reppetere.

In Euangelium Ioannis, Tractatu L.

Quid ergo uoluit dominus noster Iesus Christus, fratres mei, admonere ecclesiam suam, quando unum perditum inter duodecim habere uoluit, nisi ut malos toleremus, ne corpus Christi diuidamus? Ecce inter sanctos est Iudas, ecce fur est Iudas. Et ne contemnas fur sacrilegus, non qualiscunq; fur. Fur loculorum, sed dominicorum loculorum, sed sacrorum. Si crimina discernuntur in foro, qualiscunq; furti & peculatus. Peculatus enim dicitur furtum de republica: & non sic iudicatur, furtum rei priuatæ quomodo publicæ, quanto uehementius iudicandus est fur sacrilegus, qui ausus fuerit undecunq; tollere, hoc est, & de ecclesia tollere. Qui aliquid de ecclesia furatur, Iudæ perdito comparatur.

Sacrilegiũ furtũ est detestabilissimum.

DE VSVRA.

In psalmum XXXVI. Sermon. III.

Nolo sitis fœneratores, & ideo nolo, quia deus non uult. Nam si ego nolo, & deus uult, agite. Si autem deus non uult, etiam si ego uellem, malo suo ageret qui ageret. Vnde adparet deum hoc nolle? Dictum est alio loco: Qui pecuniam suam dedit ad usuram. Et quàm detestabile sit, & quàm odiosum, quàm execrandum puto, quia & ipsi fœneratores nouerunt. Rursus autem ego ipse, imò deus noster, qui te prohibet esse fœneratorem, iubet te esse fœneratorem, & dicitur tibi: Fœnero deo, si fœneras homini, habes spem: & si fœneras deo, spem non habebis. Si fœnaueris homini, id est, mutuam tuam pecuniam dederis, à quo aliquid plus quàm dedisti expectes accipere, non pecuniam solam, sed aliquid plus quàm dedisti, siue illud triticum sit, siue uinum, siue oleum, siue quodlibet aliud, si plus quàm dedisti expectes accipere, fœnerator es, & in hoc improbandus, non laudandus.

Psalm. 14.

Vsurarij et fœneratores improbãdi.

In psalmum LIIII.

Fœnus & professionem habet: Fœnus etiam ars uocatur, corpus dicitur: Corpus quasi necessarium ciuitati, & de professione sua uectigal impendit, usqueadeo in platea est, quod saltem abscondendum erat.

Fœnus professionem habet.

In psalmum CXXVIII.

Audent etiam fœneratores dicere, non habeo aliud unde uiuam. Hoc mihi & latro diceret, deprehensus in fauce. Hæc & effractor diceret, deprehensus circa parietem alienum. Hoc mihi & leno diceret, emens puellas ad prostitutionem. Hoc & maleficus incantans mala, & uendens malitiam suam. Quicquid tale prohibere conaremur, responderent omnes, quia non haberent unde uiuerent, quia inde se pascerent, quasi non hoc ipsum in illis maximè puniendum est, quia artem nequitiæ delegerunt, unde uitam transigant, & inde se uolunt pascere unde offendant eum, à quo omnes pascuntur.

Fœneratorũ excusatio.

Ad Macedonium, Epistola LIIII.

Quid dicam de usuris, quas etiam ipsæ leges & iudices reddi iubent? An crudelior est qui subtrahit aliquid, uel eripit diuiti, quàm qui trucidat pauperem fœnore? Hæc atq; huiusmodi malè utiq; possidentur, & uellem ut restituerentur, sed non est quo iudice repetantur. Iam uero si prudenter intueamur, quod scriptum est: Fidelis hominis totus mundus diuitarum est: Infidelis autem nec obolus. Nonne omnes qui sibi uidentur gaudere licitè conquisitis, eisq; uti nesciunt, aliena possidere conuincimus? Hoc enim certè alienum non est, quod iure possidetur, hoc autem iure quod iustè, & hoc iuste quod benè. Omne illud quod malè possidetur, alienum est, malè autem possidet, qui malè utitur. Cernis ergo quàm multi debeant reddere aliena, si uel pauci, quibus reddantur, reperiuntur, qui tamen ubi sunt, tanto magis ista contemnunt, quanto ea iustius possidere potuerunt.

Leges usuras restituere iubent.

DE SILENTIO & taciturnitate.

Libro XVIII. de ciuitate Dei, Cap. V.

Nõ omnia quæ scimus efflutienda.

In omnibus ferè templis, ubi colebantur Isis & Serapis: erat etiam simulachrum quod digito labijs impresso admonere uideretur, ut silentium fieret: Hoc significare Varro existimat, ut homines eos fuisse taceretur.

DE FVGA IN persecutione.

Ad Honoratum, Epist. CLXXX.

In persecutione agendum quod Christus permisit. Matth. 10.

Faciant in persecutione serui Christi ministri uerbi & sacramenti eius, qd' præcepit siue permisit in hac re dominus. Fugiant omnino de ciuitate in ciuitatem, quando eorum quisquam specialiter à persecutoribus quæritur, ut ab alijs qui non ita requiruntur, non deseratur ecclesia, sed præbeant cibaria conseruis suis, quos aliter uiuere nõ posse nouerunt. Cum autem omnium, id est, episcoporum & clericorum est commune periculum, hij qui alijs indigent non deserantur ab his quibus indigent. Aut igitur ad loca munita omnes transeant, aut qui habent remanendi necessitatem, non relinquantur ab eis, per quos illorum est ecclesiastica supplenda necessitas, ut aut pariter uiuant, aut pariter sufferant, q. eos pater familias uellet perpeti.

Post pauca.

Sententia cuiusdam episcopi.

Nam qui fugiunt, uel suis deuincti necessitatibus fugere non possunt, si comprehensi patiuntur pro seipsis, non pro fratribus utiq; patiũtur. Qui uero propterea patiuntur, quia fratres qui eis ad Christianam salutem indigebant deserere noluerunt, sine dubio suas animas pro fratribus ponunt. Vnde illud quoniam episcopum quendam dixisse audiuimus: Si dominus nobis imperauit fugam in eis persecutionibus, ubi potest esse fructus martyrij, quanto magis debemus fugere steriles passiones, quando est barbaricus & hostilis incursus. Verum est quidem & acceptabile, sed his quos ecclesiastici officij non tenent uincula. Non enim quisquam est qui dicat ministros manere oportere, ubi iam non fuerint, quibus necesse sit ministrare. Ita quidam sancti episcopi de Hyspania profugerunt, prius plebibus partim fuga lapsis, partim peremptis, partim obsidione consumptis, partim captiuitate dispersis. Tunc de locis in quibus sumus præmente persecutione fugiendũ esse Christi ministris, quando ibi aut plebs Christi non fuerit cui ministretur, aut potest impleri per alios necessarium ministerium, quibus non est eadem causa fugiendi: Sicut in sporta submissus, quod supra memoraui, fugit Apostolus cũ à persecutore propriè ipse quæreretur, alijs utiq; necessitatem simulem non habentibus, à quibus illic ministerium abesset ut desereretur ecclesiæ. Sicut fugit sanctus Athanasius Alexandrinus episcopus, cum eum specialiter adprehendere Constantius cuperet imperator, nequaquam à cæteris ministris deserta plebe catholica, quæ in Alexandria commanebat. Cum autem plebs manet, & ministri fugiunt, ministeriũq; subtrahitur, quid erit nisi mercenariorum illa fuga damnabilis, quibus non est cura de ouibus.

Actor. 9. 2. Corin. 11

De fuga Athanasij. Ioan. 10.

Post pauca ibidem.

Fugæ Athanasij utilitas.

Hic fortè quis dicat, ideo debere dei ministros fugere à talibus imminentibus malis, ut se pro utilitate ecclesiæ temporibus tranquillioribus seruent. Rectè hoc fit à quibusdam, quando non desunt alij, per quos suppleatur ecclesiasticum ministerium, ne ab omnibus deseratur, quod fœcisse Athanasium supra diximus. Nam quantum necessarium fuerit ecclesiæ, quantumq; profuerit, quòd uir ille mansit in carne, catholica fides nouit, quæ aduersus Arrianos hæreticos ore illius et amore defensa est: Sed quando est commune periculũ, magisq; timendum est, ne quisquam id facere credatur, non consulendi uoluntate, sed timore moriendi, magisq; fugendi obsit exemplo, quàm uidendi prosit officio, nulla ratione faciendum est. Denique sanctus Dauid ne se committeret periculis præliorum, & fortassis extingueretur, sicut ibi dictum est (lucerna Israel) à suis hoc petentibus sumpsit, non ipse præsumpsit, alioquin multos imitatores fœcisset ignauiæ, qui eum crederent hoc fœcisse non consideratione utilitatis aliorum, sed suæ perturbatione formidinis.

2. Reg. 17.

Adhuc post pauca

A laicis occultandi episcopi quã do.

Quid si enim hactenus sæuiat illa pernicies, ut solos ministros ecclesiæ persequatur? Quid dicam? An relinquenda est à ministris fugientibus ecclesia, ne à morientibus miserabilius relinquatur? Sed si laici non quærentur ad mortem, possunt occultare quoquo modo episcopos & clericos suos, sicut ille adiuuerit, in cuius potestate sunt omnia, qui potest & non fugientem per mirabilem conseruare potentiam. Sed ideo quærimus quid nos facere debeamus, ne in omnibus fugiendo diuina miracula tentare dominum iudicemur.

Sub fine ibidem.

Orationibus ad deũ in his periculis certiores erimus.

Nemo in hoc cœtu excipiat personam suam, ut si aliqua gratia uidetur excellere, ideo se dicat uita & ob hoc fuga esse digniorem. Quisquis enim hoc putat, nimium sibi placet: Quisquis autem etiam hoc dicet, omnibus displicet. Quicunq; igitur isto modo fugit, ut ecclesiæ necessarium ministerium illo fugiente non desit, facit quod dominus præcepit siue permisit. Qui autem sic fugit, ut gregi Christi ea quibus spiritaliter uiuit, alimenta subtrahantur, mercenarius ille est, qui uidet lupum uenientem, & fugit, quoniam non est ei cura de ouibus. Melius tamen quod in his periculis faciamus, inuenire non possumus, quàm orationes ad dominum deum nostrum, ut misereatur nostri.

Ioan. 10.

DE

DE LABORE manuum.

Libro de opere Monachorum, Cap. I.

Primum ergo uidendum, quid dicant illius professionis homines, qui operari nolunt. Non inquiunt de hoc opere corporali, in quo uel agricolæ uel opifices laborant,
2. Thessa. 3 *præcepit hoc Apostolus cum diceret: Qui non uult operari, non manducet. Neq; enim Euangelio potuit esse contrarius,*
Matth. 6. *ubi ait ipse dominus: Ideo dico uobis, ne sollicitiſtis animæ uestræ quid manducetis, neq; corpori uestro quid induamini &c. Quapropter inquiunt, in eo quod ait Apostolus: Qui non uult operari, non manducet, o-*
Ociosorũ monachorũ excusatio, ut laborare non cogantur. *pera spiritalia debemus accipere, sic inquiunt, & nos facimus. Legimus cum fratribus, qui ad nos abestu sæculi ueniunt fungati, ut apud nos in uerbo dei, & in orationibus, psalmis, hymnis & canticis spiritalibus requiescant. Alloquimur eos, consolamur, exhortamur, ædificantes in eis, si quid eorum uitæ pro suo gradu deesse perspicimus. Talia opera si non faceremus, periculose à domino alimenta ipsa spiritalia sumeremus: hoc enim dicit Apostolus, Qui non uult operari, non manducet.*

Caput III. eodem libro.

Laborem manualem Apostolum præcepisse demonstrat. *Prius ergo demonstrare debemus beatum apostolum Paulum, opera corporalia, seruos dei operari uoluisse, quæ finem haberent in magnam mercedem spiritalem, ad hoc ut ipso uictu & tegumento à nullo indigerent, sed manibus suis hæc sibi procurarent. Dicit enim Apostolus:*
2. Thessa. 3. *Nam & cum apud uos essemus, hoc uobis præcipiebamus, quoniam si quis non uult operari, non manducet. Audiuimus enim quosdam inter uos ambulare inquiete, nihil operantes, sed curiose agentes. His autem qui eiusmodi sunt, præcipimus & obsecramus in domino Iesu Christo, ut cum silentio operantes panem suum manducent.*

Post pauca ibidem.

Quid est enim quod ait Apostolus: Neq; panem gra-
2. Thessa. 3 *tis ab aliquo manducauimus, sed in labore & fatigatione die ac nocte operantes, ne quem uestrum grauaremus,*
Qui nõ habent potestatẽ de Euãgelio uiuẽdi laborarẽ debent. *non quia non habuerimus potestatem, sed ut nos formam daremus uobis, qua nos imitaremini. Audiant ergo quibus hoc præcepit, id est, qui non habent hanc potestatem quã ille habebat, ut tantũmodo spiritaliter operantes, mãducẽt panẽ à corporali labore gratuitũ: & quemadmodũ dicit, Præcipimus & obsecramus in Christo, ut cum silentio operantes, panem suum manducent, non disputent contra manifestissima uerba Apostoli, quia & hoc pertinet ad silentium, cum quo debent operantes manducare panem suum.*

Cap. XII.

Matth. 6. *Per hoc enim quod iure dominico debebatur bonis Euangelistis, non propter hoc euangelizantibus, sed quæren-*

tibus regnum dei, ut hæc omnia adponerentur eis inueniẽbant alij occasionem, de quibus idem dicit: Neq; enim isti Roman. 16
deo seruiunt, sed suo uentri, quibus hanc occasionem amputare uolebat Apostolus, ut etiam quod sibi iustè debebatur omitteret. Apertè quippe hoc ipse ostendit in secunda ad Corinthios ab alijs ecclesijs suppletas, dicens necessitates suas. Venerat enim sicut adparet ad tantam indigentiam, ut de longinquis ecclesijs ei necessaria mitterentur, dum tamen ab eis, apud quos erat, nihil tale acciperet: Alias ecclesias, inquit, expoliaui, accipiens stipendium ab eis ad uestram ministrationem, & cum apud uos fuissem & egerem, nemini grauis fui.

Paul⁹ quare de Euangelio ut uiueret, nõ accepit. 2. Corin. 11

Cap. XIII.

Nam præcauet & ipse Apostolus, ne quisquam ex ne-
Furta labore prȩcauit. Ephes. 4. *cessitate sustentandæ uitæ in mala opera dilabatur: Qui furabatur, inquit, iam non furetur, magis autem laboret manibus suis bonum, ut habeat unde tribuat cui opus est.*

Cap. XV.

Ad Timotheum scribens, inquit Apostolus, laboran- 2. Timot. 2
tem agricolam primum oportere de fructibus percipere, 1. Corint. 9
secundum illud quod ad Corinthios dixerat: Quis militat suis stipendijs unquàm? Quis plantat uineam, & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem, & de lacte gregis non percipit? Fœcit itaq; securum, castum Euangelistam, non ad hoc euangelizantem, ut uenderet Euangelium, sed tamen huic uitæ necessaria suis sibi exhibere manibus non ualentem, ut intelligeret quod necessarium sibi sumebat ab eis, quibus tanquàm prouincialibus militabat, & quos tanquàm uineam cultura exercebat, uel tanquàm gregem pascebat, non esse mendicitatem sed potestatem.

Discãt fratricelli mendicantes, ecclesiæ stipẽdia nõ mendicitatẽ esse sed potestatem.

Cap. XVI.

Quid enim agant qui operari corporaliter nolunt, cui rei uacent scire desidero? Orationibus inquiunt, & psalmis, & lectioni, & uerbo dei, sancta planè uita, & in Christi suauitate laudabilis, sed in his uocandi non sumus, nec manducandum est, nec ipsæ escæ quotidie præparandæ, ut possint adponi & assumi. Si autem ad ista uacare seruos dei certis interuallis temporum ipsius infirmitatis necessitas cogit, cur non & Apostolicis præceptis obser-
Et laborantes canenca diuina canere possunt. *uandis aliquas partes temporum deputamus? Citius enim exauditur una obedientis oratio, quàm decem milia contemptoris. Cantica uero diuina cantare, etiam manibus operantes facile possunt, & laborem tanquàm diuino celeumate consolari. An ignoramus opifices, quibus uanitatibus, & plerunq; turpitudinibus theatricarum fabularum, donent corda & linguas suas, cum manus ab opere non recedant? Quid ergo impedit seruum dei manibus operantem in lege domini meditari, & psallere nomini domini altissimi: ita sanè ut ad ea dicenda quæ memoriter recolat, habeat sepositia tempora? Ad hoc enim & illa bona opera fidelium subsidio supplendorum necessariorum deesse non debent, ut horæ quibus ad erudiendam animum ita uacatur, ut illa opera corporalia geri non possint,*

sint, non opprimant egestate. Qui autem se dicunt uacare lectioni, nonne illuc inueniunt quod præcipit Apostolus? Quæ est ista ergo peruersitas lectioni nolle obtemperare, dum uult ei uacare: & ut quod bonum est diutius legatur, ideo facere nolle quod legitur? Quis enim nesciat tanto citius quemq; proficere cum bona legit, quanto citius facit quod legit?

Cap. XVIII.

Si autem alicui sermo erogandus est, & ita occupatur, ut manibus operari non uacet, nunquid hoc omnes in monasterio possunt uenientibus ad se ex alio genere uitæ fratribus, uel diuinas lectiones exponere, uel de aliquibus lectionibus salubriter disputare? Quando ergo non omnes possunt, cur sub hoc obtentu omnes uacare uolunt, quanquam & si omnes possent uicissim facere deberent, non solum ne cæteri à necessarijs operibus occuparentur, sed etiam quia sufficit ut audientibus pluribus unus loquatur. Deinde ipsi Apostolo quomodo uacaret operari manibus suis, nisi ad erogandum uerbum dei certa tempora constituret.

Prædicantes uerbum dei a quotidiano labore excusani.

Cap. XXVIII.

Diabolus tam multos hypocritas sub habitu Monachorum usquequaq; dispersit, circumeuntes prouincias, nusquàm missos, nusquàm fixos, nusquàm stantes, nusquàm sedentes. Alij membra martyrum, si tamen martyrum uendicant, alij fimbrias & phylacteria sua magnificant, alij parentes uel consanguineos suos in illa uel in illa regione se audisse uiuere, & ad eos pergere mentiuntur, & omnes petunt, & omnes exigunt, aut sumptus lucrosæ egestatis, aut simulatæ pretium sanctitatis, cum interea ubicunq; in factis suis malis deprehensi fuerint, uel quoquo modo innotuerint, sub generali nomine monachorum uestrum propositum blasphematur.

De ociosis quæstionarijs.

Libro XXII. de ciuitate Dei, Cap. XXII.

Desidia, segnities, pigritia, negligentia, uitia sunt utiq;, quibus labor fugitur, cum labor ipse, etiam qui est utilis, pœna sit.

Labor qui utilis est, homini pœna ē.

DE MEDICINA & medicis.

Libro XXII. de ciuitate Dei, Cap. XXII.

Certè nihil uidemus creatum in corpore utilitatis causa, quod non habeat etiam decoris locum. Plus autem nobis id appareret, si numeros mensurarum, quibus inter se cuncta connexa sunt, & coaptata nosse mus. quos forsitan data opera in his, quæ foris eminent, humana posset inuestigare solertia. Quæ uero tecta sunt, atq; à nostris remota conspectibus, sicuti est tanta perplexitas uenarum atq; neruorum, & uiscerum secreta uitalium & inuenire nullus potest: Quia & si medicorum diligentia nonnulla crudelis, quos anatomicos adpellant, laniauit corpora mortuorum, siue etiam inter manus secantis & perscrutantis morientium, atq; in carnibus humanis satis inhumanè abdita cuncta rimata est, ut quid, & quomodo, et quibus locis curandum esset addisceret, numeros tamen de quibus loquor, quibus coaptatio, quæ harmonia græcè dicitur, tanquàm cuiusdam organi extrinsecus atq; intrinsecus totius corporis constat: Quid dicam? Nemo uoluit inuenire, quos nemo ausus est quærere: Quod si non esse potuissent, in interioribus quoq; uisceribus, quæ nullum ostentat decus, ita delectaret pulchritudo rationis, ut omni formæ adparenti quæ oculus placet, ipsius mentis quæ oculis utitur, præferretur arbitrio.

Anatomicorum medicorũ crudelis diligentia.

De natura & gratia, Cap. XXVI.

Nam medicus homo cum sanauerit hominem, iam de cætero sustentandum elementis & alimentis corporalibus, ut eadem sanitas apto subsidio conualescat, atq; persistat, deo dimittit, qui præbet ista in carne uiuentibus, cuius erant etiam illa, quæ dum curaret, adhibebat. Non enim quenquam medicus, ex his rebus quas ipse creauerit sanat, sed ex illius operibus, qui creat omnia necessaria sanis atque uitiosis.

Medici post curam ægrotos deo cõmittant.

Libro LXXXI. Quæstion. Quæst. XLV.

Conceptus geminorum, quoniam uno concubitu efficitur, attestantibus medicis, quorum disciplina multo est certior atq; manifestior, tam paruo puncto temporis contingit, ut in duas minutas minutarum non tendatur.

Medicorũ disciplina mathematicorum certior atq; manifestior est.

Eodem libro, Quæstione LXXXII.

Sic est in animo beatitudo, ut in corpore sanitas. Quēadmodum in ipso corpore alia præcipitur medicina, ne bona ualetudo amittatur, alia uero ut amissa recuperetur, Sic in toto statu hominis alia tunc præcepta data sunt, ne amitteret immortalitatem: alia nunc præcipiūtur, ut eam recipiat. Et sicut in ualitudine corporis, si quis præceptis medici quibus eadem bona ualetudo custodienda est, non obtemperando in aliquem morbum inciderit, accipit alia præcepta ut sanari possit, quæ sæpe non sufficiunt, si talis est morbus, nisi adhibeantur à medico quædam adiutoria plerunq; aspera, & dolores importantia, quæ tamen ualent ad recuperandam salutem. Vnde fit ut homo quàmuis iam obtemperans medico, patiatur tamen adhuc dolores, non solum de ipso morbo nondum sanato, uerumetiam de adiutorio medicinæ: Ita homo per peccatum lapsus in huius uitæ morbidam & calamitosam mortalitatem, quia primo præcepto obtemperare noluit, quo sempiternam custodiret ac teneret salutem, secunda præcepta æger accepit, quibus obtemperans iam quidem non absurdè dicitur iustè uiuere, sed tamen molestias quas patitur, uel de ipso morbo nondum sanato patitur, uel de adiutorio medicinæ.

Præcepta disciplinæ duplicia.

Sermon.

Serm. XIX. de Sanctis.

Sicut a medicis cõtraria contrariis aliquãdo curant, ita aliquando per similia.

Solent medicinæ peritiægritudines, quas curandas suscipiunt, aliquando curare per contraria, aliquando per similia. Sic ratione medicinæ sicca humidis, humida siccis, calida frigidis opponuntur, & minus fortia contraria à fortioribus contrarijs superuenientibus superantur. Similiratione, similia similibus adponuntur, cum secundum quantitatem uulnerum uel tumorum mensuratur longitudo uel latitudo epithematum. Sic scorpionum carnes oleo coctæ percussionibus medentur scorpionum, sic thyriaca de serpentis carne confecta, morsibus serpẽtinis occurrit, & potiones ueneno infectas, in potu sumpta expellit.

DE VIDVIS.

Libro quæstionum super Deuteronomium, Quæstion. XLIII.

Vere uidua dicitur, quę non habet unde sustentetur.

Hæ uerè dicendæ sunt uiduæ, quæ etiam pauperes sunt. Id enim & Apostolus euidenter ostendit, ubi ait: Si qua autem uidua filios & nepotes habet, discat primum domum suam pietractare, & mutuam uicem parentibus reddere, hoc enim acceptum est coram domino. Quæ autem uerè uidua est & deserata, sperabit in dominum, & persistet in orationibus nocte ac die. Hanc uerè uiduam dixit, quæ non habet à quibus sustentetur, quia non solum uiro, sed etiam posteris atq; omni ope destituta est, diuitem quippe non diceret desolatam. Pauperi itaq; pignus non est auferendum uestimentum: Nam & hoc ipso quod uestimentum prohibet auferri, pauperem ostendit. Neque enim creditor non potius auferret argentum, uel si quid aliud quàm uestimentum.

1. Timot. 5

Serm. VII. de tempore.

Viduæ nõ debent esse uerbosæ. Psalm. 145 1. Timot. 5

Iterum uobis loquor quæ estis uiduæ, custodite uiduitatem, non estote uerbosæ, sed cum silentio expectate dominum, qui pupillum & uiduam suscipit, sed bonam uiduam, & illam quæ in oratione est, in humilitate, in eleemosynis prompta, si certè unde faciat non habet uoluntatem bonam, & cogitationem synceram habeat.

Libro de uita Christiana, Cap. XV.

Tria sunt genera uiduarum. Lucæ 2.

Tria esse uiduarum genera non ignorare te credo. Verum quod perfectissimum est, cœlestiq; præmio destinatum, quòd ritu illius de Euangelio uiduæ, deo orationibus & ieiunijs, die nocturnisq; deseruit. Aliud uero, quod filiorum curam habere dicitur & domus, non tamen tanto præmio dignum, nec tamen peccatis obnoxium. Tertium autem genus est in epulis & delitijs, quod æternæ morti seruatur & pœnæ, Sicut scriptum est: Viduas honora quæ uerè uiduæ sunt. Qualis autem Christi uidua debeat esse, Apostolus dicit: Quæ uerè uidua est, sperat in domino, & instat orationibus die ac nocte.

1. Timot. 5

De orando deo ad Probam, Epistola CXXI. Cap. I.

Maius negotium uiduitatis nõ est, & perstere in orationibus. 1. Timor. 5

Quod enim maius oportuit esse negotium uiduitatis, quàm persistere in oratione nocte ac die, secundum Apostoli admonitionem? Ille quippe ait: Quæ autem uerè uidua est & desolata, sperauit in domino, & persistit in oratione nocte ac die.

Cap. III.

Qualiter uiduæ sit orãdum.

Non enim Apostolus qualicunq; uiduæ hoc munus tribuit, sed quæ uerè, inquit, uidua est, & desolata, sperabit in domino, & persistet in orationibus die ac nocte. Quod uero sequitur, uigilantissimè caue: Quæ autem in delitijs agit, uiuens mortua est. Agit enim homo in his, quæ diligit, quæ pro magno appetitu, quibus beatum se esse credit.

DE FATO.

Ad Ianuarium Epistola CXIX.

Mathematicorum deliramenta cum detestatione irridenda sunt.

Manichæorum uel Mathematicorum deliramenta cum detestatione irridenda sunt: quibus cum obiecerimus uana commenta, unde homines in errorem præcipitant, quo prius præcipitati sunt, garruli sibi uidentur, cum dicunt nobis, cur & uos ad solis & lunæ computationem Pascha celebratis, quasi nos ordines syderum ac uicissitudines temporum à summo atq; optimo deo conditas arguamus, & non eorum peruersitatem, quæ rebus sapientissimè cognitis, ad stultissimas opiniones abutitur? Nam & si Mathematicus nobis contradicturus est de syderibus & luminaribus cœli ad sacramenta mysticè figuranda similitudines ducere, contradicant & augures, ne dicatur nobis: Estote simplices ut columbæ. Contradicant & Marsi, ne dicatur nobis: Estote prudentes sicut serpentes. Contradicant histriones, ne in Psalmis cytharam nominemus. At quid ex his rebus ad mysteria ueriborum dei similitudinem signa sumuntur? Dicam si placet, uel auspicia uos capture, uel uenena conficere, uel theatricas adfectas luxurias, quod dementissimum est dicere.

Mathematicorum deliramẽta sunt cũ detestatione irridenda.

Augures. Matth. 10. Marsi. Histriones.

In Euangelium Ioannis, Tractatu VIII.

Sub fato non fuisse Christum.

Mathematicis respondeamus: Et ipsi unde conantur conuincere, quia sub fato erat Iesus? Quia ipse ait, ut inquiunt, nondum uenit hora mea. Si ergo dixisset, horam non habeo, excluisset Mathematicos, non esset unde calumniarentur. Nunc uero quia dixit, nondum uenit hora mea: contra ipsius uerba quid possumus dicere? Mirum est quod Mathematici credendo uerbis Christi conantur conuincere Christianos, quòd sub hora fatali uixerit Christus. Credant ergo Christo dicenti: Potestatem habeo

habeo ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam: Nemo tollit eam à me, sed ego pono eam à me ipso, & iterum sumo eam. Ergo ne ista potestas sub fato est? Ostendant hominem qui potestatem habeat quando moriatur, quàmdiu uiuat, omnino non ostendunt. Credant ergo deo dicenti: Potestatem habeo ponendi animam meam, & iterum sumendi eam, & quærant quare sit dictum: Nondum uenit hora mea. Nec ideo iam sub fato ponant conditorem cœli, creatorem atq; ordinatorem syderum, quia si esset fatum de syderibus, non poterat esse sub necessitate syderum conditor syderum. Adde quia non solum Christus non habuit quod adpellas fatum, sed nec tu, aut ego, aut ille, aut quisq; hominum, uerumtamen seducti seducunt, & proponunt fallacias hominibus.

Ioan. 10.

Nullus hominum habet fatum.

Serm. XXXIIII. de tempore.

Nullos homines nasci sub fato.

Nunc autem tantum abhorret à uero sub stellato fato natum esse Christum, ut nullos homines ita nasci credat quisquis rectè credit in Christum. Sed de genituris hominum uani homines loquantur, quod insipiëter opinantur, negem uoluntate qua peccant, confingũt necessitatem qua peccata defendant. Perditos mores per quos in terra ab hominibus detestantur, in cœlo etiam figere conantur, & à syderibus manare mentiantur.

In Psalmum XXXI.

Multi pronunciant iniquitatem suam, sed aduersus ipsum dominum deum, quando inueniuntur in peccatis suis dicunt: Deus hoc uoluit. Si enim homo dicat nõ feci, aut hoc factum quod arguis non est peccatum, non pronunciat nec aduersum se, nec aduersus deũ. Si dicat, prorsus feci, & peccatum est, sed deus hoc uoluit, quid ego feci, hoc est, pronunciare aduersus deum. Fortè dicatis, nemo hoc dicit. Quis est qui dicat, Deus hoc uoluit? Multi & hoc dicunt: Sed & qui hoc non dicunt, & aliud dicunt. Quid dicunt? Fatum mihi fecit, stellæ me fecerunt. Ita iam per circuitum ad deum uolunt peruenire. Per circuitum uolunt ad deum accusandum peruenire, qui nolunt de compendio uenire ad deum placandum, & dicunt, fatum mihi fecit. Quid est fatum? Stellæ me fecerũt. Quid sunt stellæ? Certè istæ quas in cœlo conspicimus. Et quis eas fecit? Deus. Quis eas ordinauerit? Deus. Ergo uides quid uoluisti dicere, Deus fecit ut peccarem. Ita ille iniustus, tu iustus, quia nisi ille fecisset, tu non peccasses. Tolle istas excusationes in peccatis. Ad hæc enim magni uiri sunt, qui prætendunt peccata sua, magni sunt, & qui numerant sydera, & computant stellas & tempora, & dicunt quis quando uel peccet uel benè uiuat, & quando Mars faciat homicidium, & Venus adulterium. Magni docti & electi uiri uidentur in hoc seculo. Dicant illi electos & doctos numeratores syderum: Dicant illi sapientes eos, qui quasi digerunt in dictis facta humana, & describunt de stellis mores humanos. Cum libero arbitrio me creauit deus, si peccaui ego peccaui, ut non solum pronunciem iniquitatem meam domino, sed aduersum me, non aduersus eum. Non fatum, non fortuna, non diabolus, quia nec ipse cogit, sed ego persuadenti consensi. Si casibus roguntur homines, nulla prouidentia aliquid geritur.

Contra homines fatidicos.

Psalm. 40.

In Psalmum XCI.

Non cessat sathanas suadere malum, sed nec deus cessat admonere bonum. Sathanas autem non cogit inuitum, In tua potestate est consentire aut non consentire. Si aliquid persuadente sathana mali feceris, dimitte sathanam & accusa te, ut accusatione tua dei misericordiam mereaberis. Expetis illum accusare, qui non habet ueniam. Te accusa, & accipies indulgentiam. Deinde multi non accusant sathanam, sed accusant fatũ. Fatum meum me duxit dicit. Cum dixeris illi, quare fecisti? quare peccasti? Et ille: Fato meo malo: Ne dicat, ego feci: iam manus ad deum tendit, lingua blasphemat. Nondum quidem hoc aperte dicit, sed tñ attende & uide, quia hoc dicit: Quæris ab illo quid sit fatum: Et dicit, stellæ malæ. Quæris ab illo quis fecit stellas, quis ordinauit stellas, non habet quid tibi respondeat, nisi deus. Restat ergo ut siue per transennam, siue per cannam longam, siue per proximum deum accuset, & cum deus puniat peccata, deum faciat autorem peccatorum suorum. Non potest enim fieri ut puniat quod fecit: Punit quod facis, ut liberet quod fecit. Aliquando autem dimissis omnibus omnino directè eunt in deum, & quando peccant dicunt, Deus hoc uoluit, & si nollet deus, non peccarem.

Sathanas neminẽ cogit inuitum.

Aliqui peccantes fatũ accusant.

Aliqui peccata sua imputant deo.

Libro V. de ciuitate Dei. Cap. I.

Caussa ergo magnitudinis imperij Romani nec fortuita est, nec fatalis, secundum eorum sententiam siue opinionem, qui ea dicunt esse fortuita, quæ uel nullas causssas habent, uel non ex aliquo rationabili ordine uenientes, & ea fatalia quæ præter dei & hominum uoluntatem cuiusdam ordinis necessitate contingunt. Prorsus diuina prouidentia regna constituuntur humana. Quem si propterea quisquam fato tribuit, quia ipsam dei uoluntatem uel potestatem fati nomine adpellat, sententiam teneat, linguam corrigat. Cur enim non hoc primum dicit, quod postea dicturus est, cum ab illo quisquam quæsierit, quid dixerit fatum. Nam id homines quando audiunt usitata loquendi consuetudine non intelligunt, nisi uim positionis syderum, qualis est quando quis nascitur siue concipitur, quod aliqui alienant à dei uoluntate, aliqui ex illa etiam hæc pendere confirmant. Sed illi qui sine dei uoluntate decernere opinantur sydera quid agamus, uel quid bonorum malorumúe patiamur, ab auribus omnium repellendi sunt. Non solum eorum qui ueram religionem tenent, sed quid eorum qualiumcunq; licet falsorum uolunt esse cultores: Hæc enim opinio quid agit aliud, nisi ut nullus omnino colatur aut rogetur deus.

Fortuitum quid sit.

Fatale quid

Cap.

Cap. VIII.

Ipſam itaq; præcipue dei ſummi uoluntatem, cuius po teſtas inſuperabiliter per cuncta porrigitur, eos appella re fatum ſic probatur: Annei Senecæ ſunt, niſi fallor, hi uerſus.

Duc me ſumme pater, alti dominator Olympi
Quocunq; placuerit, nulla parendi mora eſt.
Aſſum impiger, fac nolle comitabor gemens.
Maluſq; patiar facere quod licuit bono.
Ducunt uolentem fata, nolentem trahunt.

Anneus Seneca.

Nempe euidentiſſime hoc ultimo uerſu, ea fata appella uit, quæ ſupra dixerat ſummi patris uoluntatem. Cui ſe paratum obedire dicit, ut uolens ducatur ne nolens traha tur, quoniã ſcilicet ducunt uolentẽ fata, nolentẽ trahunt. Illi quoq; uerſus Homerici, huic ſententiæ ſuffragantur, quos Cicero in Latinum uertit.

Homerus.

Tales ſunt hominum mentes qualis pater ipſe Iupiter auctiferas luſtrauit lumine terras. Nec in hac quæſtione auctoritatem habet Poëtica ſententia. Sed quoniam ſtoi cos dicit (uim fati aſſerentes) iſtos ex Homero uerſus ſo lere uſurpare, non de illius Poëtæ, ſed de iſtorum Philo ſophorum opinione tractatur, cum per iſtos uerſus quos diſputationi adhibent, quam de fato habent quid ſentiant eſſe fatum apertiſſime declaratur, quoniam Iouem appel lant, quem ſummum deum putant, à quo connexionem di cunt pondere fatorum &c.

Stoici uim fati aſſerũt.

Eodem lib. Cap. IX.

Aduerſus uim fati aſſertores.

Nos aduerſus iſtos ſacrilegos auſus atq; impios, & de um dicimus omnia ſcire antequam fiant, et uoluntate nos facere quicquid à nobis non niſi uolentibus fieri ſentimus & nouimus. Omnia uero fato fieri non dicimus, immò nulla fieri fato dicimus, quoniam fati nomen ubi ſolet à lo quentibus poni, id eſt in cõſtitutione ſyderum qua quiſq; conceptus aut natus eſt, quoniam res ipſa inaniter aſſeri tur nihil ualere monſtramus. Ordinem autem cauſarum ubi uoluntas dei plurimum poteſt, neq; negamus, neq; fa ti uocabulo nuncupamus, niſi forte ut fatum à fando dictum intelligamus, id eſt à loquendo. Non eſt autem con ſequens ut ſi deo certus eſt omnium ordo cauſarum, ideo nihil ſit in noſtræ uoluntatis arbitrio. Et ipſe quippe no ſtræ uoluntates in cauſarum ordine ſunt, qui certus ẽ deo eiuſq; præſcia continetur, quoniam & humanæ uolunta tes humanorum operum cauſæ ſunt. Atq; ita qui omni a rerum cauſas præſciuit, profecto in eis cauſis, etiam no ſtras uoluntates ignorare non potuit, quas noſtrorũ ope rum cauſas eſſe præſciuit &c.

Nullã fato fieri.

Quæſtionum ueteris & noui teſta menti. Quæſt. CXV.

Contra fa ta pulcher rima argu menta.

Accedente enim timore dei, uincuntur uicia quæ prius dominabantur. Quantum aut poſſit timor legis, hinc ad uertamus. Ante Iuliani edictum, mulieres uiros ſuos di mittere nequibant, accepta autem poteſtate, cœperunt fa cere qd̃ prius facere non poterant. Cœperunt enim quo tidie uiros ſuos licenter dimittere. Vbi latuit fatum tantis temporibus? Timore credo legis occultabat ſe. Illud autẽ quomodo ſubintrauit quod tradidit Moyſes? Dormienti bus credo fatis, tanta enim tradita ſunt illis ſeruanda, & talia qualia nulla gens habet præcepta. Et ne hoc aliqs ad plagam cœli referendam putet, in omnem prope orbẽ di ſperſi mandata legis ſuæ cuſtodiunt. Hæc præcepta cõtra fata ſunt. Non enim forte fuerunt tribus milibus annis et ſupra à conſtitutione mundi, poſtea autem data permanẽt uſq; ad finem. Quod ergo tot milibus annis non fuit, quõ cœpit? Stellarum enim curſus à conſtitutione mundi eſt. Et qd illud eſt, ut cum tanta multitudo Iudæorum ſit per totum mundum, nemo immutetur ex his ut fiat gentilis, cum uideamus ex paganis licet raro fieri Iudæos? Ecce quantum pertinet ad ritum Iudæorum, excluſum eſt fa tum, quia & extra fatum eſſe cœperunt, et in eo perma nent. Quid uidetur de Sodoma & Gomorra, quorũ qua lis fuerit exitus, uindicta obtutibus adiacet. Sic fuit ut omnes ſpurcitiæ infamie aſperſi, diuino igne conſumeren tur. In Cataclyſmo oẽs unius fati fuerunt, ut omnes una morte & eodem tempore cuncti perirent, excepta domo Noë. Et omnis exercitus Pharaonis uno decreto damna tus dicitur, ut inceptus error Matheſeos uindicetur, qa dimerſi ſunt in rubro mari cum ſuo rege. Et alia quanta exempla ſunt quæ prætermittimus, quia ad ſatisfactio nem ſufficiunt duo exempla, quanto magis tot myſteria. Nam & cunctæ gentes diuerſa habent inſtituta, & quod alibi licet, hic non licet, & iterum, quod hic licet, alibi non licet. Hic enim in urbe Roma & finibus ei us, quæ ſacratiſſima appellatur, licet mulieribus uiros ſu os dimittere, cum cautum ſit in lege diuina, ut ne uiri q dem hac poteſtate uterentur, excepta fornicationis cau ſa. Ecce in hac re meliores ſunt Barbari, quod & hoc ſer uari poſſe non impoßibile eſt, quia prius ſeruatum doce tur. Mutatum eſt ergo fatum, quia cœpit licere quod ante prohibitũ erat. Et Eunuchos in regno Romano fieri nõ licet, apud alios licet, quia autẽ & hic poſſent fieri in ab ſconſo licitum eſt. Nam fatum licet occulte probatur, ſi au tem ceſſaret timor, publice fieret. Metus ergo prohibet fa tum, uincitur enim ſi quod uult facere nõ facit. Et Perſæ mulierum more in aures habent, quod hic inhoneſtum et illicitum eſt. Quia autẽ & hic fieri poßit, atteſtantur an tiſtites matris quæ appellatur magna, & reuera magna fuit, ſed meretrix, ſed in eo diſtat, quia iſti cynedi ſunt, illi uiri. Et quid dicemus? In omni orbe terrarum hi ſoli hoc fato naſcuntur, ut abſciſi in mulieres transformentur, & in toto mundo iſti pauculi inueniãtur, quos conſtat minis circumueniri, et promißis præmijs ad hunc dolorem & dedecus cogi. Si autem ad hoc nati eſſent non cogerẽtur. Perſæ licitum habent cum filiabus ſuis cõuenire, qd̃ et hic fieri poſſe oſtenditur p id qd̃ à quibuſdã factum ꝓbatur. Sed qa uindicta interuenit & metu correpti ſunt ne face rent, qd̃ poteſt fieri, ſed non licet. Oẽ enim qd̃ ꝓhibetur, ideo ꝓhibetur, ne qa poteſt fieri fiat. Si aũt fati eſſet, non poſſet fieri neq; ꝓhiberetur. Nã ſi nõ eſſet fati & ꝓhibe

Gene. 1

Gene. 7

Exo. 14

De Roma.

Matth. 5 Barbari Romanis meliores.

Perſæ inaũ res habent more mũ lierum.

Apud Per ſas licitũ cũ filiabus miſceri.

retur posse fieri, qđ fati nõ est significaretur, et quæ prudentia est ꝓhibere qđ non potest fieri? At si aliquis ꝓhibeat, ne quis de urbe Romana trãsuolet in Hispaniã, aut ne quis humeris mõtem trãsferat. Illa autem quæ possunt fieri cum non debeant ꝓhibentur. Mos Maurorum est ut inaures etiã in naribus habeant fœminæ: Nunqd fati est? Si fati esset huc translati sic manerent, qa si fatũ est unusqsq; secum habet fatum suum. Sed qa non est fati, oẽs inde uenientes, hic immutantur, uidẽtes turpes istic uideri quod illic decorũ putatur. Certe apud oẽs gentes, numerus, numerus est, terra, terra est, & aqua, aqua est, & aër, aer ẽ, & ignis ignis est: Nunquid potest alicubi reperiri terra quæ non arida sit, aut aer qui palpabilis sit, aut aqua quæ non fluxa & frigida sit, uel ignis q frigidus sit? Sic ubiq; Iupiter Iupiter est, & Saturnus Saturnus est, et Venus Venus ẽ. Eodẽ modo & cætera signa. Ars enim ista una ratiõe tractatur ubiq;, sed qa apud oẽs gentes instituta manent, non fatorum ratiõe, quæ ubiq; una est sicut tractant, sed hominũ excogitatiõe qlibet q primus habitus ẽ apud suos, qđ ratiõe dignum usum est, & aptum decori statuit qbus præerat: Inde unaquæq; regio uel gens ꝓpria habet quæ seruet. Sicut Solon & Licurgus multa statuerunt, quæ à Græcis legis more seruarentur, quæ paulatim deficiẽte regno eorum obliterata sunt. Nã regibus Iudæorum mulæ placuerũt ad sessum, Romanorum aũt nõ mulæ sed equi, Garamãtũ aũt q supra Tripolim Afrorũ sunt regibus, tauri placuerunt ad sessum. Persarum uero reges uehiculis feruntur: Nã ueteres reges Persarum, nec uidebãtur à populis. Et reges Madian Camelis delectãtur ad sessum, ita ut & collo eorum aureis exornẽtur torqbus: Et ꝓ Affricã asinis magis uolũt insidere q̃ equis, cum omnia ubiq; sint non tamen omnia omnibus gratiosa sunt, qa unusquisq; eligit qđ magis apud illum habeat gratiã. Nã & nobis ipsis diuersa uoluntas est, et in uestibus & in cibis, & in cætero usu & in ipsa sentẽtia. Quod ne fati dicant q̃ multorum diuersa asserunt fata, hæc res ꝓbat, qa frequẽter in nobis mutatur uolũtas. Quod enim diu amauimus, postea displicet, & diligere incipimus qđ prius libẽter nõ habuimus, & facta cõsuetudine immutati manemus. Ordinẽ aũt sic dicunt esse fatorum, ut sit qd qbus efficiãt tẽporibus ꝓ interualla recurrẽtia ad pristina, utputa qđ hodie faciunt, iterum faciant post tẽpus: Non enim in uno dicuntur manere. Nã ꝓ disciplinam & cõsuetudinẽ etiã uincuntur. Mulieribus etenim Romanorum multis temporibus uini usus incognitus fuit. Disciplina enim facta cõsuetudine cõfirmauit sensum suum, ut retineret qđ ꝓdesse didicerat: Nunqd illis tẽporibus hæc fata fuerunt & postea mortua sunt ut cessaret res bene inuenta? Sed nõ fata hæc, sed disciplina inuenerat: At ubi recessum est à cõsuetudine, perijt disciplina. Et ueteres Romanorum, tãtæ cõtinentiæ fuerunt, ut etiã oblata munera refutarent, bonam famam diuitias arbitrãtes, & uirtutẽ uoluptatibus præponẽtes, & his fatis successum ẽ, aut obierunt, sed nõ fati fuit, sed disciplinæ quæ etiã ipsius fati, pædagogus est. Quomodo enim posset fati esse qđ neq; ante tempus habuit, neq; nunc habet? Et quidẽ nescio ut qd tantam inuidiam fato faciant, ut in omnibus gestis ipsum dicant auctorem cum sit & non sit.

Solon et Licurgꝰ Athenien-sium & Lacedemoniorũ legis-latores

Mulieribus Romanis uini usus olim incognitus.

Veterũ Romanorũ cõtinentia.

Post pauca ibidem.

Et quoniã discernere dicuntur singulis quomodo moriãtur, aut ferro aut laqueo, aut præcipitio, aut naufragio, uel aliter multis modis eadem præstant. Nemo enim potest solus ab omnium fatis discrepare Quod si qs inuentus fuerit discrepare, iã nõ est fati sed euẽtus. Et si in unius morte euentus est, erit & in multorum, & iã non erit fati. Anaxagoras in pilã cõiectus iussu regis concussus expirauit, qđ nõ cõtigit ulli hominum. Et Sisari regi Allophilorum mulier palum in tẽpora fixit, & ita reddidit ſpiritum, hoc modo nemo est mortuus. Et antea cruci homines figebãtur qđ postea edicto ꝓhibitum manet, si fati erat quomodo desijt? Quãdo enim qđ fati est ꝓhibetur & nõ fit, uincitur fatum. Aut si nõ erat fati, non fato homines crucifigebãtur, sed iudicio legis. Et ita est ut nõ fato homines damnẽtur, sed cõuicti à malis suis operibus. Apud rusticos natus dicitur quidã tã formosus facie quã nemo unq̃ fuit, & qa uir bonus erat, ne cui insuspitionẽ ueniret, qa etiã honestarũ mulierum oculos illiciebat, faciẽ sibi septẽ plagis uulnerauit, ut pulchritudinẽ quæ ab oĩbus desiderabatur, dãnaret. Ecce quomodo si fata sunt superata sunt. Legtur namq; cautum in quodã iuris libello, aliquando mulierẽ quinq; peperisse, quomodo surreptum est fatis? Vt huic soli hoc natura decreuit qđ nõ erat fati? Quod si fati fuisset, aliquãtæ hac sorte onerãtæ fuissent. Et cum quidã ad peregrina loca ꝓficisceretur, uxorẽ ſua amico quẽ fidelẽ sciens commendauit, nõ utiq; puero, sed maturæ ætatis. Quid putamus fati fuisse, an cõsilij? Sed quomodo fati fuerit qđ contrarium est? Qui uincit enim qđ natum in eo est, hic exinanit fatum. Et in ſtudijs certe fatorum uertitur causa, ut sciat qs aliqđ, aut nõ posſit cõpræhendere. Oẽs ergo Senatores unum habent fatum. Nullus enim Senatorum sine literis est, et gẽtes quæ sine literis sunt, unum habent, & oẽs serui unius sunt fati: Nemo enim seruorum est Senator. Sed si quod nascitur dicitur fatũ, quicqd accesserit extra fatum erit, at si quod accidat ex fato uenit, quare per laborẽ uenit? Tunc enim diceretur fati, si inuito homini ueniret.

Anaxagoræ mors.

Sisara rex per tempora a mulierẽ palo transfixus. Iudt. 4

Mulier quædam quinq; peperit pueros.

Ibidem post pauca.

Quædam mulier fuit in urbe Roma quam constat undecim maritos habuisse, & alius uir qui duodecim habuit uxores, quæ fata sunt quæ his hæc decreuerunt? Nam tẽpore imperatoris Constantimi manifestum est puellam in parte Campaniæ immutatam in masculum, & Romam perductam. Quæ hæc fata fuerunt? Alia ut opinior quæ uos nescitis. O si de hoc nomine taceretis, & aliqua euentui & casibus remitteretis quædam prouidentiæ concederetis. Nam tantum potest uirtus & industria animorum, ut non solum naturæ resistat, uerũ & se ipsam emẽdet aut intemendet, quia habet iudicium sui. Traduntur enim

Mulier quædam undecim habuit viros. Vir quidã 12. duxit uxores

De mulieribus Scytharū quæ Amazones dicebātur mirabilia.

enim mulieres Scytharū quæ Amazones dictæ sunt, quæ cum uiri eorum occupati bello longinquo diu abessent, propter sobolem se miscuisse seruis, & omnem marem natum necauisse relictis fœminis, ita ut nullo operam lanificio daret sed ab ineunte ætate palestra & armis imbuerētur. Harum tanta uirtus in rebus gerendis fuit, ut p multam seriem regnantes annorum, nonnullas gentes subigerent, aliamq; omnem sub tributo ponerent. Quid adhoc poterit dici? Nunquid hæc fata fuerunt? Quæ per tot annos sic gesta sunt, ut omnia quæ fati putantur esse, exinaniret? Primum, ut contra naturam mulieres spretis uiris regnarēt. Deinde quod seruis mixtæ sunt proprijs. Tertio, ut omnes nati masculi necarentur, fœmine uiuificarētur. Tanta eas prosperitas est secuta, ut sine uiris regnum ceptum magnis copijs, magnis temporibus propagarent. Certe hoc factum à constitutione mundi nunq̄ factum est, nisi in Scythia tantum. Ne forte dicerent, quia cum mundus innouatur post annos mille quadringentos sexagenta, sic hæc ueniunt. Quippe cum mundus iam sexto milesimo agitur anno, q̄diu quod imitatus quis fuerit, facit.

Crassus dictus agelastus quia semel in uita risisse ferū. Iunius Brutus stultū se simulauit.

Nam Crassus agelastus dictus est, quia semel traditur in uita risisse. Cur Iunius Brutus est cognominatus, quia sagaci consilio stultum se simulauit, ne à superbo rege propter pecuniæ suæ magnitudinem occideretur. Tempore Constantini morionem se triginta annus finxit quidam, qui Samatius uocabatur, ut Imperatorem sicut ipse postea dixit à tedijs suis auocaret. Vbi est ratio fatorum.

DE VOTIS,

De uera innocentia. Cap. XV.

Nos ipsos debemus deo. Luc. 20

Quisquis bene cogitat quæ uoueat deo & quæ uouēdo persoluat, se ipsum uoueat et reddat. Hoc exigitur hoc debetur. Imago Cæsaris reddatur Cæsari, imago dei reddatur deo. Sed sicut uidendum est, quid offeras & cui offeras, ita etiam considerandum est, ubi offeras, quia ueri sacrificij extra catholicam ecclesiam locus non est.

Lib. XVII. De ciuitate dei. Cap. IIII.

Mater Samuelis ipm quia uouerat deo reddidit. 1. Reg. 2

Mater ipsa Samuelis Anna, quæ prius fuit sterilis & posteriore fœcunditate lætata est, prophetare aliud non uidetur, cum congratulationem suam domino fundit exultans, quandoquidem eundem puerum natum & ablactatum deo reddidit eadem pietate qua uouerat.

Sermo. VII. de tempore.

Psalm. 75

Vouete & reddite domino deo uestro. Nos dulciter & confidenter uoueamus, ille dabit possibilitatem ut reddere possimus. Nos tamen quicquid illi promittimus, de illo speremus. Et fortasse interrogatus me quid debeatis hodie uouere & reddere Sunt enim multi qui uouent, alius palmam alius oleum, alius ceram ad luminaria noctis, alius ut uinum non bibat per aliquot annos, alius ut carnes non comedat. Non est istud uotum optimum nec perfectum, adhuc melius uolo. Non eligit deus nec speciem tuam, nec oleum tuum, nec ieiunium tuum, sed hoc quod te hodie redemit, ipsum offer, hoc est animam tuam. Etsi interroges me, quomodo animam meam quam ipse habet in potestate offeram? Et ego respondebo tibi, quomodo moribus sanctis, cogitationibus castis, operibus fructuosis, auertendo à malo & conuertendo ad bonum.

Votū perfectum et ueru hoc est

De sancta uirginitate. Cap. XXIX.

Præsumite itaq;, fidite, roboramini, permanete quo uetis & redditis domino deo uestro uota perpetuæ continentiæ, non propter præsens sæculum, sed propter regnum cœlorum.

De fide ad Petrum. Cap. III.

1. Corint. 7 Cōtinentiā q̄ uouet debet eam custodire.

Secundum Apostoli dictum, qui statuit in corde suo firmus, non habens necessitatem, potestatem autem habens suæ uoluntatis, & uouerit continentiam deo, debet eam usq; in finem tota mentis sollicitudine custodire, ne damnationem habeat, si primam fidem irritam fecerit. Similiter & coniugati uiri & coniugatæ mulieres si ex consensu perennem deo uouerint continentiam, nouerint se sui uoti obnoxios detineri, nec iam sibi debere commixtionem carnis, quam primitus licitā habuerunt, sed deo se debere continentiam quam uouerunt &c.

De bono uiduitatis. Cap. X.

Nuptias ei se & si quidā post uotum continentiæ nupserint.

Proinde qui dicunt à proposito castitatis prolabantium, nuptias non esse nuptias, sed potius adulteria, non mihi uidentur satis acute ac diligenter considerare quid dicant, fallit eos quippe similitudo ueritatis &c.

Lib. eodem. Cap. XI.

Quod quis q̄ uouerit reddere debet.

Si enim quod nullo modo dubitandum est, ad offensionem Christi pertinet, cum membrum eius fidem non seruat marito, quanto grauius offenditur cum illi ipsi nō seruatur fides in eo quod exigit oblatum, qui non exegerat offerendum? Cum enim quisq; non reddit, quod non imperio compulsus, sed consilio commonitus uouit, tanto beo magis fraudati uoti auget iniquitatem, quanto minus habuit uouendi necessitatem. Hoc ideo disputo, ne arbitreris uel secundas nuptias crimen esse, uel quascunq; nuptias, cum sint nuptiæ, malum esse &c.

Lib. Quæstionum super numeros Quæst. LIX.

Manifestum est ita uoluisse legem, fœminam esse sub uiro, ut nulla uota eius, quæ abstinētiæ causa uouerit reddantur ab ea, nisi auctor uir fuerit permittendo.

De adulterinis coniugijs, ad Pollentium, Lib. I. Cap. XXIIII.

Nume. 30

Non solum autem mechandum non est quod facit nō quidam, sed omnis qui dimittit uxorem suam & ducit alteram, et si propterea duxerit ut faciat Christianam, sed

etiam quisquis non alligatus uxori continentiam deo uouerit, nullo modo debet ista compensatione peccare, ut ideo cedat uxorem sibi esse ducēdam, quia promisit quæ nuptias eius appetit, futuram se esse Christianam. Quod enim cuiquam antequam uouisset licebat, cum id se munq̄ facturum uouerit, non licebit, si tamen id uouerit quod uouendum fuit, sicut est perpetua uirginitas, uel continentia post experta connubia solutis à uinculo coniugali, uel ex consensu uiuentibus & carnalia debita sibi inuicem relaxantibus, fidelibus castisq; coniugibus, quod alterum sine altera, uel alteram sine altero uouere phas non est. Hæc ergo & si qua alia sunt quæ rectissime uouentur, cum homines uouerint, nulla conditione rumpenda sunt quæ sine ulla conditione uouerunt. Quia & hoc dominum præcepisse intelligendum est ubi legitur: Vouete & reddite domino deo uestro. Vnde & Apostolus de quibusdam quæ continentiam uouent, & postea nubere uolunt, quod eis antequam uouissent utiq; licebat: Habentes inquit damnationem, quoniam primam fidem irritam fecerunt. Nihil ergo expedit quod illicitum est, & nihil quod prohibet dominus, licitum est.

Votū continentiæ etiam propter bonum magnum non rumpendū.

Psalm. 25

1. Timot. 5

Ad armentarium Riparium & Paulinam eius uxorem Epistola. XLV.

Continentia & alia uouenda non sunt à coniugatis, nisi ex consensu & uoluntate communi. Et si præpropere factum fuerit, magis est corrigenda temeritas, quam persoluenda promissio. Neq; enim deus exigit, si quis ex alieno aliquid uouerit, sed potius usurpare uetat alienum. Diuina quippe de hac re per Apostolum est prolata sententia, uxor non habet potestatem corporis sui, sed uir, similiter & uir non habet potestatem corporis sui sed mulier. Sexum nomine corporis nuncupauit.

Coniugatorū nemo sine consensu alterius, cōtinentiā uouere potest.

1. Corint. 7

Ad Paulinum Epistola. LIX.

Vouentur autem omnia quæ offeruntur deo, maxime sancti altaris oblatio, quo sacramento prædicatur nostrū aliud uotum maximum, quo nos nouimus in Christo esse mansuros, utiq; in campage corporis Christi. Cuius rei sacramentum est, quod unus panis unum corpus multi sumus &c.

Vouentur omnia quæ deo offeruntur.

In psalmum. LXXV. versu.

Vouete & reddite domino deo uestro, non sitis pigri ad uouendum, non enim uiribus uestris implebitis, deficietis si de uobis præsumitis, si autem de illo cui uouetis: Vouete, securi redditis. Vouete & reddite domino deo nostro omnes communiter. Quid debemus uouere? Credere in illum, sperare ab illo uitam æternam, bene uiuere, secundum communem modum. Est enim quidam modus communis omnibus. Furtum non facere, non castimoniali præcipitur, & nuptæ non præcipitur, adulterium nō facere? Omnibus præcipitur. Non amare uinolentiam, qua ingurgitatur anima, & corrumpitur in se templum dei, omnibus æqualiter præcipitur. Non superbire omnibus æqualiter præcipitur. Non hominem occidere, non odisse fratrem, non aduersus aliquem tenere perniciem. Omnibus in communi præcipitur. Hoc totum omnes uouere debemus. Sunt etiam uota propria singulorum. Alius uouet deo castitatem coniugalem, ut præter uxorem suam non nouerit aliam, sic & fœmina ut præter uirum suum non nouerit alium. Alij etiam uouent & si experti tale coniugum, ultra nihil tale pati, nihil tale concupiscere aut sustinere, et ipsi uouerunt aliquid maius quam illi: Alij uirginitatem suam ab ineunte ætate uouerant, ut nihil tale ul' experiantur, quale illi experti sunt & relinquerunt, & isti uouerunt plurimum. Alij uouent domum suam esse hospitalem omnibus sanctis aduenientibus, magnum uotum uouent. Alius uouet relinquere omnia sua distribuendo pauperibus, & ire in communem uitam, in societatem sanctorum, magnum uotum uouit. Vouete & reddite domino deo uestro. Quisq; quod uouere uoluerit uouat, illud attēdat, ut quod uouerit reddat. Vnusquisq; deo quod uouet, si respicit retrorsum malum est &c.

Nemo qd̄ uouet suis uiribus implere præsumat.

In Psalmum. CXXXI.

Quid ergo uouimus deo, nisi ut simus templum dei? Nihil gratius ei possumus offerre, quam ut dicamus ei quod dicitur in Esaia, posside nos &c.

De bono coniugali.

Sunt quædam quæ etiam nō uouentes debemus, quædam etiam quæ nisi uouerimus non debemus. Sed postq̄ ea domino promittimus, necessario reddere constringimur.

Vota reddenda.

Eodem libro.

Quidam nubentes post uotum asserunt adulteros esse, ego autem dico uobis, quam grauiter peccant qui tales diuidunt.

DE ORNATV INDECENTI.

Ad Possidonium Epistola LXXIII.

Nolo de ornamentis auri uel uestis præproperam habeas in prohibendo sententiam, nisi in eos qui neq; coniugati neq; coniugari cupientes, cogitare debeant quomodo placeant deo. Illi autem cogitant quæ sunt mundi, quo modo placeant uel uiri uxoribus, uel mulieres maritis, nisi quod capillos nudare fœminas (quas etiam caput uelare Apostolus iubet) nec maritatas decet. Fucari autem pigmentis, quo uel rubicundior uel candidior appareat, adulterina fallacia est, qua non dubito etiam ipsos maritos se nolle decipi, quibus solis permittendæ sunt fœminæ ornari, secundum ueniam non secundum imperium. Nam uerus ornatus maxime Christianorum & Christianarum, non tantum nullus fucus mendax, uerum ne auri quidem

1. Corint. 7

De detestandis fucationibus mulierum.

ri quidem ueſtiſq; pompa, ſed mores boni ſunt. Execranda autem ſuperſticio ligaturarum, in quibus etiam inaures uirorum in ſummis ex una parte auriculis ſuſpenſæ deputantur. Non ad placendum hominibus, ſed ad ſeruiendum dæmonibus adhibentur. Quis autem ſpeciales poſſit nephariarum ſuperſtitionum prohibitiones in ſcriptu-
2. Corin. 6 ris inuenire, cum generaliter Apoſtolus dicat: Nolo uos ſocios fieri dæmoniorum, & iterum, quæ enim conſonãtia Chriſti ad Belial &c.

Ad Editiam Epiſtola. CXCIX.

Mulieri non licet dicere coniugatæ, facio quod uolo de meo, cum & ipſa nõ ſit ſua, ſed capitis ſui, hoc eſt uiri ſui:
1. Pet. 3 Sanctarum mulierũ ornatus. Nam ſic quædam (ut commemorat Apoſtolus Petrus) mulieres ſanctæ quæ in deum ſperabant ornabant ſe, ſubiectæ ſuis uiris, ſicut Sara obſequebatur Abrahæ dominũ eum uocans, cuius inquit factæ eſtis filiæ. Quia & ſi te in dumentum monachæ delectabat, etiam hoc gratius poſſet marito obſeruato, exoratoq; ſumi, quam illo inconſulto cõ-
Luce. 1 Danie. 13 temptoq; præſumi. Quod ſi omnino non ſineret quid tuo propoſito deperiret? Abſit ut hinc diſpliceres deo, quod coniuge tuo nondum defuncto, non induereris ſicut Anna ſed ſicut Suſanna. Neq; enim & ille qui tecum iam cœperat cuſtodire tam magnum continentiæ bonum, etiã ſi cõiugale non uiduale uoluiſſet ut acciperes indumentum, ad indecentem quoq; te compuliſſet ornatum. Quod & ſi
Hester. 6 aliqua dura conditione cogereris, poſſes habere in ſuperbo cultu cor humile. Nempe apud patres Heſter illa regina deum timens, deum colẽs, deo ſubdita, marito regi benigenæ, non eundem ſecum colenti deum, tamen ſubiecta ſeruiebat: Quæ cum extremo periculo, non ſua tantum, ſed etiam gentis ſuæ quæ tunc erat populus dei, domino proſterneretur orando, in ipſa oratione ſua dixit, ita ſibi eſſe ornatum regium ſicut pannum menſtrualem, & ita orantem confeſtim exaudiuit qui cordis inſpector eã uere dicere ſciuit &c.

Ibidem.

Scriptum eſt quidem, mulieres debere eſſe inhabitu
1. Timot. 2 in ornatu quæ reprehendenda. ornato, auriq; circumpoſitio, & intortio crinium, & cætera huiuſmodi quæ uel ad inanem pompã, uel ad illecebram ferme haberi ſolent, merito repræhenſa ſunt, ſed eſt quidam pro modulo perſonæ habitus matronalis à uiduali ueſte diſtinctus, qui poteſt fidelibus coniugatis ſalua religionis obſeruantia conuenire.

Lib. IIII. De doctrina Chriſtiana. Cap. XXI.

Martir Ciprianus de habitu uirginum ita ſcripſit. Si
Ciprianus in Epiſtola de habitu uirginum. quos inquit pingendi artifex uultum alicuius & ſpeciem & corporis qualitatem æmulo colore ſignaſſet, & ſignato iam cõſumatoq; ſimulachro manus alius inferret, ut iam formata, iam picta quaſi peritior reformaret, grauis prioris artificis iniuria, & iuſta indignatio uideretur. Tu te exiſtimas impune laturam tam improbe temeritatis audaciam, dei artificis offenſam? Vt enim impudica circa homines, & inceſta ſucis lenocinantibus non ſis, corruptis uiolatisq; quæ dei ſunt, peior adultera deteneris. Quod ornari te putas, quod putas comi, impugnatio eſt ueritatis. Monentis apoſtoli uox eſt, expurgate uetus
1. Corint. 5 fermẽtum, ut ſitis noua conſperſio, ſicut eſtis azimi. Etenim paſca noſtrum imolatus eſt Chriſtus. Itaq; feſta celebremus, non in fermento ueteri, neq; in fermento maliciæ & nequitiæ, ſed in azimis ſynceritatis & ueritatis. Nũ ſynceritas perſeuerat & ueritas, quando quæ ſyncera ſunt polluuntur, & colorum adulterinis medicaminũ ſucis in mendacium uera mutantur? Dominus tuus dicit:
Matth. 5 Non potes facere capillum unum, album aut nigrum & tu ad uincendam domini tui uocem, uis te eſſe potiorem audaci conatu, & ſacrilego contemptu. Crines tuos infĩcis, malo præſagio futurorum, capillos iam tibi flammeos auſpicaris. Longum eſt inſerere omnia quæ ſequuntur.
Ambroſ. uerba in li. de uirgin. Ille uero poſterior ut in tales diceret. Hinc illa inquit naſcuntur incentiua uitiorum, ut quæſitis coloribus ora depingant, dum uiris diſplicere formidant, & de adulterio cultus medicantur adulterium caſtitatis. Quanta hæc amentia effigiem mutare naturæ, picturam quærere? Et dum uerentur maritale iudicium perdiderunt ſuum.

Sermone. XVIII. De uerbis Apoſtoli.

Corporis enim huius, id eſt exterioris hominis ornamenta, quanto magis appetuntur, tanto ſunt interioris maiora detrimenta. Quanto autem minus appetuntur ornamenta exterioris hominis, tanto magis moribus pulchris homo interior adornatur. Vnde dicit & Petrus, ornantes ſe non intortis crinibus, cum enim dixiſſet, ornantes ſe, quid aliud à carnalibus quam uiſibilia iſta ornamenta putarentur? Continuo tulit cogitationi quod cupiditas inquirebat. Non inquit in tortis crinibus, neq; auro, uel margaritis, uel ueſte præcioſa, ſed ille abſconditus cordis homo, qui eſt ante deum diues. Neq; enim deus diuitias daret exteriori homini, & inopem relinqueret interiorem, dedit inuiſibili diuitias inuiſibiles, & inuiſibilem ornauit, inuiſibiliter. His ornamentis ſtudentes dei puellæ, ſanctæ uirgines, nec quod licebat appetierunt, nè quod cogebantur conſenſerunt &c.
Locus Petri de ornatu mulierũ exponitur. 1. Petri. 3

DE VLTIONE ET VINDICTA,

Sermo. XCVII. de tempore.

Præcedebat in Hæremo populum carens ſpiritu uitulus figuratus, ut tali duce demẽs populus uteretur, qualis fuerat & ipſe delictis effectus. Et ne tanti mali ſine uindicta in poſteros manaret exemplum, ſtatim uindicatur in reos. Dum enim malis modus imponitur, frangitur licentia peccatorum, Frequenter enim plagis diſciplina
Malis dum mod' impõnitur frangitur licentia peccatorũ.

corrigitur,si nihil proficiant hortamenta iustorum,à dã nabilibus factis homines uindicta compescit,quos in bonis operibus beneficia dei retinere non possunt. Si enim non inter primos peccantium lapsus consuleret,sed in futurum suspenderet ultionis occursum diuina censura, ꝓculdubio scœlestorum omnium latius ꝓcessisset audacia. Deniq; si uis tuorum proficere disciplinam,exerce censuram. Vbi dei futuræ uindictæ sollicitudo uersatur, illic aut non peccatur,aut tardius delinquitur. Censura enim interdum quidam suscipiunt supplicium,ut multi corrigantur in paucis,ne post modum ira commotus incipiat grassari per multos.

Lib.LXXXIII. Quæstionum. Quæst.XXXI.

Quid sit uindicare.

Vindicatio est per quamuis aut iniuria, & omnino omne quod offuturum est,defendendo aut ulciscendo pulsatur.

Contra cresconium Grammaticum. Lib III.Cap.L.

Nullis bonis in catholica hoc placet, si usq; ad mortẽ in quemq; licet hæreticum,sæuiatur.

Lib.Quæstionum super Leuiticum. Quæst.LXX.

Vindicari uelle nihil aliud est q̃ lętari de alieno malo.

Nam quid est aliud uindicari uelle nisi lætari & consolari de alieno malo? Et ideo dictum est: Non irasceris filijs populi tui. Sic enim recte ira definita est,quod sit ulciscendi libido.

Ad Marcellinum Epistola. V.

Vindicta quã pereuda.

Vindicta enim ultima,iuste poscitur,quando nullus iã restat correctionis locus,extremo scilicet summoq; iudicio. Nunc uero cauendum est, ne uindicandi cupiditate amittatur (ut nihil aliud dicam) ipsa patientia,quæ pluris est habenda,quam omne quod potest etiam inuito inimicus auferre. Paratus itaq; debet esse hõ iustus & pius patienter eorum maliciã sustinere, quos fieri bonos quærit, ut numerus potius crescat bonorum,non ut pari malitia se quoq; numero addat malorum &c.

In psalmum. XXX. concione II.

Christianus non uindictam retribuere didicit.

Tu Christiane tollerare didicisti,non uindictam retribuere. Vindicari uis Christiane, nondum uindicatus est Christus. An tu passus es improbum, & ille non passus est? Nonne prior pro te passus est,qui non habebat quare pateretur.

In Psalmum. LXXVIII.

Apoc.6 Sancti quo modo uindictam de inimicis petant. Psalm.57

Non est prætereundum, quomodo accipi debeat qđ in Apocalipsi scriptum est,sub are dei martyres ad deum clamare & dicere: Quousq; domine non uindicas sanguinem nostrum, ne propter exaturandum odium credantur sancti desiderare uindictam,quod ab eorum perfectione longe abest,& tamen scriptum est, lætabitur iustus cum uiderit uindictam impiorum,manus suas lauabit in sanguine peccatoris. Et Apostolus ait: Non uos ipsos uindicantes charißimi,sed date locum iræ. Scriptum est enim mihi uindictam et ego retribuam dicit dominus. Nec ipse itaq; præcepit ut nolint uindicari,sed ut non seipsi uindicantes dent locum iræ dei, qui dixit mihi uindictam & ego retribuam Et dominus in Euangelio,uiduam proponit in similitudinẽ quæ uindicari desiderans, iudicem interpellabat iniustum,qui eam tandem aliquando non iusticia ductus,sed tedio uictus audiuit. Hoc autem dominus proposuit,ut ostenderet multo magis deum iustum cito facturum iudicium electorum suorum,qui ad eum clamant die ac nocte. Inde est & ille sub ara dei martyrum clamor,ut dei iudicio uindicentur. Vbi est ergo illud, diligite inimicos uestros,benefacite eis qui uos oderunt,& orate pro eis qui uos persequuntur,ubi est & illud: Nõ reddentes malum pro malo, nec maledictum pro maledicto, & nulli malum pro malo reddentes, si enim malum pro malo non est cuiq; reddendum, non solum factum malum pro facto malo,sed nec uotum malum reddendum est ꝓ facto & uoto malo. Reddit autem malum uotum qui etiã si non seipsum uindicat,tamen ut eius inimicum deus puniat expectat atq; optat. Qua propter cum & homo iustus & homo malus de inimicis suis uelint à dño uindicari,unde discernentur, nisi quia iustus & magis cupit inimicum suum corrigi quam puniri,& cum in eum uidet à domino uindicari,non eius delectatur pœna,qa nõ eum odit,sed diuina iusticia,quia deum diligit? Deniq; si in hoc sæculo in eum uindicatur, uel pro illo etiam lætatur si corrigatur,uel certe pro alijs ut eum timeant imitari,ipse quoq; fit melior,non supplicio illius odia sua pascendo,sed errata emendando. Ac per hoc de beneuolẽtia est non de malicia quod lætatur iustus cum uidet uindictam & manus suas lauat,id est opera sua mundiora efficit in sanguine,hoc est in exitio peccatorum sumẽs inde non mali alieni gaudium,sed diuinæ admonitionis exemplum. Si autem in futuro sæculo ultimo dei iudicio uindicatur,hoc ei placet quod deo,ne bene sit malis,ne piorum præmijs etiam impij perfruantur: Quod utiq; iniustum est,& à regula ueritatis quam iustus diligit alienum. Cũ enim nos ad diligendos inimicos dominus hortaretur,ex emplum proposuit patris nostri qui in cœlis est,qui facit solem suum oriri super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos: Nunquid tamen ideo uel temporalibus correctionibus non emendat,uel pertinaciter duros in fine non damnat? Sic ergo inimicus diligatur ut non displiceat domini iustitia qua punitur. Et sic placeat iusticia q̃ punitur,ut non de malo eius,sed de bono iudice gaudeatur. Ita intelligamus sanctos homines dei suos inimicos dilexisse,nec cuiq; uoluisse nisi bonum, quod est pietas in hoc sæculo,æternitas in futuro, In pœnis autem maloriũ non malis eorum,sed dei bonis iudicijs fuisse, delectatos. Et ubicunq; in scripturis sanctis leguntur in homines odia eorum,odia fuisse uitiorum,quæ ipse etiam unusq̃sq; hominum odire debet in se si diligit se.

Romã.12 Deute.32

Luc.18

Apoc.6 Matth.5 1.Pet.3

Matth.5

De

DE VISIONIBVS ET APPARITIONIBVS VARIIS.

Contra Adimantum. Cap. XXVIII.

Varia genera uisionum. Genesis 18 Exodi 3. Mathei. 17

Multa genera uisionis in scripturis sanctis inueniũtur, unum secundum oculos corporis, sicut uidit Abraham tres uiros sub ilice Mambræ, & Moyses ignem in rubo, & discipuli transfiguratum dominum in monte, inter Moysen & Heliam. & cætera huiusmodi. Alterum secundum quòd imaginamur ea quæ per corpus sentimus, Nam et pars ipsa nostra cum diuinitus assumitur, multa reuelantur non per oculos corporis, aut aures aliũm ue sensum carnalem, Sed tamen his similia, sicut uidit Petrus discum illum submittiẽ cœlo cum uariis animalibus. Actor. 10. *Ex hoc genere est etiam istud Esaiæ, quòd imperitissime impij reprehendunt. Non enim deum forma corporea circumterminat, sed quemadmodum figuratæ, non propriæ multa dicuntur, ita etiam figuratæ multa monstraatur. Tertium autem genus uisionis est secundum mentis intuitum, quo intellecta conspiciuntur ueritas atq; sapientia, sine quo genere illa duo, quæ prius posui, uel infructuosa sunt, uel etiam in errorem mittunt. Cum enim ea quæ siue corporeis sensibus, siue illi parti animæ, quæ corporalium rerum imagines capit diuinitus demonstrantur, non solum sentiuntur his modis, sed etiam mente intelliguntur, Tunc est perfecta reuelatio.* Roman. 1 *Ex hoc tertio genere est uisio illa quàm cõmemoraui dicente Apostolo. Inuisibilia enim dei à constitutione mundi, per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur. Hac uisione uidetur deus cum per pietatem fidei, & per agnitionem dei, morum optimorum corda mundantur.* Danielis. 5 *Quid enim profuit Balthazari regi, quòd manum scribentem ante oculos suos, in pariete cõspexit? Cui uisioni quia non potuit adiungere mentis aspectum, quærebat ad huc uidere quòd uiderat. Tali autem acie luminis qua ista intelliguntur, Daniel præditus mente uidit, quod ille uiderat corpore, Rursus illa parte animi qua imagines corporum capit, uidit somnium* Nabuchodonozor rex. *Et quoniam non habebat idoneum oculum mentis ad melius uidendum quòd uiderat, id est, ad intelligendum qd uiderat, ideo ad interpretandum uisum suum aspectum quæsiuit alienum, eiusdem scilicet Danielis, cui tamen experienti, ut certã accomodaret fidem, etiam ipsum somnium, ut sibi diceretur exegit &c.*

Libro de cura pro mortuis harenda. Cap. X.

Mortui uiuentibus quomodo apparent.

Narrantur uisa quædam quæ huic disputationi non negligendam uideantur inserere quæstionem, feruntur quippe mortui nonnulli, uel insomnis, uel alio quocunq; modo apparuisse uiuentibus, atq; ubi eorum corpora iacerent in humata nescientibus, locisq; monstratis admonuisse, ut sibi sepultura, quæ defuerat præberetur. Hæc si falsa esse responderimus contra quorundam scripta fidelium, & contra eorum sensus, qui talia sibi accidisse confirmant impudenter uenire uidebimur. Sed respondendũ est, nõ ideo putãdum esse mortuos ista sentire, quia hæc dicere uel iudicare, uel petere uidentur in somnis. Nam & uiuentes apparent sæpe uiuentibus dormientibus, dum se ipsi nesciant apparere, et ab eis qui hæc somniauerint audiunt dicentibus, quòd eos in somnis agentes aliquid, uel loquentes uiderint. Si ergo me potest aliquis in somnis uidere sibi aliquid, quòd factum est indicantem, uel etiam quòd futurum est prænunciantem, cum id ego prorsus ignorem, & omnino non curem non solum, quid ille somniet, sed utrum dormiente me uigilet, an uigilante me dormiat, an uno eodemq; tempore uigilemus ambo siue dormiamus, quando ille somnium uidet & in quo me uidet, quid mirum si nescientes mortui, nec ista sentientes, tamen à uiuentibus uidentur in somnis, & aliquid dicunt, quòd euigilantes uerum esse cognoscant? Angelicis igitur operationibus fieri crediderim. siue permittatur desuper, siue iubeatur, ut aliquid dicere de sepeliendis corporibus suis, uideantur in somnis, cum id penitus nesciant quorum illa sunt corpora. Id autem aliquando utiliter fit, siue ad uiuorum quãlecunq; solatium, ad quos pertinent illi mortui quorum apparent imagines somniantibus, siue ut his admonitionibus generi humano sepulturæ cõmendetur humanitas. Quæ licet defunctis nõ opituletur, culpanda tamen irreligositate negligitur. Aliquando autem fallacibus somnis hij homines in magnos mittuntur errores, quos talia perpeti iustũ est, uelut si quisq; uideat in somnis, quòd Aeneas uidisse apud inferos poetica falsitate monstratur, & ut ei cuiuspiam non sepulti appareat imago & loquatur, qualia fertur illi locutus fuisse Palinurus, & cum euigilauerit, ibi corpus eius inueniat ubi iacere inhumatum cum somniaret audiuit, admonitus & rogatus, ut sepeliret inuentum, & quia id uerum esse comperit, credat ideo mortuos sepeliri, ut eorum animæ ad loca transeant unde insepultorum animas inferna prohiberi lege somniauit, Nonne ita credens, plurimum á tramite ueritatis exorbitat?

Viuentes aliquando apparent uiuentib⁹.

Virgilius 6. Æneidos.

Ad Paulinam, Epistola. CXII.

Cum Euangelium exponens beatus Ambrosius Mediolanensis episcopus, uenisset ad eũ locũ, ubi angelus apparuit in templo Zachariæ sacerdoti, ex hac occasione, uide quanta & qualia de dei etiam uisione disseruit. Nõ immerito inquit angelus uidetur in templo, quia ueri sacerdotis iam nunciabatur aduentus, & cœleste sacrificiũ parabatur in quo angeli ministrarent, & bene apparuisse dicitur ei, qui eum repente conspexit. Hoc specialiter aut de angelis, aut de deo diuina scriptura tenere consuenit, ut quòd non potest uideri apparere

Verba beati Ambrosij in 1. Cãput. Luce.

Quid apparere dicatur.

dicatur. Sic enim habes, apparuit deus Abrahæ ad Ilicē Mambræ. Nam qui ante non præsentitur, sed repentino uidetur aspectu, apparere memoratur. Non enim similiter sensibilia uidentur, & is in cuius uoluntate situ est uideri, & cuius naturæ non est uideri, uoluntatis uideri. Nam si non uult, non uidetur, si uult uidetur, apparuit enim deus Abrahæ quia uoluit, alijs quia noluit non apparuit. Visus est etiam Stephano cum lapidaretur à populo cœlum aperire. Visus est etiam Iesus stans, ad dexteram dei, & non est uisus à populo. Vidit Esaias deum sabaoth, sed & alius uidere non potuit, quia cum placuit apparuit. Et quid de hominibus loquimur, cum etiam de ipsis cœlestibus uirtutibus & potestatibus legerimus. Quia deum nemo uidit unq.

Gene. 18.

Acto. 7

Ioannis. 1.

Contra Maximinum libro III. Cap. XXVI.

Quando se patribus diuinitas ostendebat, per subiectam creaturam, se uisibilem demonstrabat. Nam p ipsam suam naturam usq; adeo inuisibilis est, ut ipse Moses ei cum quo facie ad faciem loquebatur diceret, Si inueni gratiam ante te, ostende mihi temetipsum manifeste.

Persubiectam creaturam deus patribus ostensus. Exo. 33

DE PHANTASTICIS VISIONIBVS.

De spiritu & anima, Cap. XXVI.

Dicit humana opinio, quòd quadam arte mulierum & potestate dæmonum homines conuerti possint in lupos & iumenta, & quæq; necessaria portare, & post p acta opera iterum ad se redire, nec fieri in eis mentem bestialem, sed rationalem humanamq; seruari. Hoc sic intelligendum est, quoniam dæmones naturas non creat sed aliquid tale facere possunt, ut uideantur esse quòd nō sunt. Nulla enim arte uel potestate animus, sed nec corpus quidem aliqua ratione in membra, uel in liniamenta bestialia ueraciter conuerti potest. Sed phantasticū hominis, quòd etiam cogitando siue somniando per rerum innumerabilium genera uariatur, & cum corpus nō sit, corporum similes formas mira celeritate capit. Sopitis autem & oppressis hominis sensibus corporeis, ad aliorum sensum figura corporea perduci potest, ita tñ quòd corpus ipsum hominis alicubi iaceat, uiuens quidem, sed multo grauius atq; expressius quàm somno suis sensibus obseratis, phantasticum autem illud ueluti formati in alicuius animalis imaginem alienis sensibus appareat, talisq; homo sibi uideatur, qualis sibi uideri posset in somnis, & portare onera. Quæ onera si uera sunt corpa portantur à dæmonibus, ut illudatur hominibus, partim uero onerū corpora, partim falsa iumentorū cernentibus.

De phantasticis uisionibus.

Libro XII. De Genesi ad litteram. Cap. VII.

Tria sunt genera uisionum. Primum ergo appellemus corporale, quia per corpus percipit, & corporeis sensibus exhibetur. Secundum spirituale quicquid enim corpus non est, & tamen aliquid est, iam recte spiritus dicitur, & utiq; non est corpus, quàmuis corpori similis sit imago absentis corporis, nec ille ipse obtutus quo cernitur. Tertiū uero intellectuale, ab intellectu, quia mentale à mente ipsa uocabule nouitate nimus absurdū est, ut dicamus.

Tria genera uisionū.

Cap. IX.

Vnde apparet magis ad mentem pertinere prophetiā, quā ad istū spiritū, qui modo quodā proprio uocatur spiritus, uis animæ quædam mente inferior, ubi corporalium rerum similitudines exprimuntur. Itaq; magis Ioseph propheta, qui intellexit quid significarent septē spicæ, & septem boues, quā Pharao, qui eas uidit in somnis. Illius enim spiritus informatus est, ut uideret huius mens illuminata ut intelligeret, ac p hoc in illo erat lingua, in isto prophetia, quia in illo rerum imaginatio, in isto imaginationum interpretatio.

¶ Prophetia ad mentalem pertinet visionem. Genes. 41.

Eōdem libro, Cap. II.

In extasi autem unum audire potui, & eum rusticanum uirum ualentem quòd sentiebat exprimere, qui & uiglare se sciret & uidere quiddam non oculis corporeis. Nam ut eius uerbis utar, quantum recolere possum Anima mea inquit uidebat eum, non oculi mei. Non tamen sciebat utrum corpus esset aut imago corporis. Nō enim erat talis, ut ista discerneret, uerumtamen simpliciter fidelis, ut eum sit audirem, ac si illud se uidisse narrabat ipse uidissem. Ac per hoc si paradisum Paulus ita uidit, ut apparuit Petro ille discus submissus è cœlo, ut Ioanni quicquid in apocalipsi se uidisse conscribit, ut Ezechieli campus ille cum ossibus mortuorum, & illa eorum resurrectio, ut Esaiæ sedens deus in conspectu eius Seraphin, & ara unde carbo assumptus prophetæ labia mundauit, manifestum est eum ignorare potuisse utrum in corpore an extra corpus ea uiderit.

De extaticis uisionibus. Acto. 10. Apoca. 1. Ezech. 37. Esaie. 6.

DE MORTE.

Epistola, CX.

Omnes in hac uita mortales sumus, et dies huius uitæ ultimus omni homini est semper incertus. Verumtamen in infantia speratur pueritia, & in pueritia speratur adolescentia, & in adolescentia speratur iuuentus, & in iuuentute speratur grauitas, & in grauitate speratur senectus, utrū cōtingat incertū est, est tamen quòd speretur &c.

Omni homini dies mortis suæ semper est incertus.

Ad Iulianum comitem. Epistola, CXI.

Nemo hominum nouit diem exitus sui, non omnes in senectute moriuntur, sed in diuersis ætatibus de hoc mundo migrant, & in quibus actibus unusquisq; homo inuentus fuerit, in eisdem iudicabitur quando anima exierit de corpore. Dicit enim psalmista. Nemo in inferno confitebitur tibi. Ideo festinemus ad pœnitentiā conuerti, semper ante oculos nostros uersetur ultimus dies, & cum diluculo surrexerimus, ne ad uesperā nos cōfidamus peruenire, & cum in lectulo membra deposuerimus, de lucis non confidamus aduentu. Ita facillime corpus nostrum à uitijs & concupiscentijs refrenare.

Morienā quomodo inuentus fuerit ita iudicatur, Psalm. 6.

Ad Nebridium, Epistola, CXVI.

Profectus

Profectiones quas quietas & fœlices habere nequeas, per totam cogitare uitam, non est hominis de illa una ultima quæ mors uocatur cogitantis, de qua uel sola intelligis uere esse cogitandum. Dedit quidem deus paucis quibusdam, quos gubernatores ecclesiarum esse uoluit, ut & illam non solum expectarent fortiter, sed alacriter etiam desiderarent, & earum obeundarum labores sine ullo angore susciperent.

Paucis datum, mortem fortiter expectare.

In psalmum XXXIIII. concione I.

Magna misericordia dei monuit, ut bene uiuamus, & diem nobis nouissimum mortis nostræ abscondit, ne nobis de futuro aliquid promittamus.

Quare de die mortis incerti ordinauerit.

In psalmum XXXVIII.

Quid enim in hac terra certum est, nisi mors? Considerate omnia omnino, uel bona uel mala uitæ huius, uel in ipsa iustitia, uel in ipsa iniquitate, quid hic certum est nisi mors? Profœcisti, qui sis hodie scis, quid futurus cras tino nescis. Peccator es quid sis hodie scis, quid sis cras tino nescis. Speras pecuniam, incertum est an proueniat. Speras uxorem, incertum est an accipias, uel qualẽ accipias, speras filios incertum est an nascãtur. Nati sunt incertum est an uiuant, uiuunt, incertum est an proficiant, an deficiant. Quocunq; te uerteris incerta omnia, sola mors certa. Pauper es, incertum est an ditescas. Indoctus, incertum est an eruditaris. Imbecillis, incertum est an conualescas. Natus es, certum est quia morieris. Et in hoc ipso, quia mors certa est, dies mortis incertus est. Itaq; hæc incerta, ubi sola mors est certa, cuius etiam hora incerta, & sola multũ cauetur, quæ nullo modo deuitatur &c.

In hac uita nihil certi: morte nihil incertius hora mortis.

In psalmum LXVII.

Patienter ergo etiam ipsam mortem feramus illius exemplo, qui licet peccato nullo esset debitor, mortis & dominus esset, à quo nemo animam tolleret, sed ipse eam à semetipso poneret, etiam ipsius fuit exitus mortis &c.

Patienter mors ferenda exẽplo Christi.

In psalmum CI.

Etenim ne disperatione homines peius uiuerent, promisit indulgentiæ portum. Rursus ne de spe ueniæ peius uiuerent, fecit diem mortis incertum, prouidentissime utrunq; constituens, & reuertentes quo recipiantur, & differentes unde terreantur.

Quã ratione diem mortis fecerit incertum deus.

In psalmum CXXII.

Quis enim resistit morti? fratres intendat charitas uestra. Resistitur ignibus, undis, ferro, resistitur potestatibus, Resistitur regibus, uenit una mors, quis ei restitit? Nihil est illa fortius.

Mortinemo resistere potest.

Libro VI. de Genesi ad literam.

Illo die Adam & Eua mori cœperunt, quo mortis legem, qua in senium inueterascerent acceperunt.

Mors quãdo irrepserit.

Libro de agenda cura pro mortuis.

Vocãtur ante tempus boni, ne diutius uexentur à noxijs: Mali uero & impij tolluntur, ne diutius bonos persequantur.

Immaturæ mortis causa.

De natura & gratia.

Si de diuitijs & honoribus & morum nobilitate te iactas, de patria & pulchritudine corporis & honoribus, quæ tibi ab hominibus exhibẽtur: Respice te ipsum quia mortalis terra es et in terram ibis. Circumspice qui similibus fluxere splendoribus. Vbi sunt qui ambiebant currũ potestatis? Vbi insupabiles imperatores? Vbi sunt qui cõuentus dispoebãt et festa, et equorũ splẽdidi nutritores? Vbi nũc uestes & ornamenta peregrina? Vbi seruorum turba? Vbi iocus & læticia? Vbi exercituum duces? Vbi satrapæ et tyranni? Nonne omnia puluis et fauilla? Nonne in paucis uersibus eorum uitæ patet memoria? Respice eorum sepulchra, & uide qui seruus, qui dominus, qui diues, qui pauper. Discerne si potes uictum à rege, fortem à debili, pulchrum à deformi. Vide si est aliquod in eo signum iactantiæ suæ. Memorare itaq; naturæ, ne extollaris.

Mors omnibus parĩter imminet.

Libro I. De ciuitate dei.

Mala mors putanda non est, quam bona uita præcessit. Neq; enim fecit malam mortem, qui sequitur mortem, Non itaq; multum curandum est eis, qui necessariæ morituri sunt, quid accidat, ut moriantur, sed moriendo quo ire cogantur,

Mala mors non est ubi bona præcessit uita.

De disciplina Christiana.

Latet ultimus dies, ut obseruentur omnes dies. Sero parantur remedia, quam mortis imminet periculum &c.

Vltimus dies quare nos lateat.

Libro II. De doctrina Christiana.

Timor de futura morte, mentem necessario contristit, & quasi clauus carnis omnes motus superbiæ ligno crucis affigit.

Timor mortis mẽtem contristit.

Item alio loco.

Non potest male mori, qui bene uixerit, & uix bene moritur, qui male uixit.

Qui bene uixit male non potest mori.

In Euangelium Iohannis.

Quid est mors? Relictio corporis, depositio sarcinæ grauis, sed si alia sarcinam non portetur, qua homo præcipitetur in gehennam.

Mors quid sit.

Ibidem.

Qui desiderat dissolui, & esse cum Christo non patientur moritur, sed patienter uiuit & delectabiliter moritur.

Is delectabiliter mẽritur.

DE ADVOCATIS.

Epistola XXXVI.

Si iustitiæ syncerius consulatur, iuste dicitur aduocato. redde quod accepisti, quando contra ueritatem fecisti, iniquitati astitisti, iuditium fefellisti, caussam iustam oppressisti, de falsitate uicisti.

Ab aduocatis iniuste accepta reppetenda.

Ibidem.

Quis tandem aduocatus facile reperitur, qui dicat suscepto

dicat ſuſcepto ſuo. Recipe quòd mihi (quum male adeſſem) dediſti et redde aduerſario tuo, quòd me inuitè agente abſtuliſti, niſi forte reſtituendum eſt alienum, quòd furtim clãculo auferetur, Et reſtituendum non eſt, quòd in ipſo foro ubi peccata puniuntur, decepto iudice, & circũuenientis legibus obtinetur.

Ad Macedonium, Epiſtola. LIIII.

Non ſane quicquid ab inuito ſumitur iniurioſe auferetur. Nam pleriq; nec medico uolunt reddere honorẽ ſuum, nec operario mercedem, nec tamen hæc qui ab inuito accipiunt, per iniuriam accipiunt, quæ potius per iniuriam non darentur. Sed non ideo debet iudex uendere iuſtum iuditium, aut teſtis uerum teſtimonium, quia uendit aduocatus iuſtum patrocinium, & iuriſperitus uerũ conſilium. Illi enim inter utramq; partem ad examina adhibentur, iſti ex una parte conſiſtunt, cum autem iuditia & teſtimonia, quæ nec iuſta, nec uera uendenda ſunt, iniqua & falſa uenduntur, multo ſcœleratius utiq; pecunia ſumitur, quia ſcœleratè, etiam quãmuis à uolentibus datur. Ille tamen ſolet tanq; ſibi male ablatam pecuniam repetere qui iuſtum iuditium emit, quoniam uenale eſſe non debuit. Qui uero pro iniquo iuditio dedit, uellet quidem repetere, niſi timeret uel puderet emiſſe. Sunt aliæ perſonæ inferioris loci, quæ ab utraq; parte, non inſolenter accipiunt, ſicut officialis, & à quo amouetur, et cui admouetur offitium. Ab his extorta per immoderatam improbitatem repeti ſolent, data per tollerabilem conſuetudinem non ſolent, magisq; reprehendimus, qui talia inuſitatè repetiuerũt, quàm qui ea de more ſumpſerunt, quoniã multæ neceſſariæ, perſonæ rebus humanis, uel inuitantur huiuſmodi comodis uel tenentur &c.

Aduocatus, iuſtum patrocinium, & iuris peritus uerum poteſt uendere conſilium.

In pſalmum. CXXXVI.

Aduocatum eſſe inquit quiſpiam magna res eſt, potentiſſima eloquentia in omnibus habere ſuſpectos, pendentes ex lingua deſerti patroni ſui, & ex eius ore ſperãtes, uel damna uel lucra, uel mortem uel uitam, uel perniciem uel ſalutem. Neſcis quo te miſeris. Alius & iſte fluuius Babylonis eſt, & quòd multum ſonat ſtrepitus aquæ in ſaxa percutit. Attende quia fluit, percutit, attende quia labitur, & ſi attendas, quia fluit & labitur, caue quia trahit &c.

Aduocatorum lingua fluuius alter eſt Babylonis.

DE CVRIOSITATE.

Libro I. contra Manichæos.

Compeſcat ſe humana temeritas, & id quòd non eſt, non quærat, nè illud quòd eſt non inueniat &c.

Compeſcenda humana curioſitas.

Libro X. confeſſionum.

Curioſum genus hominum confeſſores ad cognoſcendum uitam alienam, deſidioſum ad corrigendum ſuam.

De confeſſoribus genere hominum curioſis.

Libro de Moribus eccleſiæ.

Sunt qui deſertis uirtutibus, & neſcientes, quid ſit deus, & quanta ſit maieſtas, ſemper eodem modo manentis naturæ, magnum aliquid ſe agere putãt, ſi uniuerſam iſtam corporis molẽ, quã mundum nuncupamus curioſiſſime perquirunt, unde etiam tanta ſuperbia gignitur, ut in ipſo cœlo, de quo ſæpe diſputant ſibimet habitare uideantur.

De philoſophis nimiã curioſis.

Libro de uera religione.

In conſideratione creaturarum, non eſt uana et peritura curioſitas exercenda, ſed gradus ad immortalia et ſemper manentia faciendus &c.

In illis non uana curioſitas exercenda.

Ad Dioſcorum Epiſtola, LVI.

Ego autem uellem te abripere de medio delicioſarum inquiſitionum tuarum, & conſtipare inter curas meas, ut uel diſceres non eſſe inaniter curioſus, uel curioſitatẽ tuam cibandam atq; nutriendam imponere non aude res eis, quorum inter curas uel maxima cura eſt, reprimere ac refrenare curioſos, quanto enim melius, quantoq; fructuoſius, ſi in dandis ullis litteris, tempus atq; opera impenditur, ad hoc potius impenditur, ut reſecentur uanæ atq; fallaces cupiditates tuæ, quæ tanto magis cauendæ ſunt, quanto facilius decipiunt, neſcio qua umbra honeſtatis, & liberalium ſtudiorum, nomine uelatæ atq; pallatæ, quàm ut noſtro miniſterio atq; (ut ita dixerim) ſatellicio induratæ, quo tam bonam tuam mentem præmant, uehementius excitentur, Humilitati igitur ſaluberrimæ, qua dominus noſter Ieſus Chriſtus, ut doceret humiliatus eſt, huic inquàm maxime aduerſatur quædam (ut ita dicam) imperitiſſima ſcientia, dum nos ſcire gaudemus, Quid Anaximenes, quid Anaxagoras, quid Pithagoras, quid Democritus ſenſerit, et cæteri huiuſmodi, ut docti eruditiq; uideamur, cum hoc à uera doctrina & eruditione longe abſit.

Epiſcopi officium reprimere curioſos.

In Pſalmum. VIII.

Intuere piſces maris, hoc eſt curioſos, qui perambulant ſemitas maris, ideſt inquirunt inproſundouhuius ſæculi temporalia, que tanq; ſemitæ in mari tam cito eua neſcunt & intereunt, quam rurſus aqua confunditur poſtquam tranſeuntibus locum dederit uel nauibus uel quibuſcunq; ambulantibus aut natantibus, Non enim tantum ambulant ſemitas maris, ſed perambulant dixit, Oſtendens pertinaciſſimum ſtudium, inania & præterfluentia requirentium, Hæc autem tria genera uitiorum, id eſt, uoluptas carnis, & ſuperbia, & curioſitas omnia peccata concludunt, Quæ mihi uidentur à Iohanne apoſtolo enumerata, cum dicit, nolite diligere mundum, Quoniam omnia quæ in mundo ſunt, aut concupiſcentia carnis eſt, & concupiſcentia oculorum, & ambitio ſæculi. Per oculos enim maxime curioſitas præualet. Reliqua uero quo pertineant manifeſtum eſt. Et illa dominici hominis tentatio tripertita eſt &c. per curioſitatem, ubi de pinna templi admonetur, ut ſe deorſum mittat, tentandi gratia utrum ab angelis ſuſcipiatur &c.

Curioſus piſci aſſimilatur maris.

Ioannis 2

Matthæi. 4

De accepe

DE ACCEPTIONE PERSONARVM.

Ad Pascentium.

Iniquum est, ut quisq; de alio iudicare uelit, & iudicari de se nolit.

In Epistolam Iacobi super illud, fratres mei nolite peccare.

Non leue peccatum esse personarum acceptio in ecclesia dei

Si hanc distantiam sedendi & stãdi, ad honores ecclesiasticos referamus, non est putandum leue esse peccatum in personarum acceptione habere fidem domini gloriæ. Quis enim ferat eligi diuitem ad sedem honoris ecclesiæ contempto paupere instructiore & sanctiore?

Item in quodam sermone.

In tabernaculo dei præ pauperibus personæ diuitum non aspiciendæ.

Absit domine, ut in tabernaculo tuo præ pauperibus accipiantur personæ diuitum, aut præ ignobilibus nobiles, quando potius infirma mundi elegisti ut confunderes fortia.

DE FESTIS ET SOLENNITATIBVS.

In sermone quodam.

Virtutes martyrum recolere est festa corũ celebrare.

Toties enim dies natalitios sanctorum celebramus, quoties uirtutes eorum recolimus, quibus claruerunt in terris, ut ad gloriã illius à quo totũ habemus referamus.

Libro de decem chordis.

Cõtra ociosos studæos.

Melius faceret iudæus in agro suo aliquid utile, quam in theatro sedicios⁹ existeret, & melius fœmine eorum die sabbathi lanam nerent, quàm tota die in neomenijs suis impudice saltarent.

Libro III. contra Faustum.

Christiani quare non obseruent diem sabbathi. Mathei. 12

Si quæras cur Christianus non obseruat ocium sabbathi, cum dominus non uenerit soluere legem, sed adimplere, Respondeo istud nõ obseruat Christianus, quia qd' ea figura profitebatur, iã ipse impleuit. In isto habemus sabbathum qui dicit. Venite ad me omnes, qui laboratis & inuenietis requiem animabus uestris &c.

In euangelium Ioannis tractatu XX.

Christiani spiritualiter obseruant sabbathum.

Sacrum sabbathum est antiquis patribus præceptum qd' nos Christiani spiritualiter obseruamus, quũ ab omni seruili opere, id est, ob omni peccato abstinemus, & habemus quietẽ in corde, & spiritualem tranquillitatẽ.

De uera innocentia.

A bonis operibus nunq; cessandum.

Male celebrant sabbathum, qui à bonis operibus cessant, ocium enim ab iniquitate debet esse, quia bona cõscientiæ non inquietum, sed tranquillum faciunt animũ.

DE SAPIENTIA.

De ciuitate dei.

Nemo sine uera sapientia se prudentem esse putet.

Qui sine saluatore, salutem uult habere, & sine uera sapientia, estimat se prudentem fieri posse, non sanus sed æger, nõ prudens sed stultus in ægritudine assidue laborabit, & in ciuitate noxia stultus & demens permanebit.

De libero arbitrio.

Non aliam putes esse sapientiam, nisi ueritatẽ in qua tenetur & cernitur sumũ bonum. Nullo loco ab est, nusq; deest, foris admonet, intus docet, in se omnes in melius cõmutat, à nullo in deterius cõmutatur, nullus de illa iudicat, nullus sine illa bene iudicat.

Sapientia alia non est nisi ueritas

Libro IX. De ciuitate, Cap. II.

Homini nulla est causſa philosophandi. nisi ut beatus sit.

Ad Dioscorum, Epistola. LVI.

Propter sapientiam quid quæratur.

Nosti enim quicquid propter adipiscendam sapientiã quæritur, aut de moribus, aut de natura, aut de ratione quæstionem habere.

DE MVNERVM ACCEPTORIBVS.

In Psalmum XXVI. Expositione, II.

Ne perdas cum impijs deus animam meam, & cum uiris sanguinum uitam meam, In quorum manibus iniquitates sunt dextera eorum repleta est muneribus. Munera non solum pecunia est, non solum aurum & argentum, non solum encenia sunt, neq; omnes qui accipiunt ea, accipiunt munera. Aliquando enim accipiuntur ab ecclesia, quod dico, Petrus accepit, dominus accepit, loculos habuit, ea quæ mittebantur Iudas auferebat. Ioannis, 12

Quid sit accipere munera.

Sed quid est accipere munera? Propter munera laudare hominem, adulari homini, palpare blandiendo, iudicare contra ueritatem propter munera. Propter quæ munera? Non solum propter aurum & argentum, & huiusmodi aliquid, sed etiam propter laudem, Qui iudicat male munus accipit, & munus quo nihil inanius. Patuit enim illi munus ad accipiendum iuditium linguæ alienæ, & perdidit iuditium conscientiæ suæ. Ergo in quorum manibus iniquitates sunt dextera eorum repleta est muneribus &c.

DE SACERDOTIBVS.

Libro de corpore domini.

Sacramẽta non inmerito perficiũtur sacerdotum.

Intra catholicam ecclesiam in mysterio corporis & sanguinis domini, nihil à bono maius, nihil à malo minus perficitur sacerdote, quia non in merito consecrãtis, sed in uerbo perficitur creatoris & uirtute spiritus sancti. Si enim in merito esset sacerdotis nequaq; ad Christum pertineret. Nunc autem sicut qui baptizat ipse Christus est, ita ipse est, qui per spiritum sanctum, hanc suam efficit carnem, & transfundit in sanguinem, Credendum est enim, quod in uerbis Christi sacramenta conficiuntur, cuius prius creãtur imperio eius itaq; uerbo recreantur ad melius.

Item in alio loco.

Nocentissimi in ecclesia peruersi sacerdotes et episcopi.

Nemo quippe nocet in ecclesia dei amplius, quàm qui peruerse agens nomen, uel ordinem sanctitatis & sacerdotis habet. Delinquẽte nãq; hũc redarguere nullus præsumit, et in exẽplũ culpa uehemẽter extẽditur, quãdo pro reue-

pro reuerentia ordinis peccator honoratur, Episcopus itaq; quòd talium crimina non corrigit, magis dicendus est canis impudicus quàm Episcopus.

Super illud Apostoli ad Timotheum. Qui bene præsunt.

Præsbyteri quomodo duplici honore digni dicantur.

Præsbyteri qui bene præsunt uitæ & doctrinæ digni habentur à subditis duplici honore, scz ut spiritualiter eis obediant, & exteriora bona ministrent, boni enim dispensatores & fideles, non solum honore sublimi præmiari debent, sed & terreno, ut non contristentur indigentia sumptuum, & gaudeant obedientia spiritualium. Iustantior enim fit, si non humiliatur inopia, & crescit in illo authoritas, cum uidet se etiam in præsenti laboris fructum percipere, non ut abundat, sed ut non deficiat.

DE RECONCILIATIONE CVM PROXIMO.

De verbis domini secundum Mathæum. Cap. V.

Proximus quomodo reconciliandus.

Si absens est uade non pedibus corporis, sed animo humiliter prosternas, in conspectu eius oblaturus es, si præsens est reuocandus ad amorem ab eo ueniam petendo, si eum læsisti, uel si te læserit, dimittendo cordis rancorem &c.

DE RAPINA.

In libro quæstionum super exodum.

Furtum omnis est illicita usurpatio rei alienę.

Pœnale est occultè auferre, multo maioris pœnæ est uisibiliter eripere, auferre ergo nolenti, siue occultè, siue palam, habet præceptum suum, Furti enim nomine bene intelligitur omnis illicita usurpatio rei aliene. Non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit, sed utiq; furti nomine, in lege ueteris testamenti, et rapinam intelligi uoluit. Aperte enim totum significauit, quicquid illicite rerum proximo auferetur.

Ibidem.

Inuenta sunt reddenda.

Si quid inueniſti, & non reddidiſti, rapuiſti, quantum potuiſti, fœciſti, quia plus nõ inueniſti, qui alienum negat, ſi poſſet & tolleret, deus cor interrogat, non manum.

De verbis domini Sermo. XX.

A minori probatur raptores, esse puniendos.

Si in ignem mittitur, qui non dedit rem propriam, ubi putas mittendus est, qui inuasit alienam. Si cum diabolo ardet, qui nudum non uestiuit: Vbi putas arsurus est, qui expoliauit? Non nocent mala præterita, si non placent.

Sermo IIII. Dominicæ quadrageſimæ. I.

Si pœnale est clanculo auferre, multo maioris pœnæ est uiolenter eripere.

DE ERRORE.

Ad Marcellinum, Epistola. VII.

Ego proinde fatcor me ex eorum numero esse conari qui proficiendo scribunt, et scribendo proficiunt. Vnde si aliquid, uel incautius, uel indoctius à me positũ est quod non solum ab alijs, qui uidere id possunt, merito reprehendatur, uerumetiam à me ipso, quia & ego saltem postea uidere debeo si proficio, nec mirandũ est, nec dolendum, sed potius ignoscendum atq; gratulandũ, non quia erratum est, sed quia improbatum, Nam nimis peruerse se ipsum amat, qui & alios uult errare, ut error suus lateat. Quanto enim melius & utilius, ubi ipse erraui, alij non errent, quorum admonitu errore careat. Quod si noluerit, saltem comites erroris non habeat. Si enim mihi deus, quod uolo præstiterit, ut omnium librorum meorũ quæcunq; mihi rectissime displicent, ope aliquo ad hoc ipsũ instituto colligam atq; demonstrem, tũc uidebunt omnes homines, quàm non sim acceptor personi meæ. Vos autem qui me multum diligitis, si talẽ me asseritis aduersus eos, quorum malitia, uel imperitia, uel intelligentia reprehendor, ut me nusq; scriptorum meorum errasse dicatis, frustra laboratis, non bonam causam suscepistis, facile in ea etiam me ipso iudice superamini. Quoniam non mihi placet, cum à charissimis meis talis esse existimor qualis non sum. Profecto enim nõ me, sed pro me alium sub meo nomine diligunt, si non quod sum, sed quod non sum diligunt. Nam inquantum me nouerunt, uel de me uerum credunt, ego ab eis diligor, in quantum autem mihi tribuunt, quod in me non cognoscunt, alium talem qualem me putant pro me diligunt.

Tullius.

Nec Romani maximus auctor Tullius eloquij, nullũ unq̃ uerbum inquit quod reuocare uellet, emisit. Quæ quidem laus, quámuis præclarissima uideatur, tamen credibilior est de nimium fatuo, quàm de sapiente profecto. Nam & illi quos uulgo moriones uocant, quanto magis à sensu cõmuni dissonant, magis q̃ absurdi, & insulsi sunt, tanto magis nullum uerbum emittunt, quod reuocare uelint, quia dicti mali uel stulti, uel incõmodi pœnitere, utiq; cordatorum est. Sed si in bonam partem accipiatur, ut quempiam talẽ fuisse credamus, qui eũ omnia sapienter loqueretur, nullum unq̃ uerbum, quod reuocare uellet emisit, hoc potius de hominibus dei, qui spiritu sancto acti locuti sunt, quàm de illo quem sic Cicero laudat, saluberrima pietate credendum est. Ab hac ego excellentia tam longe absum, ut si nullum uerbum, quod reuocare uellem protulero, fatuo sim quam sapienti similior. Illius quippe scripta summa sunt authoritate digniſſima, qui nullum uerbum, non quod reuocare uellet, sed quod reuocare deberet emisit. Hoc quisquis nondũ est assecutus secundas habeat partes modestiæ, quia primas non potuit habere sapientiæ, quia non ualuit omnia non pœnitenda diligenter dixisse, pœniteat quæ cognouerit dicenda non fuisse. Cum ergo non sicut quidam charissimi mei putant, nulla uel pauca, sed potius plura fortasse quàm etiam maledici opinantur uerba dixerim quæ mallem reuocare si possem, non mihi Tulliana illa blanditur sententia, qua dictum est nullum unq̃ uerbum, qd̃

reuocare

Horatius.

reuocare uellet emisit, sed angit me plane Horatiana sententia: Nescit uox emissa reuerti.

DE PVLCHRITVDINE.

Lib. XV. de ciuitate Dei.

Pulchritudo corporis bonum Dei donum est, sed propterea id etiam largitur malis, ne malum bonum uideatur bonis.

Pulchritudo corporis Dei donum est.

DE PROVIDENTIA humana.

De sermone Domini in monte.

Quum uiderimus aliquem seruum Dei prouidere, ne ista necessaria sibi desint, non iudicemus eum de crastino sollicitum esse. Nam & ipse Dominus propter exemplum loculos habere dignatus est, & in actibus Apostolorum scriptum est, ea quæ ad uictum sunt necessaria procurata esse in futurum, propter imminentem famem.

Prouidere de necessarijs possumus Ioan. 13 Actorū. 11.

Lib. de singularitate Clericorum.

Vbicunq; fuerit prouidentia, frustrantur uniuersa cõtraria, ubi autem prouidentia negligitur, omnia contraria dominatur.

Vbi prouidentia ibi frustrantur omnia contraria

DE REGIBVS ET PRINcipibus.

Lib. II. de ciuitate Dei, Caput XX.

Rex cum est iniquus, tyrannus est.

Iniquus rex est tyrannus.

Item IIII. lib. Caput III.

Malus & si regat, seruus est tot Dominorum, quot uitiorum, &c.

Malus princeps seruus est.

Lib. V. Caput XXIIII.

Neq; nos Christianos, quondam Imperatores ideo fœlices dicimus, quia uel diutius imperarunt, uel imperantes filios morte placida reliquerunt, uel hostes Reipublicæ domuerunt, uel inimicos ciues contra se insurgentes, & cauere & opprimere potuerunt. Hæc enim & alia huiusmodi ærũnosæ uitæ uel munera uel solatia, quidem etiam cultores Dæmonum accipere meruerunt, qui non pertinent ad regnum Dei, quo pertinent isti, & hoc de misericordia ipsius factũ est, ne ab illo ista qui in eũ crederent, hæc tanquam summa bona desiderent. Sed fœlices eos dicimus, si iusta imperant, si inter linguas se sublimiter honorantium, & nimis honorabiliter salutantium, & sibi nimis humiliter obsequentiũ, nõ extollantur, si se homines esse meminerint. Si potestatẽ suam ad dei cultũ maxime dilatãdum, maiestatiq; eius famulã faciũt, Si deũ timent, diligunt, & colunt. Si plus amant regnũ illud, ubi non timent habere consortes. Si tardius uindicant, facile ignoscunt. Si eandem uindictam pro necessitate regendæ tuendæq; Reipublicæ non pro saturandis inimicitiarum odijs exercent. Si eandem ueniam non ad impunitatem iniquitatum, sed ad spem correctionis indulgent. Si quod aspere coguntur plerunq; decernere, misericordiæ lenitate, & beneficiorũ largitate compensant. Si luxuria in eis tanto castigatior, quanto potest esse liberior. Et si hæc omnia faciant non propter fauorẽ inanis gloriæ, sed propter charitatem fœlicitatis æternæ. Si propter peccata humilitatis, & miserationis & orationis sacrificium, Deo uero immolare non negligunt. Tales Christianos imperatores dicimus esse fœlices, interim spe, postea reipsa futuros, cum id quod expectamus aduenerit.

Imperatores quos dicimus esse fœlices

Lib. III. ad Chrisostomum.

In hoc seruiunt reges Deo, si in regno suo bona iubeant, mala prohibeant, non solum quæ pertinent ad societatem humanam, sed quæ ad religionem diuinam.

In quibus reges Deo seruiunt

DE PRAEDICATIONE.

Libro de mendatio ad Consentium.

Ad sempiternam salutem, nullus ducendus est opitulante mendatio.

Ad salutem opitulante mendatio nemo ducendus.

In Apocalypsim homilia II.

Quia Angelus nuncius interpretatur. Quicunq; episcopus uel præsbiter, uel etiam laicus, de deo loquitur, et qnomodo ad uitam æternam perueniatur annunciat, meritò Angelus dicitur.

Vbi ministri angeli dicuntur.

Item alio loco.

Interrogo uos fratres uel sorores, dicite mihi, quid plus uidetur uobis, corpus Christi an uerbum Christi. Si uultis uere respondere, hoc dicere debetis, quod nõ sit minus Dei uerbum quàm Christi corpus, Et ideo quanta sollicitudine obseruamus quando nobis ministratur, ut nihil ex ipso de manibus nostris in terram cadat, tanta sollicitudine obseruemus, ne uerbum domini quod nobis erogatur, dum aliud aut cogitamus aut loquimur, de corde puro pereat. Qui enim non minus erit reus per uerbum Dei, negligenter audierit, quàm ille qui corpus Christi sua negligentia in terram cadere permisit.

Verbum Dei minus non esse q̃ Christi corpus.

DE HISTORIA.

Ad Memorium Epistola, CXXXI.

Est per nostrum ministerium non literis illis quas uariarum seruiu libidinum, liberales uocant, sed dominico pane nutritus, quantus ei potuit per nostras angustias dispensari. Quid enim aliud dicendum est eis, qui cum sint iniqui et impij, liberaliter sibi uidentur eruditi, nisi quod in literis uere liberalibus legimus: Si uos filius liberauerit tũc uere liberi eritis, Per eum nanq; præstatur, ut ipse etiam qui liberales disciplinæ ab eis qui in libertatem uocati non sunt, appellãtur, quid in se habeant liberale noscatur. Neque enim habent congruum libertati, nisi quod habent congruum ueritati. Vnde ille ipse filius, Et ueritas inquit, liberabit uos. Non ergo ille innumerabiles & impiæ fabulæ, quibus uanorum plena sunt carmina Poetarum, ullo

Ioan. 8.

Contra fabulas poetarum.
Contra inflata et expolita mendacia oratorum.

modo noſtræ conſonant libertati, Non oratorum inflata et expolita mendacia, Non deniq; ipſorum philoſophorum garrulæ argutiæ, quod uel Deum prorſus non cognouerunt, uel cum cognouiſſent deum, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt, ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratũ eſt inſipiens cor eorum, & dicentes ſe eſſe ſapientes ſtulti facti ſunt, Et immutauerunt gloriam incorrupti Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis & uolucrum atq; quadrupedum & ſerpentium, uel quod iſtis ſimulachris non dediti, aut non nimis dedita, coluerunt tamen, et ſeruierunt potius creaturæ quàm creatori. Abſit omnino ut iſtorum uanitates & inſaniæ mendaces, uentoſæ nugæ ac ſuperbus error, recte liberales literæ nominentur, hominum ſcilicet infœliciũ, qui Dei gratiam per Iẽſum Chriſtum dominum noſtrum, qua ſola liberamur de corpore mortis huius, non cognouerunt, nec in eis ipſis quæ uera ſunt ſenſerunt. Hiſtoria ſanè, cuius ſcriptores fidem ſe præcipue narrationibus ſuis debere profitentur, fortaſsis habeat aliquid cognitione dignum liberis, cum ſiue bona ſiue mala hominum, tamẽ uera narrantur. Quamuis in eis cognoſcendis, qui ſpiritu ſanctõ non adiuti ſunt, rumoresq; colligere, ipſa humanæ infirmitatis conditione compulſi ſunt, quemadmodum nõ fallerentur plurimis nõ uideo. Eſt tamẽ in eis aliqua propinquitas libertatis, ſi uoluntatem mentiendi non habent, nec homines fallunt, niſi cum ab hominibus humana infirmitate falluntur.

Rom. 1.
Contra argutias garrulas Philoſophorum.

Lib. II. de doctrina Chriſtiana, Caput XXVIII.

Quod gentium hiſtoriæ plurimũ conferant ad intellectum ſcripturæ ſacræ

Quicquid igitur de ordine temporum tranſactorum indicat ea quæ appellatur hiſtoria, plurimum nos adiuuat ad ſanctos libros intelligendos, etiam ſi præter eccleſiam puerili eruditione diſcatur. Nam & per olympiadas & per conſulum nomina, multa ſæpe quæruntur à nobis, & ignorantia cõſulatus quo natus eſt dominus, uel quo paſſus eſt nonnullos coëgit errare, ut putarent quadraginta ſex annorum ætate paſſum eſſe dominũ, quia per tot annos ædificatum eſſe templum dictum eſt à Iudæis, quod imaginẽ dominici corporis habebat, Et annorũ quidem ferè trigintà baptizatum eſſe, retinemus authoritate Euangelica. Sed poſtea quot annos in hac uita egerit, quanquã textu ipſo actionum eius animaduerti poſſit, Tamen ne aliunde caligo dubitationis oriatur, de hiſtoria gentium collata cum Euangelio, liquidius certiusq; colligitur. Tunc enim uidebitur non fruſtra dictum eſſe, quod quadraginta ſex annis templum ædificatum ſit, ut cum referri iſte numerus ad ætatem Domini non potuerit, ad ſecretiorem inſtructionem humani corporis refratur, quo indui propter nos non dedignatus eſt unicus Dei filius, per quem facta ſunt omnia. De utilitate autem hiſtoriæ, ut omittam Græcos, quantam noſter Ambroſius quæſtionem ſoluit calumnuantibus Platonis lectoribus & dilectoribus, qui dicere auſi ſunt, omnes domini noſtri Iẽſu Chriſti ſentẽtias, quas mirari & prædicare coguntur, de Platonis libris eũ didiciſſe, quoniam longe ante humanum aduentum domini Platonem fuiſſe negari non poteſt. Nonne memoratus epiſcopus, conſiderata hiſtoria gentium, cum Platonem reperiſſet Hieremiæ prophetæ temporibus profectum fuiſſe in Aegyptum, ubi tunc ille propheta erat, probabilius eſſe oſtendit, quod Plato potius noſtris literis, per Hieremiam fuerit imbutus, ut illa poſſet docere uel ſcribere quæ iure laudantur. Ante literas enim gentis Hebræorum, in qua unius Dei cultus emicuit, ex qua ſecundum carnem uenit Dominus noſter, nec ipſe quidem Pythagoras fuit, à cuius poſteris Platonem theologiam didiciſſe iſti aſſerunt. Ita conſideratis temporibus, ſit multo credibilius iſtos potius de literis noſtris habuiſſe, quæcunq; bona & uera dixerunt, quam de Platonis, dominũ noſtrum Iẽſum Chriſtum, quod dementiſsimum eſt credere.

Ioannis, 2.
Lucæ, 3

Vtilitas hiſtoriæ

Plato à Hieremia traditur imbutus.

DE PROPHETIA.

Paulini ad Auguſtinum epiſtola LVIII.

Prophetiæ multis modis dicitur.

Propheta à pro, id eſt, procul, & for faris, quaſi quæ ſunt, erunt uel fuerunt, locuturus. Hanc autem prophetandi differentiã abs me cognitam præſcribere uolui, orãs ut tibi ſi quippiã ſupereſſe uideatur reſcribas. Prophetare enĩ inuentũ eſt ſignificare futurarũ rerum prædictionẽ, unde Eſaiæ 7. Ecce uirgo concipiet filium. Item prophetare eſt præterita narrare, ut in principio creauit Deus cœlum & terram. Item ubi dicebat Heliſæus, nonne cor meum in præſenti erat, quando reuerſus eſt homo in curru ſuo? Eſt etiam prophetare prophetias recitare, ut magiſtratus exercitus ſegregauit filios Aſaph, quod prophetarent in citharis & pſalterijs. Prophetare eſt quoq; laudes Dei canere, ut: Quis tribuat mihi ut omnis populus prophetet. Eſt quoq; prophetare idem quod docere. Vnde Apoſtolus: Aemulamini ſpiritalia, magis autem ut prophetetis, & in actis, Erant in eccleſia prophetæ & doctores. Item eſt exercere officium prælocutoris, ut in Exodo: Aaron erit propheta tuus, id eſt, prælocutor. Prophetare etiam inuenimus idem quod figurare, quemadmodum Ioſue dicitur propheta, quia figurabat Chriſtum. Eſt etiam propheta qui aliena refert, ſicut Saul, qui prophetauit in medio domus ſuæ, id eſt, aliena referebat. Iſto uero loco ubi Paulus Epheſijs ſcribens, non eos qui uenturum in carne dominum Chriſtum prophetarunt prophetas dicimus, ſed per aliquam gratiam ſecuturi, ut Agabus cernebat, qui et famem inſtantem prædixit: & quæ beatus Paulus Hieroſolimis paſſurus eſſet, & uerbo denunciauit, & ſignozonæ eius oſtendit.

Eſaiæ 7
Hierem. 1
4. Reg. 5.
1. Paral. 25
Numeri, 11
1. Corin. 14
Actorũ, 13
Exodi, 7
Epheſ. 4
Actorũ, 11
Actorũ, 21

Ad Paulinum epiſtola LIX.

De Prophetis quod ait Apoſtolus, quoſdam quidẽ dedit Deus in eccleſia Apoſtolos, quibuſdam autem Prophe-

Epheſ. 4

tas:

Actorũ, 13.

tas: hoc ita intelligo quod ipse scripsisti, prophetas eos dictos illo loco ex quibus Agabus erat non illos qui uenturum in carne Dominum prophetauerunt. Euangelistas uero inuenimus quos Apostolos fuisse non legimus, sicut fuerunt Lucas & Marcus. Pastores autem & doctores, quos maxime ut discernerem uoluisti. Eosdem puto esse sicut & tibi uisum est, ut non alios pastores, alios doctores intelligamus, sed ideo cum prædixisset, pastores, subiunxisse doctores, ut intelligerent pastores ad officium suum pertinere doctrinam. Ideo enim non ait: Quosdam autem pastores, quosdam uero doctores, sed cum superiora ipso locutionis genere distingueret dicendo, quosdam autem Apostolos, quosdam autem Prophetas, quosdam uero Euangelistas, hoc tanquã unum aliquid duobus nominibus amplexus est, quosdam autem pastores & doctores.

Quomodo differant inter se Apostoli, Euangelistę, Prophetæ, Pastores, Doctores

In psalm. XCIII. uersu.

Exaltare qui iudicas terram, & redde retributionem superbis, Redditurus est fratres. Quid est enim quod dictum est, exaltare qui iudicas terram, redde retributiõem superbis? Prophetæ est prædicentis non audacia iubentis. Non enim quia dixit Propheta? Exaltare qui iudicas terram. Obtemperauit Prophetæ Christus, ut resurgeret & iret in cœlũ, Sed quia hoc facturus erat Christus, hoc prædixit Propheta. Non ideo fecit Christus quia Propheta prædixerat, sed ideo Propheta prædixit, quia ille facturus erat, &c.

Prophetæ prędixerũt qui Christũ facturũ ſciebant

DE PRAESVMPTIONE.

De uerbis Domini sermo XIII.

Multos impedit à firmitate præsumptio firmitatis. Nemo erit à Deo firmus, nisi qui se à seipso sentit infirmum, &c.

Super illud Ecclesiastici VII. Non te iustifices ante Deum. quoniãagnitor cordis est.

De propria iustitia supbire, pernitiosissima est præsumptio.

Nulla præsumptio pernicioſior, quam de propria iustitia, aut scientia superbire.

In Psalm. LVIII. Contione I.

Lucæ, 12

Sunt in hominibus quidam fortes reprehensibili & damnabili fortitudine, quod præsumunt quidem, sed de temporali fœlicitate. Non uobis uidetur fuisse fortis diues iste, qui nunc ex Euangelio recitatus est, quoniam successit ei regio in opulentia fructuum? Perturbatus consilium reconditionis inuenit, ut destructis ueteribus apothecis, nouas construeret ampliores, eisq; completis animæ suæ diceret: Habes multa bona anima, epulare, iucundare, saltare, Qualem fortem uides? Ecce homo, quod non posuit adiutorẽ suũ, sed sperauit in multitudine diuitiarũ suarũ. Vide quam fortis sit, & præualuit in uanitate sua. Sunt & alij fortes, non de diuitijs, non de uiribus corporis, non de aliqua in tempore præcellenti potentia dignitatis, sed præsumentes de iustitia sua. Hoc genus fortium cauendum, metuendum, aduersandum, non imitandum. Præsumentiũ inquam, non de corpore, non de operibus, non de genere, non de honore, Omnia enim ista quis non uideat temporalia, fluxa, caduca, uolatica? Sed præsumentium de iustitia sua. Talis fortitudo impediuit Iudæos, ne per foramen acus intrarent. Cum enim de se præsumant quod iusti sint, & tanquam sani sibi uidentur, medicinam recusauerunt, & ipsum medicum necauerunt.

Contra de se præsumẽtes

Matt. 10

In Psalmum LXXXV.

Quicquid est circa te uel in te, unde possis præsumere, abijce à te, & tota præsumptio tua Deus sit, Illius indigens esto, ut ipso implearis. Quicquid enim aliud habueris sine ipso latius, inanis eris.

Præsumptio nostra deus esse debet

DE POETIS.

Lib. I. confessionnm, Cap. XVI. Item lib. II. de trinitate, Caput XIII.

Didici in eis utilia multa, intelligi Iouem tonantem et adulterantem, fingebat hoc Homerus, & humana ad deos transferebat, diuina malem ad nos. Sed uerius dicitur quod fingebat hæc quidem ille, sed hominibus flagitiosis diuina tribuendo, ne flagitia putarentur, & ut quisquis ea fœcisset, non homines perditos, sed cœlestos Deos uideretur imitatus, &c.

Multa in poetis didicisse utilia se Augustinus dixit.

In eodem Capite sub fine.

Non accuso uerba quasi uasa electa atque preciosa, sed unum erroris quod in eis nobis propinatur ab ebrijs doctoribus, & nisi biberemur cedebamus, nec adpellare ad aliquem iudicem sobrium licebat. Et tamen ego Deus meus, in cuius conspectu tam secura est recordatio mea, libenter hæc didici, & in eis delectabar miser, & ob hoc bonæ spei puer adpellabar.

Verba nõ accusat in poetis Augustinus

Lib. II. de doctrina Christiana, Caput XVIII.

Quisquis bonus uerusq; Christianus est Domini sui esse intelligat, ubicunq; inuenerit ueritatem, quam confitens & agnoscens, etiam in literis sacris superfluosa figmenta repudiet doleatq; homines atq; caueat, quod cognoscentes Deum, non ut Deum glorificauerunt, aut gratias egerũt, sed euanuerunt in cogitationibus.

Vbicunq; inuenerit Christiana ueritatem Domini esse intelligat

DE FRATERNA CORrectione.

Super epistolam ad Galathas.

Quicquid animo lacerato dixeris, punientis est im-

Nihil lacerato animo dicendum in corrigendis fratribꝰ

petus, non charitas corrigentis, dilige & dic quicquid uoles, &c.

De charitate sermo VII.

Si disciplinam erga tuos neglexeris non esse christianitatem.

Non putes te amare seruum quando eum non cedis, aut tunc amare filium, quando ei non das disciplinam, aut tunc amare filium tuum quando eum non corrigis, non est ista charitas sed languor.

Ad Macedonium epistola LXIIII.

Misericordia punies. Crudelitas parcens.

Plurimum interest quo animo quisq; parcat, sicuti enim est aliquando misericordia puniens, ita & crudelitas parcens, &c.

In regula Clericorum.

Crimina ac culpanda.

Si enim frater tuus uulnus habeat in corpore, quod uult occultari cum timet secari, nonne crudeliter à te fleretur ac misericorditer indicaretur, quanto ergo potius debes manifestare crimen, ne deterius putrescat in corde.

DE DIVITIIS ET DIuitibus.

Ad Hilarium Epistola LXXXIX.

Matth. 19

Scribis quosdam dicere, diuitem manentem in diuitijs suis, regnum Dei non posse ingredi, nisi omnia sua uendiderit, nec ei prodesse si forte ex ipsis diuitijs mandata fecerit. Euaserunt istorum disputatiões patres nostri Abraham Isaac et Iacob, qui tanto ante ex hoc uita migrarunt. Habebant quippe hij omnes non paruas diuitias, sicut fidelissima testatur scriptura, multos tamen uenturos ab oriente & occidente, & non supra ipsos, uel extra ipsos, sed cum ipsis recubituros in regno cœlorum. Ille ipse qui propter nos factus est pauper cum uere diues esset, ueracissima promissione prædixit Et quamuis superbus diues qui induebatur purpura & bisso, et epulabatur quottidie splendidè, mortuus apud inferos torqueretur, tamen si pauperis ulcerosi, qui ante ianuam eius contemptus iacebat, misertus fuisset, mereretur & ipse misericordiam. Et si pauperi illi meritum esset inopia non iustitia, non utiq; ab Angelis in Abrahæ gremium qui diues hic fuerat tolleretur. Sed ut nobis ostenderetur, nec in isto paupertatem per seipsam diuinitus honoratam, nec in illo diuitias fuisse damnatas, sed in isto pietatem, in illo impietatem suos exitus habuisse, sic suscepit impium diuitem cruciatus ignis, ut tamen pium pauperem susciperet sinus diuitis. Qui sane cũ hic diues uiueret, diuitias sic habebat, & eas pro Dei præceptis paruipendebat, ut etiam cum ipsius filij imolatione nollet offendere Deum iubentem, quem suarum diuitiarũ & sperabat & optabat hæredem. Hic utiq; dicunt, ideo patres antiquos non uendidisse omnia quæ habebant, & dedisse pauperibus, quia hoc eis nõ præceperat Dominus. Nondum enim reuelato Testamento nouo, quod non fieri nisi plenitudine temporis oportebat, nec eorum uirtus fuerat reuelanda, qua uirtute hoc eos facillime posse Deus in eorum cordibus nouerat, qui testimonium illis tam insigne perhibebat, ut eum sit omnium sanctorum Deus, tanq; de præcipuis amicis suis dicere dignaretur: Ego sum deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob, hoc mihi nomen est in æternum. Nostra uero quam magnum pietatis sacramentũ manifestatum est in carne, & uocandis omnibus Gentibus Christi aduentus illuxit, in quem etiam illi patres crediderant, sed huius fidei oliuam suo tempore manifestandam in illius arboris, de qua Apostolus loquitur, tanquam radice seruabant, dictum est diuiti: Vende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlis, & ueni sequere me. Hæc si dicunt, uidentur aliquid rationabiliter dicere, sed totum audiant, totum aduertant, non in parte aures aperiant, in parte surdescant. Cui enim Dominus hoc præcepit? Profectò illi diuiti, qui uitæ æternæ cõsequendæ consilium quærebat accipere. Hoc enim domino dixerat: Quid faciam ut uitam æternam consequar? Ille autem non ei respondit: Si uis uenire ad uitam uade & uende omnia quæ habes, Sed si uis uenire ad uitam serua mandata. Quem iuuenis cum sibi à Domino ex lege commemorata seruasse dixisset, et quæ sisset quid adhuc sibi deesset, responsum accepit, Si uis perfectus esse, uade et uende omnia quæ habes & da pauperibus. Et ne se illa quæ multum amabat, hoc modo perdere existimaret, & habebis inquit thesaurum in cœlis. Deinde addidit: Et ueni sequere me, Ne cuiquam cum hæc fœcerit aliquid prodesse existimetur, si non sequitur Christum. At ille quidem tristis abscessit, qui uiderit quemadmodum illa legis mandata seruauerat. Puto enim quod se arrogantius quàm uerius seruasse responderat Veruntamẽ magister bonus mandata legis ab ista excellentiore perfectione distinxit, ibi enim dixit: Si uis uenire ad uitam serua mandata. Hic aũt, si uis perfectus esse, uade uende omnia quæ habes & cætera. Cur ergo negamus diuites, quamuis ab illa perfectione absint, uenire tamen ad uitam, si mandata seruauerint, & dederint ut detur illis, et dimiserit ut dimittatur illis, Credimus enim noui Testamenti ministrum fuisse Apostolum, Cum scribens ad Timotheum diceret: præcipe diuitibus huius mundi, non superbè sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo, qui præstat nobis omnia abũdanter ad fruendum. Benefaciant diuites, sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant ueram uitam, de qua & illi adolescenti dictum est, si uis uenire ad uitam serua mandata, &c. Puto quod ista præcipiens, diuites instruebat non fallebat Apostolus, præcipe diuitibus huius mundi, ut uendant omnia quæ habent, demq; pauperibus & sequantur Dominum, Sed non superbe sapere, neq; sperare in incerto diuitiarum. Ista superbia diuitem illum, qui iacentem ante ianuam suam contemnebat pauperem iustum, & ista spes in incerto diuitiarum, quia se propter purpuram, bissum, & epulas splendidas beatum putabat, non ipse diuitiæ perduxerũt ad infernum tormenta, &c

Luce, 16

In Lazaro non pauperas honorata, in diuite diuitiæ non damnatæ sunt, uerum in isto pietatem, in illo impietatem suos exitus habuisse

Exodi. 3.

Matth. 19

1. Tim. 6

Quære de illa materia in quæstionibus Hilarij.

M

In Psalmum LI. uersu.

Psalm. 51

Ecce homo qui non posuit adiutorem suum Deum, sed sperauit in multitudine diuitiarum suarũ Non dicat pauper forte malus, ego non sum de hoc corpore. Audiuit enim Prophetam dicentem: *Sperauit in multitudine diuitiarum suarum.* Cõtinuo si pauper est, attendit pannos suos. *Respexit iuxta se fortem diuitem in populo Dei ornatius uestitum, et ait in corde suo:* De isto dicit, nunquid de me? Noli inde te excipere, noli separare, nisi uideris et timueris ut postea rideas. Nam quid tibi prodest si eges facultate, & ardes cupiditate?

Pauperes se inde excipere non debent.

Post pauca ibidem.

Matth. 19

Nam cum Dominus dixisset, facilius est camelum transire per foramen acus, quàm diuitem intrare in regnũ cœlorum. Apostoli apud se dixerunt: Quisnam poterit saluari? Quid attenderunt? Non facultates sed cupiditates. Viderunt etiam ipsos pauperes, & si non habentes pecuniam, tamen habere auaritiam. Et ut noueritis non pecuniam in diuite, sed auaritiam condemnari, aduertite quod dico. Respicis illum diuitem stantem iuxta te, & forte in illo est pecunia, & non est auaritia, in te non est pecunia & est auaritia.

Non pecuniam diuitre sed auaritia condemnatur.

Adhuc post pauca.

Gene. 13 Ab exemplo Deum non punire diuitias probat Lucæ 16.

Lege scripturas, & inuenies diuitem Abraham, ut noueris quia non diuitiæ puniuntur, habebat Abraham multum auri, argenti, pecorum, familiæ, diues erat, & in eius sinum Lazarus pauper sublatus est, in sinu diuitis paup, An potius ambo à Deo diuites, ambo à cupiditate pauperes?

Ibidem.

Nec de paupertate præsumendum.

Hoc intendite ne passim diuites reprehendatis, & rursus ne de paupertate & egestate præsumatis. Si enim non est præsumendum de diuitijs, quanto magis non est præsumendum de paupertate, sed de Deo uiuo.

In Psalmum CI.

Tria genera diuitiarum, fortunæ, corpis, & animæ.

Vnde enim homines sunt diuites? puto auro & argento, familia terra, sed omnia per ipsum facta sunt. Quid ergo illo ditius, per quem factæ sunt diuitiæ, ille etiam quæ non sunt ueræ diuitiæ? Per illum enim & ille diuitiæ, ingenium, memoriam, mores. Vita ipsius corporis sanitas, sensus confirmatioq; membrorum. Etenim cum hæc salua sunt, & pauperes diuites sunt. Per illum & ille maiores diuitias, fides, pietas, iustitia, charitas, castitas, mores boni. Nemo enim & has habet, nisi per eum qui iustificat impium. Ecce quam diues, &c.

Rom. 4

De doctrina Christiana.

Pecunia unde dicat.

Pecunia ideo pecunia uocata, quia antiqui habebant in pecoribus quod habebant.

De orando ad Probam.

Sufficientia uitæ non indecenter appeti posse.

Sufficientiã uitæ non indecenter uult, quisquis eã uult, & non amplius, qui quidem non appetitur propter seipsam, sed propter salutem corporis, & congruentẽ habitũ personæ hominis, ut non inconueniens eis cum quibus uiuendum est degat. Ista ergo cum habentur ut teneantur, cum non habentur, ut habeantur orandum est.

DE FAMA BONA CVRANDA.

Lib. de bono uiduitatis.

Fama bona uniuersq; curanda est

Non sunt audiendi siue uiri sancti, siue fœminæ, qui quando reprehenduntur in aliqua negligentia, per quam fit, ut in malam ueniant suspicionem, unde uitam suam longe abesse sciunt, dicunt coram Deo sufficere sibi conscientiam, æstimationem hominum non solum imprudenter, uerumetiam crudeliter contemnentes, quam occidant animas aliorum, siue blasphemantium uiam Dei, quibus secũdum suam suspicionem, quasi turpis, quæ casta est displicet uita sanctorum, uel etiam cum accusatione imitantium, nõ quod uident, sed quod putant. Proinde quisquis à criminibus flagitiorum atq; facinorum uitam suam custodit, sibi benefacit, Quisquis autem etiam famam, & in alijs est misericors. Nobis enim necessaria est uita nostra, alijs fama nostra, &c.

De doctrina Christiana.

Bona fama non est negligenda

Sic doctor bonam eligat uitam, ut etiam bonam nõ negligat famam.

DE IVDITIO TEMERARIO.

Libro de sermone Domini in monte.

Qui temere dicuntur iudicare

Hij maxime temere iudicant qui de meritis aliorum facile reprehendunt, qui magis amant uituperare, & damnare, quàm emendare & corrigere, quod uitium uel superbiæ est uel inuidiæ.

Eodem libro.

Temeritas obest iudicãti temere iudicare.

Temerarium iuditium pleruńq; nihil nocet ei, de quo temere iudicatur. Ei autem qui temere iudicat, *ipsa temeritas necesse est ut noceat.*

Contra Manichæos.

Mat. 6. Dubia facta in melio rem partem interpretanda.

Nolite iudicare. Hoc loco nihil aliud nobis præcipitur nisi ut ea facta, *in quibus dubiũ est, quo animo fiãt in meliorem partem interpretemur.* Quod enim scriptum est: *A fructibus eorum cognoscetis eos.* De manifestis dictũ est, quæ non possunt bono animo fieri: Sunt quædam facta media quæ ignoramus quo animo fiãt, quia in malo & bono fieri possunt, de quibus temerarium iudicare, ut condemnemus cauere debemus.

In lib. de pastoribus.

Temerarijs iudicijs plena sunt omnia

Temerarijs iudicijs plena sunt omnia, de quo desperamus subitò conuertitur & fit optimus. De quo multum præsumpseramus, deficit & fit peßimus. Nec timor nostr

certus est, nec amor. Quid sit hodie quisquam homo uix nouit. Ipse homo tamen unum nouit quid hodie, quid autem cras nec ipse.

DE LIBERALITATE & hospitalitate.

Contra V. Hæreses.

Sine differentia exhibenda hospitalitas.

Disce Christiane sine discretione exhibere hospitalitatem, ne forte cui domum clauseris, cui humanitatē negaueris, ipsi sit Christus.

Eodem libro.

Gen, 18. Loth hospitalitatis & consuetudine liberalitatis liberatus à periculo ciuitatis, & temporale euasit incendium, & æternū consecutus est præmiū.

Obsequutus Loth Angelis tanquā peregrinis consuetudine liberalitatis liberatus à periculo ciuitatis, & temporale euasit incendium, & æternū consecutus est præmiū.

De uerbis Apostoli.

Quis homo recte humanus dicatur.

Ille homo dicitur esse humanus, qui se exhibet esse hominem, & maxime hospitio suscipit hominem.

In Euangelium Ioannis.

Histriones dotare uitium est immane.

Donare res suas histrionibus uitium est immane, non uirtus, & scitis de talibus quàm sit frequens fama cum laude, quia laudatur peccator in desiderijs animæ suæ, & q̄ iniqua gerit benedicitur.

De sermone Domini in monte.

Melior elee mosyna datur cum iniuste petens corrigitur.

Dandum est quod nec tibi nec alteri noceat, & quum negaueris quod petit, iudicanda est iustitia, & non eum inanem dimittas, & aliquando melius aliquid dabis, etiam cum iniuste petentem correxeris.

DE TENTATIONE.

Ad Consentium. CXLVI.

1. Thess. 3

Scriptum est: Ne forte tentauerit uos qui tentat, & inanis sit labor uester, atque hic intelligitur Diabolus, tanquam Deus omnino non tentet, de quo alio loco scriptura dicit: ipse autem neminem tentat. Nec contraria & ista sententia ei qua dicitur: Tentat uos dominus Deus uester. Sed soluitur quæstio, cum uocabulum tentationis diuersas intelligentias habet, eo quod alia sit tentatio deceptionis, alia tentatio probationis, secundum illam non intelligitur qui tentat nisi Diabolus, secundū hanc uero tentat Deus.

Iacob, 1 Deut, 13 Deus quod non tentare hominē dicatur.

In Psalmum V.

Deut. 13 Locus ille quomodo intelligi debeat

Tentat uos dominus Deus uester, ut sciat si diligitis eum, hoc est, nisi ut uos per illum sciatis, & uobismetipsis manifestetur, quantum in eis amore profeceritis.

In Psalmum XXXVI. Contione I.

Genes, 22.

Dictum est Abrahæ, nunc cognoui quod timeas Deū, hoc Deus nouerat, & ante illam probationem. Nam illa probatio ideo facta est, ut nos nossemus quod Deus iam nouerat, & propter nos docendos conscriberetur, quod ante documentum ille nouerat, & fortasse & ipse Abraham nondum nouerat, quas uires haberet fides eius. Vnusquisq; enim se tentatione tanquam interrogatus agnoscit, sicut Petrus quas uires haberet, fides eius utiq; nesciebat, quando dixit Domino: Tecum paratus sum usq; ad mortem. Dominus autem qui nouerat eum, prædixit ubi deficeret, renuncians illi infirmitatem eius, tanquam tacta uena cordis eius. Proinde Petrus qui ante tentationem præsumpsit de se, in tentatione didicit se. Sic ergo non absurde sentimus, & patrem nostrum Abraham cognouisse uires fidei suæ, ubi iussus immolare unicum filium suum, non dubitauit nec trepidauit ei offerre qui dederat, quia quemadmodum nesciuit unde daturus erat, nondum natū, sic credidit posse reparare immolatum. Dixit ergo Deus: Nunc cognoui quod intelligimus. nunc cognoscere te feci.

Tentatione unusquisq; se tanq; interrogat⁹ agnoscit. Luc. 22

In Psalmum XLII.

Quis enim pertinens ad Christum, non uarijs tentationibus agitatur, & quotidie agit cum illo diabolus & angeli eius, ut peruertatur qualibet cupiditate, qualibet suggestione, aut promißione lucri, uel terrore damni uel promissione uitæ, uel terrore mortis, aut alicuius potentis inimicitijs, aut alicuius potentis amicitijs? Omnibus modis instat Diabolus quemadmodum deijciat. Et in persecutionibus uiuimus & habemus perpetuos inimicos, diabolum & angelos eius, Sed non timeamus, sic sunt Diabolus & Angeli eius, quasi mului, sub illius gallinæ alis sumus, & non nos potest contingere. Gallina enim quæ nos protegit fortis est.

Diabolus omnibus modis instat ut nos deijciat.

In Psalmum CXLIIII.

Melius est tentari & probari, q̄m non tentatū reprobari.

Si enim nunquam tentaris, nunquam probaris. Nonne melius est tentari & probari, quam non tentatum reprobari? &c.

In Psalmum XLI.

Quantum diabolus permittatur ut homines tentet.

Tantum admittitur diabolus tentare, quantū tibi prodest ut exercearis, ut proberis, ut quod te nesciebas, à tipso inueniaris.

In Psalmum XL.

Vita humana sine tentatione nō est.

Vita nostra in hac uita peregrinatione non potest esse sine peccato, sine tentatione, quia profectus noster per tentationem nostram fit, nec sibi quisquam innotescit nisi tentatus, nec potest coronari nisi uicerit, nec potest uincere nisi certauerit, nec potest certare, nisi inimicum & tentationes habuerit.

De uerbis Domini sermo VI.

Tentationibus approbandi sumus.

Bonus si fuerit qui tibi præest, nutritor tuus est, malus si fuerit, tentator tuus est. Et nutrimenta libenter accipe, & in tentatione approbate.

DE IGNORANTIA.

In libro de natura & gratia.

Peccatum non esse q̄d quispiā inuitus ignorat.

Non tibi reputabitur ad culpam, quod inuitus ignoras.

Item alio loco.

Nō omnis ignorantia immunis est a pœna.

Non omnis ignorans immunis est à pœna. Ille enim ignorās potest excusari à pœna, q̄ q̄d' disceret nō inuenit. Illis

Illis ignoſci non poterit, qui à quo diſcerent habentes operam non dederunt.

Libro de adulterinis coniugijs.

Peccata ignorantiæ minora ſcientium.

Non rectè dici poteſt, ſi neſcit homo non peccat, ſunt enim peccata ignorantium quàmuis minora quàm ſcientium.

Ad Sixtum Romanum præſbyterum, Epiſtola CV.

Humana ſuperbia tanquàm præſumens de uiribus liberi arbitrij, excuſatam ſe putat, quando ignorantiæ non uoluntatis uidetur eſſe qui peccat. Secundum hanc excuſationem inexcuſabiles dicit ſcriptura diuina, quoſcunq; ſcientes peccare conuincit, dei tamen iuſtum iuditium nec illis parcit qui non audierunt. Quicunq; enim ſine lege peccauêre, ſine lege peribunt. Et quàmuis ſeipſos excuſare uideantur, non admittit hanc excuſationem, qui ſcit ſe fœciſſe hominem rectum, eiq; dediſſe obedientiæ præceptum, nec niſi eius, quo malè uſus eſt libero uoluntatis arbitrio, etiam quòd tranſiret in poſteros manaſſe peccatum. Neq; enim damnantur qui non peccauerunt, quandoquidem illud ex uno in omnes pertranſijt, in quo ante propria in ſingulis quibuſq; peccata, omnes communiter peccauerunt. Ac per hoc inexcuſabilis eſt omnis peccator, uel reatu originis, uel additamento etiam propriæ uoluntatis, ſiue qui nouit, ſiue qui ignorat: ſiue qui iudicat, ſiue qui non iudicat: quia & ipſa ignorantia in eis, qui intelligere noluerunt, ſine dubitatione peccatum eſt: In eis autem qui non potuerunt, pœna peccati. Ergo in utriſq; non eſt iuſta excuſatio, ſed iuſta damnatio.

Roman. 2.

Ignorantia pœna peccati eſt.

DE VARIIS SVPERſtitioſorum nominibus.

Libro de natura dæmonum.

Incãtatores

Incantatores dicuntur, qui artem uerbis peragunt.

Arioli.

Arioli, qui circa aras idolorum preces nepharias emittunt, & funeſta ſacrificia offerunt.

Haruſpices

Haruſpices dicuntur horarum inſpectores, dies enim & horas in agendis negotijs & operibus cuſtodiunt, extáq; pecudum inſpiciunt.

Augures.

Augures uero ſunt, qui uolatus auium & uoces intendunt: dicitur enim augurium, quaſi auigerium, quòd aues gerunt.

Phytoniſſæ

Phytoniſſæ à phytonio, id eſt, Apolline dictæ, quæ dicunt ſe habere ſpiritum, per quem poſſunt futura prædicere.

Geneſiani.

Geneſiani, qui geneſes, id eſt, natiuitates hominum per duodecim ſigna cœli deſcribunt, ac per hoc mortes, actus, euentus prædicere conantur.

Salitores.

Salitores, qui dum eis membrorum quæcunq; partes offenderint, aliquid malè proſperum ſibi ſiue triſte ſignificari præſumunt:

Sortilegi.

Sortilegi uero communi nomine à ſorte dicuntur.

DE MIRACVLIS.

Lib. XXII. de ciuitate Dei.

Miracula leguntur in populis ut credantur, nec in populis tamen niſi credita legerentur. Hæc autem ubicunque fiunt, uix à tota ciuitate ipſa ſciuntur, uel à quocunq; commanentium in loco, Nam plerunq; fiunt ignorantibus cæteris, maximè ſi magna ſit ciuitas: Et quando alibi alijſq; uariantur, tanta ea commendat authoritas, ut ſine difficultate uel dubitatione credantur, quàmuis Chriſtianis fidelibus indicentur.

Miracula etiã ubi nũt non abominibus ſciri.

Libro LXXXIII. quæſtionum,

Aliter Magi faciunt miracula, aliter boni Chriſtiani, aliter mali. Magi per priuatos contractus cum dæmonibus: Boni Chriſtiani per publicam uſtitiam, mali Chriſtianu per ſigna publicæ iuſtitiæ.

Differentia eorũ qui miracula facere dicuntur.

Eodem libro.

Ideo non omnibus ſanctis iſta miracula attribuuntur, ne pernitioſiſſimo errore decipiantur infirmi, æſtimantes in talibus factis eſſe maiora bona, quàm in operibus iuſtitiæ, quibus uita æterna comparatur.

In miraculis nõ maiora bona eſſe ꝙm in operibus iuſtitię.

DE EXTASI.

In Pſalmum XXX.

Contione prima.

Verbum extaſis græcum, latinè quantum datur intelligi uerbo uno exponi poteſt, ſi dicatur exceſſus. Exceſſus autem mentis propriè ſolet extaſis dici: In exceſſu uero mentis duo intelliguntur, aut pauor, aut intentio ad ſuperna, ita ut quodammodo de memoria labantur interna. In hac extaſi fuerunt omnes ſancti, quibus archana dei mundum iſtum excedentia reuelata ſunt. De hoc mentis exceſſu, id eſt extaſi, Paulus cum loqueretur, ſeipſum inſinuans cit: Siue enim mente exceſimus deo, ſiue temperantes ſumus uobis, charitas enim Chriſti compellit nos, hoc eſt, ſi ea tantum agere uellemus, & ea tantum contemplari, quæ mentis exceſſu intuemur, uobiſcum non eſſemus, ſed eſſemus in ſupernis tanquàm cõemptis uobis. Et quando nos ad illa ſuperiora & interiora infirmo paſſu ſequeremini, niſi rurſus compellente nos charitate Chriſti, qui cum in forma dei eſſet, non rapinam arbitratus eſt, eſſe ſe æqualem deo, ſed ſemetipſum exinaniuit, formam ſerui accipiens, ut conſideremus nos eſſe ſeruos, & non ingrati ei, à quo accepimus altiora, propter eos qui infirmi ſunt non contemnamus inferiora, et temperemur, neſcitis quia non poſſunt nobiſcum uidere ſublimia? Hoc ergo ait: Siue mente exceſimus deo. Ille enim uidet quod nos uidemus in mentis exceſſu, ille ſolus reuelat ſecreta ſua. Quippe ille hoc loquitur, qui ſe dicit raptum eſſe, et allatum in tertium cœlum, & audiuiſſe ineffabilia uerba, quæ non licet homini loqui. Tantus autem fuit ille mentis exceſſus, ut diceret: Siue in corpore, ſiue extra corpus neſcio, deus ſcit. Ergo ſi hunc exceſſum mentis, id eſt, hanc extaſim, ſignificat titulus Pſalmi huius, magna profectò & alta quædam ſperare debemus dicturum eum, qui condidit pſalmum, id eſt prophetam, imò uero per prophetam ſpiri-

Omnes ſanctos in extaſi fuiſſe, quib⁹ archana dei mundum excedentia reuelata ſunt. 2. Corin. 5.

Philip. 2.

2. Corin. 12.

tumsanctum. Si uero hac extasi pauor intelligendus est, neq; huic significationi uerbi deerit huius psalmi contexus.

DE ADVERSITATIbus & tribulationibus.

Libro II. de uerbis Domini.

Nemo frangitur aduersorũ molestia, qui prosperorum delectatione non capitur.

De uerbis Domini, Serm. XXVIII.

Quare fœlicitatib⁹ terrenis de⁹ amaritudines misceat.

Ideo deus fœlicitatibus terrenis, amaritudines miscet, alia ut quæratur fœlicitas, cuius dulcedo non est fallax.

In sermone ad Lippium.

Noli admirari frater, si postquam Christianus effectus es, mille te undiq; tribulationes uexant. Quoniam Christus nostræ religionis caput est, nosq; eius membra sumus. Debemus ergo non solum cum, sed eius uitam cumulatissimè sequi. Vita enim Christi respersa est angustijs pluribus, summa paupertate circundata, á scribis & phariſæis derisus. Tandem propter nos peccatores morti turpissimæ traditus est. Vnde coniectura est: Cum te deus immensis persecutionibus corripit, te in electorum suorum numero ordinasse. Nã sine huiusmodi tribulationibus nequaquam ad deum peruenire possumus. Omnes enim qui ad paradisum redire desiderant, oportet transire per ignem et aquam, siue fuerit Petrus apostolus, cui datæ sunt claues regni cœlorum, siue Paulus uas electionis, siue Ioannes, cui reuelata sunt secreta cœlestia. Necesse est ut omnes dicant: Per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.

Vitã Christi plurimis respertam angustijs cumulatissimis sequi debemus.

Matth. 19. Actor. 9. Ioan. 13.

Actor. 14.

Ad Fœlicitatem & Rusticum, Epistola LXXXVII.

Tribulatio dei est beneficium.

Quid ergo non misericorditer præstatur hominibus á domino deo, á quo etiam tribulatio beneficium est? Nam res prospera donum est consolantis. Res autem aduersa donum est admonentis dei. Et si hæc præstat ut dixi etiam malis, quid præparat sustinentibus se? quorum in numero uos per illius gratiam congregatos gaudete, sustinentes inuicem in dilectione, studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Non enim deerit quod in uobis inuicem sufferatis: Nisi cũ uos ita portauerit dominus absorpta morte in uictoriam, ut sit deus omnia in omnibus.

Ephes. 4.

1. Corin. 15.

Ad Victorinum, Epistola CXXII.

Pro peccatis nostris a domio nos flagellari. Prouerb. 3.

Vides etiam isti quàm humiliter & ueraciter sapiant, qui pro peccatis suis se flagellari à domino confitentur. De quo scriptum est: Quem enim diligit dominus, corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Vnde & Apostolus: Si enim nosmetipsos, inquit, iudicaremus, á domino utiq; non iudicaremur. Cum iudicamur, á domino corrigimur, ne cum hoc mundo damnemur.

1. Corin. 11.

In Psalm. XXXIII. Serm II.

Iusti multas habẽt in hoc sæculo tribulationes.

Multæ tribulationes iustorum: Nunquid dicit, Ideo sine Christiani iusti: ideo audiant uerbum meum, ut nihil tribulationis patiantur? Non hoc promittit, sed dicit multæ tribulationes iustorum. Magis si iniusti sunt, pauciores habent tribulationes: Si iusti, multas habent. Sed post paucas tribulationes aut nullas, illi uenient ad tribulationem sempiternam, unde nunquám eruentur. Iusti autem post multas tribulationes uenient ad pacem sempiternam, ubi nunquàm aliquid mali patientur.

In Psalmum XLIX.

Tribulationes ad quid deus fieri permittat.

Non enim præsumere debes de uiribus tuis, omnia auxilia tua mendacia sunt. Me inuoca in die tribulationis, eruam te, & glorificabis me. Ad hoc enim permisi diem tribulationis tibi fieri, quia fortè si non tribulareris, non inuocares me. Cum tribularis autem inuocas me, cum inuocas me, eximam te: cum eximam te, glorificabis me, ut iam non discedas á me.

In Psalmum LVII.

Qui se nondũ dicit habere tribulationes, nõdum incepit esse Chriſianus. 2. Timot. 3

Nemo sibi dicat, fuerunt tribulationes apud patres nostros, apud nos non sunt. Si putas te non habere tribulationes, nondum cœpisti esse Christianus. Et ubi est uox Apostoli: Omnes qui uolunt in Christo piè uiuere, persecutiones patiuntur. Si ergo non pateris pro Christo ullam tribulationem, uide ne nondum cœperis in Christo piè uiuere. Cum autem cœperis in Christo piè uiuere, ingressus es torcular, præpara te ad pressuras, sed noli esse aridus, ne de pressura nihil exeat.

In præfatione Psalmi LXXIIII.

Iob 7.

Tota enim uita humana super terram, sicut scriptum est, tentatio est. Nec quasi prospera eligenda est, & sola aduersa deuitanda, sed utraq; cauenda est: illa ne corrumpat, ista ne frangat, ut unicuiq; hominum, in quocunque statu rerum in uita egerit, non sit refugium nisi deus, nec ullum gaudium nisi in promissis eius. Vita enim hæc qualibet redundans fœlicitate multos fallit, Deus autem neminem.

In hac uita & prospera deuitãda & aduersa.

DE CATHECIZANdis rudibus.

Libro de cathecizandis rudibus, Cap. III.

Genes. 1.

Cum quisq; primo catheciz atur ab eo quod scriptum est: In principio fecit deus cœlũ & terram, usq; ad præsentia tempora ecclesiæ: Narratio plena est, non tamen propterea debemus totũ Pentateuchum, totosq; Iudicum & Regnorum, & Esdræ libros, totumq; Euangelium & actus Apostolorum, uel si ad uerbum edidicimus memoriter reddere, uel nostris uerbis omnia, quæ his continentur uoluminibus, narrando euoluere & explicare, quod nec tempus capit, nec ulla necessitas postulat, sed correcta summatim

Rudis quomodo ex ueteri testamẽto imbuendus.

summatim generatimq; complecti, ita ut eligantur quædam mirabiliora, quæ suauius audiuntur, atq; in ipsis articulis constituta sunt, ut ea tanquàm inuolucris ostendere, statimq; à conspectu abripere non oportet, sed aliquantũ immorando, quasi resoluere atq; expandere, & inspicienda atq; miranda offerre animis auditorum. Cætera uero celeri percursione inserendo contexere, ita & illa quæ maximè commendari uolumus, aliorum submissione magis eminent. Nec ad ea fatigatus peruenit, quem narrando uolumus excitare, nec illius memoria confunditur, quem docendo debemus instruere. Quapropter omnia quæ scripta sunt, ut nos doceremur scripta sunt, & figuræ nostræ fuerunt, & in figura contingebant illis: Scripta sunt aũt propter nos, in quos finis sæculorum obuenit.

Roman. 15.

1. Corin. 10

Eodem libro, Cap. IIII.

Charitas Christi q fuerit causa aduentꝰ sui in carnem deinde imbuendi.

Quæ autem maior causſa est aduentus domini, nisi ut ostenderet deus dilectionem suam in nobis, commendans eam uehementer, quia cum adhuc inimici essemus, Christus pro nobis mortuus est. Hoc autem ideo, quia finis præcepti & plenitudo legis charitas est, ut & nos inuicem diligamus: & quemadmodum ille pro nobis animam suam posuit, sic & nos pro fratribus animas ponamus: Et ipsum deum quoniam prior dilexit nos, & filio suo unico nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eũ: Si amare pigebat, saltem redamare nõ pigeat. Nulla est enim maior ad amorem inuitatio, quàm præuenire amando. Et nimis durus est animus, qui dilectionem, & si nolebat impendere, nolit & rependere. Hac ergo dilectione tibi tanquàm fine proposito, quo referas omnia quæ dicis, quicquid narras ita narra, ut ille cui loqueris audiendo credat, credendo speret, sperando amet.

3. Timot. 1.
1. Ioan. 3.
1. Ioan. 4.
Roman. 8.

Cap. VII.

Rudibus spes resurrectionis intimanda est.

Narratione finita, spes resurrectionis intimanda est, & pro capacitate & uiribus audientis, proq; ipsius temporis modulo aduersus uanas irrisiones infidelium de corporis resurrectione tractandum, & futuri ultimi iuditij bonitate in bonos, sæueritate in malos, ueritate in omnes: commemoratisq; cum detestatione & horrore pœnis impiorum, regnum iustorum atq; fidelium, & superna illa ciuitas, eiusq; gaudium cum desiderio prædicandum est. Tum uero instruenda & animanda est infirmitas hominis aduersus tentationes & scandala, siue foris siue intus in ipsa ecclesia Foris aduersus gentiles & Iudæos, uel hæreticos, intus autem aduersus areæ dominicæ paleas: Non ut contra singula peruersorum genera disputetur, omnesq; illorum prauæ opiniones propositis quæstionibus refellantur: Sed pro tempore breui demonstrandum est ita esse prædictum, & quæ sit utilitas tentationum erudiendis fidelibus, & quæ medicina in exemplo patientiæ dei, qui statuit usq; in finem ista permittere.

Post pauca ibidem.

Catheciz. Eius sedulo admonẽdus

Ad extremum etiam instruendus, ne spes eius in homine ponatur, & de hoc sedulo monendus est, quia neq; facile ab homine iudicari potest, quis homo sit iustus. Et si facile posset, non ideo nobis proponi exempla iustorum, ut ab eis iustificemur, sed ut eos imitantes, ab eorum iustificatore nos quoq; iustificari sciamus.

ne spem in homine ponat.

Cap. VIII.

Docti ad fidem uenientes quomõ instruendi.

Sed illud planè non prætereundum est, ut si ad te quisquam cathecizandus uenerit liberalibus doctrinis excultus, qui iam decreuerit esse Christianus, & ideo uenerit ut fiat, difficillimum omnino est, ut non multa nostrarũ scripturarum literarumq; cognouerit, quibus iam instructus ad sacramentorum participationem tantummodo uenerit. Tales enim non eadem hora qua Christiani fiunt, sed ante solent omnia diligenter inquirere, & motus animi sui cum quibus possunt cõmunicare atq; discutere. Cum his itaq; breuiter agendum est, & non odiose inculcando quæ norunt: sed modestè perstringenda, ita ut dicamus nos credere, qui iam nouerint illud atq; illud, atq; hoc modo cursim enumerare omnia, quæ rudibus indoctisq; inculcanda sunt, ut & si quid nouit eruditus iste, non tanquàm à doctore audiat, & si quid fortè adhuc ignorat, dum ea commemoramus, quæ illum nosse iam credimus, discat. Cætera uero secundum regulas doctrinæ salutaris, siue de fide quæcunq; narranda uel differenda sunt, siue de moribus, siue de tentationibus, eo modo præcurrendo quo dixi, ad illam supereminentiorem uiam omnia referenda sunt.

Cap. IX.

Rhetores & oratores admonendi ne simplicitatem irrideant ecclesiasticam.

Sunt item quidam de scholis usitatissimis Grammaticorum Oratorumq; uenientes, quos neq; inter idiotas numerare audeas, neque inter illos doctissimos, quorum mens magnarum rerum est exercitata quæstionibus. Is ergo qui loquendi arte cæteris hominibus excellere uidetur, cum ueniunt ut Christiani fiant, hoc amplius quàm illis illiteratis impartire debemus, quòd sedulo monendi sunt, ut humilitate induti Christiana discant non contemnere quos cognouerint morum uitia quàm uerborum amplius deuitare, & corde casto linguam exercitatam nec conferre audeant, quam etiam præferre consueuerant. Maximè autem isti docendi sunt scripturas audire diuinas, ne sordeat eis solidum eloquium, quia non est inflatum, neq; arbitrentur carnalibus integumentis inuoluta atq; operta dicta uel facta hominum, quæ in illis libris leguntur, non euoluenda atq; aperienda ut intelligantur, sed sic accipienda ut literæ sonant, deq; ipsa utilitate secreti, unde etiam mysteria uocantur, quid ualeant ænigmatum latebræ, ad amorem ueritatis acuendum discutiendumq; fastidij torporem, ipsa experientia probandum est talibus, cum aliquid eis quod in promptu positum non ita mouebat enodatione allegoriæ alicuius eruitur. His enim maximè utile est nosse, ita esse præponendas uerbis sententias, ut præponitur animus corpori. Ex quo fit ut ita malle debeant ueriores quàm disertiores audire sermones, sicut malle debent prudentiores quàm formosiores habere amicos. Nouerint etiam non esse uocem ad aures dei, nisi animi affectum. Ita enim non irridebunt, si aliquos antistites & ministros

ministros ecclesiæ fortè animaduerterit, uel cum barbarismis & solœcismis deum inuocare, uel eadem uerba quæ pronunciantur non intelligere, perturbatéq; distinguere. Non quia ista minimè corrigenda sunt, ut populus ad id quod planè intelligit, dicat Amen: Sed tamen piè toleranda sunt ab eis quæ didicerint, ut sono in foro, sic uoto in ecclesia benedici. Itaq; forensis illa nonnunquàm fortè bona dictio, nunquàm tamen benedictio dici potest. De sacramento autem quod accepturi sunt, sufficit prudentioribus audire quid res illa significet, cum tardioribus autem aliquanto pluribus uerbis & similitudinibus agendum est, ne contemnant quod uident.

Eodem libro, Cap. XII.

Quomodo paruulis inusitatis, sed ipsis congruentibus condescendendum.

Iam uero si usitata, & paruulis congruentia sæpe repetere fastidimus, congruamus eis per fraternum, paternum, maternumq; amorem, & copulatis cordi eorũ etiam nobis noua uidebuntur. Tantum enim ualet animi compatientis adfectus, ut illi adficiuntur nobis loquentibus, et nos illis discentibus habitemus inuicem, atq; ita & illi quæ audiunt, quasi loquantur in nobis, & nos in illis discamus quodammodo quæ docemus.

Cap. XIII.

Cum tardo quid agendum.

Quòd si cathecizandus nimis tardus est, & ab omni suauitate absurdus & auersus, misericorditer sufferendus est, breuiterq; decursis cæteris ea quæ maximè necessaria sunt, de unitate Ecclesiæ, de tentationibus, de Christiana conuersatione, propter futurum iuditum terribiliter inculcanda sunt, magisq; pro illo ad deũ, quàm de deo illi multa dicenda.

Cap. XV.

Quod modus non idẽ sit instruendis in omnibus.

Sed quia de rudibus imbuendis nunc agimus, de meipso ubi testis sum, aliter atq; aliter me moueri, cum ante me cathecizandum uideo eruditum, inertem, ciuem, peregrinum, diuitem, pauperem, priuatum, illius aut illius gentis hominem, illius aut illius ætatis aut sexus, ex illa aut illa secta, ex illo aut illo uulgari errore uenientem, ac pro diuersitate motus mei, sermo ipse & procedit, & progreditur, & finitur. Et quia cum eadem omnibus debeatur charitas, non eadem est omnibus adhibenda medicina. Ipsa item charitas alios parturit, cum alijs infirmatur, alios curat ædificare, alios contremiscit offendere, ad alios se inclinat, ad alios se erigit, alijs blanda, alijs seuera, nulli inimica, omnibus mater.

Cap. XIX.

Patrum nõ solũ sermo, uerũctiam uita, coniugia, filij, & facta, & prophetiam huius temporis fuisse.

Item docendus ad fidem ueniens sanctorum, quòd præcesserunt tempore natiuitatem domini non solum sermo, sed etiam uita, coniugia & filij, & facta prophetia fuerit huius temporis, quo per fidem passionis Christi ex gentibus congregatur ecclesia, per illos sanctos patriarchas & prophetas carnali populo Israël, quòd postea etiam Iudæi appellati sunt, & uisibiliter beneficia ministrabantur, quæ carnaliter à domino desiderabant, & coërcitiores pœnarum corporalium, quibus pro tempore terrerentur, sicut eorum duritiæ congruebat. Et in his tamen omnibus mysteria spiritalia significabantur, quæ ad Christum & Ecclesiam pertinerent, cuius ecclesiæ membra erant etiam illi sancti, quàmuis in hac uita fuerint antequàm secundũ carnem Christus dominus nasceretur.

Cap. XXVI.

Deinde monendus est, ut si quid etiam in scripturis audiat, quod carnaliter sonet, etiam si non intelligit, credat tamen spiritale aliquid significari, quod ad sanctos mores futuramq; uitam pertineat. Hoc autem ita breuiter discet, quicquid audierit ex libris canonicis, quod ad dilectionem æternitatis, & ueritatis, & sanctitatis, & ad dilectionem proximi referre nõ possit, figuratè dictum uel gestum esse credat, atq; ita conetur intelligere, ut ad illam geminam referat dilectionem. Ita sanè ut proximum non carnaliter intelligat, sed omnem qui cum eo in illa sancta ciuitate potest esse, siue iam, siue nondum adpareat. Et ut de nullius hominis correctione desperet, quem patientia dei uidet uiuere, non ob aliud, sicut Apostolus ait, nisi ut adducatur ad pœnitentiam.

De nullius hominis correctione desperandum. Roman. 2.

DE VIRTVTIBVS in genere.

Libro LXXXIII. quæstionum, Quæstion. XXXI.

Verba Ciceronis lib. 3. officior.

Virtus est animi habitus, naturæ modo atq; ratione consentaneus. Quare omnibus partibus eius cognitis tota uis erit simplicis honestatis cõsideranda. Habes igitur partes quatuor, prudentiã, iustitiam, fortitudinẽ, temperantiã.

Libro XXI. uarius sententiarum, Sentent. XIX.

Tria genera uirtutũ.

Tria sunt genera uirtutum. Primæ ciuiles polyticorũ. Secundæ purgatoriæ, quibus exuitur anima uitijs. Tertiæ exemplares, quæ iam contemplanti menti imprimuntur à deo, ubi totum uiuit, ubi totum semper beatè uiuit.

Lib. V. de ciuitate Dei, Cap. XII.

Virtus uita est, qua nititur tanquam ad possessionis finem.

Via uirtus est, qua nititur tanquàm ad possessionis finem, id est, ad gloriam, honorem, imperium. Hoc institum habuisse Romanos etiam deorum apud illos ædes indicat, quas cõiunctissimas constituerunt uirtutis & honoris pro dijs habentes, quæ dantur à deo. Gloriam ergo, & honorem, & imperium, quæ sibi exoptabant, & quo bonis artibus peruenire nitebantur boni, non debet sequi uirtus, sed ipsa uirtutem. Neq; enim est uera uirtus, nisi quæ ad cum finem tendit, ubi est bonum hominis quo melius non est. Vnde & honores quos expetiuit Cato, petere non debuit, sed eos ciuitas ob eius uirtutem non petenti dare. Sed cum illa memoria duo Romani essent uirtute magni Cæsar & Cato, longè uirtus Catonis uirtuti uidetur propinquior fuisse quàm Cæsaris.

Lib. XIX. Cap. XXV.

Virtutes nisi ad deum referantur, uitia sunt.

Proinde uirtutes, quas sibi habere uidetur quis, per quas imperat corpori & uitijs ad quodlibet adipiscendum uel tenendum, nisi ad deum retulerit, etiam ipsa uitia sunt potius quàm uirtutes. Nam licet à quibusdam tunc uerè & honestæ pu-

neſtæ putentur eſſe uirtutes, cũ ad ſe ipſas referuntur, nec propter aliud expetuntur, etiam tunc inflatæ ac ſuperbæ ſunt, & ideo non uirtutes, ſed uitia iudicanda ſunt.

Lib. IIII. contra Iulianum Pelagianum, Cap. III.

Quæ ſint uerę uirtutes, & quæ non.

Abſit autem ut uirtutes uerè cuiquam ſeruiant, niſi illi uel propter illum cui dicimus: Deus uirtutũ conuerte nos. Proinde uirtutes quæ carnalibus delectationibus, uel quibuſq; commodis & emolumentis temporalibus ſeruiunt, ueræ prorſus eſſe non poſſunt: Quæ autem nulli rei ſeruire uolunt, nec ipſæ uerè ſunt: Veræ quippe uirtutes deo ſeruiunt in hominibus. Deo ſeruiunt in angelis, à quo donantur & angelis. Quicquid autem boni fit ab homine, & propter hoc fit propter quod fieri debere uera ſapientia præcipit, & ſi officio uideatur bonum, ipſo non recto fine peccatum eſt.

Pſalm. 79.

DE FIDE.

In Enchiridio ad Laurentium, Cap. V.

Fidei fundamentũ Chriſtus eſt.

Certum propriumq; fidei catholicæ fundamentum, Chriſtus eſt. Fundamentum enim aliud nemo poteſt ponere præter id quod poſitum eſt, quod eſt Chriſtus Iẽſus.

1. Corin. 3.

In Euangelium Ioannis, Tract. XXVI.

Credere nemo poteſt, niſi uolens.

Intrare quiſquam eccleſiam poteſt nolens, accipere poteſt ſacramentum nolens, credere non poteſt niſi uolens. Si corpore crederetur, fieret in nolentibus, ſed non corpore creditur ad iuſtitiam. Apoſtolum audi dicentem. Corde creditur ad iuſtitiam. Et quid ſequitur: Ore autem fit confeſſio ad ſalutem. De radice cordis ſurgit iſta confeſſio.

Roman. 10.

Libro XIII. de Trinitate, Cap. II.

Fides in animo credẽtis eſt.

Aliud ſunt ea quæ creduntur, aliud fides qua creduntur. Illa quippe in rebus ſunt, quæ uel eſſe, uel fuiſſe, uel futura eſſe dicuntur: Hæc autem in animo credentis eſt, et tantum conſpicua cuius eſt, quàmuis ſit & in alijs, non ipſa, ſed ſimilis. Non enim numero eſt una, ſed genere, propter ſimilitudinem tamen & nullam diuerſitatem magis unam dicimus eſſe quàm multas.

Libro XIIII. Cap. XX.

Fides ad beatitudinẽ neceſſaria.

Neceſſaria eſt ergo fides, ut beatitudinem conſequantur omnibus humanæ naturæ bonis, id eſt, & animi & corporis. Hanc autem fidem in Chriſto eſſe definitam, qui in carne reſurrexit à mortuis, non moriturus ulterius, nec niſi per illum quenquam liberari à diaboli dominatu per remiſſionem peccatorum.

Roman. 6.

Sub fine eiuſdem capitis.

Iuſtus uiuit ex fide, quæ per dilectionem operatur.

Habacuc 2. Galat. 5.

Iuſtus ex fide uiuit, quæ fides per dilectionem operatur, ita ut uirtutes quoq; ipſæ, quibus prudenter, fortiter, temperanter, iuſteq; uiuitur, omnes ad eandem referantur fidem. Non enim aliter poterunt uerè eſſe uirtutes, quæ tamen in hac uita non ualent tantum, ut aliquando non ſit hic neceſſaria qualiumcunq; remiſſio peccatorum, quæ non ſit niſi per eum, qui ſanguine ſuo uicit principem peccatorum &c.

Vide ſupra de fide & operibus.

DE SPE.

Libro XV. de ciuitate Dei, Cap. XVIII.

Spe uiuit homo.

In ſpe igitur uiuit homo filius reſurrectionis: In ſpe uiuit quàmdiu peregrinatur hic ciuitas dei, quæ gignitur ex fide reſurrectionis Chriſti.

Iu euang. Ioan. Tract. XXXIII.

Spe aliqui periclitant.

Ex utroq; igitur homines periclitantur, & ſperando, & deſperando, contrarijs rebus, contrarijs adfectionibus. Sperando qui decipitur? Qui dicit. Bonus eſt deus, miſericors eſt deus, faciam quod mihi placet, quod libet, laxem habenas cupiditatibus meis, impleã deſideria animæ meæ. Quare hoc? Quia miſericors eſt deus, bonus eſt deus, manſuetus eſt deus, ſpe iſti periclitantur.

In Enchiridio ad Laurentium, Cap. VIII.

Sperari nõ poteſt, qđ non creditur.

Credi poteſt, qđ non ſperatur.

Quid autem ſperari poteſt quod non creditur? Porrò etiam aliquid quod non ſperatur, credi poteſt. Quis nanq; fidelium pœnas nõ credit impiorum, nec ſperat tamen? Et quiſquis eas imminere ſibi credit, ac fugaci animi ſibi motu exhorret, rectius timere dicitur quàm ſperare.

Lucanus.

Vergilius.

Quæ duo Lucanus diſtinguens, ita complexus ait: Liceat ſperare timenti. Non autem ab alio Poëta, quàmuis meliore, proprie dictum eſt, hunc ego ſi potui tantum ſperare dolorem.

Fides bonarum rerum & malarum eſt.

Eſt itaq; fides & malarum rerum et bonarum, quia & bona creduntur & mala, & hoc fide bona, non mala. Eſt etiam fides præteritarum rerum, præſentium et futurarum.

Spes non niſi bonarũ rerum eſt.

Spes autem non niſi bonarum rerum eſt, nec niſi futurarum, & ad eum pertinentium, qui earum ſpem gerere perhibetur. De illa enim Apoſtolus ait: Spes quæ uidetur, non eſt ſpes. Quod enim uidet quis, quid ſperat? Si autem quod non uidemus ſperamus, per patientiam expectamus. Cum ergo bona bonis futura eſſe creduntur, nihil aliud quàm ſperantur.

De cathecizandis rudibus, Cap. XVI.

In uerbo domini colloçanda ſpes noſtra eſt.

Qui ueram requiem & ueram fœlicitatem deſiderat, debet tollere ſpem ſuam de rebus mortalibus & prætereũtibus, & eam collocare in uerbo domini, ut hærens ei quod manet in æternum, etiam cum illo maneat in æternum.

De orando deo ad Probam, Cap. VIII.

Spes o no comparaſ.

Spes ſignificatur in ouo, quia uita pulli nondum eſt, ſed futura eſt, nec iam uidetur, ſed adhuc ſperatur.

In Pſalmum LXII.

Spes Chriſtianorum quæ ſit.

Audite, & diſcite, & tenete, quæ ſit ſpes Chriſtianorum. Quare ſumus Chriſtiani? Non enim ad hoc ſumus Chriſtiani, ut terrenam nobis fœlicitatem petamus, quam plerunq; habent & latrones & ſceleratı. Ad aliam fœlicitatem

citatem nos sumus Christiani, quam tunc accipiemus, cum uita istius sæculi tota transierit. Ergo promittitur nobis & carnis resurrectio, & talis resurrectio carnis nobis promittitur, ut caro quidem ista, quam modo portamus, resurgat in finem. Nec incredibile uobis uideatur. Si enim deus fœcit nos, qui non eramus, magnum illi est reparare qui eramus.

In præfatione psalmi, CXXIII.

Spes nostra tam certa ẽ quasi iã res perfecta sit.

Tribulatio nostra in præsenti sæculo, spes uero nostra de futuro sæculo: & nisi in tribulatione præsentis sæculi, consoletur nos spes futuri sæculi, perimus. Gaudium ergo nostrum, fratres, nondum est in re, sed iam in spe. Spes autem nostra tam certa est, quasi iam res perfecta sit. Neq; enim timemus promittente ueritate: Veritas enim nec falli potest, nec fallere. Bonum est ut hæreamus illi, illa nos liberat, sed si manserimus in uerbo eius. Modo enim credimus, tunc uidebimus. Cum credimus, spes est in isto sæculo: cum uidebimus, res erit in futuro sæculo. Videbimus autem eum facie ad faciem.

1. Corin. 13

DE CHARITATE.

Lib. X. de ciuitate Dei, Cap. V.

In ministerio templi quæ præcipiuntur, ad dilectionem dei & proximi referenda. Matth. 22.

Quæcunq; in ministerio tabernaculi siue templi, multis modis de sacrifitijs leguntur diuinitus esse præcepta, ad dilectionem dei & proximi significando referuntur. In his enim duobus præceptis, ut scriptum est, tota lex pendet & prophetæ.

Lib. de fide & operibus, Cap. X.

Dilectio dei sine proximi dilectiõe esse non potest.

Nolo pluribus immorari, Nam si diligenter consideratur, ista duo præcepta ita ex alterutro connexa reperiuntur, ut nec dilectio dei possit esse in homine, si non diligit proximum, nec dilectio proximi, si nõ diligit deum.

De uera religione, Cap. XLVI.

Qui charitate pollet, inuictus est

Sed nec ab homine uinci potest, qui uitia sua uicerit. Nõ enim uincitur, nisi cum ei eripitur ab aduersario quod amat. Qui ergo amat id solum, quod amanti eripi non potest, ille indubitanter inuictus est, nec ultra cruciabitur inuidia. Id enim diligit ad quod diligendum & percipiendum quanto plures uenerint, tanto eis uberius gratulatur. Diligit enim deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente, & diligit proximum tanquàm seipsum. Non ergo illi inuidet, ut sit quod ipse est, imò adiuuat etiam quã tum potest. Nec potest amittere proximum quem diligit, tanquàm seipsum, quia neq; in se ipso ea diligit, quæ oculis subiacent, aut ullis alijs sensibus corporeis. Ergo apud semetipsum habet quem diligit, tanquàm seipsum. Ea autem est regula dilectionis, ut quæ sibi uult bona prouenire, & illi uelit: & quæ accidere sibi mala non uult, & illi nolit. Hanc uoluntatem erga omnes homines seruat. Nam erga neminem operandum est malum. Et dilectio proximi malum non operatur. Diligamus ergo ut præceptum est etiam inimicos nostros, si uerè inuicti esse uolumus.

Matth. 22.

Tobiæ 4.

Roman. 13.

Matth. 5.

De uera innocentia. Cap. CLIII.

De uera charitate.

Charitatem habens, quæ ex puro corde, & conscientia bona, & fide non ficta, diligit deum, & proximum sicut seipsum. Amator enim dei, amatur est sui: & qui non diligit deum, non diligit proximum, quia nõ diligit seipsum. Pro hac autem dilectione patienter etiam mundi odia sunt toleranda: necesse est enim ut nos oderit, quos uidet odisse quod diligit.

Lib. XV. de Trinitate, Cap. XVIII.

Deus charitas est.

Dilectio igitur, quæ ex deo est, & deus est, proprie spiritussanctus est, per quem diffunditur in cordibus nostris dei charitas, per quam nos tota inhabitat trinitas. Quocirca rectissimè spiritussanctus, cum sit deus, uocatur etiam donum dei. Quod donum proprie quid nisi charitas intelligenda est, quæ perducit ad deum, & sine qua quodlibet aliud donum dei non perducit ad eum.

Charitas ad deũ perducit.

Lib. I. de baptismo contra Donatistas, Cap. IX.

Videant quàm multa, & quàm magna nihil prosint, si unum quidem defuerit, et uideant quid sit ipsum unum. Nec me in hoc audiant, sed Apostolum: Si linguis hominum, inquit, loquar & angelorum, charitatem autem non habeam factus sum uelut æramentum sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & secreta omnia sciuero, & omnem scientiam. & si habuero omnem fidem, ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Quid ergo eis prodest, si & linguam in sacris mysterijs habeant angelicam, & prophetiam quemadmodum Cayphas & Saul, & aliquando prophetent, quos fuisse damnabiles sancta scriptura testatur? Si sacramenta non tantum sciant, sed & habeant, sicut habuit Simon magus: Si fidem sicut dæmonia confessa sunt Christum: neq; enim non credebant cum dicerent: Quid nobis & tibi fili dei, scimus qui sis: Si dispertiant ipsi etiam substantiam suam pauperibus, sicut multi non solum in catholica, sed in diuersis hæresibus faciunt: Si aliqua ingruente persecutione tradant ad flammas nobiscum corpus suum pro fide quam pariter confitentur, tamen quia separati hæc agunt, non sufferentes inuicem in dilectione, neq; studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, charitatem utiq; non habendo etiam cum illis omnibus, quæ nihil eis prosunt, ad æternam salutem peruenire non possunt.

1. Corin. 13

1. Regũ 18.

Act. 8.

Marci 1.

Ephes. 4.

Sine charitate nullus saluatur.

De sententia beati Iacobi apostoli ad Hieronymum, Cap. VIII. Lib. II.

Charitate colitur deus. 1. Timot. 1.

Quid autem est pietas, nisi dei cultus? Et unde ille colitur, nisi charitate. Charitas igitur de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta, magna & uera uirtus est, quia ipsa est & finis præcepti. Meritò dicta est, fortis sicut mors, siue quia nemo eam uincit sicut mortem, siue quia in hac uita usq; ad mortem est mensura charitatis, sicut dominus ait: Maiorem hac charitatem nemo habet, quàm ut animam ponat pro amicis suis, siue potius quia sicut mors animam auellit à sensibus carnis, sic charitas à concupiscentijs carnalibus. Huic subseruit scientia cum est utilis: nam sine illa non inflat.

Cantic. 8.

Ioan. 15.

1. Corin. 8.

Eodem

Lib.eodem.Cap.X.

Plenissima charitas in nemine hic est quæ non possit augeri.

Et ut generaliter breuiterq; complectar quam de uirtute habeam nationem, quod ad recte uiuendum attinet: Virtus est charitas, qua id quod diligendum est diligitur: Hæc in alijs maior, in alijs minor, in alijs nulla est. Plenissima uero, quæ iam non possit augeri, quamdiu hic homo uiuit, est in nemine, quamdiu autem augeri potest, profecto illud quod minus est quam debet, ex uitio est. Ex quo uitio non est iustus in terra qui faciat bonum & non peccet. Ex quo uitio non iustificabitur in cõspectu dei omnis uiuens &c.

3.Reg.8 Psalm.142.

Cap.XI.

Qui in charitatem offendit fit omniũ reus

Qui totam legem seruauerit, si in uno offenderit fit omnium reus, quia contra charitatem facit unde tota lex pendet. Reus itaq; fit omnium faciendo contra eã in qua penderit omnia &c.

In Euangelium Ioannis.

Tracta.XVII.

Matth.22

Semper omnino cogitate fratres diligendum esse deũ & proximum. Deũ ex toto corde, ex tota anima, ex tota mente, & proximum tanq̃ te ipsum. Hæc semper cogitãda, hæc medicanda hæc retinenda, hæc agenda hæc implẽda sunt. Dei dilectio prior est ordine præcipiendi: Proximi autem dilectio prior est ordine faciendi. Neq; enim q̃ præciperet tibi dilectionẽ istam in duobus præceptis, prius tibi commendaret proximum, & postea deum, sed prius deum & postea proximum. Tu autem quia deum nõdum uides, diligendo proximum promereris quem uideas, diligendo proximum purgas deum ad uidendum oculum, euidenter Ioanne dicente, si fratrem quem uides non diligis, deum quem non uides quomodo diligere potens?

Dilectio dei prior est ordine præcipiendi.

1.Iohan.4

Tracta.LXV.

Iohan.13 Charitas sola filios dei a filijs diaboli discernit.

In hoc cognoscent omnes, quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis adinuicem tanq̃ diceret, alia munera mea habent uobiscum etiam non mei, non solum naturã, uitam, sensus, rationem, & eam salutẽ quæ hominibus pecoribusq; communis est. Verumetiam linguas, sacramenta, prophetiam, scientiam, fidem distributionem rerũ suarum pauperibus, & traditionem corporis ut ardeant sed quoniam charitatem non habent, ut cymbala concrepãt, nihil sunt nihil illis prodest. Non ergo in illis quamuis bonis muneribus meis, quæ habere possunt, etiam non discipuli mei, sed in hoc cognoscent omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem habueritis ad inuicem &c.

1.Corint.13

De laudibus charitatis litera.A.

Charitas mater omnium uirtutũ.

Charitas causa est & mater omnium uirtutum, quæ si desit frustra habentur cætera, si autem aßit habentur oĩa. Omnia fiunt facilia charitate. Mandatum dei non habet graue. Quomodo enim est graue, cum sit dilectionis mãdatum? Aut enim quis non diligit & iam graue ẽ, aut diligit, & graue esse non potest. Totam magnitudinem diuinorum eloquiorum, & latitudinem secura possidet charitas, qua deum proximumq; diligimus. Si ergo nõ uacat omnes paginas sanctas perscrutari, omnia uolumina sermonum euoluere omnia scripturarum secreta pœnetrare, tene charitatem, ibi pendent omnia ita tenebis quod ibi didicisti, tenebis etiam quod nondum didicisti.

Ibidem.

Sicut enim radix omnium malorum est cupiditas, ita & radix omnium bonorum est charitas.

1.Timot.6

Sermo.XXXIX.de tempore.

Vis charitatis.

Qua propter fratres sectamini charitatem dulce ac salubre, uinculum mentium, sine qua diues pauper est, & cum qua pauper diues est. Hæc in aduersitatibus tolerat in prosperitatibus temperat, induris passionibus fortis, in bonis operibus Hilaris, in tentatione tutissima, in hospitalitate latissima, inter ueros fratres lætissima, inter falsos patientissima. In Abel sacrificio grata, in Noë per diluuium secura, in Abrahæ peregrinationibus mansuetissima, in tribus pueris iugulandis ignes innocẽter exspectat, in Machabæis seuos ignes fortiter tollerat. Casta in Susanna erga uirum, in Anna post uirum, in Maria præter uirũ. Libera in Paulo ad arguendum, humilis in Petro ad obediendum, humana in Christianis ad confitendum diuina in Christo ad ignoscendum &c.

Gene.4 Gene.7 Gene.12 Daniel.13 2.Mach.7 Daniel.13 Luce.2

DE PRVDENTIA.

Quæstionum.LXXXIII. Quæsti.XXXI.

Quid sit prudentia.

Prudentia est rerum bonarum & malarum & neutrarum scientia. Partes eius memoria intelligentia prouidentia. Memoria est per quam animus repetit illa quæ fuerunt. Intelligentia, per quam ea perspicit qui sunt. Prouidentia, per quam futurũ aliquid uidetur anteq̃ factum est.

Eodem libro.Quæst.LXVI.

Prudentiã carnis q̃ habere dicat.

Prudentia carnis mors est, prudentia autem spiritus uita & pax, quia prudentia carnis inimica est in deum. Anima namq; cum inferiora appetit, prudentiam carnis habere dicitur, cũ superiora prudentiam spiritus, non q̃ prudentia carnis substantia est qua induitur aĩa uel exuitur, sed ipsius animæ affectio est, quæ omnino esse desinet cum se totam ad superna conuerterit. Qui autem in carne inquit sunt, deo placere non possent, id est qui uoluptatibus carnis acquiescunt.

Lib.XIX. De ciuitate dei. Cap.IIII.

Prudentia discernit bona a malis.

Quid illa uirtus quæ prudentia dicitur nonne tota uigilantia sua bona discernit à malis, ut in illis appetendis, istisq; uitandis nullus error obrepat? Ac per hoc & ipsa nos in malis, uel mala in nobis esse testatur. Ipsa enim docet nos malum esse ad peccandum consentire, bonumq; esse ad peccandum non consentire libidini. Illud tamen malum cui nos non consentire docet prudentia, facit temperantia. Nec prudentia nec temperantia omnino uel imprudentiam uel intemperantiam tollit huic uitæ &c.

Lib.II. Contra Iulianum litera. T.

In causa iudicandi amoto strepitu turbarum, de omni ordine cõuersationis hominum, siue sacerdotum, siue administrantium, siue præuaricatorum, ad discussionem talium rerum non sola nomina, sed eligendam esse prudentiam, & honorandam esse paucitatem, quam ratio, eruditio, libertasq; sublimat &c.

In his reb⁹ prudentiam eligendam esse.

Quæstionum noui & ueteris testamenti. Quæst. C.

Hic enim prudens deo est & salutis suæ memor, qui scientiæ suæ anteponit dei legem quam utiq; uidet nõ uerborum strepitu fulciri, sed rerum uirtutibus. Et sine dubio hic stultus & uanus est qui huic rei se cõmendat quæ nulla munitur prærogatiua signorum &c.

Qui deo prudens sit,

Ad Heremitas in Sermone de prudentia.

Fratres charissimi non solum silentium tenere debetis in hæremo, sed prudentiam rapere festinate. Prudentia enim uobis necessaria est, quia docet quid fugiendum, & quid tenendum sit. Prudentia enim docet te ut non superbias, nec mireris de rebus transitorijs quum sint caducæ, et ea quæ possides tanq̃ aliena possidere aduertas, prudentia docet te, ut quæ non potes perpetuo tenere fructuose permuttas abire. Prudentia docet te, ut in cunctis semper idem sis, tam in prosperis, quam in aduersis, sicut manus quæ eadem est, & quum in palmam extenditur, & in pugnã restringitur. Ipsa te docet quomodo reprehensibilis sit nimia laudatio, & immoderata uituperatio, illa quidem adulatione, sed ista suspecta malignitate: Prudentia testimonium ueritati, non amicitiæ reddit, prudentia cum discretione promittit & promissum accelerat, et amplius quam promisit præstat, prudentia docet quomodo præsentia ordines, quomodo præteritorum recorderis & quomodo futura prouideas &c.

Prudentiæ fructus,

DE IVSTICIA,

Lib.LXXXIII. Quæstionum. Quæsti.XXXI.

Iusticia est habitus animi communi utilitate cõseruata, suam cuiq; tribuens dignitatem. Eius initium est à natura profectum. Deinde quædã in consuetudinem ex utilitatis ratione uenerunt: Postea res ex natura profectas & consuetudine probatas, legum metus & religio sanxerunt.

Iusticia quid sit,

Lib.II. De Genesi contra Manichæos. Cap.X.

Iusticia ad omnes partes animæ pertinet, quia ipsa ordo & æquitas animæ est &c.

Iusticia ordo & equitas animæ,

Expositionis Epistolæ ad Romanos inchoatæ.

Ea enim demum est humanæ iusticiæ disciplina, non in se amare, nisi quod dei est, & odisse quod proprium est: Nec ad pbare peccata sua, nec in eis aliũ improbare, sed seipsum, nec putare satis sibi esse, ut sua peccata displiceant, nisi etiam uigilantissima deinceps intentione uitentur, nec in eis uitandis uires suas existimare sufficere, nisi diuinitus adiuuetur &c.

Humanę iusticiæ disciplina.

De natura & gratia contra Pelagianos. Lib. Cap.LXI.

Deum colere iusticiæ proprium est officium.

Lib.XIII. De trinitate. Cap.XIII.

Potentia adiuncta iusticiæ, uel iusticia accedente potentiæ, iudiciariam potestatẽ facit, pertinet autem iusticia ad uoluntatẽ bonam. Vnde dictum est ab angelis nato Christo, gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ uolũtatis. Potentia uero sequi debet iusticiã, nõ præire. Ideo & in rebus secundis ponitur, id est prosperis, secundæ autem à sequendo sunt dictæ &c.

Iusticia ad bonam pertinet uoluntatem. Luce. 2

De uera innocentia. CCCLXV.

Diuinitus dictum est, noli esse iustus multum, quoniã non est iusticia sapientis, sed superbia præsumentis. Qui ergo sic fit nimis iustus, ipso nimio fit iniustus. Quis est autem qui se facit iustum, nisi qui dicit se non habere peccatum?

De humanę iusticiæ modo. Eccleſia.7

Lib.II. De ciuitate dei. Cap.XXI.

Vera autem iusticia non est, nisi in ea republica cuius conditor rectorq; Christus est, etsi etiam rempublicã placet dicere, quoniam eam rem populi esse negare non possumus &c.

Vera iusticia in ea republicã cuius cõditor & rector Christus.

Lib.XIX. Cap.XXVII.

Ipsa quoq; nostra iusticia, q̃uis uera sit propter ueri boni finem ad quem refertur, tamen tanta est in hac uita, ut potius peccatorum remissione constet, quam perfectione uirtutum &c.

Iusticia Christianorum constat remissione peccatorũ.

De hac materia uide supra de officio magistratus.

DE FORTITVDINE,

Lib.I. De libero arbitrio. Cap.XIII.

Quid fortitudo? Nõne illa est animæ affectio, qua oĩa incommoda & damna rerum non in nostra potestate cõstitutarum contemnimus?

Fortitudo quid sit.

LXXXIII. lib. Quæstionum. Quæst.XXXI.

Fortitudo est considerata periculorum susceptio et laborum perpessio. Cuius partes magnificentia, fidẽtia, patientia, perseuerantia &c.

Fortitudo secundũ Ciceronem quid sit.

De vera innocentia. Cap.CCXCV.

Fortitudinem gentilium mundana cupiditas, fortitudinem autem Christianorum dei charitas facit, quæ diffusa est in

est in cordibus nostris, per spiritum sanctum qui datus ē nobis, non per uoluntas arbitrium quod est à nobis.

Lib. XIX. De ciuitate dei. Cap. IIII.

Fortitudo compellitur aduersa patienter tolerare,

Iam uero illa uirtus, cuius est nomen fortitudo, in quātocunq; sapientia euidentissima testis est humanorum malorum quæ cōpellitur patientia tollerare. Quæ mala stoici Philosophi miror qua fronte mala non esse contendāt, quibus fatentur, si tanta fuerint ut ea sapiens uel non possit, uel non debeat sustinere, cogi eum mortem sibimet inferre, atq; ex uita emigrare. Vtrum obsecro Cato ille patientia, an potius impatientia se peremit? Non enim hoc fœcisset, nisi Victoriam Cæsaris impatienter tulisset. Vbi est fortitudo? Nempe cessit, nempe succubuit, nempe usq; adeo superata est, ut uitam beatam derelinqueret, deseret ac fugeret. An non erat iam beata? Misera ergo erat? Quomodo igitur mala non erant, quæ uitam miserā fugiendamq; faciebant?

Contra stoicos,

Ad Hieronymum Epistola. XXIX.

Plutarchus in vita Ciceronis,

Catilina, ut de illo scripserunt, qui nosse potuerunt, frigus, sitim, famen ferre poterat, eratq; patiens inediæ, algoris uigiliæ, supra quam cuiq; credibile est, ac per hoc & sibi & suis magna præditus fortitudine uidebatur, sed hæc fortitudo prudens non erat, mala enim pro bonis eligebat. Temperans non erat, corruptelis enim turpissimis fidebatur. Iustus non erat iam contra patriam coniurauerat. Et ideo nec fortitudo erat, sed duritia sibi, ut stultos falleret, nomen fortitudinis imponebat. Nam si fortitudo esset, non uitium, sed uirtus esset Si autem uirtus esset à cæteris uirtutibus tanq; inseperabilibus comitibus nunq; relinqueretur &c.

Ibidem.

Cōditio ueri fortis,

Qui uera uirtute fortis est, nec temere audet, nec incōsulte timet &c.

DE TEMPERANTIA.

LXXXIII. Quæstionum lib. Quæst. XXXI.

Temperantia quid sit, secundū Ciceronem

Temperantia est rationis in libidinem, atq; alios non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Eius partes, continentia, clementia, modestia.

Lib. I. De libero arbitrio. Cap. XIII.

Porro temperantia est affectio coercens atq; cohibēs appetitum ab his rebus, quæ turpiter appetuntur.

De Moribus ecclesiæ catholicæ. Cap. XIX.

Officium temperantiæ,

Omne igitur officium temperantiæ, est exuere ueterē hominem, & in deo renouari, id est contemnere omnes res corporeas, illecebras, laudemq; popularem, totumq; amorem ad inuisibilia & diuina conferre. Vnde illud sequitur quod mirifice dictum est, & si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. 2. Corin. 4

Audi & Prophetam canentem, cor mundum crea in me deus, & spiritū rectum innoua in uisceribus meis. Quid contra istam conuenientiam dici, nisi à cœcis latratoribus potest? Psalm. 50

DE CASTITATE ET CONTINENTIA,

In libro de continentia. Cap. I.

Cōtinentiā esse donum dei.

De uirtute animi quæ continentia nominatur, satis cōuenienter & digne disputare difficile est, sed exiguitatē nostram sub tanti ponderis sarcina, ille cuius hæc uirtus magnum est munus adiuuabit. In libro Sapientiæ scriptū est. Nisi deus det, continentem esse neminem posse. Dominus de ipsa maiore & gloriosiore continentia, quæ coniugali uinculo non continetur ait. Nō omnes capiunt hoc uerbum, sed quibus datum est. Et quoniam ipsa quoq; castitas coniugalis nisi contineatur ab illicito concubitu, nō potest custodiri: Vtrumq; enim Apostolus donum dei esse prædicauit, cum de uita utraq;, id est & coniugali & ea quæ est sine coniugio loqueretur dicens, uellem omnes homines sic esse sicut me ipsum, sed unusquisq; proprium donum habet à deo: alius sic, alius autem sic. Sap. 8 Matthę. 19 1. Corint. 7

Lib. eodem Cap. XIII.

Quibus ingruat officium continentiæ

Ea uero quæ uera est desup ueniens continentia, non alijs malis mala premere alia, sed bonis mala sanare uult omnia. Cuius ut breuiter complectar actionem, omnibus prorsus delectationibus concupiscentiæ, quæ aduersantur delectationi sapientiæ, coercendis atq; sanandis inuigilat officium continentiæ. Vnde eam angustius eam sine dubitatione metiuntur qui solas libidines corporales cohibere diffiniunt, melius profecto illi qui non addunt corporis, sed generaliter libidinem siue cupiditatem regendā dicunt ad continētiam pertinere. Quæ cupiditas in uitio ponitur, nec tantum est corporis uerum & animi.

LXXXIII. Quæstionum. Quæst. XXXI.

Continentia est per quam cupiditas consilij gubernatione regitur.

Lib. XV. De ciuitate dei. Cap. XX.

Cohibere se a generādo, nisi fiat secundum fidē dei non esse bonum,

Secundum hominem uiuunt, non secundum deum, & Indorum gymnosophistæ, qui nudi perhibētur Philosophari insolitudinibus Indiæ ciues eius sunt, & à generando se cohibent. Non enim est hoc bonum, nisi cū fit secundum fidē summi boni, quæ est deus. Hoc tamen nemo fœcisse ante diluuium legitur &c.

Sermo. CCXLVIII. de tempore.

Continentiā in quibus consistat.

Continentia uero & sobrietas non in sola integritate carnis consistit, sed etiam in cultu & ornatu, uita pariter & moribus consistit. Debet enim unusquisq; continens esse ab omnibus illicitis &c.

Sermo.CCL.

Inter oĩa Christianorum certamina sola duriora sunt prelia castitatis, ubi quotidianaa est pugna & rara uictoria &c.

De adulterinis coniugijs. Lib.II.Cap.XX.

Viri cum à fœminis utiq; habentibus carnem, tantam flagitant castitatem, ut quando ab uxoribus diutißime peregrinãtur, uelint eas ab adulterino cõcubitu incõtaminatas seruorem trãsigere iuuẽtutis, & plurimæ pudicißime transigunt: Et maxime Syræ, quarum mariti negociandi quæstibus occupati, iuuenes adolescentes deserunt, et uix aliquando senes ad auiculas reuertuntur, eo ipso euidentius conuincunt non esse impoßibile, quod se non posse ceu sentur. Si enim hoc non posset infirmitas hominum, multo minus id posset sexus infirmior fœminarum &c.

Mulierum Syrarũ continentia.

De bono coniugali. Cap.IX.

Bonum est nubere, quia bonum est filios procreare, matremfamilias esse, sed melius est non nubere quia melius est ad ipsam humanam societatem hoc opere nõ egere.

1. Timot. 5 Bonum nubere melius non nubere

DE ABSTINENTIA.

In Epistolam Ioannis.

Delitiæ quælibet si absq; desiderio percipiuntur, non officiunt. Et uiles cibi appetenter accepti impediunt profectum abstinentiæ. Dauid enim aquam male concupitam effudit, & Helias carnes commedit.

Delicati cibi absq; desiderio tum pti non officiunt.

De verbis domini.

Non cogantur diuites pauperum cibis uesci. Vtantur consuetudine infirmitatis suæ, sed doleant aliter se nõ posse sustentari. Si consuetudinem mutant ægrotant. Vtãtur superfluis, dent inopibus necessaria. Vtantur præcioßis, dent pauperibus uilia &c,

Diuites vti possunt consuetudine infirmitatis suæ.

De diffinitionibus Orthodoxæ fidei

Bonum est in cibo cum gratiarum actione percipere quicquid deus edendum præcepit. Abstinere autem ab aliquibus, non quasi malis sed quasi non necessarijs, non est malum.

Super illud ad Romanos.XIIII. Noli propter escam &c.

Non propter porcum, sed propter pomum mortẽ primus homo inuenit. Et Esau primatum suum non ꝓpter Gallinam, sed propter lenticulã perdidit. Scio enim Noë omne genus carnis quod cibo esset usui manducare concessum. Heliam cibo carnis refectum, Ioannẽ mirabili abstinentia prædium, ãilibus locustis in escam cedẽtibus non fuisse pollutum. Et scio Esau lenticulæ concupiscentia deceptũ, & Dauid propter aquæ desideriũ à se ipso repræhensum, & regem nostrum non de carne sed de pane tentatum.

Gene. 3 Gene. 8 Abstinẽtiæ exempla

Gene. 25

Matthæ. 4

Ad sacras virgines.

Sobrietas est mentis, & sensus membrorum omnium corporisq; tutela, castitatis pudicitiæq; munimentum, pudori ꝓxima, amicitiæ pacisq; serua, honestatiq; semper cõiuncta, criminum atq; uitiorum omnium profuga.

Sobrietatis bonum atq; utilitas.

DE VITIIS IN GENERE,

In psalmum.LXVIII.

Vitia namq; ex nobis & ex nostra uoluntate habemus, & uitia non sunt substantia.

Ad beatum Hieronymum Epistola XXIX.

Cogimur fateri uitia plura esse uirtutibus. Vnde aliqñ uitium uitio tollitur, ut amore laudis, amor pecuniæ. Aliquando unum cedit ut plura succedant, uelut q ebriosus fuerit, & tenacitatẽ & ambitionẽ didicerit. Possunt itaq; uitia etiã cedere uitijs succedẽtibus, non uirtutibus & ideo plura sunt.

Vitia plura esse virtutibus.

Vitium aliquando vitio tollitur.

Ad Aurelium Epistola.LXIIII.

Cum enim Apostolus tria breuiter genera uitiorũ detestanda & uitãda uno in loco posuerit, de qbus innumerabilium peccatorum exurgit seges, unum horum qd' secundo loco posuit accerrime in ecclesia uindicatur, duo aũt reliqua, id est primum & ultimum, tollerabilia uidẽtur hoibus, atq; ita paulatim fieri potest, ut nec uitia iam putẽtur. Ait enim uas electionis, non in cõmessationibus & ebrietatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in cõtentione & dolo, sed induite uos dominũ Iesum Christum, & carnis curã ne fœceritis in cõcupiscentijs. Horũ ergo trium, cubilia & impudicitiæ tã magnum crimẽ putantur, ut nemo dignus nõ modo ecclesiastico ministerio, sed ipsa etiã sacramentorum cõmunione uideatur, q se isto peccato maculauit. Et recte omnino. Sed quare solum? Cõmessatiões enim & ebrietates ita cõcessæ & licitæ putantur, ut in honorẽ etiã beatißimorum martyrum, nõ solũ p dies solẽnes (qd' ipsum qs nõ fugendum uideat q hæc nõ carnis oculis inspicit) sed etiam quotidie cælebrentur. Quæ fœditas si tãtum flagcioſa & nõ etiã sacrilega esset, qbuscunq; tollerãtiæ uiribus sustentandã putaremus. Quãq; ubi est illud, qd' cum multa uitia enumerasset idẽ Apostolus, inter quæ posuit ebriosos ita cõclusit, ut diceret cum talibus nec panẽ edere? Sed feramus hæc in luxu & labe domestica, & eorũ cõuiuiorum quæ priuatis parietibus cõtinentur, accipiamusq; cum eis corpus cum qbus panẽ edere, phibemur, saltẽ de sanctorum corporum sepulchris, saltẽ de locis sacrorum, de domibus orationũ tantum dedecus arceatur.

Vitia trĩa de quib⁹ innumerabilium peccatorũ exurgit seges.

Roman. 13

1. Corin. 15

Ad Demetriadem Epist.CXLII.

Duo nanq; sunt ex omnibus uitia, quæ maxime homines decipiũt sui uoluptate, gula scilicet ac libido. Quæ deponere eo difficilius est, quo eis uti dulcius est, & tamen hæc uitia tã molesta tãq; delectatiõe sui periculosa, ita à multis calcari uidimus, ut totã ætatẽ uirgines pmãserint in summa abstinẽtia. Vt de illis taceã, quæ post delitiarũ

longum

lõgum luxũ, & inueteratum usum libidinis, castitati ac tẽperantiæ se dederint, & utrunq; uitium cõtraria sibi uirtute mutauerint. Aliorum uero uitiorum est lõge diuersa ratio, quæ cum nihil habeant iucunditatis, tã multũ amaritudinis habent, quẽq; cum ad uitãdum multo sint faciliora, raro à q̃bus uitẽtur inuenies. Quid oro te inuide, delectationis præstat inuidia, quẽ secretis quibusdã cõscientiæ ungulis liuor ipse decerpit, & alienam fœcilitatẽ tormentum eius facit? Quid uero alter ab odio mercedis accipit, nisi horribiles aiæ tenebras, & confusæ mentis horrorẽ, q̃ uultu semp animoq; merẽte, uoto quo alteri uult nocere, seipsum excruciat? Quid aũt iracundo furor suus cõfert, quẽ seuissimis exagitatum stimulis cõscientiæ, ira ab omni cõsilio ac mente deturbat, ut dum irascitur insanire credatur? Similiter curre p̃ singula, inuenies tot animæ tormẽta, quot uitia, quæ utiq; eo facilius uinci possunt, quo nulla nos illiciunt uoluptate.

Tot sunt animæ tormẽta quot uitia.

Ibidem post pauca.

Quædã uitia, aliq̃ uirtutibus iungũtur similitudine.

Summa tibi scientia sit, notitia summa uitia uirtutesq; distinguere. Quæ quamq̃ semp cõtraria tibi sunt, aliqua tamen ex eis tãta iunguntur similitudine, ut diserni oĩno uix possint. Quã multi enim superbiam libertatis loco ducunt, adulationẽ, p̃ humilitate suscipiunt, malitiã prudentiæ amplectuntur uice, & stulticiæ simplicitatis nomen imponunt, atq; fallaci ac pessima decepti similitudine, uitijs pro uirtutibus gloriantur &c.

DE SVPERBIA.

In psalmum. XVIII.

Delictum magnum arbitror esse superbiã, quæritis quã magnum sit hoc delictum qd' deiecit angelum, qd' ex angelo fœcit diabolum, eiq; inæternum intercluſit regnum cœlorum? Magnum hoc delictum est, & caput atq; causa omnium delictorum. Scriptum est enim, initium peccati omnis superbia. Et ne quasi leue aliqd cõtemnas, initiũ inquit superbiæ hominis apostatare à deo. Nõ leue malũ est hoc uitium fratres mei. Huic uitio in his p̃sonis, quas uidetis amplas, displicet humilitas Christiana. Propter hoc uitium, dedignantur subdere colla iugo Christi, obligati artius iugo peccati. Nõ enim seruire nõ eis cõtinget. Nã nolunt seruire. Sed eis expedit seruire. Nolẽdo seruire nihil aliud agunt, q̃ ut bono dño nõ seruiant. Nõ ut oĩno nõ seruiant, qa q̃ noluerit seruire charitati, necesse est ut seruiat iniqtati. Ab hoc uitio qd' est caput uitiorum omnium, qa inde cætera uitia nata sunt, facta est apostasia à deo, & eunte aĩa in tenebras, male utẽte libero arbitrio, peccatis etiã cæteris cõsecutis, ut & substantiã suam dissiparet cũ meretricibus uiuẽs, p̃dige, & p̃ egestatẽ fieret pastor porcorum, quæ erat socia angelorum. Propter hoc uitium, propter hoc magnum superbiæ peccatum, deus humilis uenit: Hæc causa hoc peccatũ magnum, istũ ingens morbus aiarum, oĩpotentẽ medicum de cœlo deduxit, usq; ad formã serui humiliauit. cõtumelijs egit, ligno suspẽdit, ut p̃ salutẽ tãtæ medicinæ, curetur hic tumor. Iam tandẽ erubescat homo esse superbus, ppter quẽ factus est humilis deus.

Ecclesia. 10

Luce. 15

Superbia Christũ de cœlo deduxit.

In psalmum. LVIII.

Illud est uitium capitale, quod cum quisq; bene profœcerit, superbia tentatur, ut perdat totum quod profœcit. Deniq; omnia uitia in malefactis timenda sunt, superbia in benefactis plus metuenda est.

Superbia in bene factis etiam metuenda est.

In psalmum. XCIII.

Exaltare inquit qui Iudicas terram, redde retributionem superbis. Superbis reddet non humilibus. Qui sunt superbi? Quibus parum est quod mala faciunt, sed & defendere peccata sua uolunt.

Qui sint superbi.

Post pauca ibidem.

Quis est superbus? Qui in cõfessione peccatorum non agit pœnitẽtiã, ut sanari p̃ humilitatẽ possit. Quis est superbus? Qui illa ipsa pauca quæ uidetur habere bona sibi uult arrogare, & derogat misericordiæ dei. Quis est superbus? Qui etiã si deo tribuat bona quæ facit, insultat tamẽ his q̃ illa nõ faciunt, et extollit se sup illos. Nã & ille pharisæus, gratias tibi ago inqt, nõ dixit, ego facio, de his quæ faciebat, gratias deo agebat. Sentiebat ergo & bene se facere, & ab illo se facere. Vnde ergo improbatus est? Quia insultabat Publicano. Ille aũt elisa facie, p̃cutiebat pectus suum dicẽs. Deus, p̃pitius esto mihi peccatori. Ille superbus erat in bonis factis. Ille humilis in malis factis. Videtẽ fratres, magis placuit deo humilitas in malis factis, quam superbia in bonis factis. Sic odit deus superbos, & ideo sic concluſit: Amen dico uobis, descendit iustificatus Publicanus magis quam Pharisæus.

Luce. 18 Deo magis placet humilitas ĩ male factis quam superbia in bonis factis

Ad Iulianum Epistola. CXI.

Iactantiã & superbiã cõculcet, p̃funda humilitas, qa humilitas hoĩes sanctis angelis similes facit, & superbia ex angelis dæmones facit. Et ut euidenter ostendamus, ipsa ẽ peccatorum omnium initium & finis & causa, quoniã nõ solum est peccatum superbia, sed etiã nullum peccatum potuit, aut potest aut poterit esse sine superbia. Siquidẽ nihil aliud oẽ peccatum est nisi dei cõtemptus, quando eius præcepta cõtemnimus, & hoc nulla res alia p̃suadet hoĩ nisi superbia. Porrò superbia et cupiditas intãtum est unum malũ, ut nec superbus sine cupiditate, nec sine superbia possit cupidus inueniri. De superbia nanq; nascuntur hæreses, scismatã, detractiones, inuidiæ, iræ, rixæ, dissensiones, cõtentiones, animositates, ambitiones, elationes, præsumptiones, iactantia, uerbositas, uanitas, inquietudo, mendatium, periurium & cætera huiusmodi quæ dinumerare lõgum est per singula &c.

Malum superbiæ.

In eadem Epistola.

Multorum autem temporum labores, & orationes & eleemosinæ, & ieiunia & uigiliæ, si cum superbia finem habuerint, pro nihilo apud dominum computantur.

Superbia etiam bonis obest.

De verbis domini. Sermo. LVII.

Audeo dicere superbis continentibus, expedit cadere, ut in eo ipso in quo se extollunt humilientur. Quid enim

prodest cui est continentia si dominetur superbia?

De natura & gratia.

Cætera uitia in malefactis ualent, sola superbia etiam in rectè factis est cauenda.

In Euangelium Ioannis. Tracta. V.

Quare patimur multa à creatura quam fœcit deus? Quia offendimus per superbiam. Ad domandã igitur superbiam instituit deus, ut creatura minima atq; abiectißima nos torqueret, ut homo superbus qui se iactauit aduersus deum, & proximum non agnouit, pluribus pulicibus subdatur.

Propter superbiam etiam abiectißimis subdimur bestiolis.

De verbis domini. Sermo. LIIII.

Prior est in uitijs superbia. Non enim inuidia parit superbiam, sed superbia parit inuidiam. Non enim inuidet nisi amor excellentiæ. Amor autem excellentiæ superbia uocatur.

Prior in omnibus uitijs superbia.

DE ADVLATIONE,

In psalmum. IX.

Adulantium linguæ, alligant animas in peccatis: Delectatur enim ea facere in quibus non solum metuitur reprehensor, sed etiam laudatur auditor.

In psalmum. LXIX.

Duo sunt genera persecutorum, uituperantiũ & adulantium. Nam plus persequitur lingua adulatoris, quam manus persequentis.

Ibidem

Falsa laus adulatoris, & simulata dilectio, mentes à rigore ueritatis emollit &c.

Ad Casulanum.

Nemo peritorum aut prudentium putet quod minus sit periculum in uerbis lingua mentiendo, quam manibus sanguinem fundendo. Melius est autem pro ueritate pati supplicium, quam pro adulatione beneficium.

Melius ẽt pro ueritate pati suppliciũ quã pro adulatione beneficium.

Ad Demetriadem Epist. CXLII.

Adulatores ut inimicos caue, quorum sermones supoleum molles, & ipsi sunt iacula. Corrumpunt uictis laudibus leues animas, & male credulis mentibus blandum uulnus infigunt. Creuit hoc in nostra ætate uitium, & in ultimo fine stetit, nec augeri potest. In hãc omnes nos scolam studiumq; dedimus, ut officium putemus illudere, quodq; ipsi ab alijs libẽter accipimus, id alijs quasi quoddam munus offerimus. Et spe recipiendæ laudis, eos à quibus laudari uolumus ante laudamus. Sæpe adulantiũ resistimus uerbis ad faciem, & in secreto mentis fauemus, maximumq; fructum cœpisse nos ducimus, si uel fictis laudibus prædicamur. Nec cogitamus quid ipsi simus, sed quid alteris esse uideamur. Vnde eò producta res est, ut neglecta ueritate meriti, de sola opinione curemus, qd' te stimonium uitæ nostræ non à conscientia nostra, sed à fama petimus. Beata mens est quæ perfectè hoc uitium uincit, nec adulatur aliquando, nec adulanti credit, quæ nec decipit alterum, nec ipsa decipitur, tantumq; hoc malum nec facit aliquãdo nec patitur. Nihil unq̃ in te fictum sit, nihil omnino fucatum. Conscientiam tuam, quæ certe deo semp patet, in multitudine uersari puta. Nunq̃ aliud corde, aliud ore prætendas. Quicquid pudet dicere, pudeat etiam cogitare &c.

Adulantes amici quæ tument.

Libro IX. Confessionum.

Sicut adulantes amici peruertunt, sic inimici litigantes plerumq; corrigunt &c.

DE AVARITIA,

Ad Iulianum comitem Epistola. CXI.

Annuncia, præcipe, impera, suade tuis ut caueant se à cupiditate, quæ est radix omnium malorum. Cupidus enim uir, animam suam uenalem habet, si inuenerit tempus ut concupiscat alicuius aurum, aut argentum uel uestes pulchras, uel etiam cuiuslibet mulierem pulchrã faciẽ, pro nihilo perpetrat homicidium. Et ut quis effundit aquam in terram, ita ei sic effundere sanguinem proximi sui. Plurimæ animæ in mortis periculum inciderunt propter cupiditatem, & multi domino iubente ob hoc lapidati sunt. Saul enim à deo alienus effectus est, propter auaritiam, & ad extremum de culmine regni expulsus, ab inimicis suis peremptus est. Et tibi de multis multa dicere potuissem, sed sapienti pauca sufficiunt. Dominus uero noster & saluator uoluit de cordibus pecuniarum amorem excludere, sed quia erant cupidißimi, salutaria domini uerba deridebant. Nam & illum diuitem quem dominus ad regna cœlorum prouocauit, amor pecuniarũ eum intrare non permisit. Sed & Iudæ pectus auaritiæ flamma exarsit, ut dominum cunctorum bonorum largitorẽ in manus traderet impiorum. Auarus enim uir inferno est similis. Infernus enim quantos mortuos deuorauerit, nunq̃ dicit satis est, sic & si omnes thesauri circũfluxerint in auarum, nunq̃ satiabitur. Ideo frater mi omnibus qui in domo tua sunt præcipe ab hoc uitio cauere. Melius est enim ut ex paupertate pusillum tribuat indigentibus, quam multũ ex iniusta acquisitione. Vnusquisq; iuxta quod habet porrigat. Tantum enim expetitur ab unoquoq;, quantum ei dedit deus. Neq; enim plus ab eo exigit quam quod ipse dedit. Eleemosina cum iniquitate acquisita abominabilis est coram deo, & acceptum ei est quod fierit fideliter acquisitum. Sunt nõnulli qui diripientes aliena facere se simulant eleemosinam, & cum alios præmant alijs misereri fingunt. Si autem ex proprio labore dederint, gratum & acceptum erit deo.

1. Timot. 6 Cupidus ãi miam suã uenalẽ habet.

Iosue. 7 1. Regũ. 15

Luc. 18

Matth. 19

Matth. 26

Eleemosina quæ ab ominabilis deo sit.

Ad Bonifacium.

Diuitiæ seculares si desint, non per mala opa quærãtur in mundo. Si aũt adsint p bona opa seruẽtur in cœlo.

Diuitiæ nõ p mala opera q̃rendæ.

Animum

Animum uirilem Christiani non debent si accidunt attollere, nec debent frangere si recedunt.

In Psalmum CXVIII. Concione vndecima, versu.

Inclina cor meum in testimonia tua, & non in auaritiam. In quæ iste petit inclinari cor suum, & non in auaritiam. Testimonijs quippe suis agit nobiscum deus, ut eum gratis colamus, quod impedit auaritia radix omnium malorum. Tali uerbo græco hic appellat, à quo possit intelligi generalis auaritia, quia plus appetit quisq; quàm sat est. πλεον enim latine plus est, ἕξις habitus est ab eo quod est habere, ergo à plus habendo appellata est. πλεονεξία, quàm latini interpretes in hoc loco nonnulli interpretati sunt emolumentum, quidã uero utilitatem, sed melius qui auaritiam. Dicit autem Apostolus. Radix omnium malorum auaritia est. Sed in græco, unde in nostram linguam uerba ipsa translata sunt, non legitur apud Apostolum, πλεονεξία, quod in loco isto psalmi huius, Sed φιλαργύρια, quo uerbo significatur amor pecuniæ. Verum Apostolus intelligendus est isto nõe genus significasse, per speciem, id est per amorẽ pecuniæ uniuersalem generalemq; auaritiam, quæ uere radix est omnium malorum. Nam ipsi primi hominẽs per serpentẽ decepti & eiecti non fuissent, nisi plus quam acceperant habere, & plusq; facti fuerant esse uoluissent, Hoc quippe ille promiserat dicens, Eritis sicut dij. Ergo ista πλεονεξία subuersi sunt. Plus enim uolentes habere quàm acceperant, & quòd accæperant amiserunt, Cuius ueſtigium ueritatis legibus quæ ubiq; dispersæ sunt, et in forensi iure deprehensum est, quòd institutum est, ut plus petendo, causſa cadat, id est, ut qui plus petierit quàm ei debetur, & quòd ei debebatur amittat. Omnis autem à nobis circũciditur auaritia, si gratis colatur deus. Ad quòd sanctum Iob in agone tentationis ipse prouocat inimicus, cum de illo dicit. Nunquid gratis colit Iob deum? Putabat enim diabolus, qđ in deo colendo uir iustus, cor inclinatum haberet in auaritiam, & causſa emolumenti uel utilitatis rerum temporalium, quibus eum ditauerat dominus, uelut mercenarius ei pro tali mercede seruiret. Sed quàm gratis deum coleret, tentatus aperuit, & apparuit. Si ergo cor non habeamus inclinatum in auaritiam, deum non colamus nisi propter deum, ut sui cultus ipse sit merces.

1 Timo. 6. Auaritia generalis omnium omnis cupiditas comprehenditur.

Genesis. 3

Adam & Eua subuertuntur.

Plus petendo etiam causſacadit, secundum leges.

Iob. 1

In Psalmum, CXXVIII. versu.

Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores. Contradicit deus auariciæ, & uult nihil possideri ab auaritia. Ego possideor clamat. Quid uis auaritia possideri? Dura iubet, leuia iubeo. Onus eius graue, sarcina mea leuis ẽ. Iugũ eius asperũ ẽ, iugũ meũ leue est. Noli uelle ab auaritia possideri. Iubet auaritia ut mare trãseas, & obtẽperas, iubet ut te uẽtis procellisq; commitas, iubeo ego ut ante ostium tuũ ex eo quod habes des pauperi. Piger es ad faciẽdum ante te opus bonũ, & strenuus es ad transeundum mare, quia auaritia imperat, seruis, quia deus iubet, odisti &c.

Auaritia iubet grauia Christus leuia.

Post pauca.

Auaritia opus est mali hominis, homo ipse opus est dei.

Auaritia opus est mali hominis.

Ibidem post pauca.

Audent fœneratores dicere, non habeo aliud unde uiuam. Hoc mihi & latro diceret deprehensus in fauce, hoc & effractor diceret, deprehensus circa parietem alienum. Hoc mihi & leno diceret emens puellas ad prostitutionem, hoc maleficus incantans mala, & uendens malitiam suaam. Quicquid tale prohibere conaremur, responderent omnes quia non haberent unde uiuerent, quia inde se pascerent quasi non hoc ipsum in illis maxime puniendum sit, quia artem nequitiæ delegerunt. unde nitam transigant, & inde se uolunt pascere, unde offendunt eum, à quo omnes pascuntur. &c.

Auaritiæ fœnus & mala.

In Psalmum XXXVIII. sermone habito Carthagine ad mensam sancti Cypriani.

Thesaurizat et nõ cognoscit cui congregabit ea, o insana uanitas. Beatus cuius est dominus spes eius, & non respexit in uanitates & insanas mẽdaces, delirare tibi uideor auare cum hæc loquor, aniculariæ tibi uidentur hæc uerba. Tu enim homo magni consilij, magnæq; prudentiæ, excogitas quotidie genera acquirendæ pecuniæ, & de negotio de agricultura, fortaſsis & de eloquio, de iuris consultãtione, de militia, addis & de fœnore. Homo cordatus, nihil prætermittis omnino, unde nummus super numum, & in occulto diligentius acquiratur. Deprædaris hominem, cauces deprædatorem, quod facis timens ne patiaris, & in eo quod pateris, non te corrigis, sed non pateris. Prudens enim homo es, bene seruas, non solum bene colligis. Habes ubi ponas, cui cõmittis, quomodo nihil pereat ex eo quod collegisti. Interrogo cor tuum, discutio prudẽtiam tuam. Ecce collegisti, interrogo cor tuum, discutio prudentiã tuã, ecce ita seruasti, ut nihil possis amittere eorũ quæ seruasti? Dic mihi cui seruas? Nõ tecũ ago nõ cõmemoro non exaggero, quicqd malè habet auaritia uanitatis tuæ, hoc unũ propono hoc discutio, quòd mihi dat occasio lectionis huius psalmi. &c.

Auaritia excogitant acquirendæ pecuniæ genera.

Libro III. De libero arbirrio.

Auaritia quæ græce philargiria dicitur, non in solo argento, unde nomen duxisse resonat, sed in omnibus rebus quæ imoderate cupiuntur intelligenda est. Vbi cunq; omnino plus uult quisq; quàm satis. Hec autem auaritia cupiditas est, cupiditas uero improba uoluntas est, Ergo propterea uoluntas omnium malorum causa est.

Auaritia quæ græce philargiria dicitur in oibus quæ imoderate cupiuntur exercetur.

Item alio loco.

Auarus omnib⁹ malis subiect⁹ est.

Quum auaritia alicui dominatur, subiectus malis omnibus demonstrantur, quia de auaritia omnia mala oriuntur, & peccatorum omnium spinæ producuntur.

Item de doctrina Christiana.

Auarus est cæcus.

Auarus est cæcus, credendo enim diues est non uidendo. Amas pecuniam o cæce quàm nunq̃ uidebis. Cæcus possides, cæcus moriturus es, quòd possides hic relicturus es.

De verbis domini.

Auaritia diuina simul & humana iura peruertit.

Quæ est ista auiditas concupiscentiæ? Cum & ipse beluæ habeant modum. Tunc enim rapiunt quado esuriunt, parcunt uero predæ quum senserit satietatem. Insatiabilis est sola auaritia diuitum, semper rapit & nunq̃ satiatur, nec deum timet, nec hominem reueretur, nec patri parcit, nec matrẽ cognoscit, nec fratri obtempat, nec amico fidem seruat. Viduam opprimit, pupillum inuadit liberos in seruitum reuocat, testimoniũ falsum profert. Res mortui occupantur, quare & qui faciunt non moriuntur? Quæ est illa animarum insania amittere uitam, appettere mortem, acquirere aurum & perdere cœlum &c.

De interpellatione Iob.

Auaritia modum nõ habet.

Modum non habet auaritia, nec capiendo expletur, sed incitatur, hoc egentior quo plura quæsiuit.

Sermo, de decem plagis.

Iniustum lucrum sine iusto damno non est.

Nemo habet iniustum lucrum, sine iusto damno. Verbi gratia, Qui furatur acquirit uestem, sed perdit fidem, ubi lucrum, ubi damnum. Lucrum in arca, damnũ in conscientia.

DE LVXVRIA.

In Regula.

Oculus impudicus impudici cordis est nuncius.

Nec solo affectu, & tactu, sed aspectu quoq; appetitur, & appetit concupiscentiam fœminarum Nec dicatis uos animos habere pudicos, si habeatis oculos impudicos quia impudicus oculus impudici cordis est nuncius, & quum se sibi inuicem etiam tacente lingua, conspecto mutuo, corda nunciant impudica, & secundum concupiscentiam carnis, ardore alterutro delectantur, etiam in tactis ab immunda uiolatione corporibus, fugit castitas ipsa de moribus &c.

Libro XII. De ciuitate dei.

Luxuria uitium est animæ.

Luxuria non est uitium corporum pulchrorum, uel suauium, sed animæ peruersæ amantis corporeas uoluptates, neglecta temperantia, qua aptamur spiritualibus.

Libro XV. De ciuitate dei.

Iniquũ est subuertere concubendi limitem morum.

Sicut iniquum est auiditate possidendi transgredi limitem agrorum, ita iniquum est libidine concũbendi subuertere limitem morum &c.

Item alio loco.

Luxuriæ inimica uirtutibus.

Luxuria est inimica deo, inimica uirtutibus, perdit omnem substantiam, & ad præsens uoluptatem deliniens futuram non sinit cogitare paupertatem.

Libris confessionum.

Exconsuetudine fit necessitas.

Ex uoluntate peruersa facta est libidio, & dum seruitur libidini facta est consuetutio. Dum consuetudini nõ resistitur, facta est necessitas.

De singularitate clericorum.

Luxuriæ uilis de magnis efficit predam.

Quantos leones domuit una infirmitas delicata, id est luxuria, quæ quum sit uilis & misera, de magnis efficit predam &c.

DE IRA.

De ciuitate dei, libro XIIII.

Irã nõ semper reprehendenda.

Non est quærendum utrum quis irascatur, Sed quare irascatur, nec utrum sit tristis, sed quare, nec utrum timeat, sed quid timeat. Irasci enim peccanti, ut corripiatur, contristari pro afflicto, ut liberetur, timere periclitanti ne pereat, nullus sane mentis, uel considerationis reprehendat &c.

De verbis Apostoli.

Inuicẽ quo modo supportandi.

Iram fratris tunc portabis, quum tu aduersus eum non iraseris, ut rursum eo tempore, quo te ira præoccupauerit ille te lenitate & tranquillitate supportet.

In regula quadam fratrum.

Ira inueterata crescit in odium. 1. Ioannis 3

Lites aut nullas habeatis, aut quàm celerrime finiatis, ne ira crescat in odium, & trabem faciat de festuca, et animam faciat homicidam. Namq; scriptum est. Qui odit fratrem suum homicida est.

Post pauca ibidem.

Melior qui ira sepe tentatur quam qui tardius irascitur

Melior est autem, qui quamuis ira sæpe tentatur tamen impetrare festinat, ut sibi dimittat, cui se fœcisse agnoscit in iuriam, quàm qui tardius irascitur, ad ueniam petendam difficilius inclinatur.

Ad Nebridium, Epistola. CXV.

Ira quid sit

Ira est autem quantum mea fert opinio, turbulentus appetitus auferendi ea quæ facilitatem actionis impediunt. Itaq; plerumq; non hominibus tantum, sed calamo irascimur in scribendo, eumq; colidimus atq; frãgimus, Et aleatores tessaris, & pictores è nihilo, & cuiq; instrumento quilibet, ex quo difficultatem se pati arbitratur. Hac autem assiduitate irascendi uel crescere medici affirmant. Crementa autem fellis rursus & facile ac prope nullis caussis existentibus irascimur, ita qđ suo motu animus fœcit in corpore ad eum rursus commouendum ualebit &c.

Ad Profuturum, Epistola. CXLIX.

Nulli irascenti ira suaudeatur iniusta.

Atq; inter hæc, quàm uigilandum sit, ne cuiusq̃ odium cordis intima teneat, neq; sinat ut oremus deum in cubiculi nostro clauso ostio, sed aduersum ipsum deum claudat ostium, nosti optime frater. Subrepit autem, dum nulli irascenti ira sua uidetur iniusta. Ita enim inueterascens ira fit odium, dum

ura, dum quasi iusti doloris admixta dulcedo, diutius eam in uase detinet donec totum accescat, uasq; corrumpat. Qua propter multo melius nec iuste cuiq; irascimur quàm uelut iuste irascendo in alicuius odium ira & occulta facilitate delabimur. In recipiendis enim hospitibus ignotis ista solemus dicere, multo esse melius malum hominem perpeti, quàm forsitan per ignorantiam excludi bonum, dum cauemus ne recipiatur malus. Sed in affectibus animi contra est. Nam incomparabiliter salubrius est, etiam iræ iuste pulsanti non aperire pœnetrale cordis, quã admittere non facile recessuram, & peruenturam de furculo ad trabem. Audet quippe impudenter etiam crescere quàm putatur &c.

In psalmum IIII. versu.

Duob⁹ modis uersus ille intelligi potest.

Irascimini & nolite peccare, duobus modis intelligi potest. Aut etiam irascimini & nolite peccare, id est, etiam surgit motus animi, qui iam propter pœnam peccati non est in potestate, salem ei non consentiat ratio & mens, quæ intus regenerata est secundum deum, ut seruiamus mentè legi dei, si adhuc carne seruimus legi peccati. Aut agite pœnitentiam, id est, irascimini uobis ipsis, de præteritis peccatis, ut ulterius peccare desinite.

Roman. 7.

In psalmum XXV. exposit.

Si propterea irasceris seruo tuo, quia peccauit, ne tu ipse pecces irrascere tibi. Sol non occidat super iracundiam uestram. Intelligitur quidem secundum tempus fratres, quia & si ex ipsa humana conditione & infirmitate mortalitatis quam portamus surripit ira Christiano, non debet diu teneri & fieri pridiana, Eijce illã de corde, anteq; occidat lux tua uisibilis, ne te deserat lux illa inuisibilis &c.

Ephes. 4 Cauendum ne ira fiat pridiana.

In psalmum CXII.

Melior est qui uincit iram, quàm qui capit ciuitatẽ, Non ergo eris inglorius in ignoscendo, quia de ira uicta laudabilius triumphatur &c.

Prouer. 6. Melior qui uincit iram, quã qui capit ciuitatem.

DE GVLA ET EBRIETATE.

Libro IX. Confessionum.

Edẽdo semper insidiatur nobis laqueus cõcupiscẽtiæ.

Hoc me docuisti deus, ut quemadmodum medicamenta, sic alimenta sumpturus accedam. Sed dum ad quietẽ facietatis ex indigentiæ molestia transeo, in ipso transitu insidiatur mihi laqueus concupiscentiæ &c.

Ibidem.

Periculosa in cibis iucunditas.

Quum salus sit caussa edendi & bibendi, adiungit se tanq; pedissequa periculosa iucunditas, quæ plerumq; præire conatur, ut eius scilicet caussa fiat, qd̃ salutis caussa facere me dico uel uolo &c.

Sermo I. De Tempore.

Caro iumentum est, quòd est freno & famæ domandum, quia de uia quæ ducit Hierusalem excludere nos conatur &c.

Caro freno domanda abstinentiæ.

Ad sacras virgines.

Ebrietatis descriptio.

Ebrietas est flagitiorum omnium mater, culparumq; materia, radix criminum, origo uitiorum, turbatio capitis, subuersio sensus, tempestas linguæ, procella corporis, naufragium castitatis, amissio temporis, insania uoluntaria, ignominiosus languor, turpitudo morum, dedecus uitæ, honestatis infamia, animæ corruptela.

Ad easdem.

Ebrietas nephanda cõmittit.

Ebrietas in utroq; sexu, cuncta mala appetit, & nephanda cõmittit. Et ut ait Apostolus regna cœlestia appetentibus denegat.

Item ibidem.

Ebrius sui nescius.

Quisquis immoderatus, conuiuioq; medius amissis modestiæ frenis, insana fuerit ebrietate prostratus, auersus respicit stantes, quos integros uidere nequit, aut sermone longo, superflua uerba emittit, & uana dicta componit, male clamans & bene sibi sonans. Ebrius tultu deiecto supinus accumbit, & sui omnino nescius, spectaculum se conuiuio præbet, & dum nihil consequatur sanum, nullo alio cogente præter uinum cordis sui archana patefœcit, & amicorum sibi comissa secreto in medium prodit.

Ebrius secretorum proditor.

Adhuc ad easdem.

Ebrietatis damna & incõmoda.

Ebrius assumit inter pocula iniusta certamina, & nullis existentibus caussis asperam excitat rixam, quia interponenda uerba uana, aliorum sana dicta non patitur audire, sed in contumeliam erigitur conuiuarum & proximorum crimina. Vinum uero potatum moderate est medicamentum, plus iusto sumptum uenenum esse cognoscitur, Iucunditati non ebrietati creata est uini materia. Per uinolentiam plurimi plurimæq; à sancto pioq; proposito excidere, & sui obliti, amissis honoribus ignobiles remanserunt, & sedibus paternis profugi uitam ut sumpserunt finierunt. Innumerabiles nanq; iugum dominationis diu recusantes uinolentia in alienum redegit arbitrium. Alexander omnium uictor uino uictus est. Infiniti uero uino nimio impellente iniusta impiaq; homicidia commiserunt. Quàm plurimæ urbes diu obsessæ nec captæ, custodibus somno uinoq; sepultis ab hostibus patefactæ sunt, & incendijs consumptæ.

Alexander ebrius Clitum occidit.

Ibidem.

In ebrijs nullum uitæ gerendæ cõsilium.

In ebrijs non ratio ulla, non ullum uitæ gerendæ cõsilium, nec ulla artium, nec gestorum aut lectionum memoria, aut industriæ prouidentia est.

Epistola CXL.

Turpe est a uino uinci.

Valde turpe est, ut quem non uincit homo, uincat libido. Et obruatur uino, qui non uincitur ferro.

In quodam sermone.

Ebrietas est a uino uinci.

Ebrietas est blandus dæmon, dulce uenenum, suaue pecca-

Ebrietas est blandus dæmon.

suaue peccatum, quàm qui habet, se ipsum non habet, quã qui facit peccatum non facit, sed ipse totus est peccatum.

Super genesim ad literam, Libro V.

Gene. 19. Loth uino temulentus filiabus mi scebatur.

Ebietas decepit, quem Sodoma non decepit. Vritur ille flammis mulierum, quem sulphurea flamma non urebat &c.

Ad Cassulanum, Epistola, LXXXVI.

Genesis. 4. Non cibus obfuit adæ sed præcepti transgressio.

Genesi. 26

Si enim Adam non cibus, sed prohibitus cibus perdidit, & Esau nepotem sancti Abrahæ non esca, sed usq; ad contemptum sacramenti, quòd in primatu suo habuit, concupita esca damnauit, sic à sanctis & fidelibus pie prandetur, quemadmodum à sacrilegis & incredulis impie ieiunatur &c.

Ad Iulianum Comitem, Epistola. CXI.

Simus igitur boni & edocti aurige corpori nostro, ut per uiam rectam possimus incedere. Escæ enim nimiæ non solum animas, sed etiam corpora nostra plurimum lædunt, & ad infirmitatem perducunt. Solet enim

Per ciborũ auiditatem frangitur stomachi fortitudo.

per nimiam ciborum auiditatem & poculi intemperantiam, frangi stomachi fortitudo, nec non & ex habundantia sanguinis cholera & plurimæ egritudines escarũ largitæ contingunt. Sicut enim animæ et corpori sunt ista contraria, ita medela est utrisq; temperantia ieiunij, & si non per omne tempus, saltem sacratissimos dies ieiuniorum, quantum possumus cum dei adiutorio delitias mundi & ciborum opulentiam fugiamus, ne quando (quòd

Ephes. 5.

auertat deus) in cruciatu flammæ quæramus guttam aquæ, & nullum refrigerium consequamur. Fugiamus ebrietatem, ne in crimen luxuriæ incurramus, quia apostolus præcipit dicens. Nolite inebriari uino in quo est luxuria, uinum enim deus ad lætitiã cordis, non ad ebrietatem donauit. Bibamus igitur non quantum gula exigit, sed quantum naturæ inbecillitas postulat. Ne igitur quod ad medelam corporis nostri tributum est, ad perniciem deputemus. Anuncia quæso tuis in domo tua subiectis, quod plerig; per uinum homicidia & fornicationes perpetrauerunt. nec ipsam mortem recusauerunt.

Alij per uinum à dæmonibus capti sunt. Nec est aliud ebrietas, quàm manifestus dæmon. Ebriosus putat se aliquid optimum gerere cum fecerit ad præcipitia deuolutus, per uinolentiam armatur ad maledicta & conuitia proximorum, & immutatur mens eius, & lingua balbutit. Huius modi enim uir cum se putat bibere uinum

Bibulus a uino bibitur, A uino debilitatus.

bibitur à uino. Plurimi nanq; homines, per uinum maximam debilitatem contraxerunt, nec potuerunt consequi pristinam firmitatem, quia non temperauerunt gulæ ardorem &c.

DE ODIO ET INVIDIA.

De verbis domini super Mathæum.

Inuidia mater superbiæ.

Inuidia est filia superbiæ, sed ista mater superbia nescit esse sterilis, ubi fuerit continuo parit, suffoca matrem & non erit filia &c.

De doctrina Christiana.

Diabolus accusatur inuidiæ.

Inuidia uitium diabolicum, quo solo diabolus est reus & inexpiabiliter reus. Non enim diabolo dicitur ut damnetur, adulterium cõmisisti, furtum fœcisti, uillam alienam rapuisti, sed homini statum inuidisti &c.

In Euangelium Iohannis.

Tolle inuidiam, & tuum est, quod habeo, Tolle inuidiam, & meum est quod habes &c.

De Genesi ad literam. Libro III.

Vnde oritur inuidia.

Inuidia sequitur superbiam, non precedit, non enim caussa superbiendi est inuidia, sed caussa inuidendi est superbia. Quum enim superbia sit amor propriæ excellentiæ, inuidia uero sit odium fœlicitatis alienæ, quæ unde nascatur satis in promptu est. Amando enim quisq; excellentiam suam, uel paribus inuidet, quod ei coequãtur, uel inferioribus ne coequentur, uel superioribus, qđ non eis coequatur. Superbiendo ergo inuidet, non inuidendo quisq; superbus fit.

In quodam sermone consecrationis ecclesiæ.

Si ad mensam cuiusq; potentis hominis nemo præsumit, conscissis uestibus, & inquinatis accedere, quanto magis à conuiuio æterni regis, id est ab altari domini. debet se unusquisq; inuidiæ, uel odij ueneno percussus, iracundiæ furore repletus cum reuerentia & humilitate subtrahere, propter quod dicitur. Vade prius reconciliare fratri tuo, & tunc ueniens offeres munus tuum, Matthæi. 5

& iterum, amice quomodo huc intrasti non habens uestem nuptialem. Matth. 22.

Ad Vincentium donatistam, Epistola, XLVIII.

Propter malos boni non deserendi.

Non enim propter malos, boni deserendi, sed propter bonos mali tolerandi sunt, sicut tolerauerunt prophetæ contra quos tanta dicebant, nec communionem sacramentorum illius populi relinquebant, sicut ipse dominus nocentem iudam usq; ad condignum eius exitum tolerauit, & eum sacram cœnam cum innocentibus communicare permisit. Sicut tollerarunt Apostoli eos, qui p inuidiam (quod ipsius diaboli uitium est) Christum annũciabant. Diaboli uirtum inuidia est, Cypriani charitas,

Sicut tolerauit Cyprianus Collegarum auaritiam, quàm secundum Apostolum appellat idololatriam &c.

Ad Iulianum, Epistola. CXI.

Inuidus similis est naui.

Inuidus uir similis est naui, quæ iactatur in fluctibus maris, in perturbatione semper est, ut lupus rapax, insanit inaniter, in miseria detinetur, & tabescens ad nihilum redigitur. Semper furore plenus, partis

plenus, particeps dæmoniorum efficitur, Homo pacificus securam possidet mentem, totus est angelorum agmine munitus, & fructu iucunditatis repletus, gaudens & delectans in domino &c.

Sola misera inuidia carer.

In psalmum XLIIII.

Nemo enim inuidet misero.

In psalmum CIIII.

Quid sit in uidia.

Inuidia est odium fœlicitatis alienæ.

In psalmum CVIII.

Quid sit odium.

Odium est crimen maximum persequentis, quamuis sit uoluntaria pœna patientis &c.

In psalmum. CXXXVIII. versu.

Quid sit perfecto odio odiri aliquem.

Perfecto odio oderam illos, Quid est perfecto odio? Oderam in eis iniquitates eorum, diligebam conditionem tuam. Hoc est perfecto odio odisse, ut nec propter uitia homines oderis, nec uitia propter homines diligas &c.

In psalmum CXXXIX.

Nemo inuidet alteri in eo quod non uult uel esse uel uideri.

Sunt quidam qui cum sint falsi iusti, necesse est ut inuideant ueris iustis. Nemo enim inuidet alteri in eo qd' non uult, uel esse uel uideri. Alius tibi inuidet, quia dines es, aut dines uult esse, ut tibi inuideat, aut putari uult dines. Alius tibi inuidet, quia clarus es et nobilis, aut hoc esse affectat, aut hoc se putari cupit. Et sic omnia quæ uidentur bona in hoc seculo & putantur, Quòd quisq; uult habere, & in quo uult excellere, uel cuius rei famã captat, in eo tibi inuidet. Isti autem qui falsi iusti sunt, uideri uolunt iusti cum non sint, & necesse est ut quem uiderint uerum iustum, inuideant illi, & hoc cum illo agãt quomodo amittat unde gloriatur. Inde ueniunt omnes seductiones & supplantationes Hoc prior ipse diabolus noluit, qui cadens stanti homini inuidit, et quia ipse amisit regnum cœlorum, hominem illuc peruenire noluit, et non uult, Et id agit nunc, ut homo illuc non perueniat unde ipse eiectus est. Quia ergo superbus est ipse, & ideo inuidus quia superbus, omne corpus ipsius tãtũ corpus est. Sed nos oremus cõtra illũ, qui corrigi nõ potest, & pistis qui possunt, ut dicamus hoi iniusto? Quare inuides iusto o homo iniuste? Quia uis uideri iustus? Cito fac qd' melius est et facilius eris, Quod uis uideri esto rebus, ita diliges cui inuidebas, qa qd' illũ doles esse, eris et tu, et amabis in eo, & ipsũ in te. Etenim si inuideres diuitu, nõ esset in potestate tua, ut dines esses, Si inuideres honesto alicui senatori nobili, non esset in potestate tua. ut nobilis tu esses & clarus. Si inuideres pulchro, nunq̃ pulchrum te faceres, Si inuideres forti & ualido, nunq̃ tibi uires dares. Si inuides iusto res in uoluntate est, Esto quod doles esse alterum, Non enim empturus es, quod tu nos es, et alius est. Gratis constat, cito constat. Pax in terra hominibus bonæ uoluntatis &c.

Luce. 2

DE ACCIDIA.

Libro I. De ciuitate dei.

In ociõ quæ mala Romãis acciderint.

Deleta quippe Carthagine magno uidelizet terrore Romanæ reipublicæ extincto, tanta de prosperis rebus, mala secuta sunt, ut corrupta concordia, prius sæuis cruentisq; seditionibus, deinde mox malarum connexionũ curarũ bellis ciuilibus tantus sanguis effusus est, ut crudeliora paterentur à ciuibus quàm ab hostibus &c.

Libro X. confessionum.

Annitendũ in hac uita ne ex melioribus deteriores, reddamur.

Nemo securus esse debet in hac uita, quæ tota tentatio nominatur, ut qui potuit fieri ex deteriore melior, nõ fiat ex meliore deterior.

Ad Vercellenses.

Nullus fructus ocij.

Nullus fructus ocij, Imo magis dispendium, Ociosus Esau amisit, primatus benedictionem, quia maluit cibum accipere quàm quærere &c.

Finis secundi Tomi, Sequitur Tertius.

Genesis. 3

DIVI AVRELII AVGVstini, Hipponensis epi, in Heptateuchū, id est, septem voluminum opus siue libros quæstionū, ex secundo libro Retractationum, Argumentum.

IN eodem tempore scripsi etiã libros quæstionū, de libris eisdem diuinis septem, quos ideo sic appellare uolui, quia ea quæ ibi disputantur, magis quærẽda proposui, quám quæsita dissolui. Quamuis multo plura in eis mihi uideantur ita pertractata, ut possint etiam soluta & exposita nõ immerito iudicari. Regnorũ quoque libros eodem modo iam considerare cœperamus, sed nõ multo progressi, in alia, quæ magis urgebant, animum intendimus. In primo autem libro, ubi agitur de uirgis uariatis, quas ponebat Iacob in aqua, ut in conceptu positæ, oues eas uiderent cum biberent, & uarios fœtus parerent, non bene á nobis exposita est causa, cur iterum concipientibus non ponebat, id est, cum alios fœtus conciperent, sed in priore conceptu. Nam quæstionis alterius expositio, ubi quæritur, cur dixerit socero suo Iacob: Et decepisti mercedem meam decem agnabus, satis ueraciter enodata demonstrat istam, sicut solui debuit, non solutam. In tertio quoq; libro, ubi de summo agitur sacerdote, quõ crearet filios, cum haberet necessitatem bis in die ingredi in sanctam sanctorum, ubi erat altare incensi, ad offerendum incensum manè & uesperè, quo non posset, sicut lex dicit, immundus intrare, & eadem lex dicat, immundum fieri hominem etiam ex concubitu coniugali, quem iubet quidem lauari aqua, sed & lotum dicit immundũ esse usq; ad uesperam. Vnde dixi consequens esse, ut aut continẽs esset, aut diebus aliquibus intermitteretur incensum, non uidi fuisse consequens. Potest enim sic intelligi quod scriptum est, Immundus erit usq; ad uesperam, ut post ipsam uesperam iam non esset immundus, sed usq; ad ipsam, & uespertino iam tempore incensum mundus offerret, cum propter creandos filios post mutinum incensum mixtus esset uxori. Itemq; ibi quæsitum est, quomodo prohibitus esset super funus patris sacerdos summus intrare, cum eum fieri sacerdotem (quando unus erat) nisi post mortem sacerdotis patris non oporteret, dixi propter hoc necesse fuisse, nondum sepulto patre statim post eius mortem, filium eius constitui, qui succederet patri, etiam propter continuationis incensum, quod bis in die necesse erat offerri, qui sacerdos super mortem nondum sepulti patris prohibetur intrare. Sed parum attendi, potuisse hoc præcipi magis propter illos, qui futuri fuerant summi sacerdotes, non patribus summis sacerdotibus succedentes, sed tamen ex filijs, id est, ex posteris Aaron, si forte summus sacerdos, aut filios non haberet, aut ita reprobos haberet, ut nullus eorum patri deberet succedere. Sicut Samuel summo sacerdoti Heli successit, cum sacerdotis filius ipse non esset, sed tamen ex filijs, ideſt, ex posteris esset Aaron. De latrone etiam cui dictum est, Hodie mecum eris in paradiso, quod non fuerit uisibiliter baptizatus, quasi certum posui, cum sit incertum, magisq; illum Baptizatum fuisse credendum sit, sicut ego quoq; alibi postea disputaui. Item quod in quinto libro dixi, ubi commemorantur matres in generationibus Euangelicis, non eas positas nisi cum patribus, uerum est quidem, sed ad rem, de qua agebatur, non pertinet. Agebatur autem de his, qui ducebant fratrum uel propinquorum coniuges eorum, qui sine filijs defuncti essent, propter duos patres Ioseph, quorum alterum Matthæus commemorat, alterum Lucas. De qua quæstione diligenter in hoc opere disserui, cum retractaremus opus nostrum contra Faustũ Manichæũ.

2. Retract. Cap. 55.

Genes. 30. Lib. 1. quæstion. q. 93.

Lib. 1. quæstion. q. 95. Gene. 31.

Li. 3. quæstio. q. 82.

Leuit. 6.

Leuit. 15.

Li. 3. quæstio. q. 83. Leuit. 21.

Leuit. 6.

1. Reg. 1. 2. Li. 3. quæstio. q. 84. De Baptismo contra Donatistas li. 4. cap. 22 Li. 5. quæstio. q. 46. ī fine.

2. Retract. cap. 7. Li. 3. contra faustum ca. 3. & lib. 28. cap. 3.

DIVI AVRELII AVGVstini, Hipponẽsis Episcopi, liber primus quæstionum super Genesim incipit.

CVm scripturas sanctas, quæ appellantur canonicè, legendo, & cum alijs codicibus secundũ septuaginta interpretationem conferendo percurreremus, placuit eas quæstiones quæ in mentem uenirent, siue breuiter commemorando, uel etiam pertractando tantummodo proponerentur, siue etiam qualitercunq; tanq; á festinantibus solueren-
tur stilo alligare, ne de memoria fugerent. Non ut eas satis explicaremus, sed ut cum opus esset possemus inspicere, siue ut admoneremur quid adhuc esset requirendũ, siue ut ex eo quod iam uidebatur inuentum ut poteramus essemus, & ad cogitandum instructi, & ad respondendum parati. Si quis igitur hæc legere propter inculta in nostra festinatione sermonem nõ fastidierit, quas quæstiones propositas inuenerit nec solutas, non ideo sibi nihil collatum putet, Nonnulla enim pars inuentionis est, nosse quid quæras. Quarum autem solutio placuerit, non ibi uile contemnat eloquium, sed de aliqua participatione doctrinæ potius gratul etur. Non enim disputatio ueritate, sed ueritas disputatione requiritur. Exceptis ergo his, quæ á principio, ubi deus cœlum & terram fæcisse narratur, usq; ad dimissionem duorum hominum primorum de paradiso, tractari multipliciter possunt, de quibus aliâs quantum potuimus disseruimus, hæc sunt quæ legentibus nobis occurrentia uoluimus literis attingere.

De eo quod dictum est de Cain, ꝙd ædificauit ciuitatem, quæritur quomodo id fieri possit, cum ciuitas non nisi ex multitudine hominum constituatur, quam tempore Cain fuisse veri simile non est. Quæstio. I.

Gene. 4. QVomodo Cain potuerit condere ciuitatem, cum ciuitas alicui utiq; constituatur hominum multitudini, Illi autẽ duo parentes & duo filij fuisse referantur, quorũ filiorũ ab altero alter occisus est, in cuius occisi locum alius natus esse narratur? An ideo quæstio est, quoniam qui legunt, putant solos tunc fuisse homines, quos diuina scriptura commemorat, nec aduertunt eos qui priusſint conditi duos, uel eos etiam quos genuerunt tam diu uixisse, ut multos gignerent. Non enim & Adam ipse eos solos genuit, quorum nomina leguntur, cum de illo scriptura loquens ita concludat, ꝙ genuerit filios & filias, Proinde cum multo pluribus illi uixerint annis, quàm Israëlitæ in Aegypto fuerunt, quis non uideat quàm multi homines nasci potuerunt, unde illa ciuitas impleretur, si Hebræi multo minore tẽpore ita multiplicari potuerunt?

Vtrum, quod quidam codices habẽt, Mathusalem post diluuium uixisse, verum sit. Quæstio. II.

Gene. 5. QVæri solet, quomodo Mathusalem secundum annorũ computationem uiuere post diluuium potuerit, cum omnes præter eos, qui in aream ingressi sunt, perijsse dicantur. Sed hanc quæstionem plurium codicum mendositas peperit. Non solum quippe in hebræis aliter inuenitur, uerumetiam in septuaginta interpretatione, Mathusalem in codicibus paucioribus, sed ueracioribus, sex annos ante diluuium reperitur fuisse defunctus.

Quomodo potuerint angeli cum filiabus hominum concumbere. Quæstio. III.

Gene. 6. ITem quæritur, quæmadmodum potuerint angeli cum filiabus hominum concumbere, unde gigantes nati esse perhibentur, quámuis nonnulli & latini & græci codices, non angelos habeant, sed filios dei, quos quidam ad soluendam istam quæstionem iustos homines fuisse crediderunt, qui potuerunt etiam angelorum nomine nuncupari. Nam de homine Iohanne scriptum

Malach. 3 est: Ecce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit uiam tuam. Sed hoc mouet, quomodo uel ex hominum concubitu nati sint gigantes, uel fœminis miscere se potuerunt, si non homines, sed angeli fuerunt. Sed de gigantibus, id est nimium grandibus atque fortibus puto non esse mirandum, quòd ex hominibus nasci potuerunt, quia & post diluuium quidam tales fuisse reperiuntur, & quædam corpora hominum ad incredibilem modum ingentia, nostris quoq; temporibus extiterunt, nõ solum uirorum, uerumetiam fœminarum. Vnde credibilius est homines iustos appellatos, uel angelos, uel filios dei concupiscentia lapsos peccasse cum fœminis, quàm angelos carnem non habentes usq; ad illud peccatum descendere potuisse, quámuis de quibusdam dæmonibus, qui sunt improbi mulieribus, á multis tam multa dicantur, ut non facile sit de hac re diffiniendi sententia.

Quomodo arca tanta, quanta describitur, potuerit tot animalia & eorum escas capere. Quæstio. IIII.

DE arca Noë quæri solet, utrum tanta capacitate, quanta describitur, animalia omnia, quæ in eã Gene. 6. ingressa dicuntur, & escas eorum ferre potuerit. Quam quæstionem cubito geometrico soluit Origenes, asserens non frustra scripturam dixisse, quòd Moyses omni sapientia Aegyptiorum fuerit eruditus, qui geometricam dilexerunt. Cubitum autem geometricum dicit tantum ualere, quantum nostra cubita sex ualent. Si ergo tam magna cubita intelligamus, nulla quæstio est tantæ capacitatis arcam fuisse, ut posset illa omnia continere. Actuũ. 7.

Vtrum arca tam magna, centum annis potuerit fabricari. Quæstio. V.

ITẽ quæritur, utrũ arca tam magna centũ annis potuerit fabricari à quattuor hominibus id est, Noë, et Gene. 6. tribus filijs eius, Sed si non potuit, non erat magnum fabros alios adhibere, quámuis operis sui mercede accepta non curauerint, utrum eam Noë sapienter, an uero inaniter fabricaret. Et ideo non in eam intrauerunt, quia non crediderunt quod ille crediderat.

Vtrum inferiora arcę futura erant bicamerata & tricamerata. Quæstio. VI.

QVòd ait, cum de arcæ fabricatione loqueretur, Gene. 6. Inferiora bicamerata & tricamerata facies ea, quæri solet: Num inferiora futura erant bicamerata & tricamerata. Sed in hac distinctione totam structuram eius intelligi uoluit, ut haberet inferiora, haberet media, & superiora, quæ appellantur tricamerata. In prima quippe habitatione, id est in inferioribus semel camerata erat Arca, in secunda uero habitatione supra inferiorem iam bicamerata erat, ac per hoc in tertia supra secundam tricamerata erat.

Quibus escis animalia carnibus uesci solita, in Arca vescebantur. Quæstio. VII.

Quoniam

Gene.6. QVoniam non solum uiuere, sed etiam pasci in Arca animalia deus dixit & iussit, ut Noë ab omnibus escis sumeret sibi & illis, quæ ad illum fuerant ingressura: Quæritur quomodo ibi leones uel aquilæ, quæ consueuerunt carnibus uiuere, pasci potuerint, utrum & animalia præter illum numerum propter aliorum escam fuerint intromissa, an aliqua præter carnes, quod magis credendum est, à uiro sapiente, uel deo demonstrante prouisa sint, quæ talium quoq; animantium escis conuenirent.

Quomodo intelligendum sit, q̃ dicuntur animalia munda & immunda bina intrasse. Quæstio. VIII.

Gene.7. QVòd scriptum est: A uolatilibus mundis, & à uolatilibus immundis, & à pecoribus mundis, et à pecoribus immũdis, et ab omnibus serpentibus in terra, quòd deinde non additur, subauditur mundis & immundis, & adiungitur, duo & duo intrauerunt ad Noë in arcam, masculus & fœmina: Quæritur quomodo superius distinxerit duo & duo ab immundis, nunc autem siue á mundis, siue ab immundis, duo & duo dicat intrasse. Sed hoc refertur non ad numerum mundorum uel immundorum animalium, sed ad masculum & fœminam, quæ in omnibus siue mundis, siue immundis, duo sunt, masculus & fœmina.

Qđ dicitur, in quo est spiritus uitę, an de spritusancto intelligatur. Quæstio. IX.

Gene.7. NOtandum quod scriptum est: In quo est spiritus uitæ: non solum de hominibus, sed etiam de pecoribus dictum, propter illud, quod quidam de spiritu sancto uolunt intelligere, ubi scriptum est, & insufflauit deus in faciem eius spiritum uitæ, quod melius quidam codices habent, flatum uitæ.

Gene.1.

Quomodo potuerint aquæ diluuij superare omnem montium altitudinem, cum historia dicat olympum tantę celsitudinis. Quæstio. X.

Gene. 7. DE montium altitudine, quam omnem scriptum est transcendisse aquam cubitis quindecim, quidam non rectè dubitant propter olympi montis historiam: Si enim terra inuadere potuit spacium tranquilli illius aëris, ubi dicitur nec nubes uideri, nec uentos sentiri, cur non & aqua crescendo?

Vtrum aquæ illæ semper usq; in centesimum quinquagesimum diem excreuerint. Quæstio. XI.

QVòd scriptum est: Exaltata est aqua super terrã centum quinquaginta dies: Quæritur utrum usq; ad hunc diem creuerit, an per tot dies in altitudine, qua creuerat, manserit, quoniam alij interpretes planius uidentur hoc dicere. Nam Aquila dixit: obtinuit, Symachus, prævaluerunt aquæ. Gene.7.

Vtrum ea, quæ Gene. octauo facta narrantur, sint post centum quinquaginta dies facta. Quæstio. XII.

QVòd scriptum est, exaltatam esse aquam post centum quinquaginta dies, & adductum esse spiritum super terram, & desisse aquam, & conclusos fontes abyssi, & cataractas cœli, & detentam pluuiam de cœlo: Quæritur, utrum post centum quinquaginta dies hæc facta sint, an per recapitulationem omnia cõmemorata sint, quòd post quadraginta dies pluuiæ fieri cœperunt, ut hoc solum ad centum quinquaginta dies pertineat, quod usq; ad ipsos aqua exaltata est, aut de fontibus abyssi cessante iam pluuia, aut quia mansit in altitudine sua, dum in illo spiritu siccaretur. Cætera uero quæ dicta sunt, non post centum quinquaginta dies omnia facta sint, sed commemorata sunt omnia, quæ ex fine quadraginta dierum fieri cœperunt. Gene. 8.

Vtrum coruus ille, qui emissus dicitur, & non redisse, mortuus sit. Quæstio. XIII.

QVòd scriptum est, dimissum esse coruum, nec redijsse, & dimissam post eum columbam, & ipsam redijsse, quòd non inuenisset requiẽ pedibus suis, quæstio solet oboriri: Vtrum coruus mortuus sit, an aliquo modo uiuere potuerit? quia utiq; si fuit terra ubi requiesceret, etiam columba requiem potuit inuenire pedibus suis: Vnde conijcitur à multis, quòd cadaueri potuerit coruus insidere, quod columba naturaliter refugit.

Quomodo columba dicatur non inueniſſe vbi reſideret, cum iam cacumina montium nudata dicantur. Quæſtio. XIIII.

ITem quæstio est, quomodo columba non inuenire ubi resideret, si iã sicut narrationis ordo contexitur, nudata fuerant cacumina montium? Quæ quæstio uidetur per recapitulationem posse dissolui, ut ea posterius narrata intelligantur, quæ prius facta sunt, an potius aquæ nondum siccatæ fuerant.

Quomodo intelligendum sit, qđ dominus dicit: Non adijciam adhuc maledicere terrã &c. Quæstio. XV.

Genes. 8. QVid sibi uult quòd dominus dicit: Non adijciam adhuc maledicere super terram propter opera hominum, quia apposita est mens hominis ad malitiam à iuuentute, non adijciam ergo adhuc percutere omnem carnẽ uiuam, quemadmodum feci: Et deinde iungit, quæ secundum largitatem bonitatis suæ donat hominibus indignis, utrum hoc testamenti noui indulgentia figurata sit, & præterita ultio ad uetus pertineat testamentum, hoc est illud ad legis severitatem, hoc ad gratiæ bonitatem.

Quomodo dicatur, De manu fratris eius requiram animam hominis, quis sit frater.
Quæstio. XVI.

Genes. 9. QVid est: Et de manu fratris hominis exquiram animã hominis? An omnem hominem fratrem eius hominis nomine intelligi uoluit, secundum cognationem ex uno ductam.

Cur Cham in filio suo Chanaan, non in se maledicitur, ob offensam patris. Quæstio. XVII.

Genes. 9. QVæritur quare peccans Cham in patris offensa, non in seipso, sed in filio suo Chanaam maledicitur? Nisi quia prophetatum est, terram Chanaam eiectis Chananeis inde & debellatis, accepturos fuisse filios Israël, qui uenirent de semine Sem.

Quomodo dictum sit de Nemroth, q̃ cœpit esse gigas super terram, cum gigantes antea natos scriptura commemoret.
Quæstio. XVIII.

Genes. 10. QVæritur quomodo dictum sit de Nemroth, hic cœpit esse gigas super terram, cum gigantes & ante natos scriptura commemoret. An forte quia post diluuium nouitas generis humani reparandi de nouo commemoratur, in qua nouitate hic cœpit esse gigas super terram.

Quomodo in diebus filij Heber, Phalech nomine, diuisa dicatur terra. Quæstio. XIX.

Gene. 10. QVæritur quid sit: Et Heber nati sunt filij duo, nomen unius Phalech, quia in diebus eius diuisa est terra, nisi forte in diebus eius linguarum illa diuersitas extiterit, per quam factum est, ut gentes diuiderentur.

Quomodo dicatur omnibus fuisse labium vnum, cũ prius filij Noë dicantur distributi per teras secundũ tribus, gentes & linguas.
Quæstio. XX.

Gene. 11. ET erat omnis terra labium unum, quomodo hoc potest intelligi, quando superius dictũ est, quòd filij Noë, uel filiorum eius distributi essent per terram secundum tribus, & secundum gentes, & secundum linguas suas, nisi quia per recapitulationem postea commemorat, quòd prius erat, sed obscuritatẽ hic facit, quòd eo genere locutionis ista contexit, quasi narratio de his quæ postea facta sunt, consequatur.

Quomodo stulte præsumentes dixerint: Venite ædificemus nobis ciuitatem & turrim, cuius caput erit usq; in cẽlũ.
Quæstio. XXI.

VEnite ædificemus nobis ciuitatem & turrem, cuius caput erit usq; in cœlum. Si se hoc posse crediderunt, nimium stulta audacia & impietas deprehenditur: Et quia ob hoc dei uindicta secuta est, ut eorum linguæ diuiderẽtur, nõ absurdè hoc cogitasse creduntur. Gene. 11.

Ad quos intelligatur deus dixisse: Venite descendamus & confunda mus linguam eorum.
Quæstio. XXII.

VEnite descendamus & confundamus linguas eorum, ne audiat unusquisq; uocem proximi, utrũ ad angelos dominus hoc dixisse intelligatur, an secundum illud accipiendum est, quod in exordio libri legitur, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Nam & quod postea dicitur singulari numero, quia ibi confudit dominus labium terræ, sicut et illic cũ dictum esset, faciamus ad imaginem nostram, in consequentibus tamen non dictum est, fœcerunt, sed fœcit dominus. Gene. 11.

Cum dictum sit ad Noë, Erunt anni uitæ eorum centum viginti, quomodo dicatur de Arphaxat postea genito, q̃ plus q̃ trecentis annis uixerit.
Quæstio. XXIII.

QVòd scriptum est: Et erat Arphaxat annorũ centum triginta quinque, cum genuit Chainam, & uixit Arphaxat postq̃ genuit Chainam annos quadringentos, uel sicut in græco inuenimus, annos trecẽtos: Quæritur quomodo dixerit deus ad Noë: Erũt anni uitæ eorum centum uiginti: Nondum natus erat Arphaxat, quando dixit hoc deus, nec fuit in arca cum parentibus suis: Quomodo ergo intelliguntur deinceps anni uitæ humanæ prædicti centũ uiginti: cũ inueniatur homo uixisse amplius quadringentis annis. Nisi quia intelligitur ante uiginti annos quàm inciperet arca fieri, quæ centum annis facta repitur, hoc deum dixisse ad Noë, cum iam prænunciaret se facturum esse diluuium, nec uitæ humanæ deinceps futuræ in his, qui post diluuium nascerentur, spaciũ prædixisse, sed uitæ hominũ quos fuerant diluuio deleturus. Genes.

Quare

Quare ſcriptum ſit, Sem erat pater omnium filiorum Heber &c. Quæſtio. XXIIII.

Gene. 10.

QVæritur quare ſcriptum ſit: Sem erat pater omnium filiorum Heber, cũ inueniatur Heber quintus á Sem filio Noë, utrum ex illo Hebræi dicuntur appellati, per illum enim generatio tranſit ad Abraham. Quid ergo probabilius ſit ab Heber tanq̃ Hebereos dictos, an Abraæos merito quæritur.

Quomodo conſtet ueritas ſuper numerum annorum Thare patris Abrahæ. Quæſtio. XXV.

Geneſ. 11.

QVomodo accipiendum ſit, q. cum eſſet Thare pater Abrahæ annorũ ſeptuaginta, genuit Abrahã, & poſtea cum ſuis omnibus manſit in Charram, & uixit annos ducentos quinque in Charram, & mortuus eſt. Et dixit dominus ad Abraham, ut exiret de Charram, & exijt inde, cũ eſſet idem Abraham ſeptuaginta quinq; annorum: Niſi quia per recapitulationem oſtenditur uiuo Tharè locutum eſſe dominũ. Et Abrahã uiuo patre ſuo ſecundum præceptum domini, exiſſe de Charram, cum eſſet ſeptuaginta quinq; annorum, centeſimo & quadrageſimo & quinto anno uitæ patris ſui. Si dies uitæ patris ſui anni ducenti quinq; fuerint, & ideo ſcriptum ſit: Fuerũt anni uitæ Thare ducenti quinq; in Charram, quia ibi compleuit omnes annos totius uitæ ſuæ. Soluitur ergo quæſtio per recapitulationem, quæ indiſſolubilis remaneret, ſi poſt mortem Thare acciperemus locutum eſſe dominũ ad Abraham, ut exiret de Charram, quia non poterat eſſe adhuc annorum ſeptuaginta quinque, cum pater eius iam mortuus eſſet, qui eum ſeptuageſimo ætatis ſuæ anno genuerat, ut Abraham poſt mortem patris ſui annorum eſſet centum triginta quinque, ſi omnes anni patris eius, ducenti quinq; fuerunt. Recapitulatio itaq; iſta, ſi aduertatur in ſcripturis, multas quæſtiones ſoluit, quæ indiſſolubiles poſſint uideri. Secundum etiam ſuperiorum quæſtionum expoſitionem per eandem recapitulationem factam, quan q̃ & aliter iſta quæſtio á quibuſdam ſoluatur, ex illo computari annos ætatis Abrahæ, ex quo liberatus eſt ex igne Chaldæorum, in quem miſſus eſt ut arderet, quia eundem ignem ſuperſtitione Chaldæorum colere noluit, liberatus inde, etſi in ſcripturis non legitur, Iudaica tamen narratione traditur. Poteſt & ſic ſolui, quoniam ſcriptura quæ dixit: Cum eſſet Thare annorum ſeptuaginta, genuit Abram, & Nachor, & Aram, nõ utiq; hoc intelligi uoluit, quia eodem anno ſeptuageſimo ætatis ſuæ omnes tres genuit, ſed ex quo anno generare cœpit, eum annum cõmemorauit ſcriptura. Fieri autem poteſt, ut poſterior ſit generatus Abraham, ſed merito excellentiæ qua in ſcripturis ualde commendatur, prior fuerit nominatus, ſicut

Malach. 1. 1. Paralit. 4.

Propheta priorem nominauit minorem: Iacob dilexi, Eſau autem odio habui. Et in Paralipomenon, cum ſit quartus naſcendi ordine Iudas, prior eſt nominatus, á quo Iudaicæ genti nomen eſt datum propter tribũ regiã. Commodius autem plures exitus inueniuntur, quibus quæſtiones difficiles diſſoluantur. Conſideranda eſt ſanè narratio Stephani de hac re, cui magis harum expoſitionum non repugnet. Et illud quidem cogit, ut non, ſicut narrari uidetur in geneſi, poſt mortẽ Thare locutus ſit deus ad Abraham, ut exiret de cognatione ſua & domo patris ſui, ſed cum eſſet in Meſopotamia priuſq̃ habitaret in Charram, iam utiq; egreſſus eſt de terra Chaldæorum, ut in illo itinere intelligatur ei locutus deus. Sed quod Stephanus poſtea ſic narrat: Tunc egreſſus Abrahã de terra Chaldæorum habitauit in Charram, & inde poſtq̃ mortuus eſt pater eius, collocauit eum in terra hac, non paruas affert anguſtias huic expoſitioni quæ fit per recapitulationem. Videtur enim habuiſſe imperium domini quòd ei fuerat locutus in itinere Meſopotamiæ, egreſſo de terra Chaldæorum, & eunti in Charam, & hoc imperium poſt mortem patris ſui obedienter impleſſe cum dicitur: Et habitauit in Charram, & inde poſtq̃ mortuus eſt pater eius, collocauit illum in terra hac. Ac per hoc manet quæſtio, ſi ſeptuaginta quinq; annorũ ſicut euidenter ſcriptura geneſeos loquitur, fuit quãdo egreſſus eſt de Charrã, quõ eſſe poſſit hoc uerum, niſi forte quod ait Stephanus: Tunc Abraham egreſſus eſt de terra Chaldæorum, & habitauit in Charram, non ſic accipiatur, tunc egreſſus eſt poſteaquam ei locutus eſt dominus, iam enim erat in Meſopotamia, ſicut ſupra dictum eſt, quando illud audiuit á domino, ſed ipſam regulam recapitulationis contexere uoluit Stephanus, & Simul dicere unde egreſſus, ubi habitauerit, cum ait: Tunc Abraham egreſſus eſt de terra Chaldæorum, & habitauit in Charram. In medio autem, id eſt, inter egreſſum de terra Chaldæorum, & habitationem in Charram, locutus eſt ei deus. Poſt ea uero quod adiungit Stephanus: Et inde poſtquam mortuus eſt pater eius, collocauit illum in terra hac, intuendum eſt, quia non dixit, & poſtquam mortuus eſt pater eius, egreſſus eſt de Charram, ſed inde collocauit eum deus in terra hac, ut poſt habitationem in Charram collocaretur in terra Chanaan, non poſt mortem patris egreſſus, ſed poſt mortem patris collocatus in terra Chanaan, ut ordo uerborum ſit: Habitauit in Charam, & inde collocauit illum in terra hac, poſtquam mortuus eſt pater eius, ut tunc intelligamus collocatum uel conſtitutum Abraham in terra Chanaan, quando illic eum nepotem ſuſcepit, cuius uniuerſum ſemen illic fuerat regnaturum ex promiſſo dei hæreditate donata. Nam ex ipſo Abraham natus eſt Hiſmaël de Agar, nati & alij ex Cethura, ad quos illius terræ non pertinet hæreditas. Et ex Iſaac natus eſt Eſau, qui ſimiliter ab illa hæreditate alienatus eſt. Ex Iacob autem filio Iſaac quotquot filij nati ſunt, id eſt uniuerſum ſemẽ eius, ad illã

Gene. 12.

Actuũ. 7.

Actuũ. 7.

hæreditatẽ pertinuit, Sic ergo collocatus & constitutus est in illa terra Abraham, quoniam uixit usq; ad natiuitatem Iacob, si rectè intelligitur. Soluta quæstio est secundum recapitulationem, quamuis & aliæ solutiones non sint contemnendæ.

Quomodo congruat sancto ac fideli uiro q̃ Abraham fœcit, dicendo Aegyptijs Saram esset sororẽ suã, & occultãdo q̃ esset uxor sua: Et quo modo Sara inuiolata probari possit.

Quæstio. XXVI.

Gene. 12. ERit ergo cum te uiderint Aegyptij dicent, quia uxor illius hæc. Factum est autem statim ut intrauit Abraham in Aegyptum, uidentes Aegyptij mulierem, quia speciosa erat ualde. Quomodo accipiatur, quòd Abraham ueniens in Aegyptũ, cælare uoluit uxorem suam esse Saram, secundũ omnia quæ de hac re scripta sunt, utrum hoc conuenerit tam sancto uiro, an sub defectione fidei eius intelligatur, sicut nonnulli arbitrati

Contra faustum li. 22. Cap. 33. & sequen. sunt. Iam quidem contra Faustum de hac re disputaui, & diligentius à presbytero Hieronymo expositum est, quare non sit consequens, ut cum aliquot dies apud regem Aegypti Sara fœcerit, etiam eius concubitu credatur esse polluta, quomodo mos erat regius, ulcibus ad se admittere mulieres suas, & nisi fomentis & unguentis diu prius accurato corpore, nulla intrabat ad regem. Quæ dum fierent, afflictus est Pharao manu dei, ut uiro reddi iuberet intactam, quam ipsi deo maritus commiserat, tacens quòd uxor esset, & non mentiens quòd soror esset, ut caueret quod cauere quantum homo poterat, & deo commendaret, quod cauere non poterat, ne si & illa quòd cauere poterat, deo tantũ dimitteret, non in deum credere, sed deum temptare potius inueniretur.

Quomodo de terra Sodomorum & Gomorreorũ dicitur priusq̃ deleretur, q̃ esset uelut paradisus dei, & quis sit paradisus ille.

Quæstio. XXVII.

Gene. 13. QVòd terra Sodomorum & Gomorreorũ antequám deleretur cõpretur paradiso dei, eo quòd erat irrigua, ut terra Aegypti quã nilus irrigat, satis, ut opinor, ostenditur quomodo debeat intelligi ille paradisus quem plantauit deus ubi constituit Adam. Quis enim alius intelligatur paradisus dei non uideo, & utiq; si arbores fructiferæ in paradiso uirtutes animi accipiendæ essent, sicut nonnulli existimant, nullo corporali in terra paradiso ueris lignorum generibus instituto, non diceretur de ista terra, sicut paradisus dei.

Quomodo intelligendum sit, q̃ semini Abrahæ promittit tantũ terræ, quantũ acie oculorũ posset per quattuor cardines mundi ipse Abraham circũspicere.

Quæstio. XXVIII.

RESpiciens oculis tuis uide á loco in quo nunc tu es ad Aquilonẽ, & Africum, & orientem, & mare, quia omnem terram quã tu uides, tibi dabo eamer seminẽ tuo usq; in sæculum. Quæritur hic quomodo intelligatur tantum terræ promissum esse Abrahæ, & semini eius, quantum poterat oculis circumspicere per quattuor cardines mundi: Quantum est enim quod ad terram cõspiciendam acies corporalis uisus possit attingere? Sed nulla est quæstio, si aduertamus non hoc solum esse promissum, nõ enim dictum est tantum terræ dabo tibi, quãtum uides, sed tibi dabo terram quam uides. Cum enim et ulterior undiq; dabatur, profectó hæc percipué quæ uidebatur, dabatur. Deinde attendẽdũ est, q̃ sequitur, quoniã ne putaret etiam ipse Abraham hoc solum promitti terrarũ quod aspicere uel circumspicere posset: Surge inquit, & perambula terram in longitudine eius & latitudine, quia tibi dabo eam, ut perambulando perueniret ad eam, quem oculis uno loco stans uidere non posset. Significatur autem ea terra, quam prius populus accepit Israël semen Abrahæ secundum carnem, non illud latius semen secundum fidem, quòd ne taceretur, dictum est ei futurum, sicut arenam maris, secundum Hyperbolem quidem, sed tamen tantum quod numerare nullus posset.

Quapropter Abraham nominetur transfluuialis.

Quæstio. XXIX.

Gene. 15. ET nunciauit Abraham transflumali. Transfluualem Abraham appellatum etiam Græca exemplaria satis indicant, sed cur ita appellatus sit, hæc uidetur causa, quòd ex Mesopotamia ueniens, transito flumine Euphrate, sedes constituit in terra Chanaam, & transfluuialis appellatus est, ex ea regione unde uenerat. Vnde Iesus Naue dixit ad Israëlitas: Quid uultis seruire dijs patrum uestrorum, qui sunt transflumen.?

Iosue. 24

Quia pauor irruit super Abraham, & ecce timor magnus incidit ei, dubitatur an timor cæteræq; animorũ perturbationes cadant in uiros sapientes, & adducitur Aulus Gellius denoctibus atticis, unde sit.

Quæstio. XXX.

Gene. 15 DE eo quòd scriptum est: Circa solis autem occasum pauor irruit super Abraham, & ecce timor magnus incidit ei. Pertractanda est ista quæstio, propter eos, qui contendunt perturbationes istas non cadere in animum sapientis, utrum tale aliquid sit quale Aulus Gellius commẽorat in libris noctium atticarum, quendam Philosophum in magna maris tempestate perturbatum, cum esset in naui, & animaduersum à quodam luxurioso adolescente, qui cum ei post trausa-

Aulus Gellius. li. 19. c. 1. August. de ciu. dei li. 9. cap. 4.

ctum periculum insultaret, quòd Philosophus cito perturbatus esset, cum ipse neq; timuerit neq; palluerit: Respondit ideo illum non perturbatum, quia nequissimæ animæ suæ nihil timere deberet, quòd nec digna esset, pro qua aliquid timeretur: Cæteris autẽ studiosis, qui in naui fuerant expectantibus, protulit librum quendam Epicteti Stoici, ubi legebatur, nõ ita placuisse Stoicis, nullã talem perturbationem cadere in animum sapientis, quasi nihil tale in eorum appareret affectibus, sed perturbationem ab eis diffiniri, cum ratio talibus cederet, cum autem non cederet, non dicendam perturbationem. Sed considerandum est quemadmodũ hoc dicat Aulus Gellius, & diligenter differendum.

Quomodo Abrahæ dicatur, Dabo tibi & semini tuo post te terram etc. in possessionem æternam, cum ipsa Israëlitis temporaliter data sit. Quæstio. XXXI.

Gene. 17. DAbo tibi & semini tuo post te terram in qua habitas omnem terram cultam in possessionem æternam. Quæstio est, quomodo dixerit æternam, cum Israëlitis temporaliter data sit, utrum secundum hoc sæculum dicta sit æterna, ut ab eo quod est ἀιὼν græce, quod sæculum significat, dictum sit ἀιώνιον, tanquàm si latinè dici posset sæculare, an ex hoc aliquid secundum spiritalem promissionem hic intelligere cogamur, ut æternum dictum sit ideo, quia hinc æternum aliquid significat: An potius locutionis est scripturarum, ut æternum appellent, cuius rei finis non constituitur, aut non ita fit, ut deinceps non fit faciendum, q̃tum pertinet ad curam uel potestatẽ facientis, sicut ait Horatius. Seruiet æternum, qui paruo nesciat uti. Non enim potest in æternum seruire, cuius ipsa uita, qua seruit, æterna esse nõ potest. Quod testimonium non adhiberem, nisi locutionis esset. Verborum quippe illi sunt nobis auctores, non rerum uel sententiarum. Si autem defenduntur scripturæ secundum locutiones proprias, quæ idiomata uocantur, quanto magis secundum eas quas cum alijs linguis communes habent.

Horatius in epistolis.

Quomodo dictum sit Abrahæ de filio eius, Et reges gentiũ ex illo erunt. Quæstio. XXXII.

Gene. 17. QVæritur quomodo dictum sit ad Abraham de filio eius: Et reges gentium ex illo erunt, utrum quia non prouenit secundum regna terrena, secundum ecclesiã accipi debeat, an propter Esau etiam ad litteram contigit.

Quomodo intelligatur, ꝙ Abraham tres videns, vnum tantum dominum appellat. Quæstio. XXXIII.

Gene. 18. ET uidens procurrit in obuiam illis, ab ostio tabernaculi sui, & adorauit super terram. & dixit: Domine si inueni gratiam ante te, ne prætereas seruum tuum: Quæritur cum tres uiri essent, qui ei apparuerant, quomodo singulariter dominum appellat dicens: Domine si inueni gratiam ante te. An intelligebat unum ex eis dominum, & alios angelos, an potius in angelis dominum sentiens, domino potius quàm angelis loqui elegit, quia uno ex tribus cum ipso Abraham postea remanente, duo mittuntur in Sodomam, & illis sic loquitur Loth tanq̃ domino.

Quomodo si ãgelos intellexit esse, ad mortalium refectionẽ inuitauerit dicens, Sumatur aqua, & lauem pedes vestros etc. Quæstio. XXXIIII.

SVmatur aqua, & lauem pedes uestros, & refrigerate sub arbore, & sumam panem, & manducate. Gene. 18. Quæritur si angelos intelligebat, quomodo potuerit ad hanc humanitatem inuitare, quoniam refectio mortali carni necessaria est, non immortalitati angelorum.

Quomodo, quia dicitur ꝙ Abraham & Sara seniores erant, Apostolus pro miraculo habet corpus Abrahæ emortuum genuisse, cum Abraham iã mediæ duntaxat secundum illa tempora, esset ætatis & postea filios de Cethura fœcerit. Quæstio. XXXV.

ABraham autem & Sara seniores progressi in diebus, defecerant autem Saræ fieri muliebria. Seniorũ ætas minor est q̃ senũ, q̃uis & senes appellentur seniores. Vnde si uera sunt, quæ à nõnullis medicis asseruntur, quoniam senior uir cum muliere seniore filios facere non potest, etiam si adhuc fœminæ muliebria ueniant, Secundum hoc admiratum Abraham de promissione filij, & miraculũ posuisse Apostolum accipere possumus, ubi dixit: Emortuũ corpus Abrahæ, Emortuum quippe corpus nõ ita intelligendũ est, ac si omnino nullam uim generandi habere posset, si mulier iuuenilis ætatis esset, sed secundum hoc emortuũ, ut etiam de prouectioris ætatis muliere non posset. Nam ideo de Cethura potuit, quia & iuuenem illam inuenit. Sic enim medici tradunt, quoniam cuius corpus uiri secundum hoc iam defecit, ut cum fœmina prouectioris ætatis, q̃uis menstrua adhuc patiatur, generare non possit, de iuuencula potest. Et rursus mulier, quæ iam prouectæ ætatis est, q̃uis adhuc menstrua fluant, ut de seniore parere non possit, de iuuene potest. Illud itaq; ideo miraculũ fuit, quia secundum id quod diximus, emortuo corpore uiri, fœmina quoq; prouectæ ætatis fuit, ut ei destitissent fieri muliebria. Nam quod ait Apostolus, corpus emortuũ, uerbo quis promat, quia dixit emortuum? Iam ergo nec animã habuisse, sed cadauer fuisse intelligi debet, quod absurdissimæ falsitatis est. Sic itaq; soluitur ista quæstio. Alioquin merito mouet, quomodo cum esset Abraham propè mediæ ætatis, secundum quam homines tunc uiuebant, & postea filios de Cethura fœcerit, dicatur ab Apostolo, corpore emortuo, & pro miraculo, quia genuit prædicetur. Gene. 18. Gene. 17. Roma. 4. Roma. 4.

Cum

Cum ambo tam Abraham q̄ Sara riserint, vt dicitur, cur dominus tamen Saram redarguit q̄ riserat. Quæstio. XXXVI.

Gene.18. ET dixit dominus ad Abraham: Quare risit Sara in semetipsa dicens: Ego uero pariam, ego autem senui? Quæritur quare istam redarguit dominus, cum & Abrahã riserit, nisi quia illius risus admirationis & lætitiæ fuit, Saræ autẽ dubitationis, & ab illo dijudicari potuit, qui corda hominum nouit.

Quomodo Sara, si deum esse putabat, negabat se risisse, cum sciret deũ nihil latere posse, cum scrutator sit etiã cordium. Quæstio. XXXVII.

NEgauit Sara dicens: Nõ risi, timuit enim. Quomodo intelligebant deum esse qui loquebatur, cũ etiam negare ausa sit Sara quòd riserit, tanquàm hoc ille posset ignorare, nisi forte Sara homines eos putabat, Abrahã uero deum intelligebat, sed etiam ipse illa humanitatis officia præbẽdo, de quibus ut supra dixi, quæ necessaria nisi infirmæ carni esse nõ possent, mirum nisi homines prius esse arbitratum est. Sed fortassis in aliquibus deum loqui intellexit quibusdam diuinæ maiestatis existentibus & apparentibus signis, sicut in hominibus deum sæpe apparuisse scriptura testatur. Sed rursus quæritur, si ita est, unde angelos fuisse postea cognouerunt, nisi fortè cum eis uidentibus in cœlum issent.

Quomodo dominus promittat Abrahæ, non solum premia, sed etiã obtinentiã, alias obedientiam, iusticię filiorum eius. Quæstio. XXXVIII.

Gene.18. SCio enim, quia constituet filijs suis, & domui suæ post se, ut custodiant uias domini, & faciant iustitiam & iudicium, ut adducat dominus in Abraham omnia quæ locutus est ad illum. Ecce ubi promittit dominus Abrahæ, non solum premia, sed etiam obedientiam iustitiæ filiorum eius, ut circa eos etiam premia promissa compleantur.

Quomodo deus, qui cuncta scit, voluit experiri descendendo, an clamorem illũ, de quo fit mentio, opere cõplerent. Quæstio. XXXIX.

Gene.18. DEscendeus ergo, uidebo, si secundum clamorem ipsorum uenientem ad me consumantur, si autem non, ut sciam, uerba hæc si non dubitantis, quid duorum potius euentuum sit, sed irascentis & minantis accipiamus, nulla quæstio est: More quippe humano deus in scripturis ad homines loquitur, & eius iram nouerũt sine perturbatione eius intelligere, qui nouerunt. Solemus autem etiam sic minaciter loqui: Videamus si non tibi facio, aut, uideamus si non illi facio, &, si non potuero tibi facere, uel sciam, id est, hoc ipsum experibor, utrum non possim, q̄ cõminando, non ignorando dicitur. Irati apparet effectus, sed perturbatio non cadit in deũ. Mos autem humanæ locutionis & usitatus est, ut humanæ infirmitati congruat, cui deus coaptat locutionem suam.

Quia de Sodomis dixit deus, nõ se perdere locũ si inuenirentur illic vel decem iusti, quæritur an speciali quadã sententia de illa ciuitate, an de omnibus intelligendum sit, generaliter parcere dominum loco, in quocunq; vel decem iusti fuerint. Quæstio. XL.

QVæri solet, utrũ quod de Sodomis dixit deus, Gene.18.
non se perdere locum si inuenirentur illic uel decem iusti, speciali quadam sententia de illa ciuitate, an de omnibus intelligendum sit, generaliter parcere deum loco, in quocunq; uel decem iusti fuerint. In qua quæstione non est quidem necesse, ut hoc de omni loco accipere compellamur. Veruntamen de Sodomis potuit & sic dici, quia sciebat deus ibi non esse uel decem, & ideo sic respondebatur Abrahæ, ut significaretur, nec tot ibi posse inueniri ad exaggerationem iniquitatis illorum. Non enim necesse erat deo tam sceleratis hominibus parcere, ne cum illis perderet iustos, cum posset iustis inde liberatis, reddere impijs digna supplitia, sed ut dixi, ad ostendendam malignitatem multitudinis illius dixit: Si decem ibi inuenero, parcam uniuersæ ciuitati, Gene.18.
tanq̄ si diceret: Certè possum nec pios cum impijs perdere, nec tamen propterea impijs parcere, quia liberatis & separatis inde pijs, possum impijs digna rependere, & tamen si ibi inueniantur, parco, hoc est, quia nec tot ibi possent inueniri. Tale aliquid est apud Hieremiam, ubi ait: Circuite uias Hierusalem, & uidete, & quærite in plateis eius & cognoscite si inuenietis hominem facientem iusticiam, & quærentem fidem, & propitius ero peccatis eorum, id est, inuenite uel unum, & parco cæteris, ad exaggerendum & de monstrandum quòd nec unus ibi posset inueniri. Hierem.5.

Quomodo Loth, quos obuiam habuit, adorauit vt angelos, & inuitauit ad refectionẽ corporalem vt homines, cum alterum ineptum esse uideatur ac indecens. Quæstio. XLI.

QVòd occurit Loth angelis, & adorauit in faciem, uidetur intellexisse quòd angeli essent. Gene.19.
Sed rursus cum eos ad refectionem corporis inuitat, qua mortalibus necessaria est, uidetur putasse quòd homines essent, ergo quæstio similiter soluitur, ut soluta est de tribus, qui uenerunt ad Abraham, ut aliquibus signis appareret eos diuinitus missos, qui tamen homines crederentur. Nam & hoc in Epistola, quæ est ad Hebræos, cum de hospitalitatis bono scriptura loqueretur, ait. Per hanc enim quidam nescientes hospitio, receperunt angelos. Hebræ.13.

Quia

Quia Loth obtulit filias suas, vt incorruptos seruaret hospites suos, quæritur an licita sit compensatio flagitiorum. Quæstio. XLII.

Gene.19. QVòd ait Sodomitis Loth: *Sunt mihi duæ filiæ, quæ nondum nouerunt uiros, producam illas ad uos, utimini illis quomodo placuerit uobis, tantũ in uiros istos ne faciatis iniquũ, quoniã pstituere uolebat filias suas hac compensatione, ut uiri hospites eius nihil à Sodomitis tale paterentur, utrum admittenda sit compensatio flagitiorũ, uel quorumcunq; peccatorum, ut nos faciamus mali aliquid, ne alius grauius malũ faciat, an potius perturbationi Loth, nõ consilio tribuendũ sit, quia hoc dixerit, merito quæritur, & nimium periculosissime admittitur hæc compensatio, Si autem perturbationi humanæ tribuitur, & menti tanto malo permotæ, nullo modo imitanda est.*

Si cœcitate percussi erant viri Sodomitę, quomodo deficere poterãt quærendo ostium, cum ne quærere quidem illud cœci possent, qua ergo cœcitate dicantur percussi. Quæstio. XLIII.

Gene.19. *VIros uero qui erant ad ostium domus percusserũt cœcitate, græci habent ἀορασίᾳ, quod magis significat si dici potest, auidentia, quæ faciat non uideri non omnia, sed quòd non opus est, Nam merito mouet quomodo potuerunt deficere quærendo ostium, si tali erant cœcitate percussi, ut omnino nihil uiderent. Hoc enim modo sua calamitate turbati hac ulterius ostium nõ requirerent.* ἀορασία *& illi percussi sunt qui quærebãt*
4.Reg.6. *Heliseum. Hanc & illi habuerunt qui dominum post re-*
Luce.24. *surrectionem cum illo ambulantes in uia nõ cognouerũt, quàmuis non sit ubi hoc uerbum positum, sed res ipsa intelligatur.*

Quid significet ꝙ Loth deo non credebat, sed diffidebat. Quæstio. XLIIII.

Gene.19. DIxit autem Loth ad illos: *Oro domine, quia inuenit puer tuus misericordiã ante te, & magnificasti iusticiam tuã, quam facis in me, ut uiuat anima mea, ego autem nec possum saluus fieri in monte, ne forte cõprehendant me mala, & moriar. Hac perturbatione timoris non credebat ipsi domino, quem in angelis cognoscebat, quia etiam illud de filiabus suis prostituendis dixerat, ut intelligamus non pro auctoritate habendum, quod dixit de turpitudine filiarum, non enim & hoc pro auctoritate habendum est, deo non esse credendum.*

Quid significet ꝙ Loth dicatur liberatus ob meritum Abrahæ. Quæstio. XLV.

Gene.19. ET recordatus est deus Abraham, & exemit Loth de medio euersionis, *Commendat scriptura meritis magis Abrahæ liberatum esse Loth, ut intelligamus iustum Loth dictum secundum quendam modum, maxime quòd unum uerum deum colebat, & propter comparationem scelerum Sodomorum, inter quos uiuens ad uitam similem non potuit inclinari.*

Quis sit mons in quem Loth sponte adscendisse dicitur, cum admonente domino adscendere prius in montẽ noluerit. Quæstio. XLVI.

Gene.19. ADscendit aũt Loth de Segor, & sedebat in monte. *Mirum ubi ipse mons est, in quem sponte adscendit, quo admonente domino descendere noluit, aut enim nullus est alius, aut non apparet.*

Quid significet timor Loth, quí vt dicitur in Segor habitare timuit, Quæstio. XLVII.

Gene.19. TImuit enim habitare in Segor. *Infirmitati eius dominus & timori concesserat ciuitatem, quam Loth ipse delegerat, & in ea promiserat ei securitatem, quòd propter illum parceret ciuitati, tamen ibi etiam esse timuit, fides ita eius non magni roboris fuit.*

Quomodo Abraham adhuc in illa ætate in qua erat, cũ de eo dicitur ꝙ timuit dicere de Sara, ꝙ uxor sua esset, pro Saræ pulchritudine periclitari metuebat. Quæstio. XLVIII.

Gene.20. DIxit autem Abraham de Sara uxore sua, soror mea est. *Timuit enim dicere, uxor mea est, ne forte occiderent eum uiri ciuitatis propter illam. Quæri solet quomodo adhuc in illa ætate pro Saræ pulchritudine Abraham periclitari metuebat. Sed magis formæ illius uis miranda est, quæ adhuc adamari poterat, quàm quæstio difficilis putanda.*

Quid significet ꝙ deus de peccato quod Abimelech potuisset committere in Sara, dixit, peperci tibi vt nõ peccares in me, Et quomodo eidem admonendo dictum sit, tanquam sine dubio prædiceret, tu morieris, Quæstio. XLIX.

Gene.20. QVòd ait deus ad Abimelech: *Propter Saram peperci tibi ut non peccares in me, quando eum admonuit, uxorẽ Abrahæ esse quã putabat sororem: Aduertendum est & notandum in deum peccari, quando talia committuntur, quæ putant homines leuiter habenda, tanquàm in carne peccata. Quod autem dixit ei, ecce tu morieris: Etiam hoc notandum est, quomodo dicat deus, tanq̃ prædicens sine dubio futurum, quod admonendo dicit, ut à peccato abstinendo cauea-*
tur.

Cur Abrabam nec die quo natus est ei filius, nec die quo circumcisus est, sed die quo ablactus est, epulum fœcerit. Quæstio. L.

Merito

Gene. 21. MErito quæritur, cur Abraham nec die, quo natus est ei filius, nec die quo circumcisus est, sed die, quo ablactatus est, epulum fœcerit. Quod nisi ad aliquam spiritalem significationem referatur, nulla solutio quæstionis est. Tunc scilicet esse debere magnum gaudium spiritalis ætatis, quando fuerit factus homo nouus spiritalis, id est, non talis qualibus dixit Apostolus: 1. Corin. 3. Lac uobis potum dedi non escam, nondum enim poteratis, sed nec adhuc potestis, adhuc enim estis carnales.

Quomodo Abraham contristatus esse dicatur, dicente Sara, Eijce ancillam & filium eius etc. cũ fuerit prophetia, quam vtiq; magis debuit nosse ipse, ꝙ Sara. Quæstio. LI.

Gene. 21. QVeritur, Sara dicente: Eijce ancillam & filium eius, non enim hæres erit filius ancillæ cum filio meo Isaac, quare contristatus sit Abraham, cum fuerit prophetia, quam utique magis debuit nosse ipse, quàm Sara. Sed intelligendũ est, uel ex reuelatione hoc dixisse Sara, quia prius illi fuerat reuelatum, illum uero, quem de hac postea dominus instruit, paterno affectu pro filio fuisse commotum, uel ambos prius nescisse, quid nam illud esset, & per Saram nescientem hoc prophetice dictum esse, cum illa mota esset muliebri animo propter ancillæ superbiam.

Quomodo Hismael quoque dictus sit a deo semen Abrahæ, et quid significet. Quæstio. LII.

Gene. 21. NOtandum quòd & Hismael dictus sit à deo semen Abrahæ, propter illud, quod sic accipiendum docet Apostolus, quod dictum est: Roma. 9. In Isaac uocabitur tibi semen, non filij carnis, sed filij promissionis deputãtur in semine, ut hoc propriè pertineat ad Isaac, qui non filius carnis, sed filius promissionis fuit, ubi promissio fit de omnibus gentibus.

Quomodo Abraham dicatur imposuisse humeris Agar puerũ tam grandem. Quæstio. LIII.

Gene. 21. SVrrexit autem abraham manè, & sumpsit panes & utrem aquæ, & dedit Agar, & imposuit in humeros & puerum, & dimisit illam. Fieri solet quæstio, quomodo imposuerit in humeros puerũ tam grandem. Nam qui fuerat antea quàm natus esset Isaac tredecim annorum circumcisus, cum esset Abraham nonagintanouem, et natus sit Isaac centenario patre. Ludebat autem Ismaël cum Isaac, quando Sara commota est, utiq; tum grandiusculo, qui iam fuerat ablactatus, profecto annorum fuit Hismael, quando cũ matre sua de domo patris expulsus est, amplius sedecim. Sed ut hoc quod cum parulo lusit, per recapitulationem accipiamus dictum, tanquàm ablactaretur Isaac, profecto etiam sic amplius quàm tredecim annorum puer in humero matris, cuim utre & panibus, nimis absurdũ est, ut impositus esse credatur. Quàm facile autem soluitur quæstio, si non subaudiamus, imposuit, sed dedit. Dedit enim Abraham sicut scriptum est, matri eius panes & utrem, quæ illa imposuit in humeros suos. Cum autem adiunctum & dictum esset, puerum, subaudiamus, dedit, qui panes & utrem dederat, non in humeros imposuit.

Quomodo Agar dicatur proiecisse puerum tam grandem sub arborem, tanꝙ infans esset, & reliqua quomodo ætati illius cõgruant. Quæstio. LIIII.

Gene. 21. DEfecit autem aqua de utre, & proiecit puerum sub unam abietem, & discessit, & sedere cœpit contra illum longe quantum arcus mittit. Dixit enim: Non uidebo mortem filij mei, & sedit contra eum. Exclamans autem puer, plorauit. Et exaudiuit deus uocem pueri de loco, ubi erat. Et uocauit angelus domini Agar de cœlo, & dixit ei: Quid est Agar? Noli timere, exaudiuit enim deus uocem filij tui de loco, in quo est. Surge, accipe puerum, & tene illum in manu tua: In magnam enim gentem faciam illum. Solet queri, quomodo cum puer esset annorum amplius quindecim, proiecerit eum mater sub arborem, & ierit longè quantum arcus mittit, ne uideret eum morientem, quasi eum quem portabat proiecerit, ita uidetur sonare, quod dicitur maxime, quia sequitur, fleuit puer. Sed intelligendum est, proiectum esse, non à portante, sed ut sit ab animo tanquàm moriturum. Neque enim quod scriptum est: Pro- Psalm. 30. iectus sum à facie oculorum tuorum, portabatur qui hoc dixit: Et est in quotidiano loquendi usu, cum proijcitur aliquis ab aliquo, cum quo erat, ne ab illo uideatur, aut cum illo maneat. Intelligendum est autem, quod scriptura tacuit, ita discessisse matrem à filio, ut puer ignoraret, quò mater abierit, & eam in siluestribus stirpibus latuisse, ne filium siti deficientem uideret. Ille autem etiam illa ætate, quid mirum, si matre diutius non uisa, & tanquàm perdita eo loco ubi solus remanserat, fleuit? Quòd ergo postea dicitur: Accipe puerum, non ut eum de terra uelut iacentem tolleret dictum est, sed ut ei cõiungeretur, & eum manu teneret deinceps comitem, sicut erat, quod plerumq; faciunt simul ambulantes cuiuslibet ætatis.

Quomodo Agar dicatur errasse iuxta puteum coniurationis, qui nõ tũc, sed multo post dictus videtur hoc nomine. Quæstio. LV.

Factum

Gene.21. FActum est autem in tempore illo, & dixit Abimelech etc. Quæri potest, quando cum isto Abimelech pactum fœcit Abraham, ut appellatus est puteus quem fodit puteus iurationis, quomodo congruat ueritati: Agar enim de Abrahæ domo expulsa cũ filio iuxta puteum, sicuti dictum est iurationis, errabat, qui ualde postea dicitur factus ab Abraham, ibi enim Abimelech et Abraham iurauerunt, quod nondum utiq; factum fuerat, cum de domo Abrahæ Agar cum filio suo fuisset expulsa. Quomodo ergo errabat iuxta puteum iurationis? An factum iam fuisse intelligendum est, & per recapitulationem postea commemoratum, quod egit Abraham cum Abimelech? sed forte qui longe postea librũ scripsit ex nomine putei iurationis appellauit regionẽ, in qua cum filio mater errabat, tanquàm diceret, errabat in illa regione, ubi puteus iurationis factus est, quãuis puteus postea sit factus, sed longe ante ætatem scriptoris? Sic autem appellabatur puteus cum liber scriberetur, nomen tenens antiquum, quod imposuerat Abraham. Si autem ipse est puteus, quem apertis oculis uidit Agar, nihil restat ut per recapitulationem quæstio dissoluatur. Nec mouere debet quomodo puteum, quem foderat Abraham, nesciebat Agar, si ante est ille fossus quàm illa expulsa. Valde enim fieri potuit, ut pecorum suorum causa longe à domo, in qua cum suis habitabat, puteum foderet quem illa nesciret,

Quomodo ad puteum iuramenti agrum dicatur plantasse Abraham, cum beatus Stephanus dicat, quod Abraham in terra illa nec hæreditatẽ acceperat, nec spacium pedis. Quæstio. LVI.

Gene.21. QVæri potest quomodo ad puteum iuramenti agrum plantauerit Abraham, si in terra illa
Actor.7. quemadmodum Stephanus dicit, nec acceperat hæreditatem, nec spacium pedis. Sed ea est intelligenda hæreditas, quam deus munere suo fuerat daturus, non empta pretio. Intelligitur autẽ spaciũ circa puteum ad illud emptionis pactũ pertinere, in quo fuerant agnæ septem datæ, quando Abimelech & Abraham sibi etiam iurauerunt.

Quomodo dicatur, quod temptauit deus Abraham, cum beatus Iacob⁹ in epistola sua dicat, quod deus neminem temptet, Quæstio. LVII.

Gene.22. ET temptauit deus Abraham. Quæri solet quomo-
Jacob.1. do hoc uerum sit, cum dicat in epistola sua Iacobus, quòd deus neminem temptet, nisi quia locutione scripturarum solet dici, temptat, pro eo, quod est probat. Temptatio uero illa, de qua Iacobus dicit, non intelligitur, nisi qua quisq; peccato implicatur. Vnde A-
1.Thess.3. postolus dicit: Ne forte temptauerit uos is, qui temptat. Nam & alibi scriptum est: Temptat uos dominus deus Deut.13. uester, ut sciat, si diligitis eum, etiam hoc genere locutionis ut sciat, dictum est, ac si diceretur, ut scire uos faciat, quoniam uires dilectionis suæ hominem latent, nisi diuino experimento etiam eidem innotescat.

Quomodo dicat dominus, Modo enim cognoui etc. cum prius norit. Quæstio. LVIII.

VOx angeli de cœlo ad Abraham: Ne injicias ma- Gene.22.
num in puerum, neque facias ei quicquàm. Modo enim cognoui, quoniam times deum tu. Etiam ista quæstio simili locutione soluitur, hoc est enim, nunc cognoui, quoniam times deum tu, quod significat, nunc te fœci cognoscere. In consequentibus autem hoc genus locutionis euidenter apparet, ubi dicitur: Et uocauit no- Gene.22.
men Abraham loci illius, dominus uidit, ut dicatur hodie in monte, dominus apparuit, uidit pro eo, quod est apparuit, hoc est uidit, pro eo quod est uideri fœcit, significans per efficientem id, quod efficitur, sicut frigus pigrum, quod pigros facit.

De quo dictum intelligemus illud, Et non pepercisti filio tuo dilecto propter me, an propter angelum, an propter deum. Quæstio. LIX.

ET non pepercisti filio tuo dilecto propter me: Gene.22.
Nunquid Abraham propter angelum non pepercit filio suo, aut propter deum? Aut ergo angeli nomine dominus Christus significatus est, qui sine dubio deus est, & manifeste à Propheta dictus, magni consi- Esaie.9.
lij angelus. Aut quòd deus erat in angelo, & ex persona dei angelus loquebatur, sicut in Prophetis etiam solet. Nam in consequentibus hoc magis uidetur apparere ubi legitur: Et uocauit angelus domini Abraham i- Gene. 22.
terum de cœlo: Per memetipsum iuraui dicit dominus. Non facile enim inuenitur dominus Christus patrem dominum dicere, tanquàm suum dominum, illo præsertim tempore antequàm sumeret carnem. Nam secundum id quod formam serui accepit, non incongruenter hoc dici uidetur. Nam secundum huius rei futuræ prophetiam illud est in psalmo: Dominus dixit ad me, filius Psalm. 2.
meus es tu. Nam neque in ipso Euangelio facile inuenimus à Christo deum patrem dominum appellatum, quòd eius dominus esset, quàmuis deum inueniamus in illo loco, ubi ait: Vado ad patrem meum & patrem ue- Johan.20.
strum, deum meum & deum uestrum. Quod autem scriptum est, Dixit dominus domino meo, ad ipsum Psal.109.
qui loquebatur refertur, id est, dixit dominus meus domino meo, pater scilicet filio: Et, Pluit dominius à domino, qui scribebat dixit, ut dominus eius à domino eius, id est, dominus noster à domino nostro pluisse intelligatur, filius à patre.

Quomodo

Quomodo Chamuel nominatus, inter filios Melche dicatur pater Syrorum, cũ tunc Syrorum genus nondum fuerit. Quæstio. LX.

Gene. 22. QVod in his qui nunciauerunt Abrahæ natos esse filios Melche, nõinatur & Chamuel pater Syrorũ, nõ utiq; qui nũciauerũt, annũciare patrẽ Syrorum potuerunt, ex origine quippe illius Syrorum genus longè postea propagatum est: Sed dictum est à persona scribentis, qui post omnia illa tempora hæc scribendo narrauit, quemadmodum supra diximus de puteo iurationis. quæsti. 55.

Quomodo dictum sit, Exurgens autem Abraham, adorauit populum terrę, cum scriptum sit, Dominum deum tuum adorabis etc. Quæstio. LXI.

Gene. 23. EXurgens autem Abraham adorauit populum terræ. Quæritur quomodo scriptum sit, Dominum deum tuum adorabis, & illi soli seruies, cum Abraham sic honorauerit populum quendam gentium, ut etiam adoraret. Sed animaduertendũ est in eodem præcepto, non dictum, dominum deum tuum solum adorabis, sicut dictum est, & illi soli seruies, quod est græce λατρεύσεις Talis enim seruitus non nisi deo debetur. Vnde damnantur idolatræ, id est eiusmodi seruitutem exhibentes idolis, quæ debetur deo. Nec moueat quod alio loco in quadam scriptura prohibet angelus hominem adorare se, & admonet ut dominus potius adoretur: Talis enim apparuerat angelus ut pro deo posset adorari, & ideo fuerat corrigendus adorator. Deut. 6. Apoca. 19.

Quid sit, q̃ Abraham iubet puero suo, vt manum suam ponat sub eius femore. Quæstio. LXII.

Gene. 24. QVòd Abrahã iubet puero suo, utmanũ suam ponat sub eius femore, & sic eũ adiurat per dominum deum cœli, & dominum terræ solet imperitos mouere, non attendentes magnam de Christo extitisse prophetiam, quòd ipse dominus cœli & dominus terræ in ea carne uenturus esset, quæ de illo femore propagata est.

Quid differant augurationes illicitę ab illa petitione signi, qua petiuit seruus Abrahę, vt ei deus ostenderet ipsam esse futuram vxorẽ domini sui Isaac. Quæstio. LXIII.

Gene. 24. QVærendũ quid differant auguratiões illicitæ ab illa petitione signi, qua petiuit seruus Abrahæ, ut ei deus ostenderet ipsam esse futuram uxorem domini sui Isaac, à qua cum petiuisset ut biberet, diceretur illi, bibe & tu, & adaquabo camelos tuos quoadusq; bibere desinent. Aliud est enim mirum aliquid petere, qd̃ ipso miraculo signũ sit, aliud hæc obseruare quæ ita fiunt, ut mira non sint, sed à conlectoribus superstitiosa uanitate interprætentur. Sed hocipsum etiam quòd mirum aliquid postulatur, quo significetur, quod quisq; uult nosse, utrum audiendum sit, non parua quæstio est. Eo namq; pertinet, q̃ dicuntur, qui hoc non recte faciunt, temptare dominum. Nam ipse dominus cum à diabolo temptaretur, testimonium de scripturis adhibuit: Non temptabis dominum deum tuum. Suggerebatur enim tanq̃ homini, ut signo aliquo exploraret ipse quantus esset, id est, quàm multum apud deum posset, quod uitiose fit, cum fit. Ab hoc autem discernitur, quod Gedeon fecit pugnæ imminente periculo. Consultatio quippe illa magis quàm temptatio dei fuit. Vnde & Achas apud Esaiam timet signum petere, ne deum tẽptare uideatur, cum hoc eum dominus admoneat per Prophetã, credo existimans, quòd ab ipso Propheta exploraretur, utrum præcepti memor esset, quo tempatre deũ prohibemur. Matt. 6 Deut. 6. Esaie. 7.

Quid nobis significetur in eo, quod seruus Abrahę referẽs mandata eius, non eisdem verbis, sed idem significantibus vsus sit. Quæstio. LXIIII

Gene. 24. SEruus Abrahæ narrans, quæ sibi mandata fuerant à domino suo, dicit eum sibi dixisse: Non sumes uxorem filio meo de filiabus Chananæorum, inter quos ego habito in terra eorum, sed in domum patris mei ibis, & in tribum meã, & sumes uxorem filio meo inde etc. Si legantur quomodo illi mandata sint, sententiã eadem reperitur, uerba uero non omnia, uel ipsa, uel ita dicta sunt. Quod admonendum putaui propter stultos & indoctos homines, qui Euangelistas hinc calumniantur, quòd in aliquibus uerbis non omnino conueniũt, quamuis rebus atq; sententijs omnino non discrepent. Certe enim istum librum unus homo scripsit, qui ea, quæ supra dixit cum mandaret Abraham, uel relecta sic ponere potuit, si ad rem pertinere iudicaret, cum ueritas narrationis non exigitur, nisi ut rerum sententiarũq; sit, quibus uoluntas, propter quam intimandam uerba fiũt, satis apparet.

Quomõ, vti in græcis codicibus reperitur, iuratio serui Abrahę maledictum dicatur. Quæstio. LXV.

Gene. 24. QVòd habẽt Latini codices, narrãte seruo Abrahæ, quæ sibi mandauerat dñs eius: Tunc innocens eris á iuramento meo uel iuratione mea, Græci habent à maledicto meo, ὅρκος enim dicitur iuratio, καταρά maledictum, unde & κατακτὸς maledictus, uel ἐπικαταράκτος dicitur. Proinde oritur quæstio, quomodo ista iuratio maledictum posset intelligi, nisi quia maledictus est, qui contra iurationem fecerit.

Vnde

Vnde hæc duo, Misericordia & Iustitia, seu misericordia & ueritas, in psalmis & alijs sanctis scripturis usus sui originem duxere. Quæstio. LXVI.

Genes. 24. SI ergo facitis misericordiam & iusticiam ad dominum meum, renunciate mihi. Duo illa quæ assiduè ponuntur in alijs sanctis scripturis, & maxime in psalmis, misericordia & iustitia (tantundem enim ualet, misericordia & ueritas) hinc iam apparere cœperunt,

Cum dicitur, Rebecca sit uxor filij domini tui, quemadmodum locutus est dominus, quæritur quando id locutus sit dominus.

Quæstio. LXVII.

Genes. 24. ECce Rebecca in conspectu tuo: Accipiens eam recurre, & sit uxor filij domini tui, quemadmodum locutus est dominus. Quæritur quando locutus sit dominus, nisi quia uel prophetam esse Abraham nouerant, & propheticè á domino dictum, quod per illum dictum fuerat, agnoscebant, aut signum illud quòd sibi dictum seruus eius narrauit, locutionem domini appellauerunt, hoc enim magis de Rebecca expressum est. Nam quòd Abraham dixerat, non de Rebecca dixerat, sed de aliqua fœmina ex tribu uel cognatione sua, & hoc ad utrumq; ut immunis esset á iuramento seruus, si non impetrasset, quod utiq; non dicitur, cum aliquid prophetatur: Certè enim decet esse prophetiam,

Vtrum fratres Rebeccæ ipsi tam magnã comprecantes prophetæ erant, an uani. Quæstio. LXVIII.

Gene. 24. QVòd Rebeccæ dixerunt fratres eius proficiscenti: Soror nostra es, esto in milia milium, & hæreditatem obtineat semen tuum ciuitates aduersariorum tuorum, non prophetæ fuerunt, aut uanitate tam magnã optauerũt, sed eos quòd promiserat deus Abrahæ latere non potuit.

Qualis fuerit exercitatio Isaac in campo. Quæstio. LXIX.

QVòd scriptum est: Exijt Isaac exerceri in campo meridie: Qui uerbum de hac re græcum nescium, exercitationem corporis putant. Scriptum est autem græce ἄδολεσχεισθαι. ἀδολεσχειν uero ad animi exercitationem pertinet, & sæpe uitio deputatur: More autem scripturarum plærumq; in bono ponitur. Pro isto uerbo quidam interpretes nostri exercitationem, quidam garrulitatem, quasi uerbositatem, quæ in bonum, quantum ad latinum eloquium pertinet, uix aut nunq̃ inuenitur, sed ut dixi in scripturis plærunq; in bono dicitur, & uidetur mihi significare animi affectum studiosissimè aliquid cogitantis, cum delectatione cogitationis, nisi aliud sentiunt, qui hæc uerba græca melius intelligunt.

Cum dictum sit, Adijciens autem Abraham, sumpsit uxorem nomine Cethuram, dubitatur an incõtinentia in eo suspicanda sit, & quomodo ex ea filios genuerit, qui prius cum senior esset, pro miraculo ex Sara habetur genuisse. Quæstio. LXX.

ADijciens autem Abraham, sumpsit uxorem nõ- Gene. 25.
mine Cethuram. Quæstio & hic esset, si peccatum est maximè in antiquis dantibus operam propagandæ proli. Quidlibet enim hic quàm incontinentia suspicanda est tanti uiri, in illa præsertim iam ætate. Cur autem in hac filios fœcerit, qui cum miraculo de Sara fœcerat, supradictum est, quamq̃ nonnulli donum, quod accepit Abraham uelut reuiuiscentis corporis ad filios procreandos diu permansisse asserant, ita ut posset & alios procreare. Sed multo est absolutius, de adolescẽtula potuisse seniorem, q̃ senior de seniore nõ posset, nisi deus illic miraculum perstitisset, maxime propter Saræ, non solum ætatem, uerumetiam sterilitatem. Sanè etiam grandioris ætatis, & sicut scriptura loquitur, plenum dierũ posse dici seniorem, hoc est presbyterum. Hinc intelligi potest, quia hoc Abraham appellatus est, quando mortuus est. Proinde omnis senex etiam presbyter, non omnis presbyter etiam senex, quia plærunq; est hoc nomen ætatis, quæ infrá senectutem senectuti uicina est, & ex hoc etiam ipsá á senectute nomen accepit. In Latina autem linguá presbyter senior appellatur, apud græcos autem maximè, sicut scriptura loquitur πρεσβυτερόν, & μειωτερόν dicuntur etiam, si ætates iuuenum comparentur, quòd dicimus nos maiorem atque minorem. Veruntamen hoc factum Abrahæ, quòd post mortem Saræ de Cethura filios procreauit, non sic accipiendum est quasi humana consuetudine & cogitatione tantummodo substituendæ numerosioris prolis hoc factum sit: Sic enim possent accipere homines etiam quod de Agar factum est, nisi Apostolus admoneret illa fuisse facta propheticè, ut in utrisq; personis mulierum earũq; filiorum duo Testamenta ad futurorum pronunciationem allegorica significatio figuraret. Vnde in isto quoq; Abrahæ facto tale aliquid quærendum est. Si non facile occurrat, ego interim quod occurrit, munera quæ acceperunt filij concubinarum, uidentur mihi significare quædam dona dei, uel in Sacramentis, uel in quibusq; signis, etiã carnali populo iudæorum, & hæreticis data uelut filijs concubinarum, cum hæreditatis munus, quod est Charitas, & uita æterna, non nisi ad Isaac pertineat, hoc est ad filios promissionis. Gala. 4.

Quid sibi uelit quod scriptum est, Hec sunt nomina filiorum Hismaël, secundum nomina generationum eorum. Quæstio. LXXI. Gene. 52.

QVid sibi uult quòd scriptum est: Hæc sunt nomina filiorum Hismaël secundum nomina ge-

nerationum eorum: Non enim satis elucet cur additum sit, secundum nomina generationum eorum, cum hi soli nominentur quos ille genuit, non etiam qui ab ipsis geniti sunt: Nisi forte quia nationes ex illis propagatæ, eorum nominibus appellantur, & hoc significatum sit cum dictum est, secundum nomina generationum eorũ, quamuis hoc modo illæ nationes sint potius secundũ nomina istorum, non ista nomina secundũ illas nationes, quia illæ posterius extiterunt. Vnde notanda locutio est, quia & postea de illis dicitur, duodecim principes secundum gentes eorum.

Quo Rebecca iuerit interrogare dominum, cum prægnans esset. Quæstio. LXXII.

Genes. 25. QVòd de Rebecca scriptum est, quia uenit interrogare dominum cum gestirent puerperia in utero eius, quæritur quo ierit. Non enim erant tunc prophetæ aut sacerdotes secundum ordinem tabernaculi, uel templi domini. Quo ergo ierit merito mouet, nisi forte ad locum ubi aram constituerat Abraham. Sed illic quomodo responsa dentur, omnino tacet scriptura, utrum per aliquem sacerdotem, quod incredibile est si erat, nõ fuisse nominatum, & nullam ibi omnino sacerdotum aliquorum factam esse mentionem. An forte ibi cum orando allegassent desideria sua, dormiebant in loco, ut per somnium monerentur? an adhuc uiuebat Melchisedech, cuius tanta fuit excellentia, ut á nonnullis dubitetur, utrum homo, an angelus fuerit? an erant aliqui tales etiam illo tempore homines dei, in quibus posset deus interrogari? Quicquid horum est, & si quid aliud quod me forte ne commemorarem præterierit, mentiri tamen scriptura nõ potest, quæ dixit, Rebeccam iisse ad interrogandum dominum, eiq; dominum respondisse.

Quid significent duo populi, quos dominus dixit in utero Rebeccę. Quæstio. LXXIII.

Gene. 25. IN eo qd' dominus respondit Rebeccæ: Duæ gentes in utero tuo sũt, et duo populi de uẽtre tuo separabũtur, & populus populũ superabit, et maior seruiet minori, spirituali intelligẽtia, carnales in populo dei significantur per maiorem filium, & spiritales per minorem, quia sicut
1. Cor. 15. dicit Apostolus: Non prius quod spiritale, sed quod animale, postea spiritale. Solet & sic intelligi hoc quod dictum est, ut in Esau figuratus sit maior populus dei, hoc est Israëliticus secundum carnem, per Iacob autem figuratus sit ipse Iacob secundum spiritalem progeniem, sed etiam historica proprietate hoc responsum inuenitur esse completum, ubi populus Israël, hoc est Iacob minor filius, superauit Idumæos, hoc est gentem quam propagauit Esau, eosq; fœcerit tributarios per Dauid, qd' diu fuerunt usq; ad regem. s. Ioram, sub quo Idumæi rebellauerunt, & iugum Israëlitarum Idumæi á ceruice sua deposuerunt, secundum prophetiam ipsius Isaac, quando minorem pro maiore benedixit, hoc enim dixit & de maiori, cum & ipsum postea benediceret.

Quomodo Iacob, qui uir simplex, et ut græcum sonat, non fictus dicitur, perdolum acceperit benedictionem fratris sui. Quæstio. LXXIIII.

Iacob autem erat homo simplex, habitans domum. Gene. 25
Quòd græce dicitur ἁπλαστος, hoc latini simplicẽ interpretati sunt. Proprie autem ἁπλάστος non fictus, unde aliqui latini interpretes, sine dolo, interpretati sũt, dicentes: Erat Iacob sine dolo, habitans in domo, ut magna sit quæstio, quomodo per dolum acceperit benedictionem, quia erat sine dolo. Sed ad significandum magnũ aliquid quod scriptura prætermisit. Hinc enim maxime cogimur ad intelligenda illo loco spiritalia, quia sine dolo erat, qui dolum fœcit: Vnde quid sentiremus, in sermone quodam, in populo habito, satis diximus.

Quando & quomõ factum sit, ꝙ tempore famis abijt Isaac ad Abimelech regem Philistinorum in Gerara. Quæstio. LXXV.

IN eo quod scriptum est: Facta est autem fames super terram præter famem, quæ ante facta est in tempore Abrahã: Abijt autem Isaac ad Abimelech regem Philistinorum in Gerara. Quæritur hoc, quando sit factum, utrum postq̃ Esau uendidit primogenita sua cibo lenticulæ, post illam quippe narrationem hoc narrari incipit, an ut fieri solet per recapitulationem narrator ad ea reuersus sit, cum progressus de filijs eius ad eum locũ peruenisset, qui de lenticula cõmemoratur. Mouet autẽ, quia ipse inuenitur Abimelech, qui etiam Saram cõcupiuerat. Ipsius enim Paranympl.us & princeps militiæ, qui ibi cõmemorati sunt etiam hic cõmemorantur, utrum uel uiuere potuerint. Quando enim factus est amicus Abrahæ, nondum natus erat Isaac, sed iã promissus. Ponamus anteq̃ nasceretur Isaac illud fuisse factum. Deinde Isaac suscepit filios, cum esset annorum sexaginta, illi autem iuuenes erant, quoniam uendidit Esau primogenita sua. Ponamus etiã ipsos circa uiginti annos fuisse, fiunt anni ætatis Isaac usq; ad illud factũ filiorũ eius, circiter octoginta. Adolescentẽ accipiamus fuisse Abimelech, quando matrẽ ipsius concupiuit, & Abrahæ amicus est factus. Potuit ergo iam esse quasi centenarius, si post illud factũ filiorũ suorũ perrexit in eã terrã famis necessitate Isaac. Non ergo ex hoc cogit ulla necessitas per recapitulationem putare narratam profectionem Isaac in Gerara, sed quia ibi diuturno tempore fuisse Isaac scribitur, & puteos fodisse, & de his contendisse, & ditatum fuisse pecunia. Mirum nisi recapitulando ista cõmemorantur, quæ ideo fuerant prætermissa, ut primũ de filijs eius usq; ad illum locum de lenticula narratio peruenuret.

Secundum quid Isaac dicitur magnus factus ualde, & quomodo significentur in hoc temporalia dona, etiam a deo speranda. Quæstio. LXXVI.

Ideo

Genes. 26. IDeo quòd ſcriptum eſt de Iſaac: Benedixit eum autem dominus, & exaltatus eſt homo, & procedens, maior fiebat quoadusq; magnus factus eſt ualde, ſecundum terrenam fœlicitatem dictũ, ſequentia docent: Exequitur enim narrator eaſdem eius diuitias, quibus magnus factus eſt, et hinc motus Abimelech, timuit illũ ibi eſſe, ne potentia eius ſibi eſſet infeſta. Quanq̃ ergo ſpiritale aliquid iſta ſignificent, tamen ſecundũ id quod ita contigerunt, ideo præmiſſum eſt, benedixit eum dominus, ut ſana fide intelligamus, etiam iſta temporalia dona nec dari poſſe, nec ſperari debere, etiam cum ab infirmioribus appetuntur, niſi ab uno deo, ut qui in minimis fidelis eſt, etiam in magnis fidelis ſit, & qui in mãmona iniquo fidelis inuentus eſt, etiã uerũ accipere mereatur, ſicut dominus in Euangẽlio loquitur. Talia etiã de Abraham dicta ſunt, quòd ei munera dei prouenerint. Vnde non parum ædificat ſanam fidem pie intelligentibus iſta narratio, etiam ſi de his rebus allegorica ſignificatio nulla poſſet exculpi.

Luce. 16.

Quid ſit execratio illa de qua dicitur: Fiat execratio inter nos. Quæſtio. LXXVII.

Genes. 26. FIat execratio inter nos & inter te, id eſt iuriatio quæ maledictis obſtringit, quæ accidant ei qui peierauerit, ſecundum quam conſiderandũ eſt, quod & ſeruus Abrahæ commemorauit, narrans eis á quibus accepit uxorem domino ſuo Iſaac.

Quare Iſaac puteum, in quo non inuenta eſt aqua, vocauit iuramentum. Quæſtio. LXXVIII.

Gene. 26. QVid eſt quod ſcriptum eſt, quód cum ueniſſent pueri Iſaac & dixiſſent: Fodimus puteum & non inuenimus aquam, appellauit eundem puteum Iſaac iuramentum. An quamuis factum ſit in aliq̃ ſignificationem, ſine dubio dicendum eſt ſpiritalem, quoniam nihil habet cõuenientiæ ſecundũ literã, ut ideo iuramentũ appellauerit puteũ, quòd ibi aqua non ſit inuenta, quamq̃ alij interpretes pueros Iſaac inuentam potius aquam nunciaſſe dixerunt, ſed etiam ſic quare iuramentum appellatum eſt, ubi nulla facta fuerunt iuramenta?

Quam ſignificationem moralem habeat, q̃ Iſaac tantus Patriarcha, anteq̃ moriatur, a filio ſuo venationem quærit. Quæſtio. LXXIX.

Genes. 27. QVoniam tantus Patriarcha Iſaac, anteq̃ moriatur, quærit à filio ſuo uenationem & eſcam, qualem amat pro magno beneficio, & promittit benedictionem, nullo modo uacare arbitramur ſignificatione prophetica, maxime quoniam feſtinat uxor eius, ut illam benedictionem minor accipiat, quem ipſa diligebat, & cætera in eadem narratione multum mouent ad maiora intelligenda, uel requirenda.

Quam ſignificationem habeat extaſis Iſaac. Quæſtio. LXXX.

QVód habent latini codices: Expauit autem Iſaac pauore magno ualde, græci habent ἐξέστη ἔκστασι μεγάλη σφόδρα, ubi tanta cõmutatio intelligitur, ut quædam mẽtis alienatio ſequeretur. Ipſa enim proprie dicitur extaſis. Et quia ſolet in magnarũ rerũ reuelationibus fieri, in hac intelligendũ eſt factam eſſe ſpiritalem admonitionem, ut confirmaret bene dictionem ſuam filio minori, cui potius iraſcendum fuit quòd fefellerit patrem. Sic & de Adam cũ prophetatur hoc Sacramẽtũ magnũ, quod dicit Apoſtolus in Chriſto & in eccleſia: Erunt duo in carne una, dicitur quòd extaſis præceſſerit.

Gene. 27.

Ephes. 5.

Quomodo annunciata ſint uerba Eſau Rebeccæ, quibus cõminatus eſt occidere fratrem ſuum, cũ ſcriptura dicat, hoc eum in ſua cogitatione dixiſſe. Quæſtio. LXXXI.

QVomodo annunciata uel renuntiata ſunt uerba Eſau Rebeccæ, quibus cõminatus eſt occidere fratrem ſuũ, cũ ſcriptura dicat, hoc eum in ſua cogitatione dixiſſe, niſi quia hinc nobis datur intelligere, quòd diuinitus ei reuelabantur omnia, Vnde ad magnum myſterium pertinet, quòd filium ſuum minorem pro maiore uoluit benedici.

Genes. 27.

Quid ſignificationis habeat q̃d in græcis codicibus legitur Iſaac dixiſſe: Fuge in Meſopotamia, vbi Latini habent, vade &c. Quæſtio. LXXXII.

QVód habent latini codices, Iſaac dicente filio ſuo, Vade in Meſopotamiam in domũ Bathuel patris matris tuæ, & ſume inde tibi uxorem, græci codices nõ habẽt uade, ſed fuge, hoc eſt ἀπόδρα μαχή. Vnde intelligitur etiam Iſaac cognouiſſe, quòd filius eius Eſau de fratre ſuo in cogitatione ſua dixerit,

Gene. 28.

Quomodo intelligenda ſint verba Iacob: Dominus eſt in loco hoc, ego autem neſciebam. Quæſtio. LXXXIII.

Gene. 28. ET ſurrexit Iacob de ſomno ſuo, & dixit, quia eſt dominus in loco hoc, ego autem neſciebã, & timuit, & dixit, q̃ terribilis locus hic, hic non eſt niſi domus dei, & hæc eſt porta cœli. Hæc uerba ad prophetiam pertinent, quia ibi futurum erat tabernaculum quod conſtituit dominus in hominibus in primo populo ſuo. Portã autem cœli ſic intelligere debemus, tanq̃ inde fiat aditus credentibus ad capeſcendum regnum cœlorum.

Vtrum in lapide, quem Iacob in titulum conſtituit, & oleo perfudit, Idolatriam fœcit. Quæſtio. LXXXIIII.

Gene. 28. QVód ſtatuit lapidẽ Iacob, quẽ ſibi ad caput poſuerat, & cõſtituit eũ titulum, & perfudit illũ oleo, non aliquid idolatriæ ſimile fœcit: Non enim uel tunc uel poſtea frequentauit lapidem adorando, uel ei ſacrificando, ſed ſignum fuerat in prophetia euidentiſſima conſtitutum, quæ pertinet ad unctionem: Vnde Chriſti nomen á chriſmate eſt.

Quomodo vocauerit nomen loci illius domum dei, & quid votum eius significet. Quæstio. LXXXV.

Genes. 28. ET uocauit Iacob nomen loci illius domus dei, & Vlamaus erat nomẽ ciuitati ante. Iuxta ciuitatem aor missę si intelligatur, nulla quæstio est. Si autem in ciuitate, mirum uidetur quomodo potuerit illum titulum constituere. Quòd autem uouit uotum, si prosperaretur eundo & redeundo, decimasq; promisit domui dei futuræ in loco illo, prophetia est domus dei, ubi & ipse rediens deo sacrauit, non illum lapidem deum appellans, sed domum dei, id est, quia in illo loco futura erat domus dei.

Quomodo Iacob agnouit Rachel esse filiam Laban &c. Quæstio. LXXXVI.

Gene. 29. QVòd uenit Rachel cum ouibus patris sui, & dicit scriptura, quòd cum uidisset Iacob Rachẽl filiam Laban fratris matris suæ, accessit et reuoluit lapidem ab ore putei, magis notandum est, aliquid scripturã prætermittere, qđ intelligere debemus, quàm ullam quæstionem esse mouendã, Intelligitur enim quòd illi, cũ quibus primo loquebatur Iacob, interrogati quæ esset, quæ ueniebat cum ouibus, ipsi dixerunt filiam esse Laban, quam utiq; Iacob nõ nouerat, sed illius interrogationem responsionemq; illorum scriptura prætermittens, intelligi uoluit.

Quomodo Rachel osculum ab incognito receperit, & quæ sit ratio osculandi. Quæstio. LXXXVII.

Gala. 2. QVòd scriptũ est: Osculatus est Iacob Rachel, & exclamans uoce sua fleuit, & indicauit ei, quia frater est eius, & quia filius Rebeccæ est. Consuetudinis quidem fuit, maximè in illa simplicitate antiquorum, ut propinqui propinquos oscularentur, & hoc hodie fit in multis locis. Sed quæri potest quomodo ab incognito illa osculum acceperit, si postea indicauit Iacob propinquitatem suam: Ergo intelligendum est, aut illum qui iam audierat, quæ illa esset, fidenter in eius osculum irruisse, aut postea scripturam narrasse per recapitulationem, quod primo factum erat, id est, et indicauerit Iacob quis esset: Sicut de paradiso postea dicitur, quomodo deus eum instituerit, cum iam dictum esset, quòd plantauit deus paradisum, & posuerit illic hominem quem finxerat, & multa alia per recapitulationem dicta intelliguntur.

Genes. 2.

Quomodo anni septem, quibus Iacob seruiuit pro Rachel, erant in conspectu eius uelut pauci dies, eo q; diligebat eam, cum etiam breue tempus longum esse soleat amantibus. Quæstio. LXXXVIII.

Gene. 29. QVòd scriptum est: Seruiuit Iacob pro Rachel annis septem, & erant in conspectu eius uelut pauci dies, eo quòd diligebat illam, quærendum quomodo dictum sit, cum magis etiam breue tempus longum esse soleat amantibus. Dictum est ergo propter laborem seruitutis, quem facilem & leuem amor faciebat.

Vtrum Iacob postquã Liam duxerat, adhuc septem annos seruiuit pro Rachel priusq̃ eam duceret, an paulo post eam q̃que duxerit. Quæstio. LXXXIX.

SI parum aduertatur rei huius narratio, putabitur quòd posteaq̃ Liam Iacob duxit uxorem, deinde seruiuit alios septem annos pro Rachel, & tunc eam duxit. Veruntñ non ita est, sed Laban ei dixit: Cõsumma itaq; septimanã istius, et dabo tibi et hanc pro opere, qđ' operaberis apud me adhuc septem annos alios. Quod itaq; ait, consumma septimanã istius, ad nuptiarũ celebrationem pertinet, quæ septem diebus celebrari solent. Hoc itaq; ait: Imple dies nuptiarum septem pertinentes ad istam quam duxisti, & dabo tibi & hanc pro eo quod operaberis apud me adhuc septem annos alios. Deinde sequitur: Fœcit autẽ Iacob sic, et impleuit septimanã eius id est, septẽ dies nuptiarum Liæ, et dedit illi Laban Rachel filiam suam ipsi uxorem. Dedit autem Laban Rachel filiæ suæ Balam ancillã suã ei ancillam, et intrauit ad Rachel. Dilexit autem Rachel magis q̃ Liam, et seruiuit illi septem annos alios. Vtiq; apparet, quia posteaq̃ duxit Rachel, tũc seruuit pro ea septẽ annos alios. Nimis enim durum & ualde iniquum fuit, ut deceptum adhuc differret alios annos septem, & tunc eam traderet quam primo debuit. Septem diebus solere nuptias celebrari, etiam liber Iudicum ostendit in Samsone, quando fœcit potum septem diebus. Et addidit scriptura, quòd sic solerent facere iuuenes, fœcit autem hoc propter nuptias suas.

Gene. 29. Iudicet. 14.

Quæ sit discretio in scriptura, inter uxorẽ & concubinam, Quæstio. XC.

NOn facile dinoscitur, quas concubinas appellet scriptura, quas uxores, quandoquidem & Agar dicta est uxor, quæ postea dicitur concubina, & Cethura, & ancillæ, quas dederũt Rachel et Lia uiro suo: Nisi forte omnes concubina uxor, non autem omnis uxor concubina more loquendi scripturarum appelletur, id est, ut Sara & Rebecca, & Lia & Rachel concubinæ dici non possint, Agar uero & Cethura, et Bala et Celfa, & uxores & concubinæ.

Genes. 36. Gene. 25. Gene. 30.

Quomodo se Lia, sicut in græcis exemplaribus sonat, eufortunatam, seu bene fortunatam dixerit, hoc est, quid per fortunã intellexerit. Quæstio. XCI.

QVòd latini habẽt, nato filio Liæ de Celfa, quòd dixerit: Beata facta uel fœlix facta sum, græci habent εὐτυχὴ quòd magis bonam fortunam significat. Vnde uidetur occasio non bene intelligentibus dari, tanq̃ illi homines fortunam coluerint, aut hoc uerbum diuinarum scripturarum auctoritas in usu receperit, sed ut fortuna intelligenda est pro his rebus, quæ fortuito uidentur accidere, non quia numen aliquod sit, cum hæc ipsa tamen quæq; fortuita uidentur, eausis occultis, diuinitus dentur. Vnde et iam uerba quæ nemo

Genes. 30.

potest

poteſt auferre á conſuetudine loquendi parata ſunt, id eſt forte, & forſitan, & forſitan, & fortuitu, Vnde uidetur in græca lingua reſonare, quod dicunt τυχὸν, uelut ab eo quod eſt τυχὴ. Aut certe Lia propterea ſic locuta eſt, quòd adhuc gentilitatis conſuetudinem retinebat. Non enim hoc Iacob dixit, ut ex hoc data huic uerbo putetur auctoritas.

Quid ſignificet Iacob dicens, Benedixit te dominus in pede meo.

Quæſtio. XCII.

Genes. 30.

QVòd Iacob dixit: Et benedixit te dominus in pede meo, ſatis aduertendum eſt, & notandus ſcripturarum ſenſus, ne cum ita quiſq; loeutus fuerit, quaſi augurari uideatur. Multum enim intereſt quòd adiecit: Benedixit te dominus in pede meo: In ingreſſu enim meo uoluit intelligi, hinc gratias agẽs deo.

Quid ueri ſimilitudinis naturalis, & quid æquitatis habeat, factum Iacob, de uirgis uerſicoloribus in fœtandis ouibus.

Quæſtio. XCIII.

Gene. 30.

IN facto Iacob cum uirgas excorticauit, detrahens uiride, ut album uariè appareret, & ſic in conſpectu fœtus pecorũ uariarentur, cũ mares in alueis aquarũ bibẽrent, & uiſis uirgis illam uarietatem cõſpicerent: Multa dicuntur ſiliter fieri in animalium fœtibus, ſed & mulieri accidiſſe traditur, & ſcriptum reperitur in libris antiquiſſimi & peritiſſimi medici Hippocratis, quòd ſuſpitione adulterij fuerat punienda, cum puerum pulcherrimum peperiſſet, utriq; parenti generiq; diſſimilem, niſi memoratus medicus ſoluiſſet quæſtionem, illis admonitis quærere, ne forte aliqua talis pictura eſſet in cubiculo: qua inuenta mulier á ſuſpitione liberata eſt. Sed ad hãc rẽ quã fœcit Iacob uirgarũ ex diuerſis arboribus trium copulatio, quid contulerit utilitatis, quòd attinet ad uarias pecudes multiplicandas, non apparet omnino, nec aliquid ad hoc commodum intereſt, utrum ex unius generis ligno uarientur uirgæ, an plura ſint lignorum genera, cum ſola quæratur lignorũ uarietas, ac per hoc cogit inquiri prophetiam, et aliquam figuratam ſignificationem reſiſta, quam ſine dubio ut propheta fœcit Iacob, & ideo nec fraudis arguendus eſt. Non enim tale aliquid, niſi reuelatione ſpiritali, eum feciſſe credendum eſt. Quòd autem ad iuſtitiam pertinebat, ſicut alij interpretes apertius hoc narrant, non ponebat uirgas in ſecundo conceptu ouium, quòd tanto obſcurius, quanto breuius á ſeptuagintà dictum eſt. Quæ cum peperiſſent non ponebat, quòd intelligitur cum primum peperiſſent, ut iam non ſolere ponere intelligatur, cum ſecundo parituræ eſſent, ne ipſe auferret omnes fœtus, quod iniquum fuit.

Quid ſignificet q̃ Laban dixit, Quare ſuratus es deos meos, utens plurali numero, cum antea ſinguläriter tantum reperiatur. Quæſtio. XCIIII.

QVòd Laban dicit: Quare furatus es deos meos, hinc eſt illud fortaſſe, quod & augurari ſe dixerat, & eius filia ſe bonam fortunã nominauerat. Et notandum eſt quod á principio libri nunc prius inuenimus deos gentium, ſuperioribus quippe ſcripturæ locis deum nominabant. Geneſ. 31.

Quid ſit q̃ dicit Iacob ſocero ſuo, Decepiſti merecedem meam decem agnabus.

Quæſtio. XCV.

QVid eſt quòd dicit Iacob ſocero ſuo: Et deceꝑiſti mercedem meam decem agnabus. Hoc enim quomodo, & quando factum ſit, ſcriptura non narrat, ſed utiq; factum eſt, quòd iſte commemorat. Nam dixit hoc & uxoribus ſuis, quando eas uocauit in campum. Conquærens enim de patre illarum, ait inter cætera: Et mutauit mercedem meam decem agnorum. Intelligitur ergo per ſingula tempora partus ouium, cum Laban uideret tales fœtus eſſe natos, quales placuerat ut ad Iacob pertinerent, pactum fraude mutaſſe, & dixiſſe ut futuro fœtu alios pecudum colorẽs haberet in mercede Iacob. Tunc autem ille uirgas uarias non ſupponebat, & non naſcebantur uarij, ſed unius coloris, quæ Iacob ex nouo pacto auferebat. Quòd cum uidiſſet Laban, rurſus pactum fraude mutabat, ut ad Iacob uaria pertinerent, tunc illarum ſuppoſitione uirgarum uaria naſcebantur. Ergo quòd ait Iacob uxoribus ſuis: Mutauit mercedem meam decem agnorum, Et poſtea ipſi Laban. Decepiſti mercedem meam decem agnabus: non ita dixit quaſi prouenerit ſocero eius ipſa fraus, ut enim non ei proueniret, deum ſibi dixit aduerſus illum fuiſſe, decem uero agnos, uel decem agnas, pro decem temporibus poſuit, quibus oues quòs paſcebat p ſexenniũ pepererunt. Bis quippe pariebant in anno. Contigerat autem ut primo anno, quo inter ſe pacti ſunt, & ad eas paſcendas placito huius mercedis acceſſit, quòd ſemel parerent in fine anni, quia cum acceſſiſſet iam ſemel peperant. Rurſusq; ſexto anno, id eſt ultimo, cum ſemel peperiſſent, exorta neceſſitate profectionis prius recederet quàm iterum parerent, ac per hoc cum primus annus atque ultimus, duos ouium partus ſub illo haberent, hoc eſt ſingulos, medij uero quatuor anni binos, fiunt omnes decem. Nec mirum quòd hæc decem tempora nomine agnorum appellauit, qui eisdem temporibus naſcebantur, uelut ſi quiſq; dicat per tot uindemias, aut per tot meſſes, quibus numerus intelligatur annorum. Vnde ait quidam: Poſt aliquot ariſtas, per ariſtas uidelicet meſſes, & per meſſes annos ſignificans. Pecudum autem illius regionis fœcunditas, ſicut Italarum tanta fertur, ut bis in anno pariant. Geneſ. 31. Virgilius in Buco egloga. 3.

Quæ fuerit titulorum inſtituendi ratio, de qua dicitur, Sumpſit autem Iacob lapidem, & conſtituit eum titulum.

Quæſtio. XCVI.

Genes. 31. SVmpsit autem Iacob lapidem, & constituit eum titulum. Diligenter animaduertendũ est, quomodo istos titulos in rei cuiusq; testimonio constituebat, non ut eos pro dijs colerent, sed ut eis aliquid significarent.

Quid significet uarietas sermonis Laban & Iacob, quorum alter aceruum lapidũ appellauit aceruum testimonij, alter uero aceruum testem, Quæstio. XCVII.

Genes. 31. QVód aceruum lapidum, quem inter se constituerant Laban & Iacob, aliquanta diuersitate appellauerunt, ut eum uocaret Laban aceruum testimonij, Iacob aceruum testem. Traditur ab eis, quę & Syram & Hebræam linguam nouerunt, propter proprietatem suæ cuiusq; linguæ factum. Fieri enim solet, ut alia lingua non dicatur uno uerbo, quod alia dicitur, & uicinitate significationis, quidq; appelletur. Nam postea dicitur, propter hoc appellatum est nomen, aceruus testatur. Hoc enim mediè positum est, quòd utriq; conueniret, & ei qui dixerat aceruus testimonij, & qui dixerat aceruus testis.

Quid sit q̃ loquendo Laban ad Iacob dicit: Testatur aceruus hic, & testatur titulus hic, & uisio quam dixit, respiciat deus inter me & te. Quæstio. XCVIII.

Genes. 31. QVid est quód loquendo Laban ad Iacob dicit: Testatur aceruus hic, & testatur titulus hic, propter hoc appellatur nomen, aceruus testatur, & uisio quam dixit: Respiciat deus inter me & te, nisi fortè ordo est, & uisio quam dixit, deus respiciat inter me & te: Deus quippe illi dixerat in uisione, ne læderet & deleret Iacob.

Quid est q̃ dicit in consequentibus Labã, Vide nemo nobiscum est. Quæstio. XCIX.

Gene. 31. QVid est quod dicit in consequentibus Laban: Vide nemo nobiscum est, nisi fortè nemo extraneorum, aut propter testificationem dei, quam ita habere deberent, tanquàm nemo cum eis esset, quem testimonio eius adiungerent.

Quis sit timor Isaac, per quem dicitur Iacob iurasse. Quæstio. C.

Gene. 31. ET iurauit Iacob per timorem patris sui Isaac. Per timorem utique, quo timebat deum, quem timorem etiam superius commendauit, cum diceret: Deus patris mei Abrahæ, & timor patris mei Isaac est.

Quæ sint castra dei, quæ Iacob dicitur in itinere uidisse. Quæstio. CI.

Gene. 32. CAstra dei quæ uidit Iacob in itinere, nulla dubitatio est, quód angelorum fuerit multitudo, ea quippe in scripturis militia cœli nominatur.

Quomodo Iacob de multitudine copiarũ fratris sui turbatus, habuerit fidem deo salutem promittenti. Quæstio. CII.

Gene. 32. NVnciato sibi fratre suo Iacob, ueniente obuiam ei cum quadringentis, turbatus est quidem et mẽte confusus, quoniam timuit ualde, & uisum est homini perturbato diuisam multitudinem suam in duo castra disponere. Vbi quæri potest, quomodo habuerit fidem promissis dei, quandoquidem dixit: Si uenerit ad castra prima frater meus, & exciderit ea, erunt secunda in salutem. Sed etiam hoc fieri potuit, ut euerteret castra eius Esau, & tamen deus post illam afflictionem adesset & liberaret eum, & quæ promisit impleret. Et admonendi fuimus hoc exemplo, ut quámuis credamus in deum, faciamus tamen quæ facienda sunt ab hominibus in præsidium salutis, ne prætermittentes ea deum temptare uideamur. Deniq; post hæc, quæ uerba dicat idem Iacob, considerandum est. Deus, inquit, patris mei Abraham, et deus patris mei Isaac, domine, qui dixisti mihi, recurre in terram generationis tuæ, & benefaciam tibi, idoneus es mihi ab omni iustitia, & ab omni ueritate, quæ fœcisti puero tuo. In uirga enim mea transiui Iordanem hunc, nunc autem factus sum in duo castra. Erue me de manu fratris mei, de manu Esau, quia ego timeo illum, ne cum uenerit, feriat me, & matres super filios. Tu autem dixisti, benefaciam tibi, & ponam semen tuum tanquám arenam maris, quæ non dinumerabitur præ multitudine, Satis in his uerbis & humana infirmitas, & fides pietatis apparet.

Cuius sint illa uerba, In muneribus præcedentibus eum. Quæstio. CIII.

Gene. 32. QVód latini codices habent de Iacob: Dixit enim, placabo uultum eius in muneribus præcedentibus eum, scriptor libri, qui narrans ait de Iacob: Dixit enim, placabo uultum eius, hucusq; uerba Iacob dixisse intelligitur, cæterra uero sua intulisse quòd ait, in muneribus præcedentibus eum, tanquam diceret, in muneribus quæ præcedebant Iacob, placabo uultum fratris mei. Ordo est ergo uerborum Iacob: Placabo uultum eius, & post hoc uidebo faciem eius, forsitan enim suscipiet faciem meam. Interposita autem sunt uerba scriptoris, in muneribus præcedentibus eum.

Quid sit, q̃ ab illo angelo desiderat Iacob benedici, cui luctando præualuit. Quæstio. CIIII.

Gene. 32. QVód ab illo angelo desiderat Iacob benedici, cui luctando præualuit, magna est de Christo prophetia. Nam eo ipso admonet mysticum aliquid sapere, quo omnis homo à maiore uult benedici. Quomodo ergo ab eo benedici iste uoluit, quem luctando superauit? Præualuit enim Iacob Christo, uel potius præualere uisus est p eos Israëlitas, à quibus crucifixus est Christus, et ab eo tamẽ benedicitur in eis Israëlitis, qui crediderunt

Roma.11. runt in Christũ, ex quibus erat, qui dicebat, Nã & ego Israëlita sum, ex genere Abraham, de tribu Beniamin. Vnus ergo atq; idem Iacob, & claudus, & benedictus. Claudus in latitudine femoris tanq̃ in multitudine gene-
Psalm. 17. ris, de quibus dictum est, Et claudicauerunt à semitis
Roma. 11. suis. Benedictus autem in eis, de quibus dictum est, Reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt.

Quid sibi vult q̃ Iacob ait fratri suo, Propter hoc vidi faciem tuã, quemadmodum cum videt aliquis faciem dei. Quæstio. CV.

Gene.33. QVid sibi uult qd' Iacob ait fratri suo, Propter hoc uidi faciem tuam, quemadmodũ cum uidet aliquis faciem dei, utrum pauentis & perturbati animi uerba usq; in hanc adulationem proruperint, an secundum aliquem intellectum sine peccato dicta accipi possũt. Fortassis enim, quia dicti sunt & gentiũ dij, quæ sunt dæmonia, non præiudicetur ex his uerbis homini dei, Non enim dixit, quemadmodum si uiderem faciẽ dei, sed cum uidet aliquis, ipse enim aliquis, quem significare possit, incertum est, atq; ita fortasse temperata sunt uerba, ut & ipse Esau sibi delatũ tantũ honorẽ grate acciperet, & qui hæc etiam aliter intelligere possunt, eum à quo dicta sunt nullo crimine impietatis arguent. Quòd & si benigno animo dicta hæc uerba fraterna sunt, quoniam & post bonam susceptionem metus ipse transierat, potuit sic dici, quemadmodum & Moyses Pharaonis
Exo.7. deus dictus est, secundum quod dicit Apostolus: Etsi
1.Cor.8 sunt qui dicuntur dij, siue in cœlo, siue in terra, quemadmodũ sunt dij multi, & domini multi, maxime quia sine articulo in græco dictum est, quo articulo euidentissimè solet dei ueri unius fieri significatio. Non enim dixit προσωπὸν τοῦ θεοῦ, sed dixit πρόσωπόν θεοῦ, facile aũt hoc intelligunt, qua distantia dicatur, qui græcum eloquium audire atq; intelligere solent.

Vtrum mendaciter promiserit Iacob fratri suo, q̃ sequens pedes suorum in itinere, propter quos moraretur, vẽturus esset ad eum in Seir, Quæstio. CVI.

Gene.33. QVæritur utrum mendaciter promiserit Iacob fratri suo, quòd sequens pedes suorum in itinere, propter quos si moraretur, uenturus esset ad eum in Seir, hoc enim, sicut scriptura deinde narrat, non fœcit, sed eo perrexit ex itinere, quo dirigebat ad suos. An forte ueraci animo promiserat, sed aliud postea cogitando delegit?

Quomodo scriptura Dinã, humiliatam & pollutam a Sichem, virginẽ vocat. Quæstio. CVII.

Gene.34 QVomodo scriptura dicit, quòd uidit Sichem, filius Emor Euæi, princeps terræ, Dinam filiam Iacob, accepit eam, & dormiuit cum ea, & humiliauit eam, & intendit animo Dinæ filiæ Iacob, & amauit uirginem, & locutus est secundum sensum uirginis ipsius, Quomodo uirgo appellatur, si iam cũ illa dormierat, eamq; humiliauerat? Nisi forte uirgo nomen ætatis est secundũ Hebræum eloquiũ, an potius per recapitulationem postea cõmemoratur, quod primo factũ est. Prius enim potuit intendere animæ ipsius, & amare uirginem, & loqui secundum sensum uirginis, deinde cum illa dormire, eamq; humiliare.

Quomodo filij Iacob, quos pauloãte loquens cum fratre suo, infantes esse significauit, potuerint tantam stragem facere. Quæstio. CVIII.

CVm pauloante loquens Iacob cũ fratre suo Esau, Gene. 33.
infantes filios suos esse significet, qui græcè dicũ Gene.34.
tur παιδία. Quæri potest, quomodo potuerunt facere tantã stragem, direptionemq; ciuitatis, interfectis (q̃uis in dolore circũcisionis) cõsti tutis, pro sorore sua Dina. Sed intelligendũ est diu illic habitasse Iacob, donec & fi- Genes. 33.
lia eius uirgo fieret, & filij iuuenes. Nam ita scriptũ est, Et uenit Iacob in Salẽ, in ciuitatem Sicimorum, quæ est in terra Chanaan, cum aduenit de Mesopotamia Syriæ. & applicuit ad faciem ciuitatis, & emit partem agri, in quo statuit illic tabernaculũ suũ ab Emor patre Sichem centũ agnis, & statuit ibi aram, et inuocauit deũ Israël. Gene.33.
Exijt autem Dina filia Liæ, quã peperit ipsi Iacob, ut cõdisceret filias regionis eius etc. Apparet ergo his uerbis, nõ transeũter, sicut uator solet illic mãsisse Iacob, sed agrũ emisse, & tabernaculũ cõstituisse, aram instruxisse, ac per hoc diutius habitasse, filia uero eius, cũ ad eã ueniss set ætatẽ, ut amicas iã habere posset condiscere uoluisse filias ciuiũ loci, atq; ita factũ esse pro illa cruentissimã cædẽ & depredationẽ, quæ iam, ut puto, quæstionẽ non habet. Multitudo enim non parua erat cũ Iacob, qui plurimũ ditatus fuit, sed filij eius in hoc facto nominantur, quia eiusdem facti principes atq; auctores fuerunt.

Quomodo Iacob timens bella finitimorum, dixit se exiguum numero. Quæstio. CIX.

Gene.34. QVòd ait Iacob, timens bella finitimorũ apud ciuitatẽ Salẽ, quã expugnauerũt eius filij, Ego aũt exiguus sum numero, et cõueniẽtes super me, occident me, propter bella plurium qui cõsurgere poterant, Se dixit numero exiguũ, non q̃ minus multos haberet, q̃ possent sufficere ad expugnationem illius ciuitatis, cum suos in itinere in bina castra diuiserit.

Quare deus loquens ad Iacob postq̃ dixit, Fac ibi aram deo, qui apparuit bi cũ fugeres a facie Esau fratris tui, q̃ fac ibi arã mihi, Quæstio. CX.

DIxit autẽ deus ad Iacob, Surge, & adscende in lo- Gene.35.
cũ Bethel, & habita ibi, et fac ibi arã deo, qui apparuit tibi cũ fugeres à facie Esau fratris tui. Quid est q̃ nõ dixit, & fac ibi arã mihi, qui apparui tibi, sed deus dicit, fac ibi arã deo q̃ apparuit tibi, utrũ filius ibi apparuit

& deus pater hoc dicit, an in aliquo genere locutionis annumerandum sit?

Quare cum Iacob deos alienos auferendos diceret, etiam inaures abstulerunt, cũ ad idolatriam non pertineant. Quæstio. CXI.

Gene.35. QVòd Iacob adscensurus Bethel ubi iussus est aram facere, dicit domui suæ, & omnibus qui cum illo erant: Tollite deos alienos, qui uobiscum sunt de medio uestri etc. Deinde dicitur, & dederunt Iacob deos alienos, qui erant in manibus eorum & inaures quia erant in auribus eorum: Quæritur quare & in aures, quæ si in ornamenta erant, ad idolatriam non pertinebant, nisi quia intelligendum est phylacteria fuisse deorum alienorũ. Nam Rebeccam à seruo Abrahæ inaures accepisse scriptura testatur, quod non fieret, si eis inaures habere ornamenti gratia non liceret. Ergo illæ inaures quæ cum idolis datæ sunt, ut dictum est, idolorum phylacteria fuerunt.

Quomodo factus dicatur timor dei in ciuitatibus, quæ circa illos erant, Quæstio. CXII.

Gene.35. ET factus est timor dei in ciuitatibus, quæ circa illos erant, & non sunt secuti post filios Israël. Incipiamus enim aduertere, quemadmodum deus operetur in hominum mentibus: A quo enim timor dei factus est in illis ciuitatibus, nisi ab illo, qui suâ promissa in Iacob filijsq; tuebatur?

Quid significet ciuitatis vnius nõminum diuersitas, hoc est cur vna ciuitas tribus nominata reperiatur nominibus, Vt vllamaus, Bethel & Luza. Quæstio. CXIII.

Gene.35. VEnit autem Iacob in Luzan, quæ est in terra Chanaan, quæ est Bethel. Animaduertendũ est tria iã nomina huius ciuitatis cõmemorata, Vllamaus, quod dictum est eam prius uocatam, cum illuc prius pergens in Mesopotamiam uenisset Iacob, & Bethel, quod nomen ipse imposuit, & interpretatur domus dei, & Luza, quod modo commemoratum est: Nec mirum debet uideri, multis enim locis hoc accidit in ciuitatibus, & in fluminibus, & in quibusq; terrarũ, ut ex alijs atq; alijs causis uel adderentur uel mutarentur uocabula, sicut etiam ipsis hominibus.

Cur Iacob, postq̃ Israël dictus est a domino, iterum ab eodem, Iacob appellatur, cum cęteri quibus nomina mutata sũt, dũtaxat posteriori nomine nuncupari in sacra scriptura soleant. Quæstio. CXIIII.

Gene.35. ITerum in Luza apparuit deus Iacob, & dixit ei: Nomen tuum iam non uocabitur Iacob, sed Israël erit nomen tuum, Hoc ei dicit, ecce iterum deus in benedictione, quæ repetitio confirmat magnum promissum hoc nomine. Nam hoc mirum est, Quibus enim semel dictum est, Amplius eos non uocari quod uocabantur, sed quòd eis nomen nouum imponebatur, omnino amplius aliquid non uocatos, nisi quod eis impositum sit, istum autem per uitam suam, & deinceps post uitam suam appellatũ esse Iacob, cui semel deus dixerat: Non iam uocaberis Iacob, sed Israël erit nomen tuum. Nimirum ergo nomen hoc ad illam recte intelligitur pertinere promissionem, ubi sic uidebitur deus quomodo non est antea patribus uisus, ubi non erit nomen uetus, quia nihil remanebit uel in ipso corpore uetustatis, & dei uisio summũ erit premiũ.

Quid discriminis habeant in promissis Iacob, gentes & congregationes gentium, cum dicitur ꝙ erunt ex eo. Quæstio. CXV.

Gene.35. IN promißis Iacob dicitur: Gentes & congregatiões gentium erunt ex te, quæritur, utrum gentes secundum carnem, congregationes autem gentium secundum fidem, an utrumq; propter fidẽ gentiũ dictum est, si gentes appellari non possunt una gens Israël secundũ carnẽ.

Cur iterum dicatur, Statuit Iacob titulum etc. an hoc bis factum sit. Quæstio. CXVI.

Gene.35. ADscendit autem deus ab eo loco ubi locutus est cũ eo, & statuit Iacob titulũ in loco in quo locutus est cum eo. titulum lapideum, & libauit super eum libamen, & infudit super eum oleum, & uocauit Iacob nomen loci, in quo locutus est cum eo illic deus, Bethel. Iterum factum est hoc loco quod factum fuerat, an iterum cõmemoratum est? Sed quodlibet horum sit, super lapidem libauit Iacob, non lapidi libauit. Non ergo sicut idolatræ solent aras ante lapides constituere, & tanq̃ dijs libare lapidibus.

Quomodo duodecim filij Israël dicantur nati aut facti in Mesopotamia, cum Beniamin longe postea natus sit & alibi. Quæstio. CXVII.

Gene.35. QVòd duodecim filij cõputantur Israël, qui nati sunt, ut dicitur. Hi sunt filij Israël qui nati sũt ei in Mesopotamia, cũ Beniamin longè postea natus sit, cum iam transisset Bethel, & appropinquarent Bethleem. Frustra quidam conantes istam soluere quæstionem, dixerunt non legendũ, nati sunt, sicut latini plæriq; codices habent, sed facti sunt, græce enim scriptũ est ἔγενοντο, ita uolentes intelligi etiam Beniamin, q̃uis ibi natus nõ fuerit, ibi factũ tamẽ, quia iã fuerat in utero seminatus, ut pregnans inde Rachel exisse credatur. Hoc autẽ mõ etiã si nati sunt legeretur, possent dicere iã in utero natũ, quia conceptus erat, sicut de sancta Maria dictũ est ad Ioseph, Quod enim in ea natũ est, de spiritusancto est. Sed aliud est quod impedit hanc solutionem quæstionis huius, quia si iam ibi Beniamin conceptus erat, qui filij Iacob grandes inde exierunt, uix annorum duodecim esse potuerunt. Matth.1.

Virgil

Viginti namq; annos illic expleuit, quorum primis septem sine coniugio fuit, donec seruiendo Lia desponsare tur. Vt ergo primo anno, quo duxit uxorem, ei filius nascereturr, duodecim annorum esse potuit primitiuus, cũ inde profectus est. Proinde si iam conceptus fuerat Beniamin, intra decem menses illa omnis uia peracta est, & quicquid in itinere scriptum est de Iacob: Vnde sequitur, ut filij eius tam paruuli pro sorore sua Dina tantam stragem fœcerint, tot homines trucidauerint, ita expugnauerint ciuitatem, in quibus Symeõ & Leui, qui primi gladijs accincti intrauerint ad illos homines, eosq; peremerint, undecim unus, alter decem annorum fuisse reperiatur, etiam si per singulos annos sine intermissiõe illa pepererat. Quod utiq; incredibile est ab illius ætatis pueris illa omnia fieri potuisse, quando & ipsa Dina uix adhuc sex annorum fuit. Proinde aliter soluenda quæstio est, ut ideo intelligatur dictum commemoratis duodecim filijs: Hi sunt filij Iacob, qui facti sunt ei in Mesopotamia Syriæ, quia inter omnes qui tam multi erant, unus tantum erat non ibi natus, qui tamen inde habuit nascendi causam, quòd ibi mater eius patri copulata est. Sed solutio ista quæstionis aliquo exemplo similis locutionis firmanda est. Nulla tamẽ est facilior solutio quæstionis huius, quàm ut per Synecdochen dictum accipiatur. Vbi enim pars maior est, aut potior, solet eius nomine etiam illud comprehendi quod ad ipsum nomen
1. Cor. 15. non pertinet: Sicut ad duodecim Apostolos iam nõ pertinebat Iudas, qui etiam mortuus fuit, cum dominus resurrexit à mortuis, & tamen ipsius duo denarij numeri nomen Apostolus in Epistola sua tenuit, ubi
Iohan. 6. ait, eum apparuisse illis duodecim. Cum articulo enim hoc græci codices habent, ut non possent intelligi quicunq; duodecim, sed illi in illo numero insignes. Eo modo locutionis puto & illud à domino dictum, Nonne ego uos duodecim elegi, & unus ex uobis diabolus est? ut non ad electionem etiam ipse pertinere uideatur. Non enim facile inuenitur electorum nomen in malo, nisi quando mali eliguntr à malis. Quòd si putauerimus
Iohan. 13. & illum electum, ut per eius traditionem domini passio compleretur, id est, malitiam eius ad aliquid electam bene utente deo etiam malis, illud attendamus ubi ait, Non
Iohan. 6. de omnibus uobis dico, ego scio quos elegi, ubi declarat ad electionem non pertinere nisi bonos. Ac per hoc illud quod dictum est: Ego uos duodecim elegi, per Synec-
Gene. 34. dochen dictum est, ut nomine maioris melioris q; partis etiam illud compleretur, quod ad ipsum nomen non pertinet. Hic modus est in hoc eodem loco, ubi Emor pro filio suo Sichem, ut acciperet Dinã filiam Iacob, exijt loqui cum eodem Iacob, & uenerunt etiam filij eius, qui absentes erant, & ad omnes dicit Emor: Sichem filius meus elegit animo filiam uestram, date ergo illi eam uxorem. Quia enim potior erat patris persona, per Synecdochen filiam uestram dicens, etiam fratres tenuit hoc nomine, quorum non erat filia. Hinc est & illud: Curre ad oues, & accipe inde mihi inde duos hædos, Simul enim pascebantur oues & hædi. Et quia potiores sunt oues, earum nomine etiam caprinum pecus complexus est.. Sic quia potior erat numerus undecim filiorũ Iacob, qui nati fuerant in Mosopotamia, ipsorum commemorationem scriptura complexa est etiam Beniamin qui non erat ibi natus, & dictum est, Hi sunt filij Iacob, qui facti sunt ei in Mesopotamia Syriæ. Gene. 27.

Vtrum debito ordine post narrationem mortis Isaac, narratur quas uxores Esau acceperit, & quos filios creauerit. Quæstio. CXVIII.

QVòd post narrationẽ mortis Isaac narratur, quas uxores Esau acceperit, & quos creauerit, recapitulatio intelligenda est. Neque enim post mortem Isaac fieri cœpit, cum iam essent Esau & Iacob centum uiginti annorũ. Nam eos sexagenarius suscepit & uixit omnes annos uitæ suæ centum octoginta. Gene. 36

Quomodo scriptura dicat post mortẽ Isaac patris sui Esau abscessisse de terra Chanaan, & habitasse in monte Seir, cum ueniente de Mesopotamia Iacob fratre eius, legatur q; iam illic habitabat. Quæstio. CXIX.

QVæstio est, quomodo scriptura dicat post mortem Isaac patris sui Esau abscessisse de terra Chanaan, & habitasse in monte Seir, cum ueniente de Mesopotamia Iacob fratre eius, legatur quòd iam illic habitabat. Proinde quid fieri potuerit, ut scriptura fallere uel falli non credatur, in promptu est cogitare, quòd scilicet Esau posteaquàm in Mesopotamiam frater eius abscessit, noluit habitare cum parentibus suis, siue ex illa commotione, qua dolebat se benedictione fraudatum, siue aliqua causa uel uxorum suarum, quas odiosas uidebat esse parentibus, uel qualibet alia, & cœperit habitare in monte Seir: Deinde post reditũ Iacob fratris sui facta inter eos cõcordia, reuersus est & ipse ad parentes, & cum mortuum patrem simul sepelissent, quia eos plurimum ditatos, terra illa, sicut scriptum est, minimè capiebat, abscessit rursus in Seir, & ibi propagauit gentem Idumæorum. Gene. 36.

Quomodo pro eo tempore quo recitatur appellata sit terra Edom. Quæstio. CXX.

QVòd scriptũ est. Hi principes Horrei filij Seir in terra Edom, secundũ tempus quo uiuebat, scriptor commemorat. Cum autem Seir habitaret qui istos genuit, nondum ueniente in illam terrã Esau, nondum utiq; appellabatur terra Edõ. Non enim nomen nisi ab ipso Esau inditum est terræ, quoniam idẽ ipse Esau & Edom uocabatur, de quo propagati sunt Idumæi, hoc est gens Edom. Gene. 36.

Quomodo

Quomodo intelligendum sit quod scriptum est, Et hi reges, qui regnauerunt in eodē anteq̄ regnaret rex in Israel. Quæstio. CXXI.

Gene.46. QVòd scriptum est, *Et hi reges qui regnauerunt in eodem anteq̄ regnaret rex in Israel, non sic accipiendum est tanq̄ omnes reges nominati sint usq; ad ea tempora, quibus cœperunt reges in Israël, quorum primus fuit Saul: Multi enim fuerunt in eodem usque ad tempora Saul, temporibus etiã Iudicum, quorum tempora fuerunt ante reges, sed ex his multis eos solos potuit cōmemorare Moyses, qui fuerunt anteq̄ ipse moreretur. Nec mirū est, quòd numerantibus ab Abraham per Esau patrem gentis Edom, ad quem per Rahuēlem filium Esau, & Saram filium Rahuēlis, & Iobab filium Sara, cui Iobab successit in regno Balach, qui primus in terra Edom rex fuisse commemoratur, usq; ad ultimū regē, quē potuit nominare Moyses, plures generationes inueniuntur quàm numerentur ab Abraham per Iacob usq; ad Moysen. Nam illic inueniuntur ferè duodecim, hic autem usq; ad Moysen fermè septem. Fieri enim potuit, ut ideo ibi plures nominarentur, quia citius moriendo plures alter alteri succesſerunt. Sic etiam contigit, ut alium ordinem sequens Matthæus ab Abraham usq; ad Ioseph quadragintaduas generationes numeret: Lucas autem in ordine alio numerans generationes, non per Salomonem sicut ille, sed per Nathan ab Abraham usq; ad Ioseph quinquaginta quinq; cōmemoret. In illo quippe ordine, ubi plures nominantur citius mortui sunt, quàm ubi pauciores. Ne forte autem moueat aliquē, quòd inter reges Edom com-*

Numer.30 *memoratur Balach filius Beor, de similitudine nominis existimet illum esse Balach, qui restitit Moysi ducenti populum Israël, sciat illum Balach Moabitam fuisse nō Idumæum, eumq; filium fuisse Sephor, non filium Beor,*

Numer.22 *Sed fuisse etiam ibi tunc filium Beor Balaam, non Balach, quem Balaam conduxerat idem Balach ad maledicendum populum Israël.*

Quomodo potuerit mors Isaac decem & septem annorum inuenire Ioseph eius nepotem, sicut videtur tanq̄ ex ordine scriptura narrare. Quæstio. CXXII.

Gene.35. QVomodo potuerit mors *Isaac decem & septem annorum inuenire Ioseph eius nepotem, sicut uidetur tanq̄ ex ordine scriptura narrare, quocunq; se quisq; conuertat inuenire difficile est: Nolo enim dicere non posse inueniri, ne forte me fugiat, quod alium non fugit. Si enim post mortem aui sui Isaac, decem & septem annorum fuit Ioseph, quando eum fratres in Aegypto uendiderūt, proculdubio & pater eius Iacob decimoseptimo anno filij sui Ioseph centum uiginti annorum fuit. Genuit eum autem Isaac, cum esset annorum sexaginta, sicut scriptum est. Vixit ergo Isaac postea centum uiginti annis, quia centesimo octogesimo mortuus est, idcirco dimisit filios centum uiginti annos habentes, & Ioseph decem & septem. Ioseph autem quoniam triginta annorum fuit, quando apparuit in conspectu Pharaonis, secuti sunt autem septem anni ubertatis, & duo famis, donec ad eum pater cum fratribus uenit, trigintanouem profectò annos agebat Ioseph, quando Iacob intrauit in Aegyptum. Tunc autem idem Iacob, qd' ore suo Pharaoni dicit, cēteſimū et trigesimū annū agebat ætatis, centū autem & uiginti Iacob, quando erat decem & septem Ioseph, quod uerum esse nullo modo potest. Si enim decimoseptimo anno uitæ Ioseph, Iacob centum uiginti ageret, proculdubio trigesimo & nono anno Ioseph, non centum triginta, sed centumquadraginta & duos annos agere inueniretur Iacob. Si autem die mortis Isaac nondum erat annorum decem & septem Ioseph, sed aliquantulo tempore post mortem aui sui ad decimū septimū peruenit annum, quo anno, scriptura testante, in Aegyptum est à fratribus uenditus, plurium etiam q̄ centum quadragintaduorum annorum esse debuit pater eius, quando est filium in Aegyptum consecutus. Scriptura quippe posteaquàm narrauit annum uitæ ultimū Isaac centesimum & octogesimum, & eius mortem ac sepulturam deinde commemorauit, quemadmodum digressus esset Esau à fratre suo de terra Chanaan in mōtem Seir, & contexuit cōmemorationem regū & principum gentis ipsius, in qua se constituit, uel quam propagauit Esau. Post hæc narrationem de Ioseph sic intulit. Habitabat autem Iacob in terra Chanaan, hæ autem procreaturæ Iacob. Ioseph autem decem & septem annorum erat, pascens cum fratribus oues. Deinde narratur causa somniorum, quemadmodum odiosus fratribus sit factus & uenditus. Aut ergo eodem anno decimoseptimo, aut etiam aliquanto maior uenit in Aegyptum, ac per hoc utrolibet modo permanet quæstio. Si enim decem & septem annorum fuit post mortē aui sui, quando pater eius centum uiginti fuit, profectò anno eius trigesimo & nono, quando Iacob uenit in Aegyptum, centū quadragintaduos annos idem Iacob agere debuit. Fuit autem tunc Iacob centum triginta, ac per hoc si decem & septē annorū Ioseph in Aegyptū est uenditus, ante duodecim annos quàm moreretur auus eius uenditus inuenitur, Decem enim & septem annorum esse non potuit, nisi ante duodecim annos mortis Isaac centesimo & octauo anno uitæ patris sui Iacob. His enim cum adieceri-*

mus uiginti duos annos, quibus Ioseph usq; ad aduentum patris sui in Aegypto, fuit ætatis anni Ioseph triginta nouem, & Iacob centumtriginta, & nulla erit quæstio. Sed quoniam scriptura post mortem Isaac ista narrauit, putatur Ioseph post eiusdem aui sui mortem decem & septem annorum fuisse. Quapropter intelligamus decuita Isaac, tanq̄ multum decrepiti senis tacuisse scripturam, cum iam de Iacob & eius filijs loqueretur, uiuo tamen Isaac, decem & septē annorū esse cœpit Ioseph.

Quomodo

Quomodo de matre Ioseph locum habeat, Nunquid venientes veniem⁹ ego,& mater tua,& fratres tui,adorare te super terram,quę iam erat mortua. Quæstio. CXXIII.

Gene.37. QVòd dixit Iacob ad Ioseph, *Quod est somnium hoc quod somniasti? Nunquid uenientes ueniemus ego,& mater tua,& fratres tui, adorare te super terram? Nisi in aliquo mysterio dictũ accipiatur,quomodo intelligitur de matre Ioseph,quæ iam erat mortua. Vnde nec in Aegypto cum sublimaretur putandum est hoc esse completum, quia nec pater eum adorauit,quando ad eum uenit in Aegyptum,nec mater olim defuncta potuit. In Christi ergo persona facile*
Philip.2. *intelligi potest etiam de mortuis, secundum illud quod dicit Apostolus: Quia donauit ei nomen quod est super omne nomẽ, ut in nomine Iesu omne genu flectatur,cœlestium, terrestrium, & infernorum.*

Quare scriptura Hismaëlitas, quib⁹ a fratribus venditus est Ioseph, etiam Madianitas vocet, cũ Hismaël sit de Agar, filius Abrahæ, Madianitę vero de Cethura. Quæstio. CXXIIII.

Gene.37. QVæritur quare *Hismaëlitas scriptura, quibus à fratribus uenditus est Ioseph,etiam Madianitas uocet, cum Hismaël sit de Agar filius Abrahæ, Madianitæ uero de Cethura? an quia scriptura dixerat de Abraham, quòd munera dederit filijs cõcubinarum suarum,Agar scilicet & Cethuræ, & dimiserit eos ab Isaac filio suo in terram orienis,unã gentem fœcisse, intelligendi sunt?*

De quibus filiabus,cũ sola Dina sit, dicatur cum lugerit Ioseph, Congregati sunt autẽ omnes filij eius & filię. Quæstio. CXXV.

Gene.37. DE Iacob *scriptum est cum lugeret Ioseph, Congregati sunt autẽ omnes filij eius & filiæ,& uenerunt consolari eum, Quæ filiæ præter Dinam? An filios & filias dicit connumeratis nepotibus & neptibus? iam enim maiores filij eius filios habere potuerunt.*

Quis sit infernus,de quo dictum est, Descendam ad filium meum lugens in infernum, & qui ad infernum descendant. Quæstio. CXXVI.

Gene.37. ET *noluit consolari dicens, Quoniam descendam ad filium meum lugens in infernum. Solet esse magna quæstio quomodo intelligatur infernus, utrum illuc mali tantum, an etiam boni mortui descendere soleant. Si ergo tantum mali, quomodo iste ad filium suum se dicit lugentem uelle descendere? Non enim in pœnis inferni eum esse credit. An perturbati & dolentis uerba sunt, mala sua etiam hinc exaggerantis?*

Vtrum Spado is,cui traditus est Ioseph, recte Archimagirus, id est, prę positus coquorum dicatur, an rect⁹ prępositus milite. Quæstio. CXXVII.

ET *uenditerũt Ioseph in Aegyptũ Phutiphari Spadoni, præposito coquorum: Nolunt quidam præposito coquorũ interpretari, qui græce* ἀρχιμαγείρος *dicitur, sed præpositum militiæ,cui esset potestas occidendi. Nam sic appellatus etiam est ille,quem Nabuchodonosor misit, penes quem potius inuenitur primatus fuisse militiæ.* Gene.37. & 39.

Quo tempore fieri potuit, quod dicitur, Factum est autem in tempore illo,descendit Iudas a fratribus suis ad hominem quendam Adollamitam, cui nomen Hiras, Et vidit illic Iudas filiam hominis Chananęi nomine Sue,& accepit eam,et introiuit ad eam, & peperit filium. Quæstio. CXXVIII.

FActum *est autem in tempore illo descendit Iudas à fratribus suis ad hominem quendam Adollamitam* Gene.38. *cui nomẽ Hiras. Et uidit illic Iudas filiã hois Chananæi nomine Sue,& accepit eam,& introiuit ad eã, & concepit & peperit filium etc. Quæritur quando ista fieri potuerunt. Si enim posteaq̃ Ioseph deuenit in Aegyptum, quomodo intra uiginti fermẽ & duos annos (nã post tantum temporis colligitur eos uenisse ad eundem Ioseph fratrem suum in Aegyptum cum patre suo) fieri potuerit,ut Iudæ filij eius ætatis omnes possent ducere uxores. Nam Thamar nurum suam,mortuo primogenito suo,alteri filio suo dedit, quo etiam mortuo, expectauit ut cresceret tertius. Et cum creuisset, nec illi eam dedit,timens, ne & ipse moreretur. Vnde factum est ut eidem socero suo se illa supponeret. Quomodo ergo hæc omnia inter tam paucos annos fieri potuerint, merito mouet, nisi ut forte solet scriptura per recapitulationem aliquot annos ante uenditũ Ioseph hoc fieri cœpisse intelligi uelit, quoniam sic positum est, ut diceretur: Factum est autem in illo tempore. Vbi tamen quæritur, si decem & septem annorum erat Ioseph,quando uenditus est, quot annorum esse Iudas potuerit quartus filius Iacob, quando idem ipse primogenitus Ruben, ut plurimum, fratrem suum Ioseph quinq; aut sex annos potuerit ætate præcedere. Euidenter autem scriptura dicit, triginta annorum fuisse Ioseph quãdo innotuit Pharaoni. Cum ergo ipse anno decimoseptimo ætatis suæ uenditus fuisse credatur, tredecim annos peregerat in Aegypto ignotus Pharaoni, ad hos autem tredecim annos accesserũt septẽ anni ubertatis,et facti sunt anni uiginti, his addũtur duo,quia secũdo ãno famis intrauit Iacob in*

Aegyptum

Aegyptum cum filijs suis, inueniuntur uigintiduo anni, quibus abfuit Ioseph à patre & à fratribus suis. Quo medio tẽpore quomodo fieri potuerit de uxore, & filijs, & nuru Iudæ, omnia quæ narrantur indagari, difficile est, nisi forte ut credamus: Et hoc enim fieri potuit, mox ut adolescere Iudas cœpit, eum incidisse in amorem eius quam duxit uxorem, nondum uendito Ioseph in Aegyptum.

Quid significatum est verbis illis, Et depositis vestimentis viduitatis suę. Quæstio. CXXIX.

Gene.38. ET depositis uestimentis uiduitatis suæ à se. Hic insinuatur etiam temporibus Patriarcharum certa & sua fuisse uestimenta uiduarum, non utiq; talia, qualia coniugatarum.

Quomodo iterum dicendo, Ioseph autẽ depositus est in Aegyptum etc. ad ordinem redeat scriptura vnde discesserat. Quæstio. CXXX.

Gene.39. QVòd iterum dicitur, Ioseph autem depositus est in Aegyptũ, & possedit eũ Phutifar Spado Pharaonis, ad ordinem redit scriptura unde recesserat, ut illa narraret, quæ supra digesta sunt.

Quomodo iuxta græcos codices, qui tria canistra condriton, id est, panũ cibariorum habent, Pharao potuerit in escis suis habere panes cibarios. Quæstio. CXXXI.

Gene.40. QVòd aliqui codices latini habent, tria canistra farinæ, cum græci habeant, κόνδριτον, quod interpretatur, qui usum eiusdem linguæ habent, panes esse cibarios. Sed illud mouet, quomodo panem cibarium potuerit Pharao habere in escis. Dicit enim in superiore canistro fuisse omnia, ex quibus edebat Pharao, opus pistorum. Sed intelligendum est etiam ipsum canistrum habuisse panes cibarios, quia dictum est, tria canistra κόνδριτον, & desuper fuisse illa ex omni genere operis pistoris in eodem canistro superiore.

Quomodo Pharao putabat se stare super flumen. Quæstio. CXXXII.

Gene.41. QVòd putabat se stare Pharao super flumen,
Gene.24. quemadmodum seruus Abrahæ dixit, Ecce ego sto super fontem aquæ. Nam & ibi græcus ἐπὶ τῆς πηγῆς dixit, quemadmodum hic ἐπὶ τοῦ ποταμοῦ. Hæc locutio si intelligatur in Psalmo
Psam.23 ubi scriptum est, Qui fundauit terram super aquam, non coguntur homines putare sicut nauem natare terrã super aquam. Secundum enim hanc locutionem rectè intelligitur, quòd altior sit terra quàm aquæ, altius quippe ab aquis sustollitur, ubi habitent terrena animalia.

Quomodo dictũ sit, Obliuiscentur vbertatis futurę in tota terra Aegypti, cum obliuio sit preteritorum. Quæstio. CXXXIII.

QVòd scriptum est: Obliuiscentur ubertatis Gene.41
futuræ in tota terra Aegypti, non futuræ illis qui famem patientur, tanq; postea ueniat illis ubertas, sed futura erat, tunc quando loquebatur tanq; diceret: Vbertatis huius quam futuram significauerunt boues bonæ, & spicæ bonæ, obliuiscentur homines in ea fame, quam significauerunt boues & spicæ malæ.

Quomodo iã tertio significetur spiritussanctus in scriptura sancta, cum dicitur, Nunquid inueniemus hominem talem, qui habeat spiritum dei in se. Quæstio. CXXXIIII.

NVnquid inueniemus hominem talem qui habeat Gene.41
spiritum dei in se? Ecce iam, nisi fallor, tertio insinuatur nobis in hoc libro spiritussanctus, id est, spiritus dei. Primo enim dictum est, Spiritus dei ferebatur super Gene.1
aquam. Secundo ubi dicit deus: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, propter quod caro sunt: Et Gene.6
tertio nunc quod Pharao dicit de Ioseph, esse in illo spiritũ dei, nondum tamen legimus spiritumsanctum.

Quid interpretetur nomen Ioseph ei datum, scilicet Psotonphanech. Quæstio. CXXXV.

ET imposuit Pharao nomen Ioseph Psotonphanech, Gene.41
hoc nomen interpretari dicitur, occulta reuelauit, ex illo utiq; quòd somnia regi aperuit. Aegyptia uero lingua, saluatorem mundi perhibent appellatum isto nomine.

Cuius Phutifaris sacerdotis filia data sit Ioseph. Quæstio. CXXXVI.

ET dedit ei Asseneth filiam Phutifaris sacerdotis Se- Gene.41
lis ciuitatis ipsi uxorem. Quæri solet cuius Phutifaris, utrum illius cuius seruus fuit, an alterius, sed credibilius æstimatur alterius. Nam de illo quomodo credatur, multa sunt quæ moueant. Primum, quia scriptura non commemorauit, cum uideatur hoc non potuisse præterire, quod ad illius iuuenis non paruam gloriam pertinebat, ut eius filiam duceret cuius famulus fuit. Deinde quomodo Spado filiã habere potuerit? Sed respõdetur quomodo uxorem, postea quippe creditur abscisus, uel casu uulneris, uel propria uoluntate. Et quòd honor eius non ipse cõmemoratur qui solet, id est q. ἀρχιμάγειρος fu erit, quem principem coquorum latini interpretes posuerunt, principem, autem militiæ, quidam intelligi uolunt. Sed etiam hic respondetur, duos illum honores habuisse, & sacerdotum Solis, & militiæ principatum. Congruenter autem alibi ille honor eius commemoratus est, qui talibus actibus congruebat, hic uero posteaq; in Ioseph apparuit non parua diuinitas, ipse honor debuit nominari soceri eius, qui pertineret ad diuinitatem non paruam secundum opinionem Aegyptiorũ in sacerdote Solis. Verũ in his omnibus, quia & præpositus fuit custodiarum carceris, nimis incredibile est hũc fuisse præpositum officio sacerdotum. Deinde non simpliciter

pliciter dictum est, quòd sacerdos Solis esset, sed de ciuitate Solis, quæ uocatur Heliopolis, abesse autem dicitur amplius quàm uiginti milibus à ciuitate Memphi, ubi Pharaones, id est reges maximè commanebant. Quomodo ergo deserto officio sacerdotij sui, potuit strenuè regi seruire militiæ principatu? Accedit etiam quòd Aegyptij sacerdotes perhibentur nõ seruisse semper, nisi templo deorum suorum, nec aliquid aliud officio egisse. Sed si forte tunc aliter fuit, credat quisq; quod placet, non tñ est quæstio, cuius exitus clausus sit, siue unus fuerit Phutifer, siue duo: Quodlibet enim horũ quisq; existimet, non est fidei periculosum, nec contrarium ueritati scripturarum dei.

Quomodo dictum sit, ꝙ tritici qđ cõgregauit Ioseph sicut arenam, non erat numerus, cum cuiuslibet rei finitę numerus sit. Quæst. CXXXVII.

Genes. 41. ET congregauit Ioseph triticum sicut arenam maris, multum ualde quoadusq; non potuit numerari, non enim erat numerus, pro eo dictum est, non enim erat numerus, quòd nomen numeri omnis usitati excederet copia illa, & quomodo appellaretur, non inueniebatur. Nam unde fieri potest, ut quántumlibet magnæ finitæ tamen multitudinis numerus non sit? Quámuis hoc potuerit etiam secundum hyperbolen dici.

Quomodo dicitur, ꝙ commemoratus sit Ioseph somniorum suorum quæ uiderat, adorantibus eum fratribus suis, cum non compleantur eo mõ de patre & matre eius, cũ mater mortua esset. Quæstio. CXXXVIII.

Gene. 42. ET commemoratus est Ioseph somniorum suorum, quæ uidit ipse, adorauerant enim eum fratres sui: Sed aliquid in illis somnijs excelsius inquirendum est: Non enim potest eo modo de patre eius ac matre compleri, quæ iam mortua fuerat, quod de Sole & Luna cũ uidisset, á patre increpante audierat qui uiuebat.

Quid est ꝙ Ioseph uir tam sapiens, atque ita non solum hominum, inter quos uiuebat, testimonio, sed ipsa etiam scriptura teste laudatus, ita iurat per salutem Pharaonis. Quæstio. CXXXIX.

Genes. 42. QVid est quòd Ioseph uir tam sapiens, atque ita non solũ hominũ, inter quos uiuebat, testimonio, sed ipsa etiam scriptura teste, laudatus, ita iurat per salutem Pharaonis, non exituros de Aegypto fratres suos, nisi frater eorum minor uenerit. An etiam bono & fideli uiro uilis fuerat salus Pharaonis, cui fidem sicut primitus domino suo seruabat in omnibus? Quanto enim magis ipsi, qui eum in tanto honore locauerat, si illi seruauit fidem, qui eum seruum empticium possidebat. Quòd si non curabat Pharaonis salutem, nunquid & periurium pro cuiuslibet hominis salute uitare non debuit? An non est periurium? Tenuit enim unum eorum donec ueniret Beniamin, & uerum factum est quod dixerat, non exibitis hinc, nisi uenerit frater uester: Ad omnes enim nõ potuit pertinere quod dictum est: Nam quomodo esset ille uenturus, nisi ad eum ducendum aliqui rediissent? Sed quod sequitur, magis urget quæstionem, ubi iterum iurauit, dicens: Mittite ex uobis unum, & adducite fratrem uestrum, uos autem non educemini, quoadusque manifesta sint uerba uestra, si uera dicitis an non, sin autem per salutem Pharaonis exploratores estis, id est, si non uera dicitis, exploratores estis. Huic sententiæ interposuit iurationem, quia si uera non dixissent, exploratores essent, ideo exploratorum pœna digni essent, quos tamen uera dicere sciebat. Neque enim periurus est quisquæ, si ei, quem castißimum nouit, dicat, si hoc adulterium, de quo argueris, commisisti, damnat te deus, & his uerbis adhibeat iurationem, uerum omnino iurat. Ibi est enim conditio, qua dixit, si fœcisti, quem tamen non fœcisse certum habet. Sed ait aliquis, uerum est, quia si fœcit adulterium, damnat illum deus, hoc autem quomodo uerum est, si non uerum dicitis, exploratores estis, cum etiam si mentiantur, non sint exploratores? Sed hoc est quod dixi, ita dictum esse, exploratores estis, tanquàm si dictum esset, exploratorum pœna digni estis, hoc est, exploratores deputabimini merito mendacij uestri. Estis autem potuisse dici, pro habebimini & deputabimini, innumeræ similes locutiones docent. Vnde est illa Heliæ: Quicunque exaudierit in igne, ipse erit deus: Non enim tunc erit, sed tunc habebitur. 3. Reg. 18

Quid est ꝙ cum inter se pœnitentes filij Israël loquerentur de fratre suo Ioseph, ꝙ cum illo male egerint, & hoc eis diuino iudicio redderetur, ꝙ se periclitari uidebãt, adiungit scriptura & dicit: Ipsi ignorabãt ꝙ audiebat Ioseph, interpretes enim inter illos erant. Quæstio. CXL.

QVid est, quod cum inter se pœnitentes filij Israël, loquerentur de fratre suo Ioseph, quòd cum illo male egerint, & hoc eis diuino iudicio redderetur, quòd se periclitari uidebant. Adiungit scriptura & dicit: Ipsi ignorabant quòd audiebat Ioseph, interpres enim inter illos erat. Hoc scilicet intelligendum est, ideo eos putasse, quia ille non audierit, quòd uidebant interpretem, qui inter illos erat, nihil ei dicere eorum quæ loquebantur, nec ob aliud adhibitum putabant interpretem, nisi quòd eorum linguam ille nesciret, nec cura erat interpretis ea dicere illi, á quo positus fuerat, quæ non ad illum, sed inter se loquebantur. Genes. 42

Quid intelligendum sit Ioseph dixisse ad fratres cum dicitur: Et iterum accessit ad eos, & dixit illis, nec adiungitur quid illis dixerit iterum. Quæstio. CXLI.

Genes. 42. ET iterum accessit ad eos, & dixit illis, nec adiungit, quid illis dixerit: Vnde intelligitur hæc eadem dixisse, quæ dixerat.

Quomodo intelligatur illud: Et deducetis senectam meam cum tristitia ad infernum, an ideo ad infernum, quia cum tristitia. Quæstio. CXLII.

Gene. 42. ET deducetis senectam meam cum tristicia ad infernum: Vtrum ideo ad infernum, quia cum tristicia? An etiam si abesset tristicia, tanquàm ad infernum moriendo descensurus hæc loquitur? De inferno enim magna quæstio est: & quid inde scriptura sentiat locis omnibus, ubi forte hoc commemoratum fuerit, obseruandum est.

Quomodo uerum sit q̃ dicitur, q̃ a præpósito domus audiuerit, deus uester & deus patrum uestrorum dedit uobis thesauros in saccis uestris, argentum autem uestrum probatum habeo &c. Quæstio. CXLIII.

Gene. 43. QVòd à præposito domus audiunt: Deus uester & deus patrum uestrorum dedit uobis thesauros in saccis uestris, argentum autem uestrum probatum habeo, mendacium uidetur, sed aliquid significare credendum est. Argentum enim quod & datur, & non minuitur, quia & probatum appellatum est, nimirum illud intelligitur, de quo alibi legimus: Eloquia domini eloquia casta, argentum igne examinatum, probatum terræ, purgatum septuplum, id est perfectè.

Psalm. 11.

An & Ioseph ebrius fuerit, & quomodo, cum dicitur: Biberunt autem, & inebriati sunt cum eo. Quæstio. CXLIIII.

Genes. 43. BIberunt autem & inebriati sunt cum eo. Solent hinc ebriosi adhibere testimonij patrocinium, non propter illos filios Israël, sed propter Ioseph, qui ualde sapiens commendatur, sed hoc uerbum & pro satietate solere poni in scripturis, qui diligenter aduerterit, multis in locis inueniet. Vnde est illud: Visitasti terram, & inebriasti eam, multiplicasti ditare eam, eo quòd in laude benedictionis hoc positum est, & donum dei commemoratur, apparet hanc ebrietatem saturitatem significare. Nam ita inebriari, ut inebriantur ebriosi, nec ipsi terræ utile est, quoniam maiore quàm satietati sufficit, humore corrumpitur, sicut uita inebriosorum, qui nõ satietate se replent, sed mergunt diluuio.

Psalm. 64.

An mendacium dixerit Ioseph, dicendo fratribus suis, Nesciebatis, quia augurio auguratur homo qualis ego &c. Quæstio. CXLV.

QVòd ait fratribus suis Ioseph: Nesciebatis, quia augurio auguratur homo qualis ego, de hoc augurio etiam mandauit eis dicendũ per hominem suum quid sibi uelit: Quæri solet, an quia non serio, sed ioco dictum est, ut exitus docuit, non est habendũ mendacium. Mendacia enim á mendacibus serio aguntur, non ioco. Cum autem, quæ non sunt, tanquàm ioco dicuntur, non deputantur mendacia. Sed magis mouet quid sibi uelit ista actio Ioseph, qua fratres suos donec eis aperiret quis esset, totiens ludificauit, & tanta expectatione suspendit, quòd licet tanto sit suauius cum legitur, quanto illis sit inopinatius, cum quibus agitur, tamen sapientiæ illius grauitate, nisi magnum aliquid isto quasi ludo significaretur, nec ab illo fieret, nec ea scriptura cõtineretur, in qua est tanta sanctitatis auctoritas, & prophetandorũ tãta intentio futurorũ, quã modo exequi exponendo non suscepimus, sed admonere tantũ uoluimus, quid hic oporteat inquiri. Nam nec illud uacare arbitror, quòd non ait auguror ego, sed auguratur homo qualis ego. Quòd si locutionis genus est, in scripturæ corpore simile aliquid reperiendum est.

Gene. 44.

Quo animo, & q̃obrem Ioseph fratres suos in tanta animorum perturbatione, in quanta fuisse leguntur detinuerit. Quæstio. CXLVI.

NOn negligenter considerandum puto, tantam misericordiam in hac perturbatione fratrum suorum, quomodo Ioseph quàmdiu uoluit tenuit, & quanta uoluit mora protraxit, non eos utiq; faciens calamitosos, quando tantæ etiam ipsorum futuræ lætitiæ exitum cogitabat, & totum hoc quod agebat, ut eorum gaudium differretur, ob hoc agebat, ut eadem dilatione cumularetur, tanquàm non essent condignæ passiones eorum in toto illo tempore, quo turbabantur, ad futuram gloriam exultationis, quæ in eis fuerat reuelanda, fratre cognito, quem á se perditum esse arbitrabantur.

Gene. 44.

Quo pacto euenit ut multa aliter, q̃ acta sint, narrentur &c. Quæstio. CXLVII.

MVlta in narratione Iudæ aliter dicta sunt quàm cum illis egerat Ioseph, quàmuis apud eum loqueretur, ut omnino de illa insinuatione, quòd exploratores essent, nihil diceretur. Quod utrum consulto tacitum sit, an & id fecerit perturbationis obliuio, non apparet. Nam & illud quòd dixerunt se ab ipso Ioseph interrogatos de patre & fratre suo, se autem illa iuterroganti indicasse, mirum, si uel ad sententiam potest ista peruenire narratio, ut eam constet esse ueracem, quãq̃ & si aliqua falsa in ea sunt, falli potius per obliuionem potuit, q̃ uoluerit mentiri, apud eum præsertim, cui non sicut nescienti, sed

Genes. 44.

enti, sed etiam illa, quæ nouerat eum scire ad flectendam eius misericordiam narrationi suæ inserebat.

Quid sit q̃ dicit Ioseph, Misit enim me deus ante uos remanere uestrum reliquias super terram.

Quæstio. CXLVIII.

Genes. 45. QVid est quód dicit Ioseph: Misit enim me deus ante uos remanere uestrum reliquias super terram, & enutrire. Vestrum reliquiarum mirum est, hoc enim non usq; quaque consonat, ut reliquias, uel reliquiarum accipiamus Iacob & filios eius, cum omnes sint incolumes. An fortè illud significat
Roma. 11 alto secretóq; mysterio, quod ait Apostolus: Reliquiæ
Esaie. 10 per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Quia propheta prædixerat: Et si fuerit numerus filiorũ Israël sicut arena maris, reliquiæ saluæ fient. Ad hoc.n. occisus est Christus à Iudæis, & traditus gentibus tanquàm Ioseph Aegyptijs à fratribus, ut & reliquiæ Israël saluæ fierent.
Roma. 11 Vnde dicit Apostolus: Nam & ego Israëlita sum, ut & plenitudo gentium intraret, & sic omnis Israël saluus fieret, id est, ex reliquijs Israël secundum carnem & plenitudinem gentium, quæ in fide Christi secundum spiritum sunt Israël: Aut si & genti illi Israëlitæ restat fidei plenitudo, ex qua erant reliquiæ, in quibus reliquijs tunc & Apostoli salui facti sunt, hoc significatur ea plenitudine liberationis Israël, qua per Moysen ex Aegypto liberati sunt.

Quomodo cum dicitur: Intrauerunt in Aegyptũ Iacob & omne semen eius, filij & filij filiorum eius, filiæ & filiæ filiarum eius, cum filiã vnam tamen habuisse legatur.

Quæstio. CXLIX.

Gene. 46 INtrauit in Aegyptum Iacob & omne semen eius, filij & filij filiorum eius, filiæ & filiæ filiarum eius cum eo: Quærendum quomodo dicat filias & filias filiarum eius, cum filiam unam legatur habuisse. Superius autem filias eius dixeramus accipi posse neptes eius, sicut filij Israël omnes dicuntur, etiam uniuersus populus ab illo propagatus. Sed nunc cum dicit, filias filiarum, propter unã Dinam, pluralis numerus pro singulari positus est, sicut etiam pro plurali singularis solet, nisi nurus eius quisque asserat, filias eius potuisse appellari.

Quomodo scriptura intelligenda sit, quæ dicit tot animas peperisse Liam, uel tot aut tot animas exisse de femoribus Iacob, q̃ si a patre totum significare dicatur, quomodo stat q̃ tot homines ex illius femore exisse testatur.

Quæstio. CL.

Geneſi. 46 QVód dicit scriptura tot animas peperisse Liam, uel tot aut tot animas exijsse de femoribus Iacob, uidendum est quid hinc respondeatur eis, qui hoc testimonio confirmare nituntur, á parentibus simul animas cum corporibus propagari. Animas enim dictas pro hominibus, á parte totum significante locutione nullus ambigit. Sed quomodo ipsam partem, ex qua totum commemoratum est, hoc est animã, cuius nomine totus homo significatus est, alienemus ab eo, quod dictum est, exierunt de femoribus eius, ut carnes tantũ ex illo natas, quámuis sole animæ nominentur, accipiamus, quærendi sunt locutionum modi secundum scripturas.

Cum dicitur: Hi filij Liæ, quos peperit ipsi Iacob in Mesopotamia Syriæ, & Dinã filiam eius, omnes animę filij & filiæ eius trigintatres, nunquid omnes istæ trigintatres animę ex Lia in Mesopotamia Syriæ natæ sunt.

Quæstio. CLI.

HI filij Liæ, quos peperit ipsi Iacob in Mesopotamia Syriæ, & Dinam filiam eius, omnes dĩæ filij et filiæ eius trigintatres, Nũquid istæ omnes trigintætres animæ ex Lia in Mesopotamia Syriæ natæ sunt? Sed utique filij, & una filia ex quibus neptes, commemoratæ sunt. Si ergo de uno Beniamin quæstio nata fuerat, quãdo numeratis duodecim filijs Iacob, & nominatim commemoratis dictum est, hi filij Iacob, qui facti sunt ei in Mesopotamia Syriæ, quanto maior nunc quæstio est, quomodo trigintatres animæ ex Lia in Mesopotamia Syriæ natæ sunt, nisi quia illa locutio confirmatur, tanquàm ibi omnes ortæ sint, quorum parentes ibi orti sunt. Deinde & illud iam non dubium est, in una filia filias nominari, plurali numero pro singulari posito. Genes. 46

Quomodo constet ratio numeri, cum dicitur animas intrasse cum Iacob in Aegyptum &c.

Quæstio. CLII.

QVód legitur sexaginta sex animas intrasse cum Iacob in Aegyptum, exceptis uidelicet filijs Ioseph, & deinde illis annumeratis, infertur septuaginta quinq; animæ erant, cũ quibus Iacob intrauit in Aegyptum, sic accipiendum est, qui erant in domo Iacob, quando intrauit in Aegyptum. Nam utique quos ibi inuenit, non cum eis intrauit. Sed quoniam diligentius discussa ueritate reperiuntur, duo nati iam fuisse, cum intrauit Effrem & Manasses, quod non solum hoc loco Hebræi codices habere dicuntur, uerumetiam ipsa septuagintà interpretatio in Exodo declarat: Nec septuagintà interpretes mihi in hoc uidentur errasse, qui propter aliquam mysticam significationem quadam uelut prophetica libertate hunc numerum complere uoluerunt: Si adhuc uiuente Iacob illi ex duobus filijs Manasse & Effrem propagati sunt, quos eidem numero domus Iacob aggregandos indicauerunt. Sed quia inuenitur Iacob decem & septem annos uixisse in Aegypto, quomodo potuerunt filij Ioseph illo uiuo etiam nepo- Gene. 46

tes habere, non inuenitur. Ingressus est enim Aegyptum Iacob secundo anno famis, nati sunt autem filij Ioseph in annis abundantiæ: Quibuslibet annis ubertatis nati existimentur, à primo anno ubertatis usq; ad secundum annum famis, quo ingressus est Iacob in Aegyptum, nouem anni sunt, huc additis decem & septem, quibus ibi uixit Iacob, uiginti sex anni reperiuntur. Quomodo ergo minus quam uiginti & sex annorum iuuenes etiam nepotes habere potuerunt? Sed neq; ulla Hebraica ueritate ista soluitur quæstio. Quemadmodum autem impleri potuit, ut tot nepotes susciperet Iacob, antequã intraret in Aegyptum, etiam de Beniamin, qui illa ætate uenit ad fratrem? Non solum scriptura filios cum habuisse cõmemorat, sed & nepotes & pronepotem, qui omnes adnumerantur sexagintasex hominibus, cum quibus Iacob in Aegyptum, etiam secundum Hebraicã ueritatem, perhibetur intrasse. Videndum est etiam, quid sibi uelit, quòd cum Ioseph & filij eius non amplius quàm octo cõmemorantur, Beniamin uero & eius filij simul undecim reperiantur, non decem & nouem omnes sicut sunt octo & undecim, sed decem & octo referantur in summam, & postea Ioseph cum filijs suis, non animæ octo, sed nouem fuisse dicantur, cum octo inueniantur. Hæc omnia, quæ indissolubilia uidentur, magnam continent sine dubitatione rationẽ, sed nescio utrum possint cuncta ad literam conuenire, præcipuè in numeris quos in scripturis esse sacratissimos, & mysteriorum plenissmos, ex quibusdam quos inde nosse potuimus, dignissime credimus.

Quomodo merito commendatur in Patriarchis, q̃ pecorum nutritores erant a pueritia, & quorum sit homini iusta dominatio. Quæstio. CLIII.

Gen. 46. COmmendatur in Patriarchis, quòd pecorum nutritores erant à pueritia sua, & à parentibus suis. Et merito: Nam hoc est sine ulla dubitatione iusta seruitus, & iusta dominatio, cũ pecora homini seruiunt, & homo pecoribus dominatur. Sic enim dictum est cum crearetur: Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, & habeat potestatem piscium maris, & uolatilium cœli, & omnium pecorum quæ sunt super terram: Vbi insinuatur rationem debere dominari irrationabili uitæ. Seruum autem hominem homini, uel iniquitas, uel aduersitas, dominari fecit. Iniquitas quidem, sicut dictum est: Maledictus Chanaam, erit seruus fratribus suis. Aduersitas uero, sicut accidit ipsi Ioseph, ut uenditus à fratribus, seruus alienigenæ fieret. Itaq; primos seruos, quibus hoc nomẽ in latina lingua inditum est, bella fecerunt. Qui enim homo ab homine superatus, iure belli posset occidi, quia seruatus, est seruus appellatus, inde et mancipia, quia manu capta sunt. Est enim ordo naturalis in hominibus, ut seruiant fœminæ uiris, & filij parentibus, quia & illic iusticia est hæc, ut infirmior ratio seruiat fortiori. Hæc igitur in dominationibus & seruitutibus clara iustitia est, ut qui excellunt ratione, excellant dominatione, quod cum in hoc sæculo per iniquitatem hominũ perturbatur, uel per naturarum carnalium diuersitatem, ferũt iusti temporalem peruersitatem, in finem habituri ordinatissimam & sempiternam fœlicitatem.

Quomodo consonat ueritati: Abominatio est cum Aegyptijs omnis pastor ouium. Quæstio. CLIIII.

Genes. 46 ABominatio est enim Aegyptijs omnis pastor ouium, meritò Aegyptijs, in quibus figura est præsentis sæculi, in quo abundat iniquitas: Abominatio est omnis pastor pecorum: Abominatio est enim iniquo uir iustus.

Ad quid facta sit illa repetitio: Venerunt autem in Aegyptum ad Ioseph Iacob &c. Quæstio. CLV.

Gene. 47 VEnerunt autem in Aegyptum ad Ioseph Iacob et filij eius, & audiuit Pharao rex Aegypti: & ait Pharao Ioseph, dicens: Pater tuus, & fratres tui uenerunt ad te, ecce terra Aegypti ante te est, in terra optima colloca patrem tuum, & fratres tuos: Hæc repetitio non potest misceri, ad quam sæpe obscuré per recapitulationẽ reditur, sed omnino aperta est. Iam enim dixerat scriptura, quomodo uenerint ad Pharaonem fratres Ioseph, & quid eis dixerit, uel ab eis audierit, sed hoc nunc uelut ab initio repetiuit, ut inde contexeret narrationem ab his uerbis, quæ soli Ioseph Pharao dixit, quorum omnium in codicibus græcis, qui à diligentioribus conscripti sunt, quædam obeliscos habent, & significant ea, quæ in Hebræo nõ inueniuntur, & in septuaginta inueniuntur: quædam asteriscos, quibus ea significantur, quæ habent Hebræi, nec habent septuaginta.

Quid est q̃ dicit Iacob secundum græcos codices, Pharaoni illud: Dies annorum uitæ meæ, quos incolo &c. quare scilicet dixit incolo. Quæsti. CLVI.

Gene. 47 QVid est quòd dixit Iacob Pharaoni: Dies annorũ uitæ meæ, quos incolo, sic enim habẽt græci quod latini habẽt ago uel habeo, uel si quid aliud. Vtrum ergo ideo dixit quos incolo, quia in terra natus est, quam nondum populus diuina promissione hæreditatis acceperat, & ibi uitam ducens, utiq; in aliena terra erat, non solum quando peregrinabatur sicut in Mesopotamia, uerumetiam quando ibi erat ubi natus est. An potius secundum id accipiendum est, quod ait Apostolus: Quamdiu sumus in corpore, peregrinamur à domino. 2. Cor. 5. Secundum hoc & illud in Psalmo dictum intelligitur: Inquilinus ego sum in terra, & peregrinus sicut omnes patres mei. Nam iterum dicit de ipsis diebus uitæ suæ: Non peruenerunt in dies annorum uitæ patrum meorũ, Psalm. 38.

quos dies

quos dies incoluerunt, Non enim hic aliud uoluit intelligi quam id, quod latini codices habent, uixerunt, ac per hoc significauit hanc uitam incolatum esse super terram, id est peregrinationis habitationē. Sed credo sanctis hoc conuenire, quibus aliā patriā æternā dominus pollicetur. Vnde uidendum est, quemadmodū dictum est de impijs:
Psalm. 55 Incolent & abscondent, ipsi calcaneum meum obseruabūt. De his enim conuenientius accipitur, qui ut abscondant incolunt, id est, ut insidientur filijs, non manent in domo inæternum.

Cum dictum sit: Dedit eis possessionem in terra optima, & in terra Rameſſem, ſicut præcepit Pharao, quæritur nōne terra Rameſſem ſit terra Geſſen, quā eis Pharao dari præceperat, & ipſi ſibi dari petierant.

Quæstio. CLVII.

Genes. 47. ET dedit eis possessionem in terrra optima, & in terra Rameſſem, ſicut præcepit Pharao: Quærendum est utrum terra Rameſſem ipſa ſit Geſſen: Ipſam enim petierant, & ipſam eis Pharao dari præceperat.

Quomodo ſomnium Ioſeph impletū putabimus, quandoquidem ubi dicitur: Et metiebatur triticum patri ſuo Ioſeph, eum pater non adorauerat, ſicut futurum ſomniauerat.

Quæstio. CLVIII.

Gene. 47. ET metiebatur triticum patri ſuo Ioſeph, & tamen eum pater nec quando uidit adorauit, nec quando ab illo triticum accipiebat: Quomodo ergo ſomnium Ioſeph modo impletum putabimus, & non potius maioris rei contineri prophetiam?

Ad quid dicatur: Intulit Ioſeph omnem pecuniam in domum Pharaonis.

Quæstio. CLIX.

Gene. 47 ET intulit Ioſeph omnem pecuniam in domum Pharaonis: Pertinuit ad ſcripturam, in hac etiam re commendare fidem famuli dei.

Quomodo Aegyptij in tanta fame, & pecora & pecorū paſcua habuiſſe dicantur, cum in terra Chanaan defecerint.

Quæstio. CLX.

Genes. 47 DIxit autem illis Ioſeph: Adducite pecora uestra, & dabo uobis panes pro pecoribus uestris, ſi deficit argētum: Quæri potest, cum Ioſeph frumenta collegerit, unde homines uiuerent, pecora unde uiuebant, cū tāta fames inualeſceret, maximè quia fratres Ioſeph Pharaoni dixerant: Non ſunt enim paſcua pecoribus puerorum tuorum, inualuit enim fames in terra Chanaā, & propter hanc etiam inopiam paſcuorum ſe uenisse cōmorauerant? Proinde ſi ea fame paſcua defecerant in terra Chanaan, cur in Aegypto non defecerant, eadem tunc fame ubiq; inualeſcente? An ſicut perhibetur, ab eis qui loca ſciūt, in multis Aegypti paludibus poterant paſcua non deeſſe, etiam cum fames eſſet frumentorū, quæ ſolent Nili fluminis inundatione prouenire. Magis enim dicuntur paludes illæ feracia paſcua gignere, quando ea qua Nili minus excreſcit.

Quomodo notanter illa duo iunguntur, Miſericordia & ueritas, cum moriturus Iacob filio ſuo Ioſeph dicit: Si inueni gratiā in conſpectu tuo, ſubijce manum tuam ſub femore meo, & facies in me miſericordiā & ueritatem &c. Circa quę uerba diſquirendū, quid ſibi uelit in tāto uiro tāſollicita corporis cōmendatio, ut nō in Aegypto ſepeliatur, ſed in terra Chanaam iuxta patres ſuos.

Quæstio. CLXI.

MOriturus Iacob filio ſuo Ioſeph dicit: Si inueni gratiam in cōſpectu tuo, ſubijce manum tuā ſub femore meo, & facies in me miſericordiam et ueritatem. Genes. 47.
Ea filium iuratione conſtringit, qua ſeruum cōſtrinxit Abraham. Ille mandās unde uxor ducatur filio ſuo, iſte ſepulturā commendans corporis ſui. In utraq; tamen cauſſa nominata ſunt duo illa, quæ magni habēda atq; pendēda ſunt in ſcripturis omnibus, quacunq; diſperſa leguntur, miſericordia & iuſticia, uel miſericordia & iudiciū, uel miſericordia & ueritas, quandoquidem in quodam loco ſcriptum eſt: Vniuerſæ uiæ domini miſericordia & ueritas. Ita hæc duo multum cōmendata, multum conſideranda ſunt. Seruus autem Abraham dixerat: Si facitis in dominum meum miſericordiam et iuſticiam, ſicut & iſte filio ſuo dicit, ut facias in me miſericordiam et ueritatem. Quid ſibi autem uelit á tanto uiro tam ſollicita corporis commendatio, ut non in Aegypto ſepeliatur, ſed in terra Chanaam iuxta patres ſuos, mirum uidetur, & quaſi abſurdum, nec conueniens tantæ excellentiæ mentis propheticæ, ſi hoc ex hominum cōſuetudine metiamur. Si autem in his omnibus Sacramenta quærantur, maioris admirationis gaudium ipſi, qui inuenerit, orietur. Cadaueribus quippe mortuorum peccata ſignificari in lege, non dubium eſt, cum iubentur homines poſt eorum cōtractionem, ſiue qualemcunq; contractum, tanq̄ ab immunditia purificari. Et hinc illa ſententia ducta eſt: Qui baptizatur á mortuo, & iterum tangit illum, quid proficit lauatio eius? Sic & qui ieiunat ſuper peccata ſua, & iterum ambulans, hæc eadem facit. Sepultura ergo mortuorum, remiſſionem ſignificat peccatorū, eò pertinēs quod dictum eſt: Beati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum tecta ſunt peccata. Vbi ergo ſepelienda erant hoc ſignificantia cadauera patriarcharum, niſi in ea terra, ubi ille crucifixus eſt, cuius ſanguine facta eſt remiſſio pecatorum? Mortibus enim Patriarcharum peccata hominū figurata ſunt. Dicunt autē ab eo loco, qđ Abrahe mium uocatur, ubi ſunt iſta corpora, abeſſe locum, ubi crucifixus eſt dominus, ferè trigintà milibus, ut etiam ipſe numerus ſignificare intelligatur, qui in baptiſmo apparuit ferè triginta annorum, & ſi quid aliud de re tanta, uel hoc modo, uel ſublimius intelligi poteſt, dum

Pſalm. 24 Gene. 24 Eccle. 34 Pſalm. 31

tamen nõ frustra arbitremur tales ac tantos homines dei tantam gessisse curam pro sepeliendis corporibus suis, cum sit, atq; esse debeat fidelium ista securitas, quòd ubicunq; corpora eorũ sepeliantur, uel insepulta etiam inimicorum rabie relinquãtur, aut pro eorum libidine dilacerata absumantur, non ideo uel minus integra, uel minus gloriosa in eorum resurrectione futura..

Vtrum legendum sit: Adorauit super caput uirgæ eius, an uirgæ suę, & quid significationis habent uerba illa. Qõ. CLXII.

Gene. 47

QVod habent latini codices: Et adorauit super caput uirgæ eius, nonnulli codices emendatius habent: Adoranit super caput uirgæ suæ, uel in capite uirgæ suæ, siue in cacumine, uel super cacumen. Fallit enim eos uerbum græcum, quod eisdem literis scribitur, siue eius, siue suæ, sed accẽtus dissimiles sunt, & ab eis qui ista nouerunt, in codicibus nõ contẽnuntur. Valent enim ad magnam discretionem, quãuis & unam plus literam habere posset, si esset suæ, ut nõ esset ἑαυτοῦ, sed ἑαυτοῦ. Ac p hoc merito quæritur, quid sit qđ dictum est: Nam facile intelligeretur senem, qui uirgam ferebat eo more, quo illa ætas baculum solet, ut se inclinauit ad deum adorandum, id utiq; fœcerit super cacumẽ uirgæ suæ, quã sic ferebat, ut super eã caput inclinando adoraret deum. Quid est ergo, adorauit super cacumen uirgæ eius, id est, filij sui Ioseph? An fortè tulerat ab eo uirgam, quando ei iurabat idem filius, & dũ eam tenet post uerba iurantis, nondum illa reddita, mox adorauit deum? Non enim pudebat eum ferre tantisper insignæ potestatis filij sui, ubi figura magnæ rei futuræ præsignabatur, quamuis in Hebræo facillima huius quæstionis absolutio esse dicatur, ubi scriptũ perhibent, & adorauit Israël ad caput lecti, inquo utiq; senex iacebat, & sic positum habebat, ut in eo sine labore, quando uellet, oraret, nec ideo tamẽ quod septuagnta interpretati sunt, nullum uel leuem sensum habere putandum est.

An facta sit illa promissio: Faciam te in cõgregationes gẽtium. Quæstio. CLXIII.

Genesi. 48

ETiam hic cõmemorans Iacob promissiones dei erga se factas, dicit sibi dictum: Faciam te in congregationes gentium, quibus uerbis magis fidelium uocationem significat, quam carnalis generis propagationem, Quam sententiam habeant, & quo ordine adstruẽda sint illa uerba: Nunc ergo filij tui duo, qui facti sunt tibi in Aegypto.

Quæstio. CLXIIII.

Genes. 49

QVod scriptum est dicente Iacob de Effraim et Manasse: Nunc ergo filij tui duo, qui facti sunt tibi in terra Aegypti priusquam ad te uenirem in Aegyptũ, mei sunt Effraim et Manasses, tanquam Ruben & Symeon erunt mihi, natos autem si genueris postea, tibi erunt in nomine fratrũ suorum, appellabuntur in sortibus eorũ, fallit legentes aliquando, ut existiment ita dictum, tanq; si alios genuisset Ioseph, istorum nominibus eos Iacob appellari præciperet, quod non ita est. Verborum quippe ordo contexitur: Nunc ergo filij tui duo, qui facti sunt tibi in terra Aegypti, priusq; ad te uenirem in Aegyptũ, mei sunt, Effraim et Manasses, tanq; Ruben & Symeon erunt mihi, in nomine fratrum suorum appellabuntur in sortibus eorum, hoc est simul hæreditatem capient cum fratribus suis, ut simul uocentur filij Israël. Duæ quippe ipsæ tribus adiunctæ sũt, ut excepta tribu Leui, quæ sacerdotalis fuit, duodecim essent, quæ terram diuiderent, & decimas præberent. Illud autem interpositum est, quod de alijs filijs Ioseph, si nascerentur, dixit.

Cum Ioseph interfuerit sepulturæ matris suæ, cur tanq; nescienti Iacob ipsi voluit indicare, ubi & quando ipsam sepelierat. Quæstio. CLXV.

QVod Iacob filio suo Ioseph tanq; nescienti uoluit indicare, ubi & quando sepelierit matrem eius, cum & ipse simul fuerit cum fratribus suis, sed & si erat tam paruus ætate, ut illud uel curare, uel omnino retinere nõ posset, quæ res cõpulit modo dici: Nisi fortè ad rem pertinuit commemorare ibi sepultam matrem Ioseph, ubi Christus fuerat nasciturus. Gene. 48

Quid significet q Iacob ita benedicit nepotes, ut dexteram manum minori imponat, maiori autem sinistram &c.

Quæstio. CLXVI.

QVod ita benedicit nepotes suos Israël, ut dexterã manũ minori imponat, maiori autẽ sinistram, & hoc filio suo Ioseph uolenti corrigere, quasi errantem atq; nescientẽ, ita respondit: Scio fili mi, scio, & hic erit in populũ, et hic exaltabitur, sed frater eius iunior maior illo erit, & semen eius erit in multitudine gentiũ. Hactenus de Christo accipiendũ est, quatenus etiã de Ipso Iacob & fratre eius dictũ est, quia maior seruiet minori. Secũdũ hoc enim significauit aliquid prophetice hoc faciendo Israël, quod populus posterior per Christũ futurus regeneratione spiritali, superaturus erat populũ priorem, de carnali patrum generatione gloriantem. Gen. 48 Gene. 25

Quomdo ualeat ad literam conuenire, q Sichimã dicit Iacob pcipuã dare filio suo Ioseph, & addit q eam possederit in gladio suo & arcu: Emit enim centum agnis possessionem illã, & non cepit iure uictoriæ bellicę, Quæstio. CLXVII.

Psalm. 43

QVod Sichimã dicit Iacob præcipuã dare filio suo Ioseph, & addit, quòd eã possederit in gladio suo & arcu: Quæri potest, quemadmodũ ualeat ad literam conuenire. Emit enim centũ agnis possessionem illam, nõ cœpit iure uictoriæ bellicæ. An quia Salem ciuitatẽ Sichimorũ filij eius expugnauerũt, ut iure belli potuit eius fieri, & iustũ bellum cũ eis gestum uideatur, qui tantam priores iniuriam fœcerunt in eius filia contaminanda? Cur non ergo illis illam terram dedit, qui hoc perpetrauerunt, hoc est maioribus filijs suis? Deinde si modo ex illa uictoria gloriãs, dat eã terrã filio suo Ioseph Gene. 38. &. 34

cur ei displicuerunt tunc filij, qui hoc commiserunt? Cur deniq; etiam nunc cum eos benediceret, exprobando id commemorauit in factis eorũ? Proculdubio ergo aliquod hic latet propheticum sacramentum, quia et Ioseph quadam præcipua significatione Christum præfigurauit, & ei datur illa terra, ubi disperdiderat obruendo deos alienos Iacob, ut Christus intelligatur possessurus gentes, dijs patrum suorum renunciantes, & credentes in eum.

Quomodo dicant scripturæ, quod assidue dicunt de mortuis, Et appositus est ad patres suos. Quæstio. CLXVIII.

Gene.6 VIdendum quomodo dicant scripturæ, quod assidue dicunt de mortuis: Et appositus est ad patres suos, uel appositus est ad populum suum. Ecce enim de Iacob dicitur, iam quidem mortuo, sed nondum sepulto, & ad quem populum apponatur, non in promptu est uidere. Ex illo enĩ populus prior nascitur, qui dictus est populus Israël, qui uero cũ præcesserunt, tam pauci iusti nominantur, ut eos populum appellare cunctemur. Nam si dictum esset appositus est ad patres suos, nulla quæstio fieret. An forte populus est, non solum hominum sanctorum, uerum et angelorum populus ciuitatis illius:

Hebræ.12. unde dicitur ad Hebræos, Sed accessistis ad montem Siõ, & ad ciuitatem dei Hierusalem, & ad milia angelorum exultantiũ? Huic populo apponuntur, qui post hanc uitam placentes deo fiunt. Tunc enĩ dicuntur apponi, quando nulla iam remanet sollicitudo temptationũ, &

Eccle.31 periculum peccatorum. Quod intuens ait scriptura, Ante mortem ne laudes hominem quenq̃.

Quid significent quadraginta dies sepulturę, quos commemorat scriptura, Et quid quadragenarius numerus Sacramenti habeat. Quæstio. CLXIX.

QVadraginta dies sepulturæ, quos cõmemorat scriptura, forte significant aliquid pœnitentiæ, qua peccata sepeliuntur. Non enim frustra etiam

Exo. 34. 3. Reg. 19. Matth. 4 quadraginta dies ieiuinorum sunt constituti, quibus Moyses, & Helias, & ipse dominus ieiunauit, & Eccle-

Ionæ. 3 sia præcipua obseruatione ieiuniorum quadragesimam uocat. Vnde & in Hebræo de Niniuitis apud Ionam Prophetam scriptũ perhibent, Quadraginta dies & Niniue euertetur, ut per tot dies accõmodatos uidelicet humiliationi pœnitentiũ, intelligatur in ieiunijs sua defleuisse peccata, & impetrasse misericordiam dei. Nec tamen putandũ est istũ numerũ luctui pœnitentiũ tantummodo cõuenire, alioquin nõ quadraginta dies fœcisset dñs cũ discipulis suis post resurrectionẽ, intrans cũ eis et exiẽs, manducans & bibẽs, qui dies utiq; magnæ lætitiæ fuerũt. Nec septuaginta interpretes, quos legere consuevit Ecclesia, errasse credẽdi sunt, ut nõ dicerẽt quadragi ta dies, sed triduũ & Niniue euertetur. Maiore quippe auctoritate præditi, q̃ interpretũ officiũ est, prophetico spiritu, quo etiã ore uno in suis interpretationibus, qd' magnũ miraculũ fuit, consonuisse firmantur, triduũ posuerũt, q̃uis nõ ignorarẽt q̃ dies quadragita ĩ Hebræis cõdicibus legerẽtur, ut in dñi nostri Iẽsu Christi clarificatione intelligerentur dissolui, aboleriq; peccata, de quo dictũ est, Qui traditus est propter delicta nostra, & re- Roma. 4 surrexit propter iustificationẽ nostrã. Clarificatio aũt dñi in resurrectione, & in cœlũ adsensione cognoscitur, Vnde & bis numero, q̃uis unũ & eundẽ spiritũ sanctum Iohan. 20 Act. 2 dedit, primo postq̃ resurrexit, iterũ posteaq̃ adscendit in cœlũ. Et quoniã post triduũ resurrexit, post quadragita aũt dies adscẽdit, unũ horũ quod posterius factũ est, per numerũ dierũ codices Hebræi significant, alterũ aũt de triduo, qd' ad eãdẽ etiã rem pertineret, septuaginta cõmorare, non interpretationis seruitute, sed prophetiæ auctoritate uoluerunt. Non ergo dicamus unũ horũ falsum esse, & pro alijs interpretibus aduersus alios litigemus, cũ & illi qui ex Hebræo interpretantur, probent nobis hoc scriptũ esse, qd' interpretantur, & septuaginta interpretũ auctoritas, quæ tanto etiam diuinitus facto miraculo cõmẽdatur, tãta in ecclesijs uetustate firmetur.

Quomodo Ioseph iussit nomine suo dicere Pharaoni, Pater meus adiurauit me dicens, monumento quod ego fodi in terra Chanaã, ibi me sepelies etc. cum tamen hæc verba patris eius nõ legantur. Quæstio. CLXX.

QVod mandauit Ioseph ad potentes Aegypti, ut Gene.50. dicerent Pharaoni nomine eius: Pater meus adiurauit me dicens, In monumento quod ego fodi mihi in terra Chanaan, ibi me sepelies, Quæri potest, quomodo uerum sit, cum hæc uerba patris eius, quando de sua sepultura mandauit, non legantur. Sed ad sententiam uerba referre debemus, sicut in alijs supra similiter iteratis uerbis uel narrationibus admonuimus. Voluntati enim enũciandæ, & in noticiã perferendæ, oportet uerba seruire, fodisse aũt sibi Iacob sepulchrum, nusq̃ superius in scripturis legitur, Sed nisi fieret, cum in eisdem terris esset, modo non diceretur.

Quid sibi vult, q̃ cum pergerent ad sepeliendum Iacob, scriptura dicit, Et aduenerunt ad Areã Achad quæ est trans Iordanem, cum prętergressi sint locum, in quo erat sepeliendus plusq̃ q̃ngẽta miliaria. Qõ. CLXXI.

QVid sibi uult q̃, cũ pergerent ad sepeliendũ Ia- Gene.50. cob, scriptura dicit: Et aduenerunt ad Areã Achad, quæ est trans Iordanẽ. Prætergressi sunt enim locum, in quo erat mortuus sepeliendus, milia sicut perhibent qui nouerunt, plusquàm quinquaginta, tantum quippe spacij est plus minus ab eo loco, ubi sepulti sunt patriarchæ, in quibus & Iacob usque ad hunc locum, quo eos aduenisse narratur.

Nam post factum ibi luctum & planctum magnum, redierunt ad locum. quem præterierant rursus Iordanem traiecto. Nisi forte quis dicat, aliquorum hostium uitandorum causſa per heremum eos uenisſe cum corpore, quia uia etiam populus Israël ductus est per Moysen, ab Aegypto liberatus. Illo quippe itinere ut plurimum circũitur, & per Iordanem uenitur ad Mambram, ubi sunt corpora patriarcharum, id est, ad terrã Chanaan. Sed quomodo factum sit, ut trans illa loca ad orientem uersus tantum iretur, & inde ad ea per Iordanem ueniretur, significationis causſa factũ esse credẽdũ est, q̃ per Iordanẽ uenturus erat ad eas terras postea Israël in filijs suis.

Vtrum luctus septem dies, an nouẽ debeat fieri defunctis, eo q̃ dicitur, Et fœcit luctum patri suo septẽ dies. Quæstio. CLXXII.

Gene.50. ET fœcit luctum patri suo septem dies. Nescio utrũ inueniatur alicui sanctorum in scripturis celebratum esse luctum nouem dies, quod apud latinos nouendiale appellant. Vnde mihi uidentur ab hac consuetudine prohibendi, si qui Christianorum istum in mortuis suis numerum seruant, qui magis est in gentilium consuetudine. Septimus uero dies auctoritatem in scripturis habet. Vnde alio loco scriptum est: Luctus mortui septem
Eccle.22 dierum, fatui autem omnes dies uitæ eius. Septenarius autem numerus propter sabbati sacramentum præcipuè quietis indicium est, unde merito mortuis tanq̃ requiescentibus exhibetur. Quẽ tamẽ numerũ in luctu Iacob decuplauerũt Aegyptij, qui eũ septuagĩta diebus luxerũt.

Cum scriptura dicat, Ioseph filios filiorum, uel nepotes filiorum uidisſe, quomodo eos iungit illis septuaginta quinq; hominibus, cum quibus Iacob Aegyptum dicit intrasſe etc. Quæstio. CLXXIII.

Gene.50 ET uixit Ioseph annos centum & decem, & uidit Ioseph Effraim filios usq; ad tertiam generationem, & filij Machyr filij Manasſe nati sunt super femora Ioseph. Cum hos filios filiorum, uel nepotes filiorum dicat scriptura Ioseph uiuendo uidisſe, quomodo eos iungit illis septuagintaquinq; hominibus, cum quibus Iacob Aegyptum dicit intrasſe, Quandoquidem Ioseph senescendo peruenit, ut eos natos uideret, Iacob autem cum ingressus est in Aegyptum, iuuenis erat Ioseph, & eum pater moriens quinquagesimum & sextum ferè ætatis annum agentem reliquit. Vnde constat certi mysterij causſa illum numerum, id est, septuagenarium, & quinarium scripturam commendare uoluisſe. Si autem quisq̃ exigit, quomodo etiam secundum historiæ fidem uerum sit, Iacob cũ septuagintaquinq; animabus in Aegyptum intrasſe, non illo uno die, quo uenit, eius ingressum oportet intelligi, sed quia in filijs suis plerumq; appellatur Iacob, hoc est in posteris suis: Et per Ioseph eum constat in Aegyptum intrasſe, introitus eius accipiendus est, quàmdiu uixit Ioseph, per quem factum est ut intraret. Toto quippe illo tempore nasci & uiuere potuerunt omnes, qui cõmemorantur, ut septuagintaquinq; animæ compleantur usq; ad nepotes Beniamin. Sicut enim dicit: Hi filij Liæ, quos peperit ipsi Iacob in Mesopotamia Syriæ, loquens etiã de his, qui non erant nati, quia illic parentes eorum, ex quibus nati sunt, pepererat, ibi eos perhibens natos, quoniam causſa, qua nascerentur, ibi nata est, id est parentes eorũ, quos Lia ibi pepererat, ita quoniam causſa intrandi in Aegyptum Iacob in Ioseph habuit totum tempus, quo in Aegypto uixit Ioseph, ingressio erat Iacob in Aegyptum per suam progeniẽ, quæ illo uiuo propagabatur, per quem factũ est, ut ingrederetur. Gene.35

DIVI AVRELII AVGVstini, Hipponensis Episcopi, liber secundus quæstionum super Exodum incipit.

Vtrum mendacia, qualia fuerunt obstetricum, quibus deus benefecit, approbata sint auctoritate diuina. Quæstio. I.

DE OBSTETRICVM MENdacio, quo fefellerunt Pharaonem, ne occiderent masculos Israëlitas, quãdo nascebantur, dicentes, non ita parere mulieres Hebræas, sicut pariebãt Aegyptiæ: Quæri solet utrum talia mendacia approbata sint auctoritate diuina, quandoquidem scriptum est, deum benefœcisſe obstetricibus, sed utrum pro misericordia ignoscebat mendacio, an & ipsum mendacium dignum premio iudicabat, incertũ est, Aliud enim faciebãt obstetrices, uiuificando infantes paruulos, aliud Pharaoni mentiendo. Nam in illis uiuificandis, opus misericordiæ fuit, mendacio uero illo pro se utebantur, ne noceret illis Pharao, quod potuit non ad laudem, sed ad ueniam pertinere. Neq; hinc auctoritatem ad mentiendum esse propositam mihi uidetur cis, de quibus dictũ est, Et non est inuentũ in ore eorũ mendaciũ. Quorundã enim uita longè inferior à profisſione sanctorũ, si habeat ista mendaciorũ peccata, proiectu ipso & indole feruntur, præsertim si beneficia nondũ norunt expectare cœlestia, sed circa terrena occupantur. Apoc.14
Qui aũt ita uiuũt, ut eorũ cõuersatio, sicut dicit Apostolus, in cœlis sit, non eos existimo linguæ suæ modũ, q̃tũ ad ueritatẽ ꝛ mendã attinet, falsitatẽq; uitandã, exẽplo illo obstetricũ debere formare. Sed diligẽtius de hac quæstione differendũ est, ꝓpter alia exempla, quæ in scripturis reperiuntur. Philip.3

Vtrum factum Moysi, qui Aegyptiũ occidit ad defendendos fratres suos, commendabile sit, an tantum indoles Moysi. Quæstio. II.

De facto

Exo.2 Cõtra Faustum libro 22.cap.60

DE facto Moysi cum occidit Aegyptium ad defendendos fratres suos, satis disputauimus in illo opere, quod de uita Patriarcharum aduersus Faustũ scripsimus, utrũ indoles in eo laudabilis fuerit, qua hoc peccatum admiserit, sicut solet ubertas terræ etiam ante utilia semina quadam herbarum, q̃uis iuutilium, feracitate laudari, an omnino ipsum factũ iustificandum sit. Quod ideo non uidetur, quia nullam adhuc legitimam potestatẽ gerebat, nec acceptam diuinitus, nec humana societate

Acto.7 ordinatam. Tamen sicut Stephanus dicit in actibus Apostolorum, putabat intelligere fratres suos, quòd per eum deus daret illis salutem, ut per hoc testimonium uideatur Moyses iam diuinitus admonitus, quod scriptura eo loco tacet, hoc audere potuisse.

Quis apparuit Moysi, an dominus in angelo, an angelus dominus. Quæstio. III.

Exo.3 CLamauit eum dominus de rubo: Dominus in an-

Esaie.9 gelo, an dominus angelus, ille qui dictus est, Magni consilij angelus, & intelligitur Christus. Supra enim dixit, apparuit illi angelus domini in flamma ignis in rubo.

Quomodo accipiendum sit q̃ educendus dicatur populus Israẽl in terrã fluentem lac & mel, in quam secũdum literam ductus non est. Quæstio. IIII.

Exo.3 EDucere illos de terra illa in terram bonã & multam, in terram fluentem lac & mel, utrum terram fluentem lac & mel spiritaliter accipere debemus, quia secundum proprietatem non hoc erat illa, quæ data est populo Israël, an locutionis est, qua id ad laudẽ ubertatis et suauitatis referatur.

Quomodo clamor filiorũ Israël dicatur uenisse ad deum. Quæstio. V.

Exo.3 ET nunc ecce clamor filiorum Israẽl uenit ad me, nõ sicut clamor Sodomorũ, quo iniquitas sine timore & sine uerecundia significatur.

Quid de mandato domini sentiendum sit, quo mandat vt prædentur Aegyptios. Quæstio. VI.

Exo.3 QVòd mandauit dominus Hebræis per Moysen, ut acciperent ab Aegyptijs uasa aurea, & argentea, & uestem: atq; addidit, & prædabimini eos, mandati huius non potest iniustum esse iudicium. Mandatum enim dei est, de quo non iudicandum, sed ei obtemperandum fuit. Ille enim nouit quàm iustè mandauerit, ad seruum autem pertinet obedienter facere, quod mandauit.

Quid vult Moyses dicendo, Non sum eloquens, neq; ex quo cœpisti loqui famulo tuo. Quæstio. VII.

Exo.4 QVòd ait Moyses ad dominum, precor domine, non sum eloquens ante hesternum, neq; ante nudiustertianum diem, neq; ex quo cœpisti loqui famulo tuo, intelligitur credere posse fieri dei uoluntate subito eloquentem, cum dicit: Neq; ex quo cœpisti loqui famulo tuo, tanquam ostendens fieri potuisse, ut ante hesternum & nudiustertianum diem, qui eloquens non fuisset, repente fieret, ex quo cum illo dominus loqui cœpit.

Quomodo accipiendum sit illud, Quis fœcit mutũ & audientẽ etc. Quæstio. VIII.

QVis fœcit mutum & audientem, uidentem & cœcum? nonne ego dominus deus? Sunt qui deo calumniantur, uel scripturæ potius ueteris testamenti, quia dixerat deus, quòd ipse fœcerat cœcum & mutum. Quid ergo dicunt de domino Christo, aperte in Euangelio dicente: Ego ueni, ut qui non uident, uideant, & qui uident, cœci fiant? Quis autem, nisi insipiens, crediderit, aliquid homini secundum uitia corporalia posse accidere, quod deus nolit? Sed eum iustè totum uelle nemo ambigit.

Exo.4

Iohan.9

Quid significet quod dominus ait ad Moysen, Sed nũc uade tu, & ego aperiamos tuum, & instruam te quæ locuturus es. Quæstio. IX.

QVòd dominus dicit ad Moysen: Sed nunc uade tu, & ego aperiam os tuum, & instruam te quæ locuturus es, satis hic apparet, non tantum instructionem oris, sed ipsam etiam apertionem, ad dei uoluntatem & gratiam pertinere. Non enim ait, tu aperi os tuũ, & ego instruam te, sed utrumq; ipse promisit, aperiã & instruam. Alibi autem dicit in psalmo, Dilata os tuum & adimplebo illud, ubi significat in homine uoluntatem accipiendi, quod deus donat uolenti, ut ad uoluntatis exordium pertineat, dilata os tuum: ad dei autem gratiam, & adimplebo illud, Hic uero & aperiam os tuum, & instruam te.

Exo.4

Psalm.80

Quomodo dominus dicatur iratus. Quæstio. X

ET iratus iracũdia dñs dixit: Quẽadmodũ possit intelligi irascens deus, quia nõ sicut hõ per irrationabilẽ perturbationẽ per omnia tenẽdũ est, ubi tale aliquid scriptura dicit, ne de hoc eadẽ sæpe dicenda sint, Sed meritò quæritur, cur hic iratus de fratre Moysi dixerit, q̃ illi ipse loqueretur ad populũ, Videtur enim tanq̃ diffidenti nõ dedisse pleniſſimã facultatẽ, quã daturus erat, & per duos agi uoluisse, qd̃ etiã per unũ posset, si credidisset. Verũtamẽ eadẽ uerba oĩa diligẽtius cõsiderata, nõ significãt iratũ dominũ pro uindicta dedisse Aarõ. Sic enĩ dicit, Nõne ecce Aarõ frater tuus Leuites, scio quia eloquens est, loquetur ipse? Quibus uerbis ostenditur deus increpasse potius eum, qui timeret ire, q̃ ipse esset minus idoneus, cum haberet fratrẽ, per quem posset ad populum loqui quod uellet, quoniam erat ipse gracilis

Exo.4

uocis

nocis & linguæ tardioris, quanquã de deo totum sperare deberet. Deinde eadem ipsa, quæ pauloante promiserat, & posteaquàm iratus est dicit, Dixerat enim. Aperiam os tuũ, & instruam te, nunc autem dicit, Aperiam os tuum, & os eius, & instruam uos, quæ faciatis, sed quoniam addidit, & loquetur ipse tibi ad populum, uidetur oris apertio præstita, propter quod dicit Moyses linguæ se tardioris. De uocis autem gracilitate, nihil ei dominus præstare uoluit, sed propter hoc adutorium fratris adiunxit, qui posset ea uti uoce, quæ populo docendo sufficeret. Quod autem ait: Et dabis uerba mea in os eius, ostendit. q. ea loquẽdo esset daturus. Nam si tantummodo audiendo, sicut populo in aures diceret. Deinde quod paulopost ait, Et loquetur ipse tibi ad populum, & ipse erit tuum os, & sic subauditur ad populum: Et cum dicit, tibi loquetur ad populum, satis indicat in Moyse principatum, in Aaron ministerium. Deinde quòd ait, Tu autem illi eris in his, quæ ad deum, magnum hoc fortassis perscrutandum est sacramentũ, cuius figuram gerat, uelut medius Moyses inter dominum & Aaron, & medius Aaron inter Moysen & populum.

Vtrum volebat angelus occidere Moysen, an puerũ incircumcisum. Item quid significet q̃ dicitur sanguis circumcisionis stetisse. Quæstio. XI.

Exo.4. IN eo quod scriptum, Et factum est in uia ad refectionem, obuiauit ei angelus, & quærebat eum occidere, & assumpta Sephora calculo circumcidit præputiũ filij sui, & procidit ad pedes eius, & dixit: Stetit sanguis circumcisionis infantis mei, & recessit ab eo, propter quod dixit, desijt sanguis circumcisionis. Primum quæritur, quem uolebat angelus occidere, utrum Moysen, quia dictum est, ocurrit ei angelus, & quærebat eum occidere. Nam cui putabitur occurrisse, nisi illi qui uniuerso suorum comitatui præfuit, & à quo cæteri ducebantur? An puerum quærebat occidere, cui mater circumcidendo subuenit, ut ob hoc intelligatur occidere uoluisse infantem, quia non erat circumcisus, atq; ita sancire præceptũ circumcisionis sæueritate uindictæ. Quod si ita est, incertum est prius, de quo dixerit, Quærebat eum occidere, quia ignoratur quem, nisi ex consequentibus reperiatur. Mira sanè locutione & inusitata, ut prius diceret, occurit ei, & quærebat eum occidere, de
Psalm.86 quo nihil ante dixerat. Sed talis est in Psalmo, Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit dominus portas Sion. Inde enim psalmus incipit, nec aliquid de illo, uel de illa dixerat, cuius fundamẽta uoluit intelligi, dicẽs, Fundamenta eius in montibus sanctis. Sed quia sequitur, diligit dominus portas Sion, fundamenta uel domini, uel Sion, & ad faciliorem sensum magis Sion, ut fundamenta ciuitatis accipiantur. Sed quia in hoc pronomine, quod est eius, genus ambiguũ est, omnis enĩ generis est hoc pronomen, id est, masculini, & fœminini, & neutri, in græco autẽ in fœminino genere dicitur αὐτῆς, & habet codex græcus αὐτοῦ, cogit intelligere nõ fundamẽta Siõ, sed fundamẽta dñi, id est, quæ constituit dñs, de quo
Psalm.146. dictum est, Ædificans Hierusalem dominus. Nec Sion tamen, nec dominum antea nominauerat, cum diceret, fundamenta eius in montibus sanctis: Sic & hic nondum nominato infante dictum est, Occurrit ei, & quærebat eum occidere, ut de quo dixerit, in consequentibus agnoscamus, quanq̃ & si de Moyse accipere quisquam uoluerit, non est magnopere resistendum. Illud potius quod sequitur, si fieri potest, intelligatur quid sibi uelit, ideo recessisse angelum ab interfectione cuiuslibet eorũ, quia dixit mulier, Stetit sanguis circumcisionis infantis, non enim ait, recessit ab eo, propter quod circumcidit infantem, sed quia stetit sanguis circumcisionis, nõ quia cucurrit, sed quia stetit, magno, nisi fallor, sacramento.

Cum Moyses dicatur uxorẽ & infantes suos imposuisse uehiculis, ut cum eis in Aegyptum pergeret, postea uero Iethro socer eius illi cum eis occurisse, postq̃ eduxit populum, quæritur quomodo utrumq; probetur esse uerum. Quæstio. XII.

QVòd superius dictum est, quòd Moyses uxorem & infantes suos imposuit uehiculis, ut cum eis in Aegyptum pergeret, postea uero Iethro socer eius illi cum eis occurrit, posteaquàm eduxit populum ex Aegypto, quæri potest. quomodo utrumq; sit uerum. Sed intelligendum est, post illam, quæ ab angelo futura erat, interfectionem Moysi uel infantis, reuersam fuisse cum paruulis, Nam quidam putauerunt propter hoc angelum terruisse, ne ad impedimentum ministerij, quod diuinitus impositum Moyses gerebat, fœmineus sexus comitaretur.

Exo.4

Exo.18

Quomodo populo dicatur q̃ mandauit deus eiecturũ se eos de Aegypto in terram Chanaan, Pharaoni autem dicatur, q̃ trium dierum iter exire uellẽt in desertũ immolare deo suo. Quæstio. XIII.

QVeritur quomodo populo dicatur, quòd mãdauit deus eiecturum se eos de Aegypto in terram Chanaan: Pharaoni autem dicatur, q̃ trium dierum iter exire uellent in desertũ, & immolare deo suo ex mandato eius. Sed intelligendum est, quantus deus sciret quid esset facturus, quoniam præsciebat nõ consensurum Pharaonem ad populũ dimittendum, illud primo dictum esse, quod etiam primitus fieret, si ille dimitteret, ut enĩ sic fierent omnia, quẽadmodũ cõsequẽs scriptura testatur, Pharaõis cõtumacia meruit et suorũ

Exo.5

Neq;

Neq; enim mendaciter deus iubet, quod scit facturum, cui iubetur, ut iustum iudicium consequatur.

Qualia sint uerba Moysi ad dominum, hoc est, quo animo dicta, quibus dicit, Quare afflixisti populum hunc etc̄. Quæstio. XIIII.

Exo.5 *VErba quæ dicit Moyses ad dominum: Quare afflixisti populum hunc, & ut quid me misisti, ex quo enim intraui ad Pharaonem loqui in tuo nomine in hunc populum, non liberasti populum tuum: Non contumaciæ uerba sunt uel indignationis, sed inquisitionis & orationis. Quod ex his apparet, quæ illi dominus respondit: Non enim arguit infidelitatem eius, sed quid sit facturus aperuit.*

Quid sacramenti habeat originis Moysi demonstratio. Quæstio. XV.

Exo.6 *SAcramenti locum esse dubium nō est, quòd scriptura uolens originem Moysi demonstrare, quod eius actio iam expetebat, à primogenito Iacob, id est, Ruben progenies cœpit, inde ad Symeon, inde à Leui, ultra ꝓgressa non est, quoniam ex Leui Moyses. Hi autem cōmemorantur, qui iam cōmemorati fuerant in illis septuagintaquinq;, in quibus Israël intrauit in Aegyptum, nō enim primam neq; secundam, sed tertiam tribum, id est, Leuiticam deus esse uoluit sacerdotalem.*

Quomodo Moyses se excusauit, ꝙ gracili uoce esset, ne ad vnum videlicet Pharaonem loqueretur, cum etiam gracillima ab vno posset capi. Quæstio. XVI.

Exo.6 *QVod Moyses dicitur: Ecce ego gracili uoce sum, & quomodo exaudiet me Pharao, non uidetur tantum propter magnitudinem populi excusare de uocis gracilitate, uerumetiam propter unum hominem. Mirum si tam gracilis uocis fuit, ut nec ab uno homine posset audiri: An forte regius fastus non*

Exo.7 *eos permittebat de proximo loqui, dicitur autem illi. Ecce dedi te deum Pharaoni, & Aaron frater tuus erit tuus Propheta.*

Quare annotanter scriptura loquitur de Moyse, dum ad populū mitteretur. Quæstio. XVII.

Exo.7 *NOtandum, quòd cum ad populum mitteretur, nō ei dictum est: Ecce dedi te deū populo, & frater tuus erit tuus Propheta, sed frater tuus, inquit, loquetur tibi ad populū. Dictū est etiam: Erit os tuū, & tu illi, quæ ad deum, non dictum est, tu illi deus. Pharaoni autem dicitur Moyses datus deus, & secundum analogiā Propheta Moysi Aaron, sed ad Pharaonem. Hic insinuatur nobis ea loqui prophetas dei, quæ audiunt ab eo, nihil ꝙs aliud esse prophetam dei, nisi enunciatorem uerborum dei hominibus, qui deum uel non possunt, uel non merentur audire.*

Quomodo dictum sit, Indurabo cor Pharaonis, & an necesse fuerit ipsū indurari. Quæstio. XVIII.

ASsiduè deus dicit, Indurabo cor Pharaonis, & uelut causſam infert cur hoc faciat: Et implebo Exo.7 *signa mea, & portenta mea in Aegypto, tanquam necessaria fuerit obduratio cordis Pharaonis, ut signa dei multiplicarentur uel implerentur in Aegypto. Vtitur ergo deus benè cordibus malis, ad id quod uult ostendere bonis, uel quid facturus est bonis. Et q̄uis uniuscuiusq; cordis in malitia qualitas, id est, quale cor habeat ad malum suo fiat uitio, quod inoleuit ex arbitrio uoluntatis, & tamen qualitate mala, ut huc uel illuc moueatur, cum siue huc, siue illuc malè moueatur, causſis sit, quibus animus propellitur, quæ causſæ ut existant uel non existant, non est in hominis potestate, sed ueniunt ex occulta prouidentia, iustissima planè & sapientissima, uniuersum quod creauit disponentis & administrantis dei. Vt ergo tale cor haberet Pharao, quòd patientia dei non moueretur ad pietatem, sed potius ad impietatem, uitij proprij fuit. Quòd uero facta sunt ea, quibus cor suo uitio tam malignum resisteret iussionibus dei, hoc est enim quod dicitur, induratum, quia non flexibiliter consentiebat, sed inflexibiliter resistebat, dispensationis fuit diuinæ, qua tali cordi non solum iusta, sed euidenter iusta pœna parabatur, qua timentes deum corrigerentur. Proposito quippe lucro, uerbi gratia, propter quod homicidiū committatur, aliter auarus, aliter pecuniæ contemptor moueatur, ille scilicet ad facinus perpetrandū, ille ad cauēdum, ipsius tamen lucri propositio in alicuius illorum non fuit potestate. Ita causſæ ueniunt hominibus malis, quæ nō sunt quidē in eorum potestate, sed hoc de illis faciunt, quales eos inuenerint iam factos proprijs uitijs ex præterita uoluntate. Videndum sanè est, utrum etiam sic accipi possit: Ego indurabo, tanq̄ diceret, quàm durum sit demonstrabo.*

Cur Aaron sumere iubetur virgam, cū id Moyses, q̄uis gracili uoce, per se posset. Quæstio. XIX.

SI loquetur uobis Pharao dicens: Date nobis signū, Exo.7 *aut portentum, & dices Aaron fratri tuo: Sume uirgam, & proijce illam palàm Pharaone, & palàm seruis eius, & erit draco. Hic certe nō ministerio uocis erat opus, cū uidebatur uelut ex necessitate datus Aaron ꝓptergracilitatē uocis Moysi, sed uirga erat proijcienda, ut draco fieret, Cur ergo Moyses ipse non fœcit, nisi quia ista mediatio ipsius Aarō inter Moysen & Pharaonem, alicuius magnæ rei figuram gerit?*

Quomodo

Quomodo Aaron eam virgam suã appellet. Quæstio. XX.

Exo.7 ET iam hoc notandum est, quòd cum signum palàm Pharaone fieret, scriptum est, Et proiecit Aaron uirgam suã. Si forte dixisset, proiecit uirgã, nulla esset quæstio. Quod uero addidit, suã, cũ eam Moyses dederit, non frustra forsitan dictum est. An erat utriq; illa uirga communis, ut cuiuslibet eorum diceretur, uerum diceretur.

Quomodo dictũ sit, Absorbuit virga Aaron virgas illorum, non autẽ draco Aaron. Quæstio. XXI

Exo.7 ET absorbuit uirga Aaron, uirgas illorum. Si dictũ esset, absorbuit draco Aarõ, uirgas illorum, intelligeretur uerus Draco Aaron phantastica illa figmenta non absorbuisse, sed uirgas. Hoc enim potuit absorbere quod erant, non quod esse uidebantur, & non erant. Sed quoniam dixit, absorbuit uirga Aaron, uirgas illorum, draco utiq; potuit uirgas absorbere, non uirga. Sed eo nomine appellata res, unde uersa est, non in quo uersa est, quia in id etiam reuersa est, ideo hoc uocari debebat, quod principaliter erat. Quid ergo dicendum est de uirgis magorum, utrum & ipse ueri dracones facti fuerant, sed ea ratione uirgæ appellatæ sunt, qua & uirga Aaron, an potius uidebatur esse, quod nõ erant, ludificatione uenefica? Cur ergo ex utraq; parte & uirgæ dicuntur & dracones, ut de figmentis illis nihil differat loquendi modus? Sed demonstare difficile est, quomodo etiam si ueri dracones facti sunt è uirgis magorũ, non fuerint tamen creatores draconum, nec magi, nec angeli mali, quibus ministris illa operabantur. Insunt enim corporeis rebus per omnia elementa mundi quædam occultæ seminariæ rationes, quibus cum data fuerit opportunitas temporalis atq; causalis, prorumpunt in species debitas suis modis & finibus. Et sic non dicuntur angeli, qui ista faciunt, animaliũ creatores, sicut nec agricolæ segetum, uel arborum, uel quorumcunq; in terra gignentium creatores dicendi sunt, quàmuis nouerint præbere quasdam uisibiles opportunitates & causas, ut illa nascantur. Quod autem isti faciunt uisibiliter, hoc angeli inuisibiliter, deus uero solus uerus creator est, qui causas ipsas & rationes seminarias rebus ipsis inseruit. Res breuiter dicta est, quæ si exemplis & copiosa disputatione explicetur, ut facilius intelligatur, longo sermone opus esset, á quo se ratio nostræ festinationis excusat.

Nunquid ideo obduratum dicitur cor Pharaonis, q̃ incantatores similiter fœcerunt. Quæstio. XXII.

Exo.7 FOecerunt autem similiter & incantatores Aegyptiorum ueneficijs suis, & induratum est cor Pharaonis, & non exaudiuit eos, sicut dixit dominus. Cum hæc dicuntur, uidetur propterea cor Pharaonis induratum fuisse, quia & incantatores Aegyptiorum similia fœcerunt; Sed consequentia docebunt quanta fuerit illa obduratio, etiam cum incantatores deficerent.

Vnde incantatores dicantur ranas eduxisse, & quam aquam in sangui nem vertisse, cum iam tota in sangui nem versa esset. Quæstio. XXIII.

Exo.8 FOecerunt autem similiter & incantatores Aegyptiorum ueneficijs suis: Et eduxerunt ranas super terram Aegypti. Quæritur unde, si iam ubiq; factũ erat. Sed similis quæstio est, unde & aquã in sanguinem uerterunt, si tota aqua Aegypti in sanguinem conuersa iam fuerat. Vnde intelligendum est regionem, ubi filij Israël habitabant, plagis talibus non fuisse percussam, & inde potuerunt incantatores uel aquam haurire, quam in sanguinem uerterent, uel aliquas ranas educere ad solam demonstrationem magicæ potentiæ, quàmq̃ potuerunt etiam posteaq̃ illa compressa sunt facere, sed scriptura cito narrando coniunxit, quod etiam postea fieri potuit.

Quomodo ex alia causa ostenditur cor Pharaonis induratum esse, q̃ ex magorum facto. Quæstio. XXIIII.

Exo.8 ET Vidit Pharao, quoniam facta est refrigeratio, & ingrauatum est cor eius, & non exaudiuit eos, sicut dixerat dominus. Hìc apparet non illas tantum fuisse causas obdurationis cordis Pharaonis, quòd incantatores eius similia faciebant, uerumetiam ipsam dei patientiam, qua parcebat. Patientia dei secundum corda hominum, quibusdam utilis ad pœnitendum, quibusdam inutilis ad resistendum deo, & in malo perseuerandum, non tamen per seipsam inutilis est, sed secundũ cor malum, sicut iam diximus. Hoc & Apostolus dicit, Ignoras, quia patientia dei ad pœnitentiam te adducit, Secundum autem duriciam cordis tui, & impœniteus cor, thesaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq; secundum opera eius. Nam & alibi cum diceret, Christi bonus odor sumus in omni loco, etiam illud adiunxit, & in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt, Non dixit Christi bonum se odorẽ esse his qui salui fiunt, malum autem his qui pereunt, sed tantũ bonum odorem se dixit. Illi uero tales sunt, ut & bono odore pereant, secundum sui cordis, ut sæpe dictum est, qualitatem, quæ mundanda est bona uolũtate in dei gratiam, ut incipiant ei prodesse iudicia dei, quæ malis cordibus nocent. Vnde ille immutato in melius corde cantabat, Viuet anima mea & laudabit te, & iudicia tua adiuuabunt me: Non dixit munera tua, uel premia tua, sed iudicia tua. Multum est autem, ut syncerá fiducia dici possit, Proba me domine, & tempta me, ure renes meos, & cor meũ. Et ne sibi aliquid ex suis uiribus tribuisse uideretur, continuo addidit, Quoniam misericordia tua ante oculos meos est, & cõplacui in ueritate tua. Factam erga se commemorat misericordiam, ut complacere posset in ueritate, quoniam uniuersæ uiæ domini misericordia & ueritas.

Rom.2

2.Cor.2

Psalm.11.

Psalm.25.

Psalm.24

Cur

Cur dixerunt Magi ad Pharaonem, digitus dei est hic. Quæstio. XXV.

Exod. 8

QVod dixerunt Magi ad Pharaonem: Digitus dei est hic, quoniam nõ potuerunt educere cyniphes, senserunt profectò, cum artium suarum nefariarum scirent potentiam, non talibus artibus, uelut potentior in eis esset Moyses, suos conatus fuisse frustratos, ut non possent educere cyniphes, sed digito dei, qui utiq; operabatur per Moysen. Digitus autem dei, sicut Euangelium manifestissimè loquitur, spũssanctus intelligitur. Nam quod uno Euangelista ita narrante uerba domini ut diceret: Si ego in digito dei eijcio dæmonia, Luce. 11. Alius Euangelista idipsum narrãs, exponere uoluit, quid Matth. 12 sit digitus dei, et ait: Si ego in spiritu dei eijcio dæmonia. Cũ itaq; Magi faterentur, quorum Pharao potentia præfidebat, digitum dei esse in Moyse, in quo superabantur, & eorum ueneficia frustrabantur, tamen induratum est cor Pharaonis, nũc mirabili omnino duritia. Cur autem in tertia ista plaga Magi defecerunt, nam plagæ cœperunt, ex quo aqua in sanguinem uersa est, & sentire & explicare difficile est. Poterat enim & in primo signo deficere, ubi in serpentem uirga conuersa est, & in prima plaga, ubi aqua in sanguinem commutata est: & in secũda de ranis, si hoc uoluisset digitus dei, id est, spiritus sanctus. Quis enim dementissimus dixerit, digitum dei in hoc signo potuisse conatus Magorum impedire, & in superioribus nequiuisse? Omnino ergo certa causa est, quare illa facere hucusq; permissi sunt. Commendatur enim fortasse trinitas, & quod uerum est summi Philosophi gentium, quantũ in eorum literis indagatur, sine spiritusancto philosophati sunt, quamuis de patre & filio nõ tacuerint, quod etiam Didymus in libro suo meminit, quem scripsit de spiritusancto.

Quid de terra, in qua Israëlitę, & in qua Aegyptij habitabant, segregatione sentiendum sit, & cur eius primum mentio fiat. Quæstio. XXVI.

Exod. 8

ECce ego mitto in te, & in seruos tuos, et in populum tuum, et in domos tuas cynomyiam, & implebuntur domus Aegyptiorum cynomyia, ut scias, quoniam ego sum dominus deus omnis terræ, & dabo interuallum inter populum meum, & inter populum tuum. Quod hic scriptura aperuit ne ubicunq; diceret intelligere debemus, & in posterioribus, & in prioribus signis factum esse, ut terra, in qua habitabat populus dei, nullis plagis alibus uexaretur. Oportunum autem fuit, ut ibi hoc aperte poneretur, unde iã incipiunt signa, quibus Magi similia nec conati sunt facere, proculdubio enim, quia ubiq; fuerant cyniphes in regno Pharaonis, non autem fuerãt in terra Gessen, ubi conati sunt Magi similiter facere, et minimè potuerunt. Quousq; ergo deficerent, nihil de eius terræ segregatione dictum est, sed ex quo cœperunt ea fieri, ubi iam illi similia facere nec conari auderent.

Vtrum dicendum sit ut latini: Euntes immolate domino, an ut græcus habet, uenientes. Quæst. XXVII.

QVod latini codices habent: Euntes immolate domino deo uestro in terra hac, græcus habet: Venientes immolate domino deo uestro in terra hac. Nolebat enim eos ire quo dicebant, sed ut illic in Aegypto immolarẽt uolebat, Hoc ostendunt uerba Moysi quæ sequuntur, ubi dicit, non posse fieri propter abominationes Aegyptiorum. Exod. 8

Quomodo dixit Moyses: Abominationes Aegyptiorum immolabimus domino deo nostro. Quæstio. XXVIII.

QVod ait Moyses: Non potest fieri sic. Abominationes enim Aegyptiorum immolabimus domino deo nostro, id est, hæc immolaturi sumus, quæ abominantur Aegyptij, & propterea in Aegypto non possumus, hoc manifestant uerba quæ adiungit, & dicit: Si enim immolauerimus abominationes Aegyptiorum, palàm ipsis lapidabimur. Hoc enim non intelligentes quidam interpretes nostri, sic interpretati sunt, ut dicerent, non potest fieri sic, nunquid abominationes Aegyptiorum immolabimus domino deo nostro? cum magis hoc scriptura dixerit, quia Aegyptiorum abominationes immolaturi sunt. Alij uero latini sic habent: Non potest fieri sic, quoniam abominationes Aegyptiorum non immolabimus domino deo nostro, Contrarium sensum facit, addita particula negatiua, cũ Moyses dixerit, non potest fieri sic, Abominationes Aegyptiorum immolabimus domino deo nostro, & ideo in heremum dicebant se ire uelle, ubi Aegyptij nõ uiderent abominationes suas. Hoc autem intelligendum est mysticè significari, quod etiam de pastoribus diximus, qui erant Aegyptijs abominabiles, & ideo separatam terram Israëlitæ acceperunt, cum uenerũt in Aegyptum. Sic enim & sacrificia Israëlitarũ abominationes sunt Aegyptijs, sicut iniquis uita iustorum. Exod. 8 Genes. 46.

Quomodo dicatur: Et ingrauauit Pharao corsuum, non autem, & ingrauatum est &c. Quæstio. XXIX.

CVm ablata esset locusta, dictum est de Pharaone: Et ingrauauit Pharao cor suum, etiam in hoc tẽpore, & noluit dimittere populum. Certe nunc non dictum est, ingrauatum est cor Pharaonis, sed ingrauauit Pharao cor suum, sic utiq; in omnibus plagis. In uoluntate quippe hominis est origo uitiorum, mouentur autem causis corda hominum, alia sic, alia uero sic, etiam non diuersis causis, sæpe diuerso modo secundum proprias qualitates, quæ ex uoluntatibus ueniunt. Exod. 8

Quomodo ingrauatum est cor Pharaonis ex contrarijs causis, utpote quia uidit, quia non est mortuum de pecoribus filiorũ Israël. Quæstio. XXX.

Exo.9 VIdens autem Pharao, quia non est mortuum de pecoribus filiorum Israël ullum, ingrauatum est cor Pharaonis: Quomodo ex contrarijs causis facta est hæc ingrauatio cordis Pharaonis? Si enim & pecora Israëlitarum morerentur, tũc uideretur caussa competens, qua cor eius ingrauaretur ad cõtemnendum deum, tanq; & si Magi eius pecora Israëlitarum fœcissent mori: Nũc uero unde debuit ad timendum uel credendum moueri, uidens nullum pecus mortuum ex pecoribus Hebræorum, hinc ingrauatum est, id est, illa ingrauatio etiam hucusq; progressa est.

Quid est q̃ dicit deus ad Aaron & Moysen: Sumite uobis plenas manus fauillæ, & aspergat Moyses in cœlum &c̃ Quæstio. XXXI.

Exod.9 QVid est quòd dicit deus ad Aaron & Moysen, sumite uobis plenas manus fauillæ de fornace, & aspergat Moyses in cœlum coram Pharaone, & coram seruis eius, & fiat puluis in tota terra Aegypti. Signa enim superiora, uirga fiebant, quam non Moyses, sed Aaron, uel extendebat super aquã, uel ad terrã percutiebat, nunc uero interpositis duobus signis de cynomyia & pecorum mortibus, ubi nec Aaron nec Moyses aliquid operati sunt manu, dicitur ut Moyses fauillam spargat in cœlum de fornace, & hanc ambo sumere iubentur, sed ille spargere nõ in terram, sed in cœlum, tanq; Aaron, qui datus erat ad populum terram percutere deberet uel in terram, siue in aquã manum extendere. Moyses uero de quo dictum est: eritq; tibi in his Exod.4 quæ ad deum, in cœlum iubetur fauillam spargere. Quid duo illa superiora signa, ubi nec Moyses nec Aaron manu aliquid operantur: Quid sibi uult ista diuersitas? neq; enim nihil.

Quid momenti habeant illa uerba, quorum sententiam etiam Apostolus habet: Propter hocipsum conseruatus es, ut ostendam in te uirtutem meam. Quæstio. XXXII.

Exod.9 ET propter hoc ipsum conseruatus es, ut ostendam in te uirtutem meam, et ut annuncietur nomen meum in uniuersa terra. Hæc scripturæ uerba, & Apostolus posuit, cum in eodem loco perdifficili uersaretur. Ibi Roma.9 autem & hoc ait: Si autem uolens deus ostendere iram, et demonstrare patientiam suam, attulit in multa patientia uasa iræ, parcendo utiq; his, quos malos futuros esse præscierat, quæ uasa dicit perfecta in perditionem, & ut notas, inquit, faceret diuitias gloriæ suæ, in uasa misericordiæ. Vnde uasorum misericordiæ uox est in Psalmis: Psalm.58 Deus meus misericordia eius præueniet me, deus meus demonstrauit mihi inimicis meis. Nouit ergo deus bene uti malis, in quibus tamẽ humanã naturã, non ad malitiã creat, sed eos perfert patienter quousq; scit oportere, non inaniter seutendum eis ad admonitionem uel exercitationem bonorum. Ecce enim, ut annunciaretur nomen dei in uniuersa terra, uasis misericordiæ utiq; prodest. Ad eorum itaq; utilitatem Pharao seruatus est, sicut & scriptura testatur, & exitus docet.

Quid est quod mandauit deus Pharaoni, cum se facturum magnam grandinem minaretur, ut festinet cõgregare pecora sua. Quæstio. XXXIII.

QVid est quòd mandauit deus Pharaoni, cum Exod.9 se facturum magnam grandinem minaretur, ut festinet congregare pecora sua, & quæcunq; illi essent in campo, ne grandine intereant. Hoc enim non tã indignanter, quam misericorditer uidetur admonere. Sed hoc non facit quæstionem, quòd deus etiam irascens temperat pœnam: Illud est quod merito mouet, quibus nunc pecoribus consulatur, si omnia mortua fuerant plaga superiore, ubi scriptum est, quòd discreuit deus inter pecora Hebræorum & Aegyptiorum, ita ut illinc nullum moreretur, omnia uero Aegyptiorum pecora morerẽtur. An eo soluitur quæstio, quòd prædixeret ea moritura, quæ in cãpo fuissent, ut hæc acciantur omnia, Intelligãtur autem euasisse, quæ in domibus erant, quæ potuerunt etiam à dubitantibus colligi, et in domo teneri, ne forte uerum esset, quod Moyses dominum facturum esse prædixerat, & ex his esse in campis iterum poterant, quæ modo admonet congregari in domos, ne grandine pereant. Maximè quia sequitur scriptura, & dicit: Qui timuit uerbum domini, seruorum Pharaonis, congregauit pecora sua in domos, Qui autem non intendit mente in uerbum domini, dimisit pecora sua in campo. Hoc ergo fieri potuit, quãdo etiam mortem pecorum minatus est deus, quanquam id scriptura tacuerit.

Quomodo Moyses iubetur extendere manum in cœlum, non in terram. Quæstio. XXXIIII.

ET dixit dominus ad Moysen: Extende manum Exod.9 tuam in cœlum, & erit grando in omni terra Aegypti. Ecce iterum Moyses non in terram, sed in cœlum manum iubetur extendere, sicut superius de fauilla.

Quando Moyses Pharaoni dixit, q̃ nondum timeret dominum, qualem timorem quæsiuit. Quæstio. XXXV.

CVm fragore cœli, qui uehemens erat in grandine, Exod.9 Pharao territus, rogaret Moysen, ut oraret pro illo confitenti iniquitatem suam, & populi sui. Moyses ei dixit: Et tu, & serui tui scio, quòd nondum timetis dominum: Qualem timorem quærebat, cui timor iste nondum

dum erat ei domini timor? Facile est enim pœnam timere, sed non hoc est deum timere, illo scilicet domini timo-
Gen. 31 re pietatis, quem commemorat Iacob, ubi dicit: Nisi deus patris mei Abraham, & timor Isaac adesset mihi, nunc me inanem dimisisses.

Cur dicat deus ad Moysen: Intra ad Pharaonem, ego enim grauaui cor eius & seruorum eius, ut ordine superueniant signa mea &c. nunquid deus opus habebat cuiusq; malitia? Quæstio. XXXVI.

Exod. 10 DOminus inquit ad Moysen: Intra ad Pharaonem, ego enim grauaui cor eius, & seruorum eius, ut ordine superueniant signa mea hæc super eos, tanquam opus habeat deus cuiusquam malicia. Sed sic intelligendum est, ac si diceret: Ego enim patiens fui super eum, & seruos eius, ut non eos aufferem, ut ordine superueniant signa mea super eos. Quia cum patientia dei obstinatior fiebat malus animus, ideo pro eo quod est, patiens fui, dicitur, grauaui cor eius.

Quomodo post locustarum ablationem, scriptura induratum dicat cor Pharaonis. Quæstio. XXXVII.

Exod. 10 ET non est relicta locusta una in omni terra Aegypti, & indurauit dominus cor Pharaonis. Beneficium certè dei commemorauit scriptura, quo abstulit locustas, & secuta, dixit indurasse dominum cor Pharaonis, beneficio utique suo, & patientia sua, qua illa fiebat obstinatio dum ei parceretur, sicut omnia mala corda hominum patientia dei male utendo durescunt.

Quomodo ad Moysen tertio dictum sit, Extende manum tuam in cœlum, & nunquam ad Aaron, cum etiam ad Moysen dictum sit aliquando: Extende manum tuam super terram Aegypti. Quæstio. XXXVIII.

Exod. 10 TErtio dicitur ad Moysen: Extende manum tuam in cœlum, ut fieret etiam plaga tenebrarum. Nunquam autem dictum est ad fratrẽ eius Aaron, ut extenderet manum in cœlum. Quod ergo dictum est ad Moysen, extende manum tuam super terram Aegypti, & adscendat locusta super terram, credo id significatũ etiam minus posse, qui plus potest, nõ autem continuo cui minora conceduntur, posse maiora.

An in exemplum sumi possit furtum quod dominus mandauit filijs Israël. Quæstio. XXXIX.

Exod. 11 DEus ad Moysen dicit: Loquere ergo secreto in aures populi, ut petat unusquisque à proximo, & mulier à proxima, uasa aurea, & argentea, & uestem: Non hinc quisque sumendum exemplum putare debet ad expoliandum isto modo proximum. Hoc enim deus iussit, qui nouerat quid quemque pati oporteret, nec Israëlitæ furtum fœcerunt, sed deo iubenti ministerium præbuerunt: Quemadmodũ cũ minister iudicis occidit eum, quem iudex iussit occidi, profectò si id sponte faciat, homicida est, etiã si eum occidat, quem scit occidi à iudice debuisse, Est etiam ista nõnulla quæstio: Si seorsum habitabant Hebræi in terra Gessen, ubi nec plagæ fiebant, quibus regnum Pharaonis affligebatur, quomodo quisque petit à proximo, uel à proxima aurum, argentum & uestem, præsertim quia ubi primum hoc mandatur per Moysen, sic positum est, & mulier à uicina sua, & concellaria, uel concellanea, si ita dicendum est, uel cohabitatrice sua. Vnde intelligendum est etiam, in terra Gessen non solos Hebræos habitasse, sed eis aliquos Aegyptios in illa terra cohabitatores fuisse, ad quos potuerunt meritò Hebræorum etiam illa diuina beneficia peruenire, ut hinc eos & diligerent ijdem Aegyptij cohabitatores, ac quod petebant, facile commodarent, nec tamen deus iudicauit ita illos alienos fuisse ab iniurijs & contritionibus, quas populus dei pertulit, ut nec isto damno ferirẽtur, qui plagis illis, propterea quòd terræ illi parcebatur, percussi non erant.

Nunquid opus fuerat deo inobedientia Pharaonis ad multiplicanda signa sua, cũ dixit: Non exaudiet uos Pharao ut multiplicem signa mea, & portenta mea in terra Aegypti. Quæstio XL.

Exod. 11 DIxit autem dominus ad Moysen: Non exaudiet uos Pharao, ut multiplicem signa mea, & portenta mea, in terra Aegypti, tanq; opus fuerit eius inobedientia, ut signa illa multiplicarẽtur, quæ utiliter fiebant ad terrendum populum dei, atque ipsa discretione ad pietatem informandum. Sed hoc dei fuit, malitia cordis illius benè utentis, non Pharaonis dei patientia malè abutentis.

Quid superaturum, & igni comburendum dominus innuit, qui totum agnum consumendum præceperat. Quæstio. XLI.

Exod. 12 QVæ autem superauerint ab eo, in mane igni cõcremabitis. Quæri potest quemodo aliquid superauit, cum hoc præmoniti fuerint, ut si domus non habuerit consumendo pecori idoneam multitudinem, uicini assumantur. Sed intelligitur quoniam dictum est, os non conteretis ab eo, remansura utiq; fuisse ossa, quæ igni cremarentur.

Quomodo dicatur: Agnus masculus etc. cum omnis agnus masculus sit. Quæstio. XLII.

Exod. 12 AGnus perfectus masculus annicul'us erit uobis. Mouere potest ista locutio, quasi agnus possit esse non masculus, nescientem qua necessitate ita sit translatũ. Quis enim transferri debuit, quia græcus πρόβατον

habet, sed πρόβατον in græca lingua generis neutri est, & potuerunt quæ sequuntur omnia conuenire, tanq̃ si diceret, pecus perfectum masculum anniculum erit uobis. Potuit enim dici latinè masculum pecus, quomodo dicuntur mascula thura genere neutro, ouis autem masculus dici non posset, quia fœminini generis est ouis. Item ouis mascula si diceretur, esset absurdius, pecus uero si poneretur, etiam aliud intelligeretur, nec seruaretur sacramentum. Quod cum scriptura de oue loquatur post dicit, ab agnis & hœdis accipietis illud. Quas in re Christus significari meritò accipitur. Quid enim opus erat ouem uel agnum ab agnis & hœdis accipiendum moneri, nisi ille figuraretur, cuius caro non solum ex iustis, uerumetiam ex peccatoribus propagata est? Quanq̃ conentur Iudæi etiam hœdum intelligere accipiendum ad celebrandum pascha, & hoc etiam dictum esse putant ab agnis & hœdis accipi, tanquam diceret, uel ab agnis agnum, uel ab hœdis hœdum si illud desit sumi oportere, apparet tamẽ in Christo, rebus impletis, quid illo præcepto fuerit figuratum.

Quomodo dicatur: Facietis diem hunc æternum, cum nullus æternus sit. Quæstio. XLIII.

Exodi. 12 QVòd scriptum est: Et facietis diem hunc in progenies uestras legitimũ æternum uel æternalem, quod græce dicitur ἀιώνιον, non sic accipiendum est tanquam possit istorum prætereuntium dies esse ullus æternus, sed illud æternum est, quod iste significat dies, uelut cum dicimus ipsum deum æternum, non utique istas duas syllabas æternas dicimus, sed quod significant, quanq̃ diligenter scrutandum sit quomodo appellare scriptura soleat æternum, ne forte ita dixerit solenniter æternum, quem nefas habeant prætermittere, aut sua sponte mutare. Aliud est enim quod præcipitur quousque fiat, sicut præceptum est, ut septies Iosue. 6. muros Hiericho circumiret arca: Aliud cum præcipitur sic obseruari aliquid, ut nullus terminus præfiniatur obseruationis, siue quotidie, siue per menses siue per annos solenniter, siue per multorum uel aliquorum annorum certa interualla. Aut ergo sic appellauit æternum, quod non sua sponte audeant desinere celebrare, aut sicut dixi, ut non ipsa signa rerum, sed res quæ his significantur, æternæ intelligantur.

Si soli primogeniti perimebantur, nec quęlibet domus primogenitum habebat, quomodo dicebatur: Non erat domus, in qua non erat mortuus. Quæstio. XLIIII.

Exod. 12 ET factus est clamor magnus in terra Aegypti. Nõ enim erat domus, in qua non erat in ea mortuus: Nonne potuit esse aliqua domus, quæ primogenitum nõ haberet? Cum ergo primogeniti tantummodo morerentur, quomodo nulla erat, quæ non haberet mortuum? An & hoc diuinitus præscientia dei fuerat procuratum, ut in omnibus ommino essent domibus primogeniti, in quibus percutterentur Aegyptij? Ab hac sanè plaga non sunt putandi immunes fuisse Aegyptij, qui habitabant in terra Gessen, hominũ quippe erant, uel animalium, non terræ, id est homines & anialia primogenita morieban-tur, occulto & angelico percussu, non aliquid in terra uel in cœlo factum erat, sicut rana, uel locusta, uel tenebræ, unde qui habitabant, affligerentur. A talibus enim plagis cum terra Gessen fuisset aliena, proculdubio perueniebat beneficium ad eos Aegyptios, qui in eadem terra cum Hebræis morabantur, hac uero primogeniti eorum omnes percussi sunt.

Quomodo post tantum luctum primogenitorum Aegyptij dicuntur præstitisse uasa sua Iudæis. Quæstio. XLV.

FIlij autẽ Israël fœcerũt, sicuti præceperat illis Moy Exod. 12 ses, & petierunt ab Aegyptijs uasa aurea, & argẽtea, & uestem, & dominus dedit gratiam populo suo coram Aegyptijs, & commodauerunt illis, et prædati sunt Aegyptios. Iam hoc factum fuerat ante mortes primogenitorum Aegyptiorum, sed nunc per recapitulationem repetitur. Nam narratum est, quando factum est, Modo enim fieri quomodo posset, ut in tanto luctu ex mortibus suorum accommodarent ista filijs Israël? Nisi forte quis dicat, etiam ista plaga non fuisse percussos Aegyptios, qui cum Hebræis inhabitabant terram Gessen.

Quem sanguinem significet scriptura, cũ dicit, sanguine agni liniendos esse postes. Quæstio. XLVI.

QVid est quod ait: Accipietis autem fasciculum hy- Exod. 12 sopi, & tingentes ex sanguine, qui est iuxta ostiũ, linietis superlimen, & super ambos postes: Quæritur enim quem sanguinem dicat iuxta ostium, cũ illius agni utiq; uelit intelligi sanguinem, cuius immolatione fit pascha, utrum ne eo modo consequenter præcepit, quamuis hoc tacuerit, ut idẽ agnus iuxta ostium occidatur? An quod est credibilius, ideo dixit ex sanguine, qui est iuxta ostium, quia utiq; ille, qui liniturus est superlimen & postes, uas ipsum, in quo sanguinem excepit, iuxta ostium positurus est, ut ad manum habeat, quando tingat.

Quomodo ad tantũ numerum peruenire poterant Hebræi in Aegypto, ad quantum peruenisse scribuntur, & quæ sit illorum uerborum sententia. Quæsti. XLVII.

SVstulerũt autem filij Israël de Ramasse in Soccoth, Exod. 12 sexcenta milia peditum uiri, præter instructũ uel censum. Si isto modo potest rectè interpretari quod græcus habet ἀποσκύμα, quo uerbo non solum mobilia, uerumetiã mouẽtia significari indicat scriptura, ubi Iudas loquens ad patrem suum dicit: Mitte puerum mecũ, & surgẽtes ibimus, ut uiuamus, et nõ moriamur, & nos, & tu,

& tu, & substantia nostra. Ibi enim græcus ἀποσκεύκρ habet, ubi substantiam latinus interpretatus est, quod aliquando censum interpretantur nostri, sicut nunc instructum dicere uoluimus, dum tamen eo nomine, & homines & iumenta, uel omnia pecora intelligantur: Vbi etiam uiri & uxores possent intelligi, nescio. Sexcenta tamen milia peditũ cũ scriptura cõmemoret addens & dicẽs, excepto instructu, uel censu, uel substantia, uel si quo alio uerbo melius interpretatur ἀποσκεύκρ, manifestũ est et homines significatos, siue in seruis, siue in mulieribus, siue in his ætatibus, quæ militiæ nõ essent idoneæ, ut sexcẽta milia peditũ in eis solis intelligamus, qui possent militari agmine armari. Quæri autem solet, utrũ ad tantum numerũ Hebræi peruenire potuerint per eos annos in Aegypto, quos ostendere consideratus in scripturis numerus potest, qui primũ anni quot fuerint, nõ parua quæstio. Dicit enim deus ad Abraham, cũ factum esset illud sacrificiũ de uacca trima, & capra, & ariete, & turture, et columba, anteq̃ nõ solum Isaac, sed nec Hismaël quidem natus esset: Sciendo scias, quia peregrinum erit semen tuum in terra nõ propria, & in seruitutem redigent eos, & nocebunt illis quadringentis annis. Si ergo quadringentos annos sic acceperimus, ut in seruitute sub Aegyptijs intelligantur, non paruum spacium temporis fuit, quo ita populus multiplicaretur. Sed tot annos non fuisse, apertissimo iudicio scriptura testatur. Quidam enim putant quadringentos triginta annos accipi debere, ex quo Iacob intrauit in Aegyptum, donec inde populus per Moysen liberatus est, quoniam in exodo scriptum est: Incolatus autem filiorũ Israël quem incoluerunt in terra Aegypti, & in terra Chanaan, ipsi & patres eorum anni quadringenti triginta: Seruitutis autem eorum uolunt esse annos quadringentos, propterea quòd scriptum est in Genesi: Sciendo scias, quia peregrinum erit semen tuum in terra non sua, & in seruitutem redigent eos, & nocebunt illis quadringentis annis. Sed quoniam seruitutis anni post mortem Ioseph computantur: Illo enim uiuo, non solum ibi seruierunt, uerumetiam regnauerunt, nõ est quemadmodũ computentur quadringenti triginta in Aegypto: Ingressus est enim Iacob anno filij sui trigesimo & nono, quoniam triginta annorũ erat Ioseph, cum apparuit in conspectu Pharaonis, & regnare cœpit sub illo. Transactis autem septem annis ubertatis, secundo anno famis ingressus est Iacob in Aegyptum cum alijs filijs suis, ac per hoc tunc agebat Ioseph triginta & nouem annos, qui impletis uitæ suæ annis centum & decem mortuus est, uixit enim in Aegypto post ingressum ad se patris sui, septuaginta & unum annos. Quos si retraxerimus à quadringentis triginta annis, remanebunt seruitutis anni, id est, post mortem Ioseph, non quadringenti, sed trecenti & quinquagintanouem anni. Quam si ex illo putabimus nos computare debere, ex quo Ioseph sub Pharaone regnare cœpit, ut tunc quodammodo intelligatur intrasse Israël

Genes. 15.

Exod. 12

in Aegyptum, quando ibi filius eius tanta potestate sublimatus est, etiam sic trecenti quinquagnta erunt, quos Thiconius uult accipi quadringentos, ut á toto pars intelligatur, id est, á toto centenario pars quinquagenaria, & probat hac loquendi regula solere uti scripturam. Si autem, quod aliquanto probabilius dici potest, tunc habeamus intrasse Israël in Aegyptum, quando illic Ioseph esse uenditus cœpit, detracturi sumus adhuc annos tredecim, ut trecentos triginta septem annos pro quadringentis accipiamus. Sed cum scriptura commemoret Caath filium Leui auum Moysi cum auo suo Iacob intrasse in Aegyptum, dicat autem eum uixisse annos centum triginta, filium uero eius patrem Moysi Amram centum triginta septem, Moysen uero dicat octoginta annorum fuisse, cum de Aegypto populum liberauit, etiam si tunc genuisset Caath patrem Moysi, quo anno mortuus est, ille quoq; Amram ultimo uitæ suæ anno genuisse Moysen, computet annos centum triginta, & centum triginta septem, & octoginta trecentos & quadragnta septem annos faciunt, non quadringentos triginta. Quam si quis dicat extremo anno uitæ Iacob natum esse Caath filium Leui, septuagnta fermè anni possunt accedere illi summæ, quia septuagnta unum annos uixit in Aegypto Ioseph, post ingressum patris sui: Quapropter etiam si septuagnta anni uitæ Ioseph, ab ingressu Iacob in Aegyptum, usque ad natiuitatem Caath, si tunc natus asseratur, & centum triginta anni ipsius Caath, & centum triginta septem filij eius Amram patris Moysi, & octoginta ipsius Moysi, quadringentos & decem & septem annos faciunt, non quadringentos triginta. Proinde illa nimirum computatio, quam secutus est Eusebius in historia sua Chronica, perspicua ueritate subnexa est. Ab illa enim promissione computat quadringentos triginta annos, qua uocauit deus Abraham, ut exiret de terra sua in terram Chanaan, quia et Apostolus cum Abrahæ laudaret & commendaret fidẽ, in ea promissione, qua Christum uult intelligi prophetatũ, id est, qua promisit deus Abrahæ, quòd benedicerentur in eo omnes tribus terræ: Hoc autem dico, inquit, quia testamentum confirmatum à deo post quadringentos & triginta annos, facta lex non infirmat ad euacuandas promissiones. Ex illa ergo promissione, qua uocatus est Abraham, & credidit deo post quadringentos & triginta annos factam legem dicit Apostolus, non ex tempore, quo Iacob intrauit in Aegyptum. Deinde etiam ipsa scriptura Exodi satis hoc significauit: Non enim dixit, incolatus filiorum Israël, quem incoluerunt in terra Aegypti anni quadringenti triginta, sed aperte dixit, quem incoluerunt in terra Aegypti, & in terra Chanaan, ipsi & patres eorum. Ac per hoc manifestum est computandum esse tempus etiam patriarcharum Abrahæ, Isaac, & Iacob, ex quo peregrinari cœpit Abraham de terra Chanaan, id est, ex illa promissione, in qua eius fidem laudat

Gala. 3

Apostolus usq; ad illud tempus, quo ingressus est Israël in Aegyptũ. Toto quippe isto tempore peregrinati sunt patres in terra Chanaan, & deinde semen Israël in Aegypto, ac sic completi sunt quadringenti triginta anni à promissione usq; ad exitum Israël ex Aegypto, quãdo facta est lex in monte Sina, quæ non infirmat testamentum ad euacuãdas promissiones. Septuagesimo & quinto anno uitæ suæ Abraham, sicut scriptura dicit, egressus est in terram Chanaan, & genuit Isaac cum esset annorum centum. Fiunt itaq; anni uigintiquinq; ex promissione usq; ad natum Isaac. His adduntur omnes anni uitæ suæ Isaac, id est, centum octoginta, fiunt ducenti quinq;, tunc erat Iacob annorum centũ uiginti. Nati sunt enim sexagenario patre gemini, ipse & Esau, post decem autẽ annos intrauit Iacob in Aegyptum, cũ esset annorũ centum triginta, Ioseph autem cum esset trigintanouem. Fiunt proinde anni à promissione usq; ad ingressum Iacob in Aegyptũ, ducẽti quindecim. Ioseph autem ab illo tricesimo & nono anno ætatis suæ, in quo eum pater in Aegypto inuenit, uixit septuaginta & unum annos, quia omnes ætatis eius anni centum decem fuerũt. Cum itaq; ad ducẽtos quindecim annos accesserint septuagintaunus, fiunt anni ducenti octoginta sex. Restant centum quadraginta quattuor uel quinq;, quibus intelligtur seruisse in Aegypto populus Israël post mortem Ioseph. His annis quantũ multiplicari potuerint, si fœcunditas hominis consideretur adiuuante illo, qui eos uoluit ualde multiplicari, reperitur nõ esse mirũ, quòd in sexcentis milibus peditũ egressus est populus ex Aegypto, excepto cætero apparatu, ubi & seruitia erant, & sexus muliebris & imbellis ætas. Quod ergo dixit deus ad Abraham: Sciendo scias, quia peregrinũ erit semen tuum in terra non propria, et in seruitutem redigent eos, & nocebunt illis quadringentis annis, non sic accipiendum est tanquam in illa durissima seruitute quadringentos annos dei populus fuerit, sed quia scriptum est: In Isaac uocabitur tibi semen, ex anno natiuitatis Isaac usq; ad annum egressionis ex Aegypto computantur anni quadringenti quinque. Cum ergo de quadringẽtis triginta detraxeris uigintiquinq;, qui sunt à promissione usq; ad natũ Isaac, non mirũ est si quadringẽtos & quinq; annos summa solida quadringẽtos uoluit appellare scriptura, quæ solet tẽpora ita nũcupare, ut qd' de summa perfectioris numeri paululũ excrescit, aut infra est, non computetur. Non itaq; quod ait: in seruitutem redigent eos, & nocebunt illis, ad quadringentos annos referendum est, tanq; per tot annos eos habuerint in seruitutẽ, sed referendi sunt quadringenti anni ad id quod dictũ est, peregrinũ erit semẽ tuũ in terra non propria, quia siue in terra Chanaã, siue in Aegypto peregrinũ erat illud semen anteq; hæreditatẽ sumerent terrã ex promissione dei, qd' factum est posteaq; ex Aegypto liberati sunt, ut hyperbatõ hic intelligatur, & ordo uerborũ sit: Sciendo scias, quia peregrinũ erit semen tuũ in terra nõ propria quadringẽtis annis, illud aũt interpositũ intelligatur, & in seruitutẽ redigent eos, & nocebunt illis, ita ut ad quadringẽtos annos ista interpositio nõ pertineat. In extrema enim parte annorum summæ huius, hoc est, post mortem Ioseph factum est, ut in Aegypto populus dei duram perageret seruitutem.

Genes. 15.

Gene. 21.

Quid est quod ait, cum de pascha præciperet: Erit tibi in signo super manũ tuam. Quæstio. XLVIII.

QVid est quod ait, cũ de pascha præciperet: Erit tibi in signo super manũ tuã: An intelligitur super opera tua, id est, quod præferre debeas operibus tuis? Pertinet enim pascha propter occisionem ouis ad fidem Christi & sanguinem, quo redempti sumus. Hæc autem fides operibus præponenda est, ut sit quodãmodo super manũ aduersus illos, qui in opibus legis gloriabantur, de qua re Apostolus loquitur, et nullũ ait posse deo placere sine fide, qui fidem operibus sic anteponit, ut ex illa pendeant bona opera, atq; ab ea præueniantur, non ut ipsa uelut meritus bonorum operum retribui uideatur. Illa enim ad gratiam pertinet, si autem gratia, iã non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia.

Exod. 13

Hebre. 11

Roma. 11

Quid est qd' deus nõ deduxit populũ suum per uiam terræ Philistijm, quæ prope erat: Dixit enim deus &c. Quæstio. XLIX.

CVm autem emisit Pharao populum, non deduxit eos deus per uiã terræ Philistijm, quæ prope erat: Dixit enim deus: Ne quando pœniteat populũ cum uiderit præliũ, & reuertatur in Aegyptũ. Hic ostenditur oĩa fieri debere, quæ cõsilio recte fieri possunt, ad euitãda, quæ aduersa sunt, etiã cũ deus apertissime adiutor est.

Exod. 13

Quid sit quod dicitur secundum aliam literam: Quinta autem progenie adscenderunt filij Israël. Quæstio. L.

QVinta autem progenie adscenderunt filij Israël de terra Aegypti: Vtrum progeniem in centũ annis uult computari, & ideo quinta progenie, quia post quadringentos & triginta annos, an per hominũ generationes hoc potius intelligendũ est ab ipso Iacob, qui intrauit in Aegyptũ usq; ad Moysen, qui cum populo egressus est. Iacob enim primus, secundus Leui, tertius Caath, quartus Amrã, quintus Moyses inuenitur. Has autem dicit progenies latinus interpres, quas γενεας. græci uocãt, quæ in Euangelio generationes appellantur, nec numerantur nisi per successiones hominum, non per numerum annorum.

Quomõ uerũ sit qd' dicit dominus Israëlitis: Non apponetis amplius uidere Aegyptios inæternum tempus, cum eos postea uiderint. Quæstio. LI.

DIxit autem Moyses: Confidite, & state, & uidete salutem, quæ est à domino, quam faciet uobis hodie. Sicut enim uidistis Aegyptios hodie, non apponetis amplius

Exod. 14

amplius uidere eos in æternum tempus. Quomodo accipienda sunt hæc uerba, cum uiderint postea Israëlitæ Aegyptios, an quia isti, qui tunc uidebant, non eos ulterius uiderint, quia & illi sunt mortui qui consequebantur, & isti omnes quiq; die mortis suæ? Nam posteri eorum uiderunt posteros illorum. An non eos uidebitis sicut hodie, intelligendum est non sicut hodie persequentes & inimicos, & tanto post uos agmine uenientes, ut omnino nulla sit quæstio, nec de æterno tempore, quod hic posuit, quia & si uidebunt se utiq; tempore resurrectionis, non sic utiq; uidebunt ut hodie. Actu. 13

Quid est ꝙd dicit dominus ad Moysen, Quid tu clamas ad me, cum scriptura non dixerit aliquid de Moysi vocibus. Quæstio. LII

Exo. 14

QVid est, quod dicit dominus ad Moysen: Quid tu clamas ad me, cum scriptura non dixerit aliquid de Moysi uocibus, nec eum orantem commemorauerit, nisi quia intelligi uoluit hoc eum egisse uocis silentio, ut corde clamaret.

Quomodo virga Moysi dicta sit, quæ prius dicebatur esse virga Aaron Quæstio. LIII.

Exo. 14

ET tu eleua uirgam tuam, & extende manum tuã super mare. Hæc est uirga illa in qua fiebant mirabilia, quæ modo dicitur esse Moysi, tunc autem fratris eius fuisse dicebatur, quando per illã ipse operabatur.

Cum dicitur, Transuorauit eos terra, pro quo terra sit accipienda, Quæstio. LIIII.

Exo. 15

EXtendisti manum tuam, & transuorauit eos terra. Terra pro aqua non mirum est posita: Tota quippe pars ista extrema uel infima mundi, terræ nomine censetur, secundum id, quod sæpe dicitur, deus qui fœcit cœlum & terram. Et in illius psalmi distributione commemoratis cœlestibus: Laudate, inquit, dominũ de terra, & ea exequitur in laude, quæ etiam ad aquas pertinebant. Psalm. 148

Quomodo spiritus dei iam quinto memoretur, Quæstio. LV

Exo. 15

MIsisti spiritum tuũ, & cooperuit eos mare: Ecce iam quinto commemoratur spiritus dei, ut in hoc numero accipiamus & quod dictũ est: Digitus dei est hic. Primo ubi scriptum est: Spiritus dei ferebatur super aquas. Secundo ubi dicitur: Non permanebit in istis hoũbus spiritus meus, quoniã caro sunt. Tertio ubi Pharao dicit ad Ioseph: Quoniã spiritus dei est in te. Quarto ubi incãtatores Aegyptiorũ dicũt: Digitus dei est hic. Quinto in hoc cantico: Misisti spiritum tuum, & cooperuit eos mare. Meminerimus autem spiritum dei non solum ad beneficia, uerumetiam ad uindictam commemorari. Nam quid aliud etiam supra dixit, Per spiritum iræ tuæ diuisa est aqua? Iste itaq; spiritus iræ dei in Aegyptios, nam spiritus iræ eius, quibus nocuit aquarũ diuisio, ut intrantes possent aquis redeũtibus obrui, filijs uero Israël quibus profuit, quòd aqua diuisa est, non fuit ille spiritus iræ dei. Vnde significatur propter diuersas operationes & effectus spiritus dei distinguli liter appellari, cum sit unus atq; idẽ ille duntaxat, qui etiam spiritus sanctus in unitate trinitatis accipitur. Proinde non arbitor alium quàm eundem significari, ubi dicit Apostolus: Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore, sed accepistis spiritum adoptionis, in quo clamamus, abba pater, quia eodem spiritu dei, id est, digito dei, quo lex in tabulis lapideis conscripta est, timor incussus est eis qui gratiam nondum intelligebant, ut de sua infirmitate atq; peccatis per legem conuincerentur, & lex illis fieret pædagogus, quo perducerẽtur ad gratiam, quæ est in fide Iesu Christi. De hoc autẽ spiritu adoptionis & gratiæ, id est, de hoc opere spiritus dei, quo impertitur gratia & regeneratio in uitã æternã, dicitur: Spiritus aũt uiuificat, cũ supra diceretur, litera occidit, id est, lex conscripta, tantummodo iubens sine adiutorio gratiæ. Roma. 8 2. Cor. 3

Si locus dict⁹ est Mesra, seu Marath a populo Israël, quomodo ergo dicitur, ꝙ venerunt in Mesra, seu secundum aliam literam in Marath. Quæstio. LVI.

VEnerunt aũt in Mesra, & nõ poterãt bibere aquã de Mesra, amara enim erat. Si propter hoc appellatum est nomen loci eius amaritudo, quia non poterant ibi aquam bibere, eo quòd amara esset: Mara enim interpretatur amaritudo, quomodo uenerunt in Mesra: Nisi quia eo nomine locum scriptura appellauit, in quem uenerunt quod iam appellabatur cum hæc scribebãtur: Posterius enĩ utiq; scripta sunt ꝙ̃ illa cõtigerũt. Exo. 15.

Vtrum lignũ quod dominus Moysi ostendisse dicitur, speciale fuerit, quod dulcorandę aquę virtutem habuerit, an in omni ligno Moyses id facere potuerit. Quæstio. LVII.

ET ostendit ei dominus lignum, & misit illud in aquam, & facta est aqua dulcis. Genus ligni erat istam habens uim, an quolibet ligno id facere potuerat deus, qui tanta mirabilia faciebat? Hoc tamẽ uidetur significare quod dictum est: ostendit ei, tanꝙ̃ tale iam lignum esset quo posset hoc fieri: Nisi fortè locus erat, ubi ligna omnino nõ inueniebantur, ut hoc ipsum esset diuini adiutorij, ꝙ ei dñs lignũ ostendit, ubi nullũ erat, & per lignũ aquas dulces fœcit, præfigurans gloriam & gratiam crucis, sed in tali etiam natura ligni quis nisi creator & demonstrator laudandus est? Exo. 15

Quali temptatione dicit se dominus temptaturum populum Israël, cum dicat, Vt temptẽ illos si ambulabunt in lege mea, an nõ. Quæstio. LVIII.

Exo.16 Dixit dominus ad Moysen: Ecce ego pluam uobis panes de cœlo, & exiet populus, & colliget unius diei in diem, ut temptem illos, si ambulent in lege mea, an non. Temptatio ista probatio est, non ad peccatum seductio, nec ideo probatio ut deus nouerit, sed ut ipse ipsis hominibus ostendat, quo humiliores fiant ad petendum adiutorium, & agnoscendam dei gratiam.

Quomodo accipiendum sit illud verbum Moysi ad populum murmurantem, Non enim aduersum nos murmur uestrũ, sed aduersus dominum. Et quid cõgruentię habeat cũ illo verbo Petri ad Ananiã, Non es mentitus hominib⁹, sed deo. Quæstio. LIX.

Exo.16 Moyses & Aaron dicunt ad populum inter cætera: Propter quod exaudiuit dominus murmurationem uestram, qua uos murmuratis aduersum nos. Nos autem quid sumus? Non enim aduersum nos murmur uestrum est, sed aduersus dominum. Non enim tantum se ualere noluerunt, quantum deũ. Dixerunt enim, quid sumus nos? Vt illi aduersus illum se scirent murmurasse, qui istos miserat, & qui per istos operabatur.

Act.5 Nec talis est illa sententia, ubi Petrus dicit Ananiæ: Cur ausus es mentiri spiritui sancto: Non hominibus mentitus es, sed deo. Quod simile fuisset, si dixisset, nõ spiritui sancto mentitus es, sed deo. Ita enim loquens, negaret deũ esse spiritum sanctum, Nunc uero cum dixisset: Ausus es mentiri spiritui sancto, cum ille se putaret hominibus fuisse mentitũ, ipsum spiritum sanctũ deũ esse monstrauit, subiungens: Non hominibus mentitus es, sed deo.

Quid nomine panum significetur, Ad uesperam edetis carnes, & mane replebimini panib⁹, Et an simile quid in Helia significetur. Quæstio. LX.

Exo.16 Deus mandauit per Moysen populo: Ad uesperã edetis carnes, & mane replebimini panibus. Ecce non pro omni alimento panes nominantur. Nam isto nomine carnes complecterentur, quia & ipsæ alimenta sunt, nec tamen panes eos modo dicit, qui fiunt ex frumento, Ipsos enim proprie panes appellare cõsueuimus: Manna autem panum nomine appellat. Non autem uacat, q̃ dicit ad uesperam carnes, & mane panes se daturum. Tale quippe aliquid etiam in Helia significatum

3.Reg.17. est, cum ei alimneta coruus afferret. An forte carnibus ad uesperam, & mane panibus, ille significatur, qui traditus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram? Ad uesperam quippe mortuus,

Roma. 4 ex infirmitate sepultus est, mane autem apparuit discipulis, quia resurrexerat ex uirtute,

Cum dicat dominus ad Aarõ, Accipe uas aureum etc. & repone illud ante deũ, dubitatur ubi Aaron poneret ante deum, cuius ne ullum quidem simulachrum fuerit, nec arca testamenti adhuc instituta. Quæstio. LXI.

Exo.16 Et dixit Moyses ad Aaron: Accipe uas aureum unum, & mitte illud plenum Gomor mannæ, & repone illud ante deum, & seruetur in progenies, quemadmodum præcepit dominus. Quæri potest, ubi Aaron poneret ante deum, quando nec ullum simulachrũ fuit, nec arca testamenti iam fuerat instituta. An forte ideo de futuro dixit, repones, ut intelligeretur tunc ante deũ reponi posse, quãdo futura erat arca, an potius ante deũ dictum est, quod fit ipsa deuotione offerendi, in quocunq; loco poneretur, ibi enim est deus? Sed illud quod adiũgit: Et reposuit Aaron ante testimonium ad reseruandum, priorem magis sensum asserit. Hoc enim modo scriptura dixit per prolepsim, quod postea factum est, cũ esse cœpit tabernaculum testimonij.

Quid sit illud, Filij autem Israël ederunt Manna annis quadraginta, quoadusq; uenirent in terrã quæ habitatur. Quæstio. LXII.

Exo.16 Filij autem Israël ederunt Manna annis quadraginta, quoadusq; uenirent in terram quæ inhabitatur. Mãna ederunt quoadusq; uenirent in partem Phœnicis. Significauit scriptura per prolepsim, id est, hoc loco cõmemorando, quod etiam postea factum est, non edisse filios Israël in heremo nisi Manna, hoc est enim quod ait, usq; ad terram quæ inhabitatur, id est, quæ iam non est heremus, non quia continuo ut uenerunt ad terram habitabilem destiterunt uesci Manna, sed quia non ante. Traiecto enim Iordane significatur Manna cessasse, ubi panes terræ manducauerunt, quando ergo ingressi sunt habitabilem terram anteq̃ transierũt Iordanem, uel tantum Manna uesci, uel utroq; cibo potuerunt. Hoc quippe intelligi potest, quando cessasse Manna nõ dicitur, nisi Iordane traiecto. Cur autem in illa heremi inopia etiam carnes desideraverunt, quando de Aegypto cum suis ualde multis pecoribus exierunt, magna quæstio est, Nisi forte dicatur, cum per heremum pascua tanta non essent, & ex eo minor futura uideretur fœcunditas pecorum, pepercisse illos pecoribus, ne omnibus deficientibus etiam sacrificijs necessaria defuissent, uel si quid aliud dici potest, unde quæstio ista soluatur. Congruentius tamen creditur non eos carnes desiderasse, quas de pecoribus habere poterant, sed eas quæ deerant ex aquis uidelicet. Ipsas quippe in illa heremo non inueniebant, unde & illis ortygometra data est, id est, aues, quas coturnices multi latini interpretati sunt, cum sit aliud genus auium ortygometra, q̃is coturnicibus non usq; quaq; dissimile. Nouerat enim deus

quid

quid desiderarent, & desiderium eorum quo carnis genere satiaret. Sed quia scriptura concupiuisse illos carnes dixerat, nec expressérat cuiusmodi carnes, ideo quæstio facta est.

Quid sit: Manna ederũt quoadusq; venirent in partem Phœnicis. Quæstio. LXIII.

Exo.16 MAnna ederunt quoadusque uenirent in partem Phœnicis. Iam dixerat quousq; uenirent ad terram quæ inhabitatur. Sed quia nõ expressérat propriè quam diceret, repetitione uidetur quandam proprietatem expressisse, dicendo, in partem Phœnicis. Sed tunc illam terram sic credendum est appellatam, modo enim hoc non memoratur nomine. Alia quippe est quæ Phœnice appellatur regio Tyri & Sidonis, qua illos transisse nõ legitur, quanq; scriptura fortasse potuerit terrã Phœnicis appellare, ubi palmarum arbores iam esse cœperant post heremi uastitatem, quoniam palma græcè sic appellatur. In initio enim profectionis suæ inuenerant locũ, ubi septuaginta palmarũ arbores fuerant, & duodecim fontes, sed postea eos excepit heremi prolixitas, ubi tale aliquid non fuit, quousq; uenirent ad loca, quæ colebantur. Verum ille sensus est probabilior, ut credamus sic appellatam tunc fuisse terram: Multarum enim terrarũ & locorum, sicut fluminum & urbium nomina, certis existentibus caussis, antiquitate mutata sunt.

Quomodo dicatur Moysi, Accipe virgã qua percussisti flumen etc. cũ Moyses mare percusserit, non flumẽ, quod Aaron percussisse dicitur. Qõ. LXIIII

Exo.17 ET dixit dominus ad Moysen: Antecede populum, Sume autem tecum de senioribus populi, & uirgam, in qua percussisti flumen, accipe in manu tua. Flumen Aaron legitur, non Moyses uirga percussisse: Nam Moyses eadem uirga mare diuisit, non flumen. Quid sibi ergo uult: Accipe uirgam, in qua percussisti flumẽ? An forte mare appellauit flumen? Quærendum exemplum locutionis huius, si ita est, an quod Aaron fecit, Moysi potius tributũ est, quia per Moysen deus iubebat, quæ faceret Aaron, & in Moyse auctoritas, in illo autem Exo.4 ministeriũ fuit, quandoquidem & primis suis uerbis deus hoc illi ait de fratre suo: Erit tibi ad populum, tu illi in his, quæ ad deum,

Quomodo dicatur virga dei, quæ prius dicta est virga Moysi & Aaron. Quæstio. LXV

Exo.17 ET ecce ego sto super cacumen collis, & uirga dei in manu mea, dicit Moyses ad Iẽsum Naue, cũ præciperet pugnare aduersus Amalech. Nunc ergo uirga dei dicitur, quæ primum dicta est uirga Aaron, postea Luc.1 uero uirga Moysi, sicut dicitur spiritus Heliæ, qui est spiritus dei, cuius particeps factus est Helias, sic illa potuit dici. Dicitur etiam dei iusticia, quæ nostra est, sed donata à deo, de qua loquens Apostolus, Iudæos arguit dicens: Ignorantes dei iusticiam, & suam iusticiam uo- Roma.10 lentes constituere, id est, tanq; à se sibi paratam, Contra quales dicit: Quid enim habes, quod non acce- 1.Cor.4 pisti?

Vbi ante deum, vel coram deo manducasse dicuntur panem cum Iethro socero Moysi. Quæstio. LXVI.

VEnit Aaron & omnes seniores Israël manducare Exo.18 panem cum socero Moysi ante deum, uel sicut alij codices habent, coram deo, quod græcè scriptum est ἐνάντιον τοῦ θεοῦ. Quæritur ubi ante deum, quando nec tabernaculum fuit, nec arca testamenti, quæ postea instituta sunt. Neq; enĩ & hic de futuro dictũ accipere possumus, sicut dictum est de Manna, quod positum est in uase aureo. Ergo ante deum id accipere debemus factum, quod in honorem dei factum est. Vbi enim non deus?

De qua lege dicat Moyses, Moneo eos præcepta dei & legem eius, cum lex dei adhuc nulla scripta esset. Quæstio. LXVII.

MOyses socero suo dixit: Quia uenit ad me po- Exo.18 pulus inquirere iudicium à deo, cum eis contigerit disceptatio, & cum uenerint ad me, iudico unumquemq;, & moneo eos præcepta dei & legẽ eius: Quæri potest, quomodo ista Moyses dixerit, cum lex dei adhuc nulla conscripta esset, nisi quia lex dei sempiterna est, quam consulunt omnes piæ mentes, ut quod in ea inuenerint, uel faciant, uel iubeant, uel uetent, secundum quod illa incommutabili ueritate perceperint. Nunquid enim Moyses, quàmuis cum illo deus loqueretur, per singula credendũ est, qd' consulere soleret deũ, si quid esset in disceptationibus tantæ multitudinis, quæ illum in hoc iudicandi negocio à mane usq; ad uesperam detinebat? Et tamen nisi suæ menti præsidentem dominum consuleret, legemq; eius æternam sapienter attenderet, quid iustissimum iudicare inter disceptantes posset, non inueniret.

Cur deos permiserit Moysen ab alienigena doceri, Et quid significet quod Iethro dixit, Nunc itaq; audi me, & consilium dabo tibi. Quæstio. LXVIII.

IN eo quòd Iethro consilium dat genero uo Moy- Exod.18 si, ne occupatus iudicijs populi, & ipse, & populus consumeretur, consumptione intollerabili: Prima quæstio est, cur hoc deus famulum suum, cum quo ipse

tanta

tanta & talia loquebatur, ab alienigena passus est admoneri. In quo scriptura nos admonet, per quemlibet hominem detur consilium ueritatis, non debere cõtemni. Videndum est etiã, ne forte ibi uoluerit deus ab alienigena admoneri Moysen, ubi & ipsum posset temptare superbia, sedebat enim iudiciaria sublimitate solus, uniuerso populo stante. Nam hunc sensum indicat, cum ipse Iethro eos elegi iussit ad iudicandas causas populi, qui odissent superbiam. Deinde quàm sit obseruandũ, quod alibi scriptura dicit: Fili, ne in multis sint actus tui, satis & hic apparet. Deinde uerba Iethro dantis consilium Moysi, consideranda sunt. Dicit enim: Nunc itaq; audi me, & consilium dabo tibi, & erit deus tecum. Vbi mihi uidetur significari nimis intentum humanis actionibus animum, deo quodammodo uacuari, quo fit tanto plenior, quanto in superna atque æterna liberius extenditur.

Act. 11

Exo. 81.

Quomodo intelligatur, Esto tu populo in his, quæ ad deum, & reliqua ibidem posita. Quæstio. LXIX.

Exo. 18

QVod uero adiungit, & dicit: Esto tu populo in his, quæ ad deum, & referes uerba eorum ad deum, & testaberis illis præcepta dei, & legem eius, & demonstrabis illius uias, in quibus ambulabunt in eis, & opera quæ faciant. Cum populo uniuerso hoc agendum esse demonstrat. Non enim ait, uniuscuiusq; uerba referes ad deum, sed uerba eorum, cum supra dixisset: Esto tu populo in his, quæ ad deum sunt. Post hæc admonet, ne singulorum negocia, quæ inter se habent, deserantur, electis uidelicet potentibus uiris, deum colentibus, iustis, & qui oderint superbiam, quos constituat super millenos, alios super centenos, alios super quinquagenos, alios super denos. Sic & ab ipso Moyse remouit graues & periculosas occupationes, nec istos grauauit: Quandoquidem ipsi mille haberent unum super se, & sub illo haberent alios decem, & sub eis alios uiginti, & sub his alios centum, ut uix aliquid ad singulos quosq; præpositos peruenire t, quod iudicare necesse haberent. Insinuatur hic etiam humilitatis exemplum, quòd Moyses, cum quo loquebatur deus, non fastidiuit, neque contempsit alienigenæ soceri sui consiliũ, quanquàm & ipse Iethro cum Israëlita non fuisset, utrum inter uiros deũ uerum colentes, religiosq; sapientes habendus sit, quemadmodum & Iob, cum ex ipso populo non fuisset, meritò quæritur, imò credibilius habetur, ambiguè quippe posita sunt uerba. Vel utrum sacrificauerit deo uero in populo eius, quando uidit generum suum, uel utrum adorauerit eum ipse Moyses, quãq̃ de adoratione, etiam si expresse positum esset, honor uideretur socero redditus, eo modo quo solet hominibus honorificentiæ causa exhiberi à patribus. Sicut de Abraham scriptum est, quòd adorauerit filios Heth.

Genc. 23.

Quos autem dicat γραμμάτων εἰσαγωγὸς post decuriones, non facile sciri potest, quoniam hoc nomen in nullo usu habemus, uel officiorum, uel magisteriorum. Nam quidam doctiores interpretati sunt, ut intelligantur utique literarum, qui introducant in literas, sicut resonat græcum uocabulum. Hic sanè significatur, quòd ante legem datam habuerint Hebræi literas, quæ quando cœperint esse, nescio utrum ualeat indagari. Nonnullis enim uidetur à primus hominibus eas cœpisse, & ꝓductas esse ad Noë, atq; inde ad parentes Abrahæ, & inde ad populum Israël, sed unde hoc probari posset, ignoro.

Quomodo significetur quinquagesimo die ab exitu Israël de Aegypto, data lex scripta digito dei, in figuram digiti dei, id est spiritus sancti mittendi quinquagesimo die ab exitu Christi a sepulchro, id est, resurrectione sua. Quæstio. LXX.

MEnsis autem tertij exitus filiorum Israël de terra Aegypti, hac die uenerũt in heremum Sinai, & profecti sunt ex Raphidin, uenerunt in heremũ Sinai, & applicuit Israël ibi contra montem, & Moyses adscendit in montem dei, & uocauit eum dominus de monte dicens: Hæc dices domui Iacob, & nunciabis filijs Israël: Vos ipsi uidistis quæ fecerim Aegyptijs, quo modo portauerim uos super alas aquilarum, & assumpserim mihi: Si ergo audieritis uocem meam, & custodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium etc. Deinde paulo post: Descende, & testare populo, & purifica illos hodie & cras, & lauent uestimenta sua, & sint parati in diem tertium. Tertia enim die descendet dominus in montem Sinai coram omni populo, Hoc die reperitur data lex, quæ in tabulis lapideis scripta est digito dei, sicut consequentia docent. Dies autem iste tertius apparet tertij mensis ab exitu Israël ab Aegypto. Ex die ergo quo pascha fecerunt, id est, agnum immolauerunt, & ederunt qui fuit quartusdecimus primi mensis usq; ad istum, quo lex datur, dies quinquaginta numerantur, decem & septem scilicet primi mensis, reliqui ab ipso quartodecimo, deinde omnes triginta secundi mensis, qui fiunt quadraginta septem, & tertius tertij mensis, qui est à solennitate occisi agni quinquagesimus: Ac per hoc fit in ista umbra futuri, secundum agni immolati diem festum, sicut quinquagesimo die lex data est, quæ conscripta est digito dei, ita in ipsa ueritate noui testamenti à festiuitate agni immaculati Christi Iesu, quinquaginta dies numerantur, quando spiritus sanctus de altissimis datus est. Digitum autem dei esse spiritum sanctum, supra iam diximus, teste Euangelio.

Exo. 19

Exo. 31

Exo. 12

Act. 2

Quomodo

Quomodo decem præcepta legis diuidenda sint, circa quod multa mouentur & soluuntur disertissime dubia, Quæstio. LXXI.

Exo. 20.

QVæritur decem præcepta legis quemadmodũ diuidenda sint, utrum quattuor sint usq; ad præceptum de sabbato, quæ ad ipsum deum pertinent, sex autem reliqua, quorum primum: Honora patrem & matrem, quæ ad hominem pertinent, an potius illa tria sint, & ista septem. Qui enim dicunt illa quattuor esse, separant quod dictum est: Non erunt tibi dij alij præter me, ut aliud præceptum sit: Non facies tibi idolum & cætera, ubi figmenta colenda prohibentur. Vnum autem uolunt esse: Non concupisces uxorem proximi tui, &, Non concupisces domum proximi tui, & omnia usq; in finem. Qui uero illa tria esse dicunt, & ista septem, unum uolunt esse quicquid de uno colendo deo præcipitur, ne aliquid aliud præter illum pro deo colatur. Hæc autem extrema præcepta in duo diuidunt, ut aliud sit præceptum: Non concupisces uxorem proximi tui: Et aliud, Non concupisces domum proximi tui, non seruum, non ancillam, non bouem, non asinum, nec omnia quæcunq; illius sunt. Decem tamen esse præcepta neutri ambigunt, quoniam hoc scriptura testatur. Mihi tamen uidentur congruentius accipi tria illa, & ista septem, quoniam trinitatem uidentur illa, quæ ad deum pertinent insinuare diligentius intuentibus. Et reuera quod dictum est: Non erunt tibi dij alij præter me, hoc ipsum perfectius explicatur, cum prohibentur colenda figmenta. Concupiscentia porrò uxoris alienæ, & concupiscentia domus alienæ, tantum in peccando differunt, ut illi quod dictum est: Non concupisces domũ proximi tui, adiuncta sint & alia, dicente scriptura, neq; agrum eius, neq; seruum eius, neq; ancillam eius, neq; boues eius, neq; subiugalem eius, neq; omne pecus eius, neq; quæcunq; proximi tui sunt. Discreuisse autem uidetur concupiscentiã uxoris alienæ à concupiscentia cuiuslibet rei alienæ, quando utrumq; sic cœpit: Non concupisces uxorem proximi tui, &, Non concupisces domũ proximi tui, & hinc cœpit cætera adiũgere. Nõ autẽ cũ dixisset, nõ cõcupisces uxorẽ proximi tui, huic cõnexuit alia dicens, neq; domũ eius, neq; agrum eius, neq; seruũ eius & cætera, sed omnino apparẽt hæc esse cõiũcta, quæ in uno præcepto uidentur contineri, & discreta ab illo, ubi uxor nominata est. Illud autem ubi dictum est, Non erunt tibi dij alij præter me, apparet huius rei diligentiorem executionem esse in his, quæ subiecta sunt. Quò enim pertinet: Non facies tibi idolum, neq; ullum simulachrum, quæcunq; in cœlo sunt sursum, & quæcunq; in terra deorsum, & quæcunq; in aqua sub terra, non adorabis ea, neque seruies illis, nisi ad id quod dictum est, Non erunt tibi dij alij præter me? Sed rursum quæritur quid differat: Non furtum facies, ab eo quod paulopost de non concupiscendis proximi rebus præcipitur: Non quidem omnis, qui rem proximi sui concupiscit, furatur, sed quia omnis, qui furatur rem proximi concupiscit, poterat in illa generalitate, ubi de nõ concupiscenda re proximi præcipitur, etiã illud quod ad furtum pertinet contineri. Similiter etiam quæritur, quid differat quod dictum est: Non mœchaberis, ab eo, quod paulopost dicitur: Non concupisces uxorem proximi tui, In eo quippe quod dictum est, non mœchaberis, poterat & illud intelligi, nisi forsitan in illis duobus præceptis, non mœchandi, & non furandi, ipsa opera notata sunt, in his uero extremis ipsa concupiscentia, quæ tantum differunt, ut aliquando mœchetur, qui non concupiscit uxorem proximi, cum alia aliqua caussa illi miscetur, aliquando autem concupiscat, nec ei misceatur, pœnam timens, & hoc fortasse lex ostendere uoluit, quòd utraq; peccata sint. Item quæri solet, utrũ mœchiæ nomine etiam fornicatio teneatur, Hoc enim græcum uerbum est, quo iam scriptura utitur pro latino. Mœchos tamen græcè non nisi adulteros dicit, Sed utiq; ista lex non solis uiris in populo, uerumetiam fœminis data est. Neq; enim quia dictum est: Non concupisces uxorem proximi tui, nihil hic sibi præceptum debet putare fœmina, tanq; licitè posset concupiscere uirum proximæ suæ. Si ergo hoc ex illo, quod uiro dictum est, intelligitur, q̃uis non dictum sit, quòd etiam ad fœminam pertineat, quanto magis ex eo quòd dictum est, Non mœchaberis, uterq; sexus constringitur, cum & ipsum præceptum potest referri ad utrumq;, sicut non occides, non furaberis, & alia quæ similiter non expresso uno sexu utriq; uidẽtur sonare cõmuniter: Tamẽ ubi unus exprimitur, honoratior utiq; exprimitur, id est masculinus, ut ex hoc intelligat etiã fœmina, quid sibi præceptum sit. Ac per hoc si fœmina mœchata est, habens uirum concumbendo cũ eo, qui uir eius nõ est, etiam si ille non habeat uxorem concumbendo cũ ea, quæ uxor eius non est, etiam si illa non habeat uirum, Sed utrum si faciat, qui uxorem non habet, cum fœmina, quæ uirum nõ habet, ambo præcepti huius transgressione teneantur, meritò quæritur. Si enim non tenetur, non est prohibita in decalogo fornicatio, sed sola mœchia, id est adulterium, quamuis omnis mœchia etiam fornicatio esse intelligitur, sicut loquuntur scripturæ. Dominus enim dicit in Euangelio, Quicunq; dimiserit uxorem suam, excepta caussa fornicationis, facit eam mœchari. Hoc utiq; fornicationem appellauit, si cum alio peccet, quæ uirum habet, quod est mœchia, id est adulterium: Omnis ergo mœchia etiam fornicatio in scripturis dicitur: Sed utrũ etiam omnis fornicatio mœchia dici possit in eisdem scripturis, non mihi interim occurrit locutionis exemplum, sed si non omnis fornicatio etiam mœchia dici potest, ubi sit in decalogo prohibita illa fornicatio, quam faciunt

Matth. 5

ciunt uiri, qui uxores nõ habent cum fœminis, quæ maritos non habent, utrum inuenire possit, ignoro. Sed si furti nomine benè intelligitur omnis illicita usurpatio rei alienæ, non enim rapinam permisit, qui furtum prohibuit, sed utiq; à parte totum intelligi uoluit, quicquid illicitè rerum proximi aufertur, profectò & nomine mœchiæ omnis illicitus concubitus, atq; illorum membrorum non legitimus usus prohibitus debet intelligi. Et quod dictum est: Non occides, non putandum est fieri contra hoc præceptum, quando lex occidit, uel occidi aliquem deus iubet: Ille enim facit, qui iubet, quando ministerium negare non licet. In eo etiam quod dictum est: Falsum testimonium non dices aduersus proximum tuũ, quæri solet, utrum prohibitum sit omne mendacium, ne forte sit hoc præceptum aduersus eos, qui dicunt tunc esse mentiendum, quando istud mendacium prodest alicui, & nihil obest ei cui mentiris. Tale quippe non est aduersus proximum tuum, ut ideo uideatur hoc addidisse scriptura, quæ posset breuiter dicere, falsum testimoniũ non dices, sicut dixit, non occides, non mœchaberis, nõ furaberis. Sed hinc magna quæstio est, nec à festinantibus commodè explicari potest, quomodo accipiendum sit: Perdes omnes qui loquũtur mendacium. Et, Noli uelle mentiri omne mendacium, & cætera huiusmodi

Pſalm. 5
Eccle. 7

Quomodo populus dicatur vidisse vocem. Quæstio. LXXII.

Exo. 20

ET omnis populus uidebat uocem, & lampades, & uocem tubæ, & montem fumantem. Solet quæri quomodo populus uidebat uocem, cum uox non ad uisum, sed potius ad auditũ pertinere uideatur. Sed sicut dicitur, sicut modo dixi, uideatur de omnibus, quæ à me dicta sunt, sic uidere solet pro generali sensu poni, non solum corporis, uerumetiam animi. Vnde est illud. Cũ uidisset Iacob, quia sunt escæ in Aegypto, unde utiq; absens erat. Quanq̃ nonnulli uidere uocem nihil aliud arbitrati sunt esse, quàm intelligere, qui uisus mentis est. Cum uerò hic breuiter dicendum esset, quòd populus uidebat uocem, & lampades, & uocem tubæ, ac montem fumantem, quæstio maior oritur, quomodo audiebat lãpades, & montem fumantem, quod pertinet ad sensum uidendi. Nisi quis dicat, nec tam breuiter dicendũ fuisse, sed ut totum diceretur, audiebat uocẽ, & uidebat lãpades, & audiebat uocem tubæ, & uidebat montem fumantem. Duo quippe genera uocis erant, & de nubibus, sicut tonitrua, & tuba, si tamen ipsam dixit uocem, quæ de nubibus edebatur, ac per hoc melius in his, quæ ad sensum audiendi pertinebãt, generalis sensus est positus, hoc est uidendi, cum breuiter totum uellet scriptura cõplecti, quàm ut in his quæ pertinent ad uidendi sensum, subintelligeretur auditus, quo more loqui nos solemus. Nam uide quid sonet, solemus dicere, audi quid luceat, non solemus.

Gene. 42.

Quomodo timor ad uetus testamentum pertinere significatur in hoc, ꝙd dicitur, Loquere tu nobis, & nõ loquatur ad nos deus etc. Quæstio LXXIII.

LOquere tu nobis, & non loquatur ad nos deus, ne quando moriamur. Multum & solidè significatur, ad uetus testamentum timorem potius pertinere, sicut ad nouum dilectionem, quanq̃ & in uetere nouum lateat, & in nouo uetus pateat. Quomodo autem tali populo tribuatur uidere uocem dei, si hoc accipiendum est intelligere, cum sibi loqui deum timeant, ne moriantur, non satis elucet.

Exo. 20

Quomodo ob eandẽ fere significationem dominus eos temptare dicatur, Et quomodo deus temptet. Quæstio. LXXIIII.

ET dixit eis Moyses: Constantes estote, propterea enim uenit deus ad uos, temptare uos, ut sit timor eius in uobis, ne peccetis. Sic illi cohibendi fuerant à peccatis utiq; timendo, ne pœnas sensibiles paterentur, quia nondum poterant amare iustitiam, & in hoc erat eis temptatio à domino, qua probabantur, ut apparerent cuiusmodi essent, non ut deo noti fierent, quem non latebat qualescumq; essent, sed ut inter se ac sibimet. Multum tamen istis terroribus testamenti ueteris differentia commendatur, quod etiam in epistola ad Hebræos apertissimè dictum est.

Exo. 20

Hebr. 12

Quomodo dicatur Moyses intrasse nebulam, in qua deus erat, cum deũ cœli capere non possint. Quæstio. LXXV.

MOyses autem intrauit in nebulam. ubi erat deus, id est, ubi expressiora fiebant signa, quibus cognosceretur deus. Nam quomodo in nebula erat, cũ cœli cœlorum non sufficiant, nisi quemadmodum nusq̃ nõ est, qui in loco nullo deest.

Exo. 20

Quomodo repetendo, Deos aureos & argenteos non facietis, omne simulachrum prohibetur. Quæstio. LXXVI.

NOn facietis uobis deos argenteos, & deos aureos non facietis uobisipsis. Repetitur quod in primo præcepto inculcatum est, & ex dijs argenteis & aureis utiq; omnia simulachra intelliguntur, sicut in illo etiam psalmo, Idola gentium argentum & aurum.

Exo. 20

Pſalm. 113

Quomodo ex libertate serui Hebrei post sexennium nõ debeat sibi Christianus libertatem vendicare, vetitꝰ ab Apostolo, præsertim cũ illa libertas mystica fuerit. Quæstio. LXXVII.

Quomodo

Quæ

Exodi. 21

QVæ de ſeruo Hebræo præcipiuntur, ut ſex annos ſeruiat & dimittatur liber gratis, ne ſerui Chriſtiani hoc flagitarent á dominis ſuis,

Ephes. 6.

Apoſtolica auctoritas iubet ſeruos dominis ſuis eſſe ſubiectos, ne doctrina & nomen dei blaſphemetur. Illud enim ex hoc ſatis conſtat in myſterio præceptũ, quia et pertundi ſubula eius aurem ad poſtem precæpit deus, qui libertatem illam recuſaret.

Quomodo ſequentia uerba quæ de ancilla ſubduntur obſcura ſint & explanari debeant. Quæſtio. LXXVIII.

Exod. 21

SI quis autem uendiderit filiam ſuam in famulam, nõ abibit ita ut ancillæ recedunt. Quòd ſi nõ placuerit domino ſuo, quam non adnominauit eam, remunerabit eam: Genti autem exteræ non eſt dominũ uendere illam, quoniã ſpreuit in ea. Quòd ſi filio adnominauerit eã, ſecundum iuſtificationem filiarum faciet ei. Quòd ſi aliam accipiet ei, quæ opus ſunt & ueſtem & conuerſationem eius non fraudabit ei. Si autem tria hæc non fecerit ei, exibit gratis ſine precio. Obſcuriſſimũ locum inuſitatæ locutiones fecerunt, ita ut interpretes noſtri quemadmodum eum explicarent pene non inuenirent. In ipſo quoq; græco eloquio multum obſcurum eſt, quòd hic dicitur. Tamen quid uideatur ut potero aperiam. Si quis autem inquit uendiderit filiam ſuam in famulam, id eſt, ut ſit famula, quam οἰκετικὴν græci uocant, non abibit ita ut recedunt ancillæ, intelligendum eſt, non ſic recedet quomodo recedunt ancillæ hebrææ poſt ſex annos. Eã quippe oportet etiam in fœminam hebræam legem datã intelligi quæ ſeruatur in maribus. Cur ergo iſta non ita recedet, niſi quia in illo famulatu intelligitur humiliata quòd ei ſe dominus miſcuerit? Hoc enim in conſequentibus utcunq; clareſcit. Sequitur enim & dicitur: Quòd ſi non placuerit domino ſuo quam nõ adnominauit eam, id eſt non eam fecit uxorem, remunerabit eam, hoc eſt quod ſupra dixit, non abibit ita ut recedunt ancillæ. Iuſtum eſt quippe eam aliquid accipere pro eo qd' humiliata eſt, quia nõ ei ſe ita commiſcuit ut faceret uxorem, id eſt ut adnominaret eam ſibi. Hoc autem quòd diximus, remunerabit eam, quidam interpretes dixerũt, redimet eam. Quòd ſi in græco dictum eſſet, ἀπολυτρώσεται ſcriptum eſſet, ſicut ſcriptum eſt. Et ipſe redimet Iſraël: Nam & ἀπολυτρώσεται ſcriptum eſt. In hoc autem loco uocabulum ἀπολυτρώσαι legitur, ubi intelligitur quòd accipit magis aliquid quàm precio datur ut redimatur. Quomodo enim dabit dominus eius ut redimat, quam ipſe famulam poſſidet? Genti autem exteræ non eſt dominus uendere illam, quoniam ſpreuit in ea, id eſt, non quia ſpreuit in ea, ideo dominus eſt uendere illam, id eſt, non tantum ei dominabitur, ut etiam exteræ genti eam licitè uendat. Hoc eſt autem ſpreuit in ea, quod eſt ſpreuit eam. Spreuit autem eam, hoc eſt humiliauit eam id eſt concumbendo nec uxorem faciendo. Dixit autem græce ἐτέσθεσεν, quòd nos diximus ſpreuit, quo uerbo ſcriptura utitur apud Hieremiã: Sicut ſpernit mulier eum cui commiſcetur. Deinde ſequitur & dicit: Quòd ſi filio adnominauerit eam, ſecundum iuſtificationem filiarum faciet ei: Hic iam aperire incipit quemadmodum ſupra dixerit, quam non adnominauit. Nam quid eſt aliud, ſi filio adnominauerit eam, niſi filio coniunxerit eam uxorem, quandoquidem dicit ſecundum iuſtificationem filiarum faciet ei, ideſt ut ſic tradat tanq; filiam, dotem ſcilicet apponens ei: Deinde adiungit: Quòd ſi aliam accipiet ei, id eſt, nõ iſtam deputauerit uxorem filio ſuo, ſed ei aliam accipiat, quæ opus ſunt: & ueſtem & conuerſationem eius non fraudabit ei: Simili lege quæ competunt, quoniam non manſit uxor filio eius, quemadmodum ei daret ſi eam ſibi non adnominaſſet, & tamen concumbendo humiliaſſet. Quòd aũt nos diximus, conuerſationem non fraudabit, græcus habet ὁμιλίαν, id eſt locutionem, quo nomine intelligitur ſcriptura honeſtius appellare concubitum. Quid eſt aũt concubitum non fraudabit, niſi pro concubitu mercedem dabit? Nãq; apud Danielẽ cõtra Suſannã falſũ teſtimonium dicentes ſeniores: Venit inquiũt ad eam adoleſcens qui erat in latenti abſcondius, & concubuit cum ea. Daniel autem de hoc ipſo interrogans ait: Sub qua arbore uidiſti eos loquentes, quod illi dixerant, concubuit cũ ea? Deinde alterum arguens atq; conuincens dixit: Semen Chanaan & non Iuda, ſpecies delectauit te, & concupiſcentia euertit cor tuũ: Sic enim faciebatis filiabus Iſraël, ſed illæ timẽtes acquieſcebant uobis. Græcus autem habet ὁμιλίσαι ὑμῖν, quòd poſſet latine uerbum ex uerbo dici, loquebamur uobis, quo ſignificaretur concubitus. Nam ubi dicitur: Sub qua arbore comprehendiſtis eos, græcus habet, comprehendiſtis eos colloquentes inuicem, & illic ſignificatur concubitus. Quod ergo de hac de qua agitur adiungit ſcriptura & dicit: Si autẽ tria hæc non fecerit ei, exibit gratis, hoc intelligitur, ſi eam ipſe concubitu non humiliauerit, neq; filio ſuo coniunxerit, neq; alia filio ſuo ducta iſtam eiecerit abibit gratis, id eſt, ſufficiet ei non teneri in ſeruitute. Abibit enim, nihil accipiens ut ſeruus hebræus: Non enim licet domino eius copulari illã uiro nõ hebræo, quã nõ licet exteræ genti tradi. Si autem ſeruo hebræo eam copulauerit, hoc utique intelligitur, quòd cum eo gratis exibit nequaquam á marito ſuo ſeparata.

Pſalm. 102

Daniel. 13

Quomodo deus dicatur tradere occidendum in manus nolentis, & quomodo idẽ factum a deo iuſte, & ab homine fiat iniuſte. Quæſtio. LXXIX.

SI quis percuſſerit aliquem & mortuus fuerit, morte Exod. 21
moriatur: Qui aũt nolens, ſed deus tradidit in manus eius, dabo tibi locũ in quem fugiat. Quæritur hic quomodo dictum ſit: Si aũt nolens, ſed deus tradidit in manus eius, quaſi & ſi nolens occiderit, poſſet occidere, niſi deus traderet in manus eius. Intelligitur ergo tantũmodo deum fecisſe cũ quisque occiditur á nolente, & pro

hoc tantũmodo quia deus id fecit, dictũ est, sed deus tradidit in manus eius. Cum uero uolens & ipse occidit, & deus tradidit in manus eius, hoc ergo interest, quòd illic tamen deus fecit, hic autẽ & deus et homo, propter uoluntatem facientis, sed nõ fecit deus ut homo: Deus enim non nisi iuste, homo autem pœna dignus, non quia illum occidit quem deus nollet occidi, sed quia per iniquitatem. Non enim ministerium deo iubenti præbuit, sed suæ malignæ cupiditati seruiuit. In uno igitur eodemq; facto & deus de occulta æquitate laudatur, & homo de propria iniquitate punitur. Non enim quia deus proprio filio nõ
Roma. 8 pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illũ, ideo Iudas excusatus est, qui eundem ad mortẽ tradidit Christum.

Quomodo intelligendum sit: Si autem litigauerint duo uiri &c̃. Et utrum qđ in utero formatum adhuc non est, animatum posset intelligi.

Matth. 8

Quæstio. LXXX.

Exod. 21 SI autem litigabunt duo uiri, & percusserit quis mulierem fœtũ in utero habentem, et exierit infans eius nondum formatus, detrimentũ patietur quantum indixerit uir mulieris, et dabit cũ postulatione. Mihi uidetur significatiõis alicuius causa dici hæc, magis quàm scripturam circa huiusmodi facta occupatam. Nã si illud attenderet, ne pregnans mulier percussa in abortum compelleretur, non poneret duos litigantes uiros, cum possit & ab uno hoc admitti qui cum ipsa muliere litigauerit, uel etiam non litigauerit, sed alienæ posteritati nocere uolendo id fœcerit. Quód uero non formatum puerperiũ noluit ad homicidium pertinere, profecto nec hominem deputauit quòd tale in utero geritur. Hic de anima quæstio solet agitari, utrum quòd formatum non est, nec animatum quidem posit intelligi, & ideo non sit homicidium, quia nec exanimatũ dici potest, si ad huc animã non habebat. Sequitur enim & dicit. Si autem formatũ fuerit, dabit animam pro anima. Vbi quid aliud intelligitur, nisi & ipse morietur? Nam hoc & in cæteris ex hac occasione iam precæpit: Oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, combustionem pro combustione, uulnus pro uulnere, liuorem pro liuore, talionis uidelibet æquitate. Quæ lex ideo constituit, ut demõstraret quæ uindicta debeatur. Nisi enim per legem sciretur quid uindictæ deberetur, unde sciretur quid
Matth. 6 uenia relaxaret, ut dici posset: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris? Debitores igitur lege monstrantur, ut appareat quid dimittatur quãdo ignoscitur. Neq; enim debita dimitteremus, nisi quid nobis deberetur lege indice disceremus. Si ergo illud informe puerperium iam quidem fuerit, sed adhuc quodamodo informiter animatum, quoniam magna de anima quæstio non est precipitanda indiscussa temeritate sententiæ, ideo lex noluit ad homicidium pertinere, quia nondum dici potest anima uiua in eo corpore quód sensu caret, si talis est in carne nondum formata, & ideo nondum sensibus predita. Quòd autem dixit: Et dabit cũ postulatione quòd maritus mulieris informi excluso dãdum constituerit, non est in promptu intelligere: Ad animam quippe quòd græcus habet pluribus modis intelligitur, & tolerabilius cum postulatione dictum est, quàm si aliud diceretur. Fortasis enim postulabit, ut de eo modo deo satisfaciat, etiam si maritus mulieris nõ expetat.

Quomodo intelligendũ sit illud qđ sequitur: Si autem cornu percusserit taurus &c̃. Quæstio. LXXXI.

Exod. 21 SI autem cornu percusserit taurus uirum autem mulierem et mortuus fuerit, lapidibus lapidabitur taurus, & non manducabuntur carnes eius, dominus autem innocens erit. Ad iusticiam pertinet, ut animal hominibus noxium perimatur, & quòd de tauro positum est, à parte totum intelligendum est, quicquid de pecoribus usui humano subditum infestum est hominibus. Sed si necesse est occidi, nunquid lapidari? Quid interest enim animal quòd auferendum est qua morte auferatur? Deinde quòd addidit carnibus eius non esse uescendum, quo pertinet, nisi omnia ista significent aliud quòd scriptura maxime solet intueri.

Quomodo similiter accipiendum sit qđ dicitur de tauro percutiendo, an simile sit in alio quoque pecore.

Quæstio. LXXXII.

Exod. 21 SI autem cornu percusserit alicuius taurus taurum proximi & mortuus fuerit, uendent taurum uiuum & partientur precium eius, & taurus qui mortuus fuerit dispertietur. Nunquid in solo tauro hæc iustificatio seruanda est, & non de omni pecore in tali casu? Proinde à parte totum in hoc intelligendũ est, sed hoc de carnibus occisi pecoris fieri non potest quæ non uescuntur.

Quæ iustificatio sit qđ pro uitulo uno quinque reddantur, & pro oue quattuor.

Quæstio. LXXXIII.

Exod. 22 QVæ iustificatio est, ut pro uitulo uno quinque reddantur, pro oue autem quattuor, nisi aliquid significare intelligitur.

Quomodo fur nocturnus occidi permittatur.

Quæstio. LXXXIIII.

Exo. 22 SI autem perfodiens inuentus fuerit fur & percussus mortuus fuerit, non est illi homicidium: Si autem orietur sol super eum, reus est, & morte morietur. Intelligitur ergo tunc non pertinere ad homicidium, si fur nocturnus occiditur, si autem diurnus, pertinere. Hoc est enim quòd ait: Si orietur super eum sol: Poterat quippe discerni quòd ad furandũ, non ad occidendum uenisset, & ideo non deberet occidi. Hoc & in legibus antiquis sæcularibus (quibus tamen ista est antiquior) inuenitur impune occidi nocturnum furem quoquo modo, diurnum autem si se cum telo defenderit, iam enim plus est quàm fur.

Quomodo

Quomodo quis per deum conuictus dicatur: Quæstio. LXXXV.

Exod,22 QVid est qui periurio conuictus fuerit per deum, restituet duplo, nisi quia uult deus aliquando signo dato prodere peierantem?

De quibus dicatur: Deos non maledices. Quæstio. LXXXVI.

Exod. 22 DEos nõ maledices: Quæritur quos dixerit deos, utrum principes qui iudicant populum, sicut dictum est de Moyse, quòd datus fuerat deus Pharaoni, ut per expositionẽ dictũ sit quòd sequitur, uelut ostendendo quos dixerit deos, ubi ait: Et principem populi tui
Exodi.7 1.Cor, 8. non maledices, quòd græcus habet, non dices male: An secundum illud accipiendum, quòd Apostolus ait: Nam etsi sunt qui dicuntur dij, siue in cœlo, siue in terra, sicuti sunt dij multi & domini multi, addendo enim, sicuti sunt deos intelligi uoluit, qui digne etiam dicuntur, ita sanè ut Latria quæ dicitur græce, & interpretatur latine seruitus, sed ea quæ ad religionem pertinere intelligitur, non debeatur nisi uni deo uero qui nobis est deus? Illi autem qui dicuntur dij etiam si qui sunt qui merito dicuntur, prohibiti sunt maledici, non iussi sunt sacrificijs uel ullis latriæ obsequijs honorari.

Quid significationis habeat q̃ dicitur: Nõ eris cũ pluribus in malicia. Quæstio. LXXXVII.

Exod,23 NOn eris cũ pluribus in malicia. Ne se inde quisquam defendat, quia cum pluribus fœcit, aut ideo non putet esse peccatum.

Quomodo signanter post illa uerba: Et pauperis non misereberis, addatur, in iudicio. Et postea: Si autem obuiaueris &c̃. Quæstio. LXXXVIII.

Exod,23 ET pauperis non misereberis in iudicio. Nisi addidisset, in iudicio, magna esset quæstio: Sed intelligendum esset etiam si scriptum non esset. Supra enim dixerat: Non apponeris cum multitudine, cum pluribus ut declines iudicium, ac per hoc & pauperis non misereberis, posset intelligi, in iudicio. Sed cũ additum est, nulla quæstio est hoc esse præceptum, ne forte cum iudicamus, uideamus iusticiã esse pro diuite contra pauperem, & non recte facere uideamur, si contra iusticiam pauperi faueamus causa misericordiæ. Bona est ergo misericordia, sed non debet esse contra iudicium. Iudicium sane illud appellat scriptura, quòd iustum est. Ne quis autem propter istam sententiam deum putaret misericordiam prohibere, quòd sequitur opportunissime sequitur: Si autem obuiaueris boui inimici tui, aut subiugali eius errantibus, reducens reddes ei, ut scias non te prohibitum facere misericordiam. Fac eam erga inimicos tuos cum potestas est à iudicando libera, non enim cum reducis errantem bouem inimicitui, & reddis, inter aliquos iudex resides.

Quid significetur nobis cum dicitur: Sex annis seminabis &c̃. & quomodo bestijs præcipitur curam impendi, & cętera quomodo intelligenda. Quæstio. LXXXIX.

Exod.23 SEx annis seminabis terram tuam, & colliges fructũ eius, septimo autem anno remissionem facies, & requiem dabis illi, et edent pauperes gentis tuæ, quæ autem superabunt edent feræ bestiæ: Sic facies uineam tuam & oliuetum tuum. Quæri potest quid colligant pauperes, si septimo anno ita parcit terræ, ut nec seminetur quidẽ? Non enim ad uineam & oliuetum pertinet, quòd dictum est: Edent pauperes gentis tuæ: quia de terra non seminata nihil possunt sumere, ubi segetes nasci non possunt: De uinea enim & oliueto postea dicit, similiter esse faciendum, ac per hoc illud de aruis intelligitur, quæ frumentis seruiunt. An sic accipiendum: Sex annis seminabis terram tuam, & colliges fructum eius, hoc est, sex annis seminabis & colliges, septimo uero non colliges, ut intelligatur seminabis, etiam si dictum non est, ut ad sex annos seminare & colligere pertineat, ad septimũ uero dimittere, quod fuerit seminatum: Nam quid inde habebunt pauperes, quorum residuum etiam feris bestijs dedit, eis uidelicet quæ illis frugibus uesci possint, sicut sunt apri, & cerui, & si quid huiusmodi? Quod tamen non diceretur, nisi alicuius significationis gratia. Nam si quòd attinet ad precepta, quæ hominibus data sunt, de Matth.6 bobus cura non est deo, quòd non sic intelligitur, tanquã non ipse pascat ea, quæ nec seminant, nec metunt, neque cõgregant in horreum, sed quia ei curæ non est præcepto monere hominem, quomodo boui suo consulat, quanto minus ei cura est de feris bestijs præcipere, quomodo illis ab hominibus cõsulatur, cum eas ipse pascat diuitijs naturæ usq; quaq; fructiferæ, qui eas etiam per alios sex annos pascit, cum colliguntur quæ seminantur.

Quomodo intelligatur illud: Non coques agnum seu hœdum in lacte matris suę. Quæstio. XC.

NOn coques agnum in lacte matris suæ. Quomodo Exod.23 intelligatur ad uerborum proprietatem nescio utrum possit reperiri. Si enim alicuius significationis causa prohibitũ accipiamus, agnum in lacte coqui, nullus usus est ita coquendi. Si autem in diebus quibus lactatur, quis hoc habuit unq̃ Iudæorum in obseruatione, ut agnum non coqueret, nisi cum desisteret sugere? Quid est autem in lacte matris suæ, quasi posset etiam si hoc intelligeretur, sine huius præcepti transgressione coqui, si eo nato mortua matre eius ab oue alia lactaretur? cum alicuius profecto rei significandæ causa esse præceptum nemo ambigat. Sed etiam illa quæ possunt obseruantia factitari, nõ sine causa ita præcepta sunt, significant enim aliquid. Hoc uero quomodo obseruetur, ad proprietatem uerborum, aut non est, aut non elucet, intellectum tamen de Christo approbo, quòd hac Prophetia prædictus est,

nõ occidendus à Iudæis infans, quando Herodes quærens
Matth.2 eũ, ut occideret, non inuenit, ut coques, quòd dictum est,
pertineat ad ignem passionis, hoc est tribulationem. Vn-
de dicitur: Vasa figuli probat fornax, & homines iustos
Eccles. 27 temptatio tribulationis. Quia ergo non est tunc infans
passus, cum quærente Herode huiusmodi periculum im-
minere uideretur, prædictum est his uerbis: Non coques
agnum in lacte matris suæ. Illud quoq; forsitan non ab-
surdum est, quòd alij dicunt, id esse præceptum per pro-
phetam, ne se boni Israëlitæ sociarent malis Iudæis, à qui
bus Christus passus est, tanquàm agnus in lacte matris
suæ, id est, eo tempore quo conceptus est. Dicuntur enim
fœminæ ex quo, conceperint lac colligere, illo namq; mẽ-
se passum esse Christum, & paschæ obseruatio, & dies ec
clesiæ notissimus natiuitatis eius ostendit. Qui enim men-
se nono natus est octauo calendas Ianuarias, profecto
mense primo conceptus est circa octauum calendas A-
prilis, quòd tempus etiam passionis eius fuit in lacte ma-
tris suæ, hoc est in diebus matris suæ.

Quomodo, & de quo dictum sit: Ecce ego mitto angelum meum &c̃. Quæstio. XCI.

Exod. 23 ECce ego mitto angelum meum ante faciem tuam, ut
seruet te in uia, & inducat te in terram quam pa-
raui tibi. Attende tibi, & exaudi eum, ne non credas illi,
nihil enim subtrahet tibi, nomen enim meum est super eũ.
Hoc de illo nimirum intelligitur, cui nomen mutatum est,
ut Israël uocaretur, ipse quippe introduxit populum in
terram promissionis.

Quomodo accipiendę sint promissiones: Seruies domino deo tuo, ut benedi-cam &c̃. Quæstio. XCII.

Exod. 23 ET seruies domino deo tuo, ut benedicam panem tu-
um, & uinum tum, & aquam tuam, & auertam in
firmitatem à uobis. Non erit qui non generet, neq; sterri-
lis super terrã tuam. Numerum dierum replebo, et ti-
morem mittam qui te antecedat, et amentes faciam omnes
gentes quas tu intrabis &c. Quamuis istæ promissiones
possint & spiritaliter intelligi, tamen cum secundum tem
poralem hominũ fœlicitatẽ intelliguntur, ad uetus testa-
mentũ pertinet, ubi quamq; præcepta, exceptis his quæ in
Sacramento aliquid significant, eadẽ ad mores bonos per
tinentia reperiantur, promissiones tamen carnales atque
Psalm. 72 terrenæ sunt. Vnde in psalmo. lxxij. penè lapsos & effu-
sos gressus suos homo dei dicit, cum cælaret in peccato-
ribus pacem peccatorum intuens. Ea quippe cernebat a-
bundare impijs quæ ipse secundum testamentum uetus
expectabat à domino deo, cui hac mercede seruiebat.
Et cum hinc ei subrepere cœpisset sensus impius, quòd
deum non curare existimaret humana, correptum se di-
cit, dum auctoritatem sanctorum non est ausus impro-
bare, & incepit cognoscere, & ait: Hic labor est ante
me donec introeam in sanctuarium dei, & intelligam in
nouissima. Ibi enim premia dabuntur ad nouum pertinen
tia testamentum, quæ impij non accipient, & pœnæ tunc
futuræ sunt impiorum, quas nullus piorum sensurus est.

Quid intelligendum sit, per scabrones seu uespas, cum dicitur: Et mittam ue-spas &c̃. Quæstio. XCIII.

ET mittam uespas ante te, & eijciet Amorræos, & Exod. 23
Euæos, Chanaæos, & Ethæos. Quæritur de istis
bestijs quid intelligendum sit? Nã & promittit hoc deus
& liber sapientiæ dicit impletum, ubi ait: Et misit ante- Sapico. 2.
cessores exercitus sui uespas. Non autem legimus factum,
neque Moysi temporibus, neque sub Iesu naue, neque
sub iudicibus, neque sub regibus. Ac per hoc uespæ istæ
aculei timoris intelligendæ sunt fortasse, quibus agita-
bantur memoratæ gentes ut cederent filijs Israël. Deus
enim loquitur in cuius sermone si figuratè aliquid di-
catur, quod ad proprietatem non sit impletum, non in-
pedit historiæ fidem, in qua perspicitur ueritas narrati-
onis: Sicut nec Euangelistarum narratio secundum pro
prietatem impeditur, si aliquid à Christo dicitur figuratè.

Quid græce habeatur, ubi latine dicí-tur: Si seruieris dijs &c̃. Quæstio. XCIIII.

SI seruieris dijs eorum, erunt tibi offendiculum. Hic Exod. 23
græcus Δουλεύσις habet non λατρεύσις. Vn-
de intelligitur, quia Δουλεία debetur deo tanquàm do-
mino, λατρεια uero non nisi deo tanquàm deo.

Quomodo iustificationes intelligantur, & ubi inceperint haberi, & quomo-do græce dicantur &c̃. Quæstio XCV.

ET Moysi dixit: Ascende ad dominum tu, & Aa- Exod. 24
ron, & Nadab & Abiud, & septuaginta seniorũ
Israël, & adorabunt à longe dominum, & accedet Moy
ses solus ad dominum, ipsi autem non accedent, populus
autem non ascendet cum illis. Introiuit ergo Moyses, &
narrauit populo omnia uerba dei, & iustificationes. Re-
spondit autem omnis populus uoce una dicentes: Om-
nia uerba, quæ locutus est dominus, faciemus & audie-
mus. Vsque ad hunc locum scripturæ, iustificationes in-
telliguntur, quæ datæ sunt populo ad obseruandum. In-
cipiunt autem quantum ipsa scripturæ uerba indicant,
unde hoc nomen iustificationum exortum est, ab illo ser-
uo Hebræo cui auris ad postem perfunditur. In qui-
bus omnibus iustificationibus considerandum est, quæ
inde ad agendam uitam & morum bonorum conserua-
tionem duci possint. Multa quippe in eis sacramenta
sunt significantia potius aliquid, quàm uitam nostram
instruentia. Iustificationes sane latini interpretes eas
esse dixerunt, quæ græci Δικαιώματα appellant.

Quæ

Quę sit ratio ordinis, cum dicitur: Omnia uerba quæ locutus est deus faciemus & audiemus, cum potius econtrario dicendum sit: Audiemus & faciemus. Quæstio. XCVI.

Exod.24 NOtandum est, quòd iterum populus ita respondet: Omnia uerba quæ locutus est dominus, faciemus & audiemus, cum uideatur ordo postulare, ut diceretur, audiemus & faciemus. Sed mirum nisi aliquis sensus hic latet: Nam si audiemus, pro eo positum est, quòd est intelligemus, prius oportet uerbis dei reddere faciendi seruitutem, ut ad intelligentiam earum rerũ, quæ ipso præcipiente fiunt merito deuotionis, qua non contemptæ sed factæ sunt, ipse perducat. Sed uidendum est Math.23 utrum iste populus illi filio similis inueniatur qui patri iubenti dixit: Ibo in uineam, & non ijt. Gentes enim quæ dominum penitus contempserunt postra per unius obedientiam iustificatæ quæ non sectabantur iusticiam apprehenderunt iusticiam.

Quomodo populus Israël significetur esse altare dei, cum dicitur: Edificauit altare sub monte, & duodecim lapides, & duodecim tribus Israël. Quæstio. XCVII.

Exod.24 NOtandum ergo quòd Moyses ædificauit altare sub monte, & duodecim lapides, & in duodecim tribus Israël. Intelligtur enim ex duodecim lapidibus altare ædificatum significasse ipsum populum esse altare 2.Cor.6. dei, sicut est templum dei.

Quomodo dicatur: Et immolauerunt Hostiam salutaris, non autem Hostiam salutarem. Quæstio. XCVIII.

Exod.24 ET immolauernt Hostiam salutaris deo. Non dixit Psalm.115. Hostiam salutarẽ, sed Hostiam salutaris, quòd græcus habet σωτήριος, uel σωτηρίυ. Vnde & in Psalmo: Calicem in quit salutaris accipiam, non dixit calicem salutarem. Luce.2. Vbi uidendum est, ne fortè ille significetur de quo dixit Simeon: Quoniam uiderunt oculi mei salutare tuum. Hunc enim & psalmus commendat, ubi Psalm.95 legitur: Bene nunciate diem ex die salutare eius. Quid est enim aliud si diligentius attendamus, quòd ait diem ex die, nisi lumem ex lumine, hoc est deum ex deo, quòd est unigenitus filius?

Quomodo Moyses primum sacrificasse legatur deo post Exitum de Aegypto. Quæstio. XCIX.

Exod.24 SVmens autem Moyses dimidiam partem sanguinis, infudit in craterem, & partem reliquam sanguinis injudit ad altare, & accipiens librum testamenti recitauit in aures populi. Notandum est nunc primum sacrificasse Moysen euidenter scripturam dicere, ex quo ex Aegypto eductus est populus. Primo enim de Iethro dictum erat socero eius, quámuis cum aliqua ambiguitate, quód immolauerit deo. Et aduertendum librum testamẽti cum sanguine Hostiæ recitari, in quo libro istas iustificationes conscriptas debeamus accipere. Nam decalogum legis in tabulis lapideis fuisse conscriptum postea manifestum est.

Quomodo iam tertio populus respondeat sub eodem uerborum ordine: Omnia faciemus & audiamus. Quæstio. C.

ET dixerunt: Omnia quæcunq; locutus est dominus, faciemus & audiemus. Non aliter respondent Exod.24 ecce iam tertio.

Cum deus (spiritus enim est) nullo loco contineatur, quomodo subditur: Viderunt locum ubi steterat ibi deus. Quæstio. CI.

ET ascendit Moyses & Aarõ & Nadab & Abiud Exod.24 & septuaginta seniorum Israël & uiderunt locum ubi steterat ibi deus Israël. Constat inter eos qui recte intelligunt, nullo deum contineri loco, nec aliquo uelut situ corporis membra ponere, sicuti est nostri corporis situs, sedere, Iacere, stare, & si quid huiusmodi est. Hæc enim Ioh.4. sunt nisi corporum, deus autem spiritus est. Quòd autem se ostendit specie corporali uel signis corporaliter expressis, non substantia eius apparet qua est ipse quod est, sed assumpto formarum uisibilium eius omnipotentiæ subiacet.

Qui sint electi de quibus dicitur: De electis Israël non dissonuit nec unus, ubi de prędestinatione quedam inseruntur. Item quomodo quaternario numero significati aliorum eiusdem numeri figurã gerant. Quæstio. CII.

ET de electis Israël non dissonuit nec unus, & apExod.25. paruerunt in loco dei, & manducauerunt & biberunt. Quis dubitet illos quos nominatim expressit, & septuaginta seniores nuc appellatos electos Israël, qui proculdubio personam gerebant eorum qui electi sunt in 2.Thes.2 populo dei. Non enim omnium est fides: Et nouit domi- 2.Thim.2 nus qui sunt eius. In Magna autem domo sunt alia uasa in honorem, alia in contumeliam. Quoniam ergo quos Roma.8 ante præsciuit, & prædestinauit, quos aũt predestinauit, illos & uocauit, quos autẽ uocauit ipsos & iustificauit, quos autem iustificauit ipsos & glorificauit, profecto de electis Israël non dissonuit nec unus. Significatur autem in quaternario numero in Moyse & Aaron & Nadab & Abiud, propter quattuor Euãgelistas, & totius orbis qui in quattuor partes diuiditur promissionem, & septuaginta de senioribus Israël numero. s. septenario decuplato, qui pertinẽt ad significãdũ spiritũ sanctũ. Saphiro autem significatur uita cœlestis, maxime quia dictum est: Sicut aspectus firmamenti: Firmamentum autem cœlum appellari quis nesciat? Et forma lateris in eodem saphiro quadraturam ipsam, uel stabilitatem, uel eiusdem quaternarij numeri Sacramentum figurat. Quòd autem

mãducant et bibunt, in loco dei suauitatẽ saturitatẽq; præ
Matth.5. figurat uel significat in illo regno æternitatis. Beati enim
qui esuriunt & sitiunt iusticiã quoniã ipsi saturabuntur.
Matth.8 Vnde & dominus dicit uetueros multos, quos utique ni-
si electos, præscitos, prædestinatos, uocatos, iustificatos,
glorificatos, & recubituros cum Abraham & Isaac &
Iacob in regno cœlorum? Nam & alio loco ipse hoc
Luce.12 promittit fidelibus suis, quòd faciat eos recumbere, &
transeat & ministret eis.

Quid sibi uelit q̃ Iesus Naue nõ commemoratus in illis quattuor de quibus mentio fit, subito cum Moyse apparet &c̃. Quæstio. CIII.

Eccles. 24 QVid sibi uult quòd Iesus Naue non commemoratus in illis quattuor subito cum Moyse apparet, & cum illo ascendit in montem ad accipiendas tabulas legis, & subito rursus idem Iesus absconditur, id est, tacetur, & Moyses accepit legem in tabulis, & cum eo iterum apparet. An forte significat nouum testamentum nomine Iesu & absconditum esse in
Numeri.14 lege, & aliquando apparere intelligentibus. Quòd uero Iesus iam uocatur cum in libro numerorum quando id nomen accæperit, scriptura testatur quòd iam prope esset ut terram promissionis intrarent, per prolepsim, hoc est per præoccupationem anticipat scriptura quòd postea factum est. Omnia quippe ista postaquam facta sunt scripta sunt, ac per hoc quando factum est quomodo cõmemoratur, nondum uocabatur Iesus, sed quando scriptum est iam hoc uocabatur.

Quę sint cymacia aurea uersatilia in circuitu. Quæstio. CIIII.

Exod.25 ET facies in ea Cymacia aurea uersatilia in circuitu. Cymacia dixit quæ in quadratura extant per quattuor partes, sicut mensæ quadræ fieri solent. Nec quòd ait uersatilia, mobilia debemus accipere. Fixa sunt enim, sicut dixi mensas habere solitas, sed uersatilia dixit, tortilia, quæ græce uocantur σπειρο, uel cannalibus sicut sunt columnæ tortiles, aut implicatis duabus uirgulis in modum restis, sicut etiam torques fieri solent. Quòd autem ait: Et fabricabis illi quattuor annulos aureos, & impones super quattuor latera arcæ, duos annulos in latere uno & duos annulos in latere altero, ad quattuor angulos occurrunt quattuor annuli singuli in singulis, & per angulorum numerum fit, ut quòd in duobus lateribus ponitur etiam in omnibus quattuor ponatur. Vnus enim angulus duobus lateribus communis est. Alioquin non occurrit, ut bini annuli ponantur per quattuor latera cum sint quattuor annuli, octo quippe esse debuerunt, si aliter intelligimus quàm quòd dixi fieri numero angulorum. Ad hoc enim annuli in angulis ponuntur, quòd inducantur supportatoria uel gestatoria quibus Arca quattuor hominibus hinc atque inde portetur.

Quæ sit ratio propitiatorij sic instituendi: Et quid aurum & Arca significent. Quæstio. CV.

Exod.25 PROpitiatorium ad quid dicat superimponendum super Arcam quæri solet, sed cum aureum fieri iubeat, eiusq; longitudinem & latitudinem tantam exprimat, quanta & ipsius arcæ dicta est, proculdubio uelut tabulam auream tantæ formæ fieri præcepit qua tegeretur Arca, ita ut in ipso propitiatorio essent duo Cherubin, hinc atque inde alterutrũ attendentes, ita ut uultus eorum in propitiatorium essent, & pennis suis obumbrarent propitiatorium, quòd magnum est sacramentũ. Aurum quippe significat sapientiam, Arca significat secretum dei. In Arca iussa sunt poni lex, & manna, & uirga Aaron. In lege præcepta sunt, uirga potestatem significat, manna gratiam, quia nisi cum gratia non est potestas præcepta faciendi: Veruntamen quia lex á quouis
Iohan.3 proficiente non ex omni parte completur, propitiatorium est desuper: Ad hoc enim opus est ut propitius sit deus, & ideo desuper ponitur misericordia iudicio. Duo uero Cherubin pennis suis obumbrantes propitiatorium, id est, honorant uelando, quoniam mysteria ista ibi sunt, & inuicem se attendunt, quia consonant, duo quippe ibi testamenta figurantur. Et uultus eorum sunt in propitiatorium, quia misericordiam domini, in qua una spes est ualde commendant. Denique hinc se promisit locuturum deus ad Moysen de medio Cherubin desursum propitiatorij. Porro si creatura rationalis in multitudine scietiæ, quoniam hanc interpretationem habent Cherubin, duobus ipsis animalibus significatur, ideo duo sunt, ut societatem Charitatis commendent, ideo pennis suis propitiatorium obumbrant, quia deo non sibi tribuunt pennas suas, id est, deum honorant uirtutibus quibus præstant, & uultus eorum non sunt nisi in propitiatorium, quia cuicunq; prouectui ad multitudinem scientiæ spes non erit, nisi in dei misericordia.

Quomodo accipiendum sit illud: Erunt annuli in thecis supportatorijs ad tollendam mensam. Quæstio. CVI.

Exod.25 QVòd ait: Erunt annuli in Thecis supportatorijs ad tollendam mensam, hoc intelligendum est, quòd annuli essent uelut thecæ supportatoriæ, id est, quo supportatoria tanquam in Thecas inducantur. Erunt quippe in Thecis, ita dictum est tanquã diceretur, erunt pro thecis.

Quæ sit ratio: Tabernaculum fieri iubeatur decem auleorum: Et quid sibi uelit q̃ tam sępe dicit: Cherubin facies opere textoris. Quæstio. CVII.

Exod.26 DEcem auleorum iubet fieri tabernaculum, cum sit decalogus legis. Aulea uero significant latitudinem,

Roma. 13 dinem, propter facilitatem. Charitas quippe plenitudo
Psalm. 17 legis est, & non nisi charitati sunt præcepta facilia, unde
ipsa dilatatio commendatur cum dicitur: Dilatasti gressus meos subtus me, & non sunt infirmata uestigia mea,
Roma. 5 Sed quoniam ista dilatatio per gratiam fit dei, charitas enim dei diffusa est in cordibus nostris, non per nosipsos sed per spiritumsanctum qui datus est nobis, ideo hic mystice ipse numerus etiam commendatur, qui pertinet etiam ad spiritumsanctum per quem lex possit impleri. dicitur enim auleum longitudinem debere habere in cubitis uigintiocto. Iste autem numerus, quia per septenarium diuidendus est, significauit, cum dicit latitudinem auleæ in cubitis quattuor: Quater enim septem fiunt uigintiocto. Et est etiam iste numerus perfectus, quia sicut senarius suis partibus constat. Quòd uero tam sæpe dicit: Cherubin facies ea opere textoris quid aliud q̃ in his omnibus multitudinem scientiæ commendat, quod interpretatur cherubin.

Quō & in qua significatione moraliter præcipiuntur fieri sub tabernaculū undecim uela capillacia, seu saga cilicina, ut alia litera habet. Quæstio. CVIII.

Exo. 26 ET facies uela capillacia operire super tabernaculū, Undecim facies ea, quæ capillacia uela sunt, id est, cilicina undecim dicuntur esse: In peccatis quippe transgressio est. Transgressio uero undenario numero significatur, quoniam transgreditur denarium, id est legem, Ideo ipsa undecim per septenarium multiplicata, faciunt
Matth. 18 septuagintaseptem: Vbi significauit dominus uniuersam remissionem peccatorum dicens: Non solum septies, uerumetiam septuagiessepties, quod generationes reperiuntur, cum Lucas à baptismo domini enumerans sursum uersus adscendit & peruenit per Adam usq; ad deum. Ad hoc enim fit significatio peccatorum in his uelis, ut p confessionem exprimantur, & per gratiam quæ data est
Psalm. 31. ecclesiæ aboleantur, hoc est tegantur. Vnde dicitur? Beati quorum remissæ sunt iniquitates & quorū tecta sunt peccata. Deinde iubet ea uela cooperiri pellibus arietinis rubricatis. Aries autē rubricatus cui non occurrat Christus passione cruentatus? Significantur his etiam martyres sancti, quorum orationibus propitiatur deus peccatis populi sui. Ipsis deniq; superiaciuntur pelles hiacynthinæ, ut significetur uita æterna uiriditate tanq̃ uigore perpetuo.

Quid significationis habeat quod græce dicitur, Facies duos ãconicos. Qō. CIX.

Exo. 26 FAcies duos anconicos columnæ uni consistentes ex aduerso, hoc est unum hinc, & unum inde de lateribus columnæ, ἀγκώνικως autem dicit, quod uulgo uocamus ἀγκώνες, sicut sunt in columnis cellarum uinariarū quibus incumbunt ligna quæ cupas ferū. Ducta est autem similitudo uerbi cubitis ubi flectuntur manus quibus incūbūt recūbētes, qui græcè ἀγκωνες uocātur.

Quid sit illud, Bases columnarum duas uni etc. Quæstio. CX.

BAses columnarū duas uni. Bases non eas tantū uidetur dicere scriptura quibus columnæ ab imo sustinuntur, sed etiam superiores quæ capitella nos dicimus. Ideo dicit duas bases columnæ uni in ambas partes eius: Nã quæ sunt ambæ partes, nisi inferior & superior. Exo. 26

Quomodo columnas octo & bases sedecim fieri præcipitur, Quæstio. CXI.

QVod octo colūnas & bases earū sedeci secūdū supradictam rationem à posterioribus tabernaculi scriptura dicit, cum superius sex dixerit, intelligitur annumeratis duabus angularibus octo fieri. Exo. 26

Quæ sit differentia inter sanctum, & sanctumsanctorum, ubi dicitur: Et diuidet uobis uelamen inter medium sanctum, & inter mediū sanctumsanctorum Quæstio. CXII.

ET diuidet uobis uelamen inter medium sanctum, et inter medium sanctumsanctorum, id est, ut inter sanctum & sanctumsanctorum sit hoc uelamen de quo nunc loquitur in quattuor columnis extentum. De hac differentia inter sanctum & sanctumsanctorum ad Hebræos epistola loquitur, quia ubi arca testimonij, ibi sanctumsanctorum, hoc est intus intra uelum, foris autem mensa & candelabrum, & cætera quæ pauloante dixi: quemadmodum fierent, sancta dicta sunt & non sancta sanctorum: Et significatur foris uetus testamentum, intus autem & nouum, cum sit utrumq; in lectione ueteris testamenti, & expressum operibus, & significatione figuratū. Ac p hoc in sanctis figura figuræ, qa figura est ueteris testamenti, in sanctis autem sanctorum figura est ipsius ueritatis, quia figura est noui testamenti: Totum quippe uetus testamentum in hiis rebus & celebrationibus, quæ ita obseruanda præcipiuntur, figura est. Exo. 26 Hebræ. 9

Cur præcipitur altare fieri trium cubitorū in altitudine, cū homo uix longior sit. Item quomodo super altare ligneum sacrificium quod ptecipit, posset incēdi. Quæstio. CXIII.

DE altari quæritur quomodo tribus cubitis altum esse uoluerit, cum tanta fere sit staturæ hominis altitudo. Quomodo ergo ministrabatur altari, cum gradus habere altare alio loco prohibeat? Ne pudenda inquit tua reueles super illud. Sed illud dicebat de altari qd terra uel lapidibus construendum esset, ubi gradus ipsi coædificati ad corpus altaris utiq; pertinerent, nunc uero de tabulis fieri altare præcepit, quo si apponeretur ad horam administrationis aliquid ubi staret minister altaris, & pacto ministerio tolleretur, ad corpus altaris nō utiq; ptineret. Itē quæritur quō sup altare ligneū sacrificium Exo. 27 Exo. 20

eiũqđ inferebatur posset incẽdi, præsertim quia concauum fieri iubet, & craticulam deponuſq; ad medium eius, id est, medium concauitatis eius, opese factum reticulato: An quoniam dixit: Et facies cornua in quattuor angulos, ex seipso erunt cornua, & teges illa æramento? Non ad sola cornua referendum est quod ait, teges illa æramento, sed ad omnia de quibus loquebatur de altari fabricando præcipiens.

Quid per spiritum intellectus, & per stolas cũ cornibus intelligatur. Quæstio. CXIIII.

Exo.28 ET tu loquere omnibus sapientibus mente quos repleui spiritu intellectus, ἐσθήσεως quidem græcus habet, quem latine sensum, non intellectũ dicere solemus: Sed scriptura de sensu interiore quem intellectũ uocamus, sic loqui solet, sicuti est ad Hebræos: Perfectorum est autem solidus cibus eorum, qui per habitum exercitatos habent sensus ad discernendum bonũ & malum. Ibi enĩ quod posuit sensus, græcus habet ἐσθήσεις. Quem ergo istum spiritum, nisi spiritum sanctum debemus accipere? Et stolas quas faciet, pectoralem, humeralem, & tunicam talarem, & tunicam cum cornibus, Has appellatas stolas esse & cætera, cum superius unam stolam faciendam proposuisset, notandum est. Tunicam uero cum cornibus, honestius putarunt latini interpretes dici, q̃ si dicerent cum cyrris, qui benè dispositi ornamento esse uestibus solent.

Hebræ.5

Quæ sint aspidiscę, de quibus in alia translatione, quam Augustinus tenet, mentio fit, & quid spithamus, & qui lapides in quibus nomina filiorum in scripta dicuntur secundum eorũ natiuitates. Quæstio. CXV.

Exo.28 ASpidiscas in neste sacerdotali quas dicat, utrum scutulas, quæ à scuto latine appellantur, quia et græci scutum ἀσπίδα appellant: An uero aspidiscas propter diligentem colligantiam dicit ab aspide serpente, sicut etiam murenulæ appellantur. Spithamus autem longitudo, & spithamus latitudo, latini quidam interpretati sunt mensuram extentæ palmæ à fine pollicis usq; ad finẽ digiti minimi. Item quod dicitur: Sumes duos lapides Onychinos, & sculpes in eis nomina filiorum Israël, sex nomina in lapide uno, & sex reliqua in altero, iuxta ordinem natiuitatis eorum, an intelligendum sit ut lapides de nominibus filiorum Israël, secundum natiuitatis eorum, id est secundum ordinem, quo nati sunt.

Quomodo rationale vocetur propter inopiam linguæ, quod græce non sic dicitur. Quæstio. CXVI.

Exo.28 ET facies super rationale fimbrias complectentes opus catenarum de auro puro, quod latini rationale interpretati sunt, inopia linguæ fecit, græcus habet enim λογίου, nõ λογίαν. Rationale autem illud solemus appellare quod græci dicunt λογικόν. Sed quoniam λόγος in græca lingua ambiguum est, utrũ uerbum significet, an rationem, quia utriusq; rei nomen est, ubi putatum est à uerbo ductum λογίου, eloquium nostri interpretati sunt. Nam quod habemus: Eloquia domini, eloquia casta, græci habent λογία. Hic uero in ueste sacerdotali quod ex auro & hiacyntho, & purpura, & cocco duplici torto, & byssо duplici torta fieri præceptum est, quadratum duplex quo esset in pectore sacerdotis & λογίου uocaretur, incertum utrum à ratione, an à uerbo ductum fuerit, interpretes nostri à ratione dictum putantes, rationale appellauerunt.

Pſalm.18

Quomodo præcipitur: Impones super rationale demonstrationem & veritatem. Quæstio. CXVII

Exo.28 ET impones super rationale iudicij demonstrationem & ueritatem. Quid sibi hoc uelit, uel in quali re, uel metallo, poneretur super rationale demonstratio & ueritas, quoniam talia dicit fieri in ueste sacerdotis quæ corporaliter fiunt, inuenire difficile est. Fabulantur tamen quidã lapidẽ fuisse, cuius color, siue ad aduersa, siue ad prospera mutaretur quando sacerdos intrabat in sancta, & hoc esse qđ ait: Et afferet Aarou iudicia filiorum Israël super pectus suum, ostendens uidelicet in illa demonstratione, & ueritate, quid de illis iudicauerit dominus, quamq̃ possit intelligi demonstrationẽ & ueritatem literis impositam super λογίου.

De tunicæ talaris, & peristonij confectione, secundum alia literam. Quæstio. CXVIII.

Exo.28 ET facies tunicam talarem hiacynthinam, id est usq; ad talos dependentem, & erit peristoniũ, ex ea medium, id est, qua caput ejciatur. Hoc est enim quod græci dicunt περίσωμον. Oram habens in circuitu peristonij, opus textoris, contextam, id est, ne ipsa ora extrinsecus assuatur, hoc uidetur dicere commissuram contextam. Vnde etiam addidit, ex ipsa ne rumpatur, id est, ut ex seipsa sit ipsa ora contexta cum ueste.

Quid significationis habeat, q̃ Aaron intrantis & exeuntis in sanctum, uox tam stricte præcipitur audiri, sub pœna mortis. Quæstio. CXIX.

Exo.28 ET erit Aaron, cum cœperit fungi sacerdotio audietur uox eius intranti in sanctuarium in conspectu domini, & exeunti ut non moriatur, intrantis & exeuntis uocem de tintinnabulis dicit audiri, tantumq; ibi pondus obseruationis posuit ut diceret, ne moriatur, Testimonia ergo quædam significari uoluit in ueste sacerdotali

ſacerdotali qua utiq; ſignificatur eccleſia per hæc tintinnabula, ut nota ſit conuerſatio ſacerdotis, ſicut Apoſto-
Titum.2 *lus dicit, Circa omnes teipſum bonorum operum præ-*
2 Timoth2 *bens exemplum: Aut illud: Quæ audiſti à me per multos teſtes, hæc eadem commenda fidelibus, & his qui idonei ſunt alios docere. An quid aliud, magnum tamen eſt quicquid illud eſt? Intranti autem & exeunti, pro intrantis & exeuntis locutio eſt, uox pro ſonitu, nam tintinnabulorum magis ſonus quàm uox eſt.*

Quomodo ſanctitas domini formari iubeatur in lamina aurea, & reliqua eiuſdē loci. Quæſtio. CXX.

Exo.28 *ET facies laminam auream puram, & formabis in eadem formatione ſanctitatem domini, & impones illud ſuper hiacynthum duplicem tortam, & erit ſuper mitram, ſecundum aſpectum mitræ erit, & erit ſupra frontem Aaron, ut auferat peccata ſanctorum quæcunq; ſanctificabunt filij Iſraël omnis datus ſanctorum eorum. Quomodo formetur in lamina ſanctitas domini, non uideo, niſi aliquibus literis, quas quidam quattuor eſſe dicunt Hebræas, quod ut græci appellant τετρα γράμματον, nomē dei ineffabile credunt fuiſſe uel eſſe adhucuſq;. Sed quælibet ſint, uel quomlibet ſe habeant illæ literæ, ut dixi ſanctitatem domini, uel ſanctificationem ſi hoc magis dicendum eſt, quod græc us habeat ἁγιάσμα, non niſi in auro literis formari potuiſſe crediderim. Ibi autem dicit ſacerdotem ſanctorum auferre peccata, quæcunq; ſanctificabunt inquit, filij Iſraël omnis datus ſanctorum eorum, quod arbitror dictum in eis ſacrificijs, quæ offerunt pro peccatis ſuis, ut non ſanctorum hominem intelligamus, ſed ſanctorum ab eo, q; ſunt ſancta, quæ offeruntur pro peccatis. Cum ergo de lamina dixiſſet, adiunxit atq; ait: Et auferet Aaron peccata eorum quæcunq; ſanctificabunt filij Iſraël omnis datus ſanctus eorum, idem ſacerdos auferet, quæcunq; offerunt pro peccatis ſuis, quæ dicuntur & ſancta, quia iuſtificantur & peccata, quia pro peccatis offeruntur, ſicut multis locis hoc ipſum euidenter ſcriptura commemorat. Quod autem adiungit & dicit. Et erit ſuper frō tem Aaron, ſemper acceptum illis in conſpectu domini, & ad laminam illam reuertitur: In quo aduertendum ſi inueniri poteſt, qui non habeat neceſsitatem pro ſuis offere peccatis preter Chriſtum, qui ſolus poteſt omnium auferre peccata, intelligitur frontis ornamentum, fiducia bonæ uitæ, quam qui uere perfecteq;, non ſignificationem ſed ueritate ſacerdos habet, ſolus poteſt auferre peccata, nec habet neceſſitatem offerre pro ſuis.*

Quomodo precipiatur, vt manus Aaron & filiorū eius impleantur. Quæſtio. CXX

Exo.28 *DE Aaron & filijs Aaron, cum præciperet loqēs ad Moyſen, quomodo ueſtirētur & ungerentur, quid eſt quod ait: Et implebis manus eorum ut ſacerdotio fungantur mihi, An forte muneribus quæ offerenda ſunt deo?*

Quomodo femoralia linea, precipiuntur tegere turpitudinem ſacerdotū. Quæſtio. CXXII.

ET facies eis femoralia linea, tegere turpitudinem Exo.28
corporis eorum, alumbis uſq; ad femora erunt. Cū ueſtis tanta cooperiat totum corpus. quid eſt quod ait, femoralia facies linea tegere turpitudinem corporis eorum, quaſi apparere poſſet tanta deſuper ueſte adhibita? Niſi quia ſignum eſſe uoluit in hoc caſtitatis, uel cōtinentiæ, quæ ideo per indumentum ſignificatur, ut non ex ſeipſo habita, ſed data intelligatur.

Quid ſignificetur per cidaras. Quæſtio. CXXIII.

CVm de filijs Aaron loqueretur: Et indues eos in- Exo.28
quit tunicas, & cinges eos zonis & circum dabis eis cidaras: Quam dicit cidarim uel cidaras, quoniā non eſt interpretatum, nec in uſu modo eſt, ignoratur, puto non tamen eſſe capitis tegimen ut nonnulli putauerunt. Neq; enim diceret, circumdabis eis, niſi: tale aliquid eſſet, quod non capiti, ſed corpori uſui eſſet.

Quomodo ſacerdotium filiorum Aaron dicatur ſempiternum, cum iam non ſit. Quæſtio. CXXIIII.

ET erit illis ſacerdotiū mihi in ſempiternum. Quō Exo.28
dicat in ſempiternum, de his ſignificatiuis rebus ſuperius ſæpe diximus: Nam utiq; mutatum eſt hoc ſacerdotium, ut ille eſſet inæternum ſecundum ordinem Melchiſedech, non ſecundum ordinem Aaron. Ibi enim Pſalm.109
& iuratio, & nulla dei pœnitudo, qua ſignificetur mutatio. Iurauit enim dominus, & non pœnitebit eum, tu es, inquit, ſacerdos inæternum ſecundum ordinem Melchiſedech. De ordine autem Aaron dictum eſt quidem, in ſempiternum, uel propter tempus non præceptū, quouſq; obſeruaretur, uel quo res ſignificaret æternas, nuſq; eſt tamen dictum de ſacerdotio Aaron, quia iurauit dominus & non pœnitebit eum, Et ideo dictum eſt in illo ſacerdotio ſecundum ordinem Melchiſedech, non pœnitebit eum, ut ſignificaretur, quia de ſacerdotio Aaron pœnituit eum, id eſt mutauit illud.

Quid per manus Aaron ſignificetur, cum dicitur, Et conſummabis manus Aaron. Quæſt. CXXV.

QVid eſt, & conſummabis manus Aaron, & ma- Exo.29.
num filiorum eius. An per manus poteſtatem ſignificauit, ut aliquid etiam ipſi conſecrare poſſent? Poteſtas autem ſanctificatione conſummabatur, qua præcepti ſunt ſanctificari à Moyſe.

Quomodo

Quomodo dicendo, Et superimponent Aaron & filij eius manus suas etc. significetur, vnde supra dictū sit, consummandas esse manꝰ eorum. Quæstio. CXXVI.

Exo.29 ET adduces uitulum ad ostium tabernaculi, & superimponent Aaron & filij eius manus suas super caput uituli in conspectu domini. Ecce unde supra dictū est, consummandas esse manus eorum, id est perficiendam potestatem, ut etiam ipsi sanctificarent, quomodo fit cum ponunt manus suas super uitulum immolandum.

Quid odor dei vocetur. Quæstio. CXXVII.

Exo.29 QVod odor suauitatis sæpe domino dicitur sacrificium de uictimis pecorum in scripturis sacris, non utiq; deus odore fumi delectatur, sed tantum illud quod hic significatur spiritaliter deū delectat cum spiritaliter exhibetur, quoniam ipse odor dei spiritaliter intelligitur: Non enim sicut nos odorem corporeis naribus ducit: Sicut erga ille olfacit, sic ista significant.

Quomodo pectusculum dicatur Aaron. Quæstio. CXXVIII.

Exo.29 ET sumens pectusculum de ariete consummationis, quod est Aaron, id est ipsius Aaron. Hoc enim pertinere uoluit ad summum sacerdotem.

Quō multa alia intelligantur, videlicet, Et erit Aaron & filijs eius legitimum æternum, Et stola sancti, & reliqua sequentia. Quæstio. CXXIX

Exo.29 ET erit Aaron & filijs eius legitimum æternum à filijs Israël, cū diceret de Pectusculo & Brachio uictimarum. More illo ergo æternum dixit, quem sæpe supra commemorauimus. Et stola sancti quæ est Aaron, erit filijs eius post eum ungere eos in ipsis & consummare manus eorum: Septem diebus uestiet se ea sacerdos, qui successerit ei de filijs eius, qui intrabit in tabernaculum testimonij deseruire in sanctis. Hæc uerba multas quæstiones habent. Nam primum hic notandum est, quomodo cum stolam dixerit sancti, postea pluraliter dicit ungere eos in ipsis, tanq̄ in stolis. Nam & supra multas stolas eas dixerat, quibus una constaret, quamq̄ ambiguum sit, utrum in ipsis ab eo quod sunt ipsa genere neutro, quæcunq; sunt quibus illa stola completur, id est, uestis sacerdotalis, quod magis putandum est, eo q̄ in consequentibus dicit, septem diebus uestiet se ea sacerdos qui successerit ei, ea scilicet omnia quæ commemorauit, cum uestem sacerdotalem describeret, repetiuit sane quod supra dixerat, consummare manus eorum, unde quid mihi uideretur exposui. Quod uero ait, septē diebus uestiet se ea sacerdos, nunquid alijs diebus se non uestiet? sed illis septem continuis intelligi uoluit, quibus eius socerdotium quodāmodo dedicatur, atq; hebdomadis est in eius inchoatione fistituitas. Successorem autem Aaron cum dicit, qui intrat tabernaculum testimonij deseruire in sanctis, cum scilicet significans, qui non poterat esse nisi unus, non quales erant filij Aaron cum uiuo patre suo, sed qualis successor ipsius Aaron. Quomodo ergo proprium dicit huius unius esse, intrare tabernaculū testimonij, deseruire in sanctis, eū & illa quæ sunt extra uelū quo uelantur sancta sanctorum, sancta appellentur, & tabernaculum testimonij etiam illud uocetur ubi sunt sancta, id est, mensa & candelabrum, ubi cum deseruiant etiam sequentes sacerdotes ad mensam & cādelabrum & ipsum altare, quomodo unum dicit successorem Aaron, qui intret in tabernaculum testimonij deseruire in sanctis? Si dixisset deseruire in sanctis sanctorum, nulla esset quæstio: Ad hæc enim ubi est arca testimonij, solus unus intrabat summus sacerdos, quod etiam in epistola ad Hebræos diligentissimè commendatur, Nisi forte eoipso, quòd unum dicit intrare in tabernaculum testimonij deseruire in sanctis, non uult utiq; intelligi, nisi in sancti sanctorum, quia & ipsa utiq; sancta appellantur. Nec enim omnia quæ sancta sunt, etiam sancta sanctorū dici possunt, q̄is econtrario, quæ sancta sanctorū sunt, proculdubio utiq; sancta sunt. Vnus aūt iste qui semel in anno intrabat in sancta sanctorū, quoniam Christum Iesum significabat, apertissimè supradicta ad Hebræos Epistola commendatur, Quod autē præfiguratum est in sancta sanctorum, ut super arcam quæ legem habebat, esset propitiatioriū, ubi dei misericordia significatur, intelligendum est quàm propitius sit peccatis eorum qui legem non implent, Hoc mihi uidetur etiam in ipsa ueste sacerdotis significari. Nam & ipsa quid aliud quàm ecclesiæ sacramenta significat, quod in λογῳ id est, rationali in pectore sacerdotis posito iudicia constituit, in lamina uero sanctificationem & oblationem peccatorum, tanq̄ rationale sit in pectore simile arcæ in qua lex erat, & lamina illa in fronte similis propitiatorio, quod super arcam erat, & utrobiq; seruaretur quod scriptum est: Superexaltat misericordiā iudicio. Hebræ.9 Iacob.2

Quid præterea sit, q̄ purificatum & sanctificatum altare septem diebus dicit quod sanctum sancti erit. Quæstio. CXXX.

Exo.29 QVid est, quòd purificatum & sanctificatum altare septem diebus dicit quòd sanctum sancti erit altare? Non quidem dicit sanctum sanctorum, sicut est illud quod uelo separatur, ubi est arca testimonij: Veruntamen & hoc altare extra uelum positum, per sanctificationem septem dierum dicit potius, q̄ per unctionem fieri sanctum sancti,

Quomodo

Quomodo intelligatur, Omnis qui tetigerit altare sanctificabitur. Et quod dictum est, Sub tortili corona eius in duo latera eius induobus lateribus, & quędā alia. Quæstio. CXXXI.

Exod.29 ET addit: Omnis qui tetigerit altare sanctificabitur, cum de annulis loqueretur altaris incensi, qd' altare non inærari, sed inaurari iussit: Et duos annulos
Exo,30 aureos puros facies, inquit, sub tortili corona eius, in duo latera facies in duobus lateribus: Quoniam græcus habet ita δύο κλίτα πλεύρα ποιησίον, uel δύο κλίται πρεσεσεύσες δυσὶν πρεύσες. Nam clite latera sunt, & pleuaelatear. sunt Vnde quidam latini sic interprætati sunt, in duas partes facies in duobus lateribus. Non autem ait græcus μέρη, quod est partes, sed
Psalm.127 κλίτε, quod latera. Nam hoc uerbum est in illo psalmo ubi scriptum est: Vxor tua sicut uinea fertilis in lateribus domus tuæ. Ac per hoc tantum casus interest, quia prius accusatiuum, post uero ablatiuum posuit, in duo latera facies, in duobus lateribus. Quis autem sit sensus difficile est assequi, nisi forte ut solet scriptura amare eclypsim, ut aliquid desit & subaudiatur, etiam hic sbuaudiatur, erunt, ut iste sit sensus, in duo latera facies, in duobus lateribus erunt, id est, ad duo latera facies annulos, quoniam in duobus lateribus erunt.

Quid sit, Et arcus amitibus, Et vtrum arcus, an Thecæ debeant dici Quæstio. CXXXII.

Exo.30 ET erunt arcus Amitibus ita ut tollatur illud in eis. Quos annulos dixerat, arcus dicit. Annulos quippe pro rotundis ansis posuit. Et quid est aliud annulus uel circulus, nisi undiq; arcus? Ideo quidam nolentes arcus dicere, Thecas interprætati sunt, quibus amites inducerentur, dicentes: Et erunt Thecæ amitibus, quasi græcum hoc non posset dicere, cum etiam Thecæ græcū uerbum sit, dixit autem ψαλίδες, quod arcus interprætatur.

Quomodo intelligendum sit incensum continuationis: Et quomodo tantum semel in anno exorabit Aaron de sanguine purificationis, & quędam alia. Quæstio. CXXXIII.

Exo.30. INcendet super illud incensum continuationis in conspectu domini in progenies eorum. Continuationis incensum dicit, quod continuatim fieret, id est, nullo die prætermitteretur. Cum de altari præciperet incensi, id est, in quo incensum tantum poneretur, non holocaustū, non sacrificium, non libatio, prædixerat idipsum incensum quotidie poni debere, nunc autem dicit: Et depropitiabit Aarō uel exorabit super cornua eius semel in anno de sanguine purificationis delictorum. Depropiciabat, ab eo quod est depropitiatio, quæ græcè dicitur ἐξιλάσμος. Vnde etiam intelligendum est, hoc quòd semel in anno iubet fieri ad propitiandum deū super cornua altaris incensi, id est, ut de sanguine purificationis delictorum uictimarum. s. quæ offeruntur pro delictis semel in anno, tangantur cornua altaris incensi, non pertinere ad illam appositionem incensi, quam quotidie fieri iusserat. Illa enim fiebat aromatibus, non sanguine, & quotidie, non semel in anno. Non ergo simus intellecturi semel in anno intrare sacerdotē solere in sanctasanctorum, sed semel in anno cum sanguine, & quotidie quidē solere intrare sine sanguine caussa incensi imponendi. Cum sanguine autem semel in anno, maxime quia sequitur & dicit: Semel in anno purificabit illud, sanctumsanctorum est domino. Non ergo semel in anno ponet illib incensum quod quotide fieri iussum est, sed semel in anno purificabit illud quod cū sanguine fieri debere præceptum est, & post hoc adiungit, sanctumsanctorum est domino, ac per hoc sanctumsanctorum non extra, sed intra uelum erat, etiam illud profecto altare de quo nunc agitur quod poni contra uelum intrinsecus iussit.

Quid sit quod ait: Si acceperis computationem filiorum Israël in uisitationem eorum. Qō. CXXXIIII.

QVid est quod ait, Si acceperis computationem filiorum Israël in uisitationem eorum, nisi quia iubet eos aliquando uisitari & cōputari, id est numerari? Quod in Dauid propterea uindicatum intelligendum est, quia deus non iusserat. Exo,30 2.Reg.24

Quomodo præcipiuntur vt omnia ungantur vnguēto chrismatis, & quędam alia subsequentia. Quæstio. CXXXV.

ADuertendum est etiam & notandū quemadmodum unguento chrismatis omnia iussit ungi, tabernaculum scilicet & ea quæ in illo erant, & deinde erunt sanctasanctorum: Omnia scilicet cum fuerint uncta, erunt sanctasanctorum. Quid igitur distabit iā inter illa interiora quæ uelo teguntur etc. si omnia cū uncta fuerint erunt sanctasanctorum, diligentius requirēdum, hæc tamen notanda crediderimus ubi etiam meminerimus, q; sicut de illo altari sacrificiorum, quod post unctionem appellari uoluit sanctumsancti, continuo dictū est: Omnis qui tangit illud sanctificabitur, ita de omnibus postea quæ de illo unguento uncta dicta sunt, sanctasanctorū eadem sententia subsecuta est, ut diceretur: Omnis qui tangit ea sanctificabitur: Quod duobus modis intelligi potest, siue tangendo sanctificabitur, siue sanctificabitur ut ei liceat tangere, si tamen non licebat tangere populo tabernaculū, quando offerebat hostias, uel quæcunq; ab eis ablata offerebantur deo. Nam consequenter non solis sacerdotibus, neq; solis leuitis dicendum admonet quod ait ad Moysen, & filijs Israël loquere dicens, utiq; filij Israël totus ille populus erat. Exo.30

Iubet

iubet autem illis dici, oleum linitio unctionis, sanctum erit hoc uobis in progenies uestras, super carnem hominis non linietur, & secundum compositionem hanc non facietis aliud, quia similiter sanctum est, & sanctificatio erit uobis. Quicunq; fœcerit similiter, & quicunq; dabit de eo exteræ nationi, interibit de populo suo. Iubet igitur non solis sacerdotibus, sed uniuerso populo Israël, ut non faciant tale unguentum in usus humanos. Hoc est enim quod ait: Super carnem hominis non linietur. Prohibet ergo simile fieri in usus suos, & interitum minatur si quisq; similiter fœcerit, id est, unguentū ad usus suos. Similiter si simile confœcerit, uel cuiq; hinc dederit exteræ nationi. Ac per hoc quòd ait: Sanctificatio erit uobis, cum hoc populo Israël uniuerso dici iubet, non uideo quid intelligam, nisi quia licebat eis quando ueniebant cum suis quisq; muneribus tangere tabernaculum, & tangendo sanctificabantur propter illud oleum quo cuncta peruncta sunt, & hinc dictum. Omnis qui tangit sanctificabitur, non tamen sic quemadmodum sacerdotes, qui ut æterno sacerdotio fungerentur ungebantur ex illo.

Quid sit opus vnguentarij. Quæstio. CXXXVI.

Exo.30 QVòd præcepit quibus aromatibus fiat Thymiama, id est, incensum. & dicit unguentario more cœctum opus unguentarij, hoc ideo putare debemus unguentum fieri, id est, unde aliquid ungatur, sed ut dictum est Thymiama. uel incensum quod imponatur illi altari incensi, ubi non licebat sacrificari, & erat intra sancta sanctorum.

De discrimine inter altare incensi & tabernaculum testimonij. Qō. CXXXVII.

Exo. 30 ET concides de illis minutim & pones contra testimonia in tabernaculo testimonij, unde innotescam, ibi inde in sanctū sanctorū erit tibi incensum. Ecce iterum hoc incensum quia intus ponebatur ad altare incensi quod intus erat, sanctum sanctorum dicitur, & tabernaculum testimonij proprie dicitur, illud ipsum interius ubi arca erat, adhibita sane differentia, cum ait, unde innotescam tibi inde. Sic enim dixerat primum de propitiatorio, quod utiq; intus est, id est, intra uelum supra arcam.

Quo spiritu Beseleel Architectus repletus dicitur, & quomodo spiritussanctus necdum nominatus sub proprio vocabulo reperiatur. Quæstio. CXXXVIII.

Exo, 31 QVid est quòd Beseleel cum iuberet adhiberi operibus tabernaculi faciendis, dixit eum se repleuisse spiritu diuino, sapientiæ & intellectus & scientiæ in omni opere excogitare & architectonari etc. Vtrum spiritussancti muneri etiam ista opera tribuenda sunt quæ pertinere ad opificium uidētur, an & hoc significatiue dictum est, ut ea pertineant ad diuinū spiritum sapientiæ & intellectus & scientiæ quæ his rebus significantur? Tamen etiam hic cum spiritu repletus dicatur iste diuino sapientiæ & scientiæ, non dum legitur spiritussanctus.

Quid sibi velit, q̄ cum de sabbato obseruando præciperet, ait: Testamentū æternū in me & filijs Israël, & nō ait inter me & filios Israël. Quæstio. CXXXIX.

QVid sibi uult quòd cum de sabbato obseruando præciperet ait. Testamentum æternum in me & filijs Israël, non ait, inter me & filios Israël. An quia sabbatum requiem significat, & requies nobis non est nisi in illo? Nam profecto filios Israël uniuersum populum suum dicit, id est, semen Abraham, & est Israël secundum carnem & secundum spiritum. Exo.31

Nam si Israël non esset dicendus, nisi ex genere carnis, non diceret Apostolus: Videte Israël secundū carnē, ubi profecto significat esse Israël secundum spiritum qui in abscondito Iudæus est et circūcisus corde. Sic ergo melius fortasse distinguitur, testamentū æternum in me, ut inde alius sit sensus, & filijs Israël signum æternum, id est, æternæ rei signum, quomodo Petra erat Christus, quia Petra significabat Christum, Non ergo ita intelligendum est testamentū æternum in me & in filijs Israël, tanq̄ in deo & filijs Israël sit hoc testamentum æternū, in me, quia in illo promissa est requies æterna?, & filijs Israël signum est æternum, quia filij Israël acceperūt obseruandū signū quo requies significatur æterna ueris Israëlitis, hoc est filijs promissionis & uisuris deū facie ad faciem sicuti est. 1.Cor.10 Rom.2 1.Cor.10

Quomodo in fine post tantum sermonem dantur Moysi tantum due tabule lapidee. Quæstio CXL.

ET dedit Moysi statim ut cessauit loqui ad eum, in monte sina duas tabulas testimonij, tabulas lapideas scriptas digito dei. Cum tam multa locutus sit deus, duæ tantum tabulæ dantur Moysi lapideæ, quæ dicuntur tabulæ testimonij futuræ in arca. Nimirum omnia cætera qua præcepit deus ex illis decem præceptis quæ duabus tabulis conscripta sunt, pendere intelliguntur, si diligenter quærantur & bene intelligantur, quomodo hæc ipsa rursus decem præcepta ex duobus illis, dilectione, scilicet dei & proximi in quibus tota lex pendet & Prophetæ. Exo.31 Matth. 22

Qua de causa Aaron iussit inaures tolli vxorum & filiarum vnde deos facerer. Qō. CXLI.

QVod iubet Aaron inaures demi ab auribus uxorum atq; filiarum, unde illis faceret deos, non absurde intelligitur difficilia præcipere uoluisse, Exo.32

luisse, ut hoc modo eos ab illa intentione reuocaret. Factum tamen illud ipsum difficile ut esset aurum ad faciendum idolum, propter eos notandum putaui, qui contristantur si quid tale propter uitam æternam diuinitus fieri uel æquo animo tolerari iubeantur.

Quomodo Moyses dixerit: Hi dij tui Israël &c. cum hoc populus nō dixerit. Quæstio. CXLII.

Exod. 32 DOminus indicans Moysi quid fœcerit de uitulo populus, hoc est de idolo quòd ex auro suo fœcerant, dicit eos dixisse: Hi dij tui Israël qui te eduxerunt de terra Aegypti: Quòd eos dixisse non legitur, sed animum eorum hunc fuisse deus ostendit. Horum quippe uerborum gerebant in corde sententiam, quæ deum latere non poterat.

Quid per maliciam intelligatur cum dicitur: Et propitiatus est dominus de malicia quam dixit facere populo suo. Quæstio. CXLIII.

Exod. 32 ET propitiatus est dominus de malicia quam dixit facere populo suo. Maliciam hic pœnam intelligi

Sapien. 3. uoluit, sicuti est: Estimata est malicia exitus illorum. Secundum hanc dicitur, bonum & malum à deo, non secundum maliciam qua homines mali sunt. Malus enim deus non est, sed malis ingerit mala, quia Iustus est.

Quid mysticæ significationis habeat q̄ Moyses tabulas fregit iterandas, & quomodo tanta supplicatione pro populo ad deum laborauerit, qui tam seuerus in uindicando postea extitit. Quæstio. CXLIIII.

Exod. 32 IRatus quidem Moyses uidetur tabulas testimonij dei scriptas collisisse atq; fregisse: Magno tamē mysterio figurata est iteratio testamēti noui, quoniam uetus fuerat abolendum & constituendum nouum. Notandum sane quanta pro populo ad deum supplicatione laborauerit, qui tam sæuerus in eos uindicando extitit. Quòd autem in ignem missum uitulum fusilem contriuit & in aquam sparsit, quam populo potum dedit, quid nobis uideatur significare, iam alibi scripsimus in opere contra Faustum Manichæum.

Cōtra Faustum li. 22. Cap. 32.

Quomodo Aaron dicat: Et dederūt mihi, & misi in ignem, & exijt uitulus hic. Quæstio. CLXV.

Exod. 32. ET dederunt mihi, & misi in ignem, & exijt uitulus hic. Compendio locutus est, non dicens quòd ipse formauerit ut exiret uitulus fusilis: An excusationis causa timendo mentitus est tanquā ipse in ignem periturum aurum proiecerit, atq; ipso non id agente forma uituli exierit? Quod ideo non est credendum hoc eum animo dixisse, quia nec latere Moysen posset quid esset in uiro cum quo deus loquebatur, & fratrem de mendacio non redarguit.

Quomodo Aaron dicatur populum dissipasse, cum ipsi petierint. Quæstio. CXLV.

ET cum uidisset Moyses populum, quia dissipatus Exod. 32
est, dissipauit enim eos Aaron ut in gaudium uenirent aduersarijs suis. Notandum est quemadmodum illud totum malum quòd populus fœcit, ipsi Aaron tribuatur, quòd eis consenserit ad faciendum quòd male petiuerant. Magis enim dictum est: Dissipauit eos Aaron, quoniam cessit eis, quàm dissipauerunt se ipsi qui tantum malum flagitauerunt.

Quo pacto Moyses dixerit: Dimitte populo, aut dele me de libro tuo quem scripsisti &c. Quæstio. CXLVII.

CVm Moyses dicit ad deū. Præcor peccauit popu- Exod. 32
lus iste peccatum magnum & fecerunt sibi deos aureos, & nunc siquidem remitttis illis pecatum illorū, remitte, sinautem, dele me de libro tuo quem scripsisti. Securus quidem hoc dixit, ut in cōsequentib us ratiocinatio concludatur, id est, ut quia deus Moysen nō deleret de libro suo, populo peccatum illud remitteret. Verumtamē aduertendum est quantum malum in illo peccato perspexerit Moyses, quòd tanta cæde crediderit expiandum qui eos sic diligebat, ut pro eis illa uerba deo funderet.

Cur nulla uindicta in Aaron processerit, cum tamen dictus sit dissipasse populum, & facturam uituli fœcisse. Quæstio. CXLVIII.

MErito quæritur, cum superius populum dissipas- Exod. 32
se dictus sit Aaron, cur in ipsum uindicta nulla processerit, neque cū Moyses interfici iussit omnem qui Leuitis euntibus ad portam et redeuntibus occurrisset armatis, neque cum postea factum est quòd scriptura dicit: Et percussit dominus populum propter facturam uituli quem fœcit Aaron, Maxime quia & hic hoc idem repetendo inculcatum est. Non eim dictum est: Et percussit dominus populum propter facturam uituli quem fœcerunt, sed quem fœcit Aaron, & tamen non est percussus Aarō. Quid etiam illud quòd de sacerdotio eius ante peccatum eius deus præcipiebat impletum est, sed iussit et ipsum & filios ablui, & sic ordinati sunt in sacerdotio. Ita nouit ille cui parcat usq; ad cōmutationem in melius, & cui parcat ad tempus, quamuis eum præscierit in melius non mutari, & cui non parcat ut mutetur in melius, & cui non parcat ita ut uitæ mutationem eius expectet, & hoc totū ad id redit quòd Apostolus dicit exclamans: Quam inscrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles Roma. 11
uiæ eius.

Quomodo et quare irascendo dicat deus, Vade ascende hinc tu & populus tuus quem eduxisti de terra Aegypti: Et quomodo deus dixerit eidē Moysi: Sine me, & iratus conterram eos: An iubendo, an

petendo, cùm neutrum maiestati diuinæ conueniat, & quid nobis in hoc significetur. Quæstio. CXLIX.

Exod. 33 VAde & ascende hinc tu & populus tuus quem eduxisti de terra Aegypti. Deus iratus dicere uidetur, tu & populus tuus quem eduxisti de terra Aegypti: Alioquin dixisset, tu & populus meus quem eduxisti de terra Aegypti, sed illi quando idolum poposcerent ita locuti sunt. Moyses enim hic homo qui eduxit nos de terra Aegypti, non scimus quid factum sit ei, liberationem suam in hominem constituendo defecerant: Hoc eis modo replicatur cum dicitur: Tu & populus tuus quem eduxisti de terra Aegypti, quòd illis est criminis, et nõ Moysi. Non enim aliud uolebat Moyses nisi ut non in illo, sed in domino spem ponerent, & domini misericordia se cũ gratiarũ actione crederent ab illa seruitute liberatos, cuius tamen apud deum tanquam fidelissimi famuli tantum erat meritum per illius gratiam, ut ei diceret deus: Sine me, & iratus conteram eos. Quòd utrum iubentis sit cũ ait: Sine me, an quasi petentis sit, utrumq; uidetur absurdum: Nam etsi iubebat deus, inobedienter famulus nõ parebat, & deum hoc á seruo uelut pro beneficio petere non decebat, cum præsertim posset eos etiam illo nolente conterere. Ille itaq; ibi sensus in promptu est, quòd his uerbis significat deus plurimum apud se prodesse illi populo, quia sic ab illo uiro diligebantur, quem sic dominus diligebat, ut eo modo admoneremur, cum merita nostra nos grauassent ne diligamur á deo releuari nos apud eum illorum meritis posse quos deus diligit. Nam cum ab omnipotente dicitur homini: Sine me & conteram eos, quid aliud dicitur, quam contererem eos, nisi diligerentur abste? Ita ergo dictum est: Sine me, ac si diceretur, noli eos diligere & conteram eos, quia ne id faciam dilectio tua in illos intercedit mihi. Obtemperandum autem esset domino dicenti, noli eos diligere, si hoc iubendo dixisset, & nõ potius admonendo & exprimendo quid illum ab eorum supplicio reuocaret, nec tamen etiam illo intercedente sine flagello disciplinæ populum dereliquit. Nescio quo enim modo ut sic eos diligeret ipse Moyses deus illos occultius diligebat, qui manifesta uoce terrebat.

Quomodo dominus quasi per apostrophen conuertens sermonem ad populum plus misericordię in angelo qui populum ducat, q̃ in se esse significet. Quæstio. CL.

Exod. 33 VBi dicit deus ad Moysen: Vade & ascende hinc tu & populus tuus, quem eduxisti de terra Aegypti in terram quam iurauí Abraham Isaac & Iacob dicens: Semini uestro dabo eam, continuo tanquam ad ipsum Moysen adhuc loquatur occulta conuersione, quæ græce ἀποστροφὴ dicitur, iam ad ipsum populũ loquitur dicens: Et simul mittam angelũ meũ ante te & eijciet Chananæum & Amorræũ & Aethæum & Pherezæum & Gergeseum & Euæum & Hiebuseum, & introducet te in terram fluentem lac & mel. Non enim ascendam tecum, quia populus dura ceruice es, ut non deleam te in uia. Magna Sacramenti & mira profunditas, tanquam misericordiam maiorẽ posset angelus habere quàm deus, qui populo duræ ceruicis parceret, cui deus si cũ illis esset ipse non parceret, et tamẽ etiam per angelũ suum se quodamodo ab eis absente qui nusq̃ esse absens potest, implere se dicit quòd patribus eorum iurauit, tanquam & hic ostendẽs hoc se ideo facere, quia illis patribus iustis promisit, non quod isti digni essent. Quid ergo significat, nisi fortè ideo se non esse cum eis, quia dura ceruice sunt, quia non eum propitium sed salubrem, nisi humilitas & pietas capit. Esse autem deum cum duræ ceruicis hominibus nihil est aliud quam uindicando adesse atq; puniendo. Vnde cũ eo modo malis non adest parcendo, facit quòd pertinet ad illud quòd dicitur: Auerte faciem tuam a peccatis meis, quia nisi auertit, aduertit. Sicut enim fluit cæra á facie ignis, sic pereant peccatores á facie dei. Psalm. 50 Psalm. 67

Quomodo Moyses uolens manifeste seu scienter uidere deum, duplicem se habere dilectionem significet &c̃. Quæstio. CLI.

ET dixit Moyses ad dominum: Ecce tu mihi dicis: Deduc populum hunc, tu autem non demonstrasti mihi quem simul mittas mecum. Tu autem dixisti mihi, scio te præ omnibus, & gratiam habes apud me. Si ergo inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi temet ipsum manifeste ut uideam te, ut sim inueniens gratiam ante te, & ut sciam, quia populus tuus est gens hæc. Quòd habet græcus γνωσῶ, hoc quidam latini interpretati sunt manifestr, cum scriptura nõ dixerit φανερῶς. Potuit ergo fortasse potius dici: Si inueni gratiã in conspectu tuo, ostende mihi temetipsum ut scienter uideam te, quibus uerbis satis ostendit Moyses, quòd non ita uidebat deum in illa tanta familiaritate conspectus, ut desiderabat uidere, quoniam illæ omnes uisiones dei quæcunq; mortalium præbebantur aspectibus, & ex quibus fiebat sonus quo mortalis attingeret auditus, sic exhibebantur assumpta, sicut deus uolebat specie qua uolebat, ut non in eis ipsa ullo sensu corporis sentiretur diuina natura, quæ inuisibilis ubiq; tota est, et nullo continetur loco. Et quia in omnibus præceptis hoc est dilectionis dei & proximi tota lex pendet, ideo Moyses in utroq; suum desiderium demonstrabat: In dilectione. s. dei, ubi ait: Si inueni gratiã in conspectu tuo, ostende mihi temetipsum manifeste ut uideam te, ut sim inueniens gratiã in conspectu tuo: In dilectione autem proximi ubi ait, & ut sciam quia populus tuus est gens hæc. Exod. 33 Matth. 22

Quid sit qd̃ dicit deus: Quoniã scio te præ omnibus ex nomine. Quæstio. CLII.

QVid est quòd dicit deus ad Moysen, quoniam scio te præ omnibus. Nunquid ergo deus nouit plus aliqua & aliqua minus? An secundum quòd Exod. 33 Matth. 25

quòd dicitur quibusdam in Euangelio: Non noui uos. Secundum hanc enim scientiã qua deus dicitur scire quæ illi placent, nescire quæ displicent, non quia ignorat ea, sed quia non approbat, sicut ars recte dicitur nescire uitia cum improbat uitia: Præ omnibus deus Moysen sciebat, quia deo præ omnibus Moyses placebat.

Quomodo dicat Moyses dixisse deum: Scio te pręomnibus, priusq; hoc alicubi legatur. Quæstio. CLIII.

Exod. 33 NOtandũ est, quòd prius ipse Moyses dixerat deo, Dixisti mihi: Scio te præ omnibus, qđ illi deus postea hoc ipse dixit legitur dixisse, ante aũt nõ legitur, ut intelligãus ante õnia esse scripta quæ cũ illo deus locutus est, sed diligentius inquirendum est in prioribus scripturæ partibus, an uero ita sit.

Quid significationis habeant illa uerba: Ego uocabo nomine domini, uel nomen domini, non enim scriptũ est, uocabor &c. Quæstio. CLIIII.

Exod. 33 CVm aũt dixisset Moyses ad dominũ: Ostende mihi gloriam tuam, respõdit ei dominus: Ego transibo ante te in gloria mea, & uocabo nomine domini in conspectu tuo, & miserebor cui misertus ero, et misericordiã præstabo, cui misericordiam præstitero: Cum pauloante dixisset ipse: Antecedã te & requiem tibi dabo. Quòd Moyses sic uidetur accepisse, antecedam te, tanq; non ei populo qui præsens in itinere futurus esset, & ideo ait: Si non tuipse simul ueneris nobiscum, ne me ducas hinc etc. Deus aũt neq; ei hoc negauit dicens: Et hoc tibi uerbum quòd dixisti faciam: Quomodo ergo cũ dixisset ei Moy-
Ioh. 13. ses: Ostende mihi gloriã, rursus tanq; præcessurus & nõ cũ eis simul futurus uidetur dicere: Ergo trãsibo ante te, nisi quia hoc aliud est? Ille quippe intelligatur loqui & dicere: Transibo ante te, de quo dicit Euangeliũ: Cũ uenisset hora ut transiret Iesus de hoc mundo ad patrẽ, qui transitus etiã pascha interpretari perhibetur. Hæc itaq; magna omnõ prophetia est: Ipse enim añ omnes sctos transijt ad patrẽ de hoc sæculo parare illis mansiones regni cœlorum, quas dabit eis in resurrectione mortuorũ, quoniã transiturus ante omnes primogenitus à mortuis factus est. Gratiã uero suã in eoipso ualde cõmendat cum dicit: Et uocabo nomine domini in conspectu tuo tanq; in cõspectu populi Israël, cuius Moyses cũ hæc audiret typũ gerebat. In conspectu enim gentis ipsius ubiq; dispersæ uocatur dominus Christus in omnibus gentibus. Vocabo aũt dixit, non uocabor, actiuũ pro passiuo ponens genere locucionis inusitato, in quo nimirũ magnus sensus latet. Sic enĩ fortasse significare uoluit seipsũ hoc facere, id est, gratia sua fieri ut uocetur dñs in omnibus gẽtibus. Quòd uero addidit: Et miserebor cui misertus ero, et misericordiã præstabo cui misericordiã præstitero, ibi plane expressus ostẽdit uocationẽ qua nos uocauit ĩ suũ regnũ & gloriã, nõ p meritis nostris, sed p misericordia sua. Quoniã cũ se gẽtes introducturũ pollicebatur dicẽs: Vocabo nomine domini in cõspectu tuo, cõmendauit se hoc misericorditer facere, sicut Apostolus dicit: Dico enim Christũ minis-
Roma. 15 trũ fuisse circuncisiõis propter ueritatẽ dei, ad cõfirmãdas promissiões patrũ, gẽtes aũt super misericordia glorificare deũ. Hoc ergo prædictũ est: Miserebor cui misertus ero, & misericordiã præstabo cui miã, præstitero, quibus uerbis ꝓhibuit hõinẽ uelut de ꝓpriarũ uirtutũ meritis gloriari, ut qui gloriatur, in domino glorietur. Non
2. Cor. 10 enim ait, miserebor talibus uel talibus, sed cui misericors fuero, ut neminẽ præcedentibus bonis opibus suis misericordiam tantæ uocationis meruisse se demonstraret. Et-
Rom. 5. enim Christus pro impijs mortuus est. Sed utrũ hoc idẽ repetere uoluerit, cũ addidit, misericordiã præstabo cui misericordiã præstitero, uel sicut alij interpretati sunt, cui misericors fuero, an aliquid interfit, nescio. Quòd enĩ græca lingua duobus uerbis dictum est ἐλέησω, & οἰκτιρήσω, quòd unum atq; idẽ uidetur significare, nõ potuit latinus diuersis uerbis dicere, sed diuersis modis eandẽ misericordã repetiuit. Si aũt diceretur, miserebor cui misereor, aut miserebor cui misertus ero, nõ satis cõmode dici uideretur, et tamẽ fortius ille ipse ibi sensus est, quòd autipsius misericordiæ suæ firmitatẽ deus ista repetitiõe mõstrauit, sicut, Amẽ amẽ, sicut, fiat fiat, sicut repetitio somnij Pharaõis, pluraq; similia aut ĩ utrisq; populis, id est, gẽtibus & Hebræis hoc mõ deus prænũciauit misericordiã se esse facturũ. Quòd Apostolus ita dicit: Sicut
Roma. 11 enĩ uos aliquãdo nõ credidistis deo, nũc aũt misericordiã cõsecuti estis ĩ illorũ incredulitate, sic & ipsi nũc q nõ crediderũt ĩ uestra misericordia, ut & ipsi misericordiã cõsequũtur. Cõclusit enĩ deus oẽs ĩ incredulitate ut õniũ misereatur. Deinde post hãc suæ misericordiæ cõmẽdationẽ respõdet ad illud quòd ei dictũ fuerat: Ostende mihi gloriam tuã, uel quòd supra petiuerat Moyses dicens: Ostende mihi temetipsum manifeste ut uideam te: Non poteris inquit uidere faciem meã: Nõ enim uidebit homo faciem meã & uiuet, ostendens huic uitæ quæ agitur in sensibus mortalibus corruptibilis carnis, deum sicuti est apparere non posse, id est, sicuti est uideri in illa uita potest, ubi ut uiuatur huic uitæ moriendum est. Item interposito articulo dicente scriptura, & ait dominus, sequitur & loquitur: Ecce locus penes me, quis enim locus, non penes deum est, qui nusq; est absens? Sed ecclesiam sig-
Matth. 16 nificat dicendo: Ecce locus penes me, tanq; templum suũ cõmendans. Et stabis inquit super petram, quia super hãc petram, ait dominus, ædificabo ecclesiã meã, statim ut trãsiet gloria mea, id est statim ut transiet gloria mea stabis supra petram, quia post transitũ Christi, id est, post passionem & resurrectionẽ Christi, stetit populus fidelis supra petrã. Et ponã te inquit in cauerna petræ, munimẽ firmissimũ significat. Alij autem interpretati sunt, in spelunca petræ, sed græcus habet ἄντρῳ hoc enim foramen uel cauernã rectius interpretamur. Et tegam manũ meã super te donec transeam. & auferam manum meam &

tunc uidebis posteriora mea, facies aũt mea non uidebitur tibi. Cum iam dixisset, stabis super petram statim ut transiet gloria mea, ubi intelligitur post transitũ suum promisisse super petram stabilitatem, quomodo accipiendum est quòd ait, ponam te in cauernam petræ, & tegam manum meam super te donec &c. quasi iam illo in petra cõstituto tegat manũ suam super eum, & deinde transeat, cũ esse in petra non posit nisi post eius transitum. Sed recapitulatio intelligenda est rei prætermissæ, quali solet uti scriptura in multis locis. Postea quippe dixit quòd ordine temporis prius est. Qui ordo ita se habet: Tegam manũ meã super te donec transeã, & tunc uidebis posteriora mea, nam facies mea non uidebitur tibi, & stabis super petram statim ut transiet gloria mea, & ponam te in cauerna petræ. Hoc enim factum est in eis quos tunc significabat persona Moysi, id est, Israëlitis, qui in dominũ Iesum sicut actus Apostolorum indicant, postea crediderunt, id
Acto. 2. est, statim ut transiet eius gloria. Nam postea q̃ resurrexit á mortuis, & ascendit in cœlum, misso de cœlo spiritu sancto, cum linguis omnium gentium loquerentur Apostoli, compuncti sunt corde multi ex eis qui crucifixerant Christum, quem si cognouissent, nunq̃ dominũ gloriæ crucifixissent, cæcitas ex parte Israël facta est, sicut
1. Corin. 2 Roma. 11
Psalm. 31. dictum fuerat, tegam manum meam super te donec transeam. Vnde psalmus, dicit: Quoniã die ac nocte grauata est super me manus tua, diem appellans, quando Christus diuina miracula faciebat, noctem, quando sicut homo moriebatur, quando & illi tubauerunt qui in die crediderant. Hoc est ergo cum transiero, tunc uidebis posteriora mea, cũ transiero de hoc mundo ad patrem posterius in me credituri sunt, quorũ typũgeris. Tunc etenim cõpuncti corde dixerunt: Quid faciemus? Et iussi sunt ab Apo
Actu. 2. stolis agere pœnitẽtiã & Baptizari in nomine Iesu Christi, ut dimitterentur illis peccata eorum. Quòd in Psalmo illo sequitur, cum dictum esset, die ac nocte grauata
1. Corin. 2 est super me manus tua, id est, ut cognoscerem: Si enim cognouissent, nunq̃ dominum gloriæ crucifixissent, sequitur & iungit: Conuersus sum in ærumna mea dum configitur spina, id est, cum essem corde compunctus. Deinde addidit: Peccatũ meũ cognoui & facinus meum non operui, postq̃ uiderunt quanto scelere Christum crucifixerint. Et quia receperunt consilium ut agerent pœnitentiam & in Baptismo remissionem acciperent peccatorum: Dixi inquit pronunciabo aduersum me delictum meum domino, et tu remisisti impietatem cordis mei. Hãc autem prophetiam potius fuisse quam locutus est dominus ad Moysen, satis res ipsa indicat, quandoquidem de petra uel cauerna eius, & de manu eius suppositione, de uisione posteriorum eius nihil postea uisibili opere subsecutum legitur. Mox enim adiungit interposito articulo scriptura: Et dixit dominus ad Moysen, cum ipse dominus utiq; etiam illa quæ supra sunt loqueretur atq; inde contexit quid deinceps dominus dicat: Excide tibi duas tabulas lapideas sicut & primas &c.

Quid est q̃ dictum est de domino: Et reũ non purificabit, secundum aliam literam. Quæstio. CLV.

Exod. 34

QVid est quòd dictum est de domino: Et reum non purificabit, nisi non eum dicet innocentẽ.

Quomodo deus loquens Moysi de populo Israël, dicit: Populus tuus &c̃. Quæstio. CLVI.

Exod. 34

DEus in monte duas rursus lapideas tabulas conscripturo dicit Moysi inter cætera: Coram omni populo tuo faciam glorioſa: Nondũ dignatur dicere, corã omni populo meo. An ita dixit populo tuo, quemodo cuilibet homini eiusdem populi diceretur, ex quo populo es? Quomodo ciuitati tuæ dicimus, non cui dominaris, uel quam constituisti, sed unde ciuis es. Sic enim & paulo post dicit. Omnis populus in quibus es. Alio modo quid dictum est, nisi populus tuus? Quòd autem non dixit in quo es, consuetudo locutionis est.

Quid sit q̃ dicitur ad Moysen: Attende ibi ne quando ponas testamentum &c̃. Quæstio. CLVII.

Exod. 34

QVid est quòd dicitur ad Moysen: Attende ibi nequando ponas Testamentum his qui sedent super terram. Non enim habet græcus, ne quando ponas, sed ne quando ponat. An forte de populo ei dicere uoluit cuius ipse ductor fuit? Sed non ipse introduxit populum in eam terram ubi prohibet poni testamẽtum cum eis qui in illa habitabant. Mirum itaq; locutionis genus est, & adhuc inexpertum, uel non animaduersum, si tamen locutio est, ac non sensus aliquis.

Quomodo deus zelator dicatur. Quæstio. CLVIII.

Exod. 34

CVm præciperet deus loquens ad Moysen, ut data terra in potestate, omnis idolatria euerteretur, nec adorarentur dij alieni, ait: Dominus enim deus Zelans, nomen deus Zelator est, id est, ipsum nomen quòd dominus deus dicitur, Zelans est, quia deus Zelator est. Quod nõ humanæ perturbationis uitio facit deus, semp atq; omnimodo incõmutabilis atq; trãquillus, sed hoc uerbo indicat non impune plæbem suam per alienos deos fornicaturam. Ductum est enim uerbũ á tropo metaphora á Zelo maritali, quòd castitatem custodit uxoris, quòd nobis prodest, nõ deo. Quis enim tali genere fornicationis deo nocuerit, sed sibi plurimũ ut pereat? Quòd deus prohibet terrore grauissimo Zelantẽ se appellãs. Cui dicitur in Psalmo: Perdidisti omnem qui fornicatur abs te, mihi autem adhærere deo bonum est. Deniq; sequitur: Ne fortè ponas testamentum his qui sedent super terram & fornicentur post deos eorum.
Psalm. 72

Quid sit q̃ dicitur: Non uideberis in conspectu meo inanis. Quæstio. CLIX.

Quòd ait:

Exod. 34 QVòd ait: Nõ uideberis in cõſpectu meo inanis, ſicut indicant circũſtantia, de quibus loquitur in cõſpectu tuo dicit dominus in tabernaculo ſuo, hoc eſt aũt non ibi uideberis inanis, nũq̃ intrabis ſine aliquo munere. Quòd ſpiritaliter intellectum magnũ ſacramentũ eſt. Verũ hæc dicebantur in umbris ſignificationum.

Quid ſit qđ dicit de Sabbato loquens: Satione & meſſe requieſces. Quæſt. CLX.

Exod. 34 CVm de Sabbato præcepiſſet, quid eſt quòd addidit: De ſatione & meſſe requieſces: Videtur enim dicere, tẽpore ſationis & meſſis. An forte ita obſeruandũ requiem Sabbati præcepit, ut nec illa tẽpora habeant excuſationem quæ agricolis ualde ſunt neceſſaria propter uictum atq; uitam? Iuſſum eſt ergo ut etiam tempore ſationis & meſſis quando multũ urget operatio, requieſcatur in Sabbato, ac ſic p hæc tẽpora quæ opus plurimũ flagitãt, ſignificatũ eſt omni tẽpore, Sabbato debere ceſſari.

Quid ſit: Non concupiſcet quiſq̃ de terra tua cum aſcendes uideri in conſpectu dei. Quæſtio. CLXI.

Exod. 34 QVòd dixit: Nõ concupiſcet quisq̃ de terra tua cum aſcendes uideri in cõſpectu dei tui per tria tẽpora anni, hoc uult intelligi ut ſecurus quisque aſcenderet, nec de terra ſua ſollicitus eſſet deo promittente cuſtodiam, quòd nemo inde aliquid concupiſceret, propter illum qui aſcendit nec ſuam inde timeret abſentiam. Et hic ſatis oſtendit quid ſupra dixerit, non apparebis in cõſpectu domini dei tui inanis, quia in illo loco dixit, ubi tabernaculũ uel templũ deus fuerat habitaturus.

Quid ſit, Non occides ſuper fermentũ ſanguinem immolatorum meorum. Quæſtio. CLXII.

Exod. 34 QVid eſt quòd ait: Non occides ſuper fermentum ſanguinem immolatorum meorũ. An illa hoc loco dicit immolata ſuæ que per Paſcha occiduntur, & præcepit ne tunc ſit in domo fermentum, quoniã dies ſunt azimorum?

Quid illud: Nõ dormiet in mane immolatio ſolẽnitatis Paſchę. Quæſtio. CLXIII.

Exod. 34 QVid eſt quòd ait: Et non dormiet in mane immolatio ſolẽnitatis Paſchæ, niſi quòd ſuperius aperte præcepit ne aliquid ex pecore quòd immolatur carniũ relinquatur in mane. Sed locutio fœcit obſcuritatem, dormiet enim dixit pro manebit.

Quõ illud: Non coques agnũ in lacte matris ſuæ, de quo etiam prius diſquiſitum eſt. Quæſtio. CLXIIII.

Exod. 34 NOn coques agnũ in lacte matris ſuæ. Ecce dixit iterũ, quòd quemadmodũ intelligi poſſit ignoro. Magna tamen eſt de Chriſto prophetia, & ſi fieri ad literã poſſit, quanto magis ſi nõ poteſt. In ſermonibus enim dei nõ ſunt ad proprietatem operũ omnia reuocãda, ſicut nec illud de petra & cauerna eius & manus ſuppoſitione. Sed plane de fide narrationis hoc exigendũ eſt, ut quæ dicit facta eſſe, uere facta ſint, & quæ dicit dicta eſſe, uere dicta ſint. Quòd exigitur etiam à narratoribus Euangelij: Cum enim Chriſtum narrent quædam dixiſſe quæ in parabolis dixit, tamen hæc eum dixiſſe non parabolica, ſed Hiſtorica narratio eſt.

Quõ Moyſes ſignificatur ieiunaſſe iterũ quadraginta dies. Quæſtio. CLXV.

Exod. 34 ET erat ibi Moyſes in conſpectu domini quadraginta diebus & quadraginta noctibus, panem nõ manducauit & aquam non bibit. Quòd & ante dixerat quando tabulas accæpit quas frægit, hoc etiã modo repetit, nõ recapitulando quòd factum eſt, ſed iterũ factum eſſe commendans. Repetitio quippe legis iam quid ſignificet diximus. Quòd aũt ait, panem non manducauit, & aquam nõ bibit, intelligitur, ieiunauit, à parte totum, id eſt, nomine panis omnẽ cibũ, & nomine aquæ omnẽ potum ſignificante ſcriptura.

Quomodo dicatur Moyſes ſcripſiſſe decem uerba legis, cum prius deus dictuſ ſit illud fœciſſe. Quæ. CLXVI.

Exod. 34 ET ſcripſit in tabulis teſtamenti decem uerba. De Moyſe dictum eſt quòd ipſe ſcripſerit, cui etiam deus pauloante dixerat: Scribe tibi uerba hæc. Cũ uero primũ legem accæpit, cuius tabulas abiecit & frægit, nec ipſe excidiſſe dictus eſt tabulas lapideas, et modo dictũ eſt: Excide tibi duas tabulas lapideas, nec ei dictũ eſt ut ſcriberet, ſicut ei mõ dicitur, nec eas ipſe ſcripſiſſe narratur, ſicut modo narrat ſcriptura, & dicit: Scripſit in tabulis Exo. 31
teſtamẽti decẽ uerba, ſed tũc dictũ eſt: Et dedit Moyſi ſtatim ut ceſſauit loqui ad eũ in monte Sina duas tabulas teſtimonij tabulas lapideas ſcriptas digito dei. Deinde paulopoſt: Cõuerſus inquit Moyſes deſcẽdit de monte, & duæ Exo. 22
tabulæ teſtimonij i manu eius, tabulæ lapideæ ſcriptæ ex utraque parte earũ, hinc atq; hinc erãt ſcriptæ, et tabulæ opus dei erant, & ſcriptura, ſcriptura dei & ſculpta in tabulis. Proinde magna oritur quæſtio quomodo illæ tabulæ, quas erat Moyſes deo utiq; præſciente facturus, non hominis opus dicantur eſſe, ſed dei, nec ab homine ſcriptæ, ſed ſcriptæ digito dei. Poſteriores uero tabulæ tamdiu manſuræ & in tabernaculo ac templo dei futuræ iubente quidẽ deo, tã ab homine exciſæ ſint, quã ab homine ſcriptæ. An forte in illis prioribus gratia dei ſignificabatur, nõ hominis opus, qua gratia indigni facti ſunt reuertẽtes corde in Aegyptum et facientes idolũ, unde illo benefitio priuati ſunt, & propterea Moyſes tabulas frægit, iſtis uero tabulis poſterioribus ſignificati ſunt qui de ſuis operibus gloriãtur. Vnde dicitur Apoſtolus: Ignorantes dei Roma. 10
iuſticiam & ſuam uolentes cõſtituere, iuſticiæ dei nõ ſunt ſubiecti, & ideo tabulæ humano opere exculptæ, et humano opere cõſcriptæ, datæ ſunt, quæ cũ ipſis manerent ad eos ſignificandos de ſuis operibus gloriaturos nõ de digito dei, hoc eſt de ſpiritu dei. Certe ergo repetitio legis nouũ teſtamentũ ſignificat, illud aũt uetus ſignificabat, unde confractũ et abolitũ eſt, maxime, quoniã cũ ſecũdo

lex datur, nullo terrore datur, sicut illa in tanto strepitu ignium, nubium & tubarum, unde tremefactus populus
Exod. 20. dixit: Non loquatur deus ad nos ne moriamur, unde significatur timor esse in ueteri testamento, in nouo dilectio. Quõ igitur hic soluitur quæstio, quare illæ opus dei, istæ opus hominis, & illæ cõscriptæ digito dei, Istæ scriptæ ab homine? An forte, ideo magis ĩ illis prioribus uetus significatũ est testamẽtum, quia deus ibi præcepit, sed homo non fœcit? Lex enim posita est in ueteri testamento quæ conuinceret transgressores quæ subintrauit ut abũ
Rom. 5. daret delictum. Nõ enim implebatur timore, quæ non impletur nisi Charitate. Et ideo dicitur opus dei, quia deus legem cõstituit, deus cõscripsit, nullum opus hominis, quia homo deo non obtemperauit, & eum potius reum lex fœcit. In secundis aũt tabulis homo per adiutorium dei tabulas fœcit atq; conscripsit, quia noui testamenti Charitas
Matth. 15 Roma. 13 Gala. 5 legem fœcit. Vnde dicit dominus: Non ueni legem soluere, sed adimplere. Dicit autem Apostolus: Plenitudo legis Charitas: Et fides quæ per dilectionem operatur. Factum est itaq; homini facile in nouo testamento quod in uetere difficile fuit, habenti fidem quæ per dilectionem operatur, atq; illo digito dei, hoc est spiritum dei intus eam
2. Corin. 3. in corde scribente, non foris in lapide. Vnde dicit Apostolus: Non in tabulis lapideis sed in tabulis cordis carnalibus, quoniam Charitas dei qua ueraciter impletur præceptum, diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctũ
Roma. 5. qui datus est nobis. Hoc est ergo, prima data est lex ubi significatur uetus testamentũ, quòd est opus tantũmodo dei & conscriptio digito dei. Quòd Apostolus dicit:
Roma. 7 itaq; lex quidem sancta & mandatũ sanctum & iustum & bonum. Lex ergo sancta & bona, dei opus est, ubi homo nihil agit, quia nõ obtemperat sed reatu potius premitur lege minante atq; damnãte. Peccatum enim inquit ut appareat peccatum per bonum opatum est mihi mortem. Beatus autem homo est cũ hoc mandatũ sanctum & iustũ & bonũ facit, hoc etiã opus eius, sed p gratiã dei.

Quomodo et quare ambigue dicatur, hęc uerba quæ dixit dominus facere ea &c̃. Quæstio. CLXVII.

Exod. 34 MOyses ad filios Israël postraq; de monte descendit habens alias tabulas legis circumpositio sibi uelamine propter gloriã uultus eius, q̃ filij Israël non poterant intueri. Hæc inquit uerba quæ dixit dominus facere ea, ambigue positum est, utrum ea facere, ipse dominus, an illi, sed utiq; manifestũ est, quòd illi, iussit quippe ille quæ fierent. Sed forte ideo sic positum est, ut ex utroq; accipiatur, quia & dominus facit cum facientes adiuuat, secundum illud Apostoli. In timore & tremore
Philipp. 2 uestram ipsorum salutem operamini, deus enim est qui operatur in uobis & uelle & operari p bona uoluntate.

Quid sit: Omnis offerens dẽptionem. Quæstio. CLXVIII.

Exod, 35 OMnis offerens demptionẽ, argentũ & æs attulerunt demptionẽ domino, tanq; diceret: Omnis qui attuit, attulit illud, atq; illud inter cætera quæ dicebat, et argentũ, & æs cõmemorans. Demptionem sane interpretati sunt latini, quòd græcus habet ἄφεσιμον. Appellata est aũt dẽptio, eo quòd sibi demeret qui domino offerret.

Quomodo Beseleel iterum dicatur spiritu diuino plenus, & quæ sit Architectonica. Quæstio. CLXIX.

Exo. 35 NArrante Moyse cõmemoratum est quòd ei dixit deus de Beseleel eisdem uerbis ac totidem, quòd eũ impleuerit spiritu diuino sapientiæ & intellectus & scientiæ ad tabernaculi opera facienda, quæ pertinent ad artes opificum: Vnde quid nobis uideretur iã diximus. Sed ideo nũc hoc idem cõmemorandũ putaui, quia nõ frustra eisdem omnĩo uerbis repetitũ est, quibus antea Moysi à domino fuerat intimatũ. Sane nouo more hæc ars Architectonica perhibetur opificũ ex auro & argento & quocunq; metallo, cũ illa dici soleat Architectonica quæ pertinet ad fabricas ædificiorum.

Quomodo multi ædificandi peritia donati fuisse significentur. Quæstio. CLXX.

Exod. 36 ET omnes qui sponte uellent ire ad opera ut consummarent ea, & acceperunt à Moyse omnes demptum æs. In noticiam tantũ Moyses pertulit quæ dominus opera fieri præcepit, tabernaculũ. s. cum omnibus quæ in eo essent & uestes sacerdotales. Cõmemorauit autem quosdam quibus dixit spiritũ diuinitus datum, quòd illæ efficere possent & tamen multi intelligunt sponte ad eadem opera uenisse quibus nec imperatum est, nec eorum nomina cõmemorata sunt à domino dicta Moysi. Nõ ergo illi soli hoc munus diuinitus habuerunt qui nomĩatim cõmemorantur, sed fortasse præcipue atq; excellentius. Laudandus est aũt in his omnibus nõ attractus ad opus seruiliter animus, sed liberaliter & sponte deuotus.

Quomodo signanda sit iusticia Architectorum, qui plus offerri q̃ opus esset prohibuerũt. Quæstio. CLXXI.

Exod. 36 NOtandum quòd illi qui sapientes appellantur effectores operũ sancti etiam moribus tales erant, ut cum ipsi susciperent omnia quæ populus offerebat, existimans necessaria ex quibus illa omnia complerentur, uiderunt plus offerri q̃ erat necesse, & dixerunt Moysi, atq; ille per præconem ultra populum offerre prohibuit. Poterant autem si uellent multa auferre, sed modestia prohibuit, uel religio terruit.

Quomodo Moyses postq̃ descenderat de monte cum decem præceptis, tantum loquitur de Sabbato. Quæstio. CLXXII.

Exod. 35 POstraq̃ descendit Moyses de monte, opera cõmendãtur tabernaculi construendi & uestis sacerdotalis, de quibus faciendis anteq̃ aliud præciperet, locutus est ad populum de Sabbati obseruatione. Vbi non immerito mouet, cum decem uerba legis accepit in tabulis lapideis iterũ quas ipse excidit, ipse conscripsit, quare de Sabbato solo postraq̃ descendit populum admonuit? Si enim propterea decem præcepta legis superfluũ fuit ut populus iterum

rum audierit, cur & hoc non fuit superfluum ut de Sabbato audiret, cũ & hoc in eisdẽ præceptis decem legatur: An & hoc simile est uelamento quo faciem obtexit, quia splendorem uultus eius filij Israël non poterant intueri? Nam ex decem præceptis hoc solum populo præcepit, Quod figurate ibi dictum est: Alia quippe nouem sicut præcepta sunt, etiam in nouo testamento obseruanda minime dubitamus. Illud autem unum de sabbato usq; adeo figurata diei septimi obseruatione apud Israëlitas uelatum fuit, & in mysterio præceptum fuit, & quodam sacramento figurabatur, ut hodie à nobis non obseruetur, sed solum quod significabatn itueamur: In illa autem requie ubi opera seruilia iubentur cessare magna est altitudo gratiæ dei. Tunc enim fiunt cũ requie opera bona, cum fides per dilectionem operatur, timor autem tormentum habet, & in tormento quæ requies? Vnde timor non est in charitate, charitas autem diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, ideo sabbatum requies sancta domino dicitur, dei scilicet gratiæ tribuenda, non nobis uelut ex nobis: Alioquin nostra opera sic erunt, ut sint humana, aut cum peccato, aut cum timore, non cum dilectione, & ideo seruilia sine requie: Plenitudo autem sabbati erit in requie sempiterna. Non enim frustra institutum est & sabbatum sabbatorum. Superius quando prius locutus est deus de tabernaculo ungendo, dixit eadem unctione sanctificari illa omnia & fieri sancta sanctorum: Altare autem holocaustomatum eadem unctione sanctificatum, dixit sanctũ sancti, & hoc interesse uidebatur quòd nihil eorum dixisset sanctum sanctorum, nisi quòd tantum uelo separabatur à sancto, id est, ubi erat arca testamenti & altare incensi. Nunc autem cum eadem repeteret, dixit de tabernaculo uncto & his quæ in illo essent quòd eadem unctione sanctificarentur & fierent sancta, illud autem altare holocaustomatum, de quo prius dixerat quod fieret sanctũ sancti, eadem unctione nunc dixit fieri sanctũ sanctorũ. Vnde datur intelligi tantundem ualere quod dictum fuerat sanctum sancti, quantum ualet quod dictum est, sanctum sanctorum, ac per hoc & illa omnia uncta, id est, totum tabernaculum & quæcunq; in eo essent, quæ prius appellauerat sancta sanctorum, tantundem ualere quod nunc ait sancta, nec unumquodq; eorum dici tantũmodo post istam unctionem sanctum sancti, uerumetiam sanctum sanctorum, sicut altare holocaustomatum, ut iam nihil intersit, quantũ ad hanc appellationem attinet, inter illa quæ interius intra uelum fuerant, id est, ubi erat arca testimonij & cætera fŏris, nisi quod illa interius ita dicebantur sancta sanctorum uel sanctum sancti, ut etiam ante unctionem sic appellarentur, cætera uero unctione sanctificata sunt, ut hoc nomen acciperent. Quod ocio discutiendum est quid ista significent:

Gal. 5
1. Iohan. 4
Roma. 5

Quomodo dicatur q̃ Moyses extendit aulea supra tabernaculum, & quędam alia quæ concernunt tabernaculum. Quæstio. CLXXIII.

Exo. ultĩ.

CVm scriptura narraret quomodo Moyses constituerit tabernaculum: Extendit inquit aulea super tabernaculum non utiq; desuper tectum, sed cingens columnas, quia de columnis dixerat, quòd statuerit tabernaculum. Item cum dicit: Et super atrium in circuitu tabernaculi & altaris, manifestat altare holocaustomatum ad ostium tabernaculi fŏrinsecus fuisse ut atrio totum ambiretur, & altare esset infra atrium inter portam atrij & ostium tabernaculi. Notanda est quoq; res multum mirabilis, quòd nube descendente & implente tabernaculum, quæ tamen gloria domini dicitur, nõ poterat Moyses intrare tabernaculũ, qui in mõte Sina quã do legem primitus accœpit intrauit in nubem ubi erat deus. Proculdubio ergo aliam personam tunc figurabat aliam nunc. Et tunc eorum qui participes fiunt intimæ ueritatis dei, nunc autem Iudæorum, quibus gloria domini quæ in tabernaculo est, quod est gratia Christi, tãq̃ nubes opponitur nõ eam, intelligentibus, & ideo non intrauit in tabernaculum testimonij. Et hoc credendum est semel factum mox ut constitutum est tabernaculum, significationis huius causſa uel alicuius alterius: Neq; enĩ semper sic erat nubes sup tabernaculũ ut illuc Moses intrare nõ posset, quandoquidem non remouebatur, nisi cum eis hoc signum dabatur disiungendi, hoc est castra mouendi ex eo loco ubi erant, et accedendi quo nubes ducebat per diem, & flamma per noctem. Quæ duo uicissim super tabernaculum manebant, ubi castra posuissent nubes per diem flamma per noctem.

Exo. 40

Exo. 19.

Topographia Tabernaculi.

QVoniam liber qui exodus dicitur, in constitutione tabernaculi sumit terminum, de quo tabernaculo etiam per superiora eiusdem libri multa dicta fuerant quæ faciebant difficultatem intelligendi, sicut solet omnis τ πογξαφ ο, id est loci alicuius descriptio in omni historia facere, uisum est mihi de toto ipso tabernaculo separatim dicere, quo intelligatur si fieri potest, quale illud & quid fuerit, interim ad proprietatem narrationis inspecta, & in illud tempus dilata figurata significatione, neq; enim ibi aliquid fuisse putandum est qd' iubente deo cõstitueretur sine alicuius magnæ rei sacramento, cuius cognitio fidem fŏrmanq; pietatis ædificet. Iubet ergo deus Moysi facere tabernaculum decem auleorum de hiacyntho & purpura & cocco torto & bysso torta cherubin opere textoris αὐλαία quas græci appellant latini aulæa phibẽt, quas cortinas uulgo uocãt. Nõ ergo decẽ atria fieri iussit, sicut quidã negligẽtes interpretati sunt: Nõ enĩ aulas, sed aulæas dixit. Opere ergo textili hcerubin iussit in auleis fieri, quorũ auleorũ longitudinem esse præcepit cubitorum uigintiocto, & latitudinem cubitorum quattuor. Cohærere autem inuicem aulea & coniũgi inter se quinq; hinc, & qnq; inde, ut spacium

ut ſpaciũ quod eis cingeretur, hoc eſſet tabernaculi ſpacium. Quomodo autem inter ſe connecterentur eadem quina aulea ita præcepit: Facies illis inquit anſas hiacynthinas, ora ſumma aulei unius ex una parte in commiſſuram, & ſic facies ſummam ad commiſſuram ſecundam, id eſt ubi committitur auleum auleo, tertium ſcilicet ſecundo, quod ſecundum iam cum primo commiſſum eſt, id eſt, coniunctum atq; connexum, faciem contra faciem conſiſtentia ex aduerſo ſingula, quoniam inter ſe iuſſit ea coniungi, ut ex aduerſo conſtituerentur. Vtrum autem quadrum ſpacium his concluderetur, an rotundum, nondum apparet, ſed apparebit cum de columnis cœperit dicere, quibus protenduntur aulea. Non ergo amplius quàm de trium cõnexione dicere uoluit, quæ fit in duabus commiſſuris, ſecundi ad primum, & tertij ad ſecundum, ut ex hac ueluti regula cætera iungerentur. Anſas ergo præcepit fieri primo auleo quinquaginta ex una parte qua illi fuerat committendum ſecundum & anſas quinquaginta tertio auleo ex ea parte qua ſecundo coniungebatur, ipſum autem ſecundum, id eſt, inter utraſq; anſas quinquagenas medium circulos habere uoluit quinquaginta aureos, utiq; ex una parte per quos coniungeretur quinqaginta anſis aulei primi, ac per hoc conſequens erat ut ex alia quoq; parte circulos totidem haberet, per quos coniungeretur anſis aulei tertij. Quod breuiter ſcriptura ita dixit: Et facies circulos quinquaginta aureos, & coniunges auleum ad auleum circulis, & erit tabernaculum unum. Circuli ergo quinquaginta aurei ſecundi aulei inſerebantur, quinquaginta anſis tertij aulei, & deinceps ita cætera connectebantur, ut quinq; complecterentur, atq; ex aduerſa parte alia ſimiliter quinq;. Deinde dicit: Et facies uela capillacia operire ſuper tabernaculum, id eſt, quæ uenirent ſuper, non à parte tecti, ſed ſupercingendo. Decimus enim & ſic aliquid ſuperponi, non quemadmodum tectum domus, ſed quemadmodum tectoriũ parietis, tanq; ſuper lineam faſciam. Vndecim inquit uela facies ea: Longitudo unius ueli erit triginta cubitorum, & quattuor cubitorum latitudo ueli unius. Menſura eadem erit undecim uelorum, & coniungens quinq; uela in ſe, & ſex uela in ſe. Quomodo ergo aulea uoluit quina coniungi, ſic iſta uela quinq; & ſex quæ undecim erant & non decem. Et duplicabis inquit uelũ ſextum ſecundũ faciẽ tabernaculi ne moueretur, quia impariliter alterutrum incurrebãt ſex & quinq;. Deinde dicit etiã iſta uela capillacia quẽadmodum ſibimet iungerentur: Et idem dicit, & fortaſſe planius: Et facies inquit anſas quinquaginta in ora ueli unius quod cõtra mediũ eſt, id eſt, cõtra ſecũdũ, quia ipſum erit mediũ inter primũ & tertium ſecundũ cõmiſſurã, id eſt, iunctura, & qnquaginta anſas facies ſuper orã ueli, quod coniunctũ eſt ad ſecundũ uelũ, id eſt, ſuper orã tertij ueli quod coniũgitur ſecũdo. Et facies circulos æreos qnquaginta, et cõiũges circulos de anſis et cõiũges uela, & erit unum. Circulos ergo medio uelo uoluit apponi, id eſt, ſecundo, quibus quinquagenis anſis iungeretur primo & tertio. Nihil ibi aliud eſt, niſi quòd circulos non aureos, ſed æreos fieri nunc præcepit. Anſas autem in auleis hiacynthinas dixerat, in uelis autẽ cappillacijs quoniam tacuit cuiuſmodi eſſent anſæ, quid niſi capillacias eas credibilius accipimus? Quod deinde ſequitur ita eſt ad intelligendum difficile ut uerear ne exponendo fiat obſcurius. Dicit enim: Et ſuppones in uelis tabernaculi dimidium ueli quod ſuperauerit, ſubteges quod abundat de uelis tabernaculi, ſubteges poſt taberuaculum cubitũ ex hoc, & cubitum ex hoc, ex eo quod ſuperat uelis de lõgitudine uelorum tabernaculi, erit contegens ſuper laterat abernaculi, hinc atq; hinc ut operiat, cum ſextum uelum iuſſerit duplicari ſecundum faciem tabernaculi, quid dicat ſuperare in uelis dimidium ueli, & quid dicat cubitum ex hoc & cubieum ex hoc, cũ dimidium ueli quindecim cubita ſint, quoniam triginta cubitorum iuſſit eſſe unum uelum, quis facile intelligat? Aut ſi propterea ſuperat de longitudine uelorum, quia prima aluea de byſſo & cocco & purpura & hiacyntho uigintiocto cubitis longa eſſe præcepit, iſta uero capillacia triginta cubitorum eſſe uoluit, duobus cubitis ſuperantur ſingula aulea à ſingulis uelis capillacijs, quæ in ſumma inducta, excepto undecimo quod duplicari iuſſit, uiginti cubita excreſcunt, quibus ſuperatur ambitus auleorum ambitu capillaciorum. Decem quippe uelorum cubita bina quibus longiora erant, uiginti faciunt, quorum ex utroq; latere decem hinc, & decem inde poterant ſuperare, non cubitum ex hoc, & cubitum ex hoc, ſicut ſcriptura loquitur. Quapropter differenda mihi uidetur huius loci expoſitio, donec tabernaculum columnis omnibus cũ atrio qđ circumponitur omni ex parte conſiſtat. Fortaſſis enim per anticipationem aliquid dicit de his uelis capillacijs, quod ad illa proficiat de quibus nondũ locutus eſt. Quod enim dicit: Et facies uela capillacia operire ſuper tabernaculum, utrum uniuerſum tabernaculum his uelis cooperiri uelit cum atrio ſcilicet de quo circumponenda poſtea loquitur, an hoc interius tabernaculum quod decem auleis fieri iuſſit, incertum eſt. Sequitur ergo & dicit: Et facies operimentum tabernaculo pelles arietum rubricatas. Et iam hoc operimentum utrum uniuerſo tabernaculo fieri iuſſerit in circuitu, an interior tantum, ſimiliter habetur incertum. Quod uero adiungit: Et operimenta pelles hiacynthinas de ſuper, hoc non in circuitu, ſed à tecto uelut camera accipiendum eſt. Et facies inquit columnas tabernaculo de lignis imputribilibus, decem cubitorum columnam unam, & cubiti unius, & dimidij latitudinem columnæ unius, duoæ anconiſcos columnæ uni conſiſtentes ex aduerſo. Sic facies omnes columnas tabernaculi Quare iuſſerit fieri hos anconiſcos, de quibus antea dixi quid eſſent, non ſatis mihi apparet. Si enim ad

columnas

columnas portandas fierent quattuor ut in unũ fierent, si autem ubi ferre incumberent, etiam plures fierent, nam quinas ferras singulis columnis distribuit. Nisi forte in his anconiscis non aliquis usus, sed sola significatio sit, sicut in uelo undecimo capillacio: Nam columna duos anconiscos uelut brachia hinc atq; hinc extendens, figuram crucis reddit. Nunc iam uideamus numerum columnarum, in quibus & forma tabernaculi possit aduerti utrum quadra, an rotunda sit, an ob longam habeat quadraturam lateribus longioribus, breuioribus frontibus, sicut plæraq; basilicæ construuntur, hoc enim potius hic euidenter exprimitur: Nam ita dicit: Et facies columnas tabernaculorum, uiginti columnas ab latere isto quod respicit ad aquilonem, quadraginta bases argenteas facies uiginti columnis, duas bases columnæ uni in ambas partes eius: Et latus secundum cõtra austrum uiginti columnas, & quadraginta earum bases argenteas, duas bases columnæ uni in ambas partes eius, & duas bases columnæ uni in ambas partes eius. Repetitio non moueat, quia genus locutionis est, ut omnes ita intelligantur de quibus non dicit. De basibus autem iam antea diximus, cur una columna duas habeat, quia & capita hoc loco bases uocat. Videmus igitur uicenis columnis porrecta duo latera tabernaculi aquilonis & austri, duo sunt reliqua, orientale & occidentale, quæ si totidem columnas habuissent, proculdubio quadratum esset. Quod autem habent de occidentali, non tacetur, de orientali tacetur. Vtrum quia non habuit, & sola illic sine columnis extendebantur aulea ab extrema columna unius lateris usq; ad alterius alteram extremam, an & aliqua causa taceatur ut etiam tacite intelligantur, nescio. Postea quippe ex ipsa parte orientis decem columnæ commemorantur, sed actij de quo postea loquitur, quod huic tabernaculo circumponi iubet. Commemoratis ergo lateribus tabernaculi aquilonio & australi & uicenis colũnis, deinde sequitur & adiungit dicens Et retro tabernaculũ per partẽ quæ est cõtramare, facies sex colũnas et duas colũnas facies in angulis tabernaculi a posterioribus, & æquales deorsum uersus, & in se cõuenientes erunt ac æquales de capitibus in commissuram unam. Sic facies angulos, duobus angulis æquales sint, & erunt octo columnæ, & bases earum argenteæ sedecim, & duæ bases columnæ uni, & duæ bases columnæ uni in ambas partes eius. De basibus similis ratio & similis locutio est. Latus itaq; occidentis, nam hoc est ad mare columnis octo extenditur, sex medijs & duabus angularibus, quas æquales ad unam commissuram dicit esse debere: Credo quòd angulus duo in se latera committat, & sic columna angularis lateri utriq; communis, ista occidentali & aquilonari, & ista occidentali & australi. Quod autem dicit etiam æquales deorsum uersus, hoc utiq; dicit ut ad perpendiculum libraretur, ne robustiores essent infra quàm supra, sicut plæraq; columnæ sunt. Deinde dicit. Et facies ferrãs de lignis imputribilibus quinque uni columnæ ex una parte tabernaculi, & quinque ferras columnæ lateri tabernaculi secundo, & quinque ferras columnæ posterior lateri tabernaculi, quod est ad mare. Mirum si dubitari potest latus orientale columnas non habuisse in hoc interiore tabernaculo, cui postea circumponitur atrium. Singulas quasque igitur columnas omnium trium laterum habere ferras quinas iubet. Et ferra inquit media inter medias columnas pertranseat ab uno latere in aliud latus. Hoc uidetur dicere, ut de columna in columnam ferra perueniret, & per interuallum columnarũ porri geretur à latere unius usque in latus alterius, ac per hoc una ex his omnibus columna nõ erat habitura proprias quinque ferras, ad quam extremam quinque perueniebant à columna sibi proxima uenientes. Et columnas inquit inaurabis auro, & annulos facies æreos in quos induces ferras, & inaurabis auro ferras, ne columnæ foraminibus cauernarentur, quo intrare ferræ annulos fieri iussit quibus ex utraq; parte continerentur fines ferrarum. Proinde intelliguntur hi annuli fixi à ligno ansulis pependisse, ut extremas partes ferrarum possent capere & continere. Et eriges inquit tabernaculum secundum speciem quæ monstrata est tibi in monte: Et facies uelamẽ de hiacyntho & purpura & cocco torto & byssо neta opus textile facies illud super cherubin, & superimpones illud super quattuor columnas imputribiles inauratas auro, & capita earum aurea, & bases earum quattuor argenteæ, & pones uelamen super columnas, & inducs illud interius ubi uelamen est, arcam testimonij, & diuidet uobis uelamen inter medium sancti & medium sanctum sanctorum, & cooperies de uelamine arcam testimonij in sanctis sanctorum, hæc omnia manifesta sunt interius intra uelamen hoc quattuor columnis impositam fuisse arcam testimonij, quam non sic operiri iussit uelamine, ut super arcæ cooperculum iaceret uelamen, sed ut contra mensam statueretur. Deinde dicit: Et pones mensam foris extra uelamen, & candelabrum contra mensam in parte tabernaculi quæ respicit ad austrum, & mensam pones in parte tabernaculi quæ respicit ad aquilonem. Etiam hoc planum est. Quod autem sequitur: Et facies adductorium de hiacyntho & purpura & cocco torto & byssо torta opus uariatoris, & facies uelamini quinq; columnas & inaurabis illas auro, & capita earum aurea, & conflabis eis quinq; bases æreas. Cui usui uelamen hoc fiat quinq; columnis extentum, post apparebit, nam hic non apparet. Vult enim illud esse uelamen ostij tabernaculi huius, uidelicet interioris cui circumponitur atrium. Deinde iubet altare fieri sacrificiorum & holocaustomatum, & dicit quemadmodum fiat, nondum autem dicit ubi ponatur, sed hoc quoque post apparebit. Hic iam de atrio loquitur usq; ad finem quod circumponendum est tabernaculo illi,

de quo

de quo prius constituēdo locutus est. Et facies inquit atrium, quod dicitur græcè αὐλὴ, non αὐλέα? Quod quidam interpretes nostri non discernentes, & hoc & illa aulea, quas auleas non aulas græci dicunt, atria interpretati sunt dicentes, & facies tabernaculum decem atriorum, ubi decem auleorum dicere debuerunt. Nonnulli autem multo imperitiores ianuas interpretati sunt, & aulas & auleas. Sicut autem in lingua latina inuenimus aulea quas græci auleas uocant, ita quam illi appellant αὐλὴ, nostri aulam uocauerunt. Sed iam nō atrium isto nomine, sed domus regia significatur in latina lingua, quod græcos autem atrium. Ergo & facies inquit atrium tabernaculo in latere quod respicit ad austrum, & tentoria atrij ex byssotorta, longitudo sit centum cubitorum uni lateri, columnæ earum uiginti, & bases earum æreæ uiginti, & circuli earum, & arcus earū argentei. Sic & lateri quod ad aquilonem tentoria centum cubitorum longitudinis, & columnæ earum uiginti, & bases earum æreæ uiginti, & circuli earum, & arcus columnarum, & bases inargentatæ argento. Latitudo autē atrij quæ est ad mare tētoria eius quinquaginta cubitorum, columnæ earum decem, & bases earum decem, & latitudo atrij, quod est ad orientem, quinquaginta cubitorum, columnæ eius decem, & bases earum decē. Hic iam uidemus commemorari columnas ab oriente, cū loquitur de atrio, & eas decem dicens, cum basibus æreis sicut dixit etiam de occidentalibus, ubi difficillima oritur quæstio. Nam facile est quidem ut accipiamus ab oriente unum ordinem columnarum ad atrium pertinentiū, qđ tabernaculum interius per omnes quattuor partes cingitur, quia non habebat ex ea parte columnas tabernaculū interius: Ab occidente, autem ubi iā erant interioris tabernaculi columnæ octo, quomodo etiam istas decē quas exterioris atrij commemorat accepturi sumus, tanq̄ ab occidente duo sint ordines columnarum, interiorum octo & exteriorum decem? Quod si ita est, longiora erant etiam latera atrij exterioris, q̄ tabernaculi interioris, ut sit unde ab extremo in extremum alius columnarum ordo dirigatur, & non incurrat in ordinem priorem ad interius tabernaculum pertinentem. Et si hoc est, continens erit, ut uicenæ illæ columnæ duorū laterum tabernaculi interioris austri & aquilonis interuallis breuioribus dicantur quàm illæ uicenæ quas habet atrium exterius ex eisdem lateribus. Et quia illi exteriores ordines uicenarum columnarum, sicut scriptura loquitur, centena cubita tenent, isti interiores totidem columnarum quamlibet minus cubita teneant, quoniam hoc scriptura nō expressit, continens erit, ut octo columnæ illæ tabernaculi interioris in latere occidentali rariores sint quàm uicenæ illæ eiusdem tabernaculi australes & aquiloniæ ut possit comprehendi spacium q̄tum sufficit decem illis auleis circuntendendis, quibus primitus dixit hoc tabernaculum fieri, habent enī cubita uicena et octona, quæ fiunt simul ducenta octoginta. Quorum si centena essent in lateribus duobus austri & aquilonis, ubi uicenarum columnarum ordines sunt, quadragena utiq; cubita tenderentur per alia duo latera orientis & occidentis, & proportione occurrerent in octo columnis cubita quadraginta, sicut in uiginti columnis cubita centum, sed non essent longiora latera exterioris atrij, quoniā cētenis cubitis definita sūt & ideo non esset quemadmodū ille ordo decem columnarum ab angulo australi in angulum aquilonium includeret ordinem interiorum octo columnarū. Proinde ut atrio undiq; circunderetur interius tabernaculum, oportet illud esse etiā lōgitudinis breuioris, atq; ita necesse sit uicenas eius columnas in duobus lateribus q̄bus in longū porrigitur densius constitui, q̄ sunt atrij exterioris etiā ipsæ uicenæ, & rarius octo columnas tabernaculi interioris à parte occidentis q̄ decem ex eadem parte atrij exterioris, quoniam quicquid minus cubitorum ex illis auleis extenditur in columnis uicenis duorum laterum ad austrum & ad aquilonem, compensandum est latitudini orientalis & occidentalis lateris, ut ducenta octoginta cubita consummantur auleorum. Non enim sicut de uelis cappilacijs, ubi unum plus est, ita & dē his auleis iussit aliquid duplicari. Quapropter si tantum breuiatur longitudo tabernaculi interioris, q̄ ab atrio exteriori posset includi, ut in uicenis eius columnis non centena cubita tendantur auleorum, sed uerbi gratia, ut minimū nonagena & sena ut quaternis cubitis breuiora sint, hæc ipsa quaterna cubita, id est, octo cubita in duobus alijs lateribus utiq; tēdēda sūt oriētali, et occidētali ac sic in illis octo colūnis occidētaibus tabernaculi interioris nō extēduntur cubita quadraginta, sed quadragintaquattuor et alia quadragintaquattuor ab oriente. Cum ergo in decē columnis exterioris atrij tenduntur cubita quinquaginta, in octo autem interioris tabernaculi tenduntur cubita quadragintaquattuor, rariora inueniuntur interualla interiorum octo columnarum quàm exteriorum decem, quia si paria essent ita in columnis octo quadraginta cubita tenderentur, sicut quinquaginta tendebantur in decem, quoniam quod sunt proportione octo ad decem, hoc sunt quadraginta ad quinquaginta: Quinariū quippe numerum quadraginta octies, habent quinquaginta decies. Nec nos mouerent columnarum interualla dispar ia, quòd densiores in lateribus longitudinis ponerentur ubi uicenæ sunt, rariores autem in latere latitudinis ubi octo sunt, nisi aliud existeret quod urgeret mutare sententiam. Cum enim commemorasset longitudinem atrij ad mare habere tentoria quinquaginta cubitorum, & colnmnas decem, & bases earum decem, & latitudinem atrij ad orientem, item quinquaginta cubitorum & colūmnas decem & bases decem, atque his dictis perfecta uideretur forma tabernaculi cum atrio suo undiq; ambiente, iniecit aliud, quod ubi & quomodo intelligendum sit difficile reperitur.

Et quindecim

Et quindecim inquit cubitorum tentoriorum altitudo lateri uni columnæ earum tres, & baſes earum tres, lateri ſecundo quindecim cubitorum tentoriorum altitudo, columnæ earum tres, & baſes earum tres, & portæ atrij tegimen uiginti cubitorũ altitudo et hiacyntho & purpura & cocco neto & byſſo torta, uarietate acu picta, columnæ earum quattuor & baſes earum quattuor. Hæc ubi conſtituantur perfecta illa forma tabernaculi non uideo, ſed plane uideo eundem eſſe numerum columnarum decem in tribus & tribus, & quattuor ternis. ſ. à lateribus, & quattuor in medio: Ac per hoc tentoria illa quinquaginta cubitorum non contexta erunt, ne aditus in atrio nullus ſit, ſed quindenis cubitis media uiginti cubita ſeparabuntur, ut faciant portæ tabernaculi tegimen, hoc eſt uelum quod ornamento uelamentoq; dependeat ut teneat ſpacium quattuor columnarum, quod portæ atrij deputatum atq; ſeparatum eſt. Ideo uelamen ipſum à lateribus quindenorum cubitorum diuiſum atq; ſeparatum etiam ſpecie diſtingui uoluit, ut opere acu picto quattuor illis coloribus uariaretur. Sed latera illa quindenorũ cubitorum hinc atq; hinc ternas columnas habentium, ſi ad eandem lineæ rectitudinem portæ atrij coniungantur, non erit ſpacium inter decem columnas exterioris atrij & octo interioris tabernaculi, ubi ſit altare quinq; cubitorum quadrum occupans ſpacium, & ante ipſum altare ubi ſeruiatur altari, & inter ipſum & oſtium tabernaculi interioris ubi ſit labrum æneum. Sic enim poni iuſſum eſt, unde manus & pedes ſacerdotes lauent quando intrant tabernaculum, uel quando accedunt ut altari deſeruiant. Quod niſi foris à tabernaculo in atrio intellexerimus, quomodo poſſent prius lauare manus & pedes, & ſic tabernaculum introire? Foris autem ab atrio non poſſumus altare ſtatuere, quia & tabernaculum & altare circundari atrio præcepit. Reſtat igitur ut illa latera quindenorum cubitorum hinc atq; hinc, & colũnarum ternarum ſic accipiamus à lateribus, ut ipſa faciant interuallum aliquot cubitorum inter portam atrij & oſtium tabernaculi interioris, portam quidem patentem uiginti cubitis & quattuor columnis, et habentẽ uelum acu picto opere uariatum uiginti cubitorum, oſtium uero tabernaculi interius ubi ponatur uelamen illud in quinq; columnis extentum. Quod utiq; non intra illum ordinem octo columnarum ſed extra foris ad atrium poſitum intelligere debemus. Nunc enim erit uelum oſtij tabernaculi, quod oſtium tanq; ualuis aperiebatur, ubi aulea inter ſe circulis & anſis non coniungebantur. Aut ſi forte intra illum ordinem octo columnarum tabernaculi interioris opponebatur hoc uelamen in quinq; columnis oſtio tabernaculi, ut quando aperiebatur interiora nõ nudarẽtur ne à proſpicientibus uiderentur, quod tamen uelamen ſiue interius ab illo ordine columnarũ, ſiue exterius poneretur, quod non ſatis elucet, proculdubio diſtabat moderato interuallo ab eodem ordine columnarum, ne quinq; columnæ ad quattuor columnas denſius conſtipate intercluderent potius aditum quàm uelarent. Secundum iſtum itaq; modum, & ſecundum hanc formam tabernaculi nihil iam opus eſt uicenas illas columnas laterum in terioris tabernaculi ad auſtrum & aquilonem conſtituere denſiores, & rariores illas octo facere quæ ab occidente fuerant: Decem quippe illæ atrij exterioris ab eadem parte occidentis non longum ordinem faciunt columnarum, quo includantur octo interiores, ſed ternis ab utroq; latere conſtitutis & quattuor in portam ſpacium concludunt, ubi & altare ſic holocauſtomatum intra portam atrij ante oſtium tabernaculi, & labrum inter oſtium tabernaculi, & altare & interuallum neceſſarium miniſterio inter altare & portam atrij, & ſic illud totum ſpacium atrij concluditur columnis decem, tribus ab aquilone, & tribus ab auſtro, & quattuor ab occidente, tanq; ſi ⟨illegible⟩ græcam literam facias: Et ſic adiũgebatur idem ſpacium longiori ordini columnarum tabernaculi interioris, tanq; ſi literã memoratam ex ea parte qua non habet adiungas literæ productionem quæ iota dicitur, ut eius parte quæ in medio eſt ab eo latere cõcludatur, & reſtent hinc atq; inde ex ipſo iota reliquæ partes. Poterant ergo numerari decem columnæ in illo longo ordine partis occidentalis tabernaculi interioris, ſi cũ illis octo adderentur duæ quæ fuerant ultimæ in ordinibus laterum atrij aquilonis & auſtri. Nam & illæ decem quæ proprie ad atrium pertinerent à parte occidentis, unde & intrabatur ad tabernaculum ternas habebant in lateribus & quattuor in fronte ubi porta erat, atq; ita ſpacium uſui ſacrificiorum neceſſarium intra atrium ante tabernaculum amplectebatur. Interius autem columnis quæ fuerant à lateribus, tentoria erant de byſſo quindenorum cubitorum, id eſt, quattuor autem ubi porta erat uelum erat uiginti cubitorum acu picto opere uariatum. Nec moueat quod dicit ſcriptura, quindecim cubitorum tentoriorum altitudo, columnæ eorum tres, & baſes earũ tres et latus ſecundum quindecim cubitorum tentoriorum altitudo, columnæ earum tres, & baſes earum tres, & portæ atrij tegimen uiginti cubitorũ altitudo. Altitudinem quippe eandem dicit, quæ fuerat longitudo tentoriorum. Eadem quippe altitudo eſt cum texuntur, quæ longitudo eſt cum tenduntur. Quod ne ſuſpicari uideamur alio loco idipſum ſcriptura commemorans ait: Et fœcerunt atrium, quod eſt ad auſtrũ, tentoria atrij de byſſo torta, centum per centum, id eſt, centum cubita tentoriorũ per centum cubita ſpacium quod tenebant uiginti columnæ. Deinde ſequitur: Et columnæ eorum uiginti, & baſes earum uiginti æreæ, & latus quod eſt ad aquilonem centum per centum, & columnæ earum uiginti æreæ, & baſes earum uiginti æreæ, et latus quod eſt ad mare, aulea quinquaginta cubitorum & columnæ eorum decem & baſes earum decem. Eadẽ dicit aulea quæ tẽtoria, & latus quod eſt ad orientẽ quinquaginta cubitorũ tentoria. Poſt hæc redit ad poſteriora tabernaculi, ut oſtendat quemadmodum illæ decem columnæ ſpaciũ de quo loquebatur atrij cõplectebantur.

Quindecim

Quindecim cubitorum inquit quod est à dorso. Dorsũ appellat quia posteriora tabernaculi erant, id est, à parte occidentis. Et columnæ inquit eorum tres, & baſes earum tres, & à dorso ſecundo hinc & hinc ſecundũ partem atrij aulea quindecim cubitornm, & columnæ eorũ tres, & baſes earum tres. Manifeſtum eſt certe eadem duo dorſa dici hoc loco cum cõmemorãtur omnia quemadmodum facta ſunt quæ latera dicebantur quando præcipiebatur ut fierent latera. ſ. quia hinc atq; inde coniũctæ portæ occidentalis atrij ſpacium concludebant. Dorſum uero qnod à tergo tabernaculi erat, hæc pars atrij à parte occidentali. Sequitur autem & dicit. Omnia aulea atrij de byſſo torta, & baſes columnarum æreæ, & anſæ earum argenteæ, & capita inargentata argento, omnes columnæ atrij. Deinde adiungit, quod nondum iſtic commemorauerat: Et erat memorati atrij opus uariatoris de hiacyntho & purpura & cocco neto, & byſſo torta uiginti cubitorum longitudinem & latitudinem. Ecce ubi apparet eandem dictam ſuperius altitudinem, quæ auleorum extentorum fuerat longitudo. Deinde addidit: Et latitudinem quinq; cubitorum. Tot enim cubitis latitudinis erigebantur tentoria exterioris atrij ſicut interioris cubitis quattuor. Sic autem & ſuperius dixerat, Longitudo autem atrij centum per centum, & latitudo quinquaginta per quinquaginta, & altitudo quinq; cubitorum ex byſſo torta: Hanc latitudinem dicens dicens quam poſtea altitudinem dixit, quoniam quæ iam laterum latitudo eſt, & eadem tectorũ altitudo: Sicut quod paulo ante commemoraui, quæ cum texuntur altitudo eſt, eadem cum tenduntur longitudo eſt. Nunc iã quod diſtuleram uideamus, quomodo ex hac forma uniuerſi tabernaculi, quam ſicut potui ante oculos collocaui, difficultas illa ſoluatur de cappillaceis uelis. Quæ fortaſſe ideo erat obſtruſior, quia per anticipationem ibi aliquid dictum eſt quod profecerit operi, de quo poſtea fuerat locuturus, cum atrium tabernaculo circumponendũ deſcriberet. Nunc itaq; uerba ipſa uideamus. Et ſuppones inquit quod ſuperabit in uelis tabernaculi, dimidium ueli quod ſuperabit ſubteges quod abundat, in uelis tabernaculi ſubtegas poſt tabernaculum. Hoc totum quod dictum eſt unum ſenſum habet, quia dimidium ueli quod ſuperauerit, hoc eſt id quod ſuperabundauit de uelis tabernaculi, ſubtegendum eſt poſt tabernaculum. Quomodo ergo ſuperet, id eſt, abundet & reſtet dimidium ueli, ex illa ſerie connexorum uelorum oportet inquirere, quoniam quinq; in ſe, & ſex in ſe connecti uoluit, ſicut ſuperius loquens dixerat, ſextum uelum à facie tabernaculi duplicandum, id eſt, ab oriente: Totiens enim poſteriora tabernaculi à parte occidentis eſſe ſignificauit id eſt, ad mare. Quid igitur facies tabernaculi, niſi pars illa intelligenda eſt, quæ eſt ad orientem? pars ergo illa qua uela quinq; connexa ſunt, habet cubitorum centum quinquaginta, hoc eſt, quinquies tricena: Tricenorum enim cubitorũ erant ſingula ſicut ea deus fieri iuſſerat. Illa uero pars in qua non erant quinq;. ſed ſex uela, ſibimet ſimiliter connexa cubita habeat, centum octoginta, id eſt, ſexies tricena: Ac per hoc dupplicato ex eis uno uelo, ſicut iuſſum eſt, ſecundum faciem tabernaculi minuebantur in ea duplicatione cubita quindecim, Quibus detractis, centum ſaxagintaquinq; remanebant, & ideo poſt centum quinquaginta cubita quibus illi parti quinq; uelorum etiam iſta pars ſex uelorum æquabatur, ſuperabant atq; abundabant cubita quindecim. Illinc enim erãt à parte quinq; uelorum, cubita centum quinquaginta, hinc autem à parte ſex uelorum duplicato uno uelo ſecundum faciem tabernaculi, erant cubita centũ ſexagintaquinq;. Plus ergo habebat pars iſta cubita quindecim, Hoc dicit dimidium ueli quod iubet ſubtegi poſt tabernaculum, ut quia illud à facie duplicatum eſt, hoc dimidium redundans à poſteriore parte tabernaculi non duplicaretur, ſed ſubtegeretur, id eſt, omnia ipſa quindecĩ cubita ſubtermiſſa tegerentur, ac ſi & ipſa illi longitudini detraherentur, ſicut illa itidem quindecim à facie tabernaculi unius uelis duplicatione detracta ſunt. Eoq; modo centũ quinquaginta cubitis quinq; uelorum occurrerent, ex alia parte centum quinquaginta cubita ſex uelorum, triginta ſcilicet cubitis à centum octoginta detractis à facie tabernaculi uelo duplicato, & a poſteriobus tabernaculi dimidio uelo ſubtecto. Iam illud quod ſequitur aliud eſt, & aliã quæſtionem infert, propter quã maxime huius loci expoſitionem differendam putaui, ut prius, & forma conſtituendi tabernaculi, & de atrio circumponendo, quod ſcriptum eſt uideremus. Sequitur ergo: Cubitum ex hoc & ex hoc, ex eo quod ſuperat uelis de longitudine uelorum tabernaculi erit contegens, & ſuper latera tabernaculi, hinc atq; hinc ut operiat. Aliud eſt quod ſuperauit una pars ſex uelorum aliam partem quinq; uelorum propter ampliorem uelorum numerum, unde iam diximus, aliud quod ſuperauit de longitudine uelorum, unde nunc dictum eſt. Ita enim non pars parti comparatur, & altera alteram ſuperare inuenitur, illa ſcilicet quæ uela ſex habet, illam quæ uela quinq; habet. Quæ ambæ ut ſibimet æquarentur a facie tabernaculi, facta eſt unius ueli duplicatio à tergo dimidij ſubtectio. Sed ipſa uela cappillacia comparata auleis ex quibus decem iuſſit fieri interius tabernaculum quattuor coloribus textis longiora reperiuntur cubitis binis. Ea enim erant aulea ſingula cubitorum XXVIII. iſta XXX. ideo hic nunc ait, ex eo quod ſuperat uelis de lõgitudine uelorum. Quid eſt ergo, cubitum ex hoc, & cubitum et hoc erit, contegens ſuper latera tabernaculi, niſi quia illa longitudo in qua binis cubitis uela capillacia longiora fiunt auleis, his ſingulis ſingula, non tota in unam partẽ cogenda, id eſt, ut quicquid ſuperat ad poſteriora tabernaculi colligatur, ſed diſtribuatur ex æquo, tantumq; eius ad priora tabernaculi quantũ ad poſteriora tribuatur, id eſt, quoniam duo cubita in ſingulis uelis eandem quæ ſuperat longitudinem, faciunt ut cubitum

inde

inde auferat pars ista & cubitum illa, ita de singulis cubitis suis habeat pars ista cubita decem, & illa de singulis decem, quoniã decẽ uela binis cubitis longiora uiginti cubitorũ longitudinẽ faciunt, qua uidentur superare serie sua seriem auleorum. Deinceps uidendum est hæc uiginti cubita quæ superãt à longitudine uelorum, cui spacio cingendo proficiant. Si enim uelis capillacijs interius tabernaculum circumtegitur, ita superant ut quid ex eis cooperiatur non sit omnino. Vnde restat etiam ipsa subtegi & subtegendo detrahi, quòd scriptura non dicit. Aulea quippe decem quæ habent cubita uigena & octona, quibus interius tenditur tabernaculũ circumplectitur spacium quantum possunt circumplecti cubita ducenta octoginta. Vnde latera illa longiora australe & aquilonium habentia uigenas colũnas, auferunt ex his cubitis ducenta cubita, restant octoginta, quæ duobus reliquis lateribus breuioribus, orientali quòd non habet ordinem columnarum, & occidentali ubi erant columnæ octo quadragena distribuantur. Proinde in capillacijs uelis quoniam detractis triginta cubitis trecenta restabant, si trecentis cubitis capillaciorum uelorum ducenta octoginta cooperiantur auleorum ita superunt uiginti, ut non sit quòd ex eis tegatur. Proinde duo illa cubita quæ singula capillacia plus habent, ex quibus summa uiginti cubitorum collecta est, sic distribuenda sunt, cubitum ex hoc, et cubitum ex hoc, id est, ne omnia in unam partem cogantur, ut proficiant operiendis lateribus tabernaculi, sed exterioris atrij, id est, omnia illa trecenta cubita uelorum capillaciorum extrinsecus tabernaculum cingant. Adiunctis quippe lateribus atrij exterioris centum cubitorum, id est, austri & aquilonis, quinquaginta cubita supersunt oriẽtis & occidentis, quæ omnia fiunt trecenta, quibus cooperiendis capillaciorum trecenta sufficiunt. Hoc est quòd dit, cubitum ex hoc, & cubitum ex hoc, id est, distributio duorum cubitorum, quibus unumquodq; uelum capillacium longus est, hoc est ex eo quòd superat uelis de longitudine uelorum erit cõtegens super latera tabernaculi, illa. ſ. exteriora quæ ad atrium pertinent hic atque hinc ut operiat. Nec illa ipsius atrij quæ centenis cubitis & uigenis columnis tenduntur: Ipsa enim non sunt facta longiora quàm illa interioris, tabernaculi quæ decẽ auleis tenduntur, & uigenas etiam ipsera columnas habent. Nam sicut interioris tabernaculi duo latera ab aquilone & austro centenis cubitis porriguntur, ita & exterioris atrij. Non ergo ad ipsa exteriora totidem columnarum latera tegenda capillaciorum uelorum profuit longitudo, quia longitudinem superant auleorum. Tantum enim dant exterioribus lateribus quantum & interioribus darent, id est, cubita centena, quæ fiunt ducenta, sed quia lateribus orientis et occidentis sufficerent sed quia lateribus orientis & occidentis sufficerent latera quadragena, si tantummodo interius tabernaculum uelis capillacijs cingeretur, additis autem lateribus atrij creuit tabernaculi latitudo, ut tegendis lateribus orientali & occidentali iam non quadragena, sed quinquagena cubita sint necessaria, ad ea tegẽda proficere potuit capillaciorum uelorum longitudo amplior quàm auleorum, ut non ambo cubita quibus binis longiora sunt quĩque ex una parte impenderentur, sed cubitum ex hoc & cubitum ex hoc, ac sic haberet ex ipsa superabundantia latus orientale cubita decem & occidentale alia decem: Viginti enim fiunt bina decem, quia uelis undecim cubita triginta duplicatione & subtectione ab hoc ambitu detrahuntur. Sed quoniam id quòd latine interpretatum est, cubitum ex hoc, & cubitum ex hoc, ex eo quòd superat uelis de longitudine uelorum tabernaculi erit contegens super latera tabernaculi, græcus habet πλαγία, quæ latini nonnulli non latera sed obliqua interpretati sunt, merito mouet, quia et si nihil hic uideatur obliquum ubi omnes anguli quattuor laterum recti sunt, πλαγία tamẽ dici latera illa nõ possunt, quorum unũ est in facie, alterũ retro id est orientale & occidentale, sed πλαγία dici possunt à dextro & à sinistro, id est, aquilonia & australi. Cum ergo non sunt ea πλαγία, quæ habent cubita quinquaginta, quibus lateribus tegendis potuisse diximus superante in longitudinem capillaciorum uelorum, quomodo erit uerum cubitum ex hoc & cubitum ex hoc, ex eo quòd superat uelis de longitudine uelorum tabernaculi erit contegens super latera tabernaculi? Sed nimirum de illis lateribus tegendis loquitur, quæ etiam dorsa appellat quindenorum cubitorum columnarumque ternarum, quæ cum porta atrij habente cubita uiginti & columnas quattuor, quinquaginta complent cubita & columnas decem. Hæc latera ex istis suis finibus in medium posuerunt atrij portam, ex illis autem ostium tabernaculi inter portam atrij & ostium tabernaculi spacium iacet, quantum cubita illa concludunt uiginti à porta & dextra leuaque quindena. In eo spacio est altare tabernaculi, & inter altare tabernaculi labrum æreum, ubi sacerdotes manus & pedes lauabant. Diligenter autem mensuris examinatis, fortasse in istis lateribus ternarum columnarum quæ πλαγία græce dicta sunt, nonnulla etiam obliquitas inuenitur, ut non frustra quidam interpretes nostri obliqua interpretarentur, quæ in græco πλαγία reppererunt. Non enim uela capillacia quindenis cubitis suis possunt tegere quindena cubita tentoriorum in illis lateribus, nisi posterioribus partibus tabernaculi antequam ad illa latera deflectantur, nõ amplius quàm dena cubita dependerint ex linea recta posterioris tabernaculi, id est, à parte occidentis, quæ linea cum habuisset octo columnas pertinentes ad interius tabernaculum, decem habere cœpit additis lateribus atrij exterioris, & cum habuisset cubita quadraginta ad octo columnas pertinentia, quinquaginta habere cœpit in columnis decem. Ex hac ergo linea cum tecta fuerint uelis capillacijs, dena cubita ab utroque angulo uenientia, restabunt in medio triginta non tecta uelis capillacijs, sed illis tantummodo auleis, in quorum triginta cubitorum

medio per quotlibet cubita tenderentur, erat ostium tabernaculi. Proinde illa latera trinarum columnarum & quindenorum cubitorum, si ex illis finibus suis quibus sibi iungebãtur portæ artij, patebant inter se cubitis uiginti, quia tantum habebat porta quæ illa latera dirimebat, ex alijs autem finibus quibus hærebant posteriori illi lineæ tabernaculi, de qua locuti sumus, habebant inter se cubita triginta, proculdubio erant obliqua, quoniam plus interse patebant ex hac parte ubi habebant media cubita triginta, quàm ex illa parte ubi habebant media cubita uiginti: Ita illa decem cubita capillaciorum uelorum, quòd erat dimidium abundantis longitudinis quæ proficiebant posteriori parti tabernaculi, hoc est occidentali, sicut alia decem proficiebant priori parti, id est, orientali quinis cubitis, cõplebã tecturãt laterũ illorũ, quæ græce πλαγια dicta sunt, inde quinq; & hinc quinq;. Quæ si defuissent, dena cubita tegerentur in eisdem lateribus, & quina nuda essent. Itaque quantum mihi uidetur, melius intelligitur hinc esset dictũ, cubitum ex hoc, & cubitũ ex hoc ex eo quòd superat uelis de longitudine uelorũ tabernaculi, non quia erant cum hinc & inde quina essent, sed quia ex illa longitudine redundabant, in qua binis cubitis erant auleis capillacia longiora, ex quibus duobus cubitis uniuscuiusq; ueli cubitum proficerat parti orientali, restabat utique alterum cubitum parti occidentali, ut cubitum ex hoc esset contegens super πλαγια tabernaculi. Vnde dictum est, hinc atque hinc, ut operiat, quia non operiebat totum, si eadem quina cubita defuissent. Nunc iam quoniam satis disputatum est, quomodo illa omnia intelligenda sint, quæ in tabernaculi constitutione uidebantur obscura, breuiter si possumus enitamur ostendere, quid sit eadem disputatione confectum. Ab occidente igitur trahebatur, et prima erat ingrediendi porta atrij, quæ patebat uiginti cubitis, & habebat quattuor columnas, quibus dependebat uelum uiginti cubitis extentum: Erectum autem cubitis quinque, quattuor illis sæpe commemoratis coloribus acu picto opere uariato. Hac porta ingrediens excipiebatur atrio, cuius latera dextra læuaque quindenis cubitis & ternis columnis porrigebantur introrsus, ut in medio ponerent ostium tabernaculi interioris in ea parte qua perueniebant, sicut in medio ponebant portam atrij ab ea parte unde incipiebant. Hoc itaque atrium latius erat quàm longus. Nam longitudo eius erat à porta ipsius usq; ad ostium tabernaculi interioris in cubitis ferme quindecim, latitudo autem circa portam in cubitis uiginti, circa ostium uero in cubitis triginta. Vnde obliqua illa latera fuisse intelliguntur, quæ dextera læuaque in columnis ternis & quindenis cubitis erant. In hoc atrio erat altare sacrificiorum quadratum, quinque. s. cubitis longum & totidem latum. Inter portam & altare spacium erat, ubi uersabantur qui sacrificia imponebant altari, introrsus uero inter altare & ostium tabernaculi, locus erat cineris ante altare, & deinde labrum æreum ubi manus & pedes sacerdotes lauabãt, uel altari in atrio seruituri uel tabernaculum interius ingressuri. Tentoria porro huius atrij in lateribus ternarum columnarum bißina erant extenta cubitis quindenis, erecta cubitis quinis. Ab hoc ergo atrio intrabatur ostium tabernaculi, cum transisset altare & labrum æneum. Intrabatur autem apertis auleis quibus decem, quinque hinc & quinque inde ex aduerso sibimet constitutis totum ipsum interius tabernaculum cingebatur. Quo ostio ingresso, occurrebat uelum quòd ad ostium fuerat oppositum in quinque columnis extentum, uariatum illis quattuor coloribus, quòd uelum cum faciendum præciperet, adductorium uocauit, credo quòd curreret, ducendo, & reducendo cum operiret atque aperiret ingressum. Transito isto uelo, excipiebat pars tabernaculi media inter hoc uelum & illud alterum interius quòd columnis quattuor fuerat impositum ex illis quattuor coloribus factum, & separabat inter sancta quæ forinsecus erant, & sancta sanctorum interius posita. In hoc itaque medio spacio inter ista duo uela, mensa erat aurea, quæ habebat panes propositionis in parte aquilonis, et contra eam candelabrũ aureũ septẽ lucernarum in parte austri: Hucusq; secundis sacerdotibus licebat intrare. Interius autem, idem in sanctum sanctorum intra uelum quattuor columnarum, arca erat testimonij deaurata, in qua erant tabulæ lapideæ legis, & uirga Aaron, & urna aurea cum manna, & propitiatorium desuper aureum, ubi stabant duo Cherubin alis obumbrantes propitiatorium & intuentes inuicem ad ipsum. Ante arcam uero, id est, inter arcam & uelum, positum erat altare incensi, quòd aliquando aureum dicit scriptura, aliquando deauratũ, aureũ utique appellans quòd erat inauratum. Ad hæc sancta sanctorum nisi summo sacerdoti nõ licebat intrare quotidie propter inferẽdũ incensum, Semel autem in anno cum sanguine ad purificandum altare, & si quando forte exigebat necessitas pro peccato sacerdotis, aut uniuersæ Synagogæ, sicut in leuitico scriptum est. Sic intrabatur in tabernaculum ab occidente, id est, à porta austri usque ad latus orientale introrsus ubi erat arca testimonij. Hoc autem interius tabernaculum quòd incipiebat non à porta atrij, sed ab ostio quòd appellabatur ostium tabernaculi, & finiebatur in longum latere orientis ubi erat arca testimonij, decem auleis concludebatur, quorum erant singula uiginti octo cubitorum, quique hinc, & quinque inde sibimet connexa ansulis & circulis ex aduerso sibimet constituta, & columnis uicenis in lateribus longioribus aquilonis atque austri, & columnis octo à latere occidentis, à latere autem orientis nullis columnis, sed solis auleis. Quæ aulea decem erigebantur in cubitis quattuor, & per totum circuuitum tẽdebantur in cubitis ducentis octoginta, quorum centena in lateribus erant longioribus austri & aquilonis per uicenas columnas, quadragena uero cubita in reliquis duobus lateribus breuioribus, uno occidentis per columnas octo, altero orientis ubi columnæ

non erant,

non erant, sed sola tendebantur aulea, de solis duabus angularibus columnis, mediis autem nullis. Et erant hæc aulea decem de quattuor coloribus texta, hoc est interius tabernaculum circumdabatur atrio ab austro uiginti columnis & ab aquilone uiginti. Quæ duo atrij latera æqualem habebant longitudinem cum lateribus interioris tabernaculi, quia & ipsa uicenis columnis porrigebantur in cubitis totidem, id est, centenis, à latere autem orientis atrium concludebatur columnis decem, cubitis quinquaginta: Qui ordo columnarum rectus erat, & incurrebat in illas duas angulares interioris tabernaculi, quas solas orientis pars habebat. Proinde cum ipsis complebantur decem. A latere autem occidentis habebat quidem atrium decem columnas, non tamen recto ordine, sed sicut iam ostendimus tãquam triporticum, quattuor à porta, & ternis à lateribus. Vniuersum aũt atriũ in circuitu tabernaculi tẽtorijs byssinis cingebatur quæ erigebãtur cubitis quinq;, his superuenibant uela capillacia undecim ex una parte sibimet quinq; cõnexa, ex alia sex. In cõnexione ergo quinque uelorũ, cubita erant centum quinquaginta, ex alia uero parte in connexione sex uelorum, cubita erant centum octoginta, quoniam uela singula tricenorum fuerant cubitorum. Sed ut alia pars alteri coæquaretur, duplicatum est unum uelum à facie tabernaculi, id est, ab oriente, & subtectum est dimidium uelum à parte posteriore, id est, ab occidente, atque ita subtracta sunt cubita triginta, quanta erat ueli unius longitudo, remanserunt centum quinquaginta, quanta etiã ex parte altera fuerunt. Circuitus itaq; uelorum capillaciorum quo cingebatur atrium tabernaculi, trecentis cubitis tendebatur, sicut circuitus decem auleorum interioris tabernaculi, cubitis octoginta. Aulea quippe singula habebant cubita uicena & octona in longitudine, capillacia uero uela tricenis cubitis longa erant. Quapropter ex ambitu auleorum interioris tabernaculi, qui erant in cubitis ducentis octoginta, centena cubita in lateribus longioribus erant austri & aquilonis, et quadragena in duobus breuioribus, orientis & occidentis. Ex ambitu aũt capillaciorum uelorum quo atrium exterius tegebatur, quia ambitus erat in cubitis tricenis, centena erant in lateribus longioribus austri & aquilonis, quoniam æqualia erant lateribus tabernaculi interioris, quinquagena aũt in reliquis duabus partibus orientis & occidentis: Ac per hoc duo illa cubita quibus longius erat auleo uelũ capillacium, non lateribus austri & aquilonis, quæ paria erant atrij exterioris & tabernaculi interioris, sed lateribus orientis & occidentis proficiebant. In eis enim lateribus creuerat tabernaculi latitudo, circumpositio extrinsecus atrio, sed quinquagena cubita uelorum capillaciorum à parte orientis per decem columnarum recto ordine tendebant, eisq; proficiebat unum cubitum ex duobus illis, quibus eorundem uelorum maior fuerat longitudo, alia uero cubita quinquaginta, quæ occidentali lateri debebantur, quibus alterum ex duobus illis cubitum proficiebat non tendebantur per columnarum ordinem rectum: Ibi enim erat illa tanquam triporticus, quæ concludebat spaciũ atrij, ubi esset altare sacrificiorum, quattuor columnis á porta & lateribus ternis, ac per hoc nõ poterant etiam cingere illa cubita quinquaginta, sed usq; ad cooperienda obliqua illa latera tendebantur, quæ in columnis ternis & quindenis cubitis erant. Erigebantur autem capillaria uela cubitis quattuor, eisq; tegebantur atrij tentoria byssina, quorum erat erectio in cubitis quinque, pelles uero rubricatæ super capillacia uela ueniebãt. Desuper autem, id est, à parte tecti uice cameræ tabernaculum pellibus Hiacynthinis tegebatur, Vtrum cum atrio & spacium illud interius non apparet, sed credibilius est, atrij spacia quæ inter exteriores & interiores columnas erant, uelum apertum habuisse, maxime illud occidentis ubi erat altare sacrificiorum.

DIVI AVRELI AVGVstini hipponensis epi, liber tertius quæstionum super leuiticum incipit.

Quomodo intelligendũ sit illud: Qui nõ nunciauerit uolenti peierare, accipiet peccatum: An hoc uitium per proditionem sit fugiendum. Quæstio. I.

I AVTEM ANIMA PECcauerit, aut audierit uocem iurationis, & ipse testis fuerit, aut uiderit, aut conscius fuerit, si non utiq; nunciauerit & accipiet peccatum. Quid hoc est si non nunciauerit, accipiet peccatũ? Quòd enim additũ est, & locutionis est usitatæ in scripturis. Verũ iste sensus quia obscurus est, exponendus uidetur: Hoc enim uidetur dicere, peccare hominem, quo audiente iurat aliquis falsum, & scit eũ falsum iurare, & tacet. Tũc aũt scit, si ei rei de qua iuratur testis fuerit, aut uidit, aut conscius fuit, id est, aliquo modo cognouit, aut oculis suis cõspexit, aut ipse q iurat illi indicauit. Ita enim potuit esse conscius, sed inter timorem huius peccati, & timorem proditionis hominum, non parua exitii plerumque temptatio. Possumus enim paratum ad periurium admonendo uel prohibendo à tam graui peccato reuocare. Sed si non audierit & coram nobis de re quam nouimus falsum iurauerit, utrum prodendus sit, si proditus etiam in periculum mortis incurrat, difficillima quæstio est. Sed quia non expressit cui hoc indicandum sit, utrum illi cui iuratur, an sacerdoti uel cuipiam qui non solum eum persequi non potest, irrogando supplicium, sed etiam orare pro illo potest: Videtur mihi quòd se hoc soluat à peccatiu uinculo etiam si indicet talibus Leuit. 5.

qui magis possunt prodesse quàm obesse periurio, siue ad corrigendum eum, siue ad deum pro illo placandum, si & ipse confessionis adhibeat medicinam.

Quid sibi uult, q̄ pro tacito cuiusq̄ periurio, & pro eo q̄ tangitur morticinum uel aliquid immundum, nullum sacrificium commemoratur, pro eo uero ubi quid falsum quisq̄ nesciens iurauit, dixit afferri agnam uel caprā. Quæstio. II.

Leuit. 5. POst hoc autem peccati genus quòd de periurio alicuius non indicato commemorauit, nullum pro eo sacrificium iussit offerri, sed deinde subiunxit: Anima quæcunq; tetigerit omnem rem immundam, aut morticinum iumentorum, aut á fera capti immundi, aut eorum quæ sunt morticina abominationum immundarum, morticinum iumentorum immundorum, aut tetigerit immunditiā hominis ab omni immūditia cuiusquam si tetigerit, inquinabitur etsi latuerit eum, post hoc autem cognouerit etiam dereliquerit &c. Neque hoc sacrificium pro isto genere peccati quod offerratur commemorauit, sed adhuc adiecit & ait: Anima quæcunque iurauerit distinguens labijs malefacere aut benefacere secundum omnia quæcunque distinxerit homo iureiurando, & latuerit eum, et id cognouerit et peccauerit unum ex his, & confessus fuerit peccatum pro quo peccauit aduersus ipsum. His omnibus sine aliqua interpositionne sacrificij connexis & explicais, adiungit & dicit: Et offeret pro his quæ deliquit domino pro peccato quo peccauit, fœminam ab ouibus agnam, aut capram de capris pro peccato, & exorabit pro eo sacerdos pro peccatom, & remittetur illi peccatum. Quid est ergo quòd pro tacito cuiusq̄ periurio, & pro eo quòd tangitur morticinum uel aliquid immundum, nullum sacrificium commemorauit, pro eo uero peccato ubi quid falsum quisque nesciens iurauit, dixit offerri agnam uel capram? An pro ouibus supradictis hoc sacrificium oportet intelligi? Voluit enim prius omnia enumerare, & sic inferre quo sacrificio possint expiari. Sed in eis omnibus supradictis generibus peccatorum, sunt quædam propter locutionum modos subobscure posita, sicuti est quòd ait, morticinum iumentorum: Ea enim quæ græce κτήνη appellantur, plærique nostrorum iumenta interpretati sunt, quòd nomen in latina consuetudine eorum animalium est, quorum laboribus adiuuamur, maxime in portandis oneribus, sicut sunt equi, asini, muli, cameli, & si quid huiusmodi. Quæ uero græci κτήνη uocāt tā late intelliguntur, ut omnia aut prope omnia pecora isto nomine concludantur. Et ideo non genere locutionis uelut πλεονάσμο additū est in greco, ἰmundorū, cū diceretur, iumentorum quoniam sunt etiam munda pecora quæ ἴκτηνη appellantur. Quæ autem iumenta usus latinus appellat secundum legis dictionem, nō nisi immunda sunt.

Quid sit distinguere quo scriptura frequēter utitur. Item quid sit agna fœmina, & quid quod dicitur: Post hoc autem cognouerit & deliquerit. Quæstio. III.

ITem quòd ait: Anima quæcunque iurauerit distinguens labijs malefacere, aut benefacere, quæritur quid dixerit, distinguens. Assidue quippe hoc uerbum ponit scriptura. Vnde est & illud: Reddam uota mea quæ distinxerunt labia mea. Item dicitur ad Ezechielem: Cum dicam iniquo morte morieris, & tu non distinxisti neque locutus es. Item scriptum est: Si qua in domo patris sui constituta uouerit uotum, distinguens labijs suis aduersus animam suam. Videtur ergo ista distinctio quasi diffinitio esse, qua secernitur aliquid á cæteris quæ solo dicto ōn te nentur. Sic ergo accipiatur tanquam dictum sit: Anima quæ iurauerit diffiniens labijs malefacere, aut benefacere, secundū omnia quæ diffinierit homo cū iureiurando, & latuerit eū, id est, nesciens faciendū esse, uel non faciendū iurauit facere, & id cognouerit, & peccauerit unū ex his, siue quia iurauit antequā cognosceret, siue quia fœcit iurauit & cognouit postea, quia nō fuit faciendū neque iurandum, & confessus fuerit peccatum quòd peccauit, id est, peccatum quòd peccauit, locutio est enim. Quòd aūt addidit aduersus ipsum quid intelligitur, nisi aduersus ipsum peccatum confessus fuerit, id est, confitendo peccatū accusauerit? Et offeret pro his quæ deliquit domino pro peccato quo peccauit, fœminam ab ouibus agnam: Vsitata locutione agnam fœminam dicit, quasi posit esse aut agna nisi de ouibus, aut capra nisi de capris. Nonnulla aūt quæstio est, immo non parua, quid sit quòd assidue dicit, post hoc autem cognouerit & deliquerit, quasi tunc fiat delictū cum fuerit cognitum. An potius nisi quia pro cognito satis fieri non potest, sed non ait, post hoc autem cognouerit & pœnituerit eum: Quid ergo est, post hoc cognouerit & deliquerit, nisi post cognitionem deliquerit, ut si sciens fœcerit quòd faciendum non esset, tunc delicto purgatio debeatur? Sed non ita perlocutus est: Ea quippe uidetur exequi peccata quæ ab ignorantibus, & per hoc á nolentibus committuntur. Fortasis ergo aliquo genere locutionis deliquerit, dictum est, delictum esse dixerit. An potius conuerso ordine dictum est, quia alia genera locutionis habet scriptura, quòd per alia loca similia recto ordine dicebantur? Nam cum alibi totiens scriptū sit, & deliquerit & cognitum fuerit, ei hic tamen cōmutato (ut dixi) ordine, prius dictum est, cognouerit, deinde deliquerit. Ordine autē suo ita dici posset: Anima quæcunq; tigerit omnem rem immundam aut morticinum, aut á fera capti immundi, aut eorum quæ sunt morticina abominationum immundarum morticinum iumentorum immundorum, aut tetigerit immundiciam hominis, ab omni immundicia eius si tetigerit inquinetur, & si latuerit eum deliquerit post hoc autem cognouerit.

Leuit. 5

Psalm. 65

Quid

Quid est q̃ præcipiuntur offerri duo turtures, unus pro peccato, alter pro holocaustomate. Quæstio. IIII.

Leuit.5

SI autem nõ ualet manus eius quòd satis est in ouem, offeret pro peccato suo quòd peccauit, duos turtures aut duos pullos columbinos domino, unum pro peccato, & unum pro holocaustomate. Certè hic aperit quæstionem de qua superius cum loqueretur ambigebamus: Ideo quippe uidetur dicere unum pro peccato, alterum pro holocaustumate, quoniam non offerebatur sacrificium pro peccato nisi cum holocausto. Deniq; cum prius seorsum de holocaustis loqueretur, commemorauit turturem, & non dixit duos, nunc uero ideo duos dicit, quia sacrificium pro peccato sine holocaustomate non offerebatur. Quòd ergo superius dicebat: Et impones super holocaustoma, non est dubium quòd prius holocaustoma, deinde illud super imponebatur, nunc uero de auibus aliter dicit, ut prius offeratur pro peccato una auis, deinde alterra pro holocaustomate.

Quomodo animam pro homine posuit. Quæstio. V.

Leuit.5

QVòd autem ait: Anima si latuerit, cum obliuio est ei, id est, si obliuione factum fuerit ut lateat eum, uel eam si ad animam refers, quoniam eum dicendo, ad hominem retulit: Animam quippe hic hominem dicit.

Quid a sanctis (secundum aliam literam) sit. Quæstio. VI.

Leuit.5

ET si peccauerit nolens á sanctis dominum &c. Videtur obscure positum hoc peccati genus, sed in consequentibus aperitur, ubi dicit, quòd post oblatum de arietε sacrificium restituet illud, & quintas adijciet. Ibi enim intelligitur hoc esse á sanctis obliuione peccare, aliquid per obliuionem usurpare quòd debetur sanctis, siue sacerdotibus, siue oblationibus uel primitiarum, uel quicquid huiusmodi.

Quid uerba inculcata uolunt quibusque dam genera delictorum excepta leguntur. Quæstio. VII.

Leuit.5

ET anima quæcunq; peccauerit et fœcerit unum ab omnibus præceptis domini quæ non oportet fieri, & non cognouerit & deliquerit, & non cognouerit peccatũ suum, offeret arietem sine macula de ouibus precio argenti in delictum ad sacerdotem, & exorabit pro eo sacerdos propter ignorantiam eius qua ignorauit, & ipse non sciuit, & remittetur illi: Deliquit enim delictum ante deum. Excepta locutionum inusitata densitate, quæ iam propter assiduam repetitionem debent esse notißmæ, totus iste sensus obscurus est, quoniã quæritur quomodo discernatur hoc geneus delicti ab eis, quæ superius quadam generalitate complexus est. Videtur enim hoc ratio poscere, ut certis generibus peccatorum certa genera quibus expientur sacrificiorum adhibenda sint. Hoc autem quòd modo cõmemoraui, non specialiter exprimit peccatum, sed in ea uidetur generalitate uersari, de qua ante cum diceret, constituit sacrificium sacerdoti uitulum, & uniuersæ Synagogæ similiter uitulum, principi, caprũ, & cuicunq; animæ, hoc est cuicunq; homini, capram, uel si uoluerit, ouẽ tamẽ fœmineũ pecus. Deinde cœpit excepta facere quædam genera peccatorum, & nominatim exprimere pro quibus quid offerendum sit, uelut de audito et tacito cuius q̃ periurio, & de tactu morticino & immundo, & iuratione falsa per ignorantiam, & de ouibus agnam aut caprã de capris, aut par turturũ aut duos pullos columbinos, aut decimam partẽ Ephi similaginis, pro eo autem peccante qui per obliuionem aliquid sanctorũ usurpauit, arietem & eiusdem rei restitutionem quintis adiectis: Nunc uero non expressa specie peccati generaliter, addit: Anima quæcunq; deliquerit & fœcerit unum ab omnibus præceptis domini quæ non oportet fieri, sic in illa generalitate ubi dicebat, unum ex præceptis domini quòd non fiet & non cognouerit & deliquerit, id est, per ignorantiam nolens peccauerit, arietem iubet offerri, non capram, aut fœminam ex ouibus sicut superius in tali peccatorum generalitate constituerat. Quid sibi ergo uult ista permixtio, nisi forte quòd hic dixit, deliquit enĩ delicto delictum ante dominum? Hoc quòd ait, ante dominũ, in his uoluit delictum intelligi quæ fiunt ante dominum, id est, á quibus domino in tabernaculo deseruitur, unde aliquid paulo ante dixerat cum ait, peccauit á sanctis, & intelleximus, & usurpauit aliquid sanctorũ quòd etiam restitui præcepit: Ac per hoc non sic tamen peccari potest in his rebus, si aliquid inde per obliuionem usurpetur, sed etiam multis alijs modis potest quisque per ignorantiam delinquere in his quæ seruituti domini exhibentur, hoc uoluit postea genus delictorum generaliter cõmemorare, & ideo & illic & hic arietem iußit offerri. Plenæ sunt autem scripturæ cum dicitur, ante dominum, & non intelligitur, nisi illud quòd domino exhibetur, sicut sacrificium, uel primitiæ, uel aliqua in sacris seruitus.

Vtrum ubicq; accipiendum sit: Si non ualet manus eius quod satis est ad ouem, offerre eum debere par turturũ, aut duos pullos. Quæstio. VIII.

QVæritur etiam, utrum ubiq; sit accipiendum quòd dictum est: Si non ualet manus eius quòd satis est ad ouem offerre eum debere par turturũ, aut duos pullos columbinos, & si hoc quoq; non ualet, certam similaginis quantitatem, quoniam si ubiq; ita licere intelligitur, non potest quidem dici sacerdotem non habere uitulum aut uniuersam Synagogam, aut principem non habere caprum uel ouem. Et si ita est, quòd opus erat postea dicere, tacitum cuiusquam periurium, aut tactum immundum, & periurium per ignorantiam factum purgari sacrificio agnæ & capræ, cum eadem sacrificia præcepta sint, etiã in ista generalitate peccati, ad quam gene- Leuit.5

ualitatem etiam ista potuerant pertinere? Si autem hinc ista discernuntur quo licebat pro eo turtures & columbas, uel etiam si hoc non esset similagnem offerri, ibi aũt ubi non dictum est non licebat, non uidetur subuentũ esse pauperibus, quoniam multa possunt esse delicta non specialiter expressa, quæ ad illam generalitatem referuntur, ubi grauarẽtur inopes si tantum modo capram fœminam & agnam ex ouibus, & illas auiculas, & similagnẽ licebat offerri: Nisi forte quis dicat, hoc discerni ista excepta & nominatim expressa peccata ab illis quæ generaliter cõmemorata sunt, quia hic agnam dixit, ibi ouem, ut ætas pecorum aliquam differentiam faciat, dũ tamen intelligatur pauperibus per æque subuentum, ut si non haberent ulla animalia quadrupedia, aut memoratas aues, aut similagnem offerent pro peccatis ignorantiæ suæ. Si aũt mouet, quare cum generaliter omnia ignorantiæ peccata concluserit & sacrificia, non pro distantia peccatorũ quã non fecerat, sed pro distantia personarum distinxerit, postra uoluerit etiam peccata distinguere, & pro eorum diuersitati sacrificia diuersa præcipere, quasi non ad illã generalitatem omnia pertinerent. Sic factam posterius exceptionem oportuit intelligi, ut quæcunq; remanserit his exceptis quæ nominatim & speciatim cõmemorauit dicta, in illa generalitate intelligamus. Quem modum locutionis alibi reperiri certum non est, sed esse in scripturis
1. Corin. 6 sanctis. Tale est illud ubi Apostolus ait: Omne peccatum quòdcunq; fœcerit homo extra corpus est, hinc enim nihil uidetur intermisisse peccati, quandoquidem ait, omne peccatum quòdcunq; fœcerit homo, postra tamen excæpit fornicationem cum intulit, qui autem fornicatur, in corpus proprium peccat. Quòd secundum consuetudinem nostræ locutionis ita diceretur: Omne peccatum quòdcunq; fœcerit homo excepta fornicatione, extra corpus est, qui autẽ fornicatur, in corpus proprium peccat. Ita & hic, cum prius generaliter omnia ignorantiæ peccata diceret illis quæ cõmemorauit sacrificijs expianda, postra tamen excæpit illa quibus expresse & distincte positis certam sacrificiorum purgationem adhiberet, ut his excæptis quæcunq; reliqua essent, ad illam generalitatem pertinerent.

Quid sibi uult: Offeret arietem ab ouibus sine macula præcio in quod deliquit &c. Quæstio. IX.

Leuit. 6 OFferet arietem ab ouibus sine macula precio in quòd deliquit. Nõ ita distinguendum est, quasi precio in quòd precium deliquit, sed si offerret arietem, precio afferat, id est, emptum. Etiam hoc uidetur ad Sacramentum alicuius significatiõis pertinere uoluisse, quoniam precium ipsum non definiuit. Nam si definisset posset uideri hoc precæpisse, ne uile pecus offerretur, ut etiã si nõ emeret qui offerret, tale tamẽ offerret qd̃ tãti ualeret. Addito autẽ, ut non solũ precio emptus aries offerretur, uerumetiam siclorum sanctorum, ita enim dicit precio argenti siclorum sanctorum aliquot siclis ut ematur aries, non uno siclo uoluit. Quid sibi autem uelit siclum sanctum, iam ubi usum est disseruimus. Quòd uero cum dixisset, & delicti sui efferet domino arietem absculus sine macula precio, deinde addidit in quòd deliquit, intelligendum est in id offeret in quòd deliquit, id est, in eam rem, propter eam rem. Et auferet Holocarpoma quòd consumpserit ignis, illam holocaustosim ab altari. Quid auferet, quòd consumptum est? Iußit enim sacerdotem auferre post totius noctis ignem holocarpoma, id est, holocaustum quòd ignis consumpserit. Vel quid sibi uult etiam illud quòd addidit, illam holocaustosim, cum hoc intelligatur holocarpoma quòd holocaustosis, nisi forte illud est uerum quòd in quodam græco inuenimus. Non enim ait auferet holocarposim, sed auferet catacarposim hoc est reliquias holocausti quòd ignis consumpsit. Has autem reliquias ueluti & cinis & carbo appellauit illam holocaustosim, eius rei nomine quæ consumpta est, reliquias ipsius consumptionis appellans.

Quis ordo & sensus illorum uerborum: Ista holocaustosis super incensionem eius &c. Quæstio. X.

QVòd aũt supra dixit: Ista lex holocausti, & deinde exponens quæ sit eadem lex dixit: Ista holocaustosis super incensionem eius super altare totam noctem usq; in mane, & ignis altaris ardebit super illud, non extinguetur, planius etiam secundũ nostræ consuetudinis locutionem si non haberet, & c: Nam ista coniunctione detracta ita sensus contexitur: Ista holocaustosis super incensionem eius super altare totam noctem usq; in mane ignis altare ardebit super illud, id est, super altare. Deinde ad cumulum exprimendæ sententiæ intulit, non extinguetur. Nam hoc iam erat dictum, tota nocte. Leuit. 6

Quid est: Abijciet Holocarpoma seu Holocaustomata extra castra. Quæstio. XI.

ET induet stolam aliam, & abijciet holocarpoma extra castra in locum mundum, hoc appellat holocarpoma quòd iam concrematum est, hoc autem in illo græco catacarposis legitur. Quidam uero latini addiderunt, quòd consecratum est, & ita interpretati sunt: Et abijciet holocarpoma quòd consecratum est extra castra in locum mundum. Leuit. 6

Quid sit: Ignis altaris semper ardebit ab eo, & non extinguetur. Quæstio. XII.

ET ignis altaris semper ardebit ab eo, & non extinguetur, id est, ab illo igne in quo arsit holocaustum usque in mane. Non uult enim ignem prorsus extingui, sed cum usque in mane arserit holocaustum, ablatis inde reliquijs consumptionis nec sic extingui ignem, sed inde iterum renouari quo ardeant alia quæ imponuntur. Leuit. 6

An cum

An cum dicit: Et super illud exuret sacerdos ligna mane, quotidie intelligatur fieri. Quæstio. XIII.

Leuit. 6

QVod autem sequitur & dicit: Et exuret super illud sacerdos ligna mane, & stipabit super illud holocaustum & superponet super illud adipem salutaris, & ignis semper ardebit super illud & non extinguetur, uidendum est utrum mane quotidie uoluerit intelligi, ut nullus dies prætermitteretur quo nõ inueniretur holocaustum & adeps salutaris, an manè, ideo ut quocunq; die imponeretur non nisi mane imponeretur. Si enim quotidie intellexerimus, quid si nullus offeret? Si autem tanq̃ de publico uel de suo sacerdotes quotidiana holocausta procurabant, super ipsa imponebantur ea quæ iussit à populo oblata pro peccatis super holocausta imponi, & non erat necesse offerenti sacrificia pro peccato etiam holocaustum offerre super quod illud imponeretur, nisi quando par turturum offerebatur, aut duo pulli columbini: Nam ibi omnino definitum est unum pro peccato, alterum in holocaustum offerri oportere, & prius pro peccato, deinde holocaustũ. Deinde quæri potest, utrum holocaustum quod mane iussit imponi, ipsum etiam per totam noctem arderet usq; ad alterum mane, an illud quod ait, tota nocte ardere debere, holocaustum fuerit uespertinum, & deinde cœperit de lege holocausti dicere, ut à uespertino holocausto inciperet, quod mirum est si taceret, nec admoneret talia uespere offerre oportere.

Quid est quod dicitur: Istud donum Aaron & filiorum eius etc. Qõ. XIIII.

Leuit. 8

Exo. 29

ET locutus est dominus ad Moysen dicens: Istud donum Aaron & filiorum eius quod offerunt domino in die quacunq; unxeris eum. Alia sunt sacrificia quæ cõmemorauit in Exodo quibus per septem dies sanctificãtur sacerdotes ut sacerdotio suo fungi incipiant, et aliud est quod modo commemorat quid offerat summus sacerdos quando constituitur, id est, quando ungitur. Hoc enim sequitur & dicit, in die quacunq; unxeris eũ: Non dixit unxeris eos, cum etiam secundos sacerdotes ungi præcipiat. Deinde dicit ipsum sacrificiũ decimã partem ephi similaginis in sacrificium sempiternum. Quæritur quomodo sempiternum, si illud eo die offeretur quo ungitur summus sacerdos ab illo qui unctus est, nisi ut semper hoc offeratur in die quo ungitur summus sacerdos, hoc est per successiones sacerdotum, q̃uis & illo modo sempiternum possit intelligi nõ hoc, sed qd' significat.

Quid est: Dimidium eius mane, & dimidiũ post meridiẽ. Et quid sit phresa. Quæstio. XV.

Leui. 6

DImidium eius inquit mane & dimidium eius post meridiem, quod græcus habet ἡμίσυον In sartagine inquit in oleo fiet conspersa, offerat eam φρέσαρ, id est, eam similaginem. Deinde dicit φρεσα, si tamen hoc recte interpretatum est ex illo, quod græcus habet ἐφίετου, & pluraliter hoc posuit genere neutro. Non enĩ ait φρέσαρ, tanq̃ eandẽ similaginem quã dixerat conspersam. Hæc autẽ φρεσα sacrificium de fragmẽtis esse dicitur. Vtrum ergo φρέσα dicat ipsa frumenta, id est, comminuta, an ipsa minutissima similaginis φρεσα dixerit, non est euidens.

Quid sit: Sacerdos unctus, qui pro illo est ex filijs eiꝰ faciet illud etc. Quæstio. XVI.

SEquitur autem & dicit: Sacrificium in odorem suauitatis domino sacerdos unctus qui pro illo est ex filijs eius faciet illud. Propter hoc fortassis dixerat sempiternum, ut hoc faciat omnis summus sacerdos quando succedit mortuo eo die quo unctus fuerit. Adiunxit enim & ait, lex æterna, cum posset æternũ secundũ id intelligi quod significat. Leuit. 6

Quid: Omne consummabitur Quæstio. XVII.

SEquitur aũt: Omne cõsũmabitur. Quod habet græcus ἐπιτέλις θύσετα, & aliqui interpretes dixerunt, omne imponetur, ubi uult intelligi esse holocaustum, quia nihil exinde remanet. Deniq; adiungit: Et omne sacrificium sacerdoti holocaustum erit & non edetur. Hoc ergo dixerat, omne consummabitur. Leui. 6

Et quid illud: Sacerdos qui imponet mãducabit illud etc. Quæstio. XVIII.

DE sacrificio pro peccato cum diceret: Sacerdos qui imponet illud mãducabit illud: Non hoc qd' imponit manducabit, nam illud igni consumetur, sed qd' inde remanserit. Non enim holocaustum est ut totum ardeat in altari. Dicit aũt postea: Omnia quæ pro peccato sunt, ex quibus illatum fuerit à sanguine eorum in tabernaculũ testimonij exorari in sancto, non edetur, sed igni cremabitur. Quõ ergo ad sacerdotes ptinẽt manducanda quæ remanent de sacrificijs pro peccatis? Quod intelligendũ est, hæc excepta esse de quorũ sanguine tangitur illud altare incensi in tabernaculo testimonij. Hoc enim iussit fieri superius de uitulo quem pro peccato suo sacerdos offerret, & de uitulo quẽ pro peccato uniuerso synagogæ ut carnes quæ remanserint foris extra castra cõburantur, hoc est quod modo breuiter cõmemorauit. Leuiti. 6

Quid illud: Ista lex est arietis qui pro delicto est, sanctasanctorum sunt. Quæstio. XIX.

ET ista lex est arietis qui pro delicto est, sanctasanctorũ sunt, id est, ad sacerdotes ptinent mãducãda. Leuit. 7

Quæ differentia innuatur inter peccatum & delictum, & quid greca lingua ad hoc conferat. Quæstio. XX.

QVid est, quòd de ariete pro delicto cum dixisset, legemq; sacrificij exposuisset ait: Quomodo qd' est pro peccato, ita et id quod pro delicto lex una est eorum. Quæritur inter peccatum & delictũ quæ sit differẽtia, quomã si nulla eẽt, nullo mõ diceretur quõ et Leuit. 7

quid est pro peccato, & quid pro delicto. Quàmuis enim lex eiusq; sacrificium nihil distet, quia lex una est eorum, tamen ipsa duoquorum unum est sacrificium, id est peccatum et delictũ si inter se nihil differrent, & si unius rei duo nomina essent, non curaret scriptura tam diligenter commendare unum esse utriusq; sacrificium. Fortassis ergo peccatum est perperatio mali, delictum autem desertio boni, ut quemadmodum in laudabili uita, aliud est declinare à malo, aliud facere bonum, quod admonemur dicente scriptura: Declina à malo & fac bonum, ita in damnabili, aliud sit declinare à bono, aliud facere mala, & illud delictum, hoc peccatum sit. Nam & ipsum uocabulum si discutiatur quid aliud sonat delictum, nisi derelictum, & qui delinquit quid derelinquit nisi bonũ? Græci autem duo nomina usitata huic pesti imposuerũt: Nam delictum apud eos παραπτώμα dicitur, & πλημμελία. Isto ipso quippe loco Leuitici πλημμελία est. Apostolus autem ubi dicit: Si præoccupatus fuerit hõ in aliquo delicto, παραπτώματι græcus habet, quorum nominum si origo discutiatur in παραπτώματε tanq̃ decidere intelligitur qui delinquit. Vnde cadauer quod latini à cadendo dixerunt, græcè πτῶμα ἢ πτώματος dicitur, ἀπὸ τοῦ πίπτειν, id est, ab eo quod est cadere. Qui ergo peccando malum facit, prius delinquendo à bono cadit. Et πλημμελια simile nomen est negligentiæ, nam græcè negligentia ἀμελία dicitur, quia curæ nõ est quod negligitur. Sic enim græcus dicit, non curo συμελεῖμοι. Particula ergo quæ additur πλὴν, ut dicatur πλημμελία præter significat, ut πλήμμελία quod uocatur negligentia, uideatur sonare sine cura πλὴν μελίαν præter curam pene tantundem est. Hinc & quidã nostri πλημμελίαν non delictum, sed negligentiam interpretari maluerunt. In latina autem lingua quid aliud negligitur, nisi quod nõ legitur, id est, non eligitur? Vnde etiam legere à legendo, id est, ab eligendo latini auctores appellatum esse dixerunt. His quodamodo uestigijs colligitur, quòd ille delinquit qui bonum derelinquit & relinquendo à bono cadit, quia negligit, id est, non legit. Peccatum uero unde sit dictũ qd' græcè ἁμαρτία dicitur, in neutra lingua mihi interim occurrit: Potest etiam uideri illud esse delictum, quod imprudenter, id est, ignorãter illud peccatũ qd' ab scientecõmittitur. Huic differentiæ uidentur ista testimonia consonare diuina: Delicta quis intelligit? Et illud: Quoniam tu scisti imprudentiam meam. Continuo quippe secutus adiunxit: Et delicta mea à te non sunt abscondita, uelut alio modo repetens eandem sententiam. Nec ab eadem ratione discordat quod pauloante cõmemoraui Apostoli dictum: Si præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, hinc enim quod præoccupatum dicit, imprudẽter lapsum esse significat, peccatum uero ad scientem pertinere Apostolus Iacobus tanq̃ dẽfiniens ait: Scienti igitur bonum facere, & non facienti, peccatum est illi: Sed siue illa, siue ista siue alia aliqua differentia sit peccati & delicti, nisi aliqua esset, non scriptura ita loqueretur ut diceret: Quomodo quod pro peccato, ita & quod pro delicto lex una est eorum. Indifferenter autem plærumq; dicuntur, ut & peccatum nomine delicti, & delictum nomine peccati appelletur. Neq; enim cum dicitur in baptismo fieri remissio peccatorum, mentio fit etiam delictorum, & tamen utrumq; intelligitur. Sic & dominus ait, pro multis effundi sanguinem in remissionem peccatorum: Nunquid quoniam non ait, & delictorum, ideo quisq̃ dicere audebit in sanguine ipsius delictorum non fieri remissionem? Itẽ quod scriptum est apud Apostolum, Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratiam uero ex multis delictis in iustificationem, quid aliud quàm nomine delictorum etiam peccata comprehensa sunt? In hac quoq; ipsa scriptura Leuitici, qua cogimur aliquam inter delictum peccatumq; distantiam, uel inuenire, uel credere, ita legitur, cùm de his ipsis quæ pro peccatis offereuda iubebantur sacrificijs deus loqueretur: Si autem omnis inquit Synagoga filiorum Israël ignorauerit, & latuerit uerbum ab oculis synagogæ, & fecerit unum ab omnibus mandatis domini, quod non fiet & deliquerit, cognitũ illis fuerit peccatum quod peccauerunt in eo. Ecce ubi dixit, & deliquerit, ibi continuo peccatum quod peccauerunt addidit hoc ipsum utiq; quod deliquerunt. Et Paulo post. Si autem princeps inquit peccauerit, & fecerit unum ab omnibus præceptis domini dei sui, quod non fecit nolens, & deliquerit. Item inconsequentibus. Si autem anima inquit una peccauerit nolens de populo terræ, in eo quod facit ab omnibus præceptis domin, quod non fiet et deliquerit, & cognitum fuerit ei peccatum quod peccauit in ipso. Item alibi. Anima quæcunq; iurauerit distinguens labijs malefacere aut benefacere, secundum omnia quæcunq; distinxerit homo cum iureiurando, & latuerit eum, & hic cognouerit & peccauerit unum ex his, & confessus fuerit peccatum pro quo peccauit aduersus ipsum, offeret pro eis quæ deliquit domino pro eo peccato quod peccauit. Et paulopost. Et locutus est dominus ad Moysen dicens: Anima si latuerit eum obliuione, & peccauerit nolens à sanctis domini, offerat delicti domino arietem sine macula de ouibus precio argenti siclorũ sanctorum, pro quo deliquit & pro quo peccauit à sanctis restituet, & quintas adijciet super illud, & dabit illud sacerdoti, & sacerdos exorabit pro eo in ariete delicti & remittetur illi. Sequitur adhuc & dicit: Anima quæcunq; peccauerit, & fecerit unum ab omnibus præceptis domini, quæ non oportet fieri & cognouerit & deliquerit & acceperit peccatum suum, offeret arietem de ouibus precio argenti in delictum ad sacerdotem, exorabitq; pro eo sacerdos pro ignorantia eius qua ignorauit, & ipse non sciuit & remittetur illi: Deliquit enĩ delecto delictũ ante dominum. Et adhuc ita dicit. Et locutus est dominus ad Moysen dicẽs:

Anima

Pſalm. 36 — Galat. 6 — Pſalm. 18 — Pſalm. 36 — Galat. 6 — Iacob. 4 — Lucæ. 3 — Matth. 26 — Roma. 5 — Leuit. 4 — Leuit. 5 — Leuit. 6

Anima quæcunq; peccauerit despiciens despexerit præcepta domini, & mentitus fuerit quæ sunt ad proximum de commendatione aut de societate, aut de rapina, aut inoibusiuriã fœcerit aliquã proximo, aut inuenerit perditionẽ et mẽtitus fuerit de eo et iurauerit iniuste de uno ab quæcũq; fœcerit hõ, ita ut peccet in his & erit cũ peccauerit & deliquerit, reddet rapinam quã rapuit, aut iniuriã quam nocuit aut commendatum quod depositum est apud eum, aut perditionem quam inuenit ab omni re illi quam iurauit pro ea iniuste & restituet ipsam, & quintas eius adijciet ad illud cuius est, ipsi reddet, et qua die conuictus fuerit delicti sui, offeret domino arietem ab ouibus sine macula precio in quo deliquit, et exorabit pro eo sacerdos ante dominum, & remittetur illi de uno ab omnibus quæ fœcit & deliquit in eo. Penè ergo in omnibus factis quæ dicit esse peccata, eadem etiam delicta dicit: Quapropter & indifferenter ea dici manifestum est multis scripturarũ locis, & habere aliquid differentiæ scriptura testatur, quæ dicit: Sicut quod pro peccato, ita & quod pro delicto.

Quid sit: Omnem adipem boum & ouium & caprũ nõ edetis etc. Quæstio. XXI

Leuitl. 7. OMnem adipem boum & ouium & caprarum nõ edetis, & adeps morticinorum & à fera captorum fiet in omne opus, & cibo non edetur: Omnis qui ederit adipem de pecoribus quæ auferetis ab eis hostiam domino, peribit anima illa de populo suo. Dixerat superius de adipe: Omnis adeps domino, & quæsieramus utrum omnis omnino pecoris mundi duntaxat, nam de immundis nulla quæstio est, & quid de adipe fieret quẽ uetuit in escam uenire, nunc autem dixit quid fieret de adipe morticini & à fera capti ut sit in omne opus. Omne opus utiq; illud opus cui tale aliquid necessarium est. Vnde remansit quæstio, quid fieret de adipe cæterorum animalium quæ immunda sunt ad uescendum. Sed cum dicit, omnem animam perire de populo suo qui ederit adipem eorum pecorum ex quibus domino offertur, uidetur definisse illum tantum adipem de pecoribus mundis prohibitum manducari, ex quibus fit sacrificium, quãuis Iudæos audierimus nullum omnino adipem in escam sumere. Sed quid scriptura uoluerit, non quod illi opinati fuerint requirendum. Deniq; non inueniunt quid recte de adipe faciant unde se abstinent, & quomodo eum proijciant, cum dictum sit: Omnis adeps domino si non adipem sacrificiorum tantum, sed etiam eorum animalium de quibus non sacrificatur, q̃uis immundorum hic uoluit intelligi.

Quid sibi vult q̃ de sacrificio salutaris iterum admonet. Quæstio. XXII.

Leui. 7 QVid sibi uult quòd de sacrificijs salutaris iterũ admonet & dicit, eum qui offert donum sacrificij salutaris sui pectusculum & brachium sacerdotibus dare debemus, ita tamen, ut adeps pectusculi offeretur domino cum penna iecoris, cum superius loquens de sacrificijs salutaris, pennam iecoris cum adipe uentris & renum & lumborum offerri domino præceperit, tacuerit autem de adipe pectusculi? An quod ibi prætermisit, hic commemorat? Quare ergo de penna iecoris & ibi & hic? An forte aliquid interest quod superius de sacrificio salutaris præcepit, hic autem addidit sui, tanq̃ aliud sit salutaris, aliud salutaris sui.

Quæ sit ratio sacrificij pro delicto seu peccato sacerdotis. Quæstio. XXIII.

CVm sacrificia pro peccatis, prius commemoret, uitulum dixit offerendum pro peccato sacerdotis qui fœcisset populum peccare, postea etiã narrauit scriptura quemadmodũ ea quæ præcepit dominus gesta sunt, ergo pro Aaron & filijs eius dicitur oblatus uitulus pro peccato, sed superius de sanguine uituli cornua tãgi præcepit altaris incensi, ad spargendum etiam ex ipso sanguine contra uelum sanctum, reliquum uero sanguinem fundendum ad basim altaris holocaustomatum, postea uero quando sanctificatur Aaron de aspersione sanguinis contra uelum, nihil dictum est, de cornibus autem altaris dictum est, sed non additum est incensi, additum est autem, effundendum sanguinem ad basim altaris, non dixit ad bases eius, tanq̃ necesse fuisset illud altare accipere cuius cornua sanguine tetigisset. Proinde q̃uis ambigue sit positum, liberum est tamen ita intelligere factum, ut factum fuerat ante præceptum de uitulo, pro peccato, ut non eius altaris cornua tacta intelligamus ad cuius basim fusus est sanguis, sed tacta cornua altaris incensi, fusum autem sanguinem ad basim altaris sacrificiorum superius, quia generaliter præciebat si sacerdos peccasset ipsum sacerdotem unctum & consummatum, quem uult intelligi summum sacerdotem sacrificia ista offerre, nũc uero cum sanctificatur Aaron, Moyses offert & ipse accipit pectusculum impositionis qd̃ antea præloquutus est sacerdoti esse dandum. Inde autem puto pectusculũ impositionis dictum, quia imponebatur inde adeps sicut commemorauit superius de sacrificio salutaris. Cũ ergo uideatur ab Aaron cœpisse summum sacerdotium, quid putamus fuisse Moysen, si ergo sacerdos non fuit, quomodo per illum omnia illa gerebantur, si autem fuit, quomodo summum sacerdotium ab eius fratre cœpisse definimus? quàmq̃ etiam psalmus ille ubi dictum est: Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, aufferat dubitationem, quòd sacerdos fuerit & Moyses, uestem tamen illã sacerdotalem, quæ magnũ continet sacramentum, Aaron iubetur accipere & successores eius summi sacerdotis in Exodo, anteq̃ omnino aliquid de sanctificandis & quodammodo ordinandis sacerdotibus præcipiatur, quando Leui. 7 Psalm. 98.

Moyse

Moyse ascendente in montem, iubentur non ascendere sacerdotes, quos intelligere alios non possumus nisi filios Aaron, non quia iam erant, sed quia futuri erant, hoc eos iam tunc scriptura appellauit per anticipationem, sicut sunt plæraq; talium locutionum. Nam & filius Naue, Iesus appellatus est, cum longe postea hoc nomen ei scriptura narret impositum. Ambo ergo tunc summi sacerdotes erant, Moyses & Aaron, An potius Moyses, Aaron uero sub illo, an & ipse summus propter uestem ponti-
Exo.4 ficalem, ille uero propter excellentius ministerium. Nam à principio ei dicitur: Ipse tibi quæ ad populum, tu illi quæ ad deum. Quæri etiam potest post mortem Moysi quis ungebat successorem summi sacerdotis, qui succedere nisi defuncto nõ utiq; poterat: An quia iam unctus erat inter secundos sacerdotes? Idem quippe fuit oleum quo & summus, & quo secundi ungebantur, uestem tantum sumebat ille pontifex, qua eius summitas appareret. Et si ita est, utrum ipse sumebat, an eum alius induebat, sicut & post eius mortem Moyses filium fratris sui. Si ergo ab alio uestiebatur, nunquid nam poterat à secundo summus, præsertim, quia talis erat uestis, ut eum ab alio indui necesse fuerit? An sic induebatur prius, ut etiã postea? Non enim semel indutus non eam ponebat, aut cum posuisset, non eam resumebat. Fieri ergo fortasse poterat, ut secundi uestirent primum, obsequendo non excellendo. Vnde autem apparebat quisnam filiorum summo sacerdoti succedere deberet? Non enim primogenitum, aut maiorem scriptura definiuit, nisi intelligamus aliquo diuino indicio fieri solere, siue per Prophetam, siue quolibet alio modo quo consuli deus solet, quamq; ex contentione res peruenisse uideatur, ut postea propterea fuerint plures summi sacerdotes, quia cõtendentibus excellentioribus, litis finiendæ caussa pluribus honor ipse tribuebatur.

Quid sibi vult quo dicitur ad Aaron & filios eius, Ad ostium tabernaculi testimonij sedebitis septem dies, die ac nocte, ne moriamini Quæstio. XXIIII.

Leuit.8 QVid est quòd dicit Moyses ad Aaron, & filios eius, cum sanctificantur ad ineundum sacerdotium: Ad ostium tabernaculi testimonij sedebitis septem dies die & nocte, ne moriamini. Nunquid nam credibile est situ corporis uno loco sedere præceptos per dies septem die & nocte unde se omnino non commouerent? Nec tamen hinc tanq; allegorice aliquid significatum, quod non fieret cogendi sumus accipere, sed potius agnoscere locutionem scripturarum, ubi sessionem,
4.Reg.2 pro habitatione & commoratione posuit. Non enim quia dictum est de Semei, quòd sederit in Hierusalem annos tres, ideo putandum est per totum illud tempus in Sella sedisse & non surrexisse. Hinc & sedes dicuntur, ubi habent commorationem quorum sedes sunt, habitatio quippe hoc nomen accepit.

Quidsit: Vocauit senatum. Quæstio. XXV.

ET factum est die octauo, uocauit Moyses Aaron et Leuit.9 filius eius, & senatum Israël. Quem quidam nostri senatum interpretati sunt, γερουσίαν, græcus habet, hoc est ergo secutus interpres, quia & senatus à senio uidetur dictus. Non autem apte in latino diceretur, uocauit senectutem Israël pro senibus uel senioribus, q̃uis eadem locutio esset si diceretur, uocauit iuuentutem Israël pro iuuenibus. Sed hoc usitatum est in latina lingua, illud autem non est. Nam hoc proprie diceretur, si diceretur, uocauit senectutem Israël. Vnde quidam insolenter putantes etiam senatum dici, interpretati sunt ordinem seniorum. Compendio tamen forsitan melius diceretur uocauit seniores Israël.

Quomodo præcipiuntur offerri tria genera sacrificiorum, & quomodo quattuor sint eorum genera. Quæstio. XXVI.

MOyses dicit ad Aaron: Senatui Israël loquere Leuit.9 dicens: Accipite hircum ex capris, unum pro peccato, & arietem, & uitulum, & agnum anniculũ, in holocarposim sine macula, & uitulum à bobus, & arietem in sacrificium salutaris ante dominum, & similã conspersam in oleo, quoniam hodie uidebitur dominus in uobis. Quattuor genera sacrificiorum de animalibus superius commendauit, holocausti pro peccatis, salutaris, & consummationis, sed consummationis ad sacerdotis sanctificationem pertinet: Tria ergo genera reliqua hic præcipiuntur offerri, & dicitur hoc senioribus Israël, ut pertineat ad uniuersum populum. Sed hoc loco sacrificium pro peccato habet tria pecora, hircum & arietem, & uitulum, ad holacaustum uero agnus pertinet, et ad sacrificium salutaris, hircus & aries. Quapropter nõ est sic distinguendum ne pro peccato nõ intelligatur nisi hircus, tria uero, uel quod in holocaustum, id est, aries & uitulus & agnus, sed potius prima tria pro peccato, id est, quod dictum est, Accipite hircum ex capris unum pro peccato, & arietem & uitulum, subaudiatur p̃ peccato, & reliquus, id est, agnus in holocarposim, id est, in holocaustum. Quod ideo cõmonendum à nobis fuit, quoniam posset, etiam ita distingui, ut cum dictum esset, accipite hircum ex capris unum pro peccato, reliqua iã ad holocarposim pertinere dicerentur. Quod uero adiungit, sine macula, ad oĩa referri potest. Cum ergo ambiguum sit, quomodo aptius distinguatur illa res adduxit, ut tria superiora pro peccato intelligantur, quoniam superius pro peccato principis hircum iussit offerri, & pro peccato cuiusq; proprio cum peccat ante dominum faciendo unum ex his quæ non oportet, præcepit arietem, pro peccato uero uniuersæ synagogæ uitulum, oportebat ergo ut senatui loqueretur quid uniuersus populus offer-

offerre debeat, & hircus iubeatur propter principes, & aries propter proprium uniuſcuiuſq; peccatum, & uitulus propter peccatum uniuerſæ ſynagogæ: Aliud eſt enī q̄ in populo habet quiſq; peccatū ſuū propriū, et poſſunt habere omnes propria, aliud quando cōe peccatum eſt, quod uno aīo fit & una uoluntate aliquid multitudine comparata cōmittitur. Quòd uero ſacrificia ſalutaris, uitulū & arietem iubet, iubet quæ præcipua ſunt, uniuerſi enim populi cauſa eſt. Præcipiens autē antea de ſacrificijs ſalutaribus undelibet iuſſit offerri, ſiue maſculū, ſiue fœminā, dū tamen nō niſi de bobus & de ouibus & capris offerantur. Si autem quæritur, quare duo præcepit, uitulum & arietem difficile eſt inuenire, niſi forte uitulum uoluit ſacrificium ſalutaris uniuerſi populi, arietē aūt pro unoquoq; tāq̄ p̄ ſingulis quibuſq;, quia uidetur etiam ſuperius quaſi duo genera ſalutaris ſacrificij præcepiſſe, unum quod uelut uniuerſorum eſſet, appellauit ſacrificiū ſalutaris, alterum aūt ubi dixit, ſi quiſq; obtulerit, ſacrificiū ſalutaris ſui. Vbi etiā differentiā reperiebamus, quia in illo quod appellauit ſalutaris, non cōmemorauit adipem pectuſculi offerendū domino, atq; ipſum pectuſculum & brachiū dextrū danda ſacerdoti, ſed in illo hoc fieri iuſſit quod poſtea dicit ſacrificium ſalutaris ſui. Quod forte intelligitur ſingulorū quorūq; priuatum, nō publicū uniuerſorū. Nam & Moyſes obtulit ſacrificia ſalutaris, nec dictum eſt ibi, ſalutaris ſui, credo populo uniuerſo obtulit. Vbi autem uniuerſi, ibi & ſinguli, non aūt ubi ſinguli continuo ibi uniuerſi. Singula enim poſſunt eſſe ſine uniuerſo, uniuerſi aūt non poſſunt niſi ex ſingulis quibuſq; conſtare. Nā ſinguli quiq; congregati uel in ſummā reputati, faciunt uniuerſo. Notādū eſt ſane cū pro populo offerantur ſacrificia & pro peccato, ſacrificia iuſſa eſſe offerri, & holocauſtum, & ſacrificia ſalutaris, pro ſacerdote aūt oblatum fuiſſe pro peccato & holocauſtū & conſummationis. Non autem ſalutaris, ſed conſummationis tūc oblatū eſt, quando ſacerdotes ſanctificati ſunt, ut ſacerdotio fungerentur, & hæc obtulit Moyſes pro Aaron & filijs eius, poſtea uero Aarō ipſe iam ſanctificatus & ſacerdotio fungens offerre pro ſe iuſſus eſt uitulū pro peccato, & arietem in holocauſtum, Nō aūt iuſſus eſt pro ſe offerre conſummationis, quod tūc ideo oblatum eſt, ut conſumaretur ſanctificatione, & ſacerdotio fungi poſſet, quo iam quoniam fungebatur non opus erat eum iterum conſummari.

Quæ ſit ratio ordinis ſeruandi in oblationibus poſitis & præceptis. Qō. XXVII.

Leuit. 9 ET ait Moyſes ad Aaron: Accede ad altare, & fac quod pro peccato tuo & holocauſtum tuū, & exora pro te & domo tua. Mirum eſt quomodo prius dicat faciendum quod pro peccato, deiude holocauſtum, cū ſacrificia pro peccatis ſuper holocauſta ſuperius iubeat imponi, excepto quod de auibus præcepit. An forte hic quod prius fiebat, id eſt holocauſtum poſterius commemorauit? Non enim quemadmodum de auibus dixit, fac prius illud & poſtea illud, ſed fac illud atq; illud. Quid autem prius faciendum ſit indicat ſuperius expoſita inſtructione ubi dicit ſuper holocauſtum imponi ſacrificium pro peccatis, quamq̄ ualde moueat, quod etiam ita narrat ſcriptura fœciſſe Aaron quod audiuit, & prius commemoraret eum facere pro peccato, deinde holocauſtum. Quod utrum & ipſe prius fœcerit, an prius hoc ſcriptura narrauerit quod poſtea factū eſt, ſicut in multis facere ſolet, habetur incertum, niſi quod dixi ſuperius, legeretur cum ageret de ſacrificio pro peccato. Ita enim legitur: Et ſuperponet illud ſacerdos ſuper altare ſuper holocauſtū domini, & exorabit pro eo ſacerdos pro peccato quod peccauit, & dimittetur illi. Quomodo ergo poſſet hoc ſuper holocauſtoma imponi, niſi holocauſtoma prius imponeretur? præcepit autem hoc & de ſacrificio ſalutaris, ut ſuper holocauſtoma imponeretur, ſed quia non hoc ubiq; dicit, non per omnia ſacrificia ſalutaris, uec per omnia ſacrificia pro peccato, poteſt forſitan dici non hoc regulariter fuiſſe præceptum, ſed illic tantummodo ut fieret dictum eſt. id eſt, in ſacrificio ſalutaris, cum ſit de bobus, ibi enim præcepit & in ſacrificio pro peccato cum ſit de fœmina ex ouibus, cætera uero ſiue ſint ſalutaris, ſiue pro peccato, non eſſe neceſſe ut ſuper holocauſta imponantur. Mouet etiam quod cum faceret Aaron dona populi quæ ſupra commemorauit, non omnia commemorata ſunt immolata quæ fuerant prædicta, ſed tantum hircus pro peccato & holocauſtū, ubi tamen illum agnum non expreſſit, duo uero alia quæ ad ſacrificia pro peccato potius quàm ad holocauſtum pertinere diximus, tacuit, id eſt, arietem & uitulum, niſi forte à parte totum intelligi uoluit, ut ſolo capro commemorato etiam illa ſubſecuta acciperemus. Cum de ſacrificijs ſalutaris populi narreret, quemadmodum ea fœcerat Aaron de uitulo & ariete ait: Et occidit uitulum & arietem ſacrificij ſalutaris populi, & obtulerunt filij Aaron ſanguinem ad eum, & effudit ad altare in circuitu, & adipem etc. quomodo præcepit dominus Moyſi. Nunc ſingulariter, nunc pluraliter loquitur, cū de duobus animalibus loquatur, uitulo & ariete. Quod ergo dicit, duos reues, ab utroq; animante intelligendum eſt, atq; ita quattuor fiunt ita & cætera. Quod uero ait: Et poſuit adipes ſuper pectuſcula, cum ipſa pectuſcula non impoſuerit altari, ſacerdoti enim debebantur cum brachijs dextris, quid ſibi uult? An intelligendum eſt, & impoſuit adipes qui ſunt ſuper pectuſcula, ipſas enim poſuit, quas imponeret altari à pectuſculis dempta? Nam ita & ſuperius præceperat. Deniq; ſequitur: Et impoſuit adipes altari, & pectuſculum & brachium dextrum abſtulit Aaron oblationem ante dominum, modo ſingulariter inferens, & pectuſculum dicens utiq; utrumq; ex utroq; animante, quæ pectuſcula dixerat.

Vnde Aaron

Vnde Aaron descendisse dicatur. Quæstio. XXVIII.

Leuiti. 9. QVid est quod ait: Cũ extulisset Aaron manus super populum, benedixit eos & descendit cũ fecisset quod pro peccato & holocausto mata & quæ salutaris. Vbi autem ista fecit, nisi super altare, id est, ad altare stans eiq; deseruiens? Inde ergo descendit ubi stabat. Nimirum illius solutio quæstionis ad iuuari hoc testimonio uidetur, ubi quæsieramus in Exodo quomodo seruiri potuerit ad altare quod erat altum cubitis tribus. Gradum quippe illic intelligere prohibebamur, quia id deus uetuerat, ne super altare pudẽda uirilia ministrãtis reuelarentur, quod utiq; fieret, si pars altaris gradus esset, id est, si compactus adhæreret. Deniq; ibi hoc uetuit, ubi de altari structili loquebatur, unũ enim esset altare cum gradu cuius pars esset gradus, & ideo uetitum est, hic uero ubi altaris tanta fuerit altitudo, ut nisi sacerdos super aliquid staret apte ministrare non posset, intelligendum est, quicquid illud erat quod ad horam ministrationis ponebatur & auferebatur, non fuisse altaris partẽ, et ideo nõ fuisse cõtra, præceptũ q; gradum habere prohibitum est, hoc autem qualecunq; fuerit, tacuit scriptura, & ideo quæstio facta est. Sed nunc cum dicit scriptura, sacerdotem cum fecisset sacrificia descendisse, hoc est cum immolata imposuisset altari, utiq; manifestat alicubi eum stetisse unde descenderet. Et quia ibi steterat, ideo trium cubitorum altari ministrando deseruire potuisse.

Supralibro 2. quæstionum super Exo. q. 13

Quomodo in extasim cecidit populus. Quæstio. XXIX.

Leui. 9 ET uidit omnis populus & amens factus est. Quod alij interprætes dixerunt expauit, conantes transferre de græco, quod dictũ est ἔκστασις; unde ἔκστασις dicitur, quia sæpe in scripturis latinis legitur mentis excessus.

Quomodo ignis exijsse dicitur a domino. Quæstio. XXX.

Leui. 9 ET exijt ignis à domino, & deuorauit quæ erant super altare, holocaustomata & adipes. Quid dixerit a domino, quæri potest, utrum quia nutu & uoluntate domini factum est, an ab eo loco ignis exijt ubi erat arca testimonij: Non enim in loco aliquo ita est dominus, quasi alibi non sit.

Qui dicantur appropinquare domino. Quæst. XXXI.

Leuit. 10 POstq̃ exeunte igne á domino, incensi, & mortui sũt filij Aaron, qui ausi sunt in batillis suis adhibito igne alieno incensum imponere domino, quod ideo non licebat,, quia ex illo igne qui diuinitus ad altare uenerat deinceps custodito, oĩa erant accendenda quæ in tabernaculo accendi oportebat. Mortuis ergo illis ait Moyses, hoc est quod dixit dominus dicens: In eis qui mihi appropinquãt sanctificabor, & in omni synagoga glorificabor, eos appropinquare domino uolens intelligi qui in tabernaculo sacerdotio fungebantur, sanctificari autem in eis etiam uindicando sicut factum est: Vtrum ut hinc sciretur, quàm minus alijs parcat, si illis non parcit, quo sensu dictum est: Si iustus uix saluus erit, peccator & impius ubi parebunt? An potius secundũ illud: Cui plus datur, plus exigitur ab eo: Et illud: Seruus qui non cognouit uoluntatem domini sui, & facit digna, plagis uapulabit paucis, seruus autem qui cognouit uoluntatem domini sui, & non facit digna, plagis uapulabit multis: Et illud: Exiguo cum conceditur misericordia, potentes autem potentiora tormenta patientur. Sed ubi hoc dixerit dominus quod eum dixisse Moyses commemorauit, in scriptura quæ retro est non inuenitur. Tale est hoc, quale in Exodo, ubi dicit domino: Tu dixisti, scio te præ omnibus, Quod inuenitur quidem, dominus ei dixisse, sed postea. Sed quoniam mendaciter nunq̃ hoc Moyses diceret, intelligitur idem etiam ante dixisse, q̃uis scriptũ nõ fueri: Ita & hoc. Vnde apparet non omnia scripta esse quæ deus locutus est eis, per quos nobis sancta scriptura eius ministrata est.

1. Petri. 4

Luc. 12

Sapien. 6

Exo. 33

Quid sit q̃ Aaron & duos filios eius mortem reliquorum duorum lugere prohibens dicit: Caput uestrum cidara non nudabitis. Quæstio. XXXII.

Leuit. 10 QVid est quòd Aarõ & reliquos filios eius mortem illorum duorum lugere prohibens dicit: Caput uestrum cidara non denudabitis, ubi certe ostendit cidaras tegmina capitum fuisse, nisi quia illud faciebant lugentes, quæ consuetudini ornatus essent contraria. Sicut enim in nostra consuetudine qui caput apertum magis habemus operitur in luctu, sic quia illi operimento capitis ornabantur mundanum erat lugentibus. Quod ideo prohibet ne lugerent eos in quorum pœna sanctificatus est dñs, id est, cõmendatus est timor eius. Nec ideo quia lugendi non erant, non permittit alios, lugere illos sed, quia illi lugere tunc non debebant cum dies sanctificationis eorum agerentur, nondum completis septem, quibus eos præcepit de tabernaculo non abscedere, quamq̃ possit uideri, qui illo oleo fuerant sanctificati, hoc dictum esse quòd nunq̃ quenq̃ lugere deberent. Ita enim dicit: Fratres autẽ uestri omnis domus Israël plorabunt incendium quo incensi sunt à domino, & ab ostio tabernaculi testimonij non exibitis ne moriamini, oleum enim unctionis quod est à domino, super uos est.

Si Aaron & filij eius uinũ & siceram bibere non poterant quando in tabernaculum in quod intrare debebant intraturi erant, quando ergo hoc potuerunt? Quæstio. XXXIII.

Leuit. 10 ET locutus est dominus ad Aaron dicens: Vinum & siceram non bibetis tu & filij tui tecũ cũ intratis tabernaculum testimonij, aut cum accedetis ad altare, & non moriemini. Quando ergo eis bibere licebat, quando=

quandoquidem in tabernaculum eis quotidie necesse erat introire & accedere ad altare, propter continuam seruitutem? Quòd si quisquam dicit, non omni die sacrificia imponi solere, quid dicet de ingressu in tabernaculū, qui quotidianus erat propter candelabrum & panes propositionis super mensam ponendos? Si autem respondetur, tabernaculum testimonij nunc quòd ait, illud esse intelligendum ubi erat arca testimonij, etiam illud necesse erat intrare summum sacerdotē propter incensum continuationis. Non enim semel in anno intrabat, sed cum sanguine purificationis semel in anno, propter incensum autem quotidie. An intelligendum est deum præcepisse, ut uinum omnino non biberent? Cur ergo nonlita præcepit potius ut breuiter diceret, uinum non bibetis, sed addidit, cum intrabitis in tabernaculum, aut cum accedetis ad altare? An quia causa nō bibendi tacenda non erat, maxime quia deus præscius erat futuros postea tam multos etiam summos sacerdotes uno tempore, id est, non per succesionem qui tabernaculo & sacrificijs & incenso & uniuerso illi ministerio uicibus deseruirent, quando utiq; illi non bibebant quorū locus erat deseruiendi, alij autem bibebant? An quid aliud hoc loco intelligendum est, quoniam cum uinum & siceram sacerdotes bibere prohiberet, secutus ait, legitimum æternum in progenies uestras. Ambiguum est utrum superiori sensui connectatur, id est, ad uinum non bibendum pertineat, an inferiori ubi sequitur distinguere inter medium sanctorum & contaminatorum, & inter medium mundorum & immundorum, & instruere filios Israël omnia legitima quæ locutus est dominus ad eos per manum Moysi, ut hoc sit officium sacerdotum legitimum in progenies eorum. Quomodo autem dicat æternum, iam sæpe diximus. Hoc quoq; ambigue positum est quòd ait, distinguere inter medium sanctorum & contaminatorum, & inter medium mundorum & immundorum, utrum ab eo quòd sunt sancta & immunda, uel inquinata uel immunda, an ab eo quòd sunt sancti & mundi, uel inquinati & immundi, id est, utrum inter illa sacra quæ rite uel non rite fierent distinguere uoluit sacerdotes, an inter ipsos homines probandos uel improbandos, an potius ad utrunq; referendum est, siue homines, siue sacra.

Quando appellat pectusculum segregationis, an etiam brachium segregationis posset dici. Quæstio. XXXIIII.

Leuit.10 PEctusculum segregationis, & brachium oblationis manducabitis in loco sancto. Quamuis singula singulis data sint, nimirū tamen utrunq; posset dici segregationis, quia utrunq; sacerdoti separatur, & utrūq; oblationis siue demptionis, quòd græce dicitur ἀφαίρεμα, quia utrunq; demitur & auferitur eis pro quibus offertur ut detur sacerdoti. Pectusculum sane impositionis superius legimus, & brachium oblationis, quia de brachio nihil impōebatur altari, adeps aūt de pectusculo imponebatur.

Quid sit, de sacrificijs salutarium &c. Quæstio. XXXV.

QVid est quòd dicit, de sacrificijs salutarium, cū ea dicat quæ alibi dixit sacrificia salutaris singulari numero, id dixerit sacrificium salutaris, cum de eadem re diceretur. An forte hoc loco ubi ait, á sacrificijs salutarium, sanitatum dici debuit? Nam in illo Psalmo ubi dictum est: Exaudi nos deus sanitatum nostrarum, hoc uerbum habet græcus quòd etiam hoc loco, id est, σωτηρίων, qui genituus pluralis in græca lingua ambiguus est, utrum á salute, an á salutari nomen declinatum sit, quoniam σωτηρία dicitur salus uel sanitas, unde fit genituus pluralis τῶν σωτηρίων. Salutare aūt σωτήριον dicitur, & inde genituus pluralis idem ipse est. Si ergo recte potest intelligi etiam sacrificium salutis quòd est sacrificium salutaris, quoniam salutaris salus datur, & illud est salutare, unde salus accipitur, non est necesse ut tanquam multorum salutarium sacrificia hic intelligamus, ubi dictum est de sacrificijs salutarium, sed multarum forsitan sanitatum, quæ tamen ab uno salutari accipiuntur. Quòd sit autem salutare dei de quo dictum est: Calicem salutaris accipiam: Et de quo Symeon dicit in Euangelio: Quoniam uiderunt oculi mei salutare tuum, fides Christiana nouit, possunt sane non absurde intelligi uel dici etiam sacrificia salutaria, quæ sunt salutaris.

Leuit.10

Psalm.115 Luce.2

Quare addatur: Et filiabus tuis &c. Quæstio. XXXVI.

ET erit tibi & filijs tuis & filiabus tuis legitimum sempiternum Non frustra est additum filiabus, quoniam quædam ad escas pertinentia sacerdotum prohibet á fœminis accipi, sed á masculis iubet. Cum quæsisset Moyses caprum oblatum pro populi peccatis, & non inuenisset, quoniam fuerat incensus, & iratus est quòd ea quæ pro peccato á populo offerrētur cōstituit dominus sacerdotibus edenda, ablatis inde adipibus & renibus. Iratus aūt esset non fratri suo, sed filijs eius, credo quòd ad eos suggerendi ministeriū pertineret, respōdit illi Aaron & ait: Si hodie obtulerunt ea quæ pro peccato illorum sunt, & holocausta sua ante dominum, & contigerint mihi talia, ut comedā quòd est pro peccato hodie, nunquid placitum erit domino? Et audiuit Moyses & placuit illi. Hoc uidetur dixisse Aaron, quòd ipso die quòd primum obtulerant filij Israël pro peccato suo, nō debuit á sacerdotibus manducari, sed totum incendi, non inde regulam faciens &c. Nam deinceps sacrificia pro peccatis ipsi edebant. Sed quia hoc primum fuit ipso primo die primitus oblatum, credendum est Aaron sacerdotem hoc diuina inspiratione dixisse, ut & illud circa sacerdotes deinceps seruaretur quòd præceperat dominus Mosi, & hoc quòd Aaron dixit tanq̄ diuinitus dictum Moyses approbaret. Quid ergo de cæteris eiusdem diei sacrificijs, id est, de ariete & uitulo quæ diximus etiam ipsa pro peccato oblata debere intelligi, an de uitulo nulla quæstio est,

Leuit.10

quoniam oportebat sic fieri, ut de eius sanguine quemadmodum præceptum fuerat intromitteretur, unde & tangerentur cornua altaris incensi, & cõsequẽs erat ut totus arderet? Quid ergo de ariete? An quoniam primum caprum quæsiuit Moyses, quòd de capro illi responsum est, hoc & de ariete intelligendum est quem ex ordine fuerat quæsiturus, nisi illud responsum sacerdotis ei placuisset? De uitulo autem quid quæreret, cum ea lege fieri potuerit quã de uitulo pro peccato uniuersæ Synagogæ præceperat deus, sicut de uitulo pro peccato sacerdotis, id est, ut totus arderet extra castra. Hæc enim sunt uerba irascentis Moysi ad filios fratris sui, cũ hircum pro peccato quæsitum non inuenisset, quia fuerat totus incensus: Quare nõ comedistis illud quòd fuit pro peccato in loco sancto? Quoniã enĩ sctã sanctorũ sunt, hoc uobis dedit edere ut auferatis peccatũ Synagogæ, & exoretis pro eo ad dominum. Non enim illatum est á sanguine eius in sanctum ante faciem intus. Edetis illud in loco sancto quomodo mihi constituit dominus. Vtiq; cum dicit, non enim illatum est à sanguine eius in sanctum ante faciem intus, procul dubio discernit illud quòd ita fit pro peccato sacerdotis, siue pro peccato uniuersæ Synagogæ, non de hirco de quo sanguis, quoniam non erat iussus inferri ad tangenda cornua intus altaris incensi, non debuit totus incendi, sed á sacerdotibus manducari. Hoc autem quare sit factum, id est, ut etiam ipse totus incenderetur, respondit Aaron & placuit Mosi. Sanè quoniam sex pecora præcepta fuerunt senioribus populi ut offerrentur pro populo, quorum prius quattuor commemorauit, hircum, et arietem, & uitulum, & agnum anniculum, quorum manifestum est hircum pro peccato, manifestum est etiam agnum anniculum in holocaustum, duo uero media arietem & uitulum ambigue posita, uideamus utrũ ad sacrificium pro peccato pertinerent, ut hirco adiungerentur, an potius agno ut in holocaustum offerrentur, unde quid nobis uideretur, suo loco exposuimus. Postea uero ut sex animalia complerentur uitulum & arietem cõmemorauit in sacrificium salutaris, nec tamen in consequentibus cum immolata sunt, & identidem commemorata fit mentio pecorum ipsorum arietis & uituli, quæ inter caprum & agnum posuerat, sed tamen ille uitulus, & ille aries commemorantur, quos in sacrificium salutaris offerri iusserat: ut iam non sex pecora, sed potius quattuor fuisse credantur. Potest fortasis intelligi quæ duo illa, quæ prius inter hircum & agnum posuerat iterum nominauit, & non est alius uitulus & alius aries in sacrificium salutaris, ut cum dixisset hircum pro peccato, & arietem & uitulum, non dicens in quid, id est, in quam rem, agnum uero anniculũ in holocaustum postea dicere uoluerit, quid de uitulo & ariete faciendum esset, id est, quia neq; pro peccato sicut hircus, neq; in holocaustum sicut agnus, sed in sacrificium salutaris iubebantur inferri. Sed si hoc intellexerimus, manebit quæstio, quare pro peccato Synagogæ hircus oblatus sit, cum de sacrificijs quæ pro peccatis offerenda essent ab initio dominus loquens, uitulum offerri iusserit pro peccato Synagogæ, sicut pro peccato Sacerdotis, non caprum, sed uitulum, de quo uitulo etiã sanguinem similiter ut pro peccato sacerdotis ad tangenda cornua altaris incensi præcepit inferri. Et quæ causa fuerit ut pro peccato Aaron Moyses uitulum offerret, ut ipse Aaron alterum uitulum sicut pro peccato sacerdotis secundum dei præceptum offerri oportebat, pro peccato autem populi non uitulus sicut præceptum fuerat, sed hircus potius offerretur? Quòd commonere uisum est nobis, ut supra diximus, quòd non solus hircus pro peccato populi, sed & aries & uitulus offerri iussus est, ut ad ista tria subaudiatur pro peccato, quia & principes erant in populo, pro quibus hircus fuerat offerendus, & singuli quiq; habere propria peccata potuerunt, pro quibus aries, & unum aliquod peccatum omnes, pro quo uitulus sicut ab initio præceptum fuerat, pro peccato uniuersæ Synagogæ uitulum offerri oportebat. Ideo autem cum immolata sunt, hircus tãtummodo nominatur, ut alia etiam tacita intelligerentur, locutione á parte totum, quia omnia fuerant pro peccatis.

Quõ aqua immundũ faciat, an & ipsa immunda sit dicenda secundum aliam literam. Quæstio. XXXVII.

CVm ageret de morticinis immundorum animalium: Et omne uas fictile inquit in quo ceciderit ex eis quæcunq; sunt intus, immunda erunt, & illud conteratur, id est, ipsum uas. Et omnis cibus qui manducatur in quemcunq; uenerit super illum aqua, immundus erit uobis. Non quæcunq; aqua intelligenda est quæ superueniret cibo, facit eum immundum, sed ex illo uase quòd factum est immundum de morticinis immundis, si forte ipsum uas habuit aquam. Leuit. 11

Quæ sint animalia uiuificantia quæ græce ζωογονήτα dicuntur. Quæ. XXXVIII.

INstrue filios Israël inter uiuificantia quæ manducantur, & inter uiuificantia quæ non manducantur. Quæ græcus habet ζωογονήτα, nostri quidam uiuificantia interpretari maluerunt, quia utcunq; hoc uerbum noster usus recepit quàm facere nouum insolitum si dici posset uiuigignentia. Non enim quæ uiuificant, id est, uiuere faciunt, sed quæ uiuos fœtus gignunt, id est, nõ ouа, sed pullos dicuntur ζωογονήτα. Leuit. 11

Quid est qđ ait de muliere quæ peperit, Omne sanctum non tanget &c. Quæstio. XXXIX.

QVid est quòd ait de mulere quæ peperit: Omne sanctum nõ tanget & sanctuarium non introibit. Quòd sanctuarium uult intelligi cũ legatur in tabernaculũ, non nisi sacerdotes solere ingredi, & usq; ad uelum interius secundum, ultra uelum aũt ipsum ubi erat arca non nisi unum summum sacerdotem: An et ante tabernaculum ubi erat altare sacrificiorũ sanctuarium dici potuit? Nam sæpe appellatur locus sanctus etiã Leuit. 12

ctus etiã ipsum atrium, cum dicitur: In loco sancto edent ea. Illuc fortasis solebant intrare mulieres quando offerebant dona sua quæ imponerentur altari.

Quid est q̃ ait: Si masculum peperit, immunda erit septem diebus &c̃. Quæstio. XL.

Leuit. 6

QVid est quòd dicit: Si masculum peperit mulier, immunda erit septem dies secundum dies secessionis purgationis eius immunda erit, & in die octauo circuncidet carnem præputij eius, & triginta tres dies sedebit in sanguine suo mundo: Omne quòd sanctũ est non cotinget, & sanctuarium non intrabit. Quæ differentia est inter septem dies illos quibus dicit eam immũdam, & triginta tres dies quibus in sanguine suo mundo sedebit. Si enim iam immunda nõ est per triginta tres dies quare non tangit quòd sanctum est? An hoc ad hoc interest, quia in sanguine est, licet mundo, ut hoc distet, quia cum immunda est, ubicunq; etiam sederit immundum facit, cum uero iam in sanguine mundo sedet, tantum quòd sanctum est nõ ei licet tangere, & in sanctuarium intrare. Hoc est enim quòd ait, secundum dies secessionis purgationis suæ. Quòd dicit alio loco, immundiciam fœminæ quæ menstruis purgatur septem dierum esse, quando enim super quòd sederit immundum erit. Secessionis autem dicit, quoniam secedebat aliquantum ne omnia coinquinaret cum perageret illos dies. Hos dies immundiciæ eius si fœminã pareret, lex duplicabat, & quattuordecim fiebant, reliquos autem quibus sedebat in sanguine mundo suo, etiam ipsos duplices iussit seruari, id est, sexaginta sex, ut omnes essent in partu masculi quadraginta, & fœminæ octoginta. Aliqui autem codices græci non habent, in sanguine mundo suo, sed in sanguine immundo suo. Et cum impleti fuerint dies purgationis eius super filio aut super filia, offeret agnum anniculum sine macula in holocaustum & pullum columbinum & turturem pro peccato ad ostium tabernaculi testimonij & sacerdotem, & offeret eum ante dominum, et exorabit pro eo sacerdos & purgabit eam à fonte sanguinis eius. Ista lex eius quæ peperit masculum aut fœminam. Si autem non inuenerit manus eius quòd satis est in agnum, accipiet duos turtures, aut duos pullos columbinos, unum in holocaustum, & unum pro peccato, & exorabit pro ea sacerdos & purgabitur. Recte ergo superius non legendum est, offeret agnum anniculum sine macula in holocaustum, aut pullum columbinũ, aut turturem pro peccato sicut nonnulli codices habent, sed sicut dictum est, & pullum columbinum & turturem pro peccato, quandoquidem postea dicit: Si non inuenerit manus eius quòd satis est ad agnum, accipiet duos turtures, ubi & plus uidetur habere. Nam ea coniunctione detracta, integre sequitur: Accipiet duos turtures, aut duos pullos columbinos, unũ scilicet in holocaustum, alterũ pro peccato. Sed quo pec-

Roma. 5. cato, nũquid peperisse peccatũ est? An hic ostenditur illa propago ex Adam, unde Apostolus dicit, ex uno in cõdemnationem, & quia per unũ hominem peccatũ intrauit in mundum, & per peccatũ mors, & ita in omnes homines pertransijt? Et hic satis apparet quemadmodum dictum sit: Ego in iniquitatibus conceptus sum, & Psalm. 50
in peccatis mater mea in utero me aluit. Cur ergo non illud quòd natum est purgari dicit scriptura per hoc sacrificium, sed ipsam quæ peperit? An ad ipsam quidem unde illa origo trahebatur relata purgatio est propter sanguinis fontem? Non poterat tamen sine ipsius fœtus purgatione fieri qui ex ipso sanguine exortus est: Nam quo pertinet quòd superius ait, super filio, aut super filia offeret agnum anniculum sine macula in holocaustum & pullum columbinum aut turturem pro peccato, si nihil per hoc sacrificium fiebat p̃ eis qui nascebantur? Quòd si quis q̃ ita distinguere conabitur, ut dicat non esse iungendum super filio aut super filia offerre agnum anniculum sine macula in holocaustum, & pullum columbinum pro peccato, sed ita potius legendum: Cum adimpleti fuerint dies purgationis eius super filio aut super filia, id est dies purgationis impleti fuerint super illo aut super illa, filio scilicet uel filia, deinde ab alio sensu sequatur: Offeret agnum anniculum sine macula in holocausto, & pullum columbinum pro peccato, id est, pro peccato suo, cum completi fuerint dies purgationis eius super filio aut super filia. Quisquis ergo ita distinguendum putauerit, ex Euangelio conuincetur, ubi cum tale aliquid nato ex uirgine domino facerent magis propter consuetudinem le- Luce. 2
gis, quàm propter necessitatẽ alicuius in eo expiandi purgandiq; peccati sic legitur: Et cum inducerent puerum Iesum parentes eius ut facerent secundum consuetudinem legis pro eo, non dictum est, pro matre eius, sed pro eo, q̃uis ea fierent quæ hoc loco præcepta sunt de duobus turturibus aut de duobus pullis columbinis. Sic enim bapti- Math. 3
zari ipse etiam dignatus est baptismo Iohannis, qui erat baptismus pœnitentiæ in remissionem peccatorum, quãuis nullum haberet ille peccatũ. Merito ergo quidam nostri ita interpretati sunt etiã istum in Leuitico locum, ut non dicerent super filio aut super filia, sed pro filio aut pro filia. Hanc enim uim huius propositionis esse intellexerunt hoc loco, ubi græcus ait ἐπὶ ὑσίος ἢ ἐπὶ ὑσίᾳ ὅσκε ἐπὶ ὑγατρος. Sane aduertendum est, q̃ pauper dominus nasci uoluerit, ut non pro illo offerretur agnus & pullus columbinus aut turtur, sed par turturum aut duo pulli columbini, sicut in Euangelio legitur: quòd scriptura Leuitici tunc iussit offerri, si non habuerit manus offerentis, quòd satis est magnum.

Quomodo alterum alterius sit expositiuũ cum dicitur, homini si cui facta fuerit in cute corporis eius cicatrix &c̃. Quæstio. XLI.

HOmini si cui facta fuerit in cute corporis cicatrix Leuit. 13
signi lucida, & fuerit in cute coloris eius tactus lepræ &c. Velut exponendo dixerit posterius unde quòd primũ dixerat intelligeretur, quoniam dixerat homini si

cui facta fuerit in cute corporis eius cicatrix signi lucida, ne cicatricem sic intelligeremus quemodo solet esse uestigium sanati uulneris, aperuit hoc se de colore dicere, cum adiunxit: Et fuerit in cute coloris eius tactus lepræ. Quicquid ergo illud coloris uitium est, quòd nomine cicatricis appellat. Quòd uero ait, tactus lepræ, non quòd tactu color sentiatur, sed ita dicit tactum lepræ, tanquam ipse homo uel corpus eius lepra sit tactum, hoc est maculatum atq; uitiatum, sicut dici solet, tetigit eum uel non tetigit eum febris. Deniq; ipsam maculam tactam uocat, & eam semper isto nomine appellat. Vnde nonnulli nostri non tactum, sed maculam interpretati sunt, quo nomine quidem planius uideretur sonare quòd legitur, sed potuit & græcus non dicere ὄστφερ, id est, tactũ, sed ωώμορ, id est, maculam, unde ἀμώμορ dicit immaculatum, quamq̃ non ab illo solo quòd in colore contingit, sed ab omni uitio purum solet scriptura ἀμώμορ dicere. Vnde non maculam coloris, sed omnis uitij notam uult intelligi, quòd ωώμορ appellat. Posset ergo quòd ad solum colorem attinet σπίλορ dicere. Quo uerbo usus est apostolus ubi ait de ecclesia, non habentem maculam aut rugam, nec μωμορ aut σπιλορ dixit sed
Ephes. 5. ὄστφερ. id est tactum, quòd in græca lingua inusitate dicitur in coloribus, & tamen hoc septuaginta interpretes non piguit græce dicere, cur ergo latinos piguerit? Quòd autẽ dicitur cicatrix signi, uel ideo dicitur, quòd significet aliquid, uel ideo potius, quòd ipsum hominẽ signo quodam discernit à cæteris, hoc est notabilem reddit.

Quid est qd ait: Et uidebit sacerdos & inquinabit eum ad quem ueniet. Quæstio. XLII.

Leuit. 13 QVid est quòd ait: Et uidebit sacerdos & inquinabit eum ad quem ueniet ut mundetur? Sed inquinabit dictum est, id est, inquinatum pronunciabit, si hæc in eo uiderit quæ scriptura dicit de macula lepræ.

Quid est Lucidus albus color &c. Quæstio. XLIII.

Leuit. 13 SI autem lucidus albus erit in cute color eius & humilis non fuerit aspectus eius à cute, Lucidus albus subauditur tactus, id est, illa macula coloris, non pilus. Quòd postea dicit: Si aũt conuersa mutata fuerit significatio in cute, hanc dicit significationem quòd superius signum in latino legitur. Nam græcus & supra & hoc uno eodemq; uerbo usus est σημασίαν dicens.

Quid est: Et segregabit illum sacerdos septem diebus secundo, & uidebit. Quæstio. XLIIII.

Leuit. 13 ET segregabit illum sacerdos septem diebus secundo, & uidebit illum sacerdos die septimo secundo, & obscurus tactus non est conuersus in cute, & purgabit eum sacerdos, signum enim est, hoc est purgatum eum pronunciabit: Non enim est lepra, sed signum.

Quomodo iterum dicatur: Inquinabit eum &c. Quæstio. XLV.

SI autem conuersa mutata fuerit significatio in cute Leuit. 13
postrã uidit illum sacerdos ut purget, & uisus fuerit denuo sacerdoti & uiderit eum sacerdos, & ecce cõmutata fuerit significatio i cute, coinquinabit eum sacerdos, lepra enim est. Etiam hic inquinabit dixit, inquinatum pronunciabit, aut amplius habet ex more locutionis scripturæ. Hoc itaq; uidetur admonuisse ut cum uisus fuerit solus color albus & lucidus discolor sano colori, adhuc probetur á sacerdote, ut si uiderit etiam pilum mutatum in album colorem, & humiliorem factum cutis locũ in quo est albus color, tunc pronunciet lepram, id est, inquinet hominem pronunciando leprosum. Si autem inquit lucidus albus fuerit in cute color eius, id est, lucidus albus fuerit ille tactus, quo nomine eandem maculam appellat, & humilis non fuerit aspectus eius á cute, & pilus non fuerit conuersus in album, ipse autem est obscurus, id est, ipse, quia non est albus, segregabit sacerdos tactum septem dies, et uidebit sacerdos tactum die septimo, id est, allam maculam, & ecce tactus manet ante eum. Non commutatus est tactus in cute, id est, non est discolor & dissimilis inuentus á cute: Ergo sanatum est quòd uitiosum erat. Sed adhuc iubet probari eandem sanitatem per alios septem dies, atq; ideo sequitur & dicit: Et segregabit illum sacerdos septem dies secundo, id est, septem alios dies, & uidebit illum sacerdos die septimo secundo, & ecce obscurus tactus, id est, quia non albus et lucidus, ac per hoc concolor sano colori, non est mutatus tactus in cute, sicut & pauloante dixit, hoc est, non est dissimilis á cætera cute, & purgabit eum sacerdos, id est, purgatum pronunciabit á suspitione lepræ, non quoniam habuerit lepram quam iam non habet, sed quoniam lepra non fuit quòd in illo lucido & albo colore tactus, id est, maculæ illius apparuerat, cum expectaretur utrum humilior fieret locus, & pilus illic in album conuerteretur non contigit, sed potius ille tactus qui fuit ante lucidus & albus obscurus inuentus est, id est, similis cætero colori, non lucidus: Non erat ergo lepra, signum est enim non lepra quòd sic apparuerit. Tamen etiam propter hoc purgatus á suspitione lepræ, lauabit uestimenta sua, quia & in illo signo aliquid fuit propter quòd lauãda fuerant uestimenta, & mundus erit. Deinde sequitur.

Quomodo mutata dicetur significatio lepræ. Quæstio. XLVI.

SI autem conuersa mutata fuerit significatio in cute Leuit. 13
postaquam uidit illum sacerdos ut purgaret illum, id est, postaquam uidit eum sacerdos septimo die prius sanum ut purgaret illum, mutata est illa significatio, id est, illud signum in cute, & uisus fuerit secundo sacerdoti, id est, post alios septem dies, & uiderit eum sacerdos, & ecce commutata est significatio in cute, id est, non stetit in illa sanitate in qua eum uiderat post primos septem dies, & inquinabit illum sacerdos, lepra est enim.

Iam hic

Iam hic quoniã illud quód uiſum fuerat poſt primos ſeptem dies ſanum non ſtetit in ſuo, ſed mutatum eſt in priſtinum uitium, lepra pronunciatur, ita ut non hic expectetur uel locus humilior, uel pilus in album conuerſus. Cum enim lepra non ſit notabilis atq; uitioſa, niſi uarietas, hoc ipſum de uitioſo colore redire ad ſanum, & de ſano redire ad uitioſum, ita notabile eſt ut non ibi fuerit expectandum quòd in primo expectari præceperat, de humiliori loco & pili candore, ſed iam etiam iſta uarietate ſine dubitatione ſit lepra.

De eadem fere re. Quæ. XLVII.

Leui. 13 DEinde ſequitur: Et tactus lepræ ſi fuerit in homine, ueniet ad ſacerdotem & uidebit ſacerdos, & ecce cicatrix alba in cute, & hæc mutabit capillum album, & á ſano carnis uiuæ in cicatrice. Hinc ſi ſubtrahamus, & (more enim locutionis ſcripturarum poſitum eſt) iſte erit ſenſus: Et uidebit ſacerdos, & ecce cicatrix alba in cute, & hæc mutauit capillum album á ſano carnis uiuæ in cicatrice: Ordo eſt, mutauit capillum album in cicatrice á ſano carnis uiuæ, id eſt, cum caro uiua & ſana habebat capillum obſcurum, uel nigrum, hæc cicatrix album habet, lepra uetuſcens eſt in cute coloris eius, & inquinabit eum ſacerdos, id eſt, inquinatum pronunciabit. Non ſegregabit eum, quia immundus eſt, hoc uidetur dicere, quia ubi inuentus fuerit pilus in album mutatus concolor albo uitio cutis, iam non ſegregatur, ut probetur, nec expectatur utrum etiam humilior fiat locus, ſed ex hoc tamen quòd alba eſt cutis diſcolor á cætera, & album habet pilum diſcolorem cæteris qui ſunt in carne uiua & ſana, lepra ueteraſcens pronunciatur, ideo ueteraſcens, quia iam non eſt probanda illis bis ſeptem diebus. Si autem reſtitutus fuerit color ſanus & conuerſus fuerit albus, quoniam dixerat totum album factum per totam cutem, eo ipſo iam mundum eſſe, quia uarietas ibi iam non eſſet. Deinde ait: Et quacunque die uiſus fuerit in eo color, uiſus inquinabitur, ubi ſatis oſtendit uarietatem improbari. Ac per hoc quòd modo dixit: Si autem reſtitutus fuerit color ſanus & conuerſus fuerit albus, ueniet ad ſacerdotem, & uidebit ſacerdos, & ecce conuerſus tactus in album, & purgabit ſacerdos tactum, mundus eſt. Reſtitutum colorem ſanum, non debemus accipere ut color ſanus eſſet, etenim ipſe erat per quem tamẽ fiebat immundus propter uarietatem. Reſtitutum ergo dixit colorem ſanum, ut illud eſſet quòd fuerat, id eſt, albus ſano pereunte: Tunc enim rurſus mundus erit, cum totus albus fuerit, quia nulla ibi uarietas erit. Sed reſtitutum pro pereunte accipere, nimis inuſitata locutio eſt: Magis enim uidetur dicere debuiſſe, ſi autem reſtitutus fuerit color albus: Nunc uero ait reſtitutus ſanus & conuerſus fuerit albus, tanquam diceret, ſanus color, ſi reſtitutus fuerit in album.

Quid ſit q̃ cum de lepra capitis loqueretur, eam etiam quaſſationem appellauit. Quæſtio. XLVIII.

QVid eſt quód cum de lepra capitis loqueretur, Leui. 13 eam etiam quaſſationem appellauit, cum in ſolo colore fiat, uel cutis, uel capillorum, & quòd humilior aſpectus eius à cætera cute appareat, ſine dolore tamen & ſine ulla uexatione? An hoc quòd immundum eſt per quaſſationem uoluit appellare plagam, uelut hac immunditia homo percuſſus ſit?

Quid ſibi uult quod cum diceret de lepra ueſtimentorum aliarunq; rerum &c̃. ait: Aut in ueſtimento laneo, aut ſtuppeo & ſtamine &c̃. Quæſtio. XLIX.

QVid ſibi uult, quòd cum diceret de lepra ueſti- Leuit. 13 mentorum aliarumq; rerum ad uſus hominum pertinentium, ait: Aut in ueſtimento laneo, aut in ueſtimento ſtuppeo, aut ſtamine, aut in Lana, aut in licneis, aut in laneis, cum iam ſupra dixiſſet in ueſtimento ſtuppeo? Næm ſtuppeum eſt utiq; lineum. An illic ueſtimenta intelligi uoluit, hic autem quodlibet laneum, & quodlibet lineum. Non enim ueſtimenta ſunt ſtramenta iumentorum cum ſint lanea, aut ueſtimenta ſunt rætia cũ ſint linea. Prius ergo ſpecialiter de ueſtimentis, deinde generaliter de omnibus rebus laneis & lineis dicere uoluit.

Quid dixerit in omni operaria pelle. Quæſtio. L

QVæritur quid dixerit: In omni operaria pelle, Leuit. 13 quòd nonnulli interpretati ſunt, in omni confecta pelle. Sed non ait græcus ἐργασμενο λερματὶ, ait autem ἐργασμενος: Quòd uerbum etiam in regnorum libro poſitum eſt, ubi Ionatha loquitur ad Dauid: Eſto in agro in die operaria, id eſt, in die qua fit opus. Ac per hoc etiam hic pellem operariam in qua fit opus, debemus accipere, id eſt, alicui operi accommodatam. Sunt enim pelles quæ tantummodo ad ornamentum habentur, non ad opus.

Quid ſit: In omni uaſe operario pellis, & quomodo græce dicatur. Quæſtio. LI.

QVid eſt quòd ait: In omni uaſe operario pellis, Leui. 14 niſi quòd eſt ex pelle factum, hoc eſt in omni uaſe pellitio? Hoc aũt iſto loco uas dicit, quòd græci appellant σκεύος, hoc enim nomen generale eſt omnium utenſilium. Aliud eſt autem quód appellatur ἀγγέον: Nam & hoc latina lingua uas dicitur, ſed ἀγγέον illud magis intelligitur uas quòd liquorem capit.

Quid ſit q̃ ait: Quęcunq; tetigerit qui fluorem ſeminis patitur &c̃. Quæſtio. LII.

QVid eſt quòd ait: Et quicunq; tetigerit qui fluorem Leui. 15 ſeminis patitur, & manus ſuas non lauit aqua, lauabit ueſtimenta & lauabit corpus ſuũ aqua,

& immundus erit usq; in uesperam? Ambigue quippe positum est quòd ait, manus suas non lauit aqua, uelut postaquam tetigerit. Sed intelligendum est, quicunq; non lotis manibus tetigerit ipse quē tetigerit lauabit uestimēta.

Quomodo Aaron orare iubetur pro sanctis ab immunditijs filiorum Israël. Quæstio. LIII.

Leuit. 33 QVid est quòd cum præciperet quomodo intrare deberet sacerdos summus in sanctū, quòd est intra uelum, ait inter cætera: Et exorabit pro sanctis ab immunditijs filiorū Israël, & ab iniustitijs eorū, & de omnibus peccatis eorū. Quomodo ergo pro sanctis si ab immunditijs filiorum Israël & ab iniustitijs eorum de omnibus peccatis eorum? An quia non ait, pro immūditijs filiorum Israël, sed ab immunditijs, hoc intelligendum est, exorabit pro sanctis ab immunditijs filiorum Israël, id est, pro eis qui sancti sunt ab immunditijs filiorum Israël non consentientes immunditijs eorum, non quia pro ipsis tantum exorandum erat, sed quia etiam pro ipsis, ne quis q̄ putaret ita fuisse sanctos ut nihil esset unde pro eis exoraretur, quamuis essent ab immunditijs filiorum Israël & ab iniustitijs eorum alieni? De omnibus peccatis eorū, id est, quæ iniustitia ueniebant de omnibus peccatis eorū. Potest & iste esse sensus: Exorabit pro sanctis ab immunditijs filiorum Israël, id est, ut hoc pro illis exorari intelligatur ut ab immunditijs filiorum Israël tuti essent. Sed exorabit, non potest accipi, nisi quòd alio uerbo dicitur, propitiabit. Vnde propitiatorium uocatur, quòd alij exoratoriū interpretati sunt, græce aut dicitur ἱλαστήριον. Et quòd hoc loco latinus ait, exorabit pro sanctis, g ræcus habet ἐξίλασεται, Psalm. 115 quòd non intelligitur nisi pro peccatis. Vnde scriptum est in Psalmo: Qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis. Siue ergo aptior sensus est ut intelligatur sacerdos etiam pro his propitiare dominum, qui sancti sunt ab immunditijs filiorum Israël, & quia licet ita sancti sint ut immunditijs filiorum Israël & iniustitijs non consentiant, habent aliquid propter quòd eis necessaria sit propitiatio dei. Sane in quodam græco inuenimus, & exorabit sanctum, non pro sanctis, & illud quidem sanctum genere neutro, id est, τὸ ἅγιον. Nā posset intelligi, exorabit sanctum deum, & nulla esset quæstio. Quomodo autem posset intelligi, exorabit hoc sanctum, difficile est dicere, nisi forte illud sanctum quicquid est quòd deus est, quia & spiritus sanctus qui utiq; deus est neutro genere, græce dicitur τὸ πνευμα το ἁγίον. Et forte hoc est si tamen ille codex uerior est, qui emendatior uidebatur ἐξίλασταί τὸ ἅγιον, hoc est τὸ πνεύμα τὸ ἅγιον, quòd latine genere neutro dici non potest, quāuis & in tribus alijs codicibus uno græco & duobus latinis non inuenimus nisi quòd supra diximus, exorabit pro sanctis. Quòd potest & sic accipi, ut non pro sanctis hominibus, sed pro his quæ sancta sunt intelligatur, id est, tabernaculo ipso, & quæcunq; in eis essent sanctificata domino, ut hoc sit, exorabit pro sanctis ab immunditijs filiorum Israël, propitiabit deum pro his quæ sanctificata sunt domino ab immunditijs filiorum Israel, quia in medio eorum erat tabernaculū. Sic enim sequitur. Nam cū dixisset, exorabit pro sanctis & ab immunditijs filiorū Israël, & ab iniustitijs eorū de omnibus peccatis eorum, continuo subiecit: Et ita faciet tabernaculo testimonij qđ creatum est in eis in medio immunditiæ eorum, ut adhuc necessaria uideatur illa propitiatio pro sanctis, id est, pro tabernaculo & omnibus quæ in eo sancta dicuntur. Nam & paulopost hoc dicit de altari, quòd aspersione sanguinis mundaret illud sacerdos, & sanctificaret ab immunditijs filiorum Israël.

Quid uocetur sanctum, cum dicitur: Et perficiet exorans sanctum. Quæstio. LIIII.

ET perficiet exorans sanctum: Vtrum perficiet sanctum, an, exorans sanctum, secundum id quòd supra diximus. Nam & hic neutro genere græce dictum est τὸ ἅγιον. Vtrum ergo exorans dominum perficiet sanctum, id est, perfecte sanctificat quòd sanctificat, an perficiet quòd ait exorans sanctum id est, illud sanctum quòd τὸ πνεῦμα τὸ ἅγιον dictum est. Leuit. 34

De duobus hircis immolandis, de quibus solet esse disceptatio: Et quid sit sanctum. Quæstio. LV.

DE duobus hircis, uno immolando, & alio in deserto dimittendo, quem ἀποπομπαῖον uocant, solet esse disceptatio, & à quibusdā ille immolandus in bono accipitur, ille aūt dimittendus in malo. Non tamen iste sensus ideo cōfirmandus est, quia homo in cuius manu in heremum hircus dimittitur, cū rediret lauare iussus est uestimenta sua & corpus suum aqua, & sic ingredi in castra, tanq̄ & hoc sit indicium cur in malo sit ille hircus accipiendus, à cuius contagione homo abluendus est. Sic enim dicit abluendum, & eum qui alterius hirci quo in loco accæperit carnes extra castra combusserit, quia ita de illo & de uitulo fieri iubet, de quorum immolatorum sanguine fit aspersio, & sunt pro peccatis, ac per hoc nō negligenter istorum duorum hircorum distinctio i allegorica significatione tractanda est. Item cum constituisset diem decimum septimum mensis sabbato sabbatorum, quo fierit supradicta purgatio à sacerdote illo uno qui patri succedit, loquens de eodem sacerdote ait: Exorabit sanctum sancti. Quòd iam nescio utrum aliter accipiendum sit, sancto exorabit quam sancti, quodam genere locutionis, in illo scilicet sancto quo solus ipse summus sacerdos intrabat, quòd est intra uelum, ubi arca erat testimonij & altare incensi. Non enim eundem locum tanq̄ deum exorabit, sed quia tbi exorabit deum, ita positum est: Exorabit sanctum, sancti: Nam & hoc genere neutro in græco positum est τὸ ἅγιον, τοῦ ἁγιοῦ, An forte spiritum sanctum sancti de hoc est τὸ ἅγιον πνεῦμα, τοῦ ἁγιοῦ θεοῦ; An potius exorabit dictum est exorando Leuit. 33

orando purgabit, Nam sic uerba contexit: Et exorabit sanctum sancti & tabernaculum testimoniorum & altare exorabit & pro sacerdotibus & pro omni synagoga exorabit. Quomodo ergo exorabit tabernaculum & altare, nisi ut dictum est intelligamus exorando purgabit?

De quibus pecoribus occisis minetur lex. Quæstio. LVI.

Leuit.17 ILlud quod dicit. Quicunq; occiderit uitulum, aut ouem aut capram in castris, & quicunq; occiderit extra castra & ad ostium tabernaculi testimonij non attulerit, & in hoc constituit peccatum, & comminatur facienti, non de his dicit quæ occiduntur ad usum uescendi uel si quid aliud, sed de sacrificijs. Prohibuit enim priuata sacrificia, ne sibi quisq; quodamodo sacerdos esse audeat, sed illuc afferat ubi per sacerdotem offerantur deo. Ista enim nec uanis sacrificabant: Nam & hoc in ea cõsuetudine cauendum præmonuit. Cum ergo non liceret

3.Reg.13 offerri sacrificia nisi in tabernaculo, cui templum postea successit, unde & rex Israël Hieroboam uaccas facere ausus est quibus populus sacrificari, ne huius legis necessitate seducerentur, ab eo qui sub regno eius erant, dum pergerent Hierusalem, ut in templo dei offerent sacrificia

3.Reg.18 sua in quo facto à domino condẽnatus est, merito quæritur, quomodo licite sacrificauerit Helias extra templum

Gene.22 dei, quando & ignem de cœlo impetrauit, & Prophetas dæmoniorum conuicit. Quod mihi non uidetur alia ratione defendi, quam illa qua defenditur & Abrahæ factũ, quòd filium deo iussus uoluit immolare. Cum enim iubet ille qui legem constituit, aliquid fieri quod in lege prohibuit, iussio illa pro lege habetur, quoniam auctor est legis. Non enim deesse possent miracula alia præter sacrificium quibus superarentur & conuincerentur Prophetæ lucorum, sed spiritus dei qui fuerat in Helia, quicquid de hac re fœcit contra legem esse non potest, quia dator est legis.

Quomodo dicatur: Anima omnis carnis sanguis eius est, & quæ sequuntur. Quæstio. LVII.

Leuit.17 QVid est quod prohibens edendum sanguinem dicit: Anima omnis carnis sanguis eius est.

Quem totum locum sic explicat: Homo filiorum Israël aut de proselytis qui appositi sunt in uobis, quicunq; ederit omnem sanguinem, & statuam faciem meam super animam quæ manducat sanguinem, & perdam illam de populo suo: Anima enim omnis carnis sanguis eius est. Et ego dedi illud uobis exorari pro animabus uestris, sanguis en ĩeius pro anima exorabit. Propterea dixi filijs Israël: Omnis anima ex uobis non edet sanguinem, & proselytus qui appositus est in uobis non edet sanguinem. Nunquid nam si animam pecoris sanguinem dicimus, etiam anima hominis sanguis putanda est? Absit. Quomodo ergo ait, non anima omnis carnis pecoris sanguis eius est, sed anima inquit omnis carnis sanguis eius est? In omni utiq; carne etiam hominis caro deputatur: An quia & tale aliquid est in sanguine quia per ipsum maxime in hac carne uiuitur qui in omnibus uenis & corporis iunctura diffunditur, ipsam uitam corporis uocauit animam, non uitam quæ migrat ex corpore, sed quæ morte finitur? Qua locutione dicimus istam uitam temporalem esse non æternam, mortalem nõ immortalem, cum sit immortalis animæ natura, quæ allata est ab angelis in sinum Abrahæ, & cui dicitur: Hodie mecum eris in paradiso, & quæ in tormentis ardebat inferni. Secundum istam ergo significationem qua perhibetur anima, etiam hæc temporalis uita, dixit Apostolus Paulus: non enim facio animam meam pretiosiorem quam me, ubi se ostendere uoluit & mori paratum pro Euangelio. Nam secundum significationem qua anima dicitur illa quæ migrat ex corpore, magis eam præciosam faciebat cui tantum meritum conquirebat. Sunt & aliæ huiusmodi locutiones. Vita itaq; ista temporalis maxime sanguine continetur in corpore. Sed quid est quod ait: Dedi uobis eum ad altare dei ut exoret pro anima uestra, tanq̃ anima pro anima exoret. Nunquid sanguis ꝓ sanguine quasi de nostro sanguine solliciti simus, cũ pro anima nostra uolumus exorari? Absurdum est hoc: Sed multo est absurdius ut sanguis pecoris exoret pro anima hominis quæ mori non potest, cum manifeste scriptura testetur in epistola ad Hebræos, illum sanguinem uictimarum nihil profuisse ad exorandum deum pro peccatis hominum: sed significasse aliquid quod prodesset:

Luc.16 Luc.23 Impossibile est enim inquit sanguinem hircorum & taurorum auferre peccata. Restat itaq; ut quoniam pro anima nostr exorata mediator ille qui omnibus illis sacrificijs quæ pro peccatis offerebantur præfigurabatur, illud appelletur anima quod significat animam. Solet autẽ res quæ significat eius rei nomine quam significat nuncupari, sicut scriptum est: Septem spicæ septem anni sunt: Non enim dixit septem annos significant. Et septem boues septẽ anni sunt, & multa huiusmodi. Hinc est qd' dictum est. Petra erat Christus. Non enim dixit Petra significat Christum, sed tanq̃ hoc esset quod utiq; per substantiam non hoc erat, sed per significationem: Sic & sanguis quoniam propter uitalem quandam corpulentiam animam significat, in sacramentis anima dictus est: Verum si quisq̃ putat animam pecoris esse sanguinem, non est in ista quæstione laborandum. Tantum ne anima hominis quæ carnem humanam uiuificat & est rationalis sanguis putetur, ualde cauendum est, & hic error modis omnibus refutandus. Quærendæ etiam locutiones per id quod continet id quod continetur, ut quoniam aĩa sanguine tenetur in corpore, nã si fuerit effusus abscedit, ꝓ ipsũ aptius significata sit aĩa, et eius nomẽ sãguis accepit. Sicut ecclesia dicitur locus quo ecclesia cõgregatur

Hebr.9

Augustin. li. 1 locutionis de genesi.

Gen 41.

1.Cor.10

Nam ecclesia homines sunt, de quibus dicitur: Vt exhi-
Ephe.5 beret sibi gloriosam ecclesiam. Hanc tamen uocari etiam
ipsam domum orationum idem Apostolus testis est, ubi
1.Cor.11 ait. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bi
bendum, an ecclesiam dei contemnitis? Et hoc quoti-
dianus loquendi usus obtinuit, ut ad ecclesiam prodire,
aut ad ecclesiam confugere non dicatur, nisi quòd ad lo-
cum ipsum parietesq; prodierit uel confugerit, quibus ec-
Eccle.24 clesiæ congregatio continetur. Scriptum est etiam: Et
effundit sanguinem qui fraudat mercedem mercenarij.
Mercedem sanguinem dixit, quoniam in ea sustentatur
Iohan.6 uita, quæ nomine sanguinis appellatur. Sed cum dominus
dicat: Nisi manducaueritis carnem meam & biberitis
meũ sanguinem non habebitis uitam in uobis, quid sibi
uult quòd à sanguine sacrificiorum, quæ pro peccatis of-
ferebantur tantopere populus prohibetur, si illis sacrifi-
cijs unum hoc sacrificium significabatur, in quo uera sit
remissio peccatorum, à cuius tamen sacrificij sanguine in
alimentum sumendo, non solum nemo prohibetur, sed ad
bibendum pottus omnes exhortantur qui uolunt habere
uitam? Quærendum igitur quid significet quòd homo
prohibetur in lege sanguinem manducare, eumq; deo fun
dere iubetur. Nam de animæ natura cur per sanguinem
significata sit q̃tũ in præsentia satis uisum est, diximus.

Quid sit turpitudo matris. Quæ-stio. LVIII.

Leuiti.18. TVrpitudinem patris tui, & turpitudinem matris
tuæ non reuelabis, turpitudo enĩ eorũ est. Prohibet
cum matre concumbere, ibi est enim turpitudo patris &
matris. Nam postea prohibet & nouercæ, ubi dicit: Tur
pitudinem uxoris patris tui non reuelabis, turpitudo enĩ
patris tui est: Vbi exposuit quomodo in matre utriusq;
sit turpitudo, id est patris & matris, in nouerca autem
tantum patris.

Quid turpitudo sororis domini aut foris natæ. Quæstio. LIX.

Leuit.18 TVrpitudinem sororis tuæ ex patre tuo aut ex ma-
tre tua quæ domi est nata, uel quæ foris nata est nõ
reuelabis, turpitudo enim earum est. Quæ domi nata est,
intelligitur ex patre, quæ foris nata est, intelligitur ex
matre, si forte de priore uiro eam mater susceperat, &
cum illa in domũ uenerat quando patri eius nupsit. Quẽ
monet scriptura, ne reuelet turpitudinẽ sororis suæ. Hic
uidetur non prohibuisse, & quasi prætermisisse concu-
bitum cum sorore de utroq; parente nata. Non enim di-
xit, turpitudinem non reuelabis sororis tuæ ex patre &
matre, sed ex patre aut ex matre. Verũ quis nõ uideat e-
tiam illud esse prohibitum multo maxime. Si enim non
licet sororis turpitudinem reuelare ex quolibet parente
natæ, q̃to magis ex utroq;. Quid est autem quòd inter-
posita prohibitione, concubitus etiam cum suis neptibus,
siue de filio, siue de filia, sequitur & dicit, Turpitudinem
filiæ uxoris patris tui non reuelabis? Si enĩ hucusq; di-
xisset, intelligeremus etiam cum filia nouercæ prohibi-
tum fuisse concubitum, quam ex priore uiro nouerca pe
perisset, nec huius qui prohibetur soror esset, uel ex patre
uel ex matre. Cũ uero addidit, quæ ex eodem patre soror
tua est, non reuelabis turpitudinem eius, manifestat de so
rore factum esse istam prohibitionem, cum fuerit ex pa-
tre & ex nouerca, de qua iam superius dixerat. An ideo
iterum hoc apertius uoluit prohibere, quia superius sub-
obscurum fuit: Sepe enim hoc facit scriptura.

Quid turpitudo patrui etc̃. Quæ-stio. LX

TVrpitudinem fratris patris tui non reuelabis, & Leuit.18
ad uxorem eius non introibis. Exposuit quid di-
xerit turpitudinem fratris patris tui, id est, patrui tui nõ
reuelabis, hoc est enim, ad uxorem eius non introibis. In
uxore quippe patrui, uoluit intelligi turpitudinem pa-
trui, sicut in uxore patris, turpitudinem patris.

Quid turpitudo vxoris fratris Quæ-stio. LXI.

TVrpitudinem uxoris fratris tui non reuelabis, Leuit.18
turpitudo enim fratris tui est. Quæritur utrũ hoc
uiuo fratre, an mortuo sit prohibitum, & non parua
quæstio. Si enim dixerimus de uiui fratris uxore locutã Exo.20
scripturam, uno generali præcepto quo prohibetur ho-
mo ad uxorem accedere alienam etiam hoc utiq; conti-
netur. Quid est ergo quòd tam diligenter has personas
quas appellat domesticas proprijs prohibitionibus distin
guit à cæteris. Num enim & quod prohibet de uxore pa
tris, hoc est de nouerca, uiuo patre accipiendum esset &
non potius mortuo. Nam uiuo patre quis non uideat mul
to maxime prohibitum, si cuiuslibet hominis uxor alie-
na prohibita est maculari adulterio? De his personis er-
go uidetur loqui quæ possent non habentes uiros in ma-
trimonium conuenire, nisi lege prohiberentur, sicut fer
tur esse consuetudo Persarum. Sed rursus, si fratre mor-
tuo intellexerimus prohibitum esse ducere fratris uxo-
rem,, occurrit illud quod excitandi Seminis caussa, si ille
sine filijs defunctus esset iubet scriptura esse faciendum,
ac per hoc collata ista prohibitione cum illa iussione ne
inuicem aduersentur intelligenda est exceptio, id est non
licere cuiquàm defuncti fratris ducere uxorẽ, si defunctos
posteros dereliquit, aut etiam illud esse prohibitum ne
liceret ducere fratris uxorem, etiam si à fratre uiuo per Matth.16
repudium recessisset. Tunc enim sicut dominus dicit, ad
duritiam Iudæorum Moyses permiserat dari libellum re
pudij, & per hanc dimissionem potuit putari quòd licite
quisq̃ sibi uxorem copularet fratris ubi adulterium nõ
timeret, quoniam repudio discessisset.

Quid turpitudo mulieris & filie eius. Quæstio. LXII.

Turpitu-

Leuit. 18 TVrpitudinem mulieris & filiæ eius non reuelabis, id est, ne putet quisq; licere sibi ducere filiam uxoris suæ. Simul enim mulieris & filiæ eius non licet reuelare turpitudinem, id est, ambabus misceri, & matri, & filiæ.

Quomodo nõ licet accedere ad filiam filij, aut filię coniugis, nec eam ducere. Quæstio. LXIII.

Leuit. 18 FIliam filij eius, & filiam filiæ eius non accipies. Etiam neptem uxoris de filio uel de filia duci prohibuit. Super uxorem sororem eius non accipies in zelum. Hic non prohibuit superducere, quod licebat antiquis propter abundantiam propagationis, sed sororem sorori noluit superduci, quod uidetur fœcisse Iacob, siue quia non-
Gene. 30 dum fuerat lege prohibitum, siue quia supposita alterius fraude deceptus est, & illa magis de placito ueniebat quã posterius accepit, sed iniustum erat priorem dimitti, ne faceret eam mœchari. Hoc autem quod ait in zelum, utrũ ideò positum est, ne sit zelus inter sorores qui inter illas quæ sorores non essent contemnendus fuit, an ideo potius ne propter hoc fiat, id est, ne hoc animo fiat ut in zelum sororis soror superducatur.

Quomodo nec menstruatam attingere, Quæstio. LXIIII.

Leuit. 18 ET ad mulierem in segregatione immunditiæ eius non accedes reuelare turpitudinem eius, id est, ad menstruatam mulierem non accedes. Segregabatur enim secundum legem, propter immunditiam. Hoc cum superius satis sufficienter prohibuisset, quid sibi uult quòd etiam hic hoc eisdem præceptis uoluit adiungere? An forte ne in superioribus quod dictũ est, figurate accipiendũ putaretur, etiam hic possitum est ubi talia prohibita sunt quæ etiam tempore noui testamenti remota umbrarum ueterũ obseruatione, sine dubio custodienda sunt? Quod uidetur etiam per prophetam Ezechielem significasse, qui inter illa peccata quæ non figurate, sed manifeste iniquitatis sunt, etiam hoc commemorat, ad mulierem menstruatam si quis accedat, & inter iusticiæ merita si non accedat. Qua in re non natura damnatur, sed concipiendæ prolis noxium prohibetur.

Quomodo nec coniugem proximi. Quæstio LXV.

Leuit. 18 ET ad uxorem proximi tui non dabis concubitum seminis tui inquinari ad eam. Ecce ubi rursus pro-
Exo. 20 hibet adulterium, quod cum aliena uxore committitur, quod etiam in decalogo prohibetur. Vnde apparet illa ita prohibita ut etiam mortuis uiris suis non ducant uxores. quarum prohibet turpitudinem reuelare.

Quomodo vetetur idolatria. Quæstio. LXVI.

Leuit. 18 ET à semine tuo non dabis seruire principi. Hic non uideo quid intelligatur, nisi principi qui pro deo colitur. Non enĩ ait λατρεύειν, sed λατρευειμ in græco, quod latinus non solet interpretari, nisi ut dicat seruire, Plurimum autem distat: Nam seruire hominibus quo serui seruiunt quod non est λατρεύειν, sed λοιλεύειν scriptura non prohibet, seruire autem secundum id quod est λατρεύειν, nõ iubetur hominibus nisi uni uero deo sicut scriptum est: Dominum deum tuum Deut. 6
adorabis & illi soli seruies. Non solum autem hoc uerbo quod ait λατρεύειν, satis significat quem principẽ dicat, id est, cui cultus tanq; deo exhibeatur, uerumetiã eo quòd adiungit: Et non prophanabis nomen sanctum, siue dei, cui populo datur illo modo seruire principi. Siue nomen sanctum ipsius populi Israël, propter quod dicitur: Sancti estote quoniam ego sanctus sum. Opportunissime etiam hic adiungit: Ego dominus, hoc utiq; admonens, quia illi soli debetur λατρεια id est seruitus, qua seruitur deo.

Quomodo terra dicatur exhorrere, Quæstio. LXVII.

QVod dicit: Et exhorrebit terra eos qui insi- Leuit. 18
dent super eam, propter mala facta eorũ, quæ superius commemorauit, non ideo dictum putandum est quòd habeat terra sensum quo ista sentiat & exhorreat, sed nomine terræ homines significat qui sunt super terram. Proinde cum hæc mala faciunt homines, inquinant terram, quia inquinantur homines q hæc imitantur, & exhorret terra, quia exhorrent homines qui nec faciunt nec imitantur.

Quomodo dictum sit: Non mentiemini, neq; calumniam faciet vnusquisq; proximo suo. Quæstio. LXVIII.

NOn furtum facietis, neq; mentiemini, neq; calum- Leuit. 19
niam faciet unusquisq; proximo suo. Illud de furto positum est in decalogo. Quòd autem dicit, neq; men- Exo. 20
tiemini, neq; calumniam faciet unusquisq; proximo, mirum si non eo præcepto coninetur quod ibi positum est, neq; falsum testimonium dices aduersus proximum tuũ, quoniam neq; calumnia sine mendacio fieri potest quod falsi testimonij generalitate concluditur. Sed utrum hæc aliqua compensatione admittenda sint, magna quæstio est, sicut de mendacio pene omnibus uidetur, quòd ubi nemo læditur, pro salute mentiendum est. Vtrum ergo ita & de furto, an furtum fieri potest ubi nullus læditur? Quinimo fieri potest etiam quando ei cui fit consulitur tanq; si quisq; hominũ uolenti se occidere, gladium furetur. Nam calumnia nescio utrum cuiq; ad eius utilitatem fieri possit, nisi forte quod ad maius gaudium fiebat quo
Gen. 44 postea fruerentur, quod Ioseph de Cypho calumniabatur fratribus suis, quibus etiam explorationis falsum crimen intenderat: Quamq; si definitionibus ita determinare tẽptemus, fortasse furtum non est nisi quando alieno occulte ablato proximus læditur, & calũnia nõ est, nisi qñ falsi criminis obiectione proximus læditur, mendaciũ aũt non possumus dicere tunc tantũmodo esse, quando proximus læditur: Cum enim falsum ab sciente dicitur, proculdubio mendacium est, siue illo quisq, siue uemo lædatur.

Proinde

Proinde magna quæstio de mendacio, utrum possit aliquando iustum esse mendacium, facile solueretur si sola præcepta intueremur non exempla. Nam quid isto præcepto absolutius. Non mentiemini? Sic enim dictum est, quomodo, Non fácies tibi idolum, quod factum non potest aliquando iustum esse, & quomodo dictum est, Non mœchaberis, Quũ autem dicat aliquando mœchiam iustam esse posse? Et, Non furaberis, secundum definitionem illam furti, iustum esse furtum nunq̃ potest. Et, Non occides: Quoniam cum homo iuste occiditur, lex eum occidit, non tu, nunquid ita dici potest cum homo iuste mentitur, lex mentitur? Sed exempla faciunt difficillimam quæstionem. Mentitæ sunt obstetrices Aegyptiæ, et bona illis deus retribuit. Mentita est Raab pro exploratoribus terræ, & ideo liberata est, An ex quo dictum est in lege: Non mentiemini, ex illo intelligendum est, nec in tali causſa licere mendaciũ, in quali causſa legitur Raab esse mentita? Sed magis credibile est, quia iniustum erat mendacium, ideo prohibitum, non quia prohibitum, ideo factum iniustum. Fortaſsis ergo sicut de obstetricibus diximus, non hoc in eis remuneratum quòd mentitæ sunt, sed q, infantes Hebræos liberauerũt, ut ꝓpter hãc misericordiã illud peccatũ ueniale sit factũ, nõ tñ existimetur nõ fuisse peccatũ. Sic etiam de Raab intelligendũ est, remuneratam in illa liberatione exploratorum, ut propter eandem liberationem uenia sit data mendacio. Vbi autem uenia datur, manifestum est esse peccatum. Sed illud cauendum est, ne ita quisq; existimet etiam de cæteris peccatis, si propter liberationis hominum fiant, ita ueniam posse concedi. Multa enim mala intolerabilia & nimiũ detestanda istum sequuntur errorem.

Exo.1

Iosue.2

Quomodo: Non nocebis proximo. Quæstio. LXIX.

Leuit. 19

NOn nocebis proximo. Si quid sit nocere & non nocere pateret hominibus, hoc generale præceptum ad innocentiam retinendam fortaſse sufficeret. Omnia enim quæ prohibentur committi in proximum, ad hoc unum referenda sunt quod dictum est: Non nocebis proximo. Nam quod sequitur: Non rapies, nisi ad hoc referatur, ne rapiendo noceatur, aliquando euenit ut non rapiendo quisq; noceat. Nam gladius insanienti rapiendus est, & si non fœcerit quis ut oportuerit magis nocuerit.

Quomodo addat: Non vindicatur manus tua. Quæstio. LXX.

Leuit. 19

QVid est quod cum supra dixisset: Non odio habebis fratrem tuum in animo tuo, arguendo argues proximum tuum, & non accipies propter istum peccatum, consequenter adiunxit, & non uindicatur manus tua, utrum pro eo quod est, non ponitur: Animo enim bono facies cum disciplinam peccati proximo imponis, ne accipias peccatum eius negligendo. Ad hoc enim pertinet quod ante posuit: Non odio habebis proximum tuum in animo tuo. Videri enim potest ei qui arguitur quòd oderis eum, cum non sit in animo tuo. An non uindicatur manus tua, hoc potius admonet ne quæras uindicari manum tuam, nec ulciscendi libidine rapiaris? Nam quid est aliud uindicari uelle, nisi lætari & cõsolari de alieno malo? Et ideo dictum est: Non iraſceris filijs populi tui. Sic enim recte ira definita est, quod sit ulciscendi libido. Quidam uero codices habent, nec uindicabitur manus tua, id est ne arguendo uindicare te uelis, sed potius consulere illi quem arguis.

Quid illud: Et incisiones super animam nõ facietis in corpore uestro. Quæstio. LXXI.

ET incisiones super animam non facietis in corpore uestro. Super animam dixit super funus mortui, de anima quippe dolor est quæ recessit. Ad hunc autem dolorem pertinet luctus, in quo luctu nonnullæ gentes habent consuetudinem secare seu incidere corpora sua. Hoc autem fieri à Iudeis deus prohibet. Leuit. 19

Quomodo illud accipiendum: Ita vt fornicẽtur principes de populo suo. Quæstio. LXXII.

ITa ut fornicentur principes de populo suo. Nõ de populo suo principes, sed de populo suo fornicentur. Eos quippe principes uult hic intelligi, qui pro dijs colebantur, sicut Apostolus dicit: Secundum principem potestatis aeris: Et in Euangelio dominus: Nũc princeps huius mundi missus est foras: Et, Ecce uenit princeps mundi huius & in me nihil inueniet. Leuit 19 Ephe. 2 Iohan. 12 Iohan. 14

Quomodo illud: Homo quicunq; adulterauerit vxorem viri etc̃. accipiendum sit. Quæstio. LXXIII.

HOmo quicunq; adulterauerit uxorem uiri, aut quicunq; adulterauerit uxorem proximi sui, morte moriantur, pluraliter dixit, morte moriantur, hoc est qui adulterauerit & quæ adulterata est: Hic aliquid distare uoluit inter quemlibet uirum & proximum, q̃us multis locis proximum pro omni homine ponat. Sed quæ est ista locutio, ut cum iam dixisset de uiro, hoc idem repetierit de proximo, cum sit consequens, ut multo magis ab uxore proximi abstinendum sit si ab uxore cuiuslibet uiri abstinendum est: Nã si prius de proximo dixisset, ne putaretur uxorem licere adulterare nõ proximi addendum fuit, sed de quolibet uiro. Nunc uero si quod minus est, non licet, quanto minus licet quod maius malum est, Nam si non licet adulterare uxorem cuiuslibet uiri, quãto magis proximi. An forte ista reptitio tanq̃ exponit quid prius dictum sit, ut ideo intelligat homo quantum malum sit adulterari uxorem uiri, quia si hoc fœcerit, uxorem proximi adulterat? Proximus est enim omnis homo homini. Leuit. 20

Quomodo illud: mulier quæ accesserit ad omne pecus ascendi ab eo etc̃. Quæstio. LXXIIII.

Et mulier

Leuit.20 ET mulier quæ accesserit ad omne pecus ascendi ab eo interficietis mulierem & pecus, morte moriantur, rei sunt. Quæritur quomodo sit reum pecus cum sit irrationale, nec ullo modo legis capax. An quemadmodũ transferuntur uerba modo locutionis quæ græcè appellatur metaphora, ab animali ad inanimale, sicut dicitur inprobus æstus, uel iratum mare, ita & hic translatum est à rationali ad irrationale? Nã pecora inde credendũ est iussa interfici, quia tali flagitio contaminata indignã refricant facti memoriam.

Quid significet videre, cum dicitur: Qui viderit turpitudinem sororis suę. Quæstio. LXXV.

Leuit.20 QVicunq; accepit sororem suam ex patre suo, aut ex matre sua, & uiderit turpitudinem eius improprium est, exterminabuntur in conspectu generis sui. Turpitudinem sororis suæ reuelauit, peccatũ suum accipiet. Quid ait in hoc loco, uiderit, nisi concumbendo cognouerit, sicut in lege dicitur, cognouit uxorem suam, pro eo quod est, mixtus ei est. Et quid ait peccatum suum accipient, cum de pœna eorum loqueretur, nisi quia & ipsam pœnam peccati peccatum uoluit appellare.

Quo gradu cognationis prohibeatur cognata. Quæstio LXXVI.

Leuiti.20. QVicunq; dormierit cum cognata sua turpitudinem cognationis suæ reuelauit, sine filijs morientur. Quæritur quousq; sit intelligenda ista cognatio, cum ex longo gradu liceat utiq; accipere uxorem semperq; licuerit. Sed intelligendum est ex his gradibus quos prohibuit non licere, & secundum ipsos dictum, quicunq; dormierit cum cognata sua, ubi & aliqua non commemorata intelligenda dimisit, sicut sororem de utroq; parente, sicut uxorem fratris matris id est auunculi. Nam de uxore patrui primum prohibuit, quãuis hæc non cognatio, sed affinitas perhibetur. Sed quid est, sine filijs morientur, cum filij ex huiusmodi coniunctionibus & ante nati sint, hodieq; nascantur? An hoc intelligendum est lege dei constitutum, ut quicunq; ex eis nati fuerint non deputentur filij, id est, nullo parentibus iure succedant? Et non execrabiles facietis & animas in pecoribus & in uolucribus & in omnibus serpentibus terræ, quæ ego segregaui uobis in immũditiam. Videtur hic significare non hæc natura immunda esse, sed aliquo sacramenti signo, quandoquidem dicit, quæ ego segregaui uobis in immunditiam, tanq̃ immunda eis nõ essent. si eis segregati non essent.

Vter obrui præcipiatur, an uentriloquus tantum, an & mulier habens eum. Quæstio. LXXVII.

Leuit.20 ET uir, aut mulier si forte fuerit illi uentriloquus aut incantator morte moriantur ambo, lapidibus lapidabitis eos, rei sunt. Vtrum uir & mulier, an uir & uẽtriloquus, aut mulier & uentriloquus siue incantator: Sed hoc magis & qui habet & quæ habet.

Quomodo mutato numero dicatur: Mulierem fornicariam non accipient, quia sanctus est. Quæstio. LXXVIII.

MVlierem fornicariam & prophanam non accipient, & mulierem eiectam à uiro suo, quoniam sanctus est domino deo suo. Superius non accipient, dixerat, nũc autem quoniam sanctus est, non quoniam sancti sunt de pluribus qui uno sunt tempore sacerdotibus loquebatur, sed de unoquoq; eorum dixit, quoniam sanctus est, locutione qua solet uti scriptura. Nam unum illum summum postea commemorat qui intrabat sancta sanctorum. Nam & pluraliter concluſit dicens: Et sanctificabis eum, dona domini dei uestri iste offeret, sanctus est, quoniam sanctus, & ego dominus qui sanctifico eos. Quantum autem pertinet ad dona, quoniam dixit dona domini dei uestri ipse offeret, non solum summus ille offerebat, sed etiam secundi sacerdotes: Ac per hoc qnod ait mulierem fornicariam & prophanam & eiectam à uiro suo non accipiet, hoc & secundi sacerdotes prohibiti sũt: Nam & de summo postea dicit, qui etiam non nisi uirginem accipere iussus est. Leuit. 21

Quis sacerdos magnus a fratribus suis. Quæstio. LXXIX.

ET sacerdos magnus corã fratribus suis, id est, qui inter fratres suos magnus est, ille scilicet unus magnus sacerdos cui fusum est super caput ex oleo Christo, Ipsum oleum appellat scriptura Christum. Leuit.21

Quæ consummatus induere vestimenta dicatur. Quæstio. LXXX.

ET consũmatus manus induere uestimenta, illa utiq; quæ in ueste sacerdotali operosissime describũtur, Leuit.21

Quid sit: Caput non reteget cidari. Quæstio LXXXI.

CAput nõ reteget cidari, & uestimenta sua nõ scindet, & sup oẽm animã mortuã nõ introibit. Intelligitur ea quæ supra dixit in luctu facere eum prohibitũ, id est, caput nudare cidari & uestimẽta scindere. Vestimenta enim scindere lugentiũ erat antiquorũ, sicut de Iob scriptũ est, cũ ei filij eius ruina nũciarentur oppressi. Nudare aũt caput cidari propterea lugentis esse potuit, quia detractio est ornamenti. Quod uero ait: Super oẽm aiam mortuã nõ introibit, quõ dicat animã mortuã corpus mortuũ, difficile est intelligere, & tamen scripturarũ est usitata locutio, quæ nobis inusitatissima est. Nomẽ ergo rectricis suæ etiã corpus accepit anima destitutum, quoniã reddendũ illi est in resurrectione, sicut ædificium quod appellatur ecclesia etiã cum inde ecclesia exiret qui homines sunt, nihilominus ecclesia dicitur. Sed cũ corpus nõ accipiat aiæ nomẽ in homine uiuente, quõ tunc uocetur anima cũ caruerit aĩa, mirũ est. Porro si animã mortuam intellexerimus à corpore separatam, ut ipsam separationem mortem dixisse uideatur, id est, ut aĩa mortua sit dirempta à corpore, non natura sua perdita Leuit.21

Non

Non enim & cum dicimur mortui peccato, natura dicimur interisse, sed quòd iam peccato non utimur, ut sic intelligatur anima mortua, id est corpore mortua, quòd uti eo desierit cum in sua natura uiuat, quomodo potest quisq; intrare super animam mortuam quod sacerdos iste prohibetur, cum quisquis intrat super mortuum corpus intret non super animam quæ discessit à corpore. An ipsam uitam temporalem animæ uocabulo appellauit, quæ utiq; mortua est in defuncto corpore, anima illa emigrãte quæ mori non potest? Non quòd ipsa uita anima fuerit, sed q, per animæ præsentiam quæ subsistebat, nomen eius acceperit, sicut distinximus cum de sanguine loqueremur qd dictum sit anima: Omnis carnis sanguis eius est. Est enĩ & ipse sanguis mortuus in corpore mortui, non enim cũ abscedente anima abscessit. Vetuit ergo scriptura summum sacerdotem etiam super patris uel matris funus intrare, quod secundum non prohibuit. Sequitur enim: Super patrem suum & super matrem suam non inquinabitur. Ordo est autem uerborum: Super patrem suum nõ inquinabitur, nec super matrem suam.

Quomodo dicatur: Et de sanctis non exibit. Quæstio. LXXXII.

Leuit. 12 ET de sanctis non exibit: Eo proculdubio tempore quo suorum funera celebrantur, sicut eis septẽ diebus quibus sanctificabatur de sanctis est exire prohibitus, non autem semper. Sane si uxores ducere, uel filios gignere non uetabantur summi tunc sacerdotes, magna oritur quæstio, cum lex etiam coniugali concubitu immundum hominem dicat usq; ad uesperam, etiam cum abluerit corpus suum aqua, & iubeatur summus sacerdos propter incensum continuationis bis in die quotidie intrare intra uelum, ubi erat altare incensi, nec quemq; immundũ ad sancta fas esset accedere, quomodo id quotidie summus sacerdos implebat, si filios procreabat? Nam si ægritudo illi accidisset, quis loco eius fungeretur? Si quis inquirat, responderi potest, quòd gratia dei non ægrotabat. Nunquid sic etiam de filiorum procreatione responderi potest, unde sit consequens ut aut continens esset, aut diebus aliquibus intermitteretur incensum, aut si illud intermitti non posset, quod nõ nisi per summum sacerdotem necesse esset imponi, non fieret immundus coitu coniugali, merito præcipue sanctificationis suæ. Aut si etiam ad ipsum pertinet, quod de omnibus filijs Aaron in consequentibus dicit, ut nullus eorum accedat ad sancta, si cui aliquid acciderit immunditiæ, illud pro peccato restat accipere quod nonnullis diebus non imponebatur incensum.

2. Retract. Cap. 55

Quomodo super funus patris prohibeatur intrare. Quæstio. LXXXIII.

Leuit. 12 QVod autem super funus patris sui summus sacerdos prohibetur intrare, quæri potest quomodo iam esse poterat summus sacerdos nõdum mortuo patre suo, cum eos patribus succedere iubeat: Ideo necesse erat nondum sepulto summo sacerdote continuo substitui sacerdotem propter continuationis incensum, quod per summum sacerdotem quotidie oportebat imponi, quamq; & illa quæstio de ægritudine summi sacerdotis manet, si moriturum necesse erat diebus aliquibus ægrotare, nisi forte & hoc ita soluatur, ut dicatur nõ solere summos sacerdotes, nisi subito mori non præcedẽte ægritudine, sicut de ipso Aaron scriptura testatur.

2. Retract. Cap. 55

Quomodo dominus sepe dicat: Ego dominus qui sanctifico eum, scilicet sacerdotem, cum Moysi iusserit, Et sanctificabis eũ. Quæstio. LXXXIIII.

Leuit. 20. 21. & alijs ca. sẽ. ADuertendum est quotiens dicit ego dominus qui sanctifico eum loquens de sacerdote cum hoc etiã Moysi dixerit: Et sanctificabis eum. Quomodo ergo & Moyses sanctificat, & dominus? Non enim Moyses pro domino, sed Moyses uisibilibus sacramentis per ministerium suum. Dominus autem inuisibili gratia per spiritũ sanctum ubi est totus fructus etiam uisibilium sacramentorum. Nam sine ista sanctificatione inuisibilis gratiæ uisibilia sacramenta quid prosunt? Merito autem quæritur, utrum etiam ista inuisibilis sanctificatio sine uisibilibus sacramentis quibus uisibiliter homo sanctificatur pariter nihil prosit: Quod utiq; absurdum est. Tolerabilius enim quisq; dixerit sine illis istam non esse, quàm si fuerit non prodesse, cum in ista sit omnis utilitas illorum, sed etiam hoc quod sine illis ista esse non possit, quomodo recte dicatur, intuendum est. Nihil quippe profuit Simoni mago uisibilis baptismus cui sanctificatio inuisibilis defuit, sed quibus ista inuisibilis, quoniam affuit profuit, etiam uisibilia sacramenta perceperant similiter baptizati. Nec tamen Moyses qui uisibiliter sacerdotes sanctificabat ubi fuerit ipse ipsis sacrificijs uel oleo sanctificatus ostenditur, inuisibiliter uero sanctificatur negare quis audeat cuius tanta gratia præeminebat. Hoc & de Iohanne baptista dici potest. Prius enĩ baptizator, quàm baptizatus apparuit. Vnde eum sanctificatum nequaq; negare possumus, id tamen in eo factum uisibiliter nõ inuenimus anteq; ad ministerium baptizandi ueniret. Hoc & de latrone illo cui secum crucifixo dominus ait. Hodie mecum eris in paradiso. Neq; enim sine sanctificatione inuisibili tanta fœlicitate donatus est. Proinde colligitur inuisibilem sanctificationem quibusdam affuisse, atq; profuisse sine uisibilibus sacramentis, quæ pro temporũ diuersitate mutata sunt, ut alia tunc fuerint, & alia modo sint, uisibilem uero sanctificationem quæ fieret per uisibilia sacramenta sine ista inuisibili posse adesse, nõ posse prodesse. Nec tamen ideo sacramentum uisibile contẽnendum est: Nam contemptor eius inuisibiliter sanctificari nullo modo potest. Hinc est quòd Cornelius & qui cum eo erant cum iam inuisibiliter infuso sancto spiritu sanctificati apparerent baptizati sunt tamen, nec superflua iudicata est uisibilis sanctificatio, quam inuisibilis iam præcesserat.

Luc. 23 2. Retract. Cap. 55

Act. 8

Act. 10

Quomodo

Quomodo iubetur sacerdotem mundum esse oportere quicunq; ad sancta accedere uoluerit. Quæstio. LXXXV.

Leuit.22 ET locutus est dominus ad Moysen dicēs: Dic Aaron & filijs eius ut attendant à sanctis filiorū Israël, & non prophanabunt nomen sanctum meum quando ipsi sanctificant mihi. Ego dominus. Et dices illis: In progenies uestras omnis homo quicunq; accesserit ab omni semine uestro ad sanctam, quæcunq; sanctificauerint filij Israël domino, & erit immunditia eius in illo, exterminabitur anima illa à me: Ego dominus deus uester. Ablata est omnis dubitatio, neminem sacerdotum uel summorum uel secundorum debuisse accedere ad sanctam, si immunditia eius in ipso esset, Erat ergo consequens cōtinentia sacerdotis, ne propter filiorū procreationem aliquibus diebus non imponeretur cōtinuationis incensum, quòd à solis summis sacerdotibus bis in die solebat imponi mani & uespere, quandoquidem post coitum coniugalem etiam lotus corpore immundus erat usq; ad uesperam, à quo id necesse erat imponi. Quòd autem ait, quæ sanctificant filij Israël, intelligendum est, offerendo sacerdotibus offerendum per eos domino. Et notandum sanctificationis genus, quòd fit uoto & deuotione offerentis. Sed utrum sicut isto modo sanctificantur ea quæ offeruntur ab hominibus, ita & ipsi homines eodem modo seipsos sanctificare dicantur, cum in aliqua re seipsos uouent, obseruandum est in scripturis.

Quid sit immunditia animę. Quæstio. LXXXVI.

Leuit.22 ET quicumq; tetigerit omnem immunditiam animæ, id est, aliquid morticinum, cuius secundum legem tactus inquinauit.

Quomodo quis maledicere deum, aut nominare nomen domini differenter prohibetur. Quæstio. LXXXVII.

Leuit.22 HOmo si maledixerit deum suum, peccatum accipiet, nominās aūt nomē domini, morte moriatur, Quasi aliud sit maledicere deum suum, aliud nominare nomen domini, atq; illud illi sit peccatum, hoc autem peccatum nefas, ut etiam morte sit dignum. Quamuis hoc loco ita intelligendum sit quòd dictum est, nomen domini ut cum maledicto fiat, id est, maledicendo nominet. Quid ergo distat inter illud peccatum, & hoc tanti sceleris crimen? An forte hoc ipsum repetendo monstrauit non leue illud esse peccatum, sed tantum scelus, quòd morte puniendum sit: Sed quia per distinctionem hoc intulit non dicens, nominans enim, sed nominans autem sub obscurum factum est. Et ideo si hoc recte intelligitur notandum est etiam locutionis genus.

Quomodo anima hominis percuti dicatur. Quæstio. LXXXVIII.

ET homo qui percusserit omnem animam hominis & mortuus fuerit, morte moriatur. Non ait: Quicunq; percusserit hominem & mortuus fuerit, sed animam hominis, cum potius corpus hominis à percussore feriatur, sicut & dominus dicit: Nolite timere eos qui corpus occidunt: Eo more ergo quo solet scriptura appellat animam uitam ipsam corporis quæ fit per animam, et hinc uoluit ostendere homicidam, quòd hominis animam percutiat, id est, percutiendo uita hominem priuet. Cur ergo addidit, & mortuus fuerit si iam hocipso ostendit homicidium quòd animam hominis percusserit, id est, uita homo à percutiente priuatus sit? An exponere uoluit quomodo accipiendum sit, quòd dixerat, hominis animam percussam, & sic ait, & mortuus fuerit, tanq; diceret, id est, mortuus fuerit, hoc est enim, animam hominis fuisse percussam. Leuit.24 Math.10

Quomodo intelligendum sit illud: Cum introieritis in terram quam do uobis, & requieuerit &c̄. Quæstio. LXXXIX.

CVm introieritis in terrā quā ego do uobis, & requieuerit terra quam ego do uobis Sabbata domini, sex annis seminabis agrum tuum, & sex annis putabis uineam tuam & congregabis fructum eius, anno aūt septimo Sabbato requies erit terræ Sabbata domino. Quomodo intelligendum est, cum introieritis in terram quam do uobis, & requieuerit terra, sex annis seminabis agrum tuum etc. Quasi tunc fieri præceptum sit, quando terra requieuerit, cum propterea terra requiescat quoniā hoc fit. Requiem enim terræ septimo utiq; anno uult intelligi, quo iußit nihil in ea quemq̄ operari per agriculturam. Sed nimirum longum hyperbaton facit obscuritatem huic sensui. Videtur ergo hic esse ordo uerborum: Cū introieritis in terram quam ego do uobis, & requieuerit terra quam ego do uobis, Sabbata domini quæ ab se surgunt, agrum tuū non metes, & uineam sanctificationis tuæ non uindemiabis, annus requiescendi erit terræ. Et erunt Sabbata terræ sancta tibi, & puero tuo, & puellæ tuæ, & mercenario tuo, & inquilino qui applicatus est ad te, & pecoribus tuis, & bestijs quæ sunt in terra tua, omne quòd nascetur ex eo in escam. Interposuit autem exponendo quomodo terra requiescat, & ait: Sex annis seminabis agrum tuum, & sex annis putabis uineam tuam, & congregabis fructum eius, anno autem septimo Sabbata requies erit terræ Sabbata domino. Agrum tuū non seminabis, & uineam tuam non putabis. Et per hoc quòd ait: Nō putabis, omnem culturā eo anno prohibitā debemus accipere. Neq; enim si putanda non est, aranda est aut adminiculis suspendenda, uel quòdlibet aliud quòd ad culturā eius pertineat adhibendū. Sed quomodo solet à parte totum intelligi, ita per putationē omnis cultura significata est. Et per agrum atq; uineam, cū & illum seminari, et hanc putari prohibuit, omne agri genus intelligendum est. Neq; enim in oliueto, uel quolibet alte- Leuit.25

rius generis agro aliquid operandũ est, de quibus tacuit. Quód uero ait: Et erunt Sabbata terræ sancta tibi, & puero tuo, & puellæ tuæ &c, satis aperuit nec dominum agri prohibitum uesci eis, quæ non adhibita cultura illo anno sponte nascantur, sed fructus redigere prohibitum. Sic ergo permissus est aliquid inde in escam sumere, quomodo transiens, ut hoc solũ caperet quòd statim uescendo consumeret, non quòd in usus reponeret.

Quomodo illud: Terra non uenundabitur &c. Quæstio. XC.

Leui. 25 ET terra non uenundabitur in prophanationem. Alij codices habent, in confirmationem, quam mendositatem in alterutriis prius á græco accidisse arbitror propter uerbi similem sonum, βεβλώσις enim prophanatio dicitur, βεβαίωσις autem confirmatio. Sed ille sensus apertus est: Et terra non uenundabitur in prophanationem, id est, ne quis auderet terram quam accepit á deo, uendere prophanis qui ea utuntur ad impietatẽ, cultumq; deorum alienorum atq; falsorum. Illud aũt subobscurum est, non uenundabitur terra in confirmationem. Quód puto non intelligendum, nisi ne ita uenditio confirmetur, ut eam nõ recipiat uenditor tempore remissionis, sicut præceptum est. Quòd uero sequitur utriq; sensui potest congruere, siue legatur, & terra non uenundabitur in prophanationem, siue in confirmationem. Secutus quippe adiunxit. Mea enim est terra, propter quod proselyti & incolæ uos estis ante me.

Quomodo illud: Mercedem dabis terræ. Quæstio. XCI.

Psalm. 25 ET per omnem terram possessionis uestræ mercedem dabitis terræ. Alij aut codices habent redemptionem dabitis terræ. Sensus ergo hic est: Non uenundabitur terra in prophanationem, id est, illis qui ea utantur in iniuriã creatoris, aut in confirmationem, id est, ut eam emptor perpetuo possideat, nec certo secundum dei præceptum interuallo annorum restituat uenditori. Mea est enim inquit terra, unde secundum meum præceptũ ea uti debebitis. Atq; ut ostenderet suam esse non ipsorum quid ipsi in ea essent, consequenter adiunxit dicens: Propter quod proselyti & incolæ uos estis ante me, hoc est quamuis proselyti, id est, aduenæ sint uobis qui ex alienigenis adiunguntur genti uestræ ut incolæ, nõ in terra propria manentes, tamen etiam uos omnes ante me aduenæ estis et incolæ, hoc deus dicit, siue Israẽlitis quòd aliarum gentiũ
Leui. 23 terrã quas expulit eis dederit, siue omni homini qui ante deum semper manet, & sicut scriptum est, cœlum & terram implet utiq; præsentia sua: Omnis homo aduena est nascendo, & incola uiuendo, quoniam compellitur migrare moriendo.

Quomodo quod addit, tanq; inquilini redemptionem. Quæstio. XCII.

Leui. 25 DEinde adiungit & dicit: Per omnem terram possessionis uestræ mercedem dabitis terræ tanq; inquilini, uel redemptionem. Illud nisi fallor uult intelligi, quòd inde reddebant quodãmodo per cessationes septimorum quoruncunq; annorum, & quinquagesimi anni quem uocat remissionis, ut ipsa uacatio terræ uelut merces habitationis aut redemptio esset ab illo cuius est, hoc est ab eius creatore deo.

Quæ sit anima dei. Quæstio. XCIII.

ET ponam tabernaculum meũ in uobis, & nõ abo- Leuit. 25
minabitur anima mea uos. Animam suam deus uoluntatem suam dicit: Non enim est animal habens corpus & animã, neq; substantia eius eiusmodi est cuiusmodi creatura eius quæ anima dicitur, quam fecit. Fœcit enim sicut per se iam ipse testatur dicens: Et omne flatũ ego fœci. Quòd eum de anima hominis dicere, consequentia ma- Esaie. 57
nifestant. Sicut ergo cũ dicit oculos suos et labia sua etc. uocabulo membrorum corporalium, non utiq; accipimus eum forma corporis esse definitũ, sed illa omnia membrorum nomina non intelligimus, nisi effectus operationum atq; uirtutum, ita & cum dicit: Anima mea, uoluntatem eius debemus accipere. Perfecte quippe simplex illa natura quæ deus dicitur, non constat ex corpore & spiritu, nec ipso spiritu mutabilis est sicut aĩa, sed spiritus est deus & semper & idẽ ipse apud quem nõ est cõmutatio. Hinc aũt accæperunt Apollinaristæ occasionẽ, qui dicunt animam non habuisse mediatorem dei & hominum, hominẽ Christũ Iẽsum, sed tantũ uerbũ & carnem fuisse, cũ dice- Matth. 26
ret Tristis est anima mea usq; ad mortẽ, sed ipso eius actu qui nobis per Euangelicã declaratur historiam, sic apparent humanæ animæ officia ut hinc dubitare dementis sit.

Quomodo dicitur, q; transgressores legis gladius consumet, & q; erunt in terra inimicorum suorum. Quæstio. XCIIII.

QVid est quòd cum inobedientiæ pœnas commi- Leui. 26
naretur deus, dixit inter cætera: Et consumet uos perambulans gladius. Deinde ait: Et erit terra uestra desertaet ciuitates uestræ erunt desertæ. tunc bene sentiet terra Sabbata sua, omnes dies desolationis suæ, & uos eritis in terra inimicorum uestrorum. Quomodo ergo consumet eos gladius, si erunt in terra inimicorum suorum? An in ipsa terra consumet, quoniam strage mortuorum facta non erunt ibi? An consumet uos, sic ait, ac si diceret, interficiet uos, ut ad istam consumptionem illi pertineant qui gladio cadant, non omnes quãdoquidẽ paulopost dicit: Et eis qui residui sunt ex uobis superducam formidinem in cor eorum. An secundum hyperbolen dictum est, consumet uos, secundum quem loquendi modum de abundantia eorum dictum est: Et sicut arena maris. Secundum istum modum etiam dicitur quód deinde sequitur: Et persequetur eos sonus folij uolantis, id est, quia nimius in eis timor erit, ut & leuissimaq; formident.

Diui au-

DIVI AVRELII AVGVstini hipponensis epi, liber quartus quæstionum super Numeros incipit.

Quomodo a Numeris appellentur principatus. Quæstio. I.

Numeri.) QVID EST QVOD SINgulos de singulis eligi iubet principes, eosq; appellat χιλιάρχους, quos quidã latini interpretes tribunos appellauerunt, χιλιαρχεῖ aũt uidẽtur à mille cognominati. Sed cũ Exod. 18 cõsiliũ Iethro socer Moysi genero suo daret, quòd etiam deus approbauit, de ordinando populo sub principibus, ut nõ omnes omniũ causæ Moysen ultra uires onerarẽt, χιλιάρχους appellauit cõstituendos super millenos homines, & ἑκατοντάρχους, super cẽtenos, ab ipsis Numeris quibus præessent, & πεντηκοντάρχους, super quinquagenos, & δεκασιάρχους ἢ δεκαρχοῦς super denos, ab ipsis Numeris quibus præessent cognominatos. Numquid nam & hic sic accipiendi sunt χιλιάρχοι, quòd singuli essent super millenos? Nõ utiq;. Neq; enim uniuersus omnis populus Israël duodecim hominũ milia tunc fuerũt. Singulos enim elegit de singulis tribubus, quæ duodecim tribus proculdubio nõ millenos homines, sed multa milia continebant. Nomen ergo cõmune est cũ illis qui in Exodo appellãtur χιλιάρχοι, quòd unusquisq; illorum esset milium hominum princeps, istorum autem unusquisq; milium princeps, quoniam siue à mille, siue à milibus, eadem compositio nominis resonat ut appellentur χιλιάρχοι.

Quid Mysterij habeat Numerus ille quinarius secundum propinquitates, populum, domos, Numerum & caput. Quæstio. II.

Numeri.) &c.3 MErito quæritur, quid sibi uelit quòd per omnes tribus ubi computantur per singulas quasq; filij Israël in ætate militari dicitur, secundũ propinquitates eorũ secundũ populũ eorũ secundũ domos familiarũ eorũ, secundũ numerũ nominũ eorũ, secundũ caput eorum, & hæc quinq; similiter omnino repetũtur, donec tribus oẽs compleantur, quasi aliud sit, secundum propinquitates, aliud secundum populos, aliud secundũ domos familiarum, aliud secundum numerum nominũ, aliud secundum caput eorum, cũ potius uideantur alijs uerbis eadem significare ista nomina. Intentionem aũt mouet, quia tam diligenter per omnes tribus eadem repetuntur, ut non frustra fieri quiuis etiam iudicet si non intelligat. Nimirum ergo Numerus ipse aliquid insinuat Sacramẽti, ut hoc idem quinquies uarie repetatur, Nam iste Numerus sicut in ipsis quinq; libris Moysi, id est, quinarius, in ueteri testamento maxime commendatur. Illa uero quæ deinceps quattuor connectuntur, id est, Masculina à uiginti annis & supra, omnis qui procedit in uirtute, & recognitio eorum, quamuis & ipsa per omnes tribus eodẽ prorsus modo repetantur, habent necessariam differentiam. Cũ enim ageretur de Numero uniuersæ multitudinis ad unam tribum pertinentis, discernendus erat sexus, ideo positũ est, omnia masculina. Et ne paruuli etiam computarentur, adiunctum est, à uiginti annis & supra. Rursus ne imbellis ætas senectutis annumeraretur, additum est, omnis qui procedit in uirtute. Et omnia concluduntur uerbo eius operis, quòd fiebat, ut dicatur, recognitio eorum. Recognitio enim hæc fiebat ut hominum milia computarentur. Quinq; igitur illa, propinquitas populi, domus familiarum. Numerus nominum, & caput, & ista deinde quattuor, sexus, ætas, uirtus, recognitio, fortasse in ipso Numero aliquid insinuant. Si enim horum duorum Numerorum, id est, quinarij & quaternarij alter multiplicetur ex altero, id est, ut quinquies quaterni, aut quater quini ducantur, uiginti fiunt. Quo Numero etiam adolescentium ætas illa significatur. Qui Numerus cõmemoratur & quando intratur ad terram promissionis, & dicitur illa ætas uiginti annorum quæ nõ declinauerit in dextrã aut sinistram. Vbi mihi uidentur significari sancti fideles ex utroq; testamento fidem ueram tenentes. Nã uetus testamentum quinq; libris Moysi maxime excellit, & nouum quattuor Euangelijs.

Quis sit alienigena quem uetat accedere tabernaculum dum erigitur, aut leuatur. Quæstio. III.

QVód ait de tabernaculo distinguendo, leuando, erigendo: Et alienigena qui accesserit morietur. Hic Numer.3 alienigena intelligendus est etiam ex illis filijs Israël, qui nõ de illa tribu fuerant quam tabernaculo seruire præcepit, id est, qui non fuerit de tribu Leui. Mirum est aũt quomodo abusiue alienigena dicitur, quòd magis alterius generis hominem significat, id est, allogenes, & non magis Allophylos, quòd significat alterius tribus hominem. Quo nomine magis utitur scriptura in aliarũ gentium nominibus, ut Allophyli appellentur, quasi aliarum tribuum homines.

An ibidem uigilię, an custodię rectius dicantur. Quæstio. IIII.

ET locutus est dominus ad Moysen dicens: Accipe Numer.3 tribum Leui & cõstitues eos in conspectu Aaron sacerdotis & ministrabunt ei, & custodient custodias eius, & custodias filiorum Israël ante tabernaculum testimonij. Quas φυλάκας græcus dixit, has nostri interpretes alij custodias, alij excubias interpretati sunt. Sed mirum nisi uigiliæ melius dicantur quæ solent in castris ternarum horarum obseruationem habere. Vnde scriptũ est: Quarta aũt uigilia noctis uenit ad eos ambulans su- Matth.14 per mare, hoc est post nonam horam noctis, post tres uidelicet uigilias. Et multis locis scripturarum nostri uigilias interpretati sunt: Quas græci φυλάκας uocant:

Vnde nulla dubitatio est, spacia nocturni temporis significari. Quòd puto & hic accipiendum. Quomodo enim Leuitæ iubentur obseruare custodias Aaron, & custodias filiorum Israël, id est, φυλάκας, nisi fortasse dictum est, ne putarent ab obseruãdis uiglijs, quæ proprie in castris obseruari solent, propter honorem quo seruiebant tabernaculo immunes esse debere, cũ & ipsos oporteret propter opa tabernaculi non minus uicißim obseruare uiglias quæ obseruarentur in alijs circunquaq; castris filiorum Israël.

Quomodo ex contactu tabernaculi dominus mortem minetur, cum in Leuitico salutem promiserit. Quæstio. V.

Numer.3 ALienigena qui tetigerit morietur: Quærendum quomodo dixerit in Leuitico: Qui tetigerit tabernaculũ sanctificabitur, cum hic dicat, alienigena qui tetigerit morietur, uolens intelligi eos qui non essent de tribu Leui. An forte hic, tetigerit morietur, ad obsequium dixerit seruitutis, quòd á solis Leuitis deberi tabernaculo præcepit: Hoc enim loquebatur.

Quomodo primogenita dicantur dei. Quæstio. VI.

Numer.3 QVid est quòd Leuitas pro primogenitis filiorum Israël sibi deus deputat, ut ita numeratis primogenitis populis, qui plures inuenti sunt q̃ erat numerus Leuitarũ, argento redimerentur quinq; siclis p uno datis. Quòd pro pecoribus nõ est factũ, cũ & pecora leuitarũ pro primogenitis pecorũ simul sibi esse uoluerit. Quõ deinceps primogenita eorũ uel pecorũ eorum pertinebant ad deũ, ubi iußit ĩmunda primogenita uel humana mutari ouibus? Quõ nõ etiã pro eis deinceps primogenitis cõputabantur filij Leuitarum? Manebat enim in posteris eadem tribus quæ posset pro primogenitis posterioribus computari, nisi quia illud iustum fuerit, ut qui nascerentur de illis qui iam ad portionem domini pertinebant, datam pro primogenitis qui de Aegypto exierunt, iam deus proprios haberet tanq̃ suos de suis, nec possent pro illis iuste computari, qui deinceps primogeniti deo debebantur. De uniuerso quippe populo & de uniuersis pecoribus populi, data est portio deo pro primogenitis, & hæc portio erat Leuitæ & pecora eorum. Iam si quid genuisset, dei erat. Non poterat hoc tanq̃ á populo dari quòd iam alienum erat, ac per hoc debita deinceps primogenita deo reddi oportebat, nec pro his computari posteros Leuitarum uel pecorum eorum.

Quomodo panes dicantur semper esse super mensam. Quæstio. VII.

Numer.4 CVm præciperet de tollenda mensa, iußit cum illa et panes tolli, sic dicens: Et panes qui semper super eam erunt. Non utiq; isti semper super eam erunt, sed similes eorum, quia illi auferebantur & recentes quotidie ponebantur, dũ tamen sine panibus mensa non relinqueretur. Ideo dixit, qui semper super eam erunt, hoc est quia super panes, non quia illi semper.

Quomodo sequentia intelligi debant. Quæstio. VIII.

ET super altare aureum adoperient uestimẽtum hi- Numer.4
acynthinũ, & adoperient illud operimento pellicio hiacynthino. Posset ista locutio uideri quam uelut absurdam & nõ integram latini interpretes tansferre noluerunt, id est super altare aureum adoperient uestimentum hiacynthinum, tãquam debuerint dici, & altare aureum adoperient uestimento hiacynthino. Nam & operient uestimentum hiacynthinum, hoc uidetur significare quòd ipsum uestimentum aliunde adoperietur super altare. Sed mihi uidetur non tam genus locutionis esse q̃ subobscurus sensus. Hoc quippe itelligi potest, et, super altare aureum adoperient uestimentum hiacynthnũ ut ipsum uestimentum hiacynthinũ, alia reoperiendum preciperet, quòd uestimentum iam super altare esset, ac si breuiter utrunq; complecteretur, ut uestimento hyacynthino altare operiendum, & uestimentum hiacynthinum: alio tegmine operiendum subiunxerit. Deniq; unde cooperiri uellet uestimentum hiacynthinũ, ostendit cum adiecit: Et adoperient illud operimẽto pellicio hiacynthino.

Quæ peccata redimi pecunia iubeantur. Quæstio. IX.

VIr aut mulier quicunq; fœcerit ab omnibus pecca- Numer.5
tis humanis, & despiciens despexit & delinquerit, anima illa annunciabit peccatũ quòd peccauit, & restituet delictum, & quintas eius adijciet super illud, & reddet cui deliquit ei. Si autem non fuerit homini proximus, ita ut reddat illi delictum, ipsum delictum quòd redditur domino sacerdotis erit, excepto ariete propitiationis per quem exorabit in illo pro eo. Hic ea peccata intelligenda sunt, quorum in his rebus perpetratio est quæ pecunia restitui possunt. Non enim aliter diceret quomodo restituenda sunt, nisi damna pecuniaria fuissent. Iubet enim restitui caput & quintas, id est totum illud quicquid est, & quintam eius partem, excepto ariete qui fuerat offerendus in sacrificium ad expiandum delictum. Iubet autem illud quòd restituitur sacerdotis esse, id est ipsum caput et quintam, si non est proximus ei in quem commissum est, Vbi utiq; intelligitur tunc domino reddendum quòd sit sacerdotis, si homo iste non supersit qui damnum passus est, nec proximus eius, quem puto hæredem intelligi uoluisse. Sed de ipso homine mihil dixit scriptura: Verumtamen cum dicit: Si non ei fuerit proximus, sub hac breuitate insinuat tunc quæri proximum eius, si ipse non fuerit. Si autem nec proximus erit, domino restituetur, ne impunitum remaneat quòd admissum est: Quòd tamen non cedat in sacrificium, sed sit sacerdotis. Sic sane uerba scripturæ distinguenda sunt. Si autem non fuerit homini proximus, ita ut reddat illi delictum ad ipsum, locutionis est enim quòd addidit, ad ipsum, aut forte ad ipsum

dixit

dixit, quòd ad ipsum pertineat, id est, ipse posideat. Deinde sequitur: Delictum quod redditur domino sacerdotis erit. Delictum autem dicit cum redditur ea res quæ per delictum ablata est.

Quomodo differenter hic & in Exodo iubeatur restitutio.. Quæstio. X.

Exo. 22 QVæri autẽ potest quomodo in Exodo dicitur, Si quis furatus fuerit uitulum aut ouem, restituere debere quinq; uitulos uel quattuor oues si occiderit, aut uendiderit: Si autem quòd abstulerit saluum apud eum reperitur, duplum esse restituendum, cum Numer, 5 hic restitui iubeat caput & quintam, quòd longe est etiam à duplo quanto magis á quadruplo uel quinquies tanto. Nisi forte, quia hic ait: Vir aut mulier quibunq; fœcerit ab omnibus peccatis humanis peccata ignorantiæ, uoluit intelligi humana peccata. Fieri enim potest, ut parũ attẽdendo p negligentiã traijciat homo rẽ alienam inrem suã. Quòd ideo peccatũ est, quia si diligenter attenderetur, nõ admitteretur. Et hæc uoluit capite & quinta restitui, non sicut furta mulctari. Nam si furta & fraudes hic intellexerimus, quia non per ignorantiam negligentiæ, sed furandi uel fraudandi animo committuntur, & ideo dicta humana, quia in homines fiunt, ille nisi fallor erit exitus quæstionis huius, ut ideo qui fœcit non reddat uel duplũ, quia nõ reprehenditur uel conuincitur, sed ignorantibus à quo factum sit, uel utrum factum sit ipse annunciat delictũ suũ. Cũ enim dixisset scriptura, uir aut mulier quicũq; fœcerit ab omnibus peccatis hũanis, & despicies despexerit & deliquerit, id est, cõtemnendo ista cõmiserit, adiunxit & ait: Anima illa annunciauit peccatũ, quòd peccauit & restitũ delictum caput & quintas eius, forte ergo propterea tantũ quia ipse annunciauit, et ideo nõ eo damno plectendus fuit, quo furem cõprehensum uel conuictum plecti oporteret.

Qualiter accipienda sint uerba quæ scriptura dicit mulieri a sacerdote dicenda. Quæstio. XI.

Nume, 5 VErba quæ scriptura dicit mulieri à sacerdote dicenda, quando ad suspitionem adulterij eam maritus adducit, det eam dominus in maledictum & in execramentum, græcus habet ἐνοχήσον. Quo uerbo uidetur significari iuramentum per execrationem, uelut si quisquam dicat, sic non mihi illud & illud contingat, uel certe ita iuret, illud & illud mihi contingat si fœcero, uel non fœcero. Ita hoc dictum est, det te dominus in maledictum & in execramentum, tanq; diceretur, ut de te iurent qui per execrationem iurabunt, sic non eis contingat, aut hoc eis contingat nisi hoc illud de te fecerint.

Quid sit agnum offerri in peccatũ. Quæstio. XII.

ET offeret munus suum domino agnum anniculum sine uitio in holocaustoma, & agnã anniculam sine uitio unam in peccatũ. Hoc quidam nostri interpretes transferre uoluerunt, ueluti locutionem musitatam uitantes & dixerunt pro peccato, non in peccatũ, cum sit sensus in ea locutione qui non fuerat perturbandus. In peccatũ quippe dictum est, quia hoc ipsum quòd pro peccato offerebatur peccatum uocabatur. Vnde illud est apud Apostolum de domino Christo: Eum quia non nouerat peccatũ, peccatũ pro nobis fœcit, deus pater scilicet eum filium pro nobis fœcit peccatũ, id est, sacrificium pro peccato. Sicut ergo agnus in holocaustoma, ut ipsum pecus esset holocaustoma, sic & agna in peccatũ, ut ipsum pecus esset peccatũ, id est, sacrificium fieret pro peccato, sicut de ariete quòd sequitur in salutare dicit, tanquam ipsum sit salutare, cum sit sacrificium salutaris: Quòd postea repetendo manifestat: Nam & illud pro peccato dicit quòd prius dixerat in peccatum, & hoc sacrificium salutaris quòd prius dixerat in salutare. Nume, 6 2. Corin. 5.

Quid illud: Hoc est de Leuitis. Quæstio. XIII.

LOcutus est dominus ad Moysen dicens: Hoc est de Leuitis. Hoc alij interpretes interpretati sunt, hæc est lex de Leuitis. Sed quòd scriptum est, hoc est de Leuitis, intelligitur dictum, hæc constitutio de leuitis. Nume, 8

Quomodo hyperbaton uerbotum ordinandum. Quæstio. XIIII.

DEinde sequitur. A quinto & uicesimo anno & supra, introibunt ministrare in ministerium in operibus in tabernaculo testimonij, & à quinquagenario recedat ab hac ministratione, & non operabitur ultra. Et ministrabit frater eius in tabernaculo testimonij custodias, opera autem non operabitur. Hunc sensum obscurũ facit ὑπερβατον, quod ita confusum est, & tanquam de ipso fratre sit dictum, custodire custodias, cum dictum sit de illo qui recedit ab operibus, & remanebit ille in tabernaculo testimonij custodire custodias, opera autem non operabitur, sed operabitur frater eius, id est, qui nondum peruenit ad ætatem quinquagenariam, á uigintiquinque annis incipiens operari. Ergo ita distinguendum est: Et á quinquagenario recedet ab hac ministratione, & non operabitur ultra, & ministrabit frater eius. Deinde redit ad illum quinquagenarium de quo loquebatur, & de illo explicat cætera dicens: In tabernaculo testimonij custodire custodias, opera autem nõ operabitur. Quòd autẽ ait, custodire, subauditur, incipiat, tanquam id uerbo actiuo diceret, custodiet custodias. Solet enim usitate etiam in latinis locutionibus infinitum uerbum poni pro finito. Nume, 8

Quomodo immundi sub pascha sint piandi. Quæstio. XV.

CVm Paschæ tempore quidam qui immundi facti erant super animam hominis, id est, super mor- Numer, 9

tuum, quærerent quomodo Pascha facerent, quoniam oportebat eos ab immunditijs septem diebus purificari secundum legem, consuluit dominum Moyses & responsum accepit, cuicunq; tale aliquid accidisset, uel in tam longinquo itinere constitutus esset ut non posset occurrere, alio mense eum facere debere Pascha, propter diem mẽsis quartumdecimum, ubi lunæ numerus obseruabatur. Sed si quæratur, quid facerent si forte talis immunditia etiam ad secundum mensem occurreret? Arbitror id quód dictum est de secundo mense, tanq̃ regulariter fuisse retinendum, ut tertio mense obseruarent, aut certe Pascha non egisse tali necessitate, ad culpam non pertineret.

Quomodo cætera sane difficilia exponantur. Quæstio. XVI.

Numer. 9 ET die qua statutum est tabernaculum texit nubes tabernaculum domum testimonij, & uespere erat super tabernaculum uelut species ignis usq; mane, ita fiebat semper. Nubes tegebat illud die, & species ignis nocte. Et cum ascendisset nubes à tabernaculo, & postea promouebant filij Israël, & in loco ubicunq; steterat nubes, ibi castra collocabant filij Israël, per præceptum domini castra collocabunt filij Israël, & per præceptum domini promouebunt. Omnes dies in quibus obumbrat nubes super tabernaculum, in castris erunt filij Israël: Et quando protexerit nubes super tabernaculum dies plures, & custodient filij Israël custodiam domini, & nõ promouebunt. Et erit cum texerit nubes dies numero super tabernaculum, per uocem domini in castris erunt, & per præceptum domini promouebunt. Et erit cum fuerit nubes à uespera usq; mane, & ascenderit nubes mane, & promouebunt die uel nocte, & cum sic ascenderit nubes, promouebunt die uel mense diei abundante, nube obumbrante super illud, in castris erunt filij Israël, & non promouebunt quoniam per præceptum domini promouebunt. Custodiam domini custodierunt pre præceptum domini in manu Moysi. Totus hic locus difficilis diligenter exponendus est quoniam inusitatis generibus locutionum obscuratus est. Et die inquit qua statutum est tabernaculum texit nubes tabernaculum domum testimonij. Idem tabernaculnm appellauit, domum testimonij. Et uespere erat super tabernaculum uelut species ignis usq; mane, ita fiebat semper. Deinde diligenter exprimit, quid fiebat semper. Nubes inquit tegebat illud die, & species ignis nocte. Et cum ascendisset nubes à tabernaculo, et postea promouebant filij Israël. Ista sentẽtia obscura non est, nisi propter illam locutionem ubi additur, &: Ordo enim uerborum integer sequitur etiam si desit ipsa coniunctio, ut sic dicatur: Et cum ascendisset nubes à tabernaculo, postea promouebant filij Israël, quamuis & ipsum quód dictum est, postea, si deesset, plena posset esse sententia. Deinde sequitur dicens: Et in loco ubicunque steterat nubes, ibi castra collocabant filij Israël. Hoc aũt totum quòd faciebant, ad præceptum domini referens ita complectitur: Per præceptum inquit domini castra collocabunt filij Israël, & per præceptum domini promouebunt. Præceptum domini appellat signum ipsum quòd fiebat in nube, siue cum staret obumbrans tabernaculum ut castra consisterent, siue cum ascendisset atque ultra moueretur, ut eam eleuatis castris sequerentur. Mutauit sane in hac sententia narrantis modum, & tanquam prædicens atque prænuncians uerba futuri temporis habere cœpit: Neque enim ait, per præceptum domini castra collocabant filij Israël, sed collocabunt, uec ait, per præceptum domini promouebant, sed promouebunt, Et hunc modum etiam in consequentibus seruat, qui modus in scripturis est inusitatissimus: Nam per uerba præteriti temporis sæpe futura prædicta esse nouimus, sicut est: Foderunt manus meas & pedes meos: Et, Sicut ouis ad immolandum ductus est, ac innumerabilia talia. Vt autem narrator rerum gestarum uerbis utatur temporis futuri, sicut hoc loco, difficillime in scripturis inueniri potest. Ergo postaquam dixit de die & nocte quo signo promoueret populus uel maneret, ne putarentur per noctem ambulare & per diem solere considere, atque hoc diebus omnibus facere, secutus adiunxit & ait: Omnes dies in quibus obumbrat nubes super tabernaculum, in castris erunt filij Israël, & quando protexerit nubes super tabernaculum dies plures. Deinde admonens non hoc ex illorum necessitate fieri, sed dei uoluntate: Et custodient inquit filij Israël custodiam domini, id est, custodiam quam præcepit dominus, & non promouebunt. Et tanquam diceretur, quando ergo promouebunt? Et erit inquit cum texerit nubes dies numero super tabernaculum, id est, certo numero, qui numerus utiq; deo placet, per uocem domini in castris erunt & per præceptum domini promouebunt. Hanc uidetur dicere uocem domini, signum quòd dat de statione & motu nubis, quia & uox loquentis proculdubio signum est uoluntatis. Quòd ergo ait, & per præceptum, hoc idem signum puto intelligendum, quamq̃ possit uox & præceptum domini illud etiam accipi quòd locutus est ut fõlet ad Moysen. Et præcepit hoc fieri. Neque enim scirent illi promouendum esse nube promouente, & standum esse nube stante, nisi hoc eis ante præciperetur. In his autem quæ dicta sunt nondum apparuit, utrum per diem tamẽ ambularent, an etiam per noctem, secundum signum quòd nubes motu suo dabat. Fortasis enim quamuis plures dies in castris manerent nube non promouente, potuit tamen putari nubem non solere ascendere de castris, & signum itineris dare nisi per diem. Sequitur ergo & dicit: Et erit cum fuerit nubes à uespera usq; mane & ascenderit nubes mane, & promouebunt die. Hic illa copulatiua cõiunctio more scripturæ posita est: Nã ea detracta plenus est sensus hoc mõ, Et erit cũ fuerit nubes

Psalm. 21 Esaie. 53

nubes à ueſpera uſq; mane,et aſcẽderit nubes mane ꝓmouebunt die. Deinde quia & nocte ſi nubes aſcẽderit promouebant,atq; iter nocturnum ſi illud ſignum acciperẽt agebant,adiunxit & ait: Vel nocte & ſi aſcenderit nubes promouebunt. Sed locutio eſt inuſitatior. Non enim tantum poſitum eſt,&,ſed eo more poſitum eſt quo nõ ſolet. Vnde mihi uidetur præpoſteratus ordo uerborum, ſicut ſæpe in latinis locutionibus fieri ſolet: Quod genus antiſtrophe dicitur. Proinde ſi ita dicatur,uel & nocte ſi aſcenderit nubes promouebũt,aut certe ita,ſi & nocte aſcenderit nubes promouebunt,planiſſimus ſenſus eſt. Adhuc autem occurrebat cogitanti ut ſcire uellet,utrũ quõ cognitum eſt ſolere illos ad nubis ſignum diebus & noctibus ambulare,uel diebus & noctibus in caſtris eſſe,ita etiam ſolerent per dies tantum manere,etiam quorũ noctibus ambulaerent,quod arbitror ſcripturã in cõſequẽtibus intimaſſe cum dicit: Die uel menſe diei abundante, nube obumbrante ſuper illud in caſtris erunt filij Iſraël, & non promouebunt. Quia enim dixerat,uel nocte & ſi aſcenderit nubes promouebunt,tanq; reſtabat ut diceret, die autem ſi non aſcenderit non promouebunt, quando quaſi promouere debere uidebantur. Sed quia hoc etiam diebus plurimis fieri poterat,ut noctibus ambularẽt promouente nube, etea manente diebus non ambularent,ideo poſuit die uel menſe diei: Non dixit menſe,ne ibi & noctes eiuſdẽ menſis acciperentur,ſed menſe diei,id eſt,mẽſe ex ea parte qua dies illi fuit,non ex ea qua nox. Die ergo uel menſe diei abundante,nube obumbrante,id eſt,abũdante in obumbrando,uel abundantius obumbrante ſup illud,illud ſcilicet tabernaculum in caſtris erunt filij Iſraël, & non promouebunt. Poſtremo repetijt diuina auctoritate factum,cui reſiſti utiq; non debebat,adiungens: Quonaim per præceptum domini promouebunt. Cuſtodiam domini cuſtodierunt per præceptum domini in manu Moyſi: Redijt ad uerbum præteriti temporis,ut diceret cuſtodierunt. Quod uero in fine poſuit: In manu Moyſi, uſitatiſſima in ſcripturis locutio eſt,quia ꝑ Moyſen hæc deus præcipiebat.

Cur præcipiat tuba canere. Quæſtio. XVII.

Numer.10 ET cum congregaueritis Synagogam,tuba canetis, & non in ſigno. Non ergo ad hoc canendum præcipit ut congregetur Synagoga. Nam ſi hoc fit ſignum eſt, ſed iam congregata Synagoga præcepit tuba canere,tanq; ad cantum iam pertineat,non ad dandum ſignum,quo dato fieri aliquid admoneta. Proinde cum hoc quòd iam congregata Synagoga tubis canebant, quiſq; homo noui teſtamenti ad aliquid ſpiritale interpretatur, illi ſignum eſt qui intelligit quare fiat,non illis qui non intelligebant,niſi quando ad hoc fiebat ut aliquod opus indiceretur.

An dicendum ſit: Auferam de ſpiritu tuo,an dumtaxat de ſpiritu qui eſt in te. Quæſtio. XVIII.

ET auferã de ſpiritu qui eſt in tẽ, & ſuperponã ſup eos, & ſuſtinebunt tecum impetum populi, & non portabis illos tu ſolus. Plæriq; latini interpretes non ut in græco eſt tranſtulerunt,ſed dixerunt,auferam de ſpiritu tuo qui eſt in te,& ponam ſuper eos, aut ponam in eis,& fœcerunt ſenſum laborioſum ad intelligendum. Putari enim poteſt de ſpiritu ipſius hominis dictum,quo humana natura completur corpore adiuncto,quæ cõſtat ex corpore & ſpiritu,quem etiam animam dicunt. De quo & Apoſtolus dicit: Quis enim hominum ſcit quæ ſunt hominis,niſi ſpiritus hominis qui in ipſo eſt? Sic enim & quæ dei ſunt,nemo ſcit niſi ſpiritus dei. Et quod adiungit ac dicit: Nos autem non ſpiritum huius mundi accepimus, ſed ſpiritum qui ex deo eſt: Oſtendit utiq; alium eſſe ſpiritum dei,ciuus particeps fit ſpiritus hominis per gratiam dei,q̃uis poſſet etiam ſicut alij interpretati ſunt intelligi ſpiritus dei in eo quod dicitur de ſpiritu tuo qui eſt in te,ut dictum ſit,tuo,quia fit etiam noſter qui dei eſt cum accipimus eum,ſicut de Iohanne dictum eſt, In ſpiritu & uirtute Heliæ. Non enim anima Heliæ in eũfuerit reuoluta. Quod ſi quidam hæretica peruerſitate opinantur,quid dicturi ſunt in eo quod ſcriptum eſt: Spiritus Heliæ requieuit ſuper heliſæum,cum iam ille utiq; haberet animam ſuam,niſi quia dictum eſt de ſpiritu dei,ut etiam per illũ operaretur qualia per Heliam operabatur,non ab illo recedens,ut iſtum poſſet implere, aut diſpertitus minus eſſet in illo ut poſſet ex aliqua parte & in iſto eſſe. Deus eſt enim qui poſſet eſſe in omnibus tãtus, in quibus per illam gratiam eſſe uoluerit. Nũ, autem cum ita ſcriptum ſit: Et auferam de ſpiritu qui eſt ſuper te,nec dictum ſit,de ſpiritu tuo,facilior eſt abſolutio quæſtionis,quia intelligimus nihil aliud deum ſignificare uoluiſſe,niſi ex eodem ſpiritu gratiæ illos quoq; habituros adiutorium ex quo habebat Moyſes, ut & iſti haberent q̃tum deus uellet,non ut ideo Moyſes minus haberet. Numer.11 Lucæ.1 4.Reg.2

Quo animo Moyſes dixerit: Nunquid oues & boues occidentur & ſufficient illis erẽ. Quæſtio. XIX.

ET dixit Moyſes: Sexcenta milia ſunt peditum in quibus ſum in ipſis, & tu dixiſti,carnes dabo eis & edent menſe dierum, Nunquod oues & boues occidentur illis & ſufficient illis,aut omnis piſcis cõgregabitur eis,& ſufficiet eis? Quæri ſolet utrum hoc Moyſes diffidendo dixerit,an quærendo. Sed ſi putauerimus eum diffidendo dixiſſe, naſcetur quæſtio,cur hoc ei non exprobrauerit dominus,ſicut exprobrauit quòd ad petram unde aqua profluxit uidetur, de poteſtate domini dubitaſſe? Si autem dixerimus hoc eum dixiſſe quærendo modum quo fieret ipſa domini reſponſio, ubi ad eum dixit,nunquid manus domini non ſufficiet, quaſi redarguentis uidetur quod iſte illa non credidiſſet. Numer.11 Numer.20

Sed melius arbitror intelligi dominum ita respondisse, tanquam modum futuri facti quem ille requirebat dicere noluerit, sed potius opere ipso suam potentiam demonstrare. Poterat enim & Mariæ dicenti, Quomodo fiet istud quaniam uirum non cognosco, à calumniantibus obijci, quod minus crediderit cum illa modum quæsierit, non de uirtute dei dubitauerit. Quod autem responsum est illi: Spiritus sanctus superueniet in te & uirtus altißimi obumbrabit te, poterat et sic responderi quomodo hic: Nun quid spiritui sancto impoßibile est qui superueniet in te, ac si idem ipse sensus conseruaretur. Porro autē talia quædam dicens Zacharias incredulitatis, arguitur, & uocis oppressæ pœna plectitur: Quare? nisi quia deus non de uerbis, sed de cordibus iudicat. Alioquin & ad illam petram unde aqua profluxit poterant excusari uerba Moysi, nisi in eum clara esset diuina sententia, quod diffidendo talia dixerit. Nam ita se ea uerba habent: Audite me increduli: Nunquid de Petra ista educimus uobis aquam? Deinde sequitur. Et eleuata Moyses manu sua percußit Petram uirga bis, & exijt aqua multa, & bibit Synagoga & pecora eorum. Vtique ad hoc congregauit populum, & ad hoc illam uirgam in qua tanta miracula fœcerat sumpsit, eāq; Petram percußit, atq; inde solitæ uirtutis est consecutus effectus. Verba ergo illa quibus ait, Nūquid ex hac Petra educimus uobis aquam? possent sic accipi, tanquam diceretur: Nempe ex hac Petra secundum uestram incredulitatem aqua educi non potest. Vt deniq; percutiendo ostenderetur fieri diuinitus potuisse, quod illi infidelitate non crediderunt, maxime quia dixerat: Audite me increduli, ita quidem intelligi possent hæc uerba, nisi deus qui cordis inspector est quo animo dicta fuerint indicaret: Sequitur enim scriptura & dicit. Et dixit dominus ad Moysen & Aaron: Quoniam non credidistis sanctificare me in conspectu filiorum Israēl, propter hoc non inducetis uos Synagogā hanc in terram quam dedi eis. Ac per hoc intelligitur illa uerba ita dixisse Moysen, tanquam ad incertū percusserit, ut si non sequeretur effectus, hoc prædixisse putaretur, cum ait: Nunquid ex hac Petra educimus uobis aquam, quod in animo eius lateret omnino, nisi dei sententia proderetur. Econtrario itaq; isto loco debemus intelligere uerba Moysi de promißis carnibus, quærentis potius quomodo fieret quam diffidentis fuisse, quando sententia domini non secuta est, quæ uindicaret, sed potius quæ doceret.

Lucæ.)

Lucæ.)

Nume.20

An uxor illa Moysi, sit filia Iethro. Quæstio. XX.

Numeri.12

2.parali.14

DE uxore Moysi æthiopissa quæri solet, utrū ipsa erat filia Iethro, an alteram duxerit uel superduxerit. Sed ipsam fuisse credibilie est: De Madianitis quippe erat, qui reperiuntur in Paralipomenō æthiopes dici, quando contra eos pugnauit Iosaphat. Nam in his locis dicitur eos persecutus populus Israel, ubi Madianitæ habitant, qui nunc Saraceni appellantur. Sed nunc eos æthiopes nemo fere appellat, sicut solent locorum & gentium nomina plærumq; uetustate mutari.

Quomodo illud: Videbitis populum si fortis est an infirmus, exponatur per illud: Si pauci an multi. Quæstio. XXI.

ET dixit ad eos. Ascendite ista heremo, & ascendetis in montem & uidebitis terram quæ sit, & populum qui insidet super eam, si fortis est an infirmus, si pauci sunt an multi. Exposuisse intelligitur secundū quid dixerit, si potens est an infirmus, hoc est, si pauci sunt an multi. Nam quomodo possent de monte prospicientes sentire humanarum uirium fortitudinem? Potest & alius sensus esse multo congruentior ueritati, quod ait: Ascendetis in montem, in ipsam terram dixit quam explorare uolebant: Nō enim possent facile exploratores intelligi, ubi tanq; peregrinantes omnia perquirebant. Nam si de montis uertice eos putauerimus conspexisse terram, & explorasse, quomodo possint exquirere omnia quæ Moyses exquirenda præcepit? Quō intrare ciuitates quas eos scriptura dicit mtrasse? Quō de illa ualle botrum tollere, propter quem & loco nomen est inditum, ut uallis botri diceretur? In ipso ergo monte explorabatur terra, quia ipse erat à quo exploraretur, & ibi erat quidam de preßior locus, de qua ualle botrus ablatus est.

Numer.13

Quid sit pauor terræ. Quæstio XXII.

ET protulerunt pauorē terræ quam explorauerūt. Pauorem terræ dixit, non quod paueat eadem terra, sed quem ex ea terra conceperant.

Numer.13

Quomodo intelligantur verba Caleb & Iosue: Abscessit tempus ab eis, dominus aurē in nobis. Qō. XXIII.

CAleph & Iēsus naue loquentes ad populum Israēl ne timerent ingredi terram promißionis, dixerūt inter cætera: Vos autem ne timueritis populum terræ, quoniam cibus nobis sunt: Abscesit enim tempus ab eis, dominus autem in nobis, ne timueritis eos. Quod dictum est, cibus nobis sunt, intelligi uoluerūt, consumemus eos. Quod uero adiunxerunt, abscesit enim tempus ab eis, dominus autem in nobis, satis diligenter non dixerunt, abcesit dominus ab eis, impij quippe antiquitus fuerunt, sed quoniam & impijs occulta dispensatione diuinæ prouidentiæ datur tempus florendi atq; regnandi, abscesit inquiunt tempus ab eis, dominus autem in nobis, nō dixerunt, abscesit tempus ab eis, & nostrum succesit, dominus autem in nobis, non tempus. Illi enim tempus habuerunt, isti dominum deum temporum creatorem & ordinatorem, & quorumumq; ut ei placet distributorem.

Numer.14

Quæ sint peccata nolentium. Quæstio. XXIIII.

QVod præcipitur quō expientur pcta quæ nō sponte cōmittūtur, merito quæritur quæ sint ipsa pcta nolentiū utrū quæ à nescientibus cōmittūtur, an etiā

Numer.15

posit

poßit recte dici peccatum eſſe nolentis, quod facere compellitur, nam & hoc contra uoluntatem facere dici ſolet. Sed utiq; uult propter quod facit cum uult uiuere, ſi ſcilicet quiſq; niſi fœcerit mortem minetur. Vult ergo facere, quia uult uiuere, & ideo non per ſeipſum appetendo ut falſum iuret, ſed ut falſum iurando uiuat. Quod ſi ita eſt, neſcio utrum poßint dici iſta peccata nolentium, qualia hic dicuntur expianda. Nam ſi diligenter conſideratur, forte ipſum peccare nemo uelit, ſed propter aliud fit qđ' uult qui peccat. Omnes quippe homines q ſcientes faciunt quod non licet, uellent licere: Vſq; adeo ipſum peccare nemo appetit propter hocipſum, ſed propter illud quod ex eo conſequitur. Hæc ſi ita ſe habent, nõ ſunt peccata nolentium, niſi neſcientium, quæ diſcernuntur á peccatis uolentium.

Quæ peccata in manu ſuperbię. Quæſtio. XXV.

Numeri.15 ET anima quæcunq; peccauerit in manu ſuperbiæ ex indigenis, aut ex proſelytis, deum hic exacerbat, & exterminabitur anima illa de populo ſuo, quoniã uerbum domini contemſit, & mandata eius diſperdidit. Contricione conteretur anima illa, peccatum eius in illa. Quæ ſint peccata quæ fiunt in manu ſuperbiæ, id eſt, ſuperbia committuntur, ſcriptura ipſa in conſequentibus ſatis expoſuit, ubi ait, quoniam uerbum domini contempſit. Aliud eſt ergo præcepta contemnere, aliud quidem magnipendere, ſed aut ignarum contra facere, aut uictũ. Quæ duo fortaſſe pertineant ad illa peccata quæ à nolentibus fiunt, de quibus ſuperius quemadmodum deo propitiato expiarentur admonuit, ac deinde ſubiecit peccata ſuperbiæ, cum quiſq; ſuperbiendo, id eſt, præceptum contemnendo perperam facit. Quod genus peccati non dixit ullo genere ſacrificij purgari oportere, tanq; inſanabile, iudicans illa duntaxat curatione quæ per ſacrificia gerebatur: Qualia facienda in hac ſcripura præcipuntur, quæ ſi per ipſa attendantur, nullo pacto poſſunt mederi. Si autem res ipſæ quarum hæc ſacramenta ſunt inquirantur, in eis inueniri poterit purgatio peccatorũ.

Prouer.18 Quod ergo ſcriptum eſt: Peccator cum uenerit in profundum malorum contemnit, iſte ſignificatus eſt, quẽ ſcriptura hoc loco dicit, in manu ſuperbiæ delinquere. Hoc igitur ſine pœna eius qui committit non poteſt aboleri, atq; ideo non poteſt non punitum eſſe, & cum pœnitendo ſanatur ipſa afflictio pœnitentis pœna peccati eſt,

Pſalm.50 q̃uis medicinalis & ſalubris. Merito quippe magnum iudicatur peccatum. cum ſuperbia præceptum contemnit, ſed econtrario ut ſanari poßit, cor contritum & humiliatum deus non ſpernit. Veruntamen quia ſine pœna nõ fit, ideo talia hinc dicta ſunt, deum inquit hic exacerbat,

Iacob.4 quia deus ſuperbis reſiſtit. Et exterminabitur anima illa de populo ſuo, quoniam talis omnino in numero eorũ qui ad deum pertinent non eſt, quoniam uerbum domini contempſit & mandata eius diſperdidit, contritione conteretur anima illa. Quare autẽ contritione conteretur, cõſequenter adiungit dicens: Peccatum eius in illo, ac per hoc ſi tali peccato debitam contricionem ipſe ſibi adhibeat pœnitendo, cor contritũ ut dictũ eſt deus non ſpernet, q̃uis in græco nõ dictũ ſit hoc loco, cõtricione cõteretur, ſed ex cõtritione exteretur aĩa illa. Quòd ita accipi põt, quaſi oĩmodo terendo extinguatur ac ſi non ſit, ſed prius natura ĩmortalitatis aĩæ hũc intellectũ recuſat. Deinde ſi quod exteritur, oĩmodo efficeretur ut nõ ſit, non diceret de ſapiente: Et gradus oſtiorum eius exterat pes tuus, Eccle.6 Verũ illa diſcretio magis magiſq; conſideranda eſt, utrũ nemo peccet niſi aut ignarus, aut uictus, aut contemnẽs unde nunc longum eſſet diſputare.

Quid illud: Oculos hominum abſcidiſſes. Quæſtio. XXVI.

QVid eſt qđ' Dathã & Abirõ cũ in ſeditionẽ cõſurrexiſſent, uocati à Moyſe ac ſuperbe & iniurioſe Nume.16 rñdentes: Nonquid puſillũ hoc, quoniã eduduxiſti nos in terrã fluentem lac & mel, interficere nos in heremo, quoniã præes nobis princeps, & tu in terram fluentẽ lac & mel induxiſti nos, & dediſti nobis ſortem agri & uineas? poſt hæc addiderũt: Oculos hoĩm illorũ abſcidiſſes, nõ aſcendimus, quorũ hominũ oculos dixerũt? Vtrũ populi Iſraël, tãq; dicentes: Si iſta præſtitiſſes, oculus hominũ illorũ aſcidiſſes, id eſt ita te diligerẽt, ut oculos ſuos eruerent & darent tibi: Quod indiciũ magnũ dilectionis, Et Apoſtolus dicit: Quoniã ſi fieri poſſet Galat.4 oculos ueſtros eruiſſetis & dediſſetis mihi. Et deinde plenã contumaciã addiderunt: Non aſcendimus, id eſt, nõ ueniemus, quia uocauerat eos. An potius oculos hoĩm illorũ dicit hoſtiũ qui nimis acres & terribiles fuerant, nũciati, tãq; dicerẽt, et ſi hoc fœciſſes, nõ tibi obtãperaremus, niſi q̃ modus uerbi alius pro alio poſitus eſt, ut nõ dicerẽt, nõ aſcenderemus, ſed nõ aſcendimus quodã genere locutiõis?

Quomodo Moyſes & Aaron iubentur abſcedere. Quæſtio XXVII.

ET locutus eſt dñs ad Moyſen & Aarõ dicens: Ab- Numeri.16 ſcedite uos de medio ſynagogæ iſtius. Notandũ eſt tũc iubere dũm ſeparatiõẽ fieri corporalẽ, cũ iã uindicta imminet malis. Sic Noe cũ domo ſua ſepatur à cæteris diluuio peritrris: Sic Loth cũ ſuis ſeparatur á Sodomis i- Gene.7 gne cœlitus cõſumẽdis, Sic ipſe populus ab Aegyptijs ma- Gene.19 rinis fluctibus obruendis: Sic iſti nũc à Synagoga Chore Exo.14 Abirõ & Dathã, qui ſe primitus p ſeditionẽ abrũpere uoluerũt cũ quibus tñ ſancti antea uiuentes & cõuerſantes, & cũ cæteris quos reprobat deus ſecundũ uerba quæ in eos increpans dicit, cõtaminari tñ ab eis mininime potuerũt, nec ſeparari iußi ſũt, qñ uindictã dñs, ſiue differebat ſiue tale adhibebat, qua innocentes pũitari lediue nõ poſſent, ſicut ſepentũ morſibus, ſicut ſtrage mortiũ, qua deus quẽ uolebat ſicut uolebat alio pcutiebat intacto, non ſicut aqua diluuij, aut ignea pluuia, aut aqua maris, aut hiatu terræ, quæ pmixtos poterat pariter abſumere, nõ quia et ibi deus ſuos cõſeruare nõ poſſet, ſed quia opus erat tẽptatione miraculi, ubi ſeparatio fieri poterat, ut uel aqua, uel ignis, uel hiatus terræ quos inueniſſet auferret.

Sic &

Sic & in fine à zizanijs separabuntur frumenta ut ma-
Matth.13. los cremantibus flammis, iusti fulgebunt sicut sol in re-
gno patris eorum.

An in visione, an in hiatu dictum sit. Quæstio. XXVIII.

Numeri.16 QVod ait Moyses de Chore & Abiron & Da-
than, in uisione ostendit deus, & aperiens ter-
ra os suum absorbebit uos. Quidam inter-
pretati sunt, in hiatu ostendet dominus, credo putantes
dictũ χασματί, quod græcè positum est φασματί,
quod pro eo dictum est, ac si diceretur in manifestatione
quod apertis oculis apparebit. Non enim sic dictum est,
in uisione, quemadmodum solent dici uisiones, siue som-
niorum siue quarumcunq; in extasi figurarum, sed ut
dixi in manifestatione. Nonnulli autem aliud opinantes,
in phantasmate interpretari uoluerunt. Quod omnino
sic abhorret à consuetudine locutionis nostræ, ut nusq;
fere dicatur phantasma, nisi ubi falsitate uisorum intelle-
ctus noster illuditur, q̃uis & hæc a uidendo sit dictũ: Sed
ut dixi aliud loquendi consuetudo preiudicauit.

Qui dicantur inferi: Quæstio. XXIX.

Numeri.16 ET descenderunt ipsi & anima quæcunq; sunt eis
uiuentes ad inferos. Notandum secundum locum
terrenũ dictos esse inferos, hoc est in inferioribus terræ
partibus. Variæ quippe in scripturis et sub intellectu mul
tiplici, sicut rerum de quibus agitur sensus exigit, nomẽ
ponitur inferorum, & maxime in mortuis hoc accipi so-
let. Sed quoniam istos uiuentes dictum est ad inferos de-
scendisse, & ipsa narratione quid factum fuerit satis ap-
paret, manifestum est ut dixi inferiores partes terræ in-
ferorum uocabulo nuncupatas in comperatione huius su
perioris terræ in cuius facie uiuitur, sicut in conparatio-
ne cœli superioris ubi sanctorum demoratio est angelo-
rum, peccantes angelos in huius aeris detrusos caliginẽ,
scriptura dicit tanq̃ carceribus inferi puniendos reser-
2.Pet.2 uari: Si enim deus inquit angelis peccantibus non pep-
cit, sed carceribus caliginis inferi retrudens tradidit in
iudicio puniendos reseruari, cũ Apostolus Paulus prin-
Ephe.2 cipepotẽ statis diabolũ dicat, qui operatur in filijs diffi-
dentiæ.

Cur dominus dicatur ad Moysen & Eleazarum, & non ad Moysen & Aaaron sicut solet, locu tus. Quæstio. XXX.

Numeri.16 ET dixit dominus ad Moysen & ad Eleazarum fi-
lium Aaron sacerdotem. Tollite Thuribula ærea è
medio exustorum, & ignem alienum hunc semina ibi,
quia sanctificauerunt Thuribula peccatorum horum in
manibus suis, & fac columnas ductiles circũpositionem
altari, quoniam oblata sunt ante dominum & sanctifi-
cata sunt & factæ sunt in signum filijs Israël. Hoc loco
cur non ad Moysen & Aaron sicut in superioribus dñs
loquutus sit, sed ad Moysen & ad Eleazarũ filiũ Aaron,
hæc mihi causſa interim occurrit, quoniam quæstio erat
de progenie sacerdotum, id est, de quo genere esse debe-
rent, unde illi ex alio genere, quia sibi usurpare sacerdo-
tium ausi sunt, tam horrendo & mirabili supplicio pe-
rierunt, non ad Aaron, quia iam summus sacerdos erat,
sed ad Eleazarũ uoluit loqui deus qui ei succedere debe-
bat, & secundo iam sacerdotio fungebatur, ut eo modo
seriem generis commendaret quæ in succeßionibus sacer
dotum esse deberet. Vnde etiam in consequentibus dicit:
Et accæpit Eleazar filius Aaron sacerdotis thuribula æ-
rea quæ ante obtulerunt qui exusti sunt, & addidit ea cir
cumpositionem altaris memoriale filijs Israël, ut non ac-
cedat quisq̃ alienigena qui non est de semine Aaron im-
ponere incensum ante dominum, & non erit sicut Chore
& sicut cõspiratio eius, sicut locutus est dominus in ma
nu Moysi. Hoc ergo modo uoluit per Eleazarũ deus nõ
sacerdotium quod iam erat in Aaron, sed succeßionis sa-
cerdotalis progeniem commendare. Quod uero ait: Et
ignem alienum hunc semina, ibi sparge, intelligendũ est,
Et quod addidit, quia sanctificauerunt thuribula pecca-
torum horum in manibus suis, locutione quidẽ inusitata
expressa sententia est. Sed notandum nouo modo dicta
sanctificata pœna eorum à quibus hoc peccatum fuerat
perpetratũ, quia p eos exemplũ datũ est cæteris, quo ti-
merẽt. Circũpositionẽ aũt altari cur ex eis fieri uoluit,
addidit dicens, quoniam oblata sunt ante dominũ & san-
ctificata facta sunt in signum filijs Israël, non ergo in eis
reprobari uoluit q, à talibus oblata sunt, sed hoc potius
attendi ante quem oblata sint, id est quia ante dominum,
ut plus in eis ualeret nomen domini ante quem oblata sũt,
quam peßimum meritum eorum a quibus oblala sunt,
Hoc autem iam & in Exodo commemorauerat scriptu-
ra quando altare fabricatum dicit, Vnde intelligitur gene
ra gerum gestarum distributa esse per libros, non tem-
porum ordo contextus. Nam & de uirga Aaron quo-
modo res gesta sit, ut & florens, & germinans electio-
nem sacerdotij eius diuinitus indicaret, in hoc libro scri-
ptura narrauit, & tamen de ipsa uirga in Exodo dicitur
ut in sanctis sanctorum cum manna in arca poneretur
quando præcipitur de tabernaculo fabricãdo, quod utiq;
longe ante præceptũ est q̃ ipsum tabernaculum fabrica-
tũ perfectumq; consisteret. Stetit autem primo mense se-
cundi anni ex quo de Aegypto egreßi sunt, & liber
iste incipit à secundo mense eiusdem anni secundi primo
die mensis. Vnde clarum est, ista si librorum ordinẽ con-
sideremus, per recapitulationem, id est præteritorum re
cordationem commemorari, quæ putant qui minus dili-
genter intendunt, eodem facta ordine quo narrantur.

Quæ dicantur peccata sanctorum. Quæstio. XXXI.

ET dominus ad Aaron dicens. Tu & filij tui, & do Numeri.18
mus patris tui tecum accipietis peccata sanctorum
& tui & filij tui accipietis peccata sacerdotij uestri. Hæc
sunt pcta quæ appellantur sacrificia p peccatis. Proinde
pcta sanctorũ dictũ est, nõ quæ scti cõmittũt, sed ab eo q,

sunt

sunt sancta sanctorum, quia in sanctis offeruntur: Et peccata dicuntur sacrificia pro peccatis, ideo appellata sunt peccata sanctorum. Et peccata sacerdotij uestri, id est, eadem ipsa quæ offeruntur pro peccatis, sicut etiam in Leuitico declarat, & pertinere debere dicit ad sacerdotem.

Quæ primogenita offerri præcipiantur. Quæstio. XXXII.

Numeri. 18 PRimogenita omnia quæcunq; fuerint in terra eorũ quantacunq; attulerint domino, tibi erunt. Hic primogenita non fœtus primitiuos pecorum dicit: Nam ipsa græcè πρωτότοκα nominantur, hæc autem πρωτογενήματα. Sed latine duabus his rebus duo nomina reperta non sunt. Et ideo ista πρωτογενήματα quidam primitias interpretati sunt, Sed primitiæ ἀπαρχαὶ dicuntur, & aliud sunt. Hæc igitur tria ita discernuntur, quia πρωτότοκα sunt primitiui animalrum fœtus etiã hominum πρωτογενήματα uero, primi fructus de terra sumpti, uel de arbore uel de ute. Primitiæ aũt de fructibus quidem, sed iã redactis ab agro sicut de massa, de lacu, de dolio, de cupa, quæ primitus sumebantur.

Quomodo in his quæ de iuuenca rufa dicuntur, noui testamenti signum prefiguratũ sit. Quæst. XXXIII.

Numeri. 19 DE iuuenca rufa cuius cinerem ad aquam aspersionis, eorumq; mundationem qui mortuum tetigerint proficere lex mandauit, nec tangere permittimur. Euidentißmum enim signum in ea noui testamenti præfigurabatur, nec satis digne festinantes dicere de tanto sacramento ualemus. Primo enim quòd ita cœpit de hac re loqui scriptura quem non moueat, & intentißimam mẽtem faciat in altitudine sacramenti? Et locutus est inqt dominus ad Moysen & Aaron dicens: Ista distinctio legis quæcunq; constituit dominus, proculdubio non est distinctio nisi inter aliqua duo uel plura: Nam distinctionem singularitas non requirit. Nec distinctionẽ cuiuslibet rei commemorauit, sed addidit legis, nec cuiuscũq; legis: Aßidue quippe in scriptura dicitur de unaquaq; re de qua legitime præcipitur, hæc est lex illius, uel illius rei, non uniuersalis lex quæ continet omnia quæ legitime præcipiuntur: Hic uero cum dixisset, hæc est distinctio legis, secutus adiunxit, quæcunq; constituit dominus, præcipiendo utiq; non creando. Nam etiam nonnulli interpretes, quæcunq; præcepit dominus, transtulerunt. Si ergo est distinctio legis quæcunq; præcepit dominus, proculdubio magna est ista distinctio. Et recte intelligitur duo testamenta distinguere. Eadem quippe sunt in ueteri & nouo, ibi obumbrata, hic reuelata, ibi præfigurata, hic manifestata. Nam non solum sacramẽta diuersa sunt, uerumetiam promissa ibi uidentur temporalia proponi, quibus spiritale præmium occulte significetur, hic aũt manifestißime spiritalia promittuntur & eterna. Tẽporaliũ aũt bonorũ atq; carnaliũ et spiritualiũ atq; æternorũ quæ clarior certiorq; distinctio est, q̃ passio domini nostri Iẽsu Christi, in cuius morte satis constituit non istã terrenam transitoriamq; fœlicitatem à domino deo pro magno munere sperandam & optandam, Quãdoquidem in unigenito filio suo, quem tanta illa perpeti uoluit, longe aliud à se peti expectariq; oportere apertißima distinctione declarauit. Hanc ergo paßionem domini nostri Iẽsu Christi uelut distinctione duorum testamentorũ hoc quod de iuuencæ rufæ mactatione narratur satis congrue præfigurat. Locutus est enim dominus ad Moysen & Aaron dicens: Ista distinctio legis quæcunq; constituit dñs, ac deinde mandare incipis hæc adiũgens & dicens, Loquere filijs Israël potest etiã ita distingui. Et locutus est dominus ad Moysen & Aaron dicens. Ista distinctio legis quæcunq; constituit dominus dicens, non quæcunq; constituit dominus creans, sicut cœlum & terram & omnia quæ in eis sunt, sed quæcunq; constituit dominus dicens, in duobns uidelicet testamentis, ut deinde sequatur: Loquere filijs Israël, & accipiant à te iuuencam rufam sine uitio. Iuuenca rufa carnem Christi significat. Sexus fæmineus est, propter infirmitatem carnis. Rufa est, propter ipsam cruentam paßionem. Quod autem ait, accipiant à te, in ipso Moyse figuram legis ostendit, quoniam secundum legem sibi uisi sunt occidere Christum, quia soluebat secundum ipsos sabbatũ & sicut putabant obseruationes legitimas prophanabat. Quòd ergo sine uitio dicitur hæc iuuenca, mirũ non est: Hanc enim carnem etiã cæteræ hostiæ figurabant, ubi similiter sine uitio pecora immolari iubentur. Erat quippe illa caro in similitudine carnis peccati, sed non caro peccati. Verumtamen hic ubi euidentius legis distinctionem deus uoluit cõmendare, parum fuit dicere sine uitio, nisi diceretur, quæ non in se habet uitium. Quod si repetendi causa dictum est, fortasse non frustra est, q; eã rem ipsa repetitio firmius cõmendauit. Quamq̃ & illud nõ abhorret à uero ut ideo additũ intelligatur, quæ nõ habet in se uitiũ, cũ iã dictum esset, iuuencã sine uitio, quia in se nõ habuit uitium caro Christi, in alijs autem habuit qui mẽbra sũt eius. Quæ eni caro in hac uita sine peccato, nisi illa sola quæ non habet in se uitium? Et non est superpositũ sup eã iugũ. Non enim subiugata est inquitati cui subiugatos inueniens liberauit & eorũ uincula dirupit ut ei dicatur: Dirupisti uincula mea tibi sacrificabo hostiã laudis. Sup illius quippe carnem nõ est positũ iugũ, qui potestatem habuit ponendi animã suã & iterũ sumendi eã. Et dabis eã inquit ad Eleazarũ sacerdotem. Cur non ad Aaron, nisi forte ita præfiguratũ est, non ad tempus quod tunc erat, sed ad posteros huius sacerdotij paßionem domini peruenturam? Et ejcient eã extra castra: Sic & ejectus est dominus passurus extra ciuitatem. Quod autem ait, in locum mundum, ita significatum est, quia non habuit causſam malam. Et occident eam in conspectu eius, sicut occisa est caro Christi in conspectu eorum qui futuri erant in nouo testamento domini sacerdotes.

Psalm. 115

Iohan. 10

Et accipiet Eleazar sanguinem eius & asperget contra faciem tabernaculi testimonij in sanguine eius septies. Hæc testificatio est Christum secundum scripturas fudisse sanguinem in remissionem peccatorum: Ideo contra faciem tabernaculi testimonij, quia non aliter declaratũ est quam fuerat diuino testimonio prænunciatum. Et ideo septies, quia ipse numerus ad mundationem pertinet spiritalem. Et cremabunt eam in conspectu eius: Puto quia concrematio ad signum pertinet resurrectionis. Natura est quippe ignis ut in superna moueatur, & in eum conuertitur quod crematur: Nam & ipsum cremare de græco in latinum ductum uerbũ est à suspensione. Quod uero additum est, in conspectu eius, id est, in conspectu sacerdotis, hoc mihi insinuatum uidetur, quia illis apparuit resurrectio Christi qui futuri erant regale sacerdotum. Iam quod sequitur: Et pellis eius & carnes & sanguis eius cum stercore eius cõburetur, idipsum expositum est quomodo concremabitur, & significatum est, q. non solum substantia mortalis corporis Christi, quæ cõmemoratione pellis & carnium & sanguinis intimata est, uerumetiam contumelia & abiectio Plæbis, quam nomine stercoris significatam puto, conuerteretur in gloriam, quam combustionis flamma significat. Et accipiet sacerdos lignum cedrinum & hisopum & coccinum & immittet in medium combustionis iuuencæ. Lignum cedrinum spes est, quæ debet in supernis firmiter habitare. Hisopus fides, quæ cum sit herba humilis radicibus hæret in Petra. Coccinum charitas, quod feruorem spiritus igneo colore testatur. Hæc tria debemus mittere in resurrectionem Christi, tanq̃ in mediũ combustionis illius, ut cum illo sit abscondita uita nostra, sicut dicit Apostolus:

Col. 3 Et uita nostra abscondita est cum Christo in deo. Et lauabit uestimenta sua sacerdos, & lauabit corpus suum aqua, & postea introibit in castra, & immũdus erit sacerdos usq; ad uesperam. Lauatio uestimentorũ & corporis quid est, nisi mundatio exteriorum & interiorũ? Et hæc sacerdos. Deinde sequitur: Et qui comburet eã, lauabit uestimenta sua & lauabit corpus suum aqua, & immundus erit usq; ad uesperam. In eo qui comburit, eos figuratos arbitror qui Christi carnem sepelierunt, resurrectioni eam ueluti conflagratione mandantes. Et cõgregabit homo mundus cinerem iuuencæ, & ponet extra castra in locum mundum. Quid dicimus cinerem iuuencæ, reliquas uidelicet illius interfectionis & combustionis, nisi famam quæ consecuta est passionem resurrectionem q; Christi? Quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. Nã

Psalm. 36 & cinis erat, quia uelut mortuus ab infidelibus condemnabatur, & tamen mundabat, quia & resurrexisse à fidelibus credebatur. Et quia hæc fama apud eos maxime claruit qui in cæteris gentibus erant, & non erant de cõsortio Iudæorum, ideo dictum esse existimo & congregabit homo mundus cinerem iuuencæ, mundus utiq; ab interfectione Christi, quæ Iudæos fecerat reos. Et reponet in locum mundum, id est, honorabiliter tractabit. Tamen extra castra, quia extra celebrationem Iudaicæ consuetudinis honor Euangelicus claruit. Et erit synagogæ filiorum Israël in consuetudinem: Aqua asperſionis, purificatio est. Postea declarat plenius quemadmodum ex isto cinere fiebat aqua asperſionis unde mundabantur à contactu mortuorum, quod utiq; significatur ab iniquitate moribundæ uel morticinæ uitæ. Sed mirũ est qđ sequitur: Et qui congregat inquit cinerem iuuencæ lauabit uestimenta sua, & immundus erit usq; ad uesperã. Quomodo erit ex hoc immundus qui mundus acceſſerat, nisi quia & hi qui sibi uidentur mundi in fide Christiana se agnoscunt, quia omnes peccauerunt & egent gloria dei, iustificati gratis per sanguinem ipsius. Hunc tamen uestimenta sua lauare dixit, nõ etiam corpus suum: Credo quòd illius cineris congregatione & repositione in loco mundo, si hæc spiritaliter intelligantur, iam intrinsecus uult intelligi fuisse mundatum, sicut Cornelius audiens & credens quod prædicauerat Petrus ita mundatus est, ut ante uisibilem baptismum cum suis qui aderant acciperet donum spiritussancti. Verumtamen nec uisibile sacramentum contemni potuit, ut ablatus etiam extrinsecus lauaret quodammodo uestimenta sua. Et erit inquit filijs Israël & proselytis qui apponuntur legitimum æternum. Quid aliud ostenditur, nisi baptismum Christi quem significat aqua asperſionis, et Iudæis & gẽtibus profuturum, id est, filijs Israël & proselytis tanq̃ naturalibus ramis & inserto pinguedini radicis oleastro? Quem autem non faciat intentum, quòd post ablu- Roma. 11
tionem de singulis quibusq; dicitur, & immundus erit usq; ad uesperam? Neq; hic tantum, sed in omnibus, aut pene in omnibus talibus mundationibus hoc dicitur. Vbi ne scio utrum aliquid aliud poßit intelligi, nisi quòd omnis homo post remißionem plenißimam peccatorum permanendo in hac uita contrahit aliquid unde sit immundus usq; ad eiusdem uitæ finem, ubi ei dies iste quodammodo clauditur, quod significat uespera. Deinde incipit scriptura dicere, & exequitur quemadmodũ immundi facti homines aqua illa asperſionis purificentur: Qui tetigerit inquit mortuum omnis anima hominis immunda erit septem diebus, hic purificabitur die tertio & die septimo, & mundus erit. Et hic nihil aliud intelligendum uideo, nisi contactum mortui, esse hominis iniquitatem. Septem uero dierum immunditiam propter animam & corpus dictam puto, animam in ternario corpus in quaternario. Quod quare ita sit, longum est disputare. Secundum hoc arbitror dictum per Prophetam: In tribus & quattuor impietatibus non aduersabor: Adiungit autem dicens. Amos. 1
Si aũt non purificatus fuerit die tertio & die septimo, nũ erit mundus. Omnis qui tetigerit ab omni aïa hominis & mortuus fuerit et nõ fuerit, purificatus, id est, añ mortuus fuerit tacto mortuo quàm fuerit purificatus, tabernaculum domini polluit, exterminabitur anima illa ex Israël, Notandum est quòd difficillime reperitur in his libris aliquid euidentius de uita animæ post mortem fuisse conscriptum.

conscriptum. Die tertio & in die septimo & purificabitur die septimo & lauabit uestimenta sua, & lauabit aqua & immundus erit usq; ad uesperam. Alia est aqua aspersionis, & alia utiq; illa qua lauit uestimenta sua. Et lauabitur aqua, quam puto spiritalem intelligendam per significationem, non per proprietatem. Nam sine dubio uisibilis erat, sicut illæ omnes umbræ futurorum Proinde qui sacramento baptismi recte abluitur, quòd illa asperonis aqua figurabatur, mundatur spiritaliter, id est, inuisibiliter in carne & in anima ut sit mundus & corpore & spiritu. Quòd uero Hisopo dixit aqua aspersionis asperga, qua herba supra diximus fidem significari, quid aliud occurrit, nisi quòd scriptum est: Fide mundans corda eorum: Non enim prodest baptismus, si desit fides. A uiro autem mundo dixit hoc fieri, ubi significantur ministri portantes personas domini sui, qui uere mundus est. Nam & de his ministris in consequentibus dicit, & qui circumasperget aquam aspersionis, lauabit uestimenta sua, i.l est, obseruabit & corpus. Et qui tetigerit aquam aspersionis immundus erit usq; ad uesperam. Et omne quòdcunq; tetigerit immundus, immundum erit. Et anima quæ tetigerit, immunda erit usq; ad uesperam. Iam dixi superius quid mihi significare uideatur usque ad uesperam.

Actum.15

Quid uulneratum & mortuum dicatur. Quæstio. XXXIIII.

Numer.19

QMnis qui tetigerit super faciem campi uulneratum mortuum, aut os hominis, aut monumentum: Quæri potest quid dictum sit uulneratum, aut mortuum. Si enim aliud uoluit intelligi uulneratũ, aliud mortuum, cauendum est ne putetur immundus esse etiam qui tetigerit uulneratum uiuum, quód utiq; absurdũ est. Sed quia possunt & mortui esse uulnerati, ipsos mortuos intelligitur discreuisse, ut & uulneratum mortuum intelligamus, id est uulnere peremptum, aut mortuum sine uulnere.

1. Corin. 10

Quid aqua de petra educta. Quæstio. XXXV.

Numer.20

QVòd de petra aqua educta est, Apostolus Paulus quid esset exposuit ubi ait: Et omnes eundem potum spiritalem biberunt. Bibebant aũt de spiritali sequenti eos petra: Petra aũt erat Christus. Significata est ergo de Christo profluens gratia spiritalis qua interior sitis irrigaretur. Sed quòd uirga petra percutitur, crux Christi figuratur. Ligno enim accedente ad Petram gratia manauit, & quòd bis percutitur, euidentius significat crucem. Duo quippe ligna sunt crux.

Quomodo dicatur aqua contradictionis. Quæstio. XXXVI.

Numer.26

QVòd de aqua illa quæ de Petra profluxit dictum est: Hæc aqua contradictionis, quia maledixerunt filij Israël ante dominum & sanctificatus est in ipsis, prius maledixerunt quando locuti sunt contra beneficiũ domini quòd educti erant de Aegypto, & postra sanctificatus est in ipsis cum illo miraculo profluentis aquæ eius sanctitas declarata est. An forte duo genera hominũ demonstrauit, & contradicentium graciæ Christi, & precipientium graciam Christi, ut illis sit aqua contradictionis, istis sanctificationis. Nam de ipso domino in Euangelio legitur: Et in signum cui contradicetur. Luce.2

Quomodo intelligendum sit quod Moyses dicit ad regem Edom: Neq; bibemus aquam de lacu tuo. Quæstio. XXXVII.

QVòd inter mãdata Moyses ad regem Edom dicit inter cætera: Neq; bibemus aquam de lacu tuo, intelligendum est gratis bibemus. Quòd postea manifestat dicens: Si autem de aqua tua bibemus ego & pecora mea, dabo precium tibi. Numer.20

Quæ sint dextra & sinistra. Quæstio. XXXVIII.

NOn declinabimus in dextra neq; in sinistra. Pluraliter dictum est, in ea quæ dextra sunt, uel quæ simistra sunt. Nume.20

Quomodo iam dicatur aqua maledictionis. Quæstio. XXXIX.

NOn introibitis in terram quam dedi filijs Israël in possessionem, quoniam exacerbastis me super aquam maledictionis. Quam dixit superius àquam contradictionis, ipsam dicit hic maledictionis. Non enim ait ἀντιλογίας, sed λιδοξίας. Nume.20

Quomodo dicatur: Anathemabo de uoto. Quæstio. XL.

ET uouit Israël uotum domino, & dixit: Si mihi tradideris populum istum subiectum, id est, si mihi eum tradendo subicceris. Anathemabo illum & ciuitates eius. Hic uidendum est quomodo dicatur Anathemabo, quòd uouetur, & tamen pro maledicto ponitur, sicut & de isto populo dicitur: Vnde illud est: Si quis uobis Euãgelizauerit præter quam quòd accæpistis, Anathema sit. Hinc uulgo ductum est, ut deuotatio dicatur: Nam deuotare se quemquam nemo fere dicit, nisi maledicens. Nume.21 Gala.1.

Vnde dictum sit Anathema. Quæstio. XLI.

ET Anathemauit eum & ciuitatem eius, & uocatum est nomen loci illius Anathema. Hinc dictum est Anathema, quòd detestabile aliquid & abominabile uideatur. Vt enim inde uictor in usus suos auferret, sed totum in pœnam luendã uoueret, hoc erat Anathemare, quòd uulgo dicitur deuotare. Origo autem huius uerbi est in græca lingua ab his rebus quæ uotæ & persolutæ. hoc est promissæ & redditæ sursum ponebantur in templis, ἀπὸ τοῦ ἀνατιθεμ, hoc est sursum ponere, uel figendo, uel suspendendo. Numer.21

In quo libro dictum intelligatur: Bellum domini Moab inflammauit, cum non dicatur. Quæstio. XLII.

Numer. 21 IN itinere filiorum Israël quo castra promouebant atque ponebant, inter cætera scriptum est: Et inde castra collocauerunt trans Arõn in Hermon, quòd extat à limitibus Amorræorũ. Est enim Arnon limes inter Moab & inter Amorræum. Propterea dicitur in libro: Bellum domini Moab inflammauit & torrentes Arnon, & torrentes constituit inhabitare. Et in quo libro hoc scriptum sit, non commemorauit, neq; ullus est in his quos diuinæ scripturæ canonicos appellamus. De talibus occasiones reperiunt qui libros apocryphos incautorum auribus & curiosorum conantur inserere, ad persuadendas fabulosas impietates. Sed hic dictum est scriptum in libro, non dictum est in cuius prophetæ, uel Patriarchæ sancto libro. Neque negandum est fuisse iam libros siue Chaldæorum, unde egressus est Abraham, siue Aegyptiorum, ubi didicerat Moyses omnem illorum sapientiam, siue cuiusq; gentis alterius: In quorum librorum aliquo potuit hoc esse scriptum, qui tamen non ideo sit assumendus in eas scripturas quibus diuina commendatur auctoritas, sicut nec propheta ille Cretensis cuius mentionem facit Apostolus, nec græcorum scriptores uel Philosophi uel poëtæ, quos idem ipse Apostolus magnũ sane aliquid & ueraciter promptum apud Athenienses loquens dixisse confirmat: In illo enim uiuimus & mouemur & sumus. Licet enim diuinæ auctoritati unde uoluerit quòd uerum inuenerit testimonium sumere, sed non ideo omnia quæ ibi scripta sunt accipienda confirmat. Cur autem hoc isto commemoratum sit loco, non euidenter apparet, nisi forte ut fines illic inter duas gentes constituerentur, bello actum est, quòd bellum eiusdem loci homines propter magnitudinem, bellum domini esse dixerunt, ut scriberetur in aliquo eorum libro, bellum domini Moab inflammauit, quòd uel arserit eodem bello ista ciuitas, aut ad pugnandum inflammata sit, hoc est excitata, uel si quid aliud in obscuritate loci huius latet.

Titum.1

Acto.17

Quomodo dicatur: Hic est puteus quem dixit dominus ad Moysen, cum hoc nusq; dixisse legatur. Quæstio. XLIII.

Nume.21 HIc est puteus quem dixit dominus ad Moysen: Congrega populum & dabo eis aquam bibere. Ita hoc commemoratum est, quas alicubi superius hoc ad Moysen dixisse dominus legatur. Sed quia nusq; repetitur, hoc intelligendum est, & illic bibisse populum qui deficcitate conquerebatur.

Quomodo possederit Israël ciuitates. Quæstio. XLIIII.

Numer. 21 ET percussit eum Israël nece gladij: Et dominati sunt terræ eius ab Arnon usq; Oboth, & usq; ad filios Ammon quoniam Iazer termini filiorũ Ammon sunt. Et accepit Israël omnes ciuitates istas: Et habitauit Israël in omnibus ciuitatibus Amorræorũ in Esebon. Hic certe Israël possedit ciuitates Amorræorũ quas bello superauit, quia non eas anathematisauit. Nã si eas Anathematisasset, possidere illi nõ liceret, nec inde ad usus suos aliquid prædæ usurparet. Notandũ est sane quẽadmodũ iusta bella gerebantur. Innoxius enim transitus negabatur qui iure humanæ societatis æquissimo patere debebat. Sed iam ut deus sua promissa compleret, adiuuit hic Israëlitas quibus Amorræorum terram dari oportebat. Nõ Edom cum similiter eis transitum denegaret, nõ pugnauerunt cum ipsa gente Israëlitæ, id est, filij Iacob cũ filijs Esau duorum germanorum atq; geminorum, quia terram illam Israëlitis nõ promiserat, sed declinauerunt ab eis. Numer.29

Qui sint ænigmatistæ, an poëtę. Quæstio. XLV.

PRopterea dicẽt ænigmatistæ: Venite in Esebõ &c. Qui sint ænigmatistæ ideo non apparet, quia non sunt in consuetudine litteraturæ nostræ, neq; in ipsis diuinis scripturis fere alio loco reperitur hoc nomen: Sed quia uidentur quasi canticum dicere quo cecinerunt bellũ inter Amorræos & Moabitas gestũ, in quo Seon rex Amorræorum Moabitas superauit, nõ incredibiliter putantur isti ænigmatistæ, sic tunc appellati quos poëtas nos appellamus, eo quòd poetarum sit consuetudo atq; licentia miscere carminibus suis ænigmata fabularũ, quibus aliquid significare intelligantur: Non enim aliter essent ænigmata nisi illic esset tropica locutio, qua discussa perueniretur ad intellectum qui in ænigmate latitarat. Numer.21

Quomodo Moabitę nõ omnes in conditionem Seon regis Amorreorum uenisse probentur. Quæstio. XLVI.

QVòd dicit scriptura: Postraq; Israël uicit Amorræos, & possedit omnes ciuitates eorum, misisse legatos Balac regem Moabitarũ ad cõducendũ Balaam, à quo malediceretur Israël, satis ostenditur non omnes Moabitas uenisse in conditionẽ Seon regis Amorræorum quando eos bello superauit. Siquidem remansit gens Moabitarũ usq; ad illud tẽpus ubi regnaret Balac rex Moab. Quòd uero Moab dixit senioribus Madiã, id est, Moabitæ senioribus Madianitarũ: Nunc adiunget Synagoga hæc omnes qui in circuitu nostro sunt, non una gens erat, sed uicini ad uicinos dixerunt quòd pariter cauendum esset. Nam moab filius fuit Loth ex una filiarum, Madian uero filius Abrahæ de Cethura. Nõ itaq; una gens erat, sed duæ uicinæ atq; conterminæ. Numer.22

Quomodo dicitur: Et diuinationes in manibus eorum. Quæstio. XLVII.

QVid est quòd scriptũ est: Et diuinationes in manibus eorum, cum de his diceretur quos miserat Balac ad conducendum Balaam ut malediceret Israël? Nũquid nã ipsi diuinabãt, an aliqua ferebãt unde faceret Balaã quo posset diuinare, tanq; alig quæ in sacrificijs incenderentur, aut quoquo modo impenderentur, & ideo dictæ sunt diuinationes, quia per hæc ille poterat diuinare? Numer.22

diuinare? an quid aliud? Obscure enim dictum est. Notã dũ sanè quòd uenit deus ad Balaam & dixit ei: Quid homines qui penes te &c. Nec dictum est, utrũ in somnis hoc factum sit, quamuis per noctem factum satis eluceat, cum post hæc dicit scriptura: Et exurgens Balaam mane. Potest enim mouere quomodo cũ homine pessimo deus locutus sit, quòd etiam si in somnis factum esse constaret, non ideo nulla quæstio remaneret propter ipsam indignitatem: Sic & dominus Iesus Christus ait de diuite illo qui destruere ueteres Apothecas & ampliores nouas disponebat implere, dixit ad illum dominus: Stulte, hac nocte anima tua auferetur à te, quæ parasti cuius erunt? Ne quisq; glorietur quòd ei loquitur deus eo modo quo talibus loquendũ esse nouit, quando potest hoc & reprobis fieri, quia & cum per angelum loquitur, ipse loquitur. Luce. 12

In quo Balaam peccauerit. Quæstio. XLVIII.

Nume. 22

QVòd ait Balaam iterũ ad se missis honoratioribus nuncijs: Si dederit mihi Balac plenam domum suã argento & auro, non potero præuaricare uerbũ domini, nec facere illud pusillum uel magnum in mẽte mea, nullũ habet omnino peccatũ sed quòd sequitur nõ est sine graui peccato: Iam enim cõstans esse debuit semel audito quòd ei dixerat dominus: Nõ ibis cũ eis, neq; male dices populũ, est enim benedictus, nec eis ullã spem dare, quòd posset dominus tanq; ipse Balaam muneribus & honoribus flexus aduersus populũ suum, quẽ benedictum esse dixerat, suam mutare sententiam. Sed ibi se uictum cupiditate monstrauit, ubi loqui sibi dominum de hac re iterum uoluit, de qua eius cognouerat uoluntatem. Quid enim opus erat quæ sequuntur adiungere: Et nũc sustinete ibi & uos nocte hac, & sciam quid adijciet dominus loqui ad me. Proinde dominus uidens eius cupiditatem captam deuictamq; muneribus, permisit eum ire, ut per iumentum quo uehebatur eius auariciam coerceret: Hoc ipso confundens illam dementiam, quòd prohibitionẽ domini per angelum factam transgredi asina non auderet quam ille cupiditate transgredi conaretur, quãuis eandẽ cupiditatem timore supprimeret. Venit enim deus ad Balaã nocte, & ait illi: Si uocare te uenerũt homines exurgens sequere eos, sed uerbũ quòdcunq; locutus fuero ad te hoc facies, Et exurgens Balaã mane strauit asinam suã & abijt cum principibus Moab. Cur post istam permissionem domini iterum non consuluit, & post illam prohibitionem iterum consulendũ putauit, nisi quia eius maligna cupiditas apparebat, quãuis timore domini premetur? Deniq; scriptura sequitur: Et iratus est animatione deus, quia ibat ipse, & insurrexit angelus dei, ut nõ permitteret eum in uia, & cætera quæ sequntur donec asina loqueretur. Nihil hic sane mirabilius uidetur quã quòd loquente asina territus non est, sed insuper ei uelut talibus monstris assuetus ita persecuerante respondit. Postea illi et angelus loquebatur arguens et improbans eius uiã: Quo uiso eum exterritus adorauit. Deinde ire permissus est dicere, ut iam per ipsum prophetia clarissima proferretur: Nã omnino permissus nõ est dicere quòd uolebat, sed quòd uirtute spiritus cogebatur. Et ipse quidẽ reprobus mansit: Nam posterior de illo sancta scriptura ita locuta est, ut quidã reprehensibiles & reprobi uiam eius secuti dicerentur: Secuti inquit uiam Balaã filij Beor qui mercedem iniquitatis dilexit. 2. Petr. 2

Quomodo iratus dicatur deus. Quæstio. XLIX.

Nume. 22

DE angelo qui locutus est Balaam in uia, quo uiso asina eius progredi non ausa est, scriptura ita loquitur: Et iratus est animatione deus, quia ibat ipse, & insurrexit angelus dei differre eum in uia. Vbi primo notandum est quemadmodum iratus est deus, & insurrexit angelus dei, nec interposuit iratum deum misisse angelum, sed tanq; per angelum iratum deum significauit, quoniam ueritas & iusticia dei irasci angelum fecit Nã insurrexit quòd dictum est, utiq; cõmotionem intelligendum est. Deinde quòd ait: Differre enim in uia, quòd græce positũ est διαβάλλειν hoc est quòd in consequentibus dicit ipse angelus. Et ecce ego exij in dilationẽ tuã, ubi græcus habet διαβολίτερ. Vbi fortassis accusatio congruentius intelligtur, ut hic quòd dictum est differre eum in uia, accusare accipiatur. Vnde creditur etiam diabolus appellatus, tanq; accusator latine dicendus sit, nõ quia nemo possit etiam bene rectèq; accusare, sed quoniã diabolus amat accusare, utiq; inuidẽtiæ stimulis agitatus, quale illi in Apocalypsi testimonium perhibetur. Positũ est autem hoc uerbũ & in comœdia, unde latinum esse nõ dubium est sub eadem significatione, uel certe uicina, ubi de patre irato dicitur filio: Rationem sperat inuenisse se qua differat te, Solet autẽ hic intelligi, differat, uelut hac atq; illac ferat tempestate uerborum, quasi discerpat & dissipet, quòd utiq; ille accusando uidebatur esset facturus. Sed etsi differre eum in uia intellexerimus, quia distulit angelus eius festinationem remorando, ut ei quòd opus erat & demonstraret & diceret, non absurda est huius uerbi etiam sub ista significatione positio.

Quomodo intellidenda quæ de Asina narrantur. Quæstio. L.

Nume. 22

ET cum uidisset asina angelum dei resistentẽ in uia, & euaginatum gladium in manu eius, & declinauit asina de uia & ibat in campũ. Campus iste adhuc extra macerias uinearũ fuit. Et percussit asinam in uirga ut corrigeret eam in uia. Et stetit angelus dei in sulcis uinearum maceria hinc & maceria hinc. Merito quæritur si hinc atq; iude maceriæ in medio ponebant uiam, sicut fieri solet, quomodo ibi stans angelus, dicitur stetisse in sulcis uindarum. Neq; enim in uia inter macerias potuerunt sulci esse uinearũ. Sed ordo uerborũ est, ut corrigeret eam in uia, maceria hinc, & maceria hinc. In hac ergo uia corrigere uoluit asinam Balaam, ut inter macerias ambularet. Interpositum est autem, & stetit angelus dei in sulcis uinearum, in una scilicet uinearum quæ

in medio ponebant uiam. Et cum uidisset asina angelum dei cõpressit se ad parietem, id est, ad maceriam illius uti que uineæ in qua non erat angelus, quoniam ab alia parte erat in sulcis uinearum. Et compressit pedem Balaam ad parietem, & adiecit adhuc cædere eam, & apposuit angelus dei, & adijciens substitit in loco angusto, iam non in sulcis uinearum, sed inter ipsas macerias, id est, in uia in qua non fuit declinare in dexteram neq; sinistram. Et cum uidisset asina angelum dei, concidit sub Balaam. Cæsa enim in retro non ibat & in partem non se premebat, quoniam non ab altera parte terrebatur sed in media uia in angusto angelus erat: Restat ergo ut subsisteret. Et iratus est Balaam, & percutiebat asinam uirga. Et aperuit deus os asinæ, et ait ad Balaam: Quid fœci tibi, quia percussisti me tertio hoc? Et ait Balãa asinæ: Quia illusisti mihi, et si habuissem gladium in manu mea iam transfixissem te. Nimirum iste tanta cupiditate ferebatur ut nec tanti monstri miraculo terreretur, & responderet quasi ad hominem loquens, cũ deus utiq; non asinæ animam in naturam rationalem uertisset, sed quòd illi placuerat ex illa sonare fecisset ad illius uesaniam cohibendam: Illud fortasse præfigurans, quia stulta mundi electurus erat deus, ut confunderet sapientes, pro illo spiritali & uero Israël, hoc est promissionis filijs.

2. Corin. 2

Quomodo spiritus dei factus dicatur super Balaam. Quæstio. LI.

Numer. 23 ET factus est spiritus domini super illum, id est, super Balaam. Non factus est spiritus dei, tanquam

Iohan. 1 factura sit spiritus dei, sed factus est super illum, id est, factum est, ut super illum esset, quemodo, Qui post me uenit, ante me factus est, id est, factum est, ut ante me esset,

Psalm. 115 ut præponeretur mihi, quia prior me inquit erat. Sicut

Psalm. 9 Dominus factus est adiutor meus. Non enim dominus factura est, sed factum est ut me adiuuaret. Et, Factus est

Ezechi. 3 dominus refugium pauperum, id est factum est ut ad eũ refugerent pauperes. Et, Facta est super me manus domini, id est, factum est, ut super me esset, & multa talia in scripturis reperiuntur.

Quid sit ostentare domino duces contra solem, & quid græcus illic habeat. Quæstio. LII.

Numer. 25 ET dixit dominus ad Moysen: Accipe duces populi, & ostenta eos domino contra solem, et auferetur ira animationis domini ab Israël. Iratus est deus de fornicationibus Israël, & carnalibus, & spiritalibus, nam & filiabus Moab se impudice miscuerant, & idolis fuerant consecrati, hoc ad Moysen dixit ut ostentaret domino duces populi contra solem. In quo uerbo intelligitur eos iussos esse crucifigi, ut hoc sit, ostenta eos domino contra solẽ, id est, palam in conspectu lucis huius. Nã græcus ait παραδείγματιζον, quòd dici posset exempla quia παραδείγμα exemplũ dicitur. Nã præter septuaginta interpretes, Aquila perhibetur dixisse, confige, uel potius sursum cõfige, quòd est ἀναπέξον. Symmachus aũt uerbo euidẽtiore, suspẽde. Mirũ est sanè, quòd scriptura narrare destiterit, utrum hoc fuerit ex præcepto domini impletũ, quòd contemni potuisse non uideo, aut si cõtemptum est, impune contemni. Si autem factum est & tacitum, cur ex eo quòd Phinees filius Eleazar transfixit adulteros, placatum fuisse dominũ, scriptura testatur, plagamq; cessasse, quasi crucifixis ducibus sicut præceperat dominus, adhuc indignatio perseuerans alio modo placanda uideretur, cum proculdubio falsum esse non posset quòd prænunciauerat & promiserat dominus dicens: Accipe duces populi & ostenta eos domino contra solem, & auertetur ira animationis domini ab Israël? Quid itaq; opus erat ut adhuc Phinees ad placandum deum, sic in adulteros uindicaret, eiq; testimoniũ scriptura perhiberet quòd eo modo placauerit dominum: Nisi forte intelligamus cum illud de ducibus populi Moyses quòd præceperat dominus implere disponeret, eum uoluisse etiam secundum legem talia punire flagitia, & sacrilegam audaciam, ut iuberet unumquemq; interficere proximum suum dijs alienis nefarie consecratum, atq; inter cætera etiam illud Phinees faceret, ac sic ira domini iam placata non opus fuisse duces populi crucifigi. Hæc sanè sæueritas illi tempori congrua quantum malum sit fornicationis et idolatriæ prudentium fidei satis euidenter ostendit.

Quæ eadem sit causa mortis Moysi & Aaron. Quæstio. LIII.

EAm causam mortis Moysi dicit dominus quam eius Numer. 27
eam fratris eius. Ambobus enim etiam hoc ante præ
dixerat, quòd ideo non intrarent cum populo dei in ter- Numer. 20
ram promissionis, quia non eum sanctificauerunt coram populo ad aquam contradictionis, id est, quia dubitauerunt de dono eius quòd posset aqua de petra profluere, sicut exposuimus in eo scripturæ loco. Huius autem rei mysterium datur intelligi, quia nec sacerdotium quòd prius institutum est, cuius personam gerebat Aaron, nec ipsa lex cuius personam gerebat Moyses introducunt populum dei in terram hæreditatis æternæ, sed Iẽsus in quo typus erat domini Iẽsu Christi, id est, gratia per fidem. Et Aaron quidem ante defunctus est quam Israël in aliquam partem terræ promissionis intraret, Moyse adhuc autem uiuente capta est terra Amorræorum atq; possessa, sed Iordanem cum eis non est transire permissus. Ex aliqua enim parte lex obseruatur in fide Christiana. Ibi enim sunt etiam præcepta quæ hodieq; obseruare iubemur Christiani. Sacerdotium uero illud & sacrificia nullam partem tenent hodie fidei Christianæ, nisi quòd in umbris futurorum acta atq; transacta sunt. Cum uero ambobus fratribus, id est, Aaron & Moysi dicitur, ut apponantur ad populum suum, manifestum est non esse illos in ira dei, quia separat à pace sanctæ societatis æternæ. Vnde manifestatur non solum officia, sed etiam mortes eorum signa fuisse futurorum non supplicia indignationis dei.

Quomodo

Quomodo Iosue qui habere spiritum in seipso dicitur, iubetur Moyses manus imponere. Quæstio. LIIII.

Numer. 27 ET locutus est dominus ad Moysen dicens: Accipe ad teipsum Iesum filium naue, hominem qui habet spiritum in seipso, & impone manus tuas super eum, & statues eum in conspectu Eleazari sacerdotis, & mandabis ei in conspectu omnis Synagogæ &c. Notandum est quòd cum iam haberet spiritum in seipso Iesus naue, sicut scriptura testatur, ubi quid aliud quã spiritũ sanctum debemus accipere? Non enim de spiritu hominis hoc diceret, quem nullus erat qui non habebat, iussus est tamẽ Moyses ei manus imponere, ne quisquam homo qualibet præpollens gratia, Sacramentum cõsecrationis audeat recusare.

Quid: Et dabis de gloria tua super eum. Quæstio. LV.

Numer. 27 QVid est quòd cum deus præciperet Moysi de Iesu naue, ait inter cætera: Et dabis de gloria tua super eum. Nam græca locutione τῆς δοξῆς habet, quòd tantundem ualet ac si diceret, de gloria id est ἀπὸ τῆς δοξῆς. Latini autem nonnulli interpretati sunt, dabis gloriam tuam, non de gloria tua. Sed siue illud esset ut gloriam tuã diceret, non ideo habiturus erat Moyses, nec quia dixit gloria, ideo minutum est quòd habebat. Sic enim accipiendum est, ac si diceret, facies eum socium gloriæ tuæ, non aũt huiusmodi res quasi particulariter diuisæ minuuntur, sed totæ sunt omnibus, totæ singulis, qui earum habent societatem.

De qua iuratione intelligendum sit q̃d dicitur: Homo quicunq; uouerit aut iurauerit &c̃. Quæstio. LVI.

Numer. 30 HOmo quicũq; uouerit uotũ domino, aut iurauerit iuramentũ, aut definierit definitionẽ de anima sua non prophanabit uerbum suum, omnia quæcunq; exierint de ore eius faciet. Non hoc ad omnẽ iurationem pertinet, sed ad eam ubi quisq; de anima sua uouerit alicuius utq; rei abstinentiam, qua ei licebat uti per legem, sed per uotum sibijpsi efficit non licere.

De uoto mulieris coniugatæ. Quæstio. LVII.

Numer. 30 SI autem mulier uouerit uotum domino aut definierit, definierit definitionem in domo patris sui in iuuentute sua, & audierit pater eius uota eius, & definitiones eius quas definiuit aduersus animam suam, & tacuerit pater eius, & stabunt omnia uota eius & omnes definitiones eius quas definiuit aduersus animã suam manebunt ei. Si autem abnuens abnuerit pater eius, quacunq; die audierit omnia uota eius & definitiones eius quas definiuit aduersus animam suam, non stabunt, & dominus emundabit eam, quia abnuit pater eius. Quoniã quidem de muliere quæ adhuc in iuuentute sua in domo patris loquitur, merito hic quæritur etiã de uoto uirginitatis, mulieres quippe etiam uirgines in scriptura appellari solere notissimum est, & uidetur etiam apostolus de patre loqui cum dicit: Seruet uirginem suam, & dat nuptũ uirginem suam, & cætera hoc modo, ubi nonnulli intellexerunt, uirginem suam, uirginitatem suam. Nulla tamẽ hoc simili scripturarum locutione demonstrauit, cum sit inusitatissima. Quòd aũt ait, aduersus animam suam, nec sic accipiendum est, quasi animæ noceat talibus uotis, sed aduersus animam dicitur, aduersus animalem delectationem, sicut etiam de ieiunio præcipiens superius ait: Et affligetis animas uestras. 1. Corin. 7 Nume 29

Quomodo dicatur: Et dominus emundabit eam. Quæstio. LVIII.

QVòd aũt ait: Et dominus emundabit eam, quia abnuit pater eius, emundabit dixit, à uoti non impleti crimine absoluta est, sicut in multis locis dicitur, & emundabit eum sacerdos, id est, mundũ habebit, mundum iudicabit, sicuti est & illud: Mundationem non mundabis reum, id est, non dices mundum qui immundus est. Nume, 30

Quomodo cõsentiente uiro uotum uxoris teneat. Quæstio. LIX.

SI autem facta fuerit uiro & uota eius super eam secundum distinctionem labiorum eius quanta definiuit aduersus animam suam, & audierit uir eius & tacuerit ei quacunq; die audierit, & ista stabunt omnia uota eius & definitiones eius quas definiuit aduersus animam suam stabunt. Si autem abnuens abnuerit uir eius in quacunq; die audierit omnia uota eius, & definitiones quas definiuit aduersus animã suam, nõ manebunt, quoniã uir abnuit ab ea, et dominus mundabit eam. Fœminã sub patre antequam nubat, & sub uiro nuptam uoluit lex uouere ita aliquid deo aduersus animam suam, id est, in aliquarum rerum licitarum atque cõcessarum abstinentia, ut in eisdem uotis fœminea non prævaleat auctoritas, sed uirilis. Ita etsi adhuc innuptæ iam concesserat pater uota persoluere, si anteq̃ persoluerit nupserit & uiro eius hoc cognitum non placuerit, non persoluat & sit omino sine peccato, quia mundauit eam sicut dicitur, id est mundam iudicauit, neq; hoc contra deũ fieri putandum, cum ipse deus hoc præcepit, hoc uoluerit. Sequitur autẽ de uiduis uel à uiro abiectis, id est non sub potestate uiri constitutis, aut patris, & earum uota ad persoluendum libera esse dicit hoc modo: Et uotum inquit uiduæ expulsæq; quæcũquè uouerit aduersus animam suam, manebunt ei. Deinde dicit de nupta si in domo uiri sui iam constituta aliquid tale uouerit. De illa enim prius dixerat quæ in domo patris uouerat, & antequã redderet nupserat. De hac ergo quæ in domo mariti uouit ita loquitur: Si autem in domo uiri eius aut definito quæ aduersus animam eius cum iureurando, & audierit uir eius & tacuerit ei & non abnuerit ei, & stabunt omnia uota eius, & omnes definitiones quas definiuit aduersus animam suam, & stabunt

aduersus eum. Si autẽ circumauferens circumauferat uir eius quacunq; die audierit omnia quæcunq; exierint ex labijs eius, secundum uota eius & secundum definitiones quæ aduersus animã eius non manent ei, uir eius circũabstulit, & dominus mundauit eam, omne uotum & omne iusiurandum uinculi affligere animam, uir eius statuet ei & uir eius circumauferet, si autem tacens tacuerit ei diẽ ex die, & statuet ei omnia uota eius & definitiones quæ super ipsam statuet ei, quoniam tacuit ei die qua audiuit. Si autem circumauferens circumauferat uir eius post diẽ quam audiuit & accipiet peccatũ suum. Manifestum est ita uoluisse legem, fœminam esse sub uiro ut nulla uota ei us quæ abstinentiæ causſa uouerit reddãtur ab ea, nisi au ctor uir fuerit permittendo. Nam cum ad peccatum eius dem uiri pertinere uoluerit nisi prius promiserit & posita prohibuerit, etiam hic tamen non dixit faciat mulier quòd uouerat, quia permissa prius à uiro fuerat, uiri dixit esse peccatum qui abnuit quòd prius cõcesserat, nõ tamen mulieri uel ex hoc permissum dedit ut cum prius ei uir concesserat, postea si prohibuerit contemnatur. Vtrum autem ista etiam ad uota & à concubitu continentiæ uel abstinentiæ pertineant, merito queritur, ne forte ea tamen intelligenda sint aduersus animã uoueri, quæ sunt in
Math. 6 cibis & potibus. Quòd uidetur & illud significare ubi
Numer. 29 dominus ait: Nonne anima plus est quàm Esca? Et cũ de Ieiunio præcipitur, ita præcipitur, Affligetis animas uestras. Nescio autẽ utrũ alicubi legi possit aduersus animã dici uotum, quòd de abstinentia cõcubitus fuerit, maxime quia cum hic lex auctoritatem uiro tribuat, non mulieri quæ uiro subdita est, ut tunc persoluenda sint uota mulieris si uir approbauerit, si autem renuerit non debean-
1. Corin. 7 tur. Apostolus tamen cum de concubitu coniugatarum loqueretur, non ibi maiorem auctoritatem uiro quàm fœminæ dedit, sed uxori inquit, uir debitũ reddat, similiter & uxor uiro: Vxor non habet potestatem corporis sui, sed uir, similiter aũt & uir non habet potestatem corporis sui, sed mulier. Quando ergo in hac re parem utriusque esse uoluit potestatem, puto quòd nobis intelligendũ insinuet istam de concumbendo uel non concumbendo regulam nõ pertinere ad ea uota, ubi non habent parem uir & mulier potestatẽ, sed uiri maior est, ac prope eius solius est: Nõ enim ait lex uirũ nõ debere reddere uota sua si uxor prohibuerit, sed uxorem si uir prohibuerit. Vnde non mihi uidetur in huiusmodi uotis et definitionibus atq; obligationibus quæ aduersus animam fiunt, etiã ista debere accipi quæ inter se uir & uxor de concumbendo, uel de abstinentia concumbendi placita habuerint. Deinde quia & istæ iustificationes dicuntur, & meminimus in il-
Exo. 21 lis iustificationibus quæ in Exodo sub hoc nomine aliæ cõmemmorantur, multa præcipi quæ accipi ad proprietatem non possint, nec in nouo testamento obseruentur, sicut de aure serui pertundenda, & siquid eiusmodi est, non absurde etiam hic aliquid figurate dictum intelligitur, ut quoniam sunt multæ abstinentiæ cerimoniarum irrationabiles & aliquando etiam inimicæ ueritati, hoc fortasse hic intelligi uoluit, tunc ratas esse cum rationabiles fuerint, hoc est cum eas approbauerit ratio, quæ ad uicem uiri debet regere omnem animalem motionẽ, quæ fit non tantum in appetendo, uerumetiam in abstinendo, ut si mente & ratione decernitur, tunc fiat, si autem improbatur consilio rationis, non fiat. Quòd si ratio quòd prius recte faciendum esse decreuit post improbet, sit peccatum consilij, sic tantum ut non nisi rationi motio illa consentiat.

Quid sit: Cum uirtute eorum &c. Quæstio. LX.

QVid est: Et misit eos Moyses mille ex tribu, & mille ex tribu cum uirtute eorum: Vtrum uirtutem eorum uult intelligi, principes eorum, an uirtutem à domino eis datã, uel per ipsum Moysen impetratam, an potius uirtutem eorum, quia dedit ea quibus uirtus eorum sustentaretur. Numer. 31

Quomodo tempore Balaam interemptus putetur. Quæstio. LXI.

POtest uideri quæstio, quomodo quando Israëlitæ Madianitas debellauerũt, interfectum dicat scriptura Balaam, qui fuerat conductus ad maledicendum populum Israël, cum superius quando benedicere coactus est, ita eandem actionem scriptura concluserit cum ait: Et surgens Balaam abijt reuertens in locum suum, Balac abijt ad semetipsum. Si ergo redierat ad locum suum Balaam, quomodo hic interfectus est cum de tam longinquo, id est, de Mesopotamia uenerit? An forte reuersus est ad Balac, & hoc scriptura non dixit? Quamq; etiam posit in locum suum rediisse intelligi, quòd ab ipso loco ubi sacrificia faciebat in eum locum reuersus est unde illuc exierat, id est, ubi tanquam peregrinus habebat Hospitium. Non enim dictum est in domum suam, aut in patriam suam, sed in locum suum. Habet autem & quisque peregrinus locum suum ubi ad tẽpus habitat. De ipso autem Balac qui eum conduxerat, non dictum est ad locum suum, sed ad semetipsum, id est, ubi dominans habitabat. Posset ergo dici, ad locum suum & dominans, & peregrinus: Ad semetipsum autem non uideo quomodo possit dici peregrinus, cum ad hospitium suum ueniisset. Numer. 31 Numer. 24

Quomodo uirtutem deprædati dicantur. Quæstio. LXII.

ET prædam egerunt mulieres Madian & supellectilem eorum & pecora eorum, & omnia quæ possederant & uirtutẽ eorũ deprædati sunt Cũ iam dixisset mulieres, suppellectilẽ & pecora & omnia quæ possidebant, quid deinde addit, & uirtutem eorum deprædati sunt? Nimirũ enim hæc intelligenda est uirtus de qua et supra dictum est, misisse millenos ex singulis tribubus cum uirtute eorum. An forte cibis quo sustentabantur, uirtus eorum appellata fuit, quo subministrato uires suppetunt, & quo subtracto uires deficiunt? Vnde p̃phetam deus cum Numer. 31

deus cum minaretur ait, Auferam uirtutem eorum panis & uirtutem aquæ. Et Moyses ergo cũ annona miserat illos millenos, quod dictum est cum uirtute eorũ, & isti Madianitis uictis etiam hoc eorum inter cætera fuerant deprædati.

Vbi Balaam consilium malignum dederit. Quæstio. LXIII.

Numer. 31

VT quid uiuificastis omne fœmininum? Hoc enim fœcerunt filij Israël secundum uerbum Balaam ut recedere facerent & despicere uerbum domini propter Phogor. Hoc consilium malignum, ut ad illecebram fœminæ supponerentur, per quas non solum corporaliter, sed etiam spiritaliter in adorando idolo fornicarentur, quando dederit Balaam scriptura non dixit, & tamẽ apparet factum esse, cum hic commemoratur. Sic ergo potuit & redire ipse Balaam qui iam ierat in locum suũ ut modo locum eius intelligamus peregrinationis hospitium, quis hoc scriptura tacuerit.

Vbi sint ciuitates refugiorum. Quæstio. LXIIII.

Numer. 35

QVid est quod ait: Et erunt ciuitates uobis refugia à uindicante sanguinem, & non morietur is qui occidit quoadusq; stet in conspectu Synagogæ in iudiciũ, cũ de his loquatur qui nolẽtes occiderint, et alibi dicat tunc unumquenq; in tali causſa confugientium exire liberum de ciuitate quo confugerat, cum sacerdos maximus fuerit defunctus? Quomodo ergo hic dicit, & non morietur is qui occidit quoadusq; stet in cõspectu Synagogæ in iudicium, nisi quia ideo iudicatur, ut tunc ei liceat esse in ciuitate refugij si manifestum factum fuerit in iudicio, q; nolens occiderit.

Quomodo interfici iubeatur homicida. Quæstio. LXV.

Numer. 35

QVid est quod ait: Qui uindicat sanguinem, ipse interficiat homicidam, cum occurrerit ei iste interficiet eum: Sic enim sonat male intelligentibus, quasi passim & sine iudicio datũ fuerit ultori mortis propinqui sui ius occidendi eius interfectorem. Sed hoc intelligi uoluit, quia secundum id quod supra dictum est, qui occiderit, confugiat ad unam de ciuitatibus refugiorum, quousq; stet in iudicium, ne ante, inuentus à propinquo occidatur, quia etsi nolẽs occidit præter illas ciuitates inuentus occiditur. Cum uero ad iudicium steterit in aliqua earum ciuitatum, & iudicatus fuerit homicida in aliqua earum in qua fugere conceditur, & esse ibi non sinitur, tum iam demum iudicatum ubicunq; compertum propinquo licet occidere. Neq; enim opus est eum ad iudicium deduci, cum iam fuerit iudicatus homicida, & propterea de istis ciuitatibus pulsus sit.

EIVSDEM DIVI AVRELII Augustini Hiponensis Episcopi, liber quintus quæstionum super Deuteronomiũ incipit.

Quomodo deus significetur sic esse aditutor hominum, vt tamen ipsi homines cooperentur. Quæstio. I.

IN EO QVOD COMMEmorat Moyses dixisse populo timenti hostes inhabitantes terram quo introducendus fuit, Ne paueatis neq; timeatis ab eis, dñs deus noster q; præcedet ante faciem uestram, ipse simul debellabit eos uobiscum, satis ostenditur ita esse adiutorẽ deum, ut etiam homines agant aliquid. Deut. 1

Quomodo deus indurauit spiritum Seon. Quæstio. II.

ET noluit Seon rex Esebon transire nos per ipsum, quoniam indurauerat dominus deus noster spiritum eius, & confortauit cor eius ut traderetur in manus tuas sicut in hac die. Hæc dicens Moyses dum populũ alloquitur tale aliquid commemorat quale dicebatur in Exodo: Ego indurau cor Pharaonis, & quod in Psalmis legitur. Conuertit cor eorum ut odissent populum eius. Nec tacetur hic causſa indurationis huius, cum dicitur, ut traderetur in manus tuas sicut in hac die, id est ut uinceretur à te, quod non fieret nisi resisteret, non autem resisteret nisi corde obdurato. Cuius rei iusticiam si quæsierimus, inscrutabilia sunt iudicia dei, Iniquitas autem non est apud deum. Sane notandum est confortatum cor posse dici etiam in malo. Deut. 2 Exo. 10 Psalm. 104 Roma. 11 Roma. 9

Quomodo Og reliquus dicatur ex gigantibus. Quæstio. III.

VErumtamen Og rex Basan reliquus factus est à Raphaim, Hoc nomine quod est Raphaim gigãtes significari in Hebræa lingua dicunt qui eam nouerũt. Vnde quod habent plæriq; codices, derelictus est à Raphaim, planius utiq; dicitur, reliquus factus est, ut ipse ex illis remansisse intelligatur. Cuius etiã consequenter lõgitudo & latitudo ferrei lecti cõmemoratur, ad eius magnitudinem commendandam. Deut. 3

Quæ differentia sit inter similitudinem & imaginem, cum dicitur, Similitudinem autem omnem imaginem. Quæstio. IIII.

NE fœceritis iniquitatem, & ne faciatis uobis ipsis sculptilem similitudinem, aut omnem imaginem. Quid interſit inter similitudinem, & imaginem quæri solet. Sed hic nõ uideo quid interesse uoluerit, nisi aut duobus istis uocabulis unã rẽ significauerit, aut similitudinẽ dixerit. Si uerbi gratia fiat statua uel simulacrũ habẽs Deut. 4

effigiem humanam, non tamen alicuius hominis exprimantur liniamenta, sicut pictores uel statuarij faciunt intuentes eos quos pingunt uel fingunt. Hanc enim imaginem dici nemo dubitauerit, secundum quam distinctionem omnis imago etiam similitudo est, non omnis similitudo etiam imago est. Vnde si gemini inter se similes sint, similitudo dici potest alterius cuiuslibet in altero, non imago. Si autem patri filius similis sit, etiam imago recte dicitur, ut sit pater prototypus, unde illa imago expresse uideatur quarum aliæ sunt eiusdem substantiæ, sicut filius, aliæ non eiusdem, sicut pictura. Vnde illud qđ
Gene 1. in Genesi scriptum est: Fecit deus hominem ad imaginem dei, manifestum est ita dictum, ut non eiusdem substantiæ sit imago quæ facta est. Si enim eiusdem esset, nõ facta, sed genita diceretur. Sed quod non addidit, & similitudinem, cum superius dictum esset, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinẽ nostram, quibusdam uisum est similitudinem aliquid amplius esse quàm imaginem, quod homini reformando per Christi gratiam postea seruaretur. Miror autem si nõ propterea postea imaginem solam uoluit commemorare, quia ubi imago, continuo & similitudo est. Vnde & hic Moyses similitudinem & imaginem fieri uetat secundum eam fortasse rationem quam diximus. In decalogo autem generaliter dicitur, nullam fieri debere similitudinem, nec imago commemoratur. Cum enim nulla similitudo fit, proculdubio nec imago fit, quoniam si imago, utiq; similitudo: Non autem si sit similitudo continuo sit & imago, tamẽ si nulla similitudo, sequitur ut nulla imago. Deniq; ubi prohibuit similitudinem & imaginem, homines intelligi uoluit, ubi & similitudinem fieri potest, non huius aut illius, sed cuiuslibet hominis, et imago, id est, huius proprie, uel illius hominis. Cum uero de pecoribus diceretur, atq; irrationabilibus animantibus, solam similitudinem dixit. Quis enim reperire potest qui sibi unum constituat canem, uel quid eiusmodi quem intuens eius imaginem pingat, aut fingat? Quod de hominibus usitatissimum est.

Quid significetur per aquam. Quæstio. V.

Deut. 4 QVid est autem quod ait: Similitudinem omnis piscis & quæcunq; sunt in aquis sub terra. An & aquam propter tractabilem corpulentiã terram intelligi uoluit, & secundum hoc in eo quod scriptum
Gene. 1 est, Fecit deus cœlum & terram, & aquas debemus accipere? Assidue quippe scriptura his duabus partibus commemoratis, uniuersum mundum uult intelligi,
Psalm. 120 secundum illud: Auxilium meum à domino qui fecit cœlum & terram, & innumerabilia eiusmodi. An ideo dictum est, sub terra, quòd terra nisi superior aquis esset, habitari utiq; ab hominibus & animalia terrena habere non posset.

An gentibus videatur permissum colere solem & stellas, & omnem ornatum cœli. Quæstio. VI

ET ne suspiciens in cœlum, & uidens solem & stel- Deut. 4
las & omnem ornatum cœli errans adores ea, & seruias illis quæ distribuit dominus deus tuus ea omnibus gentibus quæ sunt sub cœlo: Non ita dictum est tanq̃ deus præceperit ea coli à gentibus, à solo autem populo suo non coli, sed aut ita dictum est, q, deus præscierit gentes culturam exhibituras his cœlestibus, & tamen hoc præsciens creauerit eas, eum uero populum suum futurum esse præsciuerit qui ista non coleret. Aut distribuit dictum Gene. 9
est, ut intelligatur usus qui commendatur in Genesi, Vt sint in signis & in temporibus & in diebus & in annis, quem usum in eis communem habet populus dei cum omnibus gentibus, non aũt cultum quem habent aliæ gẽtes.

Quomodo similitudo ibi postea generaliter capitur. Quæstio. VII.

NE obliuiscamini testamentum domini dei uestri Deut. 5
quod dispposuit ad uos, & faciatis uobismetipsis sculptilem similitudinem omnium quæcunq; constituit tibi dominus deus tuus. Hic certe generaliter loquens similitudinem posuit, imaginem tacuit, quoniam si nulla sit similitudo, profecto nec imago, quia ubi imago, continuo similitudo, q̃uis nõ ibi similitudo cõtinuo, ubi imago.

Quid sit a summo cœli vsq; ad summum cœli, & quid subaudiendũ, & quid intelligendum. Quæstio. VIII.

QVærentium quomodo dictum sit: Interrogate di Deut. 4
es priores qui fuerunt priores te, ex die qua creauit deus hominem super terram, à summo cœli usq; ad summum cœli. Subauditur enĩ, interrogate. Videtur autem significare totum orbem terrarum. Sed cur à summo cœli usq; ad summum cœli dicat, non à summo terræ usq; ad summum terræ, nõ est facile dinoscere. Matth. 24
Talis enim quædam locutio est, & in Euangelio cum dicit dominus, q, congregabuntur electi eius à summis cœlorum usq; ad terminos eorum. Nisi forte hoc nec in hominibus, nec in angelis auditum esse uult intelligi, quod in hoc populo factum singulariter commendat, hoc enim sequitur: Si factum est secundum uerbum magnum hoc, si auditum est tale quid, si audiuit gens uocem dei uiuentis loquentis è medio ignis, quemadmodum audisti tu & uidisti. Quod si ita est, ut nec in hominibus nec in angelis hoc dicat auditum, quid est ergo illud in Euangelio, A summis cœlorum usq; ad terminos eorum, cum sine dubio dominus hoc ait, cum de nouissima electorum suorũ congregatione loqueretur?

Quomodo dicat Moyses, Dominus dispposuit testamentum ad vos, non patribus vestris. Quæstio IX.

QVid est quod Moyses ait: Dominus deus ues- Deut. 5
ter dispposuit ad uos testamentum in Oreb:

Non

Non patribus uestris disposuit dñs testamentũ hoc, sed ad uos hic omnes uiuentes hodie facie ad faciem locutus est dominus ad uos in monte è medio ignis. An quia illi qui non ingrediuntur in terram promissionis, (mortui sunt enim omnes) non pertinent ad hoc testamentum, quorum tunc recognitio facta est, cum à uiginti annis ætatis & supra numerarentur usq; ad quinquaginta annos habiles ad bellum? Quomodo ergo illis locutus est dominus qui hodie uiuunt? An quia ex uiginti annis & infra potuerunt multi tunc esse qui hoc bene meminissent alieni ab illa pœna, quam dominus constituit illis qui tũc numerati sunt non intrare in terrã promissionis, ut hos utiq; appellat qui q̃uis uiginti annorum & supra nõ essent, quando deus in monte loquebatur ut numerari tunc possent, potuerunt tamen esse annorum decem & nouem & infra usq; ad puerilem ætatẽ, quæ possent illa quæ facta & dicta sunt & uidere & audire & memoria retinere. Sed quid est quod ait: Facie ad faciem locutus est dominus ad uos, quos pauloante maxime admonere curauit, quòd nullam similitudinem uiderint, sed solam uocem de medio ignis audierint? An propter rerum euidentiã & quodamodo præsentiã manifestatæ diuinitatis, de qua dubitare nemo posset, his uerbis usus est? Quod si ita est quid prohibet de ipso Moyse hoc intelligi, eo quòd de illo dictũ est quòd facie ad faciẽ locutus sit cũ eo dñs, ut nec ipse aliquid oculis uiderit præter ignẽ? An aliquid amplius uidisse intelligitur, quia scriptum est eum intrasse in nebulam uel nimbum, ubi erat deus? Sed & si aliquid amplius uidit quàm illi, non eum tamen mortalibus oculis uidisse dei substantiã ex illis eius uerbis intelligi potest, quibus ait deo: Si inueni gratiam ante te, ostende mihi temetipsum ut scienter uideam te. Neq; enim arbitrandum est hunc populum, cui Moyses loquebatur, sic tunc uidisse deum facie ad faciem quando in monte loquebatur è medio ignis, quemadmodum Apostolus dixit in fine nos eum esse uisuros, ubi ait: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Quid autem hoc & quantum esset consequenter aperuit dicens, Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut et cognitus sum. Quod etiam ipsum caute accipiendum est, ne tantam putetur habiturus homo cognitionem dei q̃tũ nunc habet hominis deus, sed pro suo modo ita perfectã, ut ei nihil adhuc expectetur addendum, ut quem perfecte nunc deus nouit hominem, sed tamen sicut deus hominẽ, ita tunc perfecte nouerit homo deum, sed tamen sicut homo deum. Neq; enim quia dictum est: Estote perfecti sicut pater uester cœlestis perfectus est, ideo æqualitatem patris quam uerbum habet unigenitũ, sperare debemus, quàmuis non defuerint qui & hoc futurum putauerint, nisi forte quid dicant parum intelligimus.

Exo. 33

1. Cor. 13

Matth. 5

Quomodo Moyses stet inter deum & populum. Quæstio. X.

QVid est quod ait. Et ego stabam inter deum & uos in tempore illo annunciare uobis uerba domini: Tanq̃ in loco esset dominus, hoc est in monte unde illi uoces audiebant. Quod sic accipiendum est, ut non ex hoc suspicemur dei substantiam in ullo aliquo esse corporali loco, qui est ubiq; totus, nec per locorum interualla propinquat aut recedit, sed demonstrationes eius in ea creatura quæ non est quod ipse, non aliter humanis sensibus exhibentur. Vnde dominus uolens auferre ab huiusmodi suspitionibus mentem nostram, quibus putatur de loco aliquo contineri: Veniet inquit hora quando neq; in monte hoc, neq; in Hierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis, nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. Sed uenit hora & nunc est, quando ueri adoratores adorabunt patrem in spiritu & ueritate. Nam & pater tales quærit qui adorent eum. Spiritus est deus, & eos qui adorant eũ in spiritu & ueritate oportet adorare. Medium ergo se dixit Moyses non inter dei substantiam et populum interuallo aliquo loci, sed quia per eum placuit populum audire cætera dei uerba posteaq̃ uehementer est territus, audita de medio ignis uocem dei dicentes decalogum legis. Sed merito quæritur quomodo accipiantur hæc uerba Deuteronomij dicente Moyse: Et ego stabam inter deum & uos in tempore illo annunciare uobis uerba domini, quoniam timuistis à facie ignis, & non ascendistis in montem dicens: Ego sum dominus deus tuus etc. Quæ iam uerba dei sunt quæ decalogus continet? Quid ergo uult quod addidit dicens, Si enim putauerimus hyperbaton, ut ordo uerborum sit, & ego stabam inter deum & uos in tempore illo annunciare uobis uerba domini dicens, Ego sum dominus deus tuus, non erit uerum. Non enim hæc uerba per Moysen populus, sed de medio ignis audiuit. Quod cum sustinere non posset, audito decalogo, postulauit ut per Moysen cætera audiret. Restat ergo ut quod positum est, dicens, pro eo positum intelligamus, ac si esset, ut diceret, ut iste sit sensus, Et ego stabã inter deũ & uos in tempore illo annunciare uobis uerba domini, quoniam timuistis à facie ignis & non ascendistis in mõtem, cum diceret, Ego sum dominus deus tuus, ut subaudiatur, cum diceret utiq; dominus. Cum enim hæc uerba diceret dominus, quæ consequenter ex decalogo cuncta commemorat, tunc timuit populus à facie ignis, & non ascendit in montem, & rogauit ut per Moysen potius uerba domini audiret. Quæ uerba Moyses commemorat in Deuteronomio dicta sibi a populo, cum audire iam nollent uocem dei, sed per eum peterent sibi dici quæ dicebat deus, id est, ecce ostendit dominus deus noster nobis gloriam suam, & uocẽ eius audiuimus e medio ignis etc. Nõ eadẽ prorsus leguntur in Exodo ubi primũ narrata sunt quæ mõ repetũtur. Vnde intelligamus, qd' aliquotiẽs iam commemorauit non esse in mendatio deputandum, si alijs quibuslibet uerbis eadem uoluntas manifestatur, propter

Deut. 5

Iohan. 4

propter Euangelistarum etiam uerba, quæ ab imperitis & calumniosis tanq; repugnantia reprehenduntur. Neq; enim magnum erat Moysi attendere, quæ in Exodo scripserat, & eisdem omnino uerbis illa repetere, nisi pertineret ad sanctos doctores nostros hocipsum insinuare dicentibus, ut nihil aliud in uerbis loquentium quærant nisi uoluntatem, propter quam enunciandam uerba instituta sunt.

Quomodo dictum sit in Hebræo a domino: Quis dabit sic cor eorum in eis vt timeant me. Quæstio. XI.

Deut. 5 QVid est quod ait Moyses dictum sibi esse à domino dpopulo Hebræo: Quis dabit esse sic cor eorum in eis, ut timeant me, & custodiant mãdata mea? An hic iam uult intelligi gratia sua concedi hoc beneficium ut sit in hominibus iusticia dei ex fide, nõ quasi propria uelut ex lege. Hoc enim per prophetam significat dicens: Auferam eis cor lapideum, & dabo eis
Ezech. 36 cor carneum. Quod propter sensum dictum est, quẽ caro habet, & lapis non habet, uerbo utiq; translato. Hoc ipsum & alibi dicit, Ecce dies ueniunt dicit dominus, &
Hiere. 31 consummabo super domum Israël, & super domum Iuda testamentum nouum, non secundum testamentum quod disposui ad patres eorum, in die qua apprehendi manum eorum, ut educerem eos de terra Aegypti, quoniã hoc est testamentum quod disposui ad eos, post dies illos dans leges meas in cor eorum, & in mente eorum superscribam eas, & iniquitatum eorum & peccatorum eorum nõ memor ero amplius. Hic enim discernit nouum testamentũ à ueteri, quòd in ueteri data est lex in tabulis lapideis, in
2. Cor. 3 nouo autem in cordibus, quod fit per gratiam. Vnde & Apostolus dicit: Non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Et alio loco: Idoneos inquit fœcit ministros noui testamenti, non littera sed spiritu.

Quomodo de domino dicatur: Et in nomine eius iurabit, an iurari præcipiatur. Quæstio. XII.

Deut. 6 QVod ait de domino: Et in nomine eius iurabis. Non ita præceptum accipiendum est quasi iurari iusserit, sed in alterius alicuius dei nomine iurare prohibuit. Melius autem fit, si secundum Euangelium non iuraueris, non quia mala est uera iuratio, sed ne in periurium incidatur facilitate iurandi. Qui enim iurat, non solum uerum, sed etiam falsum iurare potest. Qui autem omnino non iurat, à periurio longe ambulat.

Quomodo aperte dicatur quod alibi obscure: Et cognita faceret quæ in corde tuo sunt. Quæstio. XIII.

Deut. 8 ET recordaberis omnem uiam per quam duxit te dominus deus tuus in deserto, ut affligeret te & tẽptaret te, & cognita faceret quæ in corde tuo sunt, si obseruabis mandata eius, an non. Hic apertius dictum quod
Deut. 13 alibi genere locutionis obscurum est ubi legitur: Tentat uos dominus deus uester, ut sciat si diligitis eum. Intelligitur enim positum esse, ut sciat, pro eo quod est, ut scire faciat, quomodo dilucide dictum est, ut temptaret te & cognita faceret quæ in corde tuo sunt. Non enim ait, ut cognosceret, quod quidem si dixisset, intelligendum erat, cognita faceret.

Quomodo qui prius laudabantur, nunc dura cetuice esse dicantur in vituperationem eorũ. Quæstio. XIIII.

ET scies hodie, quia non propter iusticias tuas do- Deut. 7
minus deus tuus dat tibi terram bonam istam hæreditare, quoniam populus dura ceruice es. Certe isti sũt qui propterea non meruerunt perire in deserto, quia nescierunt dexteram aut sinistram: Ecce iam dura ceruice appellantur. Vnde uidendum est illud in sacramento esse dictum, non quòd istorum merita commendata sint. Nam ne quis existimet subito istos uituperabiles factos qui merito fuissent ante laudati, paulopost eis dicitur: Memor eris, ne obliuiscaris quanta exacerbasti dominũ deum tuum in deserto, ex qua die existis de terra Aegypti donec ueneris in locum hunc incredulus perseueraster; ad dominum. Quod si quidam eorum tales erant, quidã uero fideles & boni, etiam si non utiq; illis datur terra p̃missionis nesciunt dexteram aut sinistram, ut hoc sic intelligamus quasi, non offenderint deum. Nam & patres eorum qui mortui sunt nec in eandem terram intrare permissi sunt, tales inueniuntur fuisse ut in eis essent quidam etiam boni. Propter quod Apostolus. nõ omnes sed quosdam eorum dicit offendisse, in quibus eorũ peccata cõmemorat. Similes quippe istos parentibus suis ita euidentius docet, & ipse scriptura Deuteronomij quod consequenter adiungit dicens: Et in Oreb exacerbastis dominum, Vbi certe illi exacerbauerunt, qui propter eadem mala merita sua non sunt in terrã promissionis inducti.

Cum in Exodo Moyses verba legis scripsisse dicatur, quomodo id deo ascribitur. Quæstio. XV.

IN illo tempore dixit dominus ad me, Excide tibi duDeut. 10
as tabulas lapideas quemadmodum priores. & ascẽde ad me in montem, & facies tibi arcam ligneã & scribam in tabulis uerba quæ erant in tabulis prioribus quas contriuisti, & immittes eas in arcam. Et fœci arcam ex lignis imputribilibus, & excidi duas tabulas lapideas, sicut priores, & ascendi in montem, & duæ tabulæ in duabus manibus meis. Et scriptsit in tabulis secundum scripturam priorem decem uerba quæ locutus est dominus ad uos in monte è medio ignis, & dedit eas dominus mihi. Non ĩmerito quæritur quomodo hæc Deuteronomio dicantur Moyse recolente ac repetente quæ gesta sunt, cũ in Exodo, ubi primũ hæc dicta & facta narantur ita sit scriptum, Et dixit dominus ad Moysen: Scribe tibi uerba hæc, eteñ in uerbis his posui testamentũ tibi et Israël. Exo. 34

Et

Et erat ibi Moyses in conspectu domini quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: Panem non manducauit, & aquam non bibit, & scripsit in tabulis uerba testamẽti decem uerba. Cũ ergo in Exodo ipse Moyses in tabulis decẽ legis uerba scripsisse narretur, quõ hoc in Deuteronomio deus in tabulis eadem uerba scripsisse recolitur. Deniq; illud quod in Exodo cum transeunter tractaremus, & quid nobis in ea differentia uisum fuerit literis mandaremus, cur priores tabulæ quæ contritæ sunt digito dei scriptæ referantur, secundas autem tamdiu in arca tabernaculoq; mansuras, ipse Moyses scripsisse dicatur, ita ut per hanc differentiam duo testamenta significata esse diximus, ut in ueteri testamento lex commendaretur tanq̃ opus dei, ubi homo nihil fœcerit, eo q; lex timore nõ posset impleri, quoniam cum uere fit opus legis, charitate fit, non timore, quæ charitas gratia est testamẽti noui.
Deut. 10 Ideo in secundis tabulis homo legitur scripsisse uerba dei quia homo potest facere opus legis per charitatem iustitiæ, quod non potest per timorem pœnæ. Nunc ergo cũ legitur in Deuteronomio de secundis tabulis ita dictum, Et excidi duas tabulas lapideas sicut priores, et ascẽdi in montem & duæ tabulæ in manibus meis, & scripsit in tabulis secundum scripturam priorem decem uerba: Non enim ait, et scripsi, sed scripsit, hoc est deus scripsit, sicut paulo ante dixerat uerba dei sibi dicta: Excide tibi duas tabulas lapideas quemadmodum priores, & ascende ad me in montem, & facies tibi arcam ligneam, & scribam in tabulis uerba quæ erant in tabulis prioribus, Discutiẽda nascitur quæstio, q; utrasq; tabulas, id est, et priores et secundas deus hic legitur scripsisse, non homo: Sed si in
Exo. 34 ipso quoq; Exodo uerba dei legantur, ubi iubet easdẽ tabulas secundas excidi à Moyse, nihil aliud inuenitur, quã ipsum deum se easdem promisisse scripturum. Nam ita scriptum est: Et dixit dominus ad Moysen: Excide tibi duas tabulas lapideas sicut & priores & ascende ad me in montem, & scribam in tabulis uerba quæ erant in tabulis prioribus quas tu contriuisti. Excepto itaq; libro Deuteronomij, quæstionem istam etiam solus liber Exodi continet quomodo dixerit deus, Et scribam in tabulis
Exo. 34 uerba quæ erant in tabulis prioribus, cum paulopost legatur: Scribe tibi uerba hæc, etenim in uerbis his posui testamentum tibi & Israël, Et erat ibi Moyses in conspectu domini quadraginta diebus & quadraginta noctibus, panem non manducauit & aquam non bibit, & scripsit in tabulis uerba testamenti, decem uerba. Si enim superius quod dictum est, Scribe tibi uerba hæc, etenim in uerbis his posui testamentum tibi & Israël, ad superiora pertinet, quæ deus ita præcipiebat, ut non in duabus lapideis tabulis scriberentur, sed in libro legis ubi multa conscripta sunt, certe illud quod sequitur, Et erat ibi Moyses in conspectu domini quadraginta diebus & quadraginta noctibus, panem non manducauit & aquam non bibit, & scripsit in tabulis uerba testamenti, decem uerba, satis manifestat eundem Moysen in tabulis hæc decem uerba scripsisse, non deum, Nisi forte uiolenter quidem, sed certa necessitate cõpelluntur, ubi dictum est, & scripsit in tabulis uerba testamenti, decem uerba, non Moysen subaudire sed dominum, Supra enim positum est, Et erat ibi Moyses in conspectu domini, ut à domino in cuius conspectu erat, Moyses quadraginta diebus & quadraginta noctibus panem non manducans & aquam non bibens scripta intelligantur hæc decem uerba in tabulis, sicut ante promiserat. Quod si ita est, nõ quidem illa differentia duorum testamentorum quæ nobis uisa est in his uerbis commendari potest, quando & priores & secundas tabulas scripsit, non homo, sed deus. Verumtamen illa certe distantia non habet dubitationem quòd priores tabulas, & deus fœcit, & deus scripsit, Nõ enim tunc dictum est ad Moysen, Excide tibi duas tabulas, sed ita potius legitur, Et conuersus Moyses descendit de monte, & duæ tabulæ testimonij in manibus eius, tabulæ lapideæ scriptura ex utraq; parte hincatq; hinc erãt scriptæ, & tabulæ opus dei erãt, & scriptura scripturæ dei est sculpta in tabulis. Iam enĩ superius dixerat easdẽ tabulas scriptas digito dei, sic loquens, Et dedit Moysi statim ut cessauit loqui ad eum in monte Sina duas tabulas testimonij, tabulas lapideas scriptas digito dei. Ibi ergo et tabulæ opus dei erant, et scriptura ear ũ digito dei facta. Secundas autem tabulas ipse Moyses iubetur excidere, ut ipse certo opere humano intelligantur excisæ, q̃is eas deus ipse scripserit, sicut promisit cum iuberet excidi. Porro autem si diligentius attendamus, ideo utrãq; dictum esse in secundis tabulis, quia & deus fœcit per gratiam suam opus legis in homine, & homo per fidem suam suscipiens gratiam dei pertinens ad testamentum nouum cooperator est adiuuantis dei, Ideo autem imprimis solum opus dei commemoratur, quia lex spiritalis est Roma. 7
& lex sancta, & mandatum sanctum & bonum & iustum. Ideo uero nullũ opus hominis ibi commemoratur, Roma. 10
quia infideles nõ contemperantur adiutorio gratiæ, sed ignorantes dei iusticiam & suam uolentes constituere, iusticiæ dei non sunt subiecti. Vnde illis lex ad condemnationem ualet, quod significat contritio tabularum. Profectò non cogimur uiolento intellectu subaudire qd' deus scripserit, ubi scriptura dicit: Et erat ibi Moyses in conspectu domini quadraginta diebus & quadraginta noctibus, panem non manducauit & aquam non bibit & scripsit in tabulis uerba testamenti: Vbi ualde sonat scripsisse Moysen: Sed ideo superius deus se promisit scripturum, & in Deuteronomio, non solum ita promisisse, uerumetiam ipse scripsisse enaratur, ut significetur quod ait Apostolus, Deus enĩ est qui operatur in uobis et uelle, & operari pro bona uoluntate, hoc est in eis qui ex fide Philip. 2
gratiã suscipiũt, & nõ suã iusticiã uolunt statuere, sed iusticiæ dei subiecti sũt, ut ipsi sint in Christo iusticia dei.

Nam &

Nam & illic Apostolus utrumq; dicit, & deum operari, & ipsos. Nam si non operabantur, quomodo eis dicebat cum timore & tremore uestram ipsorum salutem operamini? Operatur ergo ille, cooperamur nos. Non enim aufert, sed adiuuat bonæ uoluntatis arbitrium.

Quid per tribum Leui significetur. Quæstio. XVI.

Deut. 10 IN illo tempore distinxit dominus tribũ Leui portare arcam testamenti domini, assistere coram domino ministrare & orare in nomine eius usq; in hunc diem. propter hoc non est Leuitis pars & sors cum fratribus suis, dominus ipse pars eius est, sicut dixit ei. Nisi p hanc tribum significaretur uniuersum regale sacerdotium, qđ ad nouum pertinet testamentum, nullo modo ausus esset dicere homo, qui ex eadem tribu non erat: Pars mea dominus: Et in alio Psalmo: Dominus pars hæreditatis meæ.

Psalm. 72
Psalm. 15.

Quomodo verba legis præcipiãtur super limina domorum & ianuarum scribi cũ id factum non sit. Qõ. XVII.

Deut. 11 QVid est quod præcepit Moyses cõmendans uerba domini & ait: Scribetis ea super limina domorum uestrarum & ianuarum uestrarum, cum hoc secundum proprietatem nemo feciſſe Israelitarum Iommemoretur uei legatur, quia nec quisq; potest, nisi forte diuidat ea per multas partes domus suæ? An hyperbolica commendatio est, sicut multa dicuntur.

Cur decimas Leuitis alibi dari iussas, iubet manducari in ciuitate ubi templum erat. Quæstio. XVIII.

Deut. 12 QVærendum quomodo iubeat decimationes omnium fructuum & primitiua pecorum non mãducari nisi in ciuitate ubi templum erat, cum eas Leuitis dari in lege præceperit.

Quomodo deus temptare dicatur Quæstio. XIX.

Deut. 13 SI autẽ surrexerit in te Propheta seu somniator somnians & dederit tibi signum uel prodigium, & uenerit signum siue prodigium quod locutus est ad te dicens: Eamus & seruiamus dijs alienis quos nesciſtis, nõ audietis uerba Prophetæ illius uel somniantis somniũ illud, quoniam temptat dominus deus uester uos scire, an diligatis dominum deũ uestrum ex toto corde uestro & ex tota anima uestra. Hoc quidam interpretes latini non ita posuerunt, scire an diligatis, sed ut sciant an diligatis, q̃uis eadem sententia uideatur. Verumtamen illud quod dictum est, scire, facilius ad illos refertur, ut sic accipiamus, temptat uos scire, ac si diceretur, temptando uos facit scire. Vbi sane intelligi uoluit etiam illa quæ à diuinantibus non secundum deum dicuntur, si acciderint quæ dicuntur, non accipienda sic ut fiant quæ præcipiũtur ab eis aut colantur quæ coluntur ab eis. Nec præter suam potestatem deus ostendit esse quòd ista contingunt, sed quasi quæreretur, cur ea permittat, causſam temptationis exposuit ad cognoscendam eorum dilectionem, utrum eam habeant erga deum suum, cognoscendam uero ab ipsis potius quàm ab illo qui scit omnia anteq̃ fiant.

Quomodo ea quę de decimis dicuntur, intelligi debeant, & quomodo fiat remiſſio annorũ. Quæst. XX.

Deut. 14 POst tres annos produces omnem decimam fructuũ tuorum, in illo anno pones illud in ciuitatibus tuis, & ueniet Leuita quia non est ei pars nec sors tecum, & aduena & pupillus & uidua qui in ciuitatibus tuis erũt & manducabunt & saturabuntur, ut benedicat & dominus deus tuus in omnibus operibus tuis quæcũq; fœceris. Ex ista decima non dixit, ut ipse manducet cum suis: Ac per hoc Leuitis et aduenis et pupillis & uiduis eam iußit impendi. Sed obscure positum est, quia non est distincta ista decima ab illa quam uoluit cum Leuitis in eo loco mãducari, quem dominus elegiſſet tempore suo. Sed in ea interpretatione quæ est ex Hebræo, apertius hoc distinctũ reperimus. Ait enim: Anno tertio separabis aliam decimam ex omnibus quæ nascentur tibi eo tempore, & repones inter ianuas tuas, uenietq; Leuites qui aliam non habet partem nec possessionem tecum, & peregrinus & pupillus & uidua, qui intra portas tuas sunt & comedẽt & saturabuntur, ut benedicat tibi dominus deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum quæ fœceris. Primo hoc ipsum planius est quod ait, anno tertio, intelligitur enim uno anno interposito. In septuaginta autem, quoniam post tres annos dixit, incertum est utrum eos medios esse uoluerit, ut quinto quoq; anno fieret. Deinde cĩ ait, Et separabis aliam decimam, satis ostendit extra esse illam quam uoluit eum ipsum qui offert manducare cum suis & Leuitis in eo loco quem dominus elegiſſet. Et hãc enĩ et aliã decimã intra ianuas suas eũ ponere præcepit, non ad eum locum eum deferre ubi dominus se uoluit inuocari: Et ueniet inquit Leuites qui non habet partẽ nec possessionem tecum, & peregrinus & pupillus & uidua qui intra portas tuas sunt & comedent. Hinc certe manifeste uerum est non istam decimam deum fieri uoluisse communem ei qui offert, & his quibus impendendd est, sed illis solis erogari eam iußit qui aliud non haberent, in quibus præcipue Leuitem posuit. Post septem annos facies remißionem: Hic certe manifestatur quomodo & superius dixerit, post tres annos, Non enim & hos septẽ annos medios esse uoluit. Vnoquoq; anno eam fieri præcepit, tanq̃ sabbatiſmum annorum.

Deut. 15

Quomodo verbum occultum magnifice dicatur. Quæstio. XXI.

Deut. 15 ATtende tibiipſi ne fiat uerbum occultum in corde tuo iniquitas dicens: Appropriat ãnus septimus annus remißionis, & malignetur oculus tuus in fratrẽ tuum egenum & non tribuas ei, & exclamabit aduersũ te ad dominum, & erit in te peccatum magnum. Magnifice occultum uerbũ hoc dixit, quoniam nemo audet hoc dicere qui potuerit cogitare, ideo non esse mutuum dandum

dum indigenti, quoniam appropinquat annus remissionis, cum deus propter misericordiam utrunq; præceperit, & commodari cum quisq; indiget, & remitti anno remissionis. Quomodo ergo misericorditer remissurus est illo anno quo remittendum est, si crudeliter cogitat illo tempore dandum non esse quo dandum est?

Quomodo liberatio seruorum intelligenda. Quæstio. XXII.

Deut.15 SI autem uenundatus fuerit tibi frater tuus Hebræus aut Hebræa, seruiet tibi sex annis, & septimo dimittes eũ liberũ à te. Hos emptos nõ anno remissionis remitti uoluit quẽ septimum quemq; obseruari oportebat ab omnibus, sed anno septimo emptionis eius quotcunq; anno illorum septimus iste annus occurreret.

Quomodo primogenita offerri iubeat. Quæstio. XXIII.

Deut.15 OMne primogenitum quòd natum fuerit in bobus tuis, & i ouibus tuis masculinum sanctificabis domino deo tuo: Quærendum utrum quæ græce dicuntur πρωτότοκα nec latine dici nisi primogenita potuerunt, in his tantum intelligenda sint quæ nascuntur ex matribus, ipsa enim proprie pariuntur potius quam gignuntur. Parere quippe est τίκτειν, quòd ex fœmina, unde πρωτότοκον dicitur: Gignere aũt est γεννᾶν. unde proprie latine primogenitus dicitur. Ex fœminis aũt dabantur primitiua, id est, quæ prima pariebantur, non quæ prima gignebantur à uiris, si forte ex uiduis quæ iam pepererant gignerentur: Nõ enim aliter essent quæ aperirent uuluam, quòd proprium uoluit esse lex eorum, quæ primo nata domino deo debebantur. Si ergo est in his uerbis certa distinctio, non frustra dominus non dicitur à patre μονότοκος, sed μονογένης. id est, unigenitus, quòd est unicus, á mortuis autem primogenitus quidem latine dicitur, quia non potuit latinum uerbum ita cõponi secundum loquendi consuetudinem, græce autem πρωτότοκος dicitur, non πρωτογένης tanquã pater genuerit æqualem sibi, creatura uero pepererit. Nam & quòd dicitur primogenitus omnis creaturæ quòd ibi

2. Corin.5 πρωτότοκος græce legitur, potest ita intelligi secundũ

Roma.6 nouam creaturam, de qua dicit Apostolus: Si qua igitur in Christo nouà creatura, ex qua ille primitiuus est, quia primitus ita resurrexit, ut iam non moriatur nec ei mors ultra dominetur, quòd nouæ creaturæ quæ in illo est futurum promittitur in fine. Sed ista distinctio non temere affirmanda, sed ĩ scripturis diligentius perscrutanda est. Mouet enim quemadmodum dici potuit in prouerbijs: Primogenite tibi dico fili, id est, ex cuius persona dictum intelligatur: Si enim ex dei patris persona ad Christum dicitur, cui sententiæ, utrum sequentiæ consonet uix est asserere. Eundem dicit primogenitum quem unigenitum, quia etiam nos filij dei sumus: Vnigenitum uero, quoniã solus ille de substantia patris, & patri æqualis atq; coæternus est. Mirũ est autem, utrum inter parere & gignere euidentissimis documentis sacra scriptura distinguat.

Quomodo boues offerri iubeantur. Quæstio. XXIII.

ET immolabis Pascha domino deo tuo oues & boues, quid sibi uult hoc quòd addidit boues, cum immolationem Paschæ de oue tantũmodo commendauerit quam iussit accipi ex ouibus & hædis, uel ex capris? Quòd mystice accipitur propter Christũ, cuius ex iustis & peccatoribus est origo carnalis. Non enim ait ex ouibus aut capris, licet proprie non possent intelligi oues ex capris, sed ne forte Iudæi dicerent subaudiendum caprum si dictum esset aut ex capris, dictum est ex ouibus & capris. Quid ergo hic sibi uolunt boues? An propter alia sacrificia quæ ipsis diebus Azymorum sunt immolanda? Deut.16

Quomodo præcipiatur alia intermissio. Quæstio. XXV.

QVærendum quomodo præceperit obseruari quòd ait: Septem septimanas integras dinumerabis tibijpsi inchoare te falcem mittere in messem. Incipies numerare septem septimanas, & facies diem festum septimanarum domino deo tuo, prout ualet manus tua quæcunq; dominus tibi dederit, secundũ quòd benedicet te dominus deus tuus, & epulaberis ante dominum deum tuum. Si enim ab uniuerso populo lex hæc pentecostes iussa est obseruari, nunquid omnes uno die credendum est falcem iussos mittere in messem? Si autem sibi quisq; obseruat istam quinquagesimam dinumerans ab illo die quo falcem mittit, non una est uniuerso populo, illa uero una est quia computatur ab immolatione Paschæ usq; in diem datæ legis in Sina. Deut.16

Si rex præcipitur cõstitui de fratribus, cur displicuit postea quòd Saul rex eligitur. Quæstio. XXVI.

SI aũt intraueris in terram quam dominus deus tuus dat tibi in sorte, & hæreditaberis eam & habitaueris in ea & dices, constituam super me principes sicut & cæteræ gentes quæ circa me sunt, constituendo constitues super te principem quem elegerit dominus deus tuus ipsum. Ex fratribus tuis constitues super te principem, non poteris constituere super te hominem alienum, qui non est frater tuus. Quæri potest cur displicuerit populus deo quando regem desiderauit, cũ hic inueniatur esse permissus. Sed magis hic intelligendum est merito non fuisse secundum uoluntatem dei, quia hoc fieri non præcepit, sed desiderantibus permisit. Veruntamen præcepit, ne fieret alienus sed frater, id est ex eodem populo indigena, non alienigena. Quòd autem ait: Non poteris, intelligendum est, non debebis. Deut.17

Quomodo rex uetetur multiplicare uxores. Quæstio. XXVII.

DE rege cum loqueretur ait: Non multiplicabit sibi uxores, ut non discedat cor eius, & argentum & aurum non multiplicabit sibi ualde. Vnde quæritur, utrum Dauid contra hoc præceptum nõ fecerit: Nõ enim unam habuit uxorem. Nã de Salomone manifestum est, Deut.17

quòd transgressus fuerit hoc præceptum, & in fœminis, & in auro & argento. Sed hinc potius intelligitur permissum fuisse regibus, ut plures haberent quam unam, multiplicari enim prohibiti sunt. Quæ prohibitio non haberet transgressionem si paucæ fuerint, sicut Dauid fuerũt, non autem multæ, sicut Salomoni. Quamuis cum addidit, ut non discedat cor eius, hoc magis uidetur præcepisse ne multiplicando perueniat ad alienas fœminas, per
3.Reg.11 quas factum est in Salomone ut discederet cor eius à deo. Multiplicatio tamen generaliter ita prohibita est, ut etiam si ex hebræis solis eas multiplicasset, contra hoc præceptum fœcisse merito argui posset.

Quæ sint pars preter uenditionem. Quæstio. XXVIII.

Deut.18 SI autem superuenerit Leuites ex una ciuitatum tuarum ex omnibus filijs Israël ubi ipse incolit secundũ quòd cupit anima eius in locum quem elegerit dominus, id est, si desiderauerit ire ad locum ubi dominus inuocatur, & ministrabit nomini domini dei sui sicut omnes fratres eius Leuitæ quia astant ibi coram domino, partem partitam edet præter uenditionem quæ est secundum familiam: Quam dicat uenditionem, obscurum est. Nisi forte quia decimationes & primogenita præcepit uendi ab eis qui ĩ lõginquo habitarent, ne multa cogerentur portare ad locum inuocationis domini, uel pecora ducere ut illic ab eis denuo emerentur ex eodem præcio. Et iusserat habere ibi partem Leuitã qui maneret in ea ciuitate, unde illi decimationes & primogenita debebantur. Et ideo dixit secundum familiam hoc deberi Leuitæ, quoniam ex successione qua succeditur patentibus hoc circa eũ seruari oportet quòd parentibus exhibitum est.

Quomodo portentorum inspectores prohibeantur, cũ portenta ecclesia inspiciat. Quæstio. XXIX.

Deut.18 QVoniam portentorum inspectores prohibet esse in populo dei, quærendum est, Quomodo ista portenta quæ inspici prohibentur discernantur ab eis quæ diuinitus ita dantur, ut quid significent dici debeat, sicut omnia miracula quæ in scripturis reperiuntur significantia quòd pertineat ad regulam fidei. Sicut dicimus quid significauerit uellus in Area complutum siccum, uel in sicca Area complutum, aut uirga Aaron quæ floruit & nuces attulit, & cætera huiusmodi.
Iudic. 6 Numer, 17 Sicut aũt discernuntur diuinationes quas consequenter prohibet à prædicationibus uel annunciationibus prophetarum, sic illæ inspectiones prodigiorum à significationibus diuinorum miraculorum discernendæ sunt.

Quomodo deo coagere præcipimur. Quæstio. XXX.

Deut.20 QVoniam dominus deus uester qui præcedet uobiscum simul debellabit uobiscum inimicos uestros, & saluos faciet uos. Ecce quẽ admodum & in spiritalibus cõflictibus sperandum & petendum est adiutorium dei, non ut nos nihil faciamus, sed ut adiuti cooperemur. Sic enim ait, debellabit uobiscum, ut & ipsos acturos quòd agendum esset ostenderet.

Quomodo cui domus non est dedicata iubetur reuerti in domum ne moriatur in bello &c. Quæstio. XXXI.

ET loquentur scribæ ad populum dicentes: Quis est homo qui ædificauit domum nouam & non dedicauit eam, uadat & reuertatur in domum suam ne moriatur in bello, & homo alius dedicet eam. Et quis est homo qui pastinauit uineam, & nõ est epulatus ex ea, uadat & reuertatur in domum ne moriatur in bello, & homo alius epuletur ex ea. Et quis est homo qui sponsauit uxorem & non accæpit eam, uadat & redeat in domum suam ne moriatur in bello, & homo alius accipiat eam. Possunt mouere ista, quasi meliore conditione moriantur in bello qui iam dedicauerunt ædificia sua, iamque epulati sunt de nouellis, iamq; duxerunt sponsas suas, q̃ hi qui nondum. Sed quoniam his rebus tenetur humanus affectus, & magni æstimantur hæc ab hominibus, intelligendum est ad hoc ista dici in bellum procedentibus, ut quisquis animo his tenetur, appareat cum reuertitur, ne propter hoc minus fortiter agat, dum timet ne ante moriatur quam domum dedicauerit, aut de nouella sua biberit, aut sponsam suam duxerit. Nam utiq; quantum ad fœminam pertinet, melius alteri nubet intacta quam uidua. Sed hæc ut dixi instituta sunt propter uirorum animos explorandos. Deut. 20

Quæ uasa uetentur super mulierem. Quæstio. XXXII.

NOn erunt uasa uiri super mulierem: Vasa bellica uult intelligi, id est Arma: Nam quidam etiam hoc interpretati sunt. Deut. 22

Quomodo maior pena significetur in muliere quam in uiro si uterq; defœcerit. Quæstio. XXXIII.

SI aũt quis acceperit uxorem & habitauerit cum ea, & oderit eam, & imponat ei occasionis uerba, & detulerit ei nomen malignum & dixerit, mulierẽ hanc accæpi, & accedens ad eam nõ inueni eius uirginalia, & accipiens pater puellæ & mater et producent uirginalia puellæ senioribus dicẽs, filiam meã hanc dedi homini huic uxorem, & odio habẽs eam ipse nunc imponit ei occasionis uerba dicens: Nõ inueni filiæ tuæ uirginalia, & ecce uirginalia filiæ meæ. Et replicabũt palliũ coram senioribus ciuitatis illius, & accipient senes ciuitatis hominẽ illum, & castigabunt eum & damnificabunt eum centũ siclis, & dabunt patri adolescentulæ, quia protulit nomẽ malum super uirginem Israëlitem, & ipsius erit uxor, nõ potuerit dimittere eam perpetuo tempore. Si aũt uerum factum sit hoc uerbũ, & non inueniantur uirginalia puellæ, & producent adolescentulam ad ianuam domus patris ipsius, & lapidabunt eam uiri ciuitatis eius in lapidibus & Deut.21

dibus & morietur, quoniam fecit impudẽtiam in filijs Israël prostituere domum patris sui, & auferes malignum ex uobisipsis. Satis hic apparet quemadmodum subditas fœminas uiris, & pene famulas lex esse uoluerit uxores, quòd dicens aduersus uxorem uir testimonium unde lapidaretur illa, si hoc uerum esse demonstraretur, ipse tamen non uicißim lapidaretur si hoc falsum esse constiterit, sed tantummodo castigatur et damnificatur eiq; perpetuo iubetur adhærere qua carere uoluerat. In alijs autem causis eum qui testimonio falso cuiquam nocuerit, quòd si probaretur, iußit occidi eademq; pœna plecti iubet qua fuerat si uerum esset iste plectendus.

Quomodo uiolata iubetur retineri. Quæstio. XXXIIII.

Deuter. 22 SI autem inuenerit aliquis puellam uirginem quæ sponsata non est, & uim faciens ei dormierit cum ea & inuentus fuerit, dabit homo qui dormiuit cũ ea patri puellæ quinquaginta didrachmata argenti & ipsius erit uxor, quia humiliauit eam & non poterit dimittere eam per omne tempus. Merito quæritur, utrum ista pœna sit ut non eam possit dimittere per omne tempus quam inordinate atq; illicite uiolauit. Si enim ad hoc intelligere uoluerimus eam non posse, id est, non debere dimitti per omne tempus, quia uxor effecta est, occurrit illud quòd per-
Deuter. 24 misit Moyses dare libellum repudij & dimittere. In his autem qui illicite uitiant noluit licere, ne ad ludibrium feciße uideatur & potius finxisse quòd eam uxorem duxerit quam uere placitoq; duxisse: Hoc & de illa iussum est cui uir fuerat calumniatus de uirginalibus non inuentis.

Si Moabites uetantur intrare ecclesiã domini in ętetnum, quomodo Ruth intrauit. Quæstio. XXXV.

Deuter. 23 NOn intrabit Ammonites & Moabites in ecclesiam domini, & usq; ad decimam generationem nõ intrabit in ecclesiam domini & usq; in æternum. Quæstio est, quomodo intrauerit ruth quæ Moabitis fuit, de qua etiã caro domini originẽ ducit. Nisi forte istã mystice prophetauerit intratũrã, quòd ait usq; ad decimã generationẽ. Cõputantur enim generationes ex Abrahã quando fuit & Loth qui genuit Moabitas & Ammonitas ex filiabus, & inueniuntur cũ ipso Abrahã cõpleri decẽ generatiões usq; ad Salmõ, qui genuit Booz, qui maritus secũdus fuit ruth. Sũt enim istæ: Abrahã, Isaac, Iacob, Iudas. Phares, Esrom, Aram, Aminadab Naason, Salmon. Salmon quippe genuit Booz, qui uiduam duxit ruth, ac per hoc uidetur post decimam generationem genus feciße in ecclesiam domini pariendo filios ipsi Booz. Sed cur additum sit, & usq; in æternum, merito adhuc quæritur: An quia deinceps nulla anima de Ammonitis & Moabitis intrabit in illam ecclesiam populi hebræorum, postea quam ista generatione decima prophetia completa est? An potius ita dictum est, & usque ad decimam generationem, ut omnino semper intelligi uoluerit per denarij numeri quandam uniuersitatem, ut hoc exposuerit quodam modo addendo & dicendo, & usque in æternum? Quòd si ita est, ruth contra præceptum uetitum uidetur admißa. An Ammonitas prohibuit admitti, nõ Ammoniditas, id est, uiros non fœminas, maxime quia cum euertißent Israëlitæ ipsam gentem, omnes uiros occidere iußi sunt, fœminas autem non, nisi eas quæ nouerant concubitum uiri, quoniam ipsæ in fornicationem deduxerant populũ, uirgines autem saluas esse uoluerunt, non eis imputantes culpam qua euerti illa gens meruit, quam etiam hic cõmemorauit, uelut quæreretur cur Moabitas & Ammonitas admitti noluerint in ecclesiam domini, subiunxit enim, eo quòd non occurrerint uobis cum panibus & aqua in uia cum exiretis de Aegypto, & quia conduxerunt aduersum te Balaam filiũ Beor de Mesopotamia ut malediceret te. Has culpas,, nec tunc quando illa gens debellata est, fœminis imputauerunt, quas saluas conseruare maluerunt.

Quomodo seruum fugitiuum restitui uetet Quæstio. XXXVI.

NOn tradas puerum domino suo qui appositus est Deuter, 23
tibi à domino suo: Non intelliges quòd dominus eius eum apposuerit, id est, commendauerit, potius enim depositum diceret: Sed appositum dixit à domino suo, id est, huic adiunctum, cum ab illo abscesßisset. Non ergo suscipi, sed reddi potius prohibuit fugitiuos. Hoc quidem putari potest, nisi intelligamus genti & populo ista dici, non uni homini, sed ex alia gente refugientem ad istam gentem cui loquebatur hominem à domino suo, id est à
1. Reg. 21 rege suo, reddi prohibuit. Quòd etiam alienigena seruauit Achis rex Geth, quando ad eum refugit Dauid à facie domini sui, hoc est regis Saul. Apertißime autem hoc explanat, cum dicit de ipso refuga, in uobis habitabit in omni loco ubi placuerit ei.

Quomodo fornicationem omnem proscribat. Quæstio. XXXVII.

NOn erit meretrix à filiabus Israël, & non erit Deuter, 23
fornicans à filijs Israël. Ecce ubi manifeste prohibuit fornicari & uiros & fœminas, etiam cum non alienis coniugibus, peccatum esse domonstrans miscerí non coniugibus suis, quando & meretrices esse, & ad
Supra li. 2, quæstionũ sup Exo. quæsti. 71 meretrices accedere prohibet, quarum publice uenalis est turpitudo. In decalogo autem Mœchiæ nomine non uidetur hoc apertè prohibuisse, quoniam Mœchia non nisi adulterium intelligi solet. Vnde quid nobis uideretur ibi tractauimus.

Quomodo mercedem meretricis & præcium canis uetat admitti in domum domini, & q̃d sit iumentum. Quæstio. XXXVIII.

NOn offeres mercedem meretricis, neque commu- Deuter. 23
tationem canis in domum domini dei tui ad omne uotum, quoniam abominatio domino deo tuo est & utrũque. Quòd ita intelligitur quoniam abominatio domino deo tuo est, & hoc non unum horum, sed utrunq;. De

cane quippe uetat fieri commutationem primogenitorũ, quã iubet fieri de alijs immundis animalibus, id est, equis & asinis, & si quid est eorum quæ adiuuant hominem, et latine à iuuando iumenta dicuntur. De cane aũt uoluit, & de porco. Et quare noluerit requirendũ est: Et si de omnibus talibus uoluit, quare solũ canem isto loco exceptum fœcerit. De mercede autem meretricis ut diceret, uidetur ea esse causa, quia superius prohibuerat esse meretricem de filiabus Israël, aut quemquam filiorum Israël uti meretrice, & ne furriperet cogitationi expiari posse hoc peccatum si aliquid inde efferretur in templum, dicendum fuit quòd sit abominatio domino.

Quid sit illud: Et auferetis malignum ex uobisipsis, an hominem, an uitium intelligat. Quæstio. XXXIX.

Deut. 24 MOrietur fur ille, id est, homo qui furatus est hominem, & auferetis malignum ex uobisipsis. Assidue hoc dicit scriptura, cum iubet occidi malos. Qua
1. Corin. 5 locutione usus est etiam Apostolus cum diceret: Quid enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Nonne de his qui intus sunt uos iudicatis? Auferte malum ex uobisipsis. Nam græcus habet τὸν πόνηρὸν quòd etiam hic scriptum est. Hoc autem potius malignum solet interpretari, quam malum: Nec ait, τὸ πονηρὸν id est hoc malignum, sed τὸν πονηρὸν quòd est hunc malignum. Ex quo apparet eum uoluisse intelligi qui aliquid tale commisit, ut excommunicatione sit dignus. Hoc enim nunc agit in ecclesia excomunicatio, quòd agebat tunc interfectio. Quamuis & aliter illud Apostolicũ possit itelligi, ut unusquisque malum uel malignum ex seipso sit iussus auferre. Qui sensus acceptabilior esset, si hoc malum uel hoc malignum, non aũt hunc malignum in græco inueniretur. Nunc uero credibilius est de homine dictum, quam de uitio. Quamquam possit elegenter intelligi etiam homo auferre à se malum hominem, quemadmodum dictum
Ephe. 4. est: Exuite uos ueterem hominem. Quòd exponens ait: Qui furabatur, iam non furetur.

Quid cum dicitur: Sacerdotes Leuitę, innuatur. Quæstio. XL.

Deut. 24 SEcundum legem omnem quam iurauerint uobis sacerdotes Leuitæ: Hic apparet omnem sacerdotem Leuitam fuisse, quamuis non omnis Leuites saccerdos fuerit.

Quomodo uetetur pignerator intrare domum eius qui pignus dat, & quomodo restitui pignus debeat. Quæstio. XLI.

Deut. 24 SI debitum fuerit in proximo tuo, debitum quòdcunque, non intrabis in domum eius pignerare pignus, foris stabis, & homo apud quem debitum tuum est proferet tibi pignus fòras. Si autem homo eget, non dormiens in pignore eius, redditione reddes ei uestimentũ suum circa occasum solis, & dormiet in uestimento suo, & benedicet, tę & tibi erit misericordia coram domino deo tuo. Nõ immerito uidetur ad opus misericordiæ pertinere, ut non intret pignerator in domum, ne fiat perturbatio debitori, sed ex hoc etiam ipsum debitorem admonet pignus fòras proferre creditori. Quod uero iubet egenti pignus eodem die restitui ut in eo dormiat qui non habet ubi dormiat, merito mouet, ut requiratur cur non potius creditori præceperit, ut nõ auferat pignus quòd eodem die oportet ut restituat. Quòd si ad compellendum debitorem fieri uoluerit, quemodo se urgeat ad reddendum cum sciat pignus eodem die se recepturum? An forte hoc fieri uoluerit propter memoriam ne obliuiscatur reddere, & tunc non reddat si uere non habuerit, maxime quia creditoris sui misericordia uincitur, cui esse non debet ingratus si pignus receperit in quo dormiat, simul & creditor cum ille nõ reddiderit debet eum credere non habere, quia hac etiam indiget misericordia ut pignus ei propterea restituatur, quòd aliud non habet ubi dormiat?

Quid: Non morientur patres profilijs &c. Quæstio. XLII.

NOn morientur patres pro filijs, & filij non mori- Deute. 24
entur pro patribus, unusquisq; in suo peccato morietur. Ecce non solum prophetæ hoc dixerunt, uerumetiam lex dicit, sua culpa quemq; interimendum, non aũt patris sui, aut filij sui. Quid est ergo quòd alibi dicitur, deus reddens peccata patrum in filios in tertiam & quar Exo. 20
tam progeniem? An de filijs nondum natis illud intelligitur propter originale peccatũ, quòd etam ex Adam traxit genus humanum, hic autem de filijs iam natis est facta distinctio, ut unusquisque in suo peccato moriatur? Non enim trahit aliquid ex patre qui iam natus erat quando pater eius peccauit. Sed cum etiam ibi dicit, his qui oderunt me, manifestum est etiam illam oditionẽ posse mutari, si filij parentum suorum facta non fuerint imitati. Nam & illud ex Adam temporaliter redditur, quia omnes propter hoc moriuntur, non autem in æternum eis qui fuerint per gratiam spiritaliter regenerati in eaq; permanserunt usque in finem. Quãuis & illud merito quæri possit, si redduntur peccata patrum in filios qui oderunt deum, cur in tertiam & quartam generationem, uelut prætermissa prima & secunda, uel non etiam in cæteras permanente impietate & imitatione malorum parentum. An per hunc numerum quoniam septenarius intelligitur, uniuersitatem significare uoluit, & ideo non ipsum potius septenarium posuit, ut diceret in septimam generationem? Ac sic omnis intelligeretur, quia causam perfectionis huius numeri hoc modo potius intimauit. Ideo namque perhibetur perfectus, quia ex his duobus constat, ternario scilicet primo impari toto, & quaternario primo pari toto. Vnde esse & illud propheticum extremo, quòd assidue repetitur: In tribus & quattuor impietatibus nõ aduersabor, per quòd uoluit impietates uniuersas potius quam tres uel quattuor intelligi.

CHI

Cur postquam dixit: Non declinabis iudicium aduenę & orphani & uidue, adiecit solũmodo de uidua, Nõ pignerabis uestem uiduę. Quæstio. XLIII.

Deuter. 24

NOn declinabis iudicium aduenæ & orphani & uiduæ: Non pignerabis uestem uiduæ: Cur non ait, & non pignerabis uestimentum eorum? Quæ enim causa est, ut trium istorum iudicium declinare uetuerit, pignus autem auferri uestimentum solius uiduæ non & illorum, nisi quia iudicia omnium facienda propterea cõmendauit, quia non habent à quibus defendantur, siue aduena, quia in terra aliena est, siue orphanus, id est, pupillus, quia parentibus caret, siue uidua, quia maritum non habet: Pignus uero cum prohibet uestimentum auferre uiduæ, puto quòd satis eleganter admoneat eas uere

1. Thimo. 5

dicendas esse uiduas, quæ etiam pauperes sunt. Id enim & Apostolus euidenter ostendit ubi ait: Si qua autem uidua filios & nepotes habet, discat primum domum suam pie tractare: & mutuam uicem parentibus reddere: Hoc enim acceptum est coram domino. Quæ autem uere uidua est & desolata sperabit in dominum & persistet in orationibus nocte & die. Hanc uere uiduam dixit quæ non habet á quibus sustentetur, quia non solum uiro, sed etiã posteris atque omni ope destituta est: Diuitem quippe non diceret desolatam. Pauperi itaque pignus non est auferendum uestimentum. Nam & hoc ipso quòd uestimentum prohibet auferri, pauperem ostendit. Neque enim creditor non potius auferret argentum, uel si quid aliud, quam uestimentum. Porro si occurrerit animo, quid si multa habeat uestimenta non necessaria, sed superflua, quomodo intelligitur uere uidua? Hoc est non solum de-

1. Thimo. 5

solata uerumetiam quæ in delitijs agit, quam subiecit dicens: Quæ autem in delitijs agit, uiuens mortua est. Et hanc quippe opposuit tanquam econtrario ueræ uiduæ, tanquam talis non sit uera uidua. Quæcunq; autem diuites alias nuptias experiri noluerunt, continentia in eis laudatur, non desolatio commendatur, Hæ quippe maritis tantum uiduatæ sunt, non alijs rebus.

Quæ derelinqui, & quibus præcipiat. Quæstio. XLIIII.

Deuter. 24

QVòd admonet ut in messe oblitum manipulum nemo colligat, & oliuam uel uuam relictam nemo repetat diligentius neglecta colligere, & dicit egentibus dimittenda: Occurrit forsitan cogitationi, quid si hæc quæ ab agrorum dominis dimittuntur. non egentes sed improbi colligant? Sed considerandum primo illum misericordiam facere qui hoc animo dimittit, ut egentes habeãt quòd dimittitur. Deinde cũ hæc populo præcipiuntur, simul etiam admonentur hi qui non indigent ista non quærere. Quòd si uero quæsierint quid aliud quam res alienas, & quòd grauius est pauperum inuadere iudicandi sunt? Vtrique ergo commonentur his præceptis, & quorum agri sunt, ut misericorditer ea relinquant, & qui indigentes non sunt, ut inde se abstineant, quando utrumque dicitur, & á quibus dimittenda sunt, & quibus dimittenda sunt.

Quis intelligatur iudicare cum dicitur: Si autem fuerit altercatio inter homines & accesserint ad iudicium et iudicauerint &c. Quæstio. XLV.

SI autem fuerit altercatio inter homines & accesserint ad iudicium & iudicauerint & iustificauerint iustum: Iudices intelligendi sunt iudicare, non illi qui dicti sunt altercationem habere. Deinde sequitur: Et reprehenderint impium, & erit si dignus fuerint plagis qui impie agit, constituent eum in conspectu iudicum, & flagellabunt eum ante secundum impietatem eius numero quadragnta flagellabunt eum, non apponent. Si autem apposuerint flagellare eum super has plagas plures, deturbabitur frater tuus coram te ualde. Aduertendum est cum ea peccata plagis emendanda præceperit quæ digna non sunt mortis supplicio uindicari, & hoc tam paucis plagis, eum tamen qui cæditur appellauit impium uel impie agentem, ut nouerimus non sicut plurimi loquuntur locutas esse scripturas quas incuriosius legimus, cum putamus adulterium non esse impietatem, quia in hominem uidetur peccasse qui hoc fœcerit, cum illud peccatũ morte plecti iubeat lex, & his peccatis grauiores esse diximus impietates, cum sint earum quædam quæ per flagella plagis quadragnta puniuntur. Est itaque Leuis impietas quæ uerbere digna est, & est grauior quæ morte digna est: Ita etiam illa peccata quæ non in deum, sed in hominem uidentur admitti sunt morte digna, quædam sunt alia correptione, seu uerbere, seu pœna faciliore. Ita enim locutos esse septuagnta interpretes constat, ut etiam illius qui plagis dignus est impietatem uocauerint.

Deuter. 25

Quomodo frater defuncti fratris uxorem ducat. Quæstio. XLVI.

SI autem habuerint fratres in unum, & mortuus fuerit unus ex eis, semen autem non fuerit ei, uxor defuncti fratris non alteri nubet appropianti: Frater uiri eius intrabit ad eam, & accipiet eam sibi uxorem, & cohabitabit ei. Et erit infans quicunque natus fuerit, constituetur ex defuncti nomine, & non delebitur nomen eius ex Israël. Videtur hoc præcepisse lex de fratris uxore ducenda, nõ ob aliud nisi ut semen suscitet fratri qui sine liberis defunctus est. Quòd autem ait, constituetur ex defuncti nomine, & non delebitur uomen eius ex Israël, id est, nomen defuncti, ex hoc uidetur dictum, ut ille qui nascitur, hoc nomine appelletur quo appellabatur defunctus, cui quodammodo propagatur. Vnde nobis usum est magis secundum adoptionis morem, soluere in Euangelio quæstionem de duobus patribus Ioseph, quorum unum commemorat Matthæus, eum

scilicet qui genuit Ioseph, alterum Lucas, cuius filius erat Ioseph, quoniam nullius eorũ nomen Ioseph accepit: Nisi forte hoc dictum est, constituetur ex defuncti nomine non ut eius nomen accipiat, sed ut ex eius nomine, id est, tanq̃ filius, non eius cuius semine est genitus, sed illius defuncti cui semen suscitatum est hæres constituatur. Quòd enim additum est: Et non delebitur nomen eius ex Israël, potest ita intelligi, non quòd nomen eius puer consequenter accipiat, sed quòd ille non sine posteritate mortuus esse uidebitur, & ideo permanet eius nomen, hoc est memoria. Neque enim etiam si ipsum filium genuisset, nomen suum ei fuerat impositurus, ut nomen eius non deleretur ex Israël, sed ex hoc utique non deleretur, quia non sine liberis ex hac uita emigraret, & hoc iubetur in eius uxore frater eius implere, quòd ille non potuit.

Ruth, 4

Nam & si frater non fuisset & propinquus ducebat uxorem eius qui sine filijs mortuus esset ad suscitandum semen fratri suo, sicut fecit Booz ducendo Ruth, ut semen excitaret propinquo suo cuius fuerat illa uxor, nec de illo pepererat, & tamen qui de illa natus est ex nomine quidem defuncti constitutus est, quia filius eius est dictus, atque ita factum est ut nomen defuncti non deleretur ex Israël, nec tamen eius nomine appellatus est. Quæ cum ita sint abundantius ducibus modis solui potest Euangelica quæstio, ut unus eorum, quos diuersos commemorant Matthæus & Lucas, ita fuerit propinquus alteri ad ducendam eius uxorem, ut alios etiam sursum uersus parentes atque maiores iste, alios ille habere potuerit. Nam si fratrum filij fuissent, unum habuissent auum, quòd non ita est: Nam secundum Matthæum Mathan est auus Ioseph, secundum Lucam uero non Mathan, sed Mathath. Quòd si quisquam putet tantam similitudinem nominis esse ut ab scriptoribus in una litera erratum sit, ut fieret tam parua & pene nulla diuersitas, quid de istorum patribus dicturus est? Nam secundum Lucam Mathath filius fuit Leui, secundum Matthæum autem Mathan ex Eleazar genitus inuenitur, atque ita inde sursum uersus diuersi sunt patres & aui, & deinde maiores usque Zorobabel, qui fere est uigesimus sursum uersus ad Ioseph apud Lucam, apud Matthæum autem undecimus. Qui propterea ideo ipse esse creditur, quia pater eius apud utrunque Euangelistam Salathiel inuenitur, quamuis fieri potuerit ut alius fuerit eodem nomine habens eiusdem nominis patrem, cuius & ille habuit. Nam & inde sursum uersus diuersi sunt, alium quippe habet Zorobabel auum apud Lucã, qui est Neri, alium apud Matthæum qui est Iechonias, atque inde superius nusquam est consonantia quousque ueniatur ad Dauid apud Matthæum per Salomonem, apud Lucam per Nathan. Difficillimum autem uidetur non fuisse aliquem propinquorem qui duceret uxorem fratris sui, quam eum qui ex Dauid esset consanguineus tam longinquo gradu, non aliqua infra propinquitate coniunctus, cum sit apud Lucam Dauid pene quadragesimus à Ioseph, apud Matthæum autem fere uigesimus septimus. Aut si propinqui ad usq̃ res defuncti eum ducendas etiam illi quærebantur, qui ex fœminarum sanguine propinquabant, fieri potuit ut esset aliquis ita propinquans qui Ioseph genuerit de uxore propinqui sui, qui sine liberis discesserit, ac si ei esset alter ex natura pater, alter ex lege, in quorum patribus & auis & deinde maioribus, ideo nulla propinquitas appareret, quòd non ex maribus, sed ex fœminis propinquarent. Veruntamen si ita esset, ut Dauid aliquando unus pater occurreret, aut si quisquem potuisse contendat, ubi penimus quòd consuetudo scripturæ non est fœminas in genealogia pro Maritis ponere, sicut eas nullus Euangelista interposuit: Vbi enim commemorantur matres, non ponuntur nisi cum patribus, ac per hoc aut ita propinquior defuit ad uxorem defuncti sibi copulandam, ut origo cognationis à Dauid repeteretur, aut adoptio fecit alterum patrem quem posset habere Ioseph.

2. Retract. Cap. 55

Soluit quæstionem Euãgelicã de duobus patribus Ioseph.

Quomodo laudetur qui de decimis loquens dicit: Non dedi ex eis mortuo. Quæstio. XLVII.

QVid est quòd inter illa quæ iubet dicere homi- Deuter. 26
nem qui in dandis decimis & quæcunque dare uel impendere iussus est omnia mandata compleuit, etiam hoc cum laude & commendatione suã dicere iubetur: Non dedi ex eis mortuo. An per hoc prohibet parentalia quæ obseruare gentes solent?

Quid sit: Ite in dextera &c. Quæstio. XLVIII.

NOn præteribis ab omnibus uerbis quæ ego man- Deut. 28
do tibi hodie, in dextera aut sinistra ire post deos alienos seruire illis. Quæri potest quomodo possit intelligi ire in dextera qui post deos alienos ierit seruire illis, cum dextera in laude ponatur, illud autem nunquã laudabiliter fieri possit: Nam & quòd reprehenditur in uia uitæ quæ declinat in dextera, non ibi ea reprehenduntur quæ dextera sunt, sed ille qui declinat in ea, id est, qui sibi arrogat quæ dei sunt. Ideo dicitur in Prouerbijs: Non declines in dextera aut in sinistra. Vias enim quæ à dexteris sunt nouit dominus, peruersæ autem sunt quæ à sinistris. Ergo bonæ sunt dexteræ quas nouit dominus: Nouit enim dominus uias iustorum, sicut in Psalmo legitur. Cur ergo dictum sit, ne declines in dextera, consequenter ostendit addendo: Ipse enim rectos faciet cursus tuos. Absit autem ut dexteras quas nouit dominus, negemus esse rectas, sed ut dixi declinare in eas est, non illius gratiæ, sed sibi tribuere uelle quòd rectum est. Deinde ut dixi, adiungit & dicit:

Prouer. 4

Psalm. 1

ipse enim

Ipſe enim faciet rectos curſus tuos, & omnia itinere tua in pace producet. Quapropter hoc quod iſto loco Deuteronomij de quo agimus dictum eſt: Non præteribis ab omnibus uerbis quæ ego mãdo tibi hodie, in dextera aut ſiniſtra ire poſt deos alienos ſeruire illis, non ideo dictum eſt, quia dij alij poſſunt etiam in dexteris accipi, ſed aut terrena loca ſignificata ſunt, quia & in dextera & in ſiniſtra habebant gentes alios deos colentes, aut hoc de dijs alienis ſeparatim pronunciandum eſt, ut duo ſint ſenſus unus uidelicet, Non præteribis ab omnibus uerbis quæ ego mando tibi hodie dextera aut ſiniſtra, ſecundum illũ ſcilicet intellectum quem ſupra expoſui: Alius autem ſit ſenſus, ire poſt deos alienos ſeruire illis, ut & hic ſubaudiatur, non præteribis ab omnibus uerbis quæ ego mãdo tibi hodie. Quem totum ſenſum ſi dicere uelimus, ſuperiora uerba quæ utriq; ſenſui ſunt communia, repetituri ſumus, ut quomodo illic dicitur, non præteribis ab omnibus quæ ego mando tibi hodie ire poſt deos alienos ſeruire illis. Prætereundo enim à uerbis quæ mandata ſũt etiam hoc fit ut eatur poſt deos alienos. Non enim hoc ſolum mandatum eſt, aut hoc ſolum præteriri deus non uult quod mandauit, ne poſt deos alienos eatur, ſed omnia quæ mandauit. Hoc tamen ita præcipue, ut poſt generalitatem præcepti quo admonuit non eſſe prætercundum ab omnibus uerbis mandatorum ſuorum, etiam hoc ſeorſum commendare uoluerit. Poteſt hoc quod ait, dextera aut ſiniſtra etiam ſic intelligi, ut nec eorum cauſſa quæ propter fœlicitatem appetuntur, nec eorum quæ propter infœlicitatem fugiuntur ire mandauerit poſt deos alios, id eſt, nec pro his quæ amantur, nec contra ea quæ odio habentur à dijs alijs auxilium eſſe poſcendum. Aut certe illo modo ueluti conſulantur quo proſint uel placentur ne noceant. Nam & de quibuſdam ſcriptum eſt in Pſalmo, Quorum os locutum eſt uanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis, ideo quia his rebus opinãtur fieri hominem beatum, quas & boni & mali poſſunt habere. Et ideo dextera eſt iniquitatis, quia iniqui ſunt qui eã dexteram putant. Non enim eſt recte uera dextera, ſed dextera eſt eorum quorum os locutum eſt uanitatem. Beatum dixerunt populũ cui hæc ſunt, cum potius ſicut mox adiungit & docet, beatus populus cuius dominus deus ipſius. Hæc eſt uera dextera æquitatis, non iniquitatis. Nõ eſt ergo eundum poſt deos alienos, neque in dextera, ut exiſtimet homo ex ipſis ſe fieri beatum, neq; in ſiniſtra, ut exiſtimando ipſis aduerſantibus ſe fieri miſerum ad hoc eos colat ut auertat. Aut certe ſi dextera intelligamus æterna, ſiniſtra uero temporalia bona, nec propter illa, nec propter iſta eos colendos ſancta ſcriptura hoc loco admonuiſſe credatur.

Pſalm. 143

Quomodo Deuteronomion innuatur dictum, quaſi ſecunda lex ſeu ſecũdum teſtamentum. Quæſtio, XLIX.

HAec uerba teſtamenti quod mandauit dominus Moyſi ſtatuere filijs Iſraël in terra Moab præter teſtamentum quod teſtatus eſt eis in Oreb, oſtendit unde appellatus ſit liber Deuteronomion, quaſi ſecunda lex ubi magis illius repetitio eſt quàm aliquid aliud. Pauca enim ſunt quæ ibi non ſunt in eo quod primum datum eſt nec tamen appellantur hæc duo teſtamenta, quàmuis ita hæc uerba ſonare uideantur. Vtrumq; enim unum eſt teſtamentũ quod in Eccleſia dicitur uetus: Nam ſi propter hæc uerba duo teſtamenta dicenda eſſent, iam non duo ſed plura eſſent excepto nouo. Et in multis enim locis ſcriptura dicit teſtamentum, ſicut illud quando factum eſt ad Abraham de circumciſione, uel illud ſuperius ad Noé. Deut. 29 Gene. 17 Gene. 6

Si dominus negetur dediſſe filijs Iſraël oculos uidere etc. quomodo dicantur ergo uidiſſe ſigna etc. Quæſt. L.

ET uos uidiſtis omnia quæcũq; fecit dominus deus ueſter in terra Aegypti coram uobis Pharaoni & omnibus ſeruis eius & omni terræ illius, temptationes magnas quas uiderunt oculi tui, ſigna & prodigia illa magna, & manum ualidam, & non dedit dominus deus uobis cor ſcire, & oculos uidere, & audire aures uſq; in diem iſtam. Quõ ergo ait ſuperius, Vos uidiſtis temptationes magnas quas uiderunt oculi tui, ſi non dedit dominus eis oculos uidere, & aures audire? Niſi quia uiderunt corpore, & corde non uiderunt, quia oculi dicuntur et cordis, propterea inde cœpit, Et nõ dedit dominus deus uobis cor ſcire. Ad hoc pertinent duo quæ ſequuntur & oculos uidere, & aures audire, id eſt, intelligere et obtemperare. Quod uero dicit, Et non dedit dominus deus uobis, nullo modo increpans & arguens hoc diceret, niſi ad eorum quoq; culpam pertinere intelligi uellet, ne quiſq; ſe ex hoc excuſabilem putet. Simul enim oſtendit et ſine adiutorio domini dei eos intelligere & obedire non poſſe oculis cordis, & auribus cordis. Et tamen ſi adiutorium dei deſit, non ideo eſſe excuſabile hominis uitium, quoniam iudicia dei q̃uis occulta, tamen iuſta ſunt. Deut. 29

An uinum, & quantum ſecum tulerant Iſraëlitę. Quæſtio. LI.

ET adduxit uos quadraginta annis in deſerto, non inueterauerunt ueſtimenta ueſtra, & calciamenta ueſtra non ſunt attrita à pedibus ueſtris, panem nõ manducaſtis uinum & ſiceram non bibiſtis, ut ſciretis, quia iſte dominus deus ueſter. Hinc apparet tantum uini in ſuis impedimentis potuiſſe portare Iſraëlitas, quando exierunt de Aegypto, quod poſſent cito conſumere. Nam ſi omnino nihil ſecum tuliſſent unde eſſet illud quo dictum eſt, Sedit populus manducare & bibere, & ſurrexerunt ludere? Non enim hoc de aqua diceretur, cum & ipſius Moyſi manifeſtiſſima uerba ſint non fuiſſe illam uocem principium belli, ſed principium uini, Deut. 29 Exo. 32

Quomodo intelligẽda sint verba illa, Nũ quid est aliquis inter vos vir aut mulier etc. Quæstio. LII.

Deut. 29. NVnquid est aliquis inter uos uir aut mulier uel familus uel tribus cuius mens declinauit à domino de uestro ire seruire dijs gentium illarum? Nequam est in eo radix rursum germinans in felle & amaritudine. Et erit cum audierit uerba maledictionis huius, & opinabitur in corde suo dicens, Sancta mihi fiant, quoniam in errore cordis mei incedo, ut non simul perdat peccatorem, & eum qui sine peccato est, nollet deus propitiari ei sed tunc incendetur ira domini dei, & zelus eius in homine illo, & adhærebunt in eo omnia maledicta testamẽti huius, quæ scripta sunt in libro legis huius. Ita dictum est, nunquid est in uobis, ut tanq̃ requirentem intelligamus, ne forte sit. Si quis autem esset, eum terruit uehemẽter, ne forte quisq̃ diceret in corde suo audiens illa maledicte, sancta mihi sunt, maledicta sancta mihi sunt, id est, maledicta sancta mihi sunt, quoniam in errore cordis mei incedo, id est, absit, ut mihi iste ueniant, non mihi sint hæc mala, sed sancta, id est, propitia & innoxia, quoniam in errore cordis mei incedo, eundo scilicet post deos gentium, & eis tanq̃ impune seruiendo. Non inquit erit sic: Non perdat simul peccatorem & eum qui sine peccato est. Tanq̃ diceret, Cauete ne cui uestrum talia persuadeat, qui talia cogitat. Nollet deus propitiari ei, siue talia cogitanti, siue illi cui talia fuerint persuasa, sicut ipse opinatus est dicendo, sancta mihi sint, & quasi hoc modo auertendo à se uim illius maledicti Sed tunc accendetur ira domini & zelus eius in homine illo, quando putauit eam se auertere istam corde suo dicendo, Et adhærebunt in eo omnia maledicta testamenti huius, quæ scripta sunt in libro legis huius. Non possunt quidem omnia euenire uni homini. Non enim etiam totiens mori potest, quot genera mortis hic dicta sunt sed omnia dixit pro quibuslibet, ut non sit immunis ab omnibus cui euenerint aliqua eorum quibus pereat.

Quod autem ait, ut non simul perdat peccatorem & eũ qui sine peccato est, quod græcus habet ἀναμαρτήτον non sic accipiendum est, tanq̃ ab omni prorsus peccato mundum & immunem, hoc dixerit ἀναμαρτήτον id est sine peccato, sed eum qui sine peccato esset, de quo

Iohan. 15 loquebatur dominus in Euangelio, Si non uenissem et eis locutus non fuissem, peccatũ non haberent, non utiq; omne, sed hoc peccatum quo non crediderunt in eum. Dicit

Contra iulianum.li. 3 Cap. 189 etiam deus ad Abimelech de Sara uxore Abrahæ, Scio quia mundo corde fœcisti hoc, nõ utiq; mundum illius cor ita uoluit intelligi, ut similis eis esset de quibus dictũ est,

Matth. 5 Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt, sed ab illo peccato de quo agebatur, mundum cor habebat, quoniam q̃tum ad ipsum pertinebat non concupiuerat coniugem alienam.

Quomodo gratia euidenter promittatur. Quæstio. LIII.

ET circumpurgabit dominus cor tuum, & cor se- Deut. 30
minis tui diligere dominum deũ tuum ex toto corde tuo ex tota anima tua, ut uiuas tu. Euidens pollicitatio gratiæ: Promittit enim deus se esse facturum, quod solet iubere ut fiat.

Quomodo facilitas legis suadeatur. Quæstio. LIIII.

QVia mandatum hoc quod ego mando tibi ho- Deut. 30
die, non est supra modum, nec longe abs te est, non in cœlo est, dicens, id est ut dicas, quis ascendet nobis in cœlũ & accipiet nobis illud, & audiẽtes illud faciemus? Neq; trãs mare est, dicens, id est, ut dicas quis transfretabit nobis trans mare, & accipiet nobis illud, et audientes illud faciemus? Prope est uerbũ hoc ualde in ore tuo & in corde tuo, & in manibus tuis facere illud. Hoc esse uerbum fidei dicit Apostolus, quod ad Roma. 10
nouum pertinet testamentum. Sed quæri potest, cur ea superius mandata dixerit quæ scripta sunt in libro legis huius, nisi quia his omnibus spiritalia significantur ad nouum testamentum pertinentia, si bene intelligantur? Item quæri potest, cur hic quod hic positum est, neq; trãs mare est, ut dicas quis transfretabit nobis trans mare & accipiet nobis illud, Apostolus dixerit. Quis descendet in abyssum, atq; id exponens adiunxerit, hoc est Christum à mortuis reducere, uisi quia appellauit totam in hoc sæculo uitam, quæ morte transitur, ut quodammodo mare finiatur, & trans mare mors ipsa appelletur, uelut transistam uitam, quæ maris uocabulo significatur. Deinde qđ hic additum est, & in manibus tuis, non ait Apostolus, nisi in ore tuo, & in corde tuo. Et hoc usq; ad finem executus est dicens: Corde enim creditur ad iusticiam, ore autem confessio fit ad salutem. Merito quod ex Hebræo translatum est quantum à nobis inspici potuit, non habet in manibus tuis. Nec frustra tamen hoc à septuaginta interpretibus additum existimo, nisi quia intelligi uoluerunt etiam ipsas manus quibus significantur opera in Galat. 5
corde accipi debere, ubi est fides, quæ per dilectionem operatur. Nam si forinsecus ea quæ deus iubet manibus fiant, & in corde non fiant, nemo est tam insulsus qui præcepta arbitretur impleri. Porro si charitas, quæ est plenitudo legi[illegible]habitet in corde, etiam si manibus corporis quisq̃ n[illegible]ossit operari, pax illi est utiq; cum hominibus bonæ uoluntatis.

Qui sint filij vituperabiles seu maculati, & quomodo græce dicantur. Quæstio. LV.

PEccauerunt non ei filij uituperabiles: Quod in græco est τερεμόννεια quidem interpretati sunt, Deuter. 32
hoc, id est filij uituperabiles, quidam filij cõmaculati, quidam filij uitiosi. Vnde non magna quæstio, imo nulla est. Sed illud merito ad quærendum mouet, si generaliter

dictum

dictum est, peccauerunt non ei, quoniam qui peccat non peccat ei, id est, non deo nocet, sed sibi, quomodo intelligendum sit, quod in Psalmo legitur: Tibi soli peccaui, Et in Hieremia: Tibi peccauimus patientia Israël domine. Et iterũ in Psalmo, Sana animam meam, quia peccaui tibi. Et utrum hoc sit peccare deo, quod peccare in deũ Vnde ait Heli sacerdos, Si in deũ peccauerit homo, quis orabit pro eo? Dicam ergo interim, quid mihi in præsentia uideatur, Intelligent fortasse aliqui melius qui melius hæc sapiunt, aut etiam nos alio tempore q̃tũ adiuerit dominus. Peccare in deum, est in his peccare quæ ad dei cultũ pertinent. Nam hoc quod cõmemoraui nihil aliud indicant. Sic enim peccabant filij Heli, quibus hoc pater eorũ dixit, sic existimandũ peccari etiam in homines q̃ pertinent ad deũ. Nam hoc deus legitur dixisse ad Abimelech de Sara, Propterea, peperci tibi ne peccares ī me. Peccare autem in domino, uel potius peccare in dominũ, nisi forte alicubi scriptum occurat quod huic sensui resistat, hi mihi uidentur non īmerito dici, qui piam pœnitentiã peccati sui non agunt ut glorificetur ignoscens dominus. Causſam quippe reddens Dauid, cur dixerit, Tibi soli peccaui, & malũ coram te fœci, subiecit & ait, Vt iustificeris in sermonibus tuis & uincas cum iudicaris. Siue cum dicit deus, Iudicate inter me et uineã meã, siue de domino Iesu Christo intelligatur, qui solus uerissime dicere potuit, Venit enim princeps mundi, & in me non habet quicq̃ id est, quicq̃ peccati, quod morte sit dignũ, sed ut cognoscat mundus, quia diligo patrem, & sicut mandatũ dedit mihi pater, sic facio, surgite eamus hinc, Tanq̃ diceret, Etiamsi leuissima peccata mortis supplicio persequatur princeps mundi, & in me non habebit quicq̃, sed surgite eamus hinc, id est, ut patiar, quia in eo q̃ patior, uoluntatem impleo patris mei, non pœnam soluo peccati mei. Et quod Hieremias ait, Tibi peccauimus patientia Israël domine utiq; suppliciter dicitur in pœnitentia cũ spe salutis & ueniæ. Et quod dictũ est, Sana animã meam, quia peccaui tibi, hoc idem agitur, ut deus ignoscendo glorificetur, quia magna est eius misericordia super confitentes sibi & redeuntes ad se, qui dicit se nolle mortem peccatoris sed tantũ ut reuertatur & uiuat. Hinc & ipse Dauid, non solum in Psalmo, uerumetiam cum eum deus argueret per Prophetam, non sine spe propitiationis domini respondit, Peccaui domino. Medico enim uulneratus uidetur quodãmodo, qui ut sanetur se subiicit manibus medici, ut in eo medicinæ opus impleatur. In hoc autem cantico præuidebat Propheta futuros quosdam qui sic fuerãt peccaturi deum offendendo magnis iniquitatibus suis, ut nec pœnitentiam agere uellent, & ad deum redire ut sanarentur. De quibus etiam alibi dicitur: Quoniam caro sunt, & spiritus ambulans & non reuertens. Potest etiã sic intelligi, peccauerunt, non ei secundum id quod non ei nocuerunt peccato suo, sed sibi.

Psalm 50:
Psalm. 40
1. Reg. 2
Quid sit peccare in deum.
Gene. 20
Quid sit peccari in domino.
Psalm. 50
Esaie. 5
Iohan. 14
Ezech. 33
2. Reg. 12
Psalmo. 77

Quid significationis habeat benedictio Moysi qua benedixit Israël. Quæstio. LVI.

ET hæc benedictio qua benedixit Moyses homo dei filios Israël, priusq̃ defungeretur. Et dixit, Dominus ex Sina uenit, & alluxit ex Seir nobis, festinauit ex monte Pharan cum multis milibus Cades. Ad dexteram eius angeli cum eo, & pepercit populo suo, Et omnes sanctificati sub manus tuas, & hi sub te sunt. Et accœpit de uerbis ipsius legem quam mãdauit nobis Moyses, hæreditatem congregationis Iacob, & erit in dilecto princeps, congregatis, principibus populorum simul cum tribubus Israël. Non negligenter prætereũda est ista Prophetia, Apparet quippe ista benedictio ad nouum populum pertinere quem dominus Christus sanctificauit, ex cuius persona ista dicuntur à Moyse, non ex persona ipsius Moysi, quod in consequentibus euidenter apparet. Nam si propterea dictum est. Dominus ex Sina uenit, quia in mõte Sina lex data est, quid sibi uult quod sequitur, & alluxit ex Seir nobis, cum Seir mons Idumææ sit ubi regnauit Esau? Deinde cum Moyses filios Israël benedicat his uerbis, sicut scriptura prædixit, quomodo idem dicit, & accæpit de uerbis ipsius legem quam mandauit nobis Moyses? Nimirum ergo Prophetia est ut diximus populum nouum Christi gratia sanctificatũ præmuncians, ideo sub nomine filiorum Israël, quia semen est Abraham, hoc est filij sunt promissionis, & interpretatio eius est, uidens deum, Dominus ergo qui ex Sina uenit Christus intelligendus est, quoniam Sina interpretatur, temptatio, Venit ergo ex temptatione passionis crucis mortis. Et alluxit ex Seir. Seir interpretatur pilosus, quod significat peccatorem, Sic enim natus est Esau odio habitus, sed quoniã qui sedebant in tenebris & in umbra mortis, lux orta est eis, ideo alluxit ex Seir. Simul etiam non absurde intelligitur esse prædictum ex gentibus quæ significantur per nomen Seir, quia mons est pertinens ad Esau uenturam gratiam Christi populo Israël. Vnde dicit Apostolus, Ita & hi nunc non crediderunt in uestra misericordia, ut & ipsi misericordiam consequãtur. Ipsi ergo dicunt, alluxit ex Seir nobis, & festinauit ex monte Pharan, id est ex monte fructifero: Id enim interpretatur Pharan, quo significatur Ecclesia cum multis milibus Cades. Et mutata interpretatur Cades, et sanctitudo. Mutata sunt ergo multa milia & sanctificata per gratiam cum quibus uenit Christus ad Israëlitas postea colligendos. Sequitur & dicit: Ad dexteram eius angeli cum eo, Hoc non indiget expositione. Et pepercit inquit populo suo, donans remissionem peccatorum. Inde ad ipsum conuertit sermonem atque ait: Et omnes sanctificati sub manus tuas, & hi sub te sunt: Non utiq; superbientes & suam iusticiam uolentes constituere, sed agnoscentes gratiam ut iusticiæ dei subijciantur.

Deut. 33
Gene. 25
Esaie. 9
Roma. 11

Et

Et accœpit inquit de uerbis ipſius legẽ, populus utiq; de
Iohel.2. quo ait. Et pepercit populo ſuo. Accœpit ergo de uerbis
ipſius legem, quam mandauit inquit nobis Moyſes, hoc
eſt populus eius de uerbis eius accœpit legem, quia de do
ctrina eius intellexit legem eamipſam quam mandauit
nobis Moyſes. Ipſe quippe ait in Euangelio: Si credere-
Iohan.5. tis Moyſi, crederetis & mihi, de me enim ille ſcripſit.
Non enim accœpit populus ille legem quam non intelle-
xit, ſed tunc accœpit quando intellexit de uerbis eius, ca-
rens uelamine ueteri conuerſus ad dominum. Hanc dicit
hæreditatem congregationis Iacob, quæ intelligenda eſt
non terrena, ſed cœleſtis, non temporalis, ſed æterna. Et
erit inquit in dilecto princeps, ipſe utiq; in dilecto popu-
lo erit princeps dominus Ieſus congregatis principibus
populorum, id eſt, gentium ſimul cum tribubus Iſraël, ut
impleatur quod ſupra dictum eſt: Letamini gentes ſi-
Roma.15. mul cum populo eius, quia cæcitas ex parte Iſraël facta
eſt, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſra-
ël ſaluus fieret.

Quomodo de Ioſeph benedicens dicat: Primogenitus, tauri pulchritudo eius etc. Quæſtio. LVII.

Deut. 33. CVm Ioſeph benediceret ait inter cætera: Primo-
genitus tauri pulchritudo eius. Quod non ita le-
gendum eſt, tanq; diceret, primogenitus tauri, ſed cũ ſit
primogenitus, pulchritudo eius puchritudo tauri eſt,
propter crucis cornua de domino intelligitur figuratũ.

EIVSDEM DIVI AVRELIJ Hipponẽſis Epiſcopi, liber ſextus quæſtionum ſuper Ioſue incipit.

Quomodo Moyſes in gratia probetur defunctus dicendo, Sicut eram cum Moyſe etc. Quæſtio. I.

Ioſue.1. DOMINVS DICIT ADIE-
ſum naue: Et ſicut eram cum Moy-
ſe, ita ero & tecum. Non ſolum autẽ
hoc teſtimonio, ſed etiam in Deute-
ronomio multis documentis appro-
batur Moyſes ita defunctus, ut dei fa-
mulus & deo placens, q̃uis in eo illa uindicta completa
ſit, ne terram promiſſionis intraret. Ex quo datur intelli-
gi dominum etiam bonis ſeruis ſuis in aliquo ſuccenſentẽ
& temporaliter uindicare, & tamen in eorum habere
numero qui ſunt in domo eius uaſa in honore utilia do-
2.Timo.2. mino, quibus daturus eſt promiſſa ſanctorum,

Quomodo: Si dominus erat cum ipſo Ioſue, ſeu Ieſu naue, ipſe aliter diſpoſuit q̃ euenit. Quæſt. II.

Ioſue.1. QVæſtio eſt, quomodo poſteaq̃ locutus eſt domi
nus ad Ieſum naue exhortans & confirmans
eum ſeq; promittens cum illo futurum, mandauerit idem
Ieſus populo per ſcribas ut præpararẽt cibaria quod poſt
tres dies Iordanem fuerant tranſituri, cum inueniantur
poſt multo plures dies tranſiſſe Iordanẽ. Cum enim hæc
populo mandaſſet, miſit exploratores in Hiericho, quo-
niam Iordane traiecto ipſa proxima ciuitas occurebat.
Illi autem diuerterunt ad Raab mulierem fornicariam,
& ab illa occultati atq; à rege quæſiti & minime inuen-
ti eadem dimittente illos per feneſtram, & monente ut
triduo laterent in montanis, quattuor dies uidentur eſſe
conſumpti, inde poſteaq̃ nunciauerunt quæ circa illos ge
ſta fuerint, promouit Ieſus cum populo uniuerſo de loco
ubi erat diluculo: Qui cum ueniſſent ad Iordanem diuer
tit & manſit, tunc rurſus populus admonetur ut poſt
triduum ſe præpararet tranſire Iordanem arca domini
precedẽte. Hinc ergo intelligitur humanã fuiſſe diſpoſi-
tionem quam fœcit populo nunciari ut cibaria præparẽt
tanq̃ poſt tres dies memoratum fluuium trãſituri. Potuit
enim hoc ſicut homo ſperare fieri poſſe, ſi exploratores
celeriter reuertiſſent. Quibus tardãtibus intelligitur, quã
uis ſcriptura tacuerit, ex diuina diſpoſitiõe cætera ipleta
ut iam inciperet apud populum glorificari Ieſus & oſtẽ
di, quòd cum illo dominus eſſet, ſicut fuerat cum Moyſe.
Nam & hoc illi dicitur fluuium tranſituro, ſicut ſcrip-
tum eſt. Et dixit dominus ad Ieſum. In die iſto incipiam
exaltare te coram omnibus filijs Iſrael, ut ſciant quoni-
am ſicut erã cum Moyſe, ſic ero, & tecũ. Nec incredi-
bile debet uideri etiã illos cũ quibus deus loquebatur ali-
quid ex hũana diſpoſitione agere uoluiſſe, inqua ſibi deũ
tamen fiderent eſſe rectorem, eorumq; ex illius à quo re-
gebãtur prouidentia conſilia fuiſſe mutata. Nã & Moy-
ſes ipſe utiq; tanquã homo putauerat eſſe faciendũ ut cau
ſas populi ſic audiret, quemadmodum & ſibi, & illis o-
nus intolerabile ſubeundo prodeſſe non poſſet, eiuſq; di-
ſpoſitio diuinitus, & hoc ipſũ ſocero eius ſuggerente &
monente, àtq; hanc admonitonem deo approbante mu-
tata eſt.

Quare de longe iubeantur arcam præcedere, & quomodo colũna nubis nõ amplius præceſſit. Quæſtio. III.

SCribæ populo dicunt. Cum uideritis Arcam teſtimo
nij domini dei ueſtri, & ſacerdotes ueſtros & leui- Ioſue.3.
tas tollentes eã proficiſcimini de locis ueſtris, & ite poſt
eã ſed longum interuallũ ſit inter uos & illam, quantum
duo milia cubitorum ſtabitis ne propinquetis ei ut ſciatis
uiam quam ibitis in eam. Non enim abiſtis uiã ab heſter
na & nudiuſtertina die, De longe iuſſum eſt arcam pre-
cedere ut poſſet a populo uideri. Tam grãde quippe ag-
men ſi poſt eam proximũ pergere, non eam uideret peri-
re, nec noſſet qua ſequeretur. Ex hoc autem facto
intelligendum eſt quòd columna illa nubis que ſole
bat mouendis caſtris ſignum dare & iter oſtendere,
iam receſſerat, nec eis apparebat, hinc factum ut etiam
triduum illud ex humana diſpoſitione prædiceretur.

Nunc

Nunc ergo duce Iēsu arcam domini sequuntur nube subtracta, tanq̃ uelamine ablato. Iordanis autem plenus erat per totam crepidinem suam, sicut in diebus messis tritici. Hoc incredibile uidetur regionibus nostris. Ibi autem sicut perhibent qui nouerunt, initio ueris est messis tritici. Tuncautē ille fluuius repletnr amplius q̃ per hyemem.

Quomodo lapides dicantur memoriale in æternum cum filijs Israēl futuri. Quæstio IIII.

Iosue. 4 ET erunt uobis lapides isti memoriale filijs Israēl usq; in æternum. Quomodo in æternum, cum cœlum & terra transeant? t An quoniam æternum aliquid signi-
Matth. 24 ficant hi lapides, cum ipsi æterni esse non possint? Quãq̃ posit quod in græco ἐως τοῦ αἰῶνος dici latini, & usq; in sæculum, quod nō est consequens ut intelligatur æternum.

Quomodo arca dicatur testamenti & testimonij. Quæstio. V

Iosue. 4 ET dixit dominus ad Iēsum dicens: Mãda sacerdotibus portantibus aream testamenti testimonij. Solet dici arca testamenti, uel arca testimonij, nunc dicta est arca testamenti testimonij, ut non solum arca, sed etiam
Roma. 3 ipsum testamentum, appellaretur testamentum testimonij. Hinc enim dicit Apostolus: Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est, testimonium habens per legem & Prophetas. In cuiusdam enim rei alterius uenturæ testimoniū datū fuerat illud qđ dicitur testamentū uetus.

Quomodo filij Israēl iubentur circumcidi iterum. Quæstio. VI.

Iosue. 5 DIxit dominus ad Iēsum: Fac tibijpsi cultros de Petra acutos, uel sicut habet græcus, de Petra acuta, & sedens circumcide filios Israēl iterum. In hoc præcepto quæritur cur dixerit, iterum. Non enim unus homo bis circumcidendus erat, sed quia unus populus erat in quibusdam circumcisus, in quibusdam non circumcisus, ideo dictum est iterum, ut circumcisus iterum circumcideretur, non homo, sed populus: Nam & sequentia id ostendunt, Dicit enim scriptura, Et fœcit Iēsus cultros petrinos sibijpsi acutos, & circumcidit filios Israēl in loco qui uocatur collis præputiorum. Hoc autem modo circumpurgauit Iēsus filios Israēl, qui aliquando fuerant in uia, & qui aliquando incircumcisi erant eorum qui exierant ex Aegypto, omnes istos circūcidit Iēsus. Quadraginta enim & duobus annis conuersatus est Israēl in Deserto Mabdarich, & ideo incircumcisi erant illorum plurimi pugnatorum qui exierūt de terra Aegypti, qui inobedientes fuerant mandatis dei, in quibus & diffinierat dominus eis ne uiderent illi terrã quam iurauerat dominus patribus eorum dare illis terrã fluentem lac & mel. Pro his autem substituit filios eorū quos circumcidit Iēsus, eo q; fuissent in itinere incircumcisi. Manifestum est ergo non omnes fuisse, sed quosdã. Quidam enim de Aegypto exeuntium filij in illo populo incircumcisi erant, quos potuit circūcidere Iēsus illorū. s. filios qui genuerunt in deserto & cōtempserūt eos circūcidere, q; inobedientes erant legi dei. Nulla itaq; causa est cur hi qui putant rebaptizãdos eos qui habent Christiani baptismi sacramentum, hoc testimonio legis adiuuari se putent, quia nullus bis numero unus homo est circūcisus, sed populus quia iam fuerat in quibusdam circūcisus in quibusdã uero adhuc incircumcisus erat. Et si aliquo modo fieri posset ut bis deus circūcidi hominem iuberet, nunquid possunt dicere ideo fuisse præceptum, quia illi ab Aegyptijs fuerant circumcisi, aut ab aliquibus hæreticis ab Israēlitarum societate segregatis? Cum uero satis etiam appareat quare sit à deo dictum, nullum hic possunt homines erroris sui patrocinium reperire.

Vtrum Iosue se angelo prostrauerit. Quæstio. VII.

QVando Iēsus uidit uirum contra se stantem euaginato gladio, & eo respondēte dicit, q; esset princeps militiæ uirtutis domini, & prostratus in terram dixit, Quid præcipis tuo famulo? Quæri potest utrum angelo se prostrauerit, eumq; dixerit dominū, an potius intelligens à quo missus fuerat ipsum dominū dixerit, eiq; se prostrauerit. Erat autem sicut legitur Iēsus in Hiericho, non utiq; in ipsa ciuitate cuius muri nondū ceciderant, quod mox futurum erat ut in eam possent intrare, sed in Agro ad eam pertinentem: Nam interpretatio quæ est ex Hebræo sic habet. Iosue. 5

Quomodo viri pro peccato Achan, Seu Achar dicantur cecidisse. Qō. VIII.

IN eo quod factum est ut Achan de tribu Iuda furaretur de Anathemati ciuitatis Hiericho contra præceptum domini, & propter eius peccatum tria milia quæ missa fuerant in Hai dederunt terga hostibus, & occisi sunt ex eis triginta sex uiri, & populo grauiter territo Iēsus cum senioribus se prostrauit ad dominum, eiq; responsum est, ideo factum esse, q; peccauerit populus, Minatus est etiam deus non secum eis futurum, nisi abstulerint Anathema de seipsis, & q; ostensus est qui fœcerat, nec solus occisus est, sed cum omnibus suis. Quæri solet quomodo iuste pro alterius peccatis in alijs uindicetur, maxime quia in lege dominus dixit, nec patres pro filiorum, nec filios pro parentum peccatis esse puniendos, An aliud iudicantibus hominibus est præceptū, ne quemq̃ p altero puniãt, & dei iudicio nō sint eiusmodi qui alto & inuisibili consilio suo nouit quatenus extendat etiam tẽporalẽ hominū pœnã, salubrẽq; terrorẽ. Non enī aliquid durū q̃tū attinet ad uniuersi mũdi administrationẽ, cõtingit mortalibus cũ moriuntur quandoq; morituri, & tamen apud eos qui talia metuunt disciplina sancitur, ut nõ se solū quisq; curet in populo, sed inuicẽ sibi adhibeãt diligentiã, & tanq̃ unius corporis & unius hoīs alia p alijs sint membra sollicita. Nec tamen credendū est etiam pœnis quæ post mortem irrogantur alium pro alio posse damnari, sed in his tantum rebus hanc irrogari pœnam quæ finẽ fuerant habituræ, etiã si non eo modo finirẽtur. Iosue. 7 Deut. 24

Simul

Simul etiam ostenditur quanta connexa sit in populi societate ipsa uniuersitas, ut non in seipsis singuli, sed etiã tanq̃ partes in toto existimentur. Per unius igitur peccatum mortemq; paucorum admonitus est populus uniuersus tanq̃ in corpore uniuerso quærere quod amissum est. Simul etiam significatum est q̃tum mali fieret si uniuersa illa congregatio peccasset, quando ne unus quidem ita potuit iudicari, ut ab eo possent cæteri esse securi. At uero si Achan ab aliquo inuentus atq; comprehensus & illius criminis reus ad iudicium Iësu fuisset adductus, nequaq̃ putandum est hominem iudicem, uel pro illo, uel cũ illo quemq̃ alium qui societate facti eius minime teneretur, fuisse puniturum. Neq; enim ei mandatum legis licebat excedere, quod datum est hominibus ne iudicio suo quod in hominem homini iussum siue permissum est, alterum pro alterius peccato arbitretur esse plectendum. Longe autem secretiore iusticia iudicat deus, qui, potens est etiam post mortem (quod homo non potest) liberare uel perdere. Visibiles igitur afflictiones hominum siue mortes quoniam his quibus ingeruntur & obesse & prodesse possunt, nouit dominus in occulto prouidentiæ suæ quemadmodum iuste quibusq; dispenset, etiam cum aliorum peccata in alijs uidetur ulcisci. Pœnas uero inuisibiles quæ non nisi nocent & prodesse non possunt, ita nullus deo iudice pro alienis peccatis luit, sicut homine iudice luere nullus nisi pro sua culpa istas uisibiles debet. Hoc enim præcepit homini iudici deus, in his quæ ad humanũ iudicium pertinent iudicanda, quod in suo iudicio facit ipse quo potestas non aspirat humana.

Si dominus cremari iussit qui de Anathemate furtum fœcerat, quomodo lapidatus est. Quæstio. IX.

Iosue, 7

MErito quæritur cum dominus propter illum qui de Anathemate furtum fœcerat præceperit eum qui fuisset ostensus igni cremari, cur eum ostensum Iësus lapidari potius à populo fœcerit. An ita eum mori oportuit, quemadmodum Iësus qui propius dominum sequebatur uerba iubentis intelligere potuit? Sic enim alius quisq̃ non facile potuit. Vnde magis quærendum est, cur lapidationem ignem appellauerit dominus, quàm credendum Iësum aliud fœcisse quàm iusserat dominus. Nam neq; ad intelligendum uerba domini quisq̃ potuit esse sapientior, neq; ad faciendum quisq̃ obedientior. Proinde ignis nomine pœnam potuisse significari, scriptura testis

Deut. 4

est in Deuteronomio, ubi dicitur ad filios Israël, Et eduxi uos de fornace ferrea ex Aegypto, ubi utiq; duram tribulationem intelligi uoluit. Duæ autem mihi causse occurrunt, non ut ambæ sint, sed ut altera ex eis, cur nõ ille cum suis omnibus euidenti igne crematus sit. Si enim peccatum eius dominus tale esse iudicauit, quod supplicio illo expiatum non puniret in æternum propter ipsam expiationem et purgationem, congruenter illa pœna ignis nomen accepit. Neq; ad hunc intellectum quisq̃ tendere admonetur, si eum proprie uisibilis ignis exureret, sed in eo quisq; remaneret quod aperte uidebat impletum, nec aliquid ultra quæreret. Nunc uero cum propter dei uerba & factum Iësu à quo præuaricari illa uerba non possent, rectissime dicitur etiam lapidationem ignem fuisse eleganter agnoscere illa pœna hominem ne in posterum peccato illo interiret fuisse purgatum. Quod significant etiam uasa in Leuitico, que iubentur igne purgari. Si autem tale fuit illi peccatum propter quod eum etiã post istam uitam gehenna susciperet, ideo Iesus eum uoluit lapidari, ut quod à domino dictum est, igni cremabitur, illud admoneret intelligi quod dominus faceret, nõ quod ab ipsis esset faciendum. Si enim dixisset dominus, igni eum cremabitis & omnia eius, huic sensui locus nullus esset. Cum uero ita positũ est, ut magis uideatur deus quod ei futurum esset prædixisse quàm quod ei ab hominibus deberet fieri præcepisse, melius non potuit facere Iësus qui diuina uerba sicut tantus Propheta intellexit, qui etiam hocipsum Prophetice fœcit, quàm ut illum lapidibus potius quàm flammis interimeret, ne in illis ignibus uerba domini uiderentur impleta, quæ ob aliud dicta uolebat intelligi. Nec mouere debet, quòd non ipsum tantũ, sed etiam omnia quæ sunt eius, deus cremanda igni prædixerit. Sic enim ait, Igni cremabitur, & omnia quæcũq; sunt ei. Omnia enim quæcunq; sunt ei, opera eius pos- 1. Cor. 3
sunt intelligi quæ cum illo dixit comcremanda, non sicut Apostolus de quibusdam operibus igne consumptis, ipse autem saluus erit. Si huius peccatum ita intelligendum est, ut etiam æterno igne puniatur per filios eius & filias cum pecoribus & omnibus quæ habebat, populus quidem cum eum puniret simul lapidibus obruit, nõ tamen hoc iudicio humano, sed Prophetico spiritu fœcit Iësus, siue ita intelligens, omnia quæ sunt ei, ut nec filios cẽseret excæptos lapidationis, etiam pœnam pro igne ingerens, siue opera eius quæ post mortem deus in illo fuerat crematurus, non solum per cætera quæ illi erant, uerum etiam per filios eius significans: Nec ideo sane credendum est eos pro peccato, patris, à quo innocentes erant, etiam post mortẽ supplicio inferni ignis incensos. Mors quippe ista quæ omnes manet, quamq̃ de primo peccato ueniat tamen quia ita nati sumus ut necessario moriendum sit, accelerata quibusdam est utilis. Vnde legitur de Sapient. 4
quodam, Raptus est ne malicia mutaret intellectum eius, Quo ergo iudicio dei, uel misericordia fuerit irrogata siue filijs eius, siue illis triginta sex uiris cum omnes ab eius peccato alieni fuerint, latet apud eum apud quem non est iniquitas. Verum illud in promptu est quod & populum terribiliter oportebat quærere quod & admissum est, & tanto uehementius timuerunt cæteri factum eius imitari, quanto magis humana exhorret infirmitas, & in tam magnum tamq; iustum populi odium dari, & eis quæ ad spem propagandi generis se relicturum putabat peccato suo, secum consumptis suis posteris emori.

Quomodo deus insidias præcepit fieri. Quæstio. X.

Quod

Iosue.8 QVòd deus iubet loquens ad Iësum, ut constituat sibi retrorsus insidias, id est, insidiantes bellatores ad insidiandum hostibus, hinc admonemur non iniustè fieri ab his qui iustum bellum gerunt, ut nihil homo iustus præcipue cogitare debeat in his rebus, nisi ut iustum bellum suscipiat, cui bellare fas est: Non enim omnibus fas est: Cum autem iustum bellum susceperit, utrum aperta pugna, utrum insidijs uincat, nihil ad iusticiam interest. Iusta autem bella definiri solent quæ ulciscuntur iniurias, si qua gens, uel ciuitas quæ bello petenda est, uel uindicare neglexerit quòd à suis improbe factum est, uel reddere quòd per iniurias ablatum est. Sed etiam hoc genus belli sine dubitatione iustum est quòd deus imperat, apud quem non est iniquitas, & nouit quid
Roma.9 cuiq; fieri debeat. In quo bello ductor exercitus uel ipse populus, non ipse tam auctor belli, quam minister iudicandus est.

Vtrum (quia Iosue fallere uoluit & iussit) omnis uoluntas fallendi mendacium dicetur. Quæstio. XI.

Iosue.8 IEsus mittens ad Hai debellandum triginta milia bellatorum, ait illis: Vos insidiabimini post ciuitatem, & non longe eritis à ciuitate, & eritis omnes parati, & ego & omnis populus qui mecum est accedemus ad ciuitatem, & erit cũ exierint qui commorantur in Hai in obuiam nobis sicut antea, & fugiemus à facie illorum: Et cum exierint post nos abducemus illos à ciuitate, & dicent, fugient isti à facie nostra, sicut antea: Vos autem exurgetis de insidijs, & ibitis in ciuitatem. Secundum uerbum istud facietis: Ecce præcipio uobis. Quærendum est, utrum omnis uoluntas fallendi pro mendacio deputanda sit, & si ita est, utrum possit iustum esse mendacium quo ille fallitur qui dignus est falli. Et si ne hoc quidem mendacium iustum reperitur, restat ut secundum aliquam significationem hoc quòd de insidijs factum est, ad ueritatem referatur.

An Gabaonitæ saccos super humeros suos, an super asinos suos accipiebant. Quæstio. XII.

Iosue.9 QVòd Gabaonitæ uenerunt ad Iësum cum uetustis panibus & saccis, ut putarentur sicut finxerant de terra uenisse longinqua quo eis parceretur: Constitutum enim erat à domino, ne alicui terras illas inhabitanti parcerent qui ingrediebantur: Nonnulli codices & græci & latini habent, & accipientes saccos ueteres super humeros suos, alij uero qui ueraciores uidentur, non habent super humeros, sed super asinos suos. Similitudo enim uerbi in græca lingua mendositatem facilem fecit, & ideo latina quoq; exemplaria uariata sunt, ωμοι quippe & ονοι non multum ab inuicem dissonant, quorum prius humerorum nomen est, posterius asinorum. Ideo est autem de asinis credibilius, quoniam se à sua gente longinqua missos esse dixerunt. Vnde apparet eos fuisse legatos, & ideo magis in asinis quam in humeris necessaria portare potuisse, cum nec multi esse poterant, & non solum saccos, sed etiam utres eos portasse scriptura commemorat.

Quomodo eisdem seruatum dicitur iuramentum. Quæstio. XIII.

QVæri potest quomodo iurationem seruandam Iosue.9 esse crediderint Hebræi Gabaonitis quibus ita iurauerant tanquam de longinqua terra uenientibus, sicut illi mentiti fuerant. Sciebant enim se debellandos si cognitum esset hebræis in ea terra eos habitare, quam promissum fuerant ab habitantibus recepturi. Mentientibus ergo quòd de longinqua terra ad eos uenissent iurauerunt eis Israëlitæ. Postea uero quam cognouerint ibi eos habitare, ubi omnes quos inuenerant secundum dei præceptum debellare oportebat, nolebant tamen frangere iurationem. Et licet eos mentitos esse didicissent, parcere maluerunt iurationis causa, cum possent utiq; dicere se tantum illis iurasse, quos eos esse crediderant, id est, de longinquo uenientes. Cum uero aliud cognouerunt, præceptum circa eos domini implendum erat, ut sicuti cæteri expugnarentur. Deus autem hoc approbauit, nec parcentibus succensuit, quamuis eum non interrogassent qui nam illi essent, & ideo eos illi fallere ualuissent: Vnde non importune utiq; credendi sunt, & si fallere homines pro sua salute uoluerunt, non tamen fallaciter deum timuisse in populo eius, propterea nec succensuit dominus iurantibus aut parcentibus ut postea Gabaonitas ipsos tanquam populi sui homines de domo Saul uindicauerit, sicut regnorum ostendit historia. Et quoniã iuratio sic seruata est quamuis in hominibus qui mentiti sunt, ut ad clementiam sententia flecteretur, non displicuit deo. Nã si econtrario iurassent aliquos se interfecturos, quos Gabaonitas in terra promissionis esse putauissent, & postea didicissent eos esse ab illa terra extraneos, & de longinquo ad se uenisse, nullo modo arbitrandũ est quòd eos essent debellaturi causa iurationis implendæ, cum propter ipsam parcendi clæmentiã Dauid etiam post uerba quibus se Nabal interfecturum esse iurauerat utiq; sciens quem fuerat interfecturus, parcere maluit, nec in re duriore implere iuramentum, magis deo placere existimans si quòd ira perturbatus ad nocendum iurauerat non feciſſet quam si perfeciſſet.

Quomodo dominus inconsultus consulit. Quæstio. XIIII.

CVm obsessi Gabaonitæ à regibus Amorræorũ mi- Iosue.10
sissent ad Iësum ut sibi subueniret, ita scriptura sequitur & dicit: Et ascendit Iësus à Galgala ipse & omnis populus bellatorum cum illo omnis potens in fortitudine. Et dixit dominus ad Iësum: Noli timere illos, quia in manus tuas tradidi eos, non subsistet ex illis quisquam coram uobis. Vbi neque consultus est dominus, utrum

eundum ad eos esset, sed ultro suis recte subuenire uolentibus futuram uictoriam prænunciauit. Sic ergo posset quamuis non consultus de ipsis Gabaonitis admonere qui essent, cum se longinquos esse mentirentur, nisi ei placuisset illa iuratio, quæ subiectis parcere cogeret: Crediderant enim deo quē audierant suo populo promisisse quòd illas gentes subuerteret, eorumque terram obtineret, & hanc eorum fidem non eos prodendo remunerauit quodam modo.

Quomodo ijdem dicantur reges Iebuseorum & Amorreorum, & reliqua quę ibidem habentur. Quæstio. XV.

Iosue, 10

QVæritur quemadmodum rex ciuitatis Hierusalem Adonizedech & cæteri quattuor cum quibus obsedit Gabaonitas secundum septuaginta interpretes, primo reges Hiebusæorum cum ad eos obsidentes conuenerunt, postea uero reges Amorræorum dicantur ab ipsis Gabaonitis quando nuncios miserunt ad Iēsum, ut eos de obsidione liberaret. Sicut autem inspicere potuimus in ea interpretatione quæ ex Hebræo est utrobique Amorræorum dicuntur, cum constet Hiebuseorum fuisse regem ciuitatis Hierusalem, quia ipsa est dicta Hiebus tanquam illius gentis metropolis, & septem gentes sæpissime scriptura commemorat, quas promisit deus exterminaturum se esse á facie populi sui, ex quibus una perhibetur Amorræorum. Nisi forte hoc nomē uniuersale fuerat omnium, aut potius maioris partis, ut non una, sed plures in his septem hoc nomine tenerentur, quā uis esset etiam una de septem, quæ Amorræorum proprie uocaretur: Sicut est pars quædā quæ proprie dicitur Libya, quamuis hoc nomen uniuersæ Africæ competat, & pars quædā quæ proprie dicitur Asia, quamuis Asiam uel dimidium terrarum orbem quidam, uel alij tertiā partem orbis posuerunt. Nam constat quòd & Chananæi tanq̄ una gens in illis septem cōmemorantur, & tamen uniuersa illa terra originaliter terra Chanaan uocatur.

Quomodo doceatur præceptum domini etiam si crudele uideatur, sine crudelitate perfici. Quæstio. XVI.

Iosue, 10

NOn dimisit in ea Iēsus quicquam spirans, sicut præcepit dominus Moysi puero suo, & Moyses similiter præcepit Iēsu, & sic fecit Iēsus, non est transgressus quicquam ab omnibus quibus constituit dominus Moysi. Propter hoc nullo modo putanda est ista crudelitas, quo nullum uiuum in ciuitatibus sibi traditis dimittebat Iēsus, quia deus hoc iusserat. Qui autem existimant hic deum ipsum fuisse crudelem, & propter hoc ueteris testamenti uerum deum fuisse auctorem nolunt credere, tam peruersa de operibus dei quam de peccatis hominum iudicant, nescientes quid quisq; dignus sit, & magnum putantes malum cum casura deijciuntur, mortalesq; moriuntur.

Quomodo uerum sit q̄ dicitur: Et non erat ciuitas quę non erat tradita filijs Israēl. Quæstio. XVII.

ET non erat ciuitas quæ non erat tradita filijs Israēl: Quæritur quomodo hoc uerum sit, cum nec temporibus posteà Iudicum, nec temporibus Regum omnes omnino illarum septem gentium ciuitates capere potuerint Hebræi. Sed aut sic intelligendum est, quòd ad nullam ciuitatem bellando accessisset Iēsus quam non cœperit, aut certe nulla non capta est, scilicet earum quæ in regionibus supra commemoratis fuerunt. Enumeratæ sunt enim regiones in quibus fuerunt ciuitates, de quibus facta est ista conclusio: Et omnes cœpit in bello. Iosue, 11

Quomodo confortatum dicitur cor inimicorum ut obuiam irent ad bellum ad Israēl. Quæstio. XVIII.

QVia per dominum factum est confortari cor eorū ut obuiam irent ad bellum ad Israēl, ut exterminarentur ita ut non daretur eis misericordia, sed ut exterminarentur, sicut dixit dominus ad Moysen. Ita dictum est hoc per dominum factum confortari cor eorum, hoc est obdurari cor eorum sicut de Pharaone, quòd diuino altoq; iudicio iuste fieri minime dubitandum est, cum deserit deus & posidet inimicus, quòd sic accipiendum est quemadmodum & ibi. Sed hic aliud mouet, quomodo dictum sit ad hoc eis confortatum cor, ut exurgerent in bellum aduersus Israēl, & ob hoc eis non præberent misericordiam, quasi præbenda esset si nō bellarent, cum deus præceperit nulli eorum esse parcendum, & ob hoc Gabaonitis pepercerint quia se de longinqua terra uenisse fingentes eorum iurationem tenuerant. Sed quoniam quibusdam ultro præbuerunt Israēlitæ misericordiam, quamuis contra dei mandatum, ad hoc dictum esse intelligendum est istos ita debellasse ut non eis parceretur, nec ab eisipsis Israēlitæ neglecto dei mandato ad misericordiam flecterentur. Quòd quidem duce Iēsu, qui omnia diligenter diuina præcepta seruabat, nō est credendū fieri potuisse, ueruntamen nec ipse istos tam cito deleuisset, nisi conspiratissime contrairent, atq; ita fieri posset ut eis ab illo minime debellatis qui dei præcepta implere curabant, remansissent ad illud tempus quando eis possent parcere post Mortem Iēsu, qui nō tanta cura dei mandata faciebant. Nam & adhuc eodem uiuente quibusdam illi pepercerunt tantū modo eos ditioni suæ subiugantes, quosdam uero nec uincere potuerunt. Verum hæc non illo duce facta sunt, sed cum iam senex uacaret à bello tantūmodo eis terras diuidens, ut ipsi iam illo non bellante, diuisas sibi terras partim iam hoste uacuas tenerent, partim pugnando caperent. Et quòd uincere aliquos minime potuerunt, prouidentiæ diuinæ fuisse opportune scripturarum certis apparebit locis.

Quomodo

Quomodo quæ alia litera habet, de ascensu Pharaonis ab Aegypto tunc temporis narrentur. Quæstio. XIX.

Iosue.16 ET *non perdidit Effraim Chananæum qui habitabat in Gazer, & habitabat Chananæus in Effraim usque in diem istum donec ascendit Pharao ex Aegypto & cœpit ciuitatem & incendit eam igni & Chananæos & Pherezæos & qui habitabant in Gazer transpunxit, & dedit eam Pharao in dotem filiæ suæ. Quòd de Pharaone rege dictum est, miror si prophetice dictum intelligere debemus, cum hæc historia illis temporibus conscripta credatur, quibus erant gesta illa recentia. Quid autem magnum eligi potuit quòd prophetice diceretur, cum præterita narrentur taceanturq; futura maiora, & maxime necessaria? Proinde potius existimandum est septuaginta interpretes, qui auctoritate Prophetica ex ipsa mirabili consensione interpretati esse perhibentur hæc addidisse, non tanquam futura prænunciantes, sed quia illo tempore ipsi erant quo hæc facta esse meminerant & in libris regnorum legerant. Etenim regum temporibus factum est. Quòd ideo credibilius nobis uisum est, quoniam inspeximus interpretationem quæ est ex Hebræo, & hoc ibi non inuenimus, sicut nec illud quód dictum est de Hiericho quòd Oza qui iam superasset in-*

Iosue.6 *currerit maledictum quòd dixerat Iesus. Sic enim scriptum est: Et adiurauit Iesus in illa die: Maledictus homo qui resuscitabit & ædificabit ciuitatem illam, in primogenito suo fundabit eam & in nouissimo suo imponet portas eius, hucusq; inuenitur in interpretatione quæ ex Hebræo. Illud autem quòd sequitur: Et ita fecit Oza qui ex Bethel & Abiron primogenito fundauit eam, & in se saluato nouissimo imposuit portas eius, hoc illic non legitur. Vnde apparet á septuagnta interpositum, qui factum esse nouerant.*

Quomodo Amorrei tributarij contra præceptum domini Effraim facti sunt. Quæstio. XX.

Iosue.17 ET *Amorræus permansit ut habitaret in Helon & in Salamon, & grauata est manus Effraim super eos, & facti sunt illis tributarij. Hæc iam contra præceptum fiebant, & adhuc uiuebat Iesus, sed dux eorũ in illis prelijs iam præ senectute non erat. Propter hoc dictum est á domino: Factum est ut confortaretur cor illorum qui simul conspirauerant ire in bellum contra Iesum, ne ista illis misericordia præberetur, etiam contra dei præceptum si remansissent non expugnati, & senescente, siue defuncto Iesu relinquerẽtur expugnandi á filijs Israël, qui eis contra præceptum domini possent parcere, quòd ille non faceret.*

Quomodo dicatur: Et dedit dominus Israël omnem terram &c. cum multam non habuerint. Quæstio. XXI.

MErito queritur, cum Israël non solum usq; ad diem mortis Iesu, uerũetiam postea non eradicauerit gentes quæ terram promissionis tenebant, quamuis ex parte illis debellatis in eadem promissa hæreditate cõsisterent, quomodo intelligendum sit quòd dictum est: Et dedit dominus Israël omnem terram quam iurauerat dare patribus, & hæreditauerunt eam & habitauerunt in ea, & requiem dedit illis dominus in circuitu sicut iurauerat patribus eorum, non restitit quisquam ante faciem illorum ab omnibus inimicis eorum, omnes inimicos eorum tradidit dominus eis, & manus eorum non decidit ex omnibus uerbis bonis quæ locutus est dominus filijs Israël, omnia aduenerunt. Diligenter ergo uniuersa considerandæ sunt. Et primum uidendum quot gentium terra promissa sit Israëlitis. Septem quidem gentes assidue uidentur commemorari, sicut in Exodo legitur: Et Iosue.24 Exod.34 *dixit dominus ad Moysen: Vade & ascende hinc tu & populus tuus quos eduxisti de terra Aegypti in terram quam iurauí Abraham, & Isaac, & Iacob dicens: Semini uestro dabo eam, & simul mittam angelum meum, & eijciet Amorræum & Cethæum & Pherezæũ & Gergesæum, & Euæũ & Hiebusæum & Chananæum. Harum ergo septem gentium terrã uidetur deus patribus promisisse. Scriptum est etiam in Deuteronomio multo expressius. Si autem accesseris ad ciuitatem expugnare* Deut.20 *eam, & euocaueris eos cum pace, si quidem pacifica responderint tibi & aperuerint tibi omnes populi qui inuenti fuerint in ciuitate erunt tibi tributarij & obedientes: Si autem non obedierint tibi, & fœcerint ad te bellum, & circumsedebis eam, & tradet eam dominus deus tuus in manus tuas, & interficies omne masculinum eius in nece gladij, præter mulieres & supellectilem, & omnia pecora et omnia quæcunque fuerint in ciuitate, et omnia utensilia prædaberis tibi, & edes omnem prædationem inimicorum tuorum quam dominus deus tuus dabit tibi. Sic facies omnibus ciuitatibus quæ longe erunt á te ualde, quæ non sunt de ciuitatibus gentium istarum. Ecce autem in ciuitatibus istis quas dominus deus tuus dat tibi hæreditare terram eorum, non uiuificabis omnem uiuum, sed Anathematizabis eos, Cæthæum & Amorræum & Chananæum & Pherezeum & Euæũ & Hiebusæum & Gergesæum quemadmodum mandauit tibi dominus deus tuus. Et hic istarum septem gentium terram promissam in Hæreditatem quam debellabis usq; ad internitionem eisdem gentibus Israëlitæ possederunt, manifestum est. Cæteras enim quæ longinquius extra* Deut.7 *istas gentes inuenirentur, uoluit fieri tributarias eorum si non resisterent, si autem resisterent etiam ipsas interfici & in perditionem dari, excæptis pecoribus & quæ in prædam possent uenire. Item alio loco in Deuteronomio ita legitur. Et erit cum induxerit te dominus deus tuus in terram in quam intrabis Hæreditare eam, & abstulerit gentes magnas & multas á conspectu tuo, Cethæum & Gergesæum & Amorræum & Pherezeum &*

Chananæum & Euæum Hiebusæum septem gentes magnas & multas & fortiores uobis, & tradet eos dominus deus tuus in manus tuas, & percuties eos, exterminio exterminabis eos. Non dispones ad eos testamentum, neque miserearis eorum, neq; matrimonijs iungemini cum eis, filiam tuam non dabis filio eius, & filiam eius non sumes filio tuo &c. Proinde his atque alijs scripturarum locis sæpe ostenditur harum septem gentium terras ita accepisse in hæreditatem filios Israël, ut non cum eis qui easdem terras tenebant, sed pro eis illic habitarent. Verum tamen in Genesi non istæ tamen septem gentes, sed undecim promittuntur semini Abrahæ. Sic enim legitur. In die illa disposuit dominus deus testamentum ad Abraham dicens: Semini tuo dabo terram hanc, á flumine Aegypti usque ad flumen magnum, flumen Euphraten, Cinæos, & Cenesæos, & Cethmonæos, & Cethæos, & Pheresæos, & Raphaim, & Amorræos, & Chananæos, & Euæos, & Gergesæos, & Hiebusæos. Quæ ita soluitur quæstio, ut intelligamus hanc præcessisse prophetiam, quòd in eos fines regnum fuerat porrecturus & dilataturus Salomon, de quo ita scriptum est: Et omne propositum Salomonis quo destinauerat ædificare in Hierusalem & Libano & in omni terra potestatis suæ, omnis populus qui derelictus est á Cethæo & Amorræo & Pherseo & Eueo & Hiebuseo qui non erant ex Israël ex filijs eorũ qui residui erant cum eis in terra quos non consummauerant filij Israël, & subiugauit eos Salomon in tributũ usque in diem hunc. Ecce residua populorum debellandorum atque omnino ex dei præcepto perdendorum subiugauit Salomon in tributum, quos utique secundum dei præceptum perdere debuit, sed tamen subiugati tanquam tributarij possessi sunt. Paulopost autem ita legitur. Et erat dominans in omnibus regibus á flumine usque ad terram Philistijm, & usque ad fines Aegypti. Ecce ubi impletum est quòd in Genesi deus ad Abraham loquens, promittensque prædixerat. A flumine quippe hic intelligitur ab Euphrate, magnum enim flumen in illis locis etiam proprio nomine non addito potest intelligi. Neque enim de Iordane hoc accipi potest, cum & citra Iordanem & ultra Iordanem iam terras Israëlitæ obtinuerant, & ante regnum Salomonis. Ergo á flumine Euphrate ex partibus orientis usque ad fines Aegypti, quæ pars illis erat ab occidente, regnum Salomonis scriptura regnorum dixit fuisse porrectum. Tunc ergo amplius subiugatum est quam septem illæ gentes tenebant, ac per hoc tunc in seruitutem redactæ sunt, non septem, sed undecim gentes. Quòd enim in regnorum libris scriptum est, usque ad fines Aegypti á flumine, cum scriptura ab Oriente usque ad occidentem quantum porrectum esset regnum uellet ostendere, hoc idem in Genesi, cum ab occidente usque ad Orientem præfiniret, dictum est, á flumine Aegypti usque ad flumen magnum Euphratem. Flumen quippe Aegypti, qui finis est disterminans regnum Israël ab Aegypto, non est Nilus, sed alius & nõ magnus fluuius qui fluit per Rhinocorniam ciuitatem, unde iam ad orientem uersus incipit terra promissionis. Sic ergo fuerat constitutum filijs Israël ut septem gentũ terras exterminatis et perditis illis gẽtibus ipsi inhabitarent, alijs autem regnarent subditis atque tributarijs usque ad flumen Euphratem. Et quamuis in hoc deo non obtemperassem, quia & ex illis quas exterminare deberent obedientes aliquos fœcerant, deus tamen temporibus Salomonis fidem suæ promissionis impleuit. Nunc itaque in libro Iesu naue quòd considerandum suscepimus quomodo erit uerum: Et dedit deus Israël omnem terram quam iurauerat dare patribus eorum, & hæreditauerunt eam? Quomodo adhuc uiuente Iesu omnem terram dedit, cum etiam reliquias illarum septem gentium nondum superauissent? Nam quòd sequitur, & hereditauerunt eam, uerum est, quia ibi erant ibique considerant. Deinde quòd adiungit: Et requiem dedit illis dominus in circuitu, sicut iurauerat patribus eorum, uerum est, quia uiuo adhuc Iesu non eis quidem cedebant reliquiæ illarum gentium, sed nulla earum eos in terris ubi considerant bello lacessere audebat. Ideo dictum est & quòd deinde adiungitur: Non restitit quisquam ante faciem illorum ab omnibus inimicis eorum. Quòd uero sequitur: Sed omnes inimicos eorum tradidit dominus illis in manus eorum, hoc intelligi uoluit inimicos, qui obuiam ire in bellum ausi sunt. Deinde quòd dicit: Non decidit ex omnibus uerbis bonis quæ locutus est dominus filijs Israël, omnia aduenerunt, ita uult intelligi, quia cum iam illi contra præceptum domini fœcissent quibusdam parcendo ex illis septem gentibus, & eos obedientes faciendo, adhuc tamen inter eos salui erant. Ideo cum dixisset, ex omnibus uerbis, addidit bonis, quia nondum euenerant maledicta contemptoribus & transgressoribus constituta. Restat ergo ut quòd ait, dedit dominus Israël omnem terram quam iurauerat dare patribus eorum, secundum hoc intelligatur, quia etsi adhuc erant ex illis gentibus reliquiæ conterendæ & exterminandæ, uel ex alijs usque ad flumen Euphratem, aut subiugandæ si non resistrent, aut perdendæ si resisterent, tamen in usum eorum relictæ sunt in quibus exercerentur, ne carnalibus effectibus & cupiditatibus infirmi repentina tanquam rerum temporalium prosperitatem molestè ac salubriter sustinere non possent, sed elati citius interirent, quòd opportune alio loco demonstrabitur. Omnis ergo illis terra data est, quia & illa pars quæ nondum fuerat in possessionem data, iam data fuerat in quandam exercitationis utilitatem.

Genes. 15

3. Reg. 9

Et quomodo dictum sit: Non restitit quisquam a facie illorum ab omnibus inimicis eorum. Quæstio. XXII.

Iosue. 21

QVòd ait: Non restitit quisquam á facie illorum ab omnibus inimicis eorum: Quæri potest quo modo uerum sit, cum de tribu Gad superius scriptum

ſcriptum ſit, quòd eos hoſtes eorum nõ permiſerunt deſcendere in uallem, ſed præualuerunt eis in montibus. Sed quód diximus cum duodecim filios Iacob ſcriptura in Meſopotamia uatos cõmemoraſſet, ubi non fuerat natus Beniamin, hoc etiam hic intelligendum eſt, quia pro uniuerſo populo duodecim tribus deputati ſunt, ea regula quæ alijs ſcripturarum locis ſatis innotuit. Cauſa autem ſi quæritur, cur hæc tribus in ea ſorte quæ illi obuenit & non obtinuerit ſufficientes terras, & ab eis á quibus tenebantur afflicta ſit, in dei quidem ſecreto conſilio eſſe credendum eſt. Verumtamen cum Iacob filios ſuos benediceret talia dixit de iſto Dã, ut de ipſa tribu exiſtimetur ex Gene. 49 urrecturus antichriſtus. Vnde nunc dicere plura non ſuſcepimus, cum etiam ſic ſolui poſſit hæc quæſtio, quia non reſtitit quiſquam ante faciem illorum ab omnibus inimicis eorum, cum ſimul ſub unius ducis imperio bellum gererent antequam ſingulis tribubus ſua defendenda diuiderentur loca.

Quomodo: In ſacrificijs ſalutarium noſtrorum, dicatur in pluratiuo numero. Quæſtio. XXIII.

Ioſue. 22 ET in ſacrificijs ſalutarium noſtrorum. Quia pluraliter dicta ſunt ſacrificia, pluraliter etiam ſalutaria. Vbi aduertendum eſt diligentius quemadmodum dici ſoleat ſacrificium ſalutaris, quoniam ſi Chriſtum accepimus, quoniam ipſe dictus eſt ſalutare dei, non occurrit quemadmodum pluraliter poſſit hoc uerbum intelligi. Vnus enim dominus noſter Ieſus eſt Chriſtus, quãuis dicantur Chriſti per eius gratiam, ſicut in Pſalmo legitur: Nolite tangere Chriſtos meos. Sed utrum ſalutares dici poſſint, uel ſalutaria nõ facile audendum eſt: Solus enim ipſe ſaluator corporis.

Pſalm. 104

Quomodo Ioſue morti uicinus: Ego (inquit) recurro uiam ſicut & omnes qui ſunt ſuper terrã. Quæſtio. XXIIII.

Ioſue. 23 QVòd dicit Ieſus de ſua propinquante morte: Ego autem recurro uiam ſicut & omnes qui ſunt ſuper terram, in ea interpretatione que eſt ex Hebræo inuenimus, ingredior uiam. Ita ergo accipiendum eſt quòd ſeptuaginta dixerunt, Recurro, ſicut dictum eſt homini: Donec reuertaris in terram unde ſumptus es, ut ſecundum corpus dictum intelligatur: Secundum animam uero ſi uoluerimus ita accipere, quemadmodum in Eccleſiaſte poſitum eſt: Et ſpiritus reuertetur ad deum qui dedit eum, nõ arbitror de omnibus poſſe dici, ſed de his qui ſic uixerunt, ut ad deum redire mereantur, tanquam ad auctorem á quo creati ſunt. Neque enim hoc & de illis recte intelligi poteſt, de quibus dicitur: Spiritus ambulans & non reuertens. Iſte autem uir ſanctus Ieſus Naue ſi non addidiſſet, ſicut & omnes qui ſunt ſuper terram, nulla eſſet quæſtio: Neq; enim aliud de illo crederemus quam quòd eum dignum eſſe legimus.

Geneſ. 3

Eccleſ. 12

Pſalm. 77

Cum uero additum eſt, ſicut & omnes qui ſunt ſuper terram, mirum ſi hoc quòd latinus interpres, recurro, poſuit, nõ magis percurrr, uel excurro dicendum eſt, ſi hoc poteſt dici quòd græcus habet ἀνθοπαύζω: Omnes enim percurrunt, uel excurrunt huius uitæ uiam, cum ad eius finem peruenerint. Sed quia hoc uerbum poſitum eſt ubi parentes Rebeccæ dicunt ad ſeruum Abrahæ: Ecce Rebecca, accipiens recurre, & ſit uxor domini tui, ideo & hic ita hoc uerbum interpretatum eſt. Geneſ. 24

An pro eo qꝺ in Hebræo eſt: In terram Chanaan, ſeptuaginta interpretes, in omnem terram dixerint. Quæſtio. XXV.

QVòd ſeptuaginta interpretes habent: Et aſſumpſi patrem ueſtrum Abraham de trãſflumine, & deduxi eum in omnem terram, interpretatio quæ eſt in Hebræo habet, & induxi eum in terram Chanaan. Mirum eſt ergo ſi ſeptuaginta pro terra Chanaan omnem terram ponere uoluerunt, niſi intuentes prophetiam, ut magis ex promiſſione dei tanquam factum accipiatur, quòd certiſſime futurum in Chriſto & in Eccleſia prænunciabatur, quòd eſt uerum ſemen Abrahæ, non in filijs carnis, ſed in filijs promiſſionis. Ioſue. 24

Quomodo qui in Hiericho erant bellaſſe dicantur. Quæſtio. XXVI.

ET bellauerunt aduerſus uos qui habitabant Hiericho: Quæri poteſt quomodo id uerum ſit, cum clauſis portis ſe murorum ambitu tantummodo tuerentur. Sed recte dictum eſt, quia claudere aduerſus hoſtem portas, ad bellum pertinet: Non enim miſerunt legatos qui poſcerent pacem. Vnde ſi dictum eſſet, pugnauerunt aduerſum uos, falſum eſſet, neq; enim bellum continuas pugnas habet, ſed aliquando crebras, aliquando raras, aliquando nullas. Bellum eſt tamen quando portæ hoſtibus clauduntur & quodammodo armata defenſio. Ioſue. 24

Quomodo ueſpę miſſę dicantur, qꝺ non legitur. Quæſtio. XXVII.

QVid eſt quòd inter cætera quæ Ieſus naue Iſraëlitis dominum fœciſſe commemorat dicit: Miſit ante uos ueſpas, & eiecit illas, quòd etiã in libro ſapientiæ legitur, nec tamen uſpiã factum eſſe i his quæ geſta ſunt inuenitur, An forte trãſlato uerbo, ueſpas itelligi uoluit acerrimos timoris aculeos, quibus quodammodo uolantibus rumoribus pungebantur ut fugerent, aut Aerios occultos ſpiritus, quòd in Pſalmo dicitur per angelos malignos: Niſi forte quis dicat, non omnia quæ facta ſunt, eſſe conſcripta, & hoc quoq; uiſibiliter factum, ut ueras ueſpas uelit intelligi. Ioſue. 24 Sapien. 12 Pſalm. 77

Quomodo dicitur: Non poteritis ſeruire deo, quia deus ſanctus eſt. Quæſtio. XXVIII.

Iosue, 24 QVid est quòd dicit Iësus ad populum: Non poteritis seruire deo, quia deus sanctus est. An quia illius sanctitati perfectam seruitutem quodammodo contemperari humanæ fragilitati impossibile est? Quo audito, isti non solum eius eligere seruitutem, sed etiã de adiutorio eius & misericordia præsumere debuerunt. Psalm. 142 Quam ille intellexit qui dicit in Psalmo: Ne intres in iudicium cum seruo tuo, quoniam non iustificabitur in cõspectu tuo omnis uiuens. Isti aũt de se potius præsumere delegerunt, quòd deo possent sine ulla offensione seruire, ut iam tunc inciperent quòd de illis expressit Apostolus: Roma. 10 Ignorantes enim dei iusticiam & suam uolentes constituere, Roma. 10 iusticiæ dei non sunt subiecti. Roma. 10 Ita eis iam lex subintrabat ut abundaret delictum, & postea superabundaret gratia per dominum Christum, qui finis est legis ad iusticiam omni credenti.

Quomodo deos alienos auferri iubet. Quæstio. XXIX.

Iosue, 24 QVid est quòd ait idem Iësus loquens ad populum: Et nunc circũauferte deos alienos qui sunt in uobis, & dirigite corda uestra ad dominum deũ Israël Nõ enim credendi sunt adhuc habuisse apud se aliqua gentium simulacra, cum superius eorum obedientiam prædicauerit: Aut uero si haberent post tantas legis cõminationes illa eos prospera sequerentur, cum sic in eos uindicatum sit, quòd unus eorum de Anathemate furtũ fœcerat. Genes. 31 Deniq; Iacob dixit hoc eis qui cum illo exierant Genes. 35 de Mesopotamia, ubi sic idola colebantur, ut & Rachel paterna fur aretur, sed post illam admonitionem Iacob deserunt quæ habebant. Vnde apparuit hoc eis ita dictum esse, quia sciebat eos habere ille qui dixerat: Nunc uero post hanc admonitionẽ Iësu Naue nullus tale aliquid protulit. Nec tamen putandum est hoc illum inaniter præcepisse. Non enim ait, & nunc auferte deos alienos si qui sunt in uobis, sed omnino tanquam sciẽs esse, qui sunt inquit in uobis. Proinde propheta sanctus in cordibus eorum esse cernebat cogitationes de deo alienas à deo, & ipsas ammonebat auferri. Quisquis enim talem cogitat deum qualis non est deus, alienum deum utiq; & falsum in cogitatione portat. Quis est autem qui sic cogitet deũ quẽ admodum ille est? Ac per hoc relinquitur fidelibus, quãdiu peregrinantur à domino auferre à corde suo irruentia uana Phantasmata, quæ se cogitationibus ingerunt, uelut talis aut talis sit deus qualis utiq; non est, & dirigere cor ad illum fideliter, ut quemadmodum & quantum nobis expedire nouit, ipse insinuet per spiritum suũ, donec absumatur omne mendacium, unde dictum est: Pfal. 115 Omnis homo mendax. Et transacta non solum impia falsitate, uerumetiam ipso speculo & ænigmate, facie ad faciem 1. Corin. 13 cognoscamus, sicut & cogniti sumus, quemadmodum Apostolus dicit: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc scio ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum.

De testamento statuto a Iosue, & de lapide ab ipso sub terebintho statuto, & quibusdam aliis. Quæstio. XXX.

ET disposuit Iësus testamentum ad populum in illo Iosue, 24 die, & dedit illi legem & iudicium in Silo coram tabernaculo domini dei Israël. Et scripsit uerba hæc in libro legis dei, & accæpit lapidem magnum, & statuit illum Iësus sub terebintho ante dominum. Et dixit Iësus ad populum: Ecce lapis iste erit uobis in testimoniũ, quia hic audiuit omnia quæ dicta sunt à domino quæcunq; locutus est ad uos hodie, & hic erit uobis in testimonium in nouissimis diebus, cum mentiti fueritis domino deo uestro. Hæc uerba qui non in superficie tantum audiunt, sed aliquanto altius perscrutantur, nequaquam tantum uirum tam insipientem putare debent, ut uerba dei quæ locutus est populo in animum, lapidem audisse crediderit, qui etiam si ab artifice in hominis similitudinem effigiatus esset, inter illos utiq; deputaretur, de quibus in Psalmo canitur: Aures habent & non audient. Ne que Psalm. 113 enim idola gentium aurum & argentum sola non audiunt, & si lapidea sint, audiunt, sed per hunc lapidẽ profecto illum significauit qui fuit lapis offensionis non credentibus iudæis, & Petra scandali, qui cum reprobaretur 1. Petr. 2 ab ædificantibus, factus est in caput anguli, quem præsi- Psalm. 117 gurauit & illa petra quæ potum sitienti populo ligno percussa profudit: De qua dicit Apostolus: Bibebant autem 1. Corin. 10 de spiritali sequenti eos Petra, Petra autem erat Christus. Vnde & cultellis petrinis populum circuncidi iste ductor egregius, qui cultri petrini cum illo etiam sepulti sunt, ut profundum mysterium demonstrarent posteris profuturum. Sic ergo & iustum lapidem quamq; uisibiliter statutum spiritaliter debemus accipere in testimonium futurum iudæis infidelibus, hoc est mentientibus, de qui- Psalm. 17 bus dicit Psalmus: Inimici domini mentiti sunt ei. Neq; enim frustra cum iam dei famulus Moses, uel potius per eũ deus disposuisset ad populum testamentum, quòd in Arca erat, quæ dicta est Arca testamenti, & in libris legis tãta sacramentorum & præceptorũ multiplicitate conscriptis, tamen etiam hic dictum est: Disposuit Iësus ad populum testamentum in illa die. Repetitio quippe testamenti, nouum testamentum significat, quòd significat & Deuteronomium, quòd interpretatur secunda lex, quòd significant & prioribus confractis tabulæ renouatæ: Multis enim modis significandum, quòd uno modo implendum fuit: Iam uero quòd sub Terebintho statutus est la- Genes. 35 pis, hoc significat, quòd uirga ad Petram ut aqua profluceret, quia neq; hic sine ligno statutus est lapis. Ideo autem subter, quia non fuisset in cruce exaltatus, nisi humilitate subiectus, uel quòd illo tempore quo illud agebat Iësus Naue adhuc obumbrandum mysterium fuit: Terebinthi etenim lignum medicinale lachrymã exudat, quæ Arbor á septuaginta interpretibus hoc loco posita, quamuis secundum alios interpretes quercus legatur.

Mirum

Mirum est sane quòd saltem in nouissimis suis uerbis qui bus populum allocutus est Iesus homo dei, nihil eos obiurgat ex eo quòd his gentibus perpercerunt, quas dominus usq; ad internitionem cum Anathemate perdendas esse præcepit. Sic enim scriptum est, Et factum est postq; inualuerunt filij Israël & fecerũt Chananæos obedientes, exterminip autem eos non exterminauerunt. Nam primo id eos nõ potuisse, scriptura testata est, sed nũc posteaq; præualuerunt, ita ut facerent obaudientes, quòd nõ etiam exterminauerunt, utiq; contra præceptum domini factum est, quod non est cuiq; factum, cum Iesus exercitum duceret. Cur ergo non eos obiurgauit allocutione nouissima, quòd in hoc domini præcepta neglexerint? An forte quia prius dixit eos scriptura non potuisse, utiq; anteq; præualuerunt, etiã cum præualuissent timuisse credendi sunt, ne forte paratis obedire si parcere uoluissent acrius eos aduersum se ex ipsa desperatione pugnare compellerent, & eos superare non possent? Hunc ergo eis humanum timorem dominus noluit imputare, & si apparet in eo quædam subdefectio fidei, quæ si fortis in eis esset, ea sequerentur quæ ipsum Iesum debellantem secuta sunt. Quia uero non in eis tanta fides fuit, etiam cum aduersarijs suis præualuissent pugnare cum eis usq; ad internitionem eorum timore non ausi sunt. Quem timorem ut dixi, non de malicia neq; de superbia uel contemptu præcepti dominici, sed de animi infirmitate uenientem noluit eis dominus imputare, cum eis per Iesum nouissima loqueretur. Vnde & Apostolus: Alexander inquit ærarius multa mala mihi ostendit, reddet illi dominus secundum opera ipsius. De his autem qui eum periclitantem non malitia sed timore deseruerant, ita locutus est, In primo mea defensione nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt, non illis imputetur. a Timo. 4

EIVSDEM DIVI AVRELIJ Augustini Hipponẽsis Episcopi, liber septimus quæstionum super Iudicum incipit.

De continuatione libri Iudicum cum præcedenti Quæstio. I.

N FINE LIBRI IESV Nau breuiter narrator porrexit historiam, quousq; filij Israël ad colendos deos alienos declinauerunt, In hoc autem libro ad ordinem reditur, quemodo consequentia gesta fuerint post mortem Iesu Naue. Non ergo ab illo tempore incipit liber quo populus ad colenda simulacra defluxit, sed à prioribus interpositis temporibus quibus ea gesta sunt, post quæ ad illa peruenit.

Cum dicitur, Iudas ascendet, an li, Iudas nomen tribus sit, an proprium ducis alicuius. Quæstio. II.

ET factum est postq; defunctus est Iesus interrogabant filij Israël dominum dicentes, Quis ascendet nobis cum ad Chananæum dux ad bellandum eum? Et dixit dominus, Iudas ascendet, Ecce dedi terram in manus ipsius. Hic quæritur, utrum aliquis homo Iudas uocabatur, an ipsam tribum ita, ut solet, sic appellauit. Sed illi qui interrogauerant dominum post mortem Iesu Naue, ducem requirebant, unde putatur unius expressum hominis nomen. Verum quia non solet duces nominare scriptura cum constituuntur, nisi commemorata etiam origine parentum, & constat post Iesum duces habuisse populum Israel, quorum primus est Othoniel filius Cenez, rectus intelligitur nomine Iudæ tribum Iudæ fuisse significatam. Ab ipsa enim tribu uoluit dominus incipere conteri Chananæos. Et cum populus de duce interrogasset, ad hoc ualuit responsio domini, ut scirent deum uoluisse ab uniuerso populo bellari aduersus Chananæos. Dixit ergo, Iudas ascendet. Et sequitur scriptura narrans, Et dixit Iudas ad Simeon fratrem suum, utiq; tribus ad tribum, Non enim adhuc uiuebant illi filij Iacob qui dicti sunt Iudas & Simeon inter cæteros fratres suos proprijs nominibus appellati, sed dicit tribus Iuda ad tribum Simeon, Ascende mecum in sorte mea & bellẽus in Chananæos, & ibo etiam ego tecum in sortem tuam. Manifestũ est auxilium sibi tribum Iuda alterius tribus postulasse, quod redderet, cum & illi in sua sorte habere inciperent necessarium. Iudic. 1.

Quo tempore de Caleb promittente filiam factum sit. Quæstio. III.

ET dixit Caleb: Quicunq; percusserit ciuitatem litterarum & cœperit eam, dabo ei filiam meam Axã uxorem. Iam hoc & in libro Iesu Naue commemoratum est, sed utrum Iesu uiuente factum sit, & nunc per recapitulationem repetitum est, an post eius mortem, Posteaq; dictum est, Iudas ascendet. Et cœpit Iudas debellare Chananæos, in quo bello ista omnia gesta narrantur, merito quæritur. Sed credibilius est post mortem Iesu factum, tunc autem per prolepsim, id est præoccupationem commemoratum, quemadmodum & alia. Nunc enim cũ res gestæ aduersus Chananæos tribus Iuda exponerentur, ita se narrationis ordo continet, inter cætera Iudæ facta bellica, de quo post mortem Iesu dixerat dominus, Iudas ascendet, Et postea descenderunt filij Iuda pugnare ad Chananeum qui habitabat in montana & austrum & cãpestrẽ. Et abijt Iudas ad Chananeum inhabitãtem in Hebron, & exijt Hebron ex aduerso, Nomen autẽ erat Hebron Cariatharbe uel Sepher & percussit Sesi & Achimã & Cholmi filios Enach, & ascenderunt inde ad inhabitantes Dabir. Nomen autẽ Dabir quod erat ante ciui, as litterarum. Et dixit Caleb, Quicunq; percusserit ciuitatem litterarũ & acceperit eã, dabo ei filiã meã in uxorẽ. Iudic. 1. Iosue. 15

Constat ergo ex hoc ordinem gestarum rerum tam perspicuo post mortem Iesu hoc esse factum. Tunc uero cum ciuitates datæ ipse Caleb commemorentur, progressus ex occasione narrator, quod postea factum est præoccupauit. Nec tamen frustra arbitror hoc de filia Caleb data in victoris præmium bis numero scriptura commemorare uoluisse.

An ea quæ narrantur de petitione facta per filiam Caleb, quadrent cum dictis Iosue. Quæstio. IIII.

Iosue. 15

ALia nascitur quæstio de filia Caleb, quod in libro Iesu Naue sic de illa dicit, Et factum est cum ingrederetur ipsa & consilium habuit cum eo dicens, Petã patrem meum Agrum, Et exclamauit de asino, & cætera, ubi Agrum petit à patre atq; concessus est. Hic autem, Et factum est inquit, cum ingrederetur ipse, monuit eam Othoniel, ut peteret à patre suo Agrum. Sed in eo quod dictum ibi est, cum ingrederetur ipsa, & hic dictum est, cum ingrederetur ipse, nihil contrarium est, simul enim ingrediebantur uiam. Quod uero ibi dictum est, cõsilium habuit cum eo, id est cum uiro suo dicens, Petam patrem meum Agrum, & exclamauit de asino, & petijt in eo quod habuit consilium, ibi monita est ut peteret, Quorum alterum hic dictum est, alterum ibi. Vtrumq; autem ita diceretur, Et consilium habuit cum eo dicens, Petam patrem meum Agrum. Ille autem monuit eam, & exclamauit de asino. Porro autem quod ibi Agrum refertur petisse, & nomen ipsius Agri tacitum est, hoc uero cum Agrum petere monita fuerit à utro suo, non Agrum petisse dicitur, clamans de subiugali, quod ibi dictũ est de asino, sed redemptionem aquæ eo quòd in terram austri fuisset tradita, subiecitq; scriptura, Et dedit ei Caleb secundum cor eius redemptionem excelsorum, & redemptionem humilium. Quid sibi uelit obscurum est, nisi fortè Ager ille ideo petebatur ut haberet de fructibus eius unde aquam redimeret, cuius inopia in illis regionibus erat quo nupta ducebatur. Sed dedit ei Caleb redemptionem excelsorum, & redemptionem humilium, non uideo quid subaudiamus, nisi fluentorũ excelsorũ, uidelicet inmontanis & humilium in campestribus siue in uallibus.

Iudic. 1

Cur in libro Iosue omnis terra dicatur filijs Israël data, quomodo multę dicantur non datę. Quæstio. V.

ET non hæreditauit Iudas Gacam & finem eius, et Ascalonem & finem eius, & Accaron & finem eius, & Azotum & adiacentia eius. Et erat dominus cum Iuda, & hæreditauit montem, quoniam non potuit hæreditare inhabitantes in ualle, quoniam Rechab obstitit eis, & currus erant ei ferrei. Quod in libro Iesu Naue, cum illum locum tractarem, ubi scriptum est, Et dedit dominus Israël omnem terram, cum multas eius partes nõdum possederint, dixi ita posse intelligi omnem terram datam, quia ea quæ data non est in possessionem, data est in quandam exercitationis utilitatem. Hoc multo euidẽtius hic apparet, quandoquidem commemorantur ciuitates quas non hæreditauit Iudas, & dicitur, Et erat dominus cum Iuda, & hæreditauit montem, quoniam non potuit hæreditare inhabitantes in ualle. Quis enim non intelligat etiam hoc ipsum ad id pertinuisse quòd erat dominus cum Iuda, ne totum repente obtinendo extolleretur. Quod enim adiungit, quoniam Rechab obstitit eis, & currus erant ei ferrei, quos currus timuerit, dictum est, non dominus qui erat in Iuda, sed ipse Iudas. Cur autem timuerit, cum quo Iudas erat si quæritur, hoc est qđ prudenter intelligendum est restringere deum propitiũ etiam in cordibus suorum nimiæ prosperitatis excessus, ut in usu eorum conuertat inimicos, nõ solum quando uincuntur inimici, sed etiam quando metuuntur. Illud ad cõmendandã largitatem suam, illud ad eorum reprimendã elationem, Nam utiq; inimicus sanctorum est angelus Sathanæ, quem tamen sibi datum colaphizantem dicit Apostolus, ne magnitudine reuelationum extolleretur. 2. Cor. 12

Supra li. 6. quęstionum q. 2.

Quomodo gesta tempore Iosue narrentur. Quæstio. VI.

ET dederunt Caleb Hebron sicut locutus est Moyses, & hæreditauit inde tres ciuitates filiorum Enach, & abstulit inde tres filios Enach. Iam hoc dictum est in libro Iesu Naue, quoniam & illo uiuo factum est. sedhic recapitulando commemoratum est, cum de tribu Iuda, unde fuit Caleb, scriptura loqueretur. Iudic. 1

Quomodo Hierusalem dicatur, non deuicta, nec Hiebusęus, cum prius contrarium dictum sit. Quæst. VII.

QVæritur quomodo dictum sit: Et Hiebusæum habitantem in Hierusalem non hæreditauerũt filij Beniamin, & habitauit Hiebusæus cum filijs Beniamin in Hierusalem usq; in hodiernum diem, cum superius legatur eadem ciuitas à Iuda capta & incensa, interfectis in ea Hiebusæis. Sed cognoscendum est istam ciuitatem communem habuisse duas tribus, Iudam & Beniamin, sicut ostendit ipsa diuisio terrarum quæ facta est à Iesu Naue. Ipsa est enim Hiebus quæ Hierusalẽ ideo duæ istæ tribus remanserunt ad templum domini, quando ceteræ (excepta Leui quæ sacerdotalis fuit, & terras in diuisionem non accepit) separauerunt se à regno Iuda cum Hieroboam. Intelligendum est ergo à Iuda quidem ciuitatem captam & incensam, interfectis qui illic reperti fuerant, sed non omnes Hiebusæos esse extinctos, siue quia erant extra illam ciuitatem, siue quia fugere poterant quos reliquos Hiebusæus admissos esse à filijs Beniamin, quibus cum Iudas erat ciuitas illa communis in ea simul habitare. Iudic. 1

Quod

Quod ergo dictum est, non hæreditauerunt Hiebusæum filij Beniamin, intelligendum est, quòd nec tributarios eos facere potuerunt, siue noluerunt, Aut certe non hæreditauit Hiebusæum, dictum est, quia non sine illo tenuit terram quæ ab illo possidebatur.

Quomodo Bethsan dicatur scytharum ciuitas. Quæstio. VIII.

Iudic. 1. ET non hæreditauit Manasses Bethsan, quæ est Scytharum ciuitas. Ipsa hodie perhibetur Scythopolis dici. Potest autem mouere, quomodo in illis partibus multum ab Scythia diuersis poterit esse Scytharum ciuitas. Sed similiter potest mouere, quomodo tam longe à Macedonia Macedo Alexander condiderit Alexandriam ciuitatem, quod utiq; fœcit longe lateq; bellando, ita etiã cum Scythæ aliquando bellando in longinqua progredientes istam condere potuerunt. Nam legitur in hystoria gentium, uniuersam penè Asiam Scythas aliquando tenuisse, cum regi Aegyptiorum illi qui eis ultro bellum indixerat irent obuiam, quorum aduentu territus, in suũ se regnum recepit.

Quas filias Bethsan vocet, Quæstio. IX.

Iudic. 1 ET non hæreditauit Manasses Bethsan, quæ est Scytharum ciuitas, neq; filias eius. Filias eius dicit ciuitates quas ipsas quasi metropolis instituerat.

Quomodo repetatur, quod in libro Iosue dictum est. Quæstio. X

Iudic 1. ET factum est quando præualuit Israël, & posuit Chananæum in tributarium, & auferens non abstulit eum, Iam tale aliquid dictum est in libro Iesu Naue penè ipsis uerbis. Proinde aut hic per Anacephaleosin dicitur, aut illic per prolepsin dictum est, id est aut hic recapitulando, aut illic præoccupando.

Quomodo quod sequitur similiter repetitum sit. Quæstio. XI.

Iudic. 1. ET contribulauit Amorræos filios Dan in monte, quoniam non permisit eos descendere in uallem, Et hoc similiter, aut in libro Iesu Naue præoccupando commemoratum est, aut hic recapitulando.

Quomodo dicitur de monte plorationis, & quæ sequuntur, an prꝛoccupando dicatur. Quæstio. XII.

Iudic. 2 ET ascendit angelus domini super κλαυμμος montem. Scriptor libri hoc nomine appellauit locum, quia postea scripsit, Nam quando angelus domini super eum ascendit, nondum sic appellabatur. A ploratione quippe nomen accepit, quòd græce κλαυμμος ploratio dicitur. Ibi enim populus fleuit, cum audisset ab hoc angelo uerba domini uindicantis in eos quòd inobedientes fuissent, quia non exterminauerunt populos secũdum præceptum eius quibus præualuerunt, eligentes eos facere tributarios q̃ interimere & perdere, quemadmodum iusserat dominus. Quod siue contempto dei mandato, siue timore fœcerint, ne hostes aduersum se acrius pugnare pro salute obtinenda quàm pro tributo non dãdo cogerent, sine dubio peccauerunt, uel spernendo quod diuinitus imperatum est, uel non præsumendo q̃ eos posset qui imperauerat adiuuare. Quod ideo per Iesum noluit eis dicere, si tamen adhuc eo uiuente iam fieri præceperat, & non potius præoccupando commemoratũ fuerat quod illo mortuo fieri cœpit, quia hoc omnibus uoluit exprobrare per angelum. Nondum autem omnes id fœcerant uiuente Iesu, & si aliqui forte iam cæperant. Credibilius est tamẽ nihil tale fieri cœptum uiuente Iesu Naue, tantumq; terrarum sub illo tenuisse filios Israel, quantum eis ad considendum sufficeret, quamuis in sortibus suis haberent unde crescendo & conualescendo adhuc aduersarios exterminarent. Proinde post mortem Iesu post quàm præualuerntu ut hoc possent facere, maluerunt eos habere tributarios secundum uoluntatem suam, q̃ interimere & perdere secuudum uoluntatem dei. Propter hoc ad eos corripiendos angelus missus est. Quod uero commemoratum est in libro Iesu Naue, magis existimo præoccupando cõmemoratum, quod post eius mortem uel futurum esse iam ipse nouerat Prophetico spiritu, si ob illo liber conscriptus est qui appellatur, Iesu Naue, uel si ab alio scriptus est, iam futurũ esse sciebat post mortem Iesu quod in illo libro præoccupando commemorauit.

An elici possit, etiam de ira dei quędam prouenire peccata, ex verbis angeli cõminantis. Qõ. XIII.

QVid est quod Angelus domini inter cætera diuinæ comminationis dicit, Non adijciam transmigrare populum quem dixi eijcere, Non auferam eos à facie uestra, & erunt uobis in anguſtias, & dij eorum erunt uobis in scandalum, nisi ut intelligamus nõ nulla etiam de ira dei uenire peccata? Vt enim dij gentium inter quas non à se exterminatis Israelitæ habitare noluerunt, essent eis in scandalum, id est facerent eos scãdalizari in domino deo suo, eoq; offenso uiuere, indignãs hoc comminatus est deus, quod certe manifestum est magnum esse peccatum. Iudic. 2 Quid sit esse in scandalum.

Quomodo per recapitulationem populus dicatur ire quisq; in domum suã, quod viuente Iosue factum est. Quæstio. XIIII.

ET dimisit Iesus populũ, & abierunt filij Israel unusquisq; in domũ suã, & unusquisq; in hæreditem suam hæreditare terram. Hoc per recapitulationem iterari nulla dubitatio est. Nam & mors ipsius Iesu Naue etiam in hoc libro cõmemoratur, ut tanq̃ ab exordio cuncta breuiter insinuarentur, ex quo eis dominus dedit terram, & quemadmodum sub ipsis iudicibus uixerint, quæ ue perpessi sint, atq; iterum reditur ad iudicium ordinem ab eo qui primus est constitutus. Iudic. 2

Quomodo

Quomodo exponatur, Non scierunt dominum. Quæstio. XV.

ET surrexit generatio altera post eos qui non scierunt dominum & opera eius quæ fœcit Israël. Exposuit quomodo dixerit non scierunt dominum, in illis uidelicet præclaris & mirabilibus operibus per quæ factũ est ante illos ut Israël sciret dominum.

Quomodo nomina idolorum accipi debeant. Quæstio. XVI.

Iudic. 2

ET seruierunt Baal & Astaroth. Solet dici Baal nomen esse apud gentes illarum partium Iouis Astaroth autem Iunonis, quod in lingua punica putatur ostendere. Nam Baal punici uidentur dicere, dominũ, unde Baalsamen, quasi dominum cœli intelliguntur dicere Samen quippe apud eos cœli appellantur: Iuno autem sine dubitatione ab illis Astaroth uocatur. Et quoniã istæ linguæ non multum inter se differunt, merito, creditur de filijs Israël hoc dicere scriptura, quòd Baal seruierunt & Astaroth, quia Ioui & Iunonibus. Nec mouere debet, q̃ non dixit Astaroth, id est, Iunoni, sed tanq̃ multæ sint Iunones, pluraliter hoc nomen posuit, Ad simulacrorum enim multitudinem referri uoluit intellectum, quoniam unumquodq; Iunonis simulacrum, Iuno uocabatur, Ac per hoc tot Iunones quot sunt simulacra intelligi uoluit. Varietatis autem caussa existimo Iouem singulariter, Iunonem pluraliter commemorare uoluisse. Nam eadem caussa plurium simulacrorum etiam Ioues pluraliter dici possent. Hoc autem, id est, nomine plurali Iunones in græcis secundum septuaginta reperimus, in latinis autem singulariter erat. Quorum in illo qui non habebat septuaginta interpretationem, sed ex Hebræo erat Astaroth legimus nec Baal sed Baalim. Quod si forte aliud in Hebræa uel Syra lingua nomina ista significant, deos tamen alios fuisse constat & falsos, quibus Israël seruire nõ debuit.

Quomodo dicatur, vendidit eos etc. Quæstio. XVII.

Iudic. 2

ET uendidit eos in manu inimicorum suorum in circuitu, Quæri solet quare dixerit uendidit, tanq̃ aliquod precium intelligatur datum. Sed in Psalmo legitur, Vendidisti populum tuum sine precio. Et apud Prophetam, Gratis uenditi estis, & non cum argento redimemini. Quare ergo uenditi, si gratis & sine præcio & non potius donati? An forte scripturarum locutio est ut uenditus etiam qui donatur dici posit? Hic autem sensus est optimus in eo quod dictum est, Gratis uenditi estis, & uendidisti populum tuum sine precio, quia illi quibus tradidisti populum impij fuerunt, non deum colendo tradi sibi illum populum meruerunt, ut ipse cultus tanq̃ precium uideretur. Quod uero dictum est, neq; cum argento redimemini, non ait, neq; cum precio, sed neq; cum argento, ut precium redemptionis intelligamus, quale dicit Apostolus Petrus, Non enim argento & auro redempti estis, sed precio sanguinis agni immaculati. In argento enim Propheta omnem pecuniam significauit, ubi ait, Non cum argento redimemini, quoniam precio quidem sanguinis Christi nõ tamẽ precio pecuniario fuerant redimendi. In eo quod dominus dicit, Et ego non apponam auferre uirum à facie ipsorum de gentibus quas reliquit filius Naue, & dimisit ad temptandum in eis Israël si obseruabant uiam domini abire in eam, quemadmodum custodierunt patres eorum, an non, & dimisit dominus gẽtes has ut non auferret illas tunc, & non tradidit illas in manus Iesu. Satis ostenditur caussa quare non Iesus omnes illas gentes bellando deleuerit, quia hoc si fieret, non esset in quibus isti probarentur. Poterat autem esse ad utilitatem ipsorum, si temptati in eis non reprobi inuirentur, eisq; talibus inuentis, quales eos esse debere præceperat dominus, iam gentes illæ auferrentur à facie eorum, si ita uiuerent, nec bellis eos exerceri oporteret. Verba enim domini hucusq; accipienda sunt, Propter quod tanta dereliquit gens hæc testamentum meum quod mandaui patribus eorũ & nõ obedierunt uoci meæ, & ego non apponam auferre uirum à facie ipsorum, id est, aduersarium. Cætera uero uerba scriptoris sunt exponentis unde dixerit dominus non se ablaturum uirum de gentibus quas reliquit Iesus filius naue. Deinde subiungens qua caussa dereliquerit, Et dimisit inquit ad temptandum Israël si obseruarent uiam domini abire in ea, quemadmodum custodierunt patres eorum, an non, eos uolens intelligi patres custodisse uiã domini qui fuerunt cum Iesu, id est eo tẽpore quo ille uiuebat. Generationẽ quippe alterã superius retuluit surrexisse post illos, qui uixerunt cum Iesu & ab ipsis cœpisse transgressiones quæ offenderunt dominum, pro quibus temptandis, id est probandis relictæ fuerant gentes, nec exterminatæ per Iesum. Deinde ne putaretur hoc Iesu consilio suo tanq̃ humano ægisse ut gentes ille relinquerentur, subiungit scriptura, Et dimisit dominus gentes has ut non auferret illas celeriter, & non tradidit eas in manus Iesu. Deinde sequitur, Et hæ gentes quas reliquit dominus ut temptaret in eis Israel omnes qui nescierunt omnia bella Chananæorũ propter generationes filiorum Israel ut docceret illos bellum. Erat ergo ista caussa in eorum temptatione, ut bellare discerent, id est ut tanta pietate & obedientia legis dei bellarent quanta patres eorum qui domino deo etiam bellando placuerunt, non quia optabile aliquid est bellũ, sed quia pietas laudabilis est in bello. Quod autem sequitur, Verũ quia ante illos nescierunt illas, quid nisi gentes uult intelligi, quas nescierunt bellando qui fuerunt ante istos, quorũ temptationi, hoc est probationi relictæ sunt? Deinde cõmemorans quæ sint, quinq; inquit satrapias alienigenarũ, quas in libris regnorũ manifestius exprimit.

Iudic. 3

Satrapiæ

Psalm. 43
Esai. 52

1. Petri. 1

Satrapie quid inn.

Satrapiæ autem dicuntur, quasi parua regna, quibus Satrapæ præerant, quod nomen in illis partibus cuiusdam honoris est, siue fuit. Et omnem inquit Chananæum & Sidonium & Euæum inhabitantem Libanum aut montẽ Hermon usq; ad Cabemath, & factum est ut temptaretur in ipsis Israël, Tanq̃ diceret, Hoc autem factum est ut temptaretur in ipsis Israël scire si audient mandata domini, non ut sciret deus omnium cognitor etiam futurorum, sed ut scirent ipsi, & sua conscientia, uel gloriarentur, uel conuincerentur, utrum audirent mandata domini quæ mandauit patribus eorum in manu Moysi Quoniam ergo manifestati sibi sunt non se obedisse deo in his gentibus quæ ad eorum temptationem, id est, exercitationem atq; probationem fuerant derelictæ, propterea dixit deus uel illa in quibus missus est angelus, & expræsse locutus est, uel pauloante, ubi ait, Propter quod tanta dereliquit gens hæc testamentum meum quod mandaui patribus eorum, & non obedierunt uoci meæ, & ego nõ apponam auferre uirum à facie ipsorum. Dictum est autem in Exodo ex persona dei loquentis de istis gentibus
Exo. 23 aduersarijs, Nõ eijciã illos in ãno uno, ne fiat terra deserta, & multiplicentur in te bestiæ feræ, Paulatim eijciam illos, donec multiplicemini et crescatis & hæreditetis terram. Poterat hanc promissionem suam seruare dominus erga obedientes, ut exterminatio gentium illarum crescentibus Israëlitis partibus fieret, cum eorum multitudo terras unde aduersarij exterminarentur desertas esse non sineret. Quod autem ait, Ne multiplicentur in te bestiæ fere, mirum si non bestiales quodamodo cupiditates & libidines intelligi uoluit, quæ solent de repentino successu terrenæ fœlicitatis existere. Neq; enim deus homines exterminare poterat, & bestias non poterat, uel perdere, uel pasci potius non permittere.

Quomodo dicatur: Excitauit dominus saluatorem Israël. Quæstio. XVIII.

Iudic. 3 ET excitauit dominus saluatorem Israël, & saluauit eos. Deinde uelut quæreretur quem saluatorem, Othoniel inquit filiũ Cenez. Accusatiuũ enim casum hic debemus accipere, tanq̃ diceret Othonielem. Aduertendũ est autem quòd saluatorem dicat etiam hominem per quẽ deus saluos faciat. Nam clamauerunt filij Israël ad dominum, & excitauit dominus saluatorem Israël, & saluauit eos, Othoniel filiũ Cenez, fratrem Caleb minorem ipsius, & exaudiuit eos. Inter illa autem quæ appellantur ὑπέρβατα hoc genus rarum est, quoniam habet & illud quod græci uocant ὑστερολογίαν Quod enim ait postea, & exaudiuit eos, si prius ponatur fit sermo lucidior, Nam ordo est, Et clamauerunt filij Israel ad dominum, & exaudiuit eos, & excitauit dominus saluatorem Israël. Deinde quod hic interpositum est, & saluauit eos, & postea dictum est Othoniel filium Cenez, si ista diceretur planius fieret, & excitauit dominus saluatorem Israël Othoniel filium Cenez, & saluauit eos.

Quomodo quadraginta annis terra quieuisse dicatur, in alia autem littera octuaginta ãnis. Quæstio XIX.

QVadraginta annos quieuisse terram promissionis à bellis sub Othoniele iudice scriptura te- Iudic. 3
statur, quantum temporis primordia Romani imperij sub Numa Pompilio tantummodo rege pacata habere potuerunt.

An Aioth mentitus sit quando occidit Eglon. Quæstio. XX.

QVæri potest, utrũ mentitus fuerit Aioth iudex quando occidit Eglon regem Moab. Cum enim Iudic. 3
solus soli insidiaretur ut eum percuteret, hoc illi ait, Verbum occultũ mihi est ad te rex, ut ille à se omnes qui cum illo fuerant remoueret. Quod cum factum esset, iterum dixit Aioth, Verbum dei mihi ad ad te rex. Sed potest non esse mendacium, quandoquidem uerbi nomine solet etiam factum appellare scriptura, Et reuera ita erat. Quod autem dixit, uerbum dei, intelligendum est hoc illi deum ut faceret præcepisse qui eũ populo suo excitauerat saluatorem, sicut illis temporibus talia fieri diuinitus oportebat.

Quomodo rex Eglon dicatur esse exilis valde, cum adipes dicantur conclusisse vulnus. Quæstio. XXI.

MErito quæritur quomodo fuerit exilis ualde rex Iudic. 3
Eglon, & concluserint adipes uulnus quando percussus est. Sed intelligendum est ea locutione dictum quæ solet à contrario intelligi, sicut dicitur lucus, quòd minime luceat, & abundare respondetur, quod non est, 3. Reg. 21
& benedixit regi, pro maledixit, sicut scriptum est in regnorum libro de Nabuthe, Nã in ea interpretatione quæ non secundum septuaginta, sed ex Hebræo est ita inuenimus, Erat autem Eglon crassus nimis.

Quomodo sequentia recapitulando dicantur. Quæstio. XXII.

ET exijt ad fores & transijt obseruantes, & clausit Iudic. 3
ianuas domus superioris super eum & coartauit. Hoc recapitulando dictũ est quod fuerat prætermissum. Nam prius hoc fœcisse intelligendum est, & sic de superius descendisse & transiuisse obseruantes.

Quomodo pueri regis Eglon claue aperuerint quod Aioth claue non clauserat. Quæstio. XXIII.

QVomodo pueri regis Eglon claui aperuerint Iudic. 3.
quod Aioth claui nõ clauserat, potest mouere, Aut si ille claui clauserat, quomodo secum eam non auferret, ut isti nec claui aperire possent. Proinde aut alia clauis allata est, aut tale clausuræ genus fuit quod sine claui posit claudi, nec sine claue aperiri. Nam sunt quædam talia, sicut ea quæ uerudata dicuntur.

Quomodo

Quomodo iudice Aioth octoginta annos dicatur habuisse pacem Israël. Quæstio. XXIIII.

Iudic. 3 SVb iudice Aioth octoginta annos pacem habuit Israël in terra promissionis, duplicato scilicet tempore quàm fuit memorabile sub Romanorum rege Numa Pompilio.

Quomodo Sangar seu sannegar pro Israël post Aioth pugnasse dicatur. Quæstio. XXV.

Iudic. 3 ET post eũ surrexit Sannegar filius Aneath, & percussit alienigenas in sexcentos uiros, præter uitulos boum, & saluauit Israël. Quomodo post Aioth iste p Israël pugnauerit, & dictus sit saluasse Israël, potest esse quæstio. Non enim rursus fuerãt captiuati, uel iugo seruitutis innexi. Sed intelligendum ita dictum, saluauit, nõ quia nocuerit aliquid hostis, sed ne permitteretur nocere quem credendum est bello cæpisse temptare, & huius uictoria fuisse depulsum. Sed quid sibi uelit quod addidit, præter uitulos boum, obscurum est. An forte etiam boum stragem pugnando fecit, & ita dictum est eum occidisse sexcentos uiros, præter illud quod fecit de bobus occisis Sed quare uitulos ? An græcæ locutionis consuetudo est etiam uitulos eos appellare qui grandes sunt ? Nam ita loqui uulgo in Aegypto perhibetur : Sicut apud nos pulli appellantur gallinæ cuiuslibet ætatis. Non autem habet interpretatio ex Hebræo, præter uitulos boum, sicut ista quæ secundum septuaginta est, sicut habet illa ex Hebræo, uomere occisos sexcentos uiros, quod ista non habet.

Quid est quod respondit Barach Delbore si ibis ibo, & si non ieris mecum non ibo. Quæstio. XXVI.

Iudic. 4. QVid est quod respondens Barach Delboræ ait, Si ibis ibo, & si non ieris mecum, non ibo, quoniam nescio diem in qua prosperat angelum dominus mecum, quasi a Prophetissa diẽ audire non potuerit, nec illa die respondit, sed perrexit cum illo. Et quid est, prosperat angelum dominus mecum : An hic demõstratum est, quia & angelorum actus prosperantur, id est, adiuuantur à domino, ut fœliciter cædant, an locutionis est, prosperat angelum mecum, id est, facit mecũ prospera per angelum.

Quomodo pauefœcit dominus Sisaram. Quæstio. XXVII.

Iudic 4. ET pauefœcit dominus Sisaram & omnes currus eius. Ecce quemadmodum commendat scriptura agere deum in cordibus ut det exitum rebus quem constituit. Vtiq; enim pauefœcit uel obstupefœcit Sisaram ut traderet eum.

Quomodo doceatur non semper qui dicitur intrasse ad mulierem, eandem cognouisse. Quæstio. XXVIII.

VBi Iahel mulier quæ occidit Sisaram cum locuta esset ad Barach qui eum quærebat, scriptum est de ipso Barach, quia intrauit ad eam. Animaduertendum est non esse consequens, ut cum scriptura dicat de uiro quòd intrauit ad aliquam fœminam, iam etiam concubuisse credatur, Assidue quippe sic loquitur scriptura, intrauit ad eam, ut nolit intelligi nisi quòd ei mixtus sit. Hic ergo proprie dictum est, intrauit ad eam, id est domum eius intrauit, non ut, non ut per hæc uerba intelligatur concubitus, Iudic. 4

Quomodo in cantico Delbore illa verba defœcerũt. Habitantes in Israël. & reliqua quæ ibidem ordine mixto & confuse dicuntur ordinãda sint. Qõ. XXIX.

IN cantico Delbore dicitur, Defœcerunt habitantes in Israël, defœcerunt donec surrexit Delbora, donec surrexit mater in Israël, elegerunt ut panem hordeaceũ deos nouos, tunc expugnauerunt ciuitates principum. Hic intermixtus ordo uerborum obscuritatem facit, & quæstionem mouet. Quomodo enim intelligatur, elegerũt ut panem hordeaceum deos nouos, tunc expugnauerunt ciuitates principũ, quasi tunc eis fauerat deus ad expugnãdas ciuitates principum, quando elegerunt ut panem hordeaceum deos nouos. Sed in alijs iam scripturarum locis sæpe didicimus quemadmodum fiant hyperbata, quorũ directione cum uerba ad ordinem redeunt, sensus explanatur. Iste ergo est ordo, Defœcerunt habitantes in Israël, defœcerunt elegerunt ut panem hordeaceum deos nouos, donec surrexit Delbora, donec surrexit mater in Israël, tunc expugnauerunt ciuitates principum. Iudic. 5

Quomodo dicatur, elegerunt vt panem hordeaceum deos nouos, cum nulla sit comparationis ratio, Quæstio. XXX.

QVæri potest, quomodo dictum sit : Elegerunt ut panem hordeaceum deos nouos cum panis hordeaceus q̃uis sit in comparatione tritici panis abijciendus, tamen etiam ipse pascat & uitale alimentum sit. Dij autem noui quos dicuntur elegisse, qui defœcerunt à deo uiuo, non possint in alimentis animæ deputari, sed potius in uenenis. An hactenus accipienda est similitudo, quatenus ualet ut propter hoc solum dictum intelligatur, quia sicut plærumq; fastido fit, ut eligenda reijciantur, & aspernenda delectẽt, ita uitio prauæ uoluntatis tanq̃ languore fastidij cum esset deus eorum uerus sibi falsos elegerunt, nihil aliud quam nouitatem & spreta ueritate, atq; ita cibum mortiferum tanq̃ panem hordeaceum elegerunt non se arbitrantes inde perituros, sed etiam inde uitam uelut esca innoxia licet uiliore sumpturos. Secundum opinionem ergo eorum similitudo posita est animiq; languorem, non secundum ueritatem. Nam dij illi noui nullis sunt cibis uitalibus comparandi. Iudic. 5

Cur

Cur non exprimatur nomẽ prophetę qui dicitur missus a deo ad populũ. Quæstio. XXXI.

Iudic.6 ET factum est quando clamauerunt filij Israël ad dominũ propter Madiam, & misit dominus uirũ prophetam ad filios Israël & dixit eis: Cur non dicatur nomen huius prophetæ, quòd ualde scripturis inusitatum est, latens causa est, non tamen nullam esse arbitror: Sed quia post uerba quibus exprobrauit inobedientiã populi, sequitur scriptura dicens. Et uenit angelus domini, & sedit sub quercu quæ erat in Ephra, non absurde intelligatur iste angelus significatus nomine uiri, ut posteaq̃ hæc uerba dixit, uenerit ad quercũ memoratam, & ibi sederit. Nomine enim uirorũ solere appellari angelos notum est, quamuis eum qui esset angelus appellatum esse prophetam non facile seu euidenter occurrat, eum sane qui propheta esset dictum angelum legimus. Sed si angelorum dicta prophetica nota sunt, idest quibus futura prænunciauerunt, cur non posit angelus prophetæ nomine nuncupari? Veruntamen ut dixi expressum & manifestum de hac re testimonium non occurrit.

Quomodo q̃ angelus dicit ad Gedeon: Dominus tecum potens in fortitudine, li, potens est nominatiui casus, cui non quadrat litera quæ habet in uocandi casu, uirorum fortissime &c̃.

Quæstio. XXXII.

Iudic.6 QVòd angelus dicit ad Gedeon: Dominus tecum potens in fortitudine, nominatiuus casus est, non uocatiuus: Hoc est dominus potens tecum est, non tu potens.

Cur angelus ex auctoritate dei dicat ad Gedeon: Nonne ego misi te &c̃. Quæstio. XXXIII.

Iudic.6 ADuertendũ est dixisse angelũ tanq̃ ex domini auctoritate: Nonne ecce misi te, cum loqueretur ad Gedeon. Quis enim eũ misit nisi qui ad eũ angelũ misit?

Iudic.4 Delbora uero ait ad Barach: Nonne mandauit dominus deus Israël tibi. Hic aũt non dictum est, nonne ecce misit te dominus, sed, Nonne ecce misi te.

Quomodo Gedeon dicendo: Ecce mille mei &c̃. se Chiliarchum idest principem super mille significat.

Quæstio. XXXIIII.

Iudic.6 VBi respondet Gedeon ad angelum: In me domine, hoc est in me intẽde in quo saluabo Israël, ecce mille mei humiliores in Manasse. Intelligitur propositus fuisse mille hominum, quos græce χιλιαρχος appellat scriptura: An quid aliud.

Quomodo Gedeon non dixit angelo: Offeram tibi sacrificium, sed Offeram sacrificium meum in conspectu tuo, & quid de angelo sensit. Quæstio. XXXV.

ANimaduertendũ est quòd Gedeon non ait angelo: Offeram tibi sacrificium, sed ait, osferam sacrificium meum, & ponam in conspectu tuo. Vnde intelligendum est non eum angelo, sed per angelũ sacrificiũ offerre uoluisse. Quòd & ipse angelus euidenter ostendit qui nõ ab eo sacrificiũ tanq̃ sibi sumpsit, sed ait illi: Accipe carnes & Azymos, & pone ad petram illam & ius effunde. Et cum hoc fœcisset Gedeon, extendit angelus summũ uirgæ quæ erat in manu eius & tetigit carnes & Azymos, & accensus est ignis de petra & comedit carnes & Azymos: Ita etiam ipse angelus in sacrificio quòd obtulit Gedeon, officium ministrantis impleuit, ignem quippe homo minister ut homo sine miraculo subiecisset, quem mirabiliter ut angelus iste subiecit. Deniq; tunc cognouit Gedeon quòd angelus domini esset, Nam hoc scriptura cõtinuo subdidit: Et uidit Gedeon quoniam angelus domini est. Prius ergo tanq̃ cum homine loquebatur quem tamen hominem dei credidit, ut coram ipso sacrificium uellet offerre uelut adiuuandus præsentia eius sanctitatis. Iudic.6

Quomodo Gedeon ausus fuerat offerre sacrificium deo preter locum ubi iusserat deus. Quæstio. XXXVI.

QVæri potest quare Gedeon ausus fuerit sacrificiũ offerre deo præter locũ ubi iusserat deus. Præter tabernaculũ quippe suum deus phibuerat sacrificari sibi, cui tabernaculo templum postea successit. Tẽpore aũt quo fuit Gedeõ, tabernaculum dei erat in Silo, atq; ideo illic tantum legitime posit sacrificari. Sed intelligendum est quòd illum angelum primo prophetã putauerat, & tanq̃ deum in illo consuluerat de offerendo sacrificio: Quòd ille si prohibuisset, non utiq; fieret: Sed quoniam approbauit & ut fieret annuit, dei auctoritatẽ Gedeon in faciendo secutus est. Ita quippe deus legitima illa costituit, ut leges non sibi sed hominibus daret. Vnde quòdcunq; præter illa ipse præcepit, non à transgressoribus, sed potius à pijs & obedientibus impletum intelligendum est, sicut Abraham de immolando filio. Nam & sic Helias extra tabernaculum domini ad conuincendos sacerdotes idolorum sacrificauit, quòd ex præcepto domini fœcisse intelligendum est, qui ei tanq̃ Prophetæ reuelatione atq; inspiratione iusit ut faceret: Quamq̃ tanta consuetudo præter tabernaculum sacrificandi crebruerat ut etiam Salomon in excelsis sacrificasse inueniatur, nec eius sacrificium fuisse reprobatum: Et tamen notanter reges qui inter opera laudabilia sua nõ destruxerunt excelsa, ubi contra legem dei populus sacrificare consueuerat. Et qui destruxit, maiore prædicatione laudatur. Ita deus consuetudinem populi sui, qua præter eius tabernaculũ, tamẽ nõ dijs alienis offerebant, sed domino deo suo. sustinebat potius q̃ uetabat, etiã sic exaudiens offerentes. Hoc aũt quòd Gedeõ fœcit quis nõ intelligat p angelum procuratum ut prophetice fieret, in qua prophetia Petra illa cõmendaretur? Cui quidem Petræ nno sacrificatũ est, Iudic.6 Gene.22 3.Reg.18

sed de illa ignis cõmemoratur exisse quo sacrificium consumeretur. Siue enĩ p aquam quam percussa Petra effudit in Heremo, siue p ignem, donum spiritus sancti significatur, quòd ditissime dominus Iesus Christus effudit super nos. Nam & in Euangelio significatum est hoc donũ per aquam ubi ipse dominus ait: Si quis sitit, ueniat & bibat qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ, ubi Euangelista subiunxit: Hoc autem dicebat de spiritu quem accepturi erant credentes in eum. Significatũ est & per ignem, ubi ueniente illo super congregatos legitur: Visæ sunt illis linguæ diuisæ uelut ignis, qui & insedit super unum quemq; eorum. Et ipse dominus ait: Ignem ueni mittere super terram.

Ioan. 7

Actum. 2

Luce. 12

An utrunque positum putetur manu & ingua, dicendo: Lambuerunt trecenti uiri. Quæstio. XXXVII.

Et factus est Numerus eorũ qui lambuerunt manu sua, lingua sua, trecenti uiri: Plerique latini codices non habent, manu sua, sed tantũmodo lingua sua, quoniã sic intellexerunt quòd supra dictum est, sicut canes. Græcus aũt habet utrunq;, Manu sua & lingua sua, ut intelligatur quòd manu aquam raptam in os proijciebant, & hoc erat simile bibentibus canibus qui nõ ore appositio sicut boues aquam bibunt, sed lingua in os rapiunt, sicut etiam isti intelliguntur fœcisse, sed cum manu in os aquã proijcerent quam lingua exciperent. Nam & interpretatio ex Hæbræo planius id habet his uerbis: Fuit itaq; numerus eorum qui manu in os proijcientes aquam lambuerant trecenti uiri. Neq; enim solent homines ita bibere ut sine opere manus ligua, sicut canes aquã hauriant. Aut uero istis præceptum fuerat ut hoc facerent, sed cũ ad bibendum descendissent ad aquam, multi genuflexo biberunt, quòd facilius & minore labore fieret, pauci uero quia non flexu genu se incuruauerunt, ut canes biberunt, sed aquam manu in os iactabant. Quorũ numerus quia trecenti erant, signum insinuat crucis propter literam τ græcam, qua iste numerus significatur, per quos etiã gentes magis in crucifixum crediturας præfiguratum est q̃ littera græca est. Vnde græcorũ nomine Apostolus omnes gentes significat cum dicit: Iudæo primũ & græco. Et Iudæis & græcis sæpe ita cõmemorans circũcisionem & præputium, quòd in linguis gentium græca ita excellat ut per hanc omnes deceuer significentur. Iste numerus & in uernaculis Abrahæ animaduertendus est, per quos fratrem ab hostibus liberauit quando eum Melchisedech in magno mysterio benedixit. Quòd enim exuberant illic decem & octo, nam trecenti decem & octo fuisse referũtur, uidetur mihi significatum quo etiam tempore fieret, idest tertio quòd futurum erat sub gratia. Nam primum est ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia. Singula uero tempora senario numero significata sunt propter perfectionem: Nam ter seni, decem & octo sunt. Vnde & illa mulier decem & octo annos habet in infirmitate, quam curuam saluator cum inuenisset erexit & á Diaboli alligamento (ut Euangelium indicat) soluit. Nã quòd ita isti probati sunt per quos uinceret Gedeon ut similes in bibendo canibus dicerentur, significat quòd & contemptibilia & ignobilia elegit dominus. Pro contemptu enim habetur canis. Vnde dicit. Non est bonum tollere panem filiorum & mittere canibus. Et Dauid ut se tanquam contemptibilem abijceret, canem se appellauit loquens ad Saul.

Iudic. 7

Rom. 2.

Genes. 14

Luce. 13

1. Corin. 1

Matthe. 15

Quomodo Gedeon dicitur descendisse in partem quinquaginta, ipse & puer eius &c. Quæstio. XXXVIII.

Quid sibi uult quòd scriptum est: Gedeon descendit ipse et Phara puer eius, in partem quinquaginta qui erant in castris, quòd latini quidam codices habent in eam partem in qua erant quinquageni custodes in castris, alij uero partem quinquagesimã in castra: Obscurum quippe dictum plures sententias interpretum fœcit. Sed aut ea pars castrorũ erat quam seruabant quinquaginta custodes, aut si quinquageni intelligendi sunt circumquaq; seruasse, in unam partem isti descenderunt ubi erant quinquaginta.

Iudic. 7

Quid sit Mensa panis Hordeacei. Quæstio. XXXIX.

Quòd ille qui proximo suo somnium narrauit quòd audiuit Gedeon ut de uictoria futura cõfirmaretur, dixit se uidisse Mensam panis Hordeacei, uoluentem in castris & percutientem tabernaculum Madian, & subuertentem, hoc intelligendum arbitror quòd de canibus, quia per contemptibilia mundi, quæ significat mensa panis Hordeacei, saluator superbos fuerat confusurus.

Iudic. 7

Quid q̃ exclamari iussit Gedeon. Quæstio. XL.

Quòd exclamari iussit Gedeon á trecentis suis, Gladius domino & Gedeõ, idest huic Gedeon, hoc significat quòd gladius id erat operaturus quòd domino placeret & Gedeon.

Iudic. 7

Quid sit iudicium Ephot. Quæstio. XLI.

Quæri solet quid sit Ephud, uel Ephod, seu ephot. Quòd quidem si sacerdotale est indumentũ, quòd plerique dicunt, uel potius superindumẽtum, quód ἐπενδύτης græce dicitur, uel ἐπωμὶς quód magis superhumerale interpretari latine potest, merito mouet quomodo de tanto auro Gedeon id fœcerit. Nã ita scriptum est: Et factum est pondus inaurium aurearum quas petierat sibi nulle septingeni auri sicli, præter Brachialia & torques & operimenta purpurea quæ erant super reges Madiã, præter torques quæ erant in ceruicibus Camelorum ipsorũ, & fœcit illud Gedeon in Ephud, & statuit illud in ciuitate sua in Ephra, et fornicatus est omnis Israël post illud ibi, & factum est Gedeon & domui eius in

Iudic. 8

eius in scandalum. Quomodo ergo ista uestis de tanto auro fieri potuit? Nam & mater Samuelis fœcit filio suo, sicut legimus, Ephud bar, quód nonnulli interpretati sunt Ephud lineum quando eũ dedit domino in templo nutriendum. Vbi euidentius apparet hoc genus esse indumenti. An ideo dictum est, statuit illud in ciuitate sua, ut hinc intelligeretur aureum fuisse factum? Non enim dictum est, posuit, sed statuit, quoniam ita erat solidum & ualidũ ut statui posset, hoc est positum stare. Hoc ergo illicitum cum fœcisset Gedeon, fornicatus est post illud omnis Israël, idest, sequendo illud contra legem dei. Vbi nõ frustra quæritur, cum Idolũ non fuerit, idest, cuiusq; dei falsi & alieni simulacrum, sed Ephud idest, unũ de Sacramentis tabernaculi quòd ad uestem sacerdotalem pertineret, quomodo fornicationem scriptura dicat populi ista sectantis atq; uenerantis: Ideo scilicet quòd præter tabernaculum dei ubi erant ista quæ sibi fieri iusserat deus Israël extra, simile aliquid fieri fas nõ erat. Ideo sequitur & dicit scriptura: Et factum est Gedeon & domui eius in scandalum idest ut ab offenso deo discederet, quia & hoc quoddam genus Idoli quodammodo erat, quòd extra dei tabernaculum quodlibet manu factum pro deo coleretur, cum illa ipsa quæ iussa sunt in tabernaculo fieri ad dei potius cultum referrentur q̃ pro deo aliquid eorum, aut pro dei simulacro colendum haberetur: Quæq̃ per Ephud uel Ephod, ea locutionne quæ significat á parte totũ, omnia possunt intelligi quæ constituit Gedeon in sua ciuitate, uelut ad colendum deum similia tabernaculo dei. Et propterea per hoc, quia hoc est sacerdotalis honoris insigne, quòd sæpe scriptura commemorat, ut hoc sit peccatũ Gedeon, quòd extra dei tabernaculum fœcerit aliquid simile, ubi colcretur deus, non quòd solido auro uelut ad adorandum constituerit Ephud, sed quòd esset ex auro ipso q, etiam ex præda fœcerit ea quæ pertinerẽt ad ornamenta uel instrumenta sacrarij, quæ omnia per Ephud significata sunt propter excellentiã, ut dixi uestis sacerdotalis. Nã & ipsum Ephud non quidem ex auro solo fieri præceptum est, si hoc est superhumerale sacerdotalis uestis, ueruntamẽ etiam aliquid auri habet: Nam ex auro & Hiacyntho & purpura & coccino & byssо ut fieret, diuinitus imperatum est, sed quia hoc ita posuerunt septuaginta interpretes, ut cõmemoratis omnibus quæ de spolijs acceperat Gedeon inferrent, & fœcit illud Gedeon in Ephud, uidetur ita dictum, tanquam ex toto illo quòd cõmemoratum est hoc factum esse credatur, cum posit etiã illic intelligi locutio quæ significat á toto partem, ut quòd dictum est, fœcit illud in Ephud, intelligatur, fœcit inde Ephud, uel fœcit ex eo Ephud, non secundum illud totum consumens in Ephud, sed ex illo quantum sufficiebat impendens: Nam in illa interpretatione quæ ex Hebræo est sic legitur: Fœcitq; ex eo Gedeõ in Ephod. Quòd enim apud septuaginta scriptũ est Ephud, hoc in Hebræo perhibetur dici Ephod. Non autem omnes sacerdotes tali utebantur superhumerali q, esset ex auro & Hiacynctо & purpura & coccino & byssо, sed solus summus sacerdos. Vnde illud quód de Samuele cõmemorauimus factum illi ab eius matre, non erat utiq; tale quoniam cum datus est nutriendus non erat summus sacerdos utiq; puer. Vnde ut dictum est Ephud bar appellatur, uel potius Ephud bat, sicut asserunt qui Hebræam linguam nouerunt, quód interpretatur Ephud Lineum. Sed Gedeon existimo illud fœcisse quód erat præcipuum summi sacerdotis indumentum áq; ornamentum, per quód & cætera significata sunt opera sacrarij, quód ĩ sua ciuitate præter dei tabernaculum constituerat, & propter hoc peccatum factum & illi & domui eius in scandalum, ut sic interiret quód postea scriptura narrat tanta eius numerositas filiorum.

Quomodo terra dicatur quieuisse quadraginta Annis in diebus Gedeon, cum uerisimile non sit. Quæstio. XLII.

NOn prætereunda oritur quæstio, quomodo quieuerit terra quadraginta annos in diebus Gedeon, cum post uictoriam qua liberauit Hebræos ex Auro spoliorum, fœcerit Abominationem, & post illam fornicatus sit omnis Israël & fuerit illi & domui eius in scandalum. Quomodo ergo post hoc tantum nefas, quód & Gedeon & populus admisit, requieuit terra quadraginta annos, cum hoc scriptura soleat ostendere cum à domino deo populus fornicaretur, tunc potius pacem illos perdere, non acquirere, & hostibus subiugari, non ab hostiũ infestatione muniri? Sed ĩtelligendũ est sicut solet scriptura per prolepsin id est per præoccupationem dixisse quod fecerit ephud cõtra dei legem, Gedeon ex illo auro quod fuerat hostibus deuictis atquæ prostratis ablatum, quia uno loco dicere uoluit, & unde erat aurum, & quid de illo factum sit, sed postea factum est in fine dierũ Gedeon hoc peccatum quando consecuta sunt etiam mala quæ deinde scriptura contexuit, postea quam commemorauit quot annis in diebus Gedeõ terra conquieuerit, quos annos recapitulando commemorauit idest ad ordinem quem præterierterat, prius dicendo de illo scandalo quod nouissime factum est. Iudic. 8.

Quibus idolis post mortem Gedeon seruierunt filij Israël, & quomodo grauius peccauerunt. Quæstio. XLIII.

ET factũ est cũ esset mortuus Gedeõ, et auersi sunt filij Israël & fornicati sunt post Baalim, & posuerunt ipsi sibi Baalberith testamentum ut esset eis ipse in deum. Et Baalim & Baalberith Idola intelligenda sunt. Maior itaq; transgressio fornicatio commissa est á populo post mortem Gedeon, quam illo uiuo propter Ephud, quoniam & illud, etsi illicite factum erat, tamẽ de sacramentis tabernaculi erat, ista uero post idola fornicatio nã habet uel falsam paternæ religionis defensionem. Vnde etiam si illud Ephud quód nõ in fine temporis Gedeõ, sed Iudic. 8.

ante factum est, ita deus patienter tulit, ut pax in terra perseueraret, quia licet factum erat quòd prohibuerat, non tamen lege recessum erat ab illo qui tale aliquid in tabernaculo suo, atq; in honorem suum fieri iusserat: Nunc uero grauiora cõmissa & apertissimam post idola fornicationem populi esse noluit impunitam.

Quæ distinctio sit facienda in uerbis Rhãni, cum dicit: Et si non, exeat ignis de Rhamno. Quæstio XLIIII.

Iudic. 9

QVòd inducitur Rhamnus, ideſt quoddam ſpinarũ genus in ſimilitudinem dicere omnibus lignis conuenientibus ad eam ut regnaret ſuper ea: Si in ueritate unguitis me uos regnare ſuper uos, uenite confidite in protectione mea, & ſi non, exeat ignis de Rhamno et comedat cedros Libani. Obſcurus ſenſus eſt, et eũ inuenta diſtinctio manifeſtat. Non enim ita legendum eſt, & ſi non exeat ignis de Rhamno, ſed ſubdiſtinguendum, & ſi non, ac deinde inferendum, exeat ignis de Rhamno id eſt ſi nõ confiditis in protectione mea, aut ſi non in ueritate unguitis me regnare ſuper uos, exeat ignis de Rhamno & comedat cedros libani. Comminatuis enim uerba ſunt quid facere poſſit, ſi noluerint eam regnare ſuper ſe. Verum quia non ait, exibit ignis de Rhamno & manducabit Cedros Libani, ſed ait, exeat & manducet, obſcurius factum eſt quam ſi ſola diſtinctio lateret. Vehementioris aũt cõminationis eſt & quodammodo præſcientioris efficaciæ, ſi quis dicat, ſi non uis facere quòd uolo, ſæuiet in te ira mea ideſt iam ſæuiat, ut quid eam in eo? Quaſi dicat, ſæuiat, permiſſiuo modo, pœnam intentans futuram,

Quomodo dicatur: Emiſit deus ſpiritum malignum. Quaſtio. XLV.

Iudic. 9

ET miſit deus ſpiritum malignum inter Abimelech & inter uiros Sichimorum. Hoc uerbum, utrũ imperantem, an permittentem deum ſignificet, non facile definiri poteſt. Quòd enim poſitũ eſt, emiſit, græcus habet

Pſalm. 42

ἐξαπεστειλεν. quòd etiam eſt in Pſalmis ubi legitur: Emitte Lucem tuam, quam q̃ in quibuſdam locis interpretes noſtri, ubi eſt in græco ἐξαπεστειλεν miſit, interpretati ſunt, non emiſit. Poteſt ergo & ſic intelligi, ut ſpiritum malignum deus tanquam ire inter eos uolumem emiſerit ideſt poteſtatem dederit maligno ſpiritui ad eorũ pacem perturbandam. Vſque adeo autem etiam mitti a domino malignum ſpiritum propter iuſticiam, uindicandi, nõ abſurdum uiſum eſt, ut quidam id quòd eſt ἐξαπεστειλεν etiam immiſit interpretati ſint.

Quomodo & maturabis, uel & manicabis dicitur. Quæstio. XLVI.

Iudic. 6

VErba quæ miſit ad nuncios Abimelech Zebul prĩceps ciuitatis Sichimorum etiam id habent: Et nunc ſurge nocte tu & populus tuus tecum, & inſidiare in agro. Et erit mane ſimul ut oritur, ſol, maturabis & tendes ſuper ciuitatem. Quòd latini quidam habent maturabis, quidam uero manicabis, græcus habet quòd dici poſſet, non uno uerbo, diluculo ſurgens. Et forte eſſe hinc ſit dictum, maturabis a matutino tempore, quamuis etiam alio tempore dici ſoleat ad rem accelerandam. Manicabis autem latinum uerbum eſſe mihi non occurrit. Sed illud mouet quòd cum dixiſſet, ſimul ut oritur ſol, addidit, diluculo ſurgens, cum ipſum diluculum quòd græce dicitur ὄρθος, tempus ante ſolem ſignificet quòd iam uſitatiſſime dicitur cum albeſcere cœperit. Sic itaq; intelligendum eſt ut quòd poſitum eſt mane ipſum diluculum intelligatur. Additum eſt autem, ſimul ut oritur ſol, ut exprimeretur non iam orto ſole faciendum, ſed ubi fulgor apparuerit ſolis orientis. Non enim aliunde albeſcit diluculum, niſi cum cœperit partem cœli quam uidemus ab oriente lux ſolis ad eam reduntis attingere. Hinc eſt quòd etiam in Euangelio unam atq; eandem rem alius Euangeliſta dicit diluculo factam cum adhuc obſcurum eſſet, alius oriente ſole, quia & ipſa lux quamlacunque diluculi ſole utiq; fiebat oriente, ideſt ad ortum uenientis & fulgorem ſuum de ſuæ præſentiæ propinquitate iactante. Quam Lucem quidam Idiotæ ſolis non eſſe putauerunt, ſed illam eſſe quia primitus condita eſt antequam deus quarto die conderet ſolem.

Luce. 24 Marc. 16

Quomodo accipiatur filius Patris fratris eius. Quæstio. XLVII.

Iudic. 10

ET ſurrexit poſt Abimelech qui ſaluum faceret Iſraël Thola filius Phua filius patris fratris eius uir de Iſachar: Filium patrui eius, dixit filium patris fratris eius, cum ordinatius & uſitatius atque apertius diceretur, filium fratris patris eius: Filius enim erat patrui eius, ſicut euidentius in ea interpretatione quæ ex Hebræo eſt inuenitur. Non ergo quòd dictum eſt pater fratris, ab eo declinatum eſt quòd eſt in nominatiuo caſu pater fratris, ſed ab eo quòd eſt patris frater: Hoc eſt enim patruus. Nam ſiue ponatur, in nominatiuo, hic pater fratris, ſiue ponatur, hic patris frater genituum facit, huius patris fratris. Verum altera oritur quæſtio, quomodo fuerit patruus Abimelech uir de Iſachar, ideſt uir de tribu Iſachar cum Abimelech patrem habuerit Gedeon, qui Gedeon de tribu fuit Manaſſe. Quomodo ergo Phua & Gedeon fratres fuerunt, ut poſſit eſſe Phua patruus Abimelech, cuius patrui filius Thola ſuccederet, ſecundum iſtam narrationem, ipſi Abimelech? Potuerunt ergo Gedeon & Phua unam habere matrem ex qua diuerſis patribus naſcerentur, & fratres eſſent uniuus matris filij, nõ unius patris. Solebant enim nubere fœminæ de alijs tribubus in alijs tribubus Vnde & Saul cum eſſet de tribu Beniamin, dedit filiam ſuam Dauid homini de tribu Iuda. Et ſacerdos Ioiade utique homo de tribu Leui, duxit filiam Ioram regis hominis de tribu Iuda. Hinc factum eſt, ut Heliſabet & Maria cognatas in Euangelio legamus, cum fuerit Heliſabet de filiabus Aaron. Ex quo intelligitur de tribu Leui & filiabus

Aaron

Aaron aliquam nupsisse in tribum Iudam unde ita fieret inter ambas illa cognatio, ut domini caro non solum de regia, uerum etiam de sacerdotali stirpe propagaretur.

Quomodo ponantur illa uerba: Nonne quæcunque hæreditauit tibi Chamos deus tuus &c. Quæstio. XLVIII.

Iudic. 11

INter cætera quid Iepte mandat per nuncios regi filiorum Ammon, etiam hoc dicit: Nonne quæcunque hæreditabit tibi Chamos deus tuus, hæc hæreditabis, & omnia quæcunq; hæreditabit dominus deus noster á facie uestra, hæc hæreditabimus? Quòd quidam latini sic interpretandum putauerunt ut dicerent: Nonne quæcũque dedit tibi in hæreditate Chamos deus tuus, hæc possidebis. Vbi uideri potest confirmasse Iepte deũ istum qui uocatur Chamos, potuisse aliquid dare in hæreditatẽ cultoribus suis. Quidam uero sic hunc locum interpretati sunt: Nonne quæcunq; possedit Chamos deus tuus, hæc possidebis? Et hoc ita sonat, quasi aliquid potuerit possidere. An forte secundum hoc dictum est, quòd sub angelis constitutæ sunt gentes iuxta canticum Moysi famuli dei? Numquid nam ergo ille angelus sub quo erant filij Ammon, Chamos appellatus est? Quis hoc audeat affirmare, cum possit intelligi secundum eius opinionem dictum, quia putabat deum suum hoc possidere, uel in possessionem sibi dedisse. Magis autẽ iste sensus elucet in his uerbis quæ græcus habet: Nonne quæcunq; hæreditabit tibi Chamos deus tuus, hæc hæreditabis? Vt in eo quòd positum est, tibi, intelligatur ita dictum, ac si diceretur, sicut uidetur tibi. Tibi enim hæreditabit qui hoc putas, non quòd ille aliquid possit hæreditare. Deinde in eo quòd sequitur: Et omnia quæcunque hæreditabit dominus deus noster, non dixit hæreditabit nobis, tanquam diceret, sicut uobis uidetur, sed uere hæreditabit á facie uestra, quoniã abstulit ipsis, & his dedit, hæc inquit hæreditabimus.

Quomodo fiat oblatio de filia Iepte. Quæstio. XLIX.

Iudic. 11

DE filia Iepte quòd eam pater in holocaustoma obtulit deo, quoniam in bello uouerat si uicisset eũ se Holocaustoma oblaturum qui sibi de domo exiens occurrisset, quòd cum uouisset uicit, & occurrente sibi filia quòd uouerat reddidit, solet esse magna & ad dijudicandum difficillima quæstio: Quibusdam quid sibi hoc uelit nosse cupientibus & pie quærentibus, quibusdam uero qui scripturis his sanctis imperita impietate aduersantur hoc maxime in crimen uocantibus, quòd legis et prophetarum deus etiam humanis sacrificijs fuerit delectatus. Quorum calumnijs sic primitus respondemus, ut deum legis & prophetarum, atque ut expressius dicam, deum Abraham & deum Isaac & deum Iacob nec illa sacrificia delectauerint ubi pecorum holocausta offerebantur, sed quòd significatiua fuerint & quædam umbræ futurorum, res ipsas nobis quæ his sacrificijs significabantur commendare uoluisse, fuisse autem etiam istam utilem causam cur illa mutarentur, nec modo iuberentur, immo prohiberentur offerri, ne uere secundum carnalem affectum talibus deum delectari putaremus. Sed utrum etiam humanis sacrificijs significari futura oportuerit, merito quæritur, non quòd mortes hominum quandoque moriturorum in hac causa exhorrescere & formidare deberemus, si illi qui hæc de se fieri gratanter acciperent, in æternam remunerationem commendarentur deo. Sed si hoc uerum esset, hoc genus sacrificiorum deo Exod. 13 non displiceret, Displiceere autem deo satis euidenter eadem scriptura testatur. Nam cum omnia primogenita sibi dicari & sua esse uoluerit atque præceperit, redimi tamen à se uoluit primogenita hominum, ne immolandos deo crederent filios suos quos natos primitus suscepissent. Deinde hoc apertius ita loquitur, quòd humana holocausta sic deus improbet ut prohibeat, detestans ea in alijs gentibus, & populo suo præcipiens ne audeat imitari: Si autem inquit exterminauerit dominus deus tuus gentes in quas tu intrabis hæreditare terram eorum in conspectu tuo & hæreditabis eos, & habitabis in terra eorum, attende tibijpsi ne exquiras sequi eos postquam exterminati fuerint à facie tua, ne exquiras deos eorum dicens, quemadmodũ faciunt gentes dijs suis faciam & ego, non facies ita domino deo tuo: Abominamenta enim quæ dominus odit fœcerunt dijs suis, quoniam & filios suos & filias suas comburunt igni dijs suis. Quid euidentius ostendi potest his sanctæ scripturæ testimonijs, ut alia huiuscemodi omittam, quomodo deum à quo hæc scriptura humano generi contributa est, non solum non diligere, uerunetiam odisse talia sacrificia in quibus homines immolantur. Illa plane diligit & coronat cum quisque iustus iniquitatem patiens usque ad mortem pro ueritate decertat, uel ab inimicis quos pro iustitia offendit occiditur, retribuens eis bona pro malis, id est pro Matth. 5 odio dilectionem. Talem dicit dominus sanguinem iustum á sanguine Abel usque ad sanguinem Zachariæ. Præcipue autem quòd sanguinem fudit ipse pro nobis, & sacrificium seipsum obtulit deo. Sic utique obtulit, ut ab inimicis pro iustitia occideretur, hunc imitata martyrum milia usque ad mortem pro ueritate certarunt, & ab Sapien. 3 inimicis sæuientibus immolata sunt, de quibus dicit scriptura: Tanquam aurum in fornace probauit illos, & sicut holocausti hostiam accepit illos. Vnde & Apostolus 2 Thimo. 4 dicit: Ego enim immolor. Sed non sic Iepte de filia fœcit holocaustoma domino, sed sicut præceptũ fuerat pecora offerri & prohibitum fuerat homines immolari. Magis hoc illi simile uidetur quòd fœcit Abraham,

quòd dominus specialiter fieri præcepit, non generali lege, ut talia sibi sacrificia fierent aliquando mandauit, immo etiam fieri omnino prohibuit. Distat itaque hoc quòd Iepte fœcit á facto Abrahæ, quoniam ipse iussus obtulit filium, iste autem fœcit, quòd & lege uetebatur, & nullo
Genes. 22 speciali iubebatur imperio. Deinde non solum in sua lege postea, uerunetiam tunc dominus in ipso Abrahæ filio talibus sacrificijs quòd non delectaretur ostendit, cum patrem cuius fidem iubendo probauerat, á filij tamen interfectione prohibuit, ac arietem quo sacrificium licite secundum ueterem congruam temporibus consuetudinem compleretur apposuit. Si autem hoc quemquam mouet quomodo pie crediderit Abraham dominum sacrificijs talibus delectari, si hæc illicitè offeruntur deo, & ideo putat recte credidisse etiam Iepte quòd tale sacrificium deo posset esse acceptum, primo consideret aliud esse ultrò uouere, aliud iubenti obtemperare. Non enim si aliquid præter morem in domo á domino institutum seruo iubetur atque id laudabili obedientia facit, ideo non est plectendus, si hoc facere sponte præsumpserit. Deinde habebat quòd crederet Abraham, ut propter diuinum imperium non parceret filio, non credens deum tales uictimas libenter accipere, sed hoc eum propterea iussisse, ut resuscitaret occisum, & hinc aliquid tanquam deus sapiens demonstraret. Nam hoc de illo etiam in Epistola legitur quæ inscribitur ad Hebræos, & fides eius; quia hoc de deo crediderit quód posset filium eius suscitare, laudatur: Iste uero & deo non iubente neque poscente, & contra legitimum eius præceptum ultrò sacrificium uouit humanum. Sic enim scriptum est: Et uouit Iepte uotum domino & dixit: Si traditione tradideris mihi filios Ammon in manu mea; & erit quicunque exierit de ianuis domus meæ in obuiam mihi in reuertendo me in pace á filijs Ammon & erit domino offeram eum holocaustoma: Non utique his uerbis pecus aliquòd uouit, quód secundum legem holocaustoma posset offerre. Neque enim est aut fuit cõsuetudinis, ut redeuntibus cum uictoria de bello ducibus pecora occurrerent. Quantum autem attinet ad muta animalia canes solent dominis blando famulatu alludentes currere in obuiam. De quibus ille in suo uoto cogitare non posset, ne in iniuriam dei aliquid, non solum illicitum, uerunetiam contemptibile, & secundum legem immundum uouisse uideretur. Nec ait, quodcunque exierit de ianuis domus meæ in obuiam mihi, offeram illud holocaustoma, sed ait, quicunque exierit offeram eum, ubi proculdubio nihil aliud quam hominem cogitauit, non tamen fortasse unicam filiam, quamquam illam in tanta paterna gloria quis posset ante ire, nisi forte uxor? Nam quèd non dixit quæcunque, sed quicunque exierit de ianuis domus meæ, solet scriptura masculinum genus pro quolibet sexu ponere, sicut de Abraham dictum est: Surgens à mortuo, cum eius uxor mortua fuisset. Quia
Genes. 23 ergo de hoc uoto atque facto nihil uidetur scriptura iudicasse, sicut de Abraham quando filium iussus obtulit, apertissime iudicauit, sed tantummodo scriptum reliquisse legentibus iudicandum, quemadmodum de facto
Genes. 39 Iudæ filij Iacob, quando ad nurum quidem suam nesciens intrauit, uerum quantum in ipso fuerat fornicatus est, quia meretricem putauit, neque approbauit hoc scriptura, neque improbauit, sed iusticia & lege dei consulta æstimandum pensandumque dimisit. Quia ergo de isto Iepte facto in neutram partem sententiam scriptura dei protulit, ut noster intellectus in iudicando exerceretur, possemus iam dicere deo displicuisse tale uotum, & ad illam perductam esse uindictam ut patri potissimum filia unica occurreret, quòd si speraſſet atq; uouisset, non contuuo ut eam uidit scidisset uestimenta sua & dixisset: Heu me filia mea, impedisti me, in offendiculum facta es in oculis meis. Deinde sexagenta dierum tam longa dilatione data filiæ suæ, dominus ab unicæ & charissimæ nece cum eum non prohibuerit, sicut prohibuit Abraham donec perficiendo quòd uouerat seipsum percuteret orbitate grauissima, deum autem nequaquam hominis immolatione placaret, & ideo huiusce modi patri pœnam fuisse retributam, ne impunitum talis uoti relinqueretur exemplum, ut aut ne magnum aliquid se uouere deo putarent homines cum uictimas humanas uouerent, & quód est horribilius filiorum, aut non uera, sed potius simulata eadem uota essent cum uelut exemplo Abrahæ sperarent qui uouissent, deum prohibiturum talia uota compleri. Possemus inquam hæc dicere, nisi ab ista sententia duo nos præcipue diuinarum scripturarum testimonia retardarent, ut hanc rem gestam & in his libris tantæ auctoritatis memoriæ commendatam diligentius quantum dominus adiuuat & cautius perscrutemur, ne in ullam partem iudicium temerarium proferamus. Vnum, quòd in Epistola ad Hebræos iste Iepte inter tales commemoratur ut eum culpare uereamur, ubi sic scri
Hebre. 11 ptum est: Et quid adhuc dicam? Deficit enim me tempus enarrandi de Gedeon, Barach, Sanson & Iepte, & Dauid; & Samuel, & Prophetis, qui per fidem uicerunt regna, operantes iusticiam consecuti sunt promissiones: Alterum, quòd ubi de illo ista narrantur quòd tale uouerit & impleuerit uotum præmisit scriptura dicens: Et factus est super Iepte spiritus domini & perrexit Galaad & Manasse & transijt speculam Galaad, & de specula Galaad transijt ad filios Ammon, & uotum uouit Iepte domino, & cætera ad hoc ipsum uotũ pertinentia, ut omnia quæ deinceps facta sunt tanquam opera spiritus domini qui super eum factus est intelligenda facta uideantur.

Ista te-

Ista testimonia nos compellunt quærere potius cur factum sit, quàm facile improbare quod factum est. Sed primo illud quod ex epistola quæ ad Hebræos est commemoraui, inter illos laudabiles uiros qui ibidem recoluntur, non solum est Iepte, uerumetiam Gedeon, de quo similiter scriptura dicit: Spiritus domini confortauit Gedeon, & tamen eius factum quod de illo auro prædæ operatum est Ephud, & fornicatus est post illud omnis Israël, & factum est domui Gedeon in scandalum, nõ solum laudare non possumus, uerumetiam quia scriptura hinc apertissime iudicauit, reprobare minime dubitamus, nec tamen ex hoc ulla fit iniuria spiritui domini, qui eum confortauit ut hostes populi eius tanta facilitate superaret. Cur ergo inter illos commemoratur qui per fidem uicerunt regna, operantes iusticiam, nisi quia sancta scriptura, quorum fidem atq; iusticiam ueraciter laudat, non hinc impeditur, eorum etiam peccata, si qua nouit, & oportere iudicat notare ueraciter? Nam & in eo quod idem Gedeon signum petens, sicut ipse locutus est, temptauit in uellere, nescio utrum non fuerit transgressus præceptum, quo scriptum est: Non temptabis dominum deum tuum. Veruntamen etiam in eius temptatione dominus quod prænunciare uolebat, ostendit in compluto scilicet uellere, & area tota circunquaq; sicca, figurare primum populum Israël: ubi erant sancti cũ gratia cœlesti, tanquam pluuia spiritali, & postea compluta area sicco uellere, figurare ecclesiam toto orbe diffusam, habentem non in uellere tanquam in uelamine, sed in aperto cœlestem gratiam, illo priore populo, uelut ab eiusdem gratiæ rore, alienato atq; siccato. Nec tamen frustra inter fideles & operantes iusticiam, propter bonam fidelemq; uitam in qua cum credendum est esse defunctum, tale in epistola ad Hebræos meruit testimonium. Vtrum autem quia posteaquam dictum est, Factus est super Iepte spiritus domini, ea secuta sunt, ut uotum illud uoueret atq; hostes uinceret, & quod uouerat redderet spiritui domini, omnia deputanda sint ut perinde habeatur & hoc sacrificium, tanquam id dominus sicut Abrahæ fieri iusserit, non facile dixerim, cum utiq; de Gedeon possit hæc afferri differentia, Quia peccatum quod fœcit quando fœcit Ephud, post quod uniuersus populus fornicatus est, nulla est eius commemorata prosperitas. Postea uero quam Iepte uotum uouit, illa est insignis eius uictoria consecuta, propter quam adipiscendã uouerat, & qua adepta quod uouerat soluit. Rursus enim considerandum est quia Gedeon etsi non posteaquam fœcit Ephud, tamen posteaquàm temptauit dominum (quod utiq; peccatum fuit) magna strage hostibus cæsis atq; superatis populo acquisiuit salutem. Sic enim scriptũ est, Et dixit Gedeon ad dominum, Non irascatur indignatio tua in me, et loquar adhuc semel in uellere etc. Iram quippe dei metuebat, qui non nouerat tẽptãdo se peccare qd' deus in lege sua manifestissime ꝓhibet

Deuter. 6

Hoc tamen peccatum eius & mirabilis signi euidentia & magna uictoriæ prosperitas liberationisq; populi cõsecuta est. Iam enim deus statuerat afflicto populo subuenire, atq; huius ducis quem ad hoc opus assumpserat, utebatur animo, nõ solum fideli et pio, uerumetiam subdeficiente & delinquente, & prænunciando quæ uolebat, & complendo quæ dixerat. Non enim per istos tantum qui etiam si peccauerunt, inter iustos tamen narrantur, sed etiam per ipsum Saulem omnimodo reprobatum, multa deus populo suo præstitit, in quem insiliuit etiam spiritus dei & prophetaut, non cum iuste ageret, sed cum in uirum sanctum Dauid innocentemq; sæuiret. Agit enim spiritus domini & per bonos & per malos, & per scientes & per nescientes quod agendum nouit & statuit. Qui etiam per Caipham acerrimum domini persecutorem nescientem quid dixerit, insignem prolulit Prophetiam, quòd oporteret Christum mori pro gente. Quis enim ægit nisi spiritus domini curans prænunciare uentura, ut iudici Gedeon temptare uolenti dominum, & non credenti quod ei fuerat per manum eius de salute populi iam locutus, hoc potissimum de uellere prius compluto, post modum sicco, & de Ara primum sicca postea rigata ueniret in mentem, ut quòd subdefœcit à fide, infirmitati eius delictoq; deputetur. Quòd uero etiam tali eius animo ad hoc quòd generi humano significari oportebat usus est deus, ad eius intelligatur misericordiam & mirabilem prouidentiam pertinere. Si quis autem dicit omnia scientem fœcisse, & dixisse Gedeon ex reuelatione Prophetica, ut per eum signa talia monstrarentur, ne defœcisse à fide, & quod ei iam promiserat dominus credidisse, sed actione Prophetica in uellere uoluisse tentare, atque illius tentationem fuisse, inculpabilem, sicut dolum Iacob, & illud quod domino ait: Non irascatur indignatio tua in me non ideo dixisse quòd iram eius timeret, sed quòd eum cõfideret non irasci cum ea faceret quæ spiritu eius dictante facienda esse tanquàm Propheta sentiret. Dicat ut uidetur, dummodo illud quod de facto Ephud scripturæ ipsa culpauit quodlibet significet, non audeat excusare à peccato, Nam & illud quòd trecenti uiri ad signum crucis ipsi numero pertinentes hydrias fictiles acceperunt, eisq; ardentes faculas incluserunt, quibus hydrijs fractis repente lumina numerose micantia tantam hostium multitudinem terruerunt, tanquam ex suo arbitrio uidetur fœcisse Gedeon. Non enim scriptura dicit dominum admonuisse ut hoc faceret, & tamen tam grande signũ quis eius animo atq; consilio faciendum, nisi dominus inspirauit, qui præfigurauit sanctos suos thesaurum Euangelici luminis in uasis fictilibus habituros, sicut Apostolus dicit: Habemus autem thesaurum istum in uasis fictilibus? Quibus in passione martyrij tanquam uasculis fractis maior eorum gloriæ fulgor emicuit,

1. Reg. 19

Iohan. 11

Iudic. 6

Gene. 30 Iudic. 6

Iudic. 7

2. Cor. 4

gor emicuit, quæ impios Euangelicæ prædicationis inimicos inopinata illis Christi claritate superauit. Seu ergo per scientes, seu per nescientes præfigurationem prædicationemq; futurorum spiritus domini Propheticis temporibus operatus est, nec ideo peccata eorum dicendum est non fuisse peccata, quia & deus qui etiam malis nostris & bene uti nouit, etiam ipsis eorum peccatis usus est ad significanda quæ uoluit. Proinde si propterea peccatum non fuit, siue cuiuslibet necis humanæ, siue etiam parricidale sacrificium, uel uouere, uel reddere, quia magnũ aliquid et spiritale significauit, frustra deus talia prohibuit, & se odisse testatus est, quoniam & illa quæ fieri iussit, utiq; ad aliquam significationem rerum spiritalium, magnarumq; referuntur. Cur ergo illa prohiberet, quandoquidem poterant propter eandem rerum earundem significationem, propter quam & ista licite fiebant, nihilominus licite fieri, nisi quia nec tale aliquid significantia quale expedit credere, humana deo sacrificia placuerunt, quando non pro iusticia quisq; ab inimicis, quia recta uiuere uoluit, aut peccare noluit interimitur, sed homo ab homine tanquàm electa hostia more pecoris immolatur? Quid si ait aliquis, quoniam pecorum uictimæ iam eo ipso quo fuerant usitatæ, quãuis & ipsa à recte intelligentibus ad significationem spiritalium referuntur, minus tamen faciebant intentors ad magnum sacramentum Christi & ecclesiæ requirendum propterea deus re insigni & inopinata uolens quasi dormientes hominum animos excitare, eo magis quo talia sibi sacrificia offerri uetuerat, curauit sibi eiusmodi aliquid offerendum, ut ipsa admiratio magnam gigneret quæstionem, & magna quæstio ad perscrutandum magnum mysterium studium piæ mentis erigeret, pie uero scrutans mens hominis altitudinem Prophetiæ, uelut hamo piscem dominum Christum de profundo scripturarum leuaret. Huic nos rationi & considerationi non obsistimus. Sed alia quæstio est de animo uouentis, alia de prouidentia dei qualicunq; animo eius optime utentis. Quamobrem si spiritus domini qui factus est super Iepte, ut hoc uoueret omnino præcepit, quod quidem scriptura non aperuit, tamen si hoc ille præcepit cuius non licet iussa contemnere, non solum insipientia culpanda non est, uerumetiam laudanda obedientia est. Hoc enim etiam si se homo ipse interimat, quod utiq; humana uoluntate atq; consilio facere nefas est, profecto intelligendum est obedienter fieri potius quam sceleste, si diuinitus iussum est, de qua quæstione satis in primo libro de ciuitate dei disputauimus. Si aũt Iepte humanũ secutus errorẽ humanũ sacrificiũ uouendũ putauit, eius quidẽ peccatũ de unica filia iure punitũ est, qd' etiã ipse uerbis suis satis uidetur ostendere ubi ait: Heu me filia mi impedisti me, in offendiculum facta es in oculis meis, discissis etiam uestimentis suis. Verumtamen is etiam eis error habet aliquam laudem fidei, quia deum timuit, ut quod uouerat redderet, nec diuini in se iudicij sententiam declinauit, siue sperans deum prohibiturum, sicut fecit Abrahæ, siue eius uoluntatem etiam non prohibentis intellectum facere potius quam contemnere statuentis. Quamquàm & hic merito quæri potest, utrum uerius intelligitur hoc deum nolle fieri, & in eo potius deo si non fieret obediretur, quoniam hoc se nolle & in Abrahæ filio & in legitima prohibitione monstrauerat. Verumtamen si propterea Iepte non faceret, sibi potius in unica peperciſſe, quam dei uoluntatem secutus esse uideretur. Magis ergo intellexit in eo quòd ei filia occurrit ultorem deum, iustæq; pœnæ se fideliter subdidit timens sæuiorem tanquàm de tergiuersatione uindictam. Credebat enim etiam bonæ & uirginis animam filiæ bene recipi, quòd non seipsa uouerat immolandam, sed uoto & uoluntati non restiterat patris, & dei fuerat secuta iudiciũ. Mors enim sicut nec sibi à quoquam sponte, nec cuiquàm sponte inferenda est, ita deo iubente recusanda non est, cuius constitutione quocunq; tempore obeunda est, nec quisq; qui eam perpeti detractat ut omnino euitetur, sed tantum modo ut differatur laborat. Hæc autem festinantibus nobis de prædicta quæstione satis esse ut cunq; discussa pro hac quidẽ parte uisa sunt. Nunc iã qd' spiritus domini, siue per nescientem Iepte, siue per scientem, siue per eius imprudentiam, siue per obedientiam, siue per offensionem, siue per fidem in hac re gesta præfigurauit, quantum deus adiuuat requiramus breuiterq; pandamus. Admonet enim nos & urget quodammodo iste sanctarum scripturarum locus cogitare quendam potentem uirtute. Talis enim dicitur Iepte, quod nomen interpretatur aperiens. Dominus autem Iesus Christus, sicut in dicat Euangelium, discipulis suis aperuit sensum ut intelligerent scripturas. Hunc Iepte fratres eius reprobauerunt, & de paterna domo expulerunt, obijcientes ei, quód esset filius fornicariæ, tanquàm ipsi essent de uxore legitima nati. Hoc etiam ægerunt aduersus dominũ principes sacerdotum & scribæ & Pharisæi, qui de legis obseruatione gloriari uidebantur, tanquàm ille solueret legem, & ideo ueluti non esset legitimus filius. Et quoniam de sancta quidem uirgine corpus assumserat, quod fidelibus notum est, tamen eius mater quantum ad gentem pertinet, etiam illa Iudaica Synagoga dici potest. Reuoluat qui uoluerit Propheticos libros, & uideat quotiens & quanta uerbi sæueritate atq; indignatione domini illa gens uelut impudica mulier de suis fornicationibus arguatur. Vnde est etiam illud in hoc libro recentissimum, uel cum post Ephud, quod fecit Gedeon omnis Israël legitur fornicatus, uel quód abierunt post deos gentium quibus erant circumdati: Vnde in illos diuina ira commota est, ut per annos decem & octo conuerterentur à filijs Ammon.

Luc.24

Augustin⁹ de ciuitate dei.li.j.ca. 21.

Sed

Sed nunquid non ex eadem gente Israël etiam illi nati erant sacerdotes & scribæ & Pharisæi, quos in eis diximus fuisse præfiguratos, qui Iepte tanquàm isti dominũ Iẽsum Christum, ueluti non legitimum filium persecuti expulerunt? Sed in eo similitudo adumbrata est, quòd isti (ut dixi) ueluti legis obseruatores eum qui contra præcepta legis facere uidebatur tanquàm legitimi non legitimum iure sibi uisi sunt eiecisse. Secundum hoc enim plebs illa dicta est fornicari, quòd legis præcepta nõ seruans tanquàm uiro non exhibebat fidem. Sic autem script est ũ de Iepte, Et creuerunt filij uxoris & eiecerunt Iepte. Verbum quod positum est, creuerunt, significat in
Gene.32 figura, prævaluerunt, Quod in Iudæis implctum est, qui prævaluerunt infirmitati Christi, quia ita uoluit ut ab eis quæ oportebat passione perferret, sicut hoc idem significans Iacob prævaluit angelo, cum quo ut idipsum portenderet luctabatur. Dixerunt ergo ad Iepte: Non hæreditabis in domo patris nostri, quoniam filius mulieris fornicariæ tu, Tanquàm diceremt quod Euangelium loquitur, Non est iste homo à deo qui sic soluit sabbatum. Se autem uelut iactantes legitimos filios domino dixe-
Iohan.9 runt, Nos ex fornicatione non sumus nati, unum patrem habemus deum. Et fugit Iepte à facie fratrum suorum, &
Iohan.8 habitauit in terra Thob. Fugit, quoniam se quantus esset abscondit: Fugit quoniam eos sæuientes latuit. Si e-
nim cognouissent, nunquàm dominum gloriæ crucifi-
1Corin.2 xissent. Fugit, quoniam morientis infirmitatem uiderunt, uirtutem autem resurgentis non uiderunt. Habitauit autem in terra bona, uel ut expressius dicamus, optima. Quod enim græcè ἀγαθὸν hoc latine optimum dicitur, Id autem interpretatur Thob, Vbi mihi uidetur intelligenda eius à mortuis resurrectio. Nam quæ terra magis opima quàm terrenum corpus excellentia immortalitatis & incorruptionis indutũ? Quod autem dicitur de Iepte, quia posteaquàm fugiens à facie fratrum suorum habitauit in terra Thob, colligebantur
Matth.9 ad eum uiri latrones qui ambulabant cum ipso. Quamq̃ & ante passionem obiectum fuerit domino, quòd cũ pu-
Esaiæ.5 blicanis & peccatoribus manducaret, quando respondit,
Lucæ.23 non esset necessarium sanis medicum sed ægrotis, & inter latrones crucifixus est, & unum ex eis de cruce in Paradisum transtulit, tamen postquàm resurrexit & esse cœpit, secundum id quod supra exposuimus, in terra Thob, collecti sunt ad illum scelerati homines propter remissionem peccatorum, Qui cum illo ambulabant, quia secundum eius præcepta uiuebant. Neq; hoc fieri desinit usq; nunc, & deinceps quousq; ad eum confugiunt mali, ut iustificet impios qui ad eum conuertuntur, & discant iniqui uias eius. Nam illud, quòd hi qui abiecerant Iepte, erat enim Galaadites, conuersi sunt ad eum & quæsierũt eum, per quem liberarentur ab inimicis suis, quàm clara præfiguratione significat, quòd hi qui abiecerunt Christum, ad eum rursus conuersi in illo reperiunt salutem, si ue illi intelligantur quos Petrus Apostolus cum de ipso scelere arguisset, sicut in actibus Apostolorum legitur, & hortatus esset ut ad eum conuerterentur quem fuerãt persecuti, compuncti sunt corde, & ab illo quem à se alie nauerant, desiderarunt salutem. Quid est autem liberari ab inimcis, nisi peccatis? Sic enim illis ait, Agite pœnitentiam, & baptizetur unusquisq; uestrum in nomine domini Iẽsu Christi, & remittentur uobis peccata ue- Actum.2
stra, siue illa potius significetur quæ in fine speratur uocatio gentis Israël. Magis quippe ipsa uidetur apparere in eo quod dicitur, Et factũ est post dies, quod utiq; post tempus significat, & per hoc insinuat non illud intelligendum quod recenti domini passione est, sed quod postea futurum est. Quo uidetur etiam id pertinere, quòd seniores Galaad uenerunt ad Iepte, ut per ætatem senilem posteriora & nouissima tempora accipienda sint. Interpretatur autem Galaad abijciens siue reuelatio, Quorum utrumq; satis apte huic rei congruit, quia primo dominum Christum abiecerunt, eisq; postea reuelabitur.
Quòd uero contra filios Ammon dux quærebatur Iepte, quibus uictis liberarentur, qui eo duce aduersus illos bellare cupiebant, quoniam interpretatur Ammon filius populi mei, siue populi mœroris, profecto illi significantur inimici qui ex ipsa gente perseuerantes in infidelitate prædicti sunt, aut omnino pœnis gehennæ prædestinati. ubi erit fletus & stridor dentium tanq̃ populo mœroris,
Quamq̃ populus mœroris, etiam diabolus & angeli eius Matth.25
non inconueniemer intelliguntur, siue quia æternam miseriam eis quos decipiunt acquirunt, siue quia & ipsi æternæ miseriæ deputati sunt. Eleganter sane ad exprimendam multo euidentius Prophetiam Iepte respondit senioribus Galaad, Nonne uos odio habuistis me, & eiecistis me de domo patris mei, & emisistis me à uobis, &
quid est quòd uenistis quando tribulati estis? Tale ali- Gene.37 & 42.43. &.44.
quid figuratum est in Ioseph, quem fratres uendentes ab iecerunt, & cum fame tribularentur ad eius opem misericordiamq; conuersi sunt. Hic uero multo amplius elucet significatio futurorum, quòd non ipsi prorsus fratres qui eiecerunt Iepte ad eum uenerunt. sed Galaad seniores pro uniuerso illo populo eidem supplicantes. Sicut eadem gens dicitur Israël, siue in eis qui tunc fuerunt Christum q; reprobauerunt siue in eis qui ad eius opem postea reuersi sunt, Populo enim dicit inimico, siue in maioribus, siue in posteris suis longa odia trahenti atq; seruanti, tandẽq; conuerso in eis qui tunc conuertendi sunt, Nonne uos odio habuistis me, & eiecistis me de domo patris mei? Hoc enim eis uisum est qui persecuti sunt q, eiecerunt Christũ de domo Dauid, in qua regni eius non erit finis. Et dixerũt seniores Galaad ad Iepte, Non sic modo uenimus ad te Tanq̃ dicerent Iudæi cõuersi ad Christum, Tunc uenimus ut persequeremur, modo uenimus ut sequamur.

Profitentur

Profitentur etiam aduersus inimicos eum futurum sibi caput. Respondet ille, si eorum uicerit inimicos quòd erit eis in principe, quod Gedeon noluit, cum id Israëlitæ uoluissent. Respondit quippe illis, Princeps uester dominus erit. Rex enim nomine principis significatur, quod nondum habebat gens illa tempore Iudicum. Cæperunt autem habere Saulem, & deinceps successores eius alios
Deut. 17 qui in libris regnorum leguntur. Nam in Deuteronomio cum eis præcipitur qualem debeant habere regem, si hoc eis placuerit, non ibi rex, sed princeps appellatur. Sed
Iohan. 19 quia iste Iepte illum figurabat qui uerus est rex, quod etiam in titulo scriptum fuit qui cruci eius affixus est, quē Pilatus delere uel emendare non ausus est, ideo credendū est esse dictum, Ero uobis in principem, illi autem dixerant, eris nobis in caput, quoniam caput uiri Christus, & ipse est caput corporis ecclesiæ. Deniq; posteaq̄ eos liberauit Iepte ab omnibus inimicis, non eis factus est rex, ut intelligeremus illud quod dictum est, ad Prophetiam potius pertinuisse de Christo q̄ ad ipsum proprie Iepte, de quo scriptura narrationem ita concludit, Et iudicauit Iepte Israël sex annis, et mortuus est Iepte Galaadites, et sepultus est in ciuitate sua Galaad. Iudicauit ergo Israël sicut cæteri iudices, non ibi regnauit ut princeps, sicut hi qui in regnorum uoluminibus continentur. Iam uero q̄ posteaq̄ eis idem Iepte dux constitutus est, misit nuncios ad hostes prius pacis uerba portantes, illud ostendi-
Roma. 12. tur quod ait Apostolus in quo Christus loquebatur, Sed fieri potest q̄ ex uobis est, cum omnibus hominibus pacē habentes. Verba porro ipsa quæ mandauit Iepte, omnia pertractare nimis longum est festinantibus nobis, uidentur tamen mihi sic intelligenda, quantum attinet ad significationē futurorū, ut in eis aduertatur doctrina Christi, admonens nos quemadmodum sit ambulandum, hoc est uiuendum inter eos qui non secundum propositū uo-
2. Timo. 2 cati sunt, Nouit enim dominus qui sunt eius. Iam uero q̄ cum esset debellaturus inimicos factus est super eum spiritus domini, significatur spiritus sanctus impertitus mē bris Christi. Quòd autem pertransijt Galaad & Manasses, & transijt speculam Galaad, & ab specula Galaad transit ad filios Ammon, proficientia significantur membra Christi ad uictoriam de inimicis reportandam. Galaad quippe interpretatur abijciens, & Manasses necessitas. Transeundi sunt ergo à proficientibus abijcientes, id est contemnentes, transeunda & necessitas, ne forte cum transierit qui proficit contemnentes, cedat terren tibus. Transeunda etiam specula Galaad quoniā Galaad etiā reuelatio interpretatur. Est aūt specula altitudo ad p spiciendū uel despiciendū, id est desuper aspiciendū. Specula itaq̄ Galaad congruenter mihi uidetur significare
2. Cor. 12 superbiam reuelationis. Vnde dicit Apostolus, Et in magnitudine reuelationum ne extollar. Ergo & ipsa transeunda est, id est non est in ea manendum propter cō dendi periculum. His pertransitis facile superantur inimici, quod significat dicendo: Et ab specula Galaad trā sijt ad filios Ammon: De quibus inimicis iam supra dictum est. Et uouit Iepte uotum, & dixit, Si traditione Iudic. 11 tradideris mihi filios Ammon in mann mea, & erit qui cunq; exierit de ianuis domus meæ in obuiam mihi in reuertendo me in pace à filijs Ammon, & erit domino, & offeram eum holocaustoma. Quemlibet in hoc loco cogitauerit Iepte secundum cogitationem humanam, non uidetur unicam filiam cogitasse, Alioquin non diceret cū illā cerneret occurrisse, Heu me filia mira impedisti me, in offendiculū facta es in oculis meis. Impedisti enim ita dictum est, tanquàm ad hoc se impeditū iudicauerit, nec illud quod cogitarat impleret. Sed quem potuit cogitare primitus occurrentem, qui filios alios non habebat? An coniugem cogitauit, et ut hoc fieret deus noluit, & ut nō relinqueret impunitum, ne quis deinceps id auderet, & ut magna prouidentia ex hoc quoq; ipso quod accidit sacramentum ecclesiæ figuraret. Ex utroq; igitur Prophetia coaptata est, ex eo quòd uouens cogitauit, & ex eo quòd nolenti contigit. Si enim coniugem cogi-
Gene. 2 tauit, coniunx Christi ecclesia est. Propterea relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & e-
Ephe. 5 runt duo in carne una. Sacramentum hoc magnum est inquit Apostolus, ego autem dico in Christo & in ecclesia. Sed quia huius Iepte coniunx uirgo esse non potuit, in eo quòd filia potius occurrit & inuicta non remansit, prohibitum sacrificium uouentis audacia, & uirginitas ecclesiæ figurata est. Nec abhorret à uero quòd filiæ nomine eadem significatur ecclesia. Nam cuius alterius typum gerebat etiam illa mulier, cui post tactam fimbriam
Mare. 5 suam sanatæ, ait dominus? Filia fides tua te saluam fecit, uade in pace. Et certe (unde nullus ambigit) discipulos suos ipse sponsi filios appellauit, & se apertissime sponsum indicauit, Non possunt (inquit) ieiunare filij sponsi quandiu cum illis est sponsus, ueniet autem dies cum auferetur ab eis sponsus, & tunc ieiunabunt. Holocaustoma ergo erit ecclesia, quam uirginem castā i. e. tus Apostolus appellat, quando in resurrectione mortuo-
1. Cor. 15 rum fiat uniuersa quod scriptum est, Absorpta est mors in uictoria. Tunc tradet regnum deo & patri. Quod regnum ipsa ecclesia est ipse cuius figuram tenet uouens ille gestabat. Sed quoniā tunc fiet cōpleta fuerit sexta ætas sæculi, ideo sexaginta dierum à uirginitate dilatio postulata est. Ex omnibus quippe ætatibus ecclesia congregatur. Quarum prima est, ab Adam usq; ad diluuium: Secunda à diluuio, id est à Noe usq; ad Abraham. Tertia ab Abraham usq; ad Dauid. Quarta à Dauid usque ad transmigrationem in Babyloniam. Nota sex
Quinta ab hac transmigratione usq; ad uirginis partū. ætates.
Sexta inde usq; in huius sæculi finem. Per quas sex ætates tanq̄ per sexaginta dies fleuit sancta uirgo ecclesia uirginalia

uirginalia ſua, quia licet uirginalia, tñ fuerant peccata deflenda, propter quæ uniuerſa ipſa uirga toto orbe diffuſa quotidie dicit, Dimitte nobis debita noſtra. Eoſdem autem ſexaginta dies, duos menſes maluit appellare quã tum exiſtimo, propter dos homines, unum per quẽ mors
Matth. 6 alterum per quem reſurrexio mortuorum, propter quos etiam duo teſtamenta dicũtur. Quod uero factum eſt ex præcepto in Iſraël, ex diebus in dies conueniebant lamẽtari filiam Iepte Galaaditẽ, quattuor dies in anno nõ puto ſignificare aliquid poſt impletum holocauſtoma, quod erit in uitam æternam, ſed præterita tempora eccleſiæ in quibus erant beati lugentes. Quatriduo autem figurata eſt eius uniuerſitas, propter quattuor partes orbis, per quas longe lateq; diffuſa eſt. Ad hyſtoriæ uero proprietatem non arbitror hoc decreuiſſe Iſraëlitas, niſi quia intelligebant in ea re iudicium dei magis ad perfectionem patrum fuiſſe depromptum, ne tale uouere ſacrificium deinceps ullus auderet. Nam quare luctus & lamentatio decerneretur, ſi uotum illud lætitiæ fuit? Si autem & illud quòd populus Effrem poſtea ab eodem Iepte debellatus eſt, ad iudicium dei, quod erit in fine, referendum eſt, ſicut ipſe dominus dicit, Eos qui noluerunt me regnare ſibi, adducite et interficite coram me, nec ibi quadraginta duo milia qui ceciderunt uacanti numero commemora
Lucæ. 19 ti ſunt: Sicut enĩ illi duo menſes propter ſexaginta dies ſenarium numerum ſex ætatum ſignificant, ita & ibi ſexies ſeptinarius ductus hoc idem figurat, quantum ad ſex ætates ſæculi pertinet, ſexies enim ſeptẽ quadraginta duo ſunt. Nec fruſtra & ipſe Iepte ſex annis populum iudicauit.

Quomodo præcipiatur matri Sanſonis ne manducet quid immundum, cũ prius præceptum ſit. Quæſtio. L.

Iudic. 13 QVæri poteſt quomodo dixerit angelus ad matrem Sanſonis cum annunciaret ei filium futurum, quia ſterilis erat. Et nũc obſerua & non bibas uinum & ſiceram, non manduces omne immũdum. Quid eſt enim immundum, niſi fortè diſſolutio diſciplinæ quæ eſſe cœperat in Iſraël, & iam ad ea manducanda eos labefœcerat quæ prohibuerat deus in generibus animalium? Cur enim non credatur etiam hoc eos multo procliuius facere potuiſſe, qui etiam ad cultum idolorum tranſgrediebantur?

Quomodo mater Sanſonis plura dicat ſibi dicta ab angelo quam angelus legatur eidem dixiſſe. Quæſtio. LI.

Iudic. 13 QVod mater Sanſonis uiro ſuo indicans quemadmodum illi angelus annunciauerit filium futurũ dixit, Et interrogabam eum unde eſſet, & nomen ſuum non annunciauit mihi. Quæri poteſt utrum uerũ dixerit, quoniã hoc non legitur cũ ei angelus loqueretur. Sed intelligendum eſt hoc ibi ſcripturam tacuiſſe, hic autem commemoraſſe quod ibi tacuerat. Illud etiam q̃ non ait, interrogaui eum quid uocaretur, & nomen ſuũ non annunciauit mihi, ſed ait, Interrogaui unde eſſet, uidetur inconſequens quod addidit, & nomen ſuũ non annunciauit mihi. Non enim nomen eius interrogauerat cũ quæreret unde eſſet, ſed locum uel ciuitatem, cum hominem putaret. Nam & hominem dei eum appellauit, ſpecie tamen uel habitu angelo ſimilem, hoc eſt quia tã præclarum uidit ſicut ipſa narrauit. Sed ita diſtinguatur, Et interrogabã eũ unde eſſet & nomen ſuũ, ut ſubaudiatur, interrogabã eum, & poſtea inferatur, non annunciauit mihi, non habet quæſtionem. Ad utrumq; enim referri poteſt, quod ait, non annunciauit mihi, id eſt, nec unde eſſet nec nomen ſuum.

Quomodo & plura & pauciora recitat q̃ audiuit. Quæſtio. LII.

Iudic. 13 ITem quod ait eadem mulier dictũ ſibi eſſe ab angelo, quoniam Nazaræus dei erit puer à uentre uſq; ad diẽ mortis ſuæ, non legitur ab angelo dictum. Et quod legitur dictum, Ipſe incipiet ſaluum facere Iſraël de Manue Philiſtijm, non eſt à muliere commemoratum. Itaq; & aliquid non dixit quod audiuit, & tamen nihil credenda eſt dixiſſe quod non audiuit, ſed ſcripturam potius non omnia uerba angeli poſuiſſe, cum ipſum mulieri loquentem inſereret narrationi. Ideo autem dictum eſt, à uentre uſq; ad diem mortis ſuæ, quia Nazaræi dicebantur in lege ad tempus qui uotum habebant, ſecundum ea quæ ſcriptura per Moyſen præceperat. Vnde hoc eſt, quod huic iuſſum eſt ut ferrum non aſcenderet in caput eius, & uinum & ſiceram non biberet. Hoc enim tota uita ſua obſeruauit Sanſon, quod illi qui uocati ſunt Nazaræi certis diebus obſeruabant, uouentes uotumq; reddentes.

Quomodo Manue ignorauit, quia angelus dei eſt. Quæſtio. LIII.

Iudic. 13 QVod dicut ſcriptura, Quoniã ignorauit Manue, quia angelus dei eſt, manifeſtum eſt etiam eius uxorem hominem credidiſſe. Quod ergo ei dixit, Vim faciamus tibi nunc, et faciamus in conſpectu tuo hædum caprarum, tanq̃ hominem inuitauit, ſed ita ut hoc cum illo epularetur quod ſacrificium fœciſſet. Nã facere hædum caprarum non ſolet dici, niſi cum fit ſacrificium. Deniq; & ille ita reſpondit. Si uim fœceris mihi, non manducabo de panibus tuis, ubi oſtendit ſe fuiſſe ad epulas inuitatum. Deinde addidit, Et ſi fœceris holocauſtum, domino offeres illud. Vtiq; ideo dixit: Si fœceris holocauſtum, quia ille dixerat, faciamus in conſpectu tuo hædum caprarum. Non autem omne ſacrificium holocauſtum erat: Nam de holocauſto non manducabatur, quia totũ incendebatur, & iõ uocabatur holocauſtũ.

Sed

Sed angelus etiam non manducaturus holocaustum potius fieri admonuit, non tamen sibi, sed domino, propter hoc maxime, quia gens Israël illo tempore consueuerat quibuslibet dijs falsis sacrificare, unde & tunc offenderat deum, ut traderetur inimicis per quadraginta annos.

Quomodo viso angelo dicunt se deum vidisse. Quæstio. LIIII.

Iudic.13 QVid sibi uult quòd posteaq; manifestatus est Manue & uxori eius angelus qui cum eis loquebatur, dixit idem Manue uxori suæ, Morte moriemur, quoniam deum uidimus, ex illa scilicet legis
Exo.33 sententia, ubi scriptum est, Nemo potest faciem meam uidere & uiuere. Opinabantur ergo ut homines deum se uidisse, tanto utiq; miraculo facto, quòd in igni sacrificij stetit, qui cum illis prius quasi homo loquebatur. Sed deum in angelo, an deum ipsum angelum appellabant? Sic enim scriptum est, Et sumpsit Manue hædum caprarum, & sacrificiũ obtulit super petrã dño mirabiliafacienti & Manue & uxor eius expectabant. Et factum est dum ascenderet flamma desuper altare ad cœlum, & ascendit angelus domini in flamma, & Manue uxorq; illius expectabant, Et ceciderunt super faciem suam super terram, & non apposuit ultra angelus domini apparare ad Manue & ad uxorem eius. Tunc cognouit Manue, quoniam angelus domini est, & dixit Manue ad uxorem suã. Morte moriemur, quoniam deum uidimus. In his ergo uerbis quia non dixit, morte moriemur, quoniam angelum domini uidimus, sed deum uidimus, oritur quæstio, utrum in angelo intelligebant deũ, an eundem angelum deum uocabant. Illud enim tertium quod deum putauerant qui erat angelus, dici non potest, apertißime dicente scriptura, Tunc cognouit Manue, quoniam angelus domini est. Sed unde metuebant mortem? Non enim scriptura in Exodo dixerat: Nemo uidet faciem angeli & uiuet, sed faciem meam dixit eum deus loqueretur. An & in hocipso q. in angeli præsentia deũ cognouerat, Manue ita perturbatus est ut mortẽ timeret? Quod autẽ illi uxor sua respondit, Si uellet dominus mortificare nos, nõ accepisset de manu nostra holocaustoma & sacrificium, nec illuminasset nos ad omnia hæc, sed nec inaudita fœcisset nobis hæc. Vtrum ipsum angelum crediderunt accæpisse sacrificium, quia uiderunt eũ in altaris flamma stetisse? An per hoc intellexerunt accepisse dominum, quia hoc fœcit angelus ut se ostenderet angelum? Quodlibet autem horum sit, iam tamen angelus dixerat, Si autem facies holocaustum, domino offer illud, hoc est non mihi,
Esaie.9 sed domino. Quòd ergo stetit angelus in altaris flamma, magis significasse intelligendus est illum magni consilij angelum in forma serui hoc est in homine quem susceapturus erat, non accepturum sacrificium, sed ipsum sacrificium futurum.

Quomodo dicatur Sanson percussisse alienigenas tibiam super femur. Quæstio. LV.

Iudic.15 QVid est quod dictum est quòd percußit alienigenas Sanson tibiam super femur. Quis enim habet tibiam super femur, cum tibia deorsum uersus non sit nisi à genu usq; ad talum. Deinde si locum corporis significauit ubi eos uulnerauit, nunquid nam omnes quos percußit in uno corporis loco fuerat uulneraturus? Quod si esset credibile possemus forsitan suspicari eum pugnasse tibia alicuius animalis tanq; fuste, & ea illos super femora percußisse, sicut de illo scriptũ est, quòd maxilla asini mille occiderit. Sed neq; illud, ut dixi credibile est, quòd pugnans unum tantum locum obseruauerit ubi eos percuteret, Et non ait scriptura, percussit eos tibia super femur, sed tibiam super femur. Nimirũ ergo inusitata locutio facit obscuritatem. Ita enim dictum est, ac si diceretur, percußisse eos ualde mirabiliter, id est ut admirando stupentes tibiam super femur ponerent, tibiam. s. unius pedis super femur ulterius, sicut solent sedere qui mirando stupent. Tanquàm si diceretur, percußit eos manum ad maxillam, id est, tanta cæde, ut manum ad maxillam tristi admiratione ponerent. Hunc sensum ita se habere etiam interpretatio quæ est ex Hebræo satis edocet. Nam ita legitur, Percußit eos ingenti plaga, ita ut stupentes suram femori imponerent, Tale est enim, ac si diceret, tibiam femori imponerent, quoniam sura utiq; retrorsus cum tibia est.

Quid sit, Ne forte occurratis in me vos. Quæstio. LVI.

Iudic.15 QVid est quod ait Sanson uiris Iuda. Iurate mihi ne interficiatis me uos, & tradite me eis ne forte occurratis in me uos? Quam locutionem ita nonnulli interpretati sunt, ne forte ueniatis aduersum me uos, Sed hoc eũ ne ab his interficeretur dixisse illud indicat quod in regnorum libro scriptum est, iubente Salomone ut homo occideretur, & dicente, Vade occurre illi. Quod ideo non intelligitur, quia non est consuetudinis apud nos ita dici, Sic enim quod militares potestates dicunt: Vade alleua illum, & significat occide illum, quis intelligat nisi qui illius locutionis consuetudinem nouit? Solet & uulgo apud nos dici, compediauit illi, quod est occidit illum. Et hoc nemo intelligit, nisi qui audire consueuit. Hæc est enim uis generalis omnium locutionum, ut quemadmodum ipsæ linguæ non intelligantur, nisi audiendo uel legendo discantur.

Diui

DIVI AVRELII AVGVstini Hipponensis episcopi, liber quæstionum ueteris & noui testamenti, incipit.

Quid sit deus. Quæstio. I.

DEVS HOC EST QVOD nulla attingit opinio: Plus est enim quam quicquid dici poterit aut cogitari, Sed dicamus aliquid, quòd licet impar sit, tamen ex aliqua conueniat ratione his quæ deo digna uidentur: Nam unaquæq; natura pro capacitate sui suspicatur de deo, ut quantũ natura distat á natura, tantũ distat sententia á sententia in iudicando quid deus sit. Quia enim supra omnia est, necesse est ut omnũ mẽtes excedat. Homines enim quantũ possunt aciem mentis extendere, aspiciunt quid deus sit opinione, non definitione. Angeli aũt qui superiores hominibus sunt, quia plus de deo aliquid sentiunt, non est dubium. Archangeli uero eo ipso amplius: Cherubin aũt & seraphin, quæ potentiæ iuxta deum esse dicuntur, maiora de deo sentiunt, non tamen comprehendunt penitus quid deus sit: Quia nemo nouit patrem nisi filius, nec filium quis nouit nisi pater. Igitur deus est sicut hominibus uidetur, spiritus natura simplex, lux inaccessibilis, inuisibilis, inæstimabilis, infinitus, pfectus nullius egens, æternus, immortalis omnimodo, á quo omnia initium consecuta sunt, uenerandus, diligendus, metuendus, extra quem nihil est, immo in quo sunt quæcunque sunt sursum & deorsum, summa & ima, oĩpotens, omnitenens, uere in omnibus diues, quia nihil est quòd eius non sit, bonus, iustus, misericors. Bonus, quia fecit existere quód non extiterat. Iustus, quia quæcunq; fecit ut proficerent, proprio libertatis arbitrio dimissa sunt, quia tamen non tam perfecta sunt ut labi non possint, seminaria his legis inesse decreuit, naturaliter addens auxiliũ manifestatæ legis, ut auctoritas eius perfecta esset hominibus Misericors uero, quia peccantibus nõ facile reddit, sed sustinet ut conuersis ignoscat. Est etiã sæuerus, ut terrore quæ ab eo bene condita sunt conseruentur, ne negligentia pareret uitæ præcipitium. Et ne quòd mirabilius est prætermittamus, tanta est eius clæmentia, ut contumelias passus ab his quos fecit sufferat, & prior uocet ad pacem. Nunquid nõ maioris uirtutis hoc est quã condidisse creaturam, in quo si pmaneret nimia bonitas eius, obesset creaturæ? Vnde aliquando diligi, aliquando timeri se uult ne aberrantes ab eo depereant. Hinc est, unde ne patientia eius nõ utiq; ad damnum ipsius, sed ad nostrum omnino cõtẽnenda putaretur, ait. Tacui, nunquid semper tacebo? Itaq; deus bonus, & omnina quæ fecit bona sunt: Vnde ergo malũ? Nihil est malum nisi præuaricatio boni, dum inconcessa præsumuntur, aut cõcessa inordinate fiunt, ut alibi mandatum, alibi peccatum fiat, ut quando quód in uxore concessum est, fit in meretrice, & quòd deo offerendum erat offeretur diabolo, & cum quis non tulit suum, sed alienum, & cum præuaricatorem occidi liceat, occiditur innocens. Nulla igitur natura probatur malum. Voluntas autem est accidens naturæ concæpta ex causis quæ male mouetur dum excedit modum ut illa gerat quæ naturæ suæ non sunt. Causæ autem præuaricationis oriuntur ex sensibus, quando aliquid male uidemus, aut audimus. Quẽ errorẽ hæc res facit quia homo nõ est deus, qui solus errare nõ potest. Natura igitur hominũ pprio arbitrio remissa & dimissa est, ut possit facere q, uult, ut si bonum naturæ suæ exercitatio melioret, honorabilior sit, si autem infirmet uigorẽ suum, cõtumelia dignus habeatur homini, facit enim quòd contra rem sit. Nõ est minimum quòd concessum est homini, ut cũ recta sequitur, gaudeat in se, sed per id quòd opere suo uidet se meliorem, aut certe imputet sibi, qui cũ potuit non dedit operam ut melioraret se bonis. Si autem homo potestatis suæ non esset, subiectus fuerat necessitati, ut neq; boni operis haberet gloriam, neque mali pœnam, sed fuisset unum ex pecoribus. Quoniam ergo ad utrunq; facti sumus possibiles, ut per negligentiam delinquamus, si quòd bene audire & uidere debemus, male idest extra normam & rationẽ audiamus, per uiglanciam autem naturæ bonum custodiamus, & cauti esse semper non possumus, quia sicut dixi ad utrunq; facti sumus possibiles. Si peccamus non iam condemnamur, nisi iterum delinquamus, iam quasi proditores. Qui enim semel peccauerit, reparare se debet ne denuo peccet, ne par sit ei qui se uicerat, ut iterum si non peccet iam superior habeatur, quia qui semel elisus est, bis triũphabit. Hæc iusticia est, ut quia colluctatio est in mundo, qui propensior ad peccandum est, in non peccando coronetur. Nihil ergo in dei opere malum est. At si á quibusdam mala quædam dicantur, ut uenenum, aut tenebræ, quia corpora nostra uim ueneni ferre non possunt, malum dicant etiam ignem ad aquam, & ferrum uel plumbum, quia multum ab auro distat, malum dicatur. Ad comparationem enim Lucis tenebras condemnant, cũ sciant pro loco suo necessarias esse, sicut plumbum aut testam: Nam utique requiem dant post laborem. Igitur omnis qui colluctatur in mundo, sic enim debet, ne in re aspera uictus abscedat & fiat reus, uix aut tarde se reparans, & forte inter hæc proueniat exitus & exeat hinc cum peccato. Qui enim omni uirtute nititur, si elisus forte fuerit, quasi uir cadit, nec succenset ei quisquã, sed hortatu quódam animum eius reparat. Videt enim eum propositum habuisse uincendi, & sperat talem posse proficere ad uictoriam, quem non sine fatigatione sui hostis elisit, Qui enim facile uincitur, non habet animum resistendi, nec uincitur, sed consentit: Hic acerbius peccat. Huius modi uix ad ueniam admittendus est, qui uotum habet delinquendi. Qui enim id meditatur nec peccet, etiam si peccauerit, non aspere peccat. Quoniam diligentibus deum aliquando minora peccata subrepunt. Quanto autem

Matth. 1) Deus quid sit.

Esaie. 42

autem minora sunt, tanto subtiliora, & dum contemnuntur non uitantur: Maiora enim longe apparent: Ac per hoc qui in maioribus peccat uoluntatis eius est crimen. Sane quoniam superius peccata ex sensibus ortum capere diximus, dū contra legis imperium uel rationem aliquid aspicimus aut audimus id est si solem uidentes adorandū eum putemus propter pulchritudinem eius, tunc male uidemus, quia ad iniuriam pertinet creatoris communis, ut quòd illi soli debitum est, deputetur creaturæ: Quippe cum ab eo prohibitum sit per legem. Aut cum corpora bene composita & decora uidemus, aut aliquid proximi si concupiscamus, aliter ea aspicimus quam mandat lex, tunc facimus peccatū quòd uocatur malum. Sed forte dicatur: Nihil igitur formosum debuit fieri ne nos peccaremus, ut tutela nostra ex aliorum deformitate constaret.

Obiectio. Quòd si esset, nec ferrum esset, ne de eo fierent homicidia.

Respon. Neq; lucerna in usu esset, ne fures lumine eius ad effringendū uterentur, ut quòd magnopere omnibus utile est, deesset propter quorundam uanilo quia. Cum constet nos semper omnia aspicere, nec tamen semper omnia concupiscere, quia non illorum uitium, sed nostrum est cum sumus negligentes, quòd constat ex interuallo creari, quia non sumus quòd deus est. Sic autem male audimus, si audientes idola deos esse, consentiamus, aut si turpia cantantibus aurem accommodemus. Tunc autem bene audimus, si audientes de deo quòd unus sit, oblectemur. Si quis autem contra legem aliquid audiens assentiat, peccat, & hoc est malum audire.

Cur deus mundum fœcerit? Quæstio. II.

FEcit, quia est opifex: Aut negetur si non est. Sed esse, ipsa opera manifestant. Fœcit ergo ut esse quòd ante non erat, quia sine dubio melius est esse quam non esse. Si dicatur: Nunquid inane fuit aliquid ubi faceret, aut quid prius erat ubi fœcit? Hoc uas electionis Apostolus Paulus paucis absoluit. Act. 17 Ait enim cum de deo esset sermo: In ipso uiuimus & mouemur & sumus, hoc est omnia esse in deo, quia ubiq; est, & ante omnia solus ac æternus, inuisibilis omni creaturæ. Et ne mysterium præterisse uideamur, aut potius ignorasse cur mundus factus est, dicimus diaboli Apostasiam multos angelos, id est spiritales potentias secum in præuaricationem traxisse, dum uoluit sibi regnum impia præsumptione defendere. Quòd propheta Esaias significat dicens: Quomodo cecidisti de cœlis lucifer qui mane oriebaris, id est qui cæteris lucidor apparebas? Erat enī quasi princeps multorum, inter quos clarior erat, & cum quorum societate ad impium descendit certamen. Videns enim infra se multas spiritales potentias (quippe cum in Paradiso dei præstantior esset cognitione mysterij cœlestis) ipsa elatione in flatus, uoluit dici deus, hac scilicet ratione qua etiam in præsenti uita exemplum eius quosdam imitatos uidemus, qui contemplatione aggregatorum circa se militum elati, satellitibus in hac re fomitem conspirationis præbentibus, imperium sibi uendicare uoluerunt. Hinc est unde deus ut eius præsumptionem non potestate, sed ratione destrueret, materiam condidit quæ esset rerum confusio, ex qua faceret mundum. Distincta enim quæ simul confusa erant, hunc præstiterunt quem uidemus ornatum. Discretis enim ab inuicem substantijs, facta compagnatione mundus uocatur, quia unaquæque res ab altera segregata ad mundum apparuit, ut hic homo positus, creatus ex supernis & infernis, id est ex cœlestibus & terrenis unius dei dominium, non tantum uoce, sed & imagine, qua unus ab uno deo factus est ex quo cæteri orirentur ostenderet. Mundꝰ quare uocetur

Ideo enim deus unus unum fœcit, ut doceret ab uno omnia esse, ac per hoc unum esse deum, ut superior creatura ad confusionem suam in homine disceret, qui de terra conditus est, ueritatem, & ex eo diabolus inimicus existeret hominis. Præuidit enim quia ad accusationem eius factus est homo, unde subtilitate sua id ægit, ut in eadem illum præuaricationem in quam ipse ruit induceret, ut accusatorem suum participem suæ damnationis efficeret. Ex transgressione enim diuinitatem illi sponsondit, ad quam ipse dum affectaret, ab ea deiectus est. Et quia omnis natura à crimine libera est, ex accidenti sunt nomina, ante enim res, postea significatio: Ac per hoc sathanas & Diabolus ex actu eius composita sunt nomina, ut sit non naturæ eius, sed uoluntatis eius significatio. Itaque ut propositum dei quòd in causa creati hominis decreuit maneret, & factum diaboli per quòd hominem circumuenit ad cumulum eius reatus proficeret, Christus de sacris sedibus etiam ad terras uenire dignatus est, ut & hominem à transgressionis sententia liberaret, & diaboli futuram perditionem, 1. Ioh. 3 ne quis factum eius imitaretur, ostenderet. Propterea dixit Iohannes Apostolus: Ideo uenit filius dei, ut solueret opera diaboli. Qui si natura malus esset pœnam ei promittere, aut dementis erat, aut iniqui. Quis enim arguat eum quem uidet non aliter aliquid facere quā natura eius admittit? Si igni potest succenseri, quia urit, aut aquæ, quia infrigidat, cum non utique uoluntate hoc faciat, sed natura? Vnde etiam Diabolus si natura malus esset, uoluntatem non haberet. Nec enim posset discernere, sed uno atque eodem modo omnibus se quasi cæcus ingereret. Porro autem iudicio quodam hoc agit, nam suam uoluntatem facientibus paret, à quibusdam neotericis dissimulat, ad dei auxilium confugere uolentibus offendicula & impedimenta opponit, & seruis dei insidias tendit, & promptioribus circa eius obsequia 1. Petr. 5 magis infestus est. Vnde manifestum est, uoluntatem eius esse in crimine. Quamobrem Petrus Apostolus ait: Sobrij estote & uigilate, quia aduersarius uester Diabolus tamquam leo rugiens circuit, quærens quem deuoret. Gentiles non quærit, Iudæos non quærit, malæ uitæ & conuersationis non quærit, sed quærit dei seruos & Christi quos sibi scit inimicos, quia factum eius & præsump-

præsumptionem eius eondemnant. Denique lege data, plus exarsit inuidia aduersus eos qui sub lege erant, sciens legis documenta unum deum tradere, & bonam conuersationem hominibus. Igitur si hoc naturaliter putatur facere, reus constitui non potest, quia hoc facit quòd naturæ suæ est & potest, & non facit quód non potest, quia naturæ suæ non est, Itaque neque Laudandus, neque condemnandus est. Laudandus non est, quia obsunt quæ agit. Condemnandus autem non est, quia non uoluntate hoc facit, sed impulsu naturæ. Nam aliquos scimus subito dementes factos, fuste, ferro, lapidibus, morsibus, multis nocuisse, quosdã etiam occidisse. Captos autem industria & iudicibus oblatos, minime reos factos, eo quòd non uoluntate, sed impellente ui nescio qua hæc gesserint nescientes. Quomodo enim reus constitueretur qui nescit quid fœcerat? Ita & diabolus si bonum nescit, quare condemnandus censebitur, quoniam non facit quòd nescit? Immo si posset fieri laudandus erat, quia facit q̃ non nouit. Nos autem iure rei constituimur, quia illud non facimus quód scimus debere nos facere, uel quia illud facimus quòd scimus debere nos non facere. Sed quia per omnem scripturæ constitutionem reum diabolum constitui uidemus, & propterea Gehennam illi paratam legimus, legibus illum damnandum scimus, quia cum sciret & posset facere bonum, fœcit & faciet malum. Nec enim deus qui iustus est, damnaret eum quia bonum non fecerat quòd nescierat, & quia malum fœcerat, quód sciuerat. Manifestatum itaque puto, nullam naturam debere dici malum, quia omne malum sicut claruit, ex uoluntate fit, quæ per sensus accidit naturæ.

Quid opus erat per Moysen & non ante exordium mundi & ordinem creature exponere. Quæstio. III.

PRius describi non debuit, quia adhuc ex hac causa error tantus non erat in hominibus. At ubi iam error creuerat generi humano, ita ut etiam filij Israël contra hanc expositionem in Aegypto tradi audirent à Philosophis Aegyptiorum, à quibus etiam Moyses fuerat instructus, in omnem peritiam Aegyptiacam, quæ apim quendam mundum istum asserit per malos angelos condidisse, hunc quoque principem mundi uideri, idest sathanam. Quam sententiam Marcion secutus, ruit in mortem. Nam & Manichei ab eodem sathana hominem dicunt factum, non mundum istum, stultiores cæteris. Cum enim mundum constet hominis causa fabricatum, illi à deo dicunt mundum factum, licet de alieno, hominem uero ab aduersario creatum, ut in domo alterius alter posuerit dominium. Oportuit ergo Moysen, ut errorem istum proderet & auferret, manifestare mundi & hominis fabricati deum esse auctorem. Accepta enim auctoritate per signa & prodigia quæ fœcit, docuit sine dubio id uerum esse quòd testibus signis tradebat. Quis enim non crederet ei cuius tanta signa in rebus gestis existerent? Denique hinc est, unde qui contra disciplinam hanc sentiunt, errare noscuntur, quia nudis uerbis assertionem suam allegare nituntur. Itaque ut nihil deo coæternum esse doceret, ordinem ipsum creaturarum rerum utile fuit exponi, ut dum minora prius facta memorat, postea autem maiora, nihil horum infectum habeatur, quia quæ tempore minora sunt, uirtute maiora sunt, ut si illa præscribere de tempore se putent, ipsa infirmitate qua posterioribus subiecta sunt, reuincantur, aut si hæc de uirtute præsumendo primatum sibi uendicent, posterioritate ipsa humilientur, ut nihil horum non initio subiectum uideatur. Ante quidem cœlum factum est & terra: Deinde lux, quæ in officio diei est: Post firmamentum quòd appellatum est cœlum, & congregationes aquarum quas appellauit Maria, ut appareret arida terra in qua posit habitari. Terram autem quam post cœlum factum dicit, non terram solam uult intelligi, sed materiam significauit, idest omnia inferna quæ in mundi omnem speciem profecereunt. Cœlum aũt non hoc carnale, sed illud supernum quòd spiritale est in principio factum contendit: Vnde cum cœlum primo dicit factum, deinde terram, in cœlo omnia inuisibilia, & in terra omnia uisibilia creata à deo significaret. Totius enim naturæ summa & ima comprehendit, ut quicquid medium est, proculdubio etiam factum credatur. Luminaria uero, quæ ad gubernandum mundum instituit, quarto die asserit facta, ut quanto maiora sunt uirtute, tanto inferiora sint tempore. Hominem autem sexto die constituit, ut in domum iam factam habitatorem introduceret: Et ualde sublimior est homo, quem utique sexto die factum declaratum est, quem idcirco sublimiorem dixi, quia interior eius natura inuisibilis est, & intellectu capax, sed fortitudine maior est sol, & lumine fortior Luna est quam terra.

Hinc (quòd quibusdam displicet) dictum est: Vidit deus Lucem quia bona est, ut quia omnia à malo facta dicebantur, bona credi non poterant, Moyses ut bona quæ facta sunt, probaret, ipsi deo placita quæ fœcit, ostendit, ut cui displicerent, reum faceret. Nam quomodo posset nescire Lucem qui dixit: Fiat lux, & facta est lux? Aut quis facit, quòd nescit? Facta autem lux, & placuit ei qui fœcit, Quis opifex in opere suo non lætetur? Sic dictum est: Vidit deus Lucem, quia bona est. Et denuo sunt qui dicunt, quòd mala est, Quid si sine testimonio esset relictum? Igitur descripta mundi fabrica, & primi hominis origine traducem tenuit generis Seth, qui redditus est pro Abel, & per ordinem uenit ad Abraham patrem Iudæorum, ut ostenderet Abraham huic deo credidisse, qui opifex mundi est, & ipsum legem dedisse, in qua futurus Christus promissus est, Gene.

qui liberaret genus humanum de dominio Diaboli. Ex his racionabilis probatur fides nostra : Testimonium enim huic dat origo descripta, quia ab initio genus est Christianorum. Ex Seth enim filio Adæ uenitur ad Enoch, ab Enoch ad Noe, ex Noe ad Abraham, ab Abraham descenditur ad Dauid, à Dauid ad Mariam, ex Maria de spiritu sancto nascitur Christus. Priores ergo omnes quotquot fidem habuerunt unius dei, quam saluator prædicauit, iure Christiani dicendi sunt. Ab initio enim saluator uenturus promissus est. Vnde Ioannes in Apocalypsi ait : Agnus qui occisus est à constitutione mundi. Apo. 13 Itaque semper Christiani fuerunt. Hi enim omnes quos supradixi à primo homine creato in mundo, per quos tradux tenditur ad saluatorem, huius dei fidem habuerunt. De quo Christus locutus est dicens : Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum & uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Ioh. 17. Potest dici econtrario : Si ante & illi Christiani fuerunt, quæ noticia per Christum ? Hunc intelligentiæ profectum aduentus contulit Christi, quia prædicatio unius dei ostendit mysterium, & quid cuique personæ competat, demonstrauit, & ad explanandam atque explendam legis iusticiam addidit quæ prius reseruata erant.

Quare deus legem non a primordio dedit. Quæstio. IIII.

PRimum lex formata in literis dari non debuit, quia in natura ipsa quodammodo inserta est, & creatoris noticia ex traduce non latebat. Nam quis nesciat quid bonæ uitæ conueniat, aut ignoret, quia quòd sibi fieri non uult, alij minime debeat facere ? Tobia. 4 At ubi naturalis lex euanuit, impressa consuetudine delinquendi, tunc oportuit legem manifestari, ut in Iudæis omnes audirent : Non quòd penitus obliterata esset, sed quia maxima eius auctoritate carebant, idolatriæ studebatur. Timor dei in terris non erat, & fornicatio operabatur. Circa rem proximi auida erat concupiscentia. Danda ergo lex erat, ut & quæ sciebantur, auctoritatem haberent, & quæ latere cœperant, manifestarentur. Nam inuenimus ante Moysen non solum nã latuisse, sed etiam uindicata esse peccata. Quamobrem & iusti fuisse reperiuntur multi, qui scientes deum uindicem timebant peccare. Quòd cum cœpisset iam negligi, legem naturalem reuelari oportuit, ut scirent cuncti aperta ratione dominum requisiturum actus humanos : Quamuis per diluuium uindicatum legatur, & in Sodomam & Gomorram, sed hæc uetustatis obliuio texerat. Genes. 19 Vnde per Moysen terroris causa ad disciplinam corrigendam, & fidem in deum reformandam, commemorata 1. Thimo. 1 sunt. Quare & Apostolus : Iustis (ait) lex non est posita, sed iniustis, idola colentibus, fornicatoribus, & talia. Nunc uideamus an conueniat his qui dei iudicium audientes ridem futurum, si proderit, an oberit, si ueritate muniatur, an careat ratione. Lex quidem data est mundo, sed uidemus eam circa multos cessare. Non ergo iustum uidetur, ut qui hic peccant per potentiam, securi sint. Alij legibus illudunt, pauperes deprimuntur, iustis accusatio componitur, bene agentes opprobrio sunt, pij indigent, mali florent, iniqui & corruptores in honore sunt, Auari & raptores locupletantur, iudex uenalis est : Nonne iniquum uidetur si conditor rerum non hæc requirat, ut qui hic iniuste oppressi sunt, reuelentur, & qui bene uiuendo indiguerunt, remunerentur, & qui propter iusticiam opprobrio erant, honorentur, illi autem qui per potentiam leges contempserunt, aut tergiuersatione illuserunt, iniquitatem sectantes, sic glorieſi in his ut ipsi iusticiæ insultare uideantur, ut humiliati & confusi tormentis subijciantur in conspectu eorum in quorum malis & despectione gaudebant, ut & ipsi de pœna illorum læti deo gratias referant, apud quem solum perRoma. 3 sonarum acceptio cessat ?

Vt quid Abel sacrificium acceptum est & Cain refutatum est. Quæstio. V.

EX uerbis hoc ipsius lectionis potest colligi, quia non est literarum arte uelata historia. Nam Abel prudentem & deuotum in eo ipso sermo indicat scripturæ, Cain uero negligentem & improuidum, ac per hoc minus deuotum, Abel ergo de placidis potiora elegit quæ deo offerret creatori, ut de his utique quæ creauerat præcipuus illi offerret, ut per hoc & dedicationem suam, & meritum eius probaret, ut & propriam reuerentiam, & deum auctorem ostenderet. Hoc Cain uelut rusticus præsentare nequiuit : Totum enim animum terræ inserens, mentis oculos ad cœlum leuare non potuit, ut quid creatore dignum esset, aſficeret, qualiacumque etiam deo obtulerit munera. Quæ causa etiam in Iudæis obliquæ mentis deprehenditur : Sæpe enim reprehensi sunt cum munera sua improuide dei altari offerrent, quæ nec hominibus digna uiderentur, dicente domino. Cæcas & luscas offertis mihi, non hæc suscipiam de manibus uestris. Offer ea præposito aut duci tuo si acceperit ea. Cum constet apud omnes personæ sublimi maxima offerri debere munera. Ideoque Cain munera refutata sunt dicente ei domino : Quid contristatus es, & ut quid concidit uultus tuus ? Nonne si recte Gene. 4 offeras, recte autem non diuidas peccasti ? Quiesce : Apud te conuersio eius, & tu dominaberis eius. Vides ergo quia diuisio incurrit peccatum, dum non æstimans quid dignum deo esset, potiora reseruauit suis usibus. Itaque non quia obtulit reprehensus est, sed quia indigna obtulit. Neque ex eo damnatus est, sed quia factum

noluit

noluit emendare commonitus. Ad te enim (ait) conuersio eius, & tu dominaberis eius, hoc est, me non accipiente ad tuum dominium conuersum est munus á te oblatum, ut de cætero sciret quid faceret. Hinc inuidia exarsit ut occideret fratrem, ut ab iniusto occideretur homine qui iusticiam primus ostenderat, & exemplum malum daretur hominibus. Sic enim æmulatione Zœli cæcatus est, ut non solum gratias non ageret, eo quòd reus factus non fuerat, sed nec didicerat quomodo hoc emendaret, uerumetiam adderet aliud grauius per quod damnari mereretur. Talis est causa improuidi ac fratricidæ Cain, qualis & illius nequam serui cui cum ignotum esset á domino, ingratus effectus exiens suffocabat cõseruum suũ, ut etiã de præterito ignoto sibi facinore, et de impietate in conseruum suum admissa inexcusabilis damnaretur, & tamen ad præsens non est damnatus Cain, sed confusus & reus sub terrore dimissus est super terram, ut si pœnitert, ignoscereturer ei. Denique timens ne aliquis eum pro hoc facto occideret, ait ad dominum: Maior causa est mea reliinqui me, si eijcis me hodie à facie tua, & á facie terræ abscondam me, & ero gemens, & timens super terram. Et erit omnis, qui inuenerit me, occidet me. Territus itaque Cain uerbis iusti iudicis dei, timet despici á domino, ita etiam ut à conspectu hominum confugere se debere putet: Certus, quia qui irato deo uiuit, etiam ab homine posset occidi. Sed quid ei respondit dominus? Non sic inquit, hoc est, non ad hoc te remisi cum non merearis uiuere, ut ab aliquo occidaris, sed ut gemas & tremas, quasi qui primus malum exemplum dederis super terram, dum laboribus tuis non respondet fructus ex humo. Itaque omnis qui occiderit (inquit) Cain, septem uindictas exoluet. Hæc sententia ostendit iure damnandum Cain: Quando enim uidit legem datam sub tali comminatione ne quis imitaretur factum eius, plus cœpit timere, sciens quid mali admiserat. Septem ergo uindictas promittit si quis ad hoc facinus aspirasset, ut uidens ex hoc opere Cain reum factum, & cum adhuc legis manifestatio non erat, sciret se septemplici pœna mulctari si hoc non uitaret, ut legis noticia sex plagas adderet supra quàm meruerat Cain, ut cum plaga Cain septem numerarentur uindictæ. Hoc etiam numero remunerandi sunt qui relictis omnibus dominum sequuntur, & in futuro uitam æternam habebunt. Hoc est signum quod posuit dominus in Cain ne occideret eum omnis qui inuenisset eum. In parricida enim posita lex est, ut si quis homicidium fæcisset, quia omne parricidium homicidium est, septies reus esset quàm fuerat Cain, ut hac fœueritate perterriti cæteri, ab hoc se facinore inhiberent.

Math. 18

Genes. 4

Vtrum Lamech occiderit Cain sicut putatur. Quæstio. VI.

FRustra hoc putant qui arbitrantur quòd Lamech hoc dixerit de Cain: Occidi uirum in liuorem mihi, & iuuenem in uulnere mihi. Iam enim in quinta generatione natus erat Lamech á Cain, id est de Mathusalem ab nepote Cain. Hoc autem idcirco commemorat Lamech, ut ostenderat acrius adstringendum eum qui sub manifestata lege peccauerit: Ac per hoc si post Cain in imitatorem eius septies uindicatum est, quanto amplius in eum uindicandum est, quem nec factum Cain & correptio, nec post in eum lata sententia terruit, ut á tam impio & crudelissimo facinore uoluntatem auerteret. Post Cain ergo Lamech hoc homicidium perpetrauit, qui sine dubio iuxta ea quæ supradicta sunt, septem uindictas exoluit, & quid post Lamech ei qui hoc secutus fuisset, esset futurum ostendit dicens: De Lamech autem septuagiessepties. Vt quia malum opus pœnitentia non subsequitur, septuagnea septem plagarum ictibus feriatur. Vnde & saluator etiam septuagiessepties peccanti, conuerso tamen, remitti præcepit. Sed ne putetur alius ante Lamech homicidium post Cain fœcisse, quia dixit: De Cain uindicatum est, quasi iam factum Lamech dicat de se, quomodo autem diceret quia uindicatũ in eum erat, cum adhuc recens esset homicidium quòd cõfessus fuerat se fœcisse, cum constet omne factum sententiam secum habere? Quando enim alia spes non est præter quàm quòd expleto operi dignum scitur, futurum pro facto habetur. Denique dictum Adæ & Euæ est: Qua die manducaueritis, morte moriemini, & utique non statim mortui sunt, sed post longum temporis interuallum, sed quia iam spem immortalitatis amiserant, futura mors præsens dicta est, quia hæc cœpit in spe haberi. Igitur cum Lamech iuuenem se occidisse fatetur, & Cain (sicut claruit) usque ad hoc tempus peruenire non potuit, aut si peruenit (quod impossibile uidetur) senior fuit, eum non occidit.

Gene. 4

Matth. 18

Genes. 2.

Quę decem uerba in tabulis data sint, aut singulę tabulę quę & quot uerba habuerint. Quæstio. VII.

DEcem sententias, decem uerba appellauit: Quia & saluator sensum uerbum significauit, dicens inter cætera ad Iudæos: Interrogo uos & ego unum uerbũ, respondete mihi: Baptismum Iohannis unde erat? è cœlo, an ex hominibus? Hunc sensum uerbum appellauit. Simili modo & in duabus tabulis decem uerba scriptura dicuntur, quæ decem sensus sunt. Denique dicit: Non sint tibi dij alij præter me, primum uerbum hoc est: Et subiecit secundum: Non facies tibi ullam similitudinem eorum quæ sunt in cœlo sursum & in terra deorsum, neque in aqua quæ est sub terra. Deinde adiecit tertium: Non sumes nomen dei tui in uanum. Non enim mundabit eum dominus qui sumit nomen eius in uanum, hoc est, non in mendacio nomen dei tui assumes

Marci. 11

Exod. 20

ut periures per illud. Dehinc quarto loco dicit: Sabbatum domini dei tui seruabis, & non facies in illo ullum opus seruile. Hæc quattuor uerba sunt de decem: Ista ad deum proprie pertinent. Hæc sunt in prima tabula scripta. Deinde in secunda tabula hæc continentur. Primum uerbum est: Honora patrem tuum & matrem tuam. Secundum: Non occides. Tertium: Non fornicaberis. Quartum: Non furabereis. Quintum: Non falsum testimonium dices. Sextum: Non concupisces quicquam proximi tui, & talia Hæc in secunda tabula scriptura probat Apostolus Paulus dicens: Honora patrem & matrem, quòd est mandatum primum in promissione. Quomodo enim esset primum nisi in secunda tabula ab ipso cœpisset? In promissione autem ideo dicit, quia statim subiecit: Vt sis longæuus super terram, & bene sit tibi. Hæc est promissio facta his qui mandata custodiunt. Itaque habes & mandata distincta, & numerum eorum consumatum, & quæ & quot in singulis tabulis scripta sunt.

Ephe. 6.

Exod. 34

Vt quid Moyses descendens demonte cũ tabulis, uultum splendi dũ habuit. Quæstio. VIII.

ACcepta potestate in peccatores cum honorificentia descendit de monte, facie gloriosa. Lex enim contra peccatores data est Moyses ergo quia non peccauerat, gloriosus apparuit, & intantum, ut á peccatoribus uideri non posset. Ostensum enim in eo est, quia peccatores gloriam dei non merentur aspicere. Post simulacrum enim uituli fusilis, & confractionem tabularum in quibus lex data fuerat, rursus ascendens Moyses in montem cum tabulis, in quibus acceptã lege cum descenderet, gloriosa facta est facies eius, ut non possent aspicere filij Israël uultum eius, neq; Aaron, quia & ipse peccauerat. Sed interposito uelamine loquebatur ad illos, ut tandiu indigni essent gloria dei q̃ diu in peccatis uersarentur. Vnde dicit Apostolus: Cum conuersus fuerit ad deum, auferetur uelamen, ut dono dei abluti, digni fierent intendere gloriam dei, In confractione enim tabularum quas ante acceperat, Iudæorum populum reprobum significauit, eo quòd peccatis studentes promissione dei indigni futuri erant. Quod autem reiterata lex est, alter populus futurus significatus est, cui proficeret lex data in monte.

2. Corin. 3

Si omnia deus bona fœcit & ualde bona, ut quid dixit ad Noe: De mundis & immundis induc tecum in Arcam, cum immundum bonum dici absolute non possit. Quæstio. IX.

Gene. 7

PEr id quòd multimodam rationem habent uerba, faciunt quæstiones: Nam si ad hanc causam de qua agitur referentur, nulla erit quæstio, quia per ordinem res ipsæ se produnt. Nam aliquando commune dicimus quòd indiuisum est, aliquando quòd immundum est: Duobus enim modis appellatur commune. Denique Petrus Apostolus: Commune (inquit) & immundum nunquã intrauit in os meum. Et Apostolus Paulus: Omne (inquit) quòd non est ex fide. peccatum est. Et Alibi: Lex (ait) non est fide, & tamen non est peccatum. Vides ergo, quia unus atque idem sermo non eadem semper significat. Ideo & cum dicitur, immundum, considerandũ est qua ex causa dicatur, quia aliquando ad comparationem melioris immundum dicitur, aliquando ad opera sordida refertur, ut malum intelligatur. Nulla igitur substantia malum, quia quæ per substantiã immunda dicuntur, ad comparationem pulcherrimarum rerum immunda sunt: Nam & panis immundus dicitur ad oleum, & plumbum ad comparationem auri immundum est, & coruus ad pauonem, & cum uniuscuiusq; corporis membra sint, alia honesta, alia inhonesta uocantur, cum sciamus mala non esse. Itaque omniain sua natura bona sunt, quia utilia.

Act. 11

Roma. 14

Gala. 3.

Cum deus dicat ad Abraham de filijs Israël, q̃ quarta progenie exituri essent de potestate Aegyptiorum, ut quid econtrario lex dixit: Quinta progenie exierunt filij Israël de terra Aegypti, ualde enim uidetur contrarium. Quæstio. X.

QVantum ad uerba pertinet, uidetur esse contrarium, si autem sensus quæratur, inuenietur esse non dispar. Sic enim lex loquitur, ut á diligentibus & credulis possit intelligi, ut ratio ueritatis nõ in curiosis, sed in sollicitis se reuelet. Nam utique deus dixit, quarta progenie, & Moyses scripsit, quinta progenie, quamuis utrunque Moyses retulerit, & fallere eum impossibile sit, in quo tanta uirtus operata sit, ac per hoc inuestigandus est sensus, quia non ociose aliquid agit, nec improuide diuina loquitur scriptura. Itaque duæ partes sunt quas singuli memorarunt. Deus enim quatuor generationes significauit quæ natæ sunt in Aegypto, Moyses autem addens his unam, ex quã hæ ortum acceperunt, cum intrassent in Aegptum, Quinta inquit generatione exierunt filij Israël. Generatiõem enim quæ intrauit in Aegyptum, & quatuor quæ illic natæ sunt, simul complexus est. Nam Abraham usque ad Exitum filiorum Israël de Aegypto, generationes sunt octo. Ducentis enim quindecim annis á promissione facta Abrahæ, habitauerunt in Chanaam, & ducentis quindecim in Aegypto. Hi sunt anni quos comprehendit Apostolus ad Galathas dicens: Post quadringentos & triginta annos facta est lex. Igitur hæ quatuor generationes natæ sunt in Chanaan. In Isaac una, altera in Iacob, tertia in Leui, quarta in Gerson, & Caath, & Merari Cum intrassent autem filij Israël in Aegyptum, Caath genuit Amram. Hæc est prima generatio facta in Aegypto. Amram autem genuit Aaron & Moysen & Mariam, quæ est secunda generatio in Aegypto.

Galatæ 3

Et Aaron

Et Aaron genuit Eleazar & fratres eius, quæ est generatio tertia. Eleazar autem genuit Phinees quarta generatione. Hæ sunt quattuor generationes, peregrinæ in Aegypto. Vnde ait dominus ad Abraham, Peregrinum erit semen tuum, & seruitio oppriment eos, ego autem liberabo eos. & quarta generatione exient inde. Vide si non apertum est, quia non aliud significauit deus, quam quod gestum est in Aegypto. Moyses autem ut etiam illam generationem poneret, quæ cum Iacob patre suo intrauit in Aegyptum, ex qua iste quattuor originem habent, dixit, Quinta progenie exierunt filij Israël de terra Aegypti. Genes. 15

Si viri iusti voluntas bona est quare Isaac non Esau quem voluit, sed Iacob benedixit quē noluit. Quæst. XI.

Iusti hominis quantum ad conscientiam eius pertinet, uoluntas bona est, quantum autem ad præscientiam, immunis est ab aduersis. Deus enim solus est, qui de futuris iudicat. Et per hoc Isaac iustus quantum ad præsentem humanitatem dignum est, maiorem filium suum benedicendum magis putabat, Sed deus qui occultorum cognitor est, minorem benedicendum mereri ostendit, ut in benedictione non hominis ostenderet esse beneficium, sed dei, quia officij dignitas est non hominis meritum, quam dei sequitur benedictio. Denique dictum est à deo in Numeris ad Moysen & Aaron sacerdotes, Vos ponite nomen meum super filios Israël, ego dominus benedicam eos, ut gratiam traditio per ministerium ordinantis transfundat hominibus. nec uoluntas sacerdotis obesse aut prodesse posit, sed meritum benedictionem poscentis. Quanta autem sit dignitas ordinis sacerdotalis, hinc aduertamus. Dictum est enim de nequissimo Caiphæ interfectore saluatoris inter cætera, Hoc autem à semetipso non dixit, sed cum esset princeps sacerdotum anni illius, prophetauit. Per quod ostenditur spiritum gratiarum non personā sequi, aut digni, aut indigni sed ordinationē traditionis, q̄uis aliquis boni meriti sit, non tamen posit benedicere, nisi fuerit ordinatus ut officium ministerij exhibeat, Dei autem est effectum tribuere benedictionis. Gene. 27 Numer. 6 Iohan. 11

Quare Abraham fidei suæ signum circūcisionis accepit sacramentum. Quæstio. XII.

Si uelis aduertere non incongruum uidebis quod pueras diuersum esse à ratione. Credens enim se filium habiturum in quo omnes gentes benedicerentur, et à quo sanctimonium exoriendum erat, illa in parte signum accepit per quam generatio fit filiorum, & cessat ut sanctior sit. Sed si aliquibus deformatio uidetur, animaduertant Abraham in eo gauisum, & filios eius hoc testimonio fuisse glorioſos. Nam Achior utiq; unus ex principibus gentilium uidens tantam uirtutem esse in deo Abrahæ, ut Holofernem ducem exercitus assyriorum, cuius potentiam tota terra tremebat, proprio gladio manu fœminæ decollaret, sponte se circumcidit, arbitratus ex eo ipso dignitatem sibi quæsitam. Nonne præsefert, si aliquis pro nomine Christi oculum aut aliquod membrum amiserit? Nonne partem ipsam humanis uultibus ingerit ut appareat glorioſus? Pro fide enim aliquid ad tempus amittere lucrum est facere, Ita & Abraham fidei suæ signum accipiens, non deformatus est, sed melioratus. Spiritaliter uero hoc significauit, quia nebula carnis circūcidi debebat à cordibus hominum per fidem Christi, quia carnalis error obstabat, caliginem præstans humanis cordibus ne cognoscerent creatorem. Abraham autem, quia & promissus est ex semine eius futurus Christus, qui hāc caliginem abstergeret, ideo circumcisus est, quia filium credidit se habiturum, qui errorem hunc amputaret. Iam uide si non congrue illa in parte uel tale signū accepit. Iudic. 13

Si iudicium dei iustum est quare infantes in Sodomis simul cū parentibus cremati sunt. Quæstio. XIII.

Vt nimis impium facinus Sodomitarum posit aduerti, peccatum eorum peruenit usq; ad necem filiorum ipsorum, ne de origine illorum signum aliquod remaneret. Nonne prouisum est illis ne diu uiuentes exempla sequerentur patrum? A gehenna enim liberi sunt, in aliena causſa occisi. Parentes enim tam pro se quàm p his rei sunt, quia ut eorum opera oblitterarentur, omnis progenies ipsorum erasa est. Nam sicut bonis parentum læti sunt filij eorum, quòd commendetur prærogatiua eorum, sic & de morte quæ pro malis illorum infertur queri non possunt. Vt quemadmodum participes in lucro sunt, sic sint & in damno. Similiter & in Aegypto pro noxis patrum plexi sunt filij. Sed ut ad emendotinē eorum proficeret, ut quia ex alijs causſis deum credere & uenerari, qui in Moyse erat, noluerunt, hac plaga teriti confiterentur cum satisfactione, ne grauius hunc iratum sentirent. Hæc ergo mors filiorum, crimen est patrum. Quoquo enim modo filij debitum spiritum reddiderunt, futuri accusatores parentum, quia perfidiā suam nec sanguine filiorum uincere potuerunt. Non ergo in futurum sed ad præsens tempus mala parentum filios inuenerunt. Nec qualecunq; beneficium est glorioſum non esse, nec tamen reum. Nam si quidam cum precibus enitantur in postremis positi, ad fidem ueri accedere, ut si non coronam, uel ueniam mereantur, quomodo poterunt hinc aliquid queri, cum quibus ita actum est, ut neq; esset unde ignoſci sibi precarentur, neq; sublimes haberentur qui minime laborauerant? confer nunc unius momenti cruciatum ad ad multi temporis pœnam, Arbitrare etiam multos laborare, & quia perseuerare non possunt, non solum affectū laboris amittere, sed & pœna mulctari. Adde etiam, quia difficile de malis nati, & inter nequissimos educati uel cō uersati mentem suam temperant ad disciplinam dei sequendam. Vide ergo si non magis bene actum est cum filijs perditorum. Gene. 19

Quid est vt deus qui iustus prędicatur pec cata patrum filijs reddere promiserit in tertiam & quartā progeniē. Quæstio. XIIII.

Exo.20 NIhil iniuste deum facere aut dicere, qui dubitat insanus est, Itaq; si uerba domini non supprimantur, sed omnia quæ ad eandem quæstionem pertinent proponantur, lucebit quod obscurum uidebatur, & pium æstimabitur quod minime iustum putabatur. Qui enim uerba suprimit quæstionis, aut imperitus est, aut tergiuersator, qui calumniæ magis studet q̄ doctrinæ. Porro autem repromisit quidem dominus reddere se peccata patrum filijs, sed his qui oderunt eum, hoc est qui in paternis malis uersati seruiunt idolis, sicut & patres illorū. Ille enim inimicus dei est, qui honorem nominis eius uendicat creaturæ. Sicut enim iustorū filij & ipsi iusti nobilitant in se genus iusticiæ, dum & patrum & sua iusticia sublimantur, ita & nequissimorum, & ipsi filij nequissimi crementum faciunt maliciæ, quia & malorū filij sunt & nequitiam illorum exemplarunt ad perditionem multorum. Cum terrore ergo locutus uidetur deus, sed uerū est, & hoc habet ratio. Quis enim malum & mali hominis filium non duplici genere execretur, quomodo bonū & boni filium duplici mercede non censet honorandū? Idcirco autem in tertiam & quartam progeniem reddere se promisit, ut si post patrem malum filius nō sequatur perfidiam patris. Nepos autem aui in malis imitator existens, sciat se non immunem futurum à sæueritate sententiæ, aut si & nepos forte non aui, sed patris secutus uestigia testamentum diligat dei, non ignorat pronepos ad se usq; peruenire sententiam si æmulus sit proaui perfidiæ. Hac legis manifestatione deterreri uoluit deus impios patres, ut agnoscentes quantum mali pareret sectatio idolatriæ uel affectus filiorum, reuocarentur ad reuerentiā creatoris, aut filij timentes ne incurrerent peccata patrū, dei legi obtemperarent. Illi autem attendentes ad nequi-

Ezech.18 tiam, aliter hoc interpretari cœperunt dicentes, Patres nostri manducauerunt uuam acerbam, & dentes filiorū obstupuerunt, ut securi de impunitate, eo quòd filijs ipsorum redderentur peccata, illi tamen neq; spiritus, neq; carnis haberent pietatem. Hinc dicitur eis, Nō morietur filius pro patre, neq; pater pro filio, sed anima quæ peccauit ipsa morietur, ut addiscerent non impune sibi futurū, sed sic reddi peccata patrum filijs, ut quia impietatē parentum secuti mala quæ oblitteranda erant exemplauerint, acerbius pūiantur. Postq̄ ostendit deus quid mali

Exo.20 pariat idolatria, addidit statim quæ bona diligentes se sequantur, dicens, Et faciens misericordiam in milia milium his qui diligunt me, & custodiunt præcepta mea, ut bonum patris. non usq; ad pronepotem, sed usq; ad milia milium reddat, Vtputa si quis ex semine Dauid diligat dominum, quem constat utiq; porro ante mille annos fuisse, huic additur misericordia dei, ut in necessitate duabus suffragantibus causis, misericordiā accipere mereatur: Quia & ipse dei cultor est, & ex eius semine est, qui amauerit deum. Et in hoc clementia dei laudabilis est, ut odio habentibus se usq; in tertiam & quartam reddat progeniem, & non in milia milium, ut si in quintam progeniem tractum fuerit malum, inde iterum caput habere incipiat, ut ex eo numeretur usq; ad tertiam & quartam progeniem. Sed dicet quis auctori magis amplius reddendum iustum uidetur quàm imitatori, In auctorem congrue datur uindicta, filijs autem quod plus dicit reddi, pœna est patris. Et si caussam quæras, accessu legis peccatores plus fiunt rei, sicut & Lamech et post Lamech. Quibusdam tamen uidētur sic reddita esse peccata patrum in filios, dum in captiuitatem ducti sunt caussa patrum, & fuerunt ibi usq; ad quartam generationē. Quod si uerum est, non solum odio habentibus reddidit peccata patrum, sed & diligentibus nomen suum, quia & Daniel abductus est, & tres pueri, & Baruch, & Ezechiel, & Esdra ibi natus est. Liquido ergo apparet illud conuenire propositæ quæstioni, quod supra diximus.

Cum iustum lex prędicet, & hic vere iustus, qui plenam habet iusticiā, quomodo contra Salamon, Noli (inquit) esse iustus multum. Cap. XV.

Eccle.7

NImia iusticia incurrit peccatum, temperata uero iusticia facit prefectos. Non enim sine malicia est qui multum est iustus, quia peccantibus ad singula si respondeas, non deerit ubi pecces, deniq; dei temperata iusticia est, Peccantibus enī aliquando ignoscit, aliquando irascitur, aliquando non quantum digni sunt, suffert enī eos ut sint qui proficiant. Lex enim quia seipsam mollire non potest, mitiganda est ut possit prodesse sub se agentibus. Hic ergo iustus non est multū, qui dei imitator est.

Quare angelus volebat in via Moysen occidere. Cap. XVI.

Exo.4

QVod sine consilio Moyses fœcerat apparentia comminantis angeli commendauit. Deniq; uidens fieri, quod per negligentiam fuerat prætermissum, cessauit ab ira. Idcirco ergo sic infestum angelum in se uidit Moyses, & paratum ad uindictā, quia uiri sublimis culpa graue peccatum est. Quanto enim persona eius supplicior est, tanto magis leue delictum eius. Quod ergo à summo uiro, utpote à ductore populi fit, acerbissimum est peccatum. Pergebat itaq; ad filios Israēl, missus à deo Abrahæ, & signū iusticiæ nō ferebat, in quo gloriari sciebat Iudæos, ut aut ipse sollicitator diceretur aut nō ab eodē deo missus, qui Abraham elegerat, In Madian enim habitans filios suos minime circumcidit, quos autem ducere secum ad Aegyptum, non debuit qui ceteros ibat inde educere, aut certe circumcisos assumere, propter quæ supra diximus: Sephora ergo uxor Moysi, quod compendio loquitur scriptura, non ignorans qua caussa uiro suo infestus angelus uidebatur, accipiens petram, circumcidit filium suū, & recessit angelus.

Ea

Ea enim ratione, mitigata est ira, qua fuerat accensa, Nã aliquando compendio loquitur scriptura, quæ subintelligi uult exposita ratione, sicut & illud quod saluator dicit inter cætera ad Iudæos, Quare & uos præteritis mãdatum dei, ut traditionem uestram statuatis? Nam dixit, dominus, Honora patrem tuum & matrem, & qui maledixerit patri aut matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, Quicunq; dixerit patri aut matri omne munus qd' cunq; fuerit ex me, tibi proderit, & non honorificabit patrem aut matrem suam, Sine dubio per compendium hoc dixit saluator, ut subintelligantur sacerdotes Iudeorum, dum auariciæ studerent, dei legem spreuisse. Impia enim conspiratione consilium dederunt filijs, ut maledicentes patrem aut matrem quodcunq; offerrent quasi donum deo, per quod data sententia, in maledictos solueretur. Vnde securi facti filij contra dei præceptum contemnebant parentes, ita & Moyses cum infestum sibi uideret angelum, intelligens caussam quid fieri deberet, ostendit uxori ut recederet ab eo angelus, qui eum quærebat occidere. Hoc subintelligitur in hac caussa, sicut & illud quod supra diximus in sacerdotes.

Matth.15.
Exod.34

Quid est vt maledictos dicat lex, qui semẽ non reliquerint in Israël, per Esaiam autem nihil obesse dicatur spadonibus quia generare nõ possunt. Cap. XVII.

Exo.23 Deuter.7
Esaie.56

QVoniam aliter q̃ dictum erat, intelligi cœperat, id circo Esaias Propheta ostendit postea quo sensu dictum esset. Cum enim hoc ex caussa offensi dei sententiæ loco positum esset, quia deserentes deum in eo persecutiebantur, ne ducentes uxores semen relinquerent, sic hoc arripuit error humanus, ut putarent reos esse apud deum, si qui aut uxores nollent, aut accipientes (ut assolet) generare, non possent, quasi nihil aliud quã semen quæreret deus, Sicut arguuntur per Malachiam Prophetam. Esaias ergo ut consolaretur eos quos mala intelligentia contristauerat, docuit nihil obesse, si quis aut non posset habere filios, aut nollet, dummodo legẽ dei seruaret. Maledictum enim illis competebat, qui cum possent ac uellẽt diuino obstante iudicio, steriles erant, ne fructum haberent creationis dei, quem spernebant. Vnde cũ uiderent aut generare se non posse, aut genitos minime possidere, cognoscerent indignantes dei iram esse, et conuersi satisfacerent. Nam & sancti uiri cum cupidi essent filiorum, & non id obtinerent, æstimabant peccata obstare, & dolebant, ignorantes dei esse prouidentiam, cui seruabantur. Deniq; ad dei procurationem, & Anna concepit, & peperit Samuelem & Helisabet Iohannem, & uxor Manue, Sansonẽ. Spiritalis enim intelligentia in hac caussa ista est, ut maledicti habeantur qui non reliquerint semen, quod uideat deum, id est qui non habuerint aut filium, aut seruum, aut proximum, qui dei timorem doceat super terram.

1.Reg.1 Lucæ.1 Iudic.13

Quare Saul peccans petit orari pro se vt ignosceretur sibi & impetrari nõ potuit, Dauid autem peccans postulauit, & veniam consecutus est .Ca. XVIII.

DEi iudicium retractari non conuenit, nam humana imbecillitas atq; imperitia dei se debet iudicio tradere, in quo non sapit, ut ex sententia dei intelligat ueritatem, & nihil aliud fieri debuisse quàm quod uidet fœcisse deum, quem scit acceptatorem personarum non esse. Si enim Dauid precem suscepit, & Saul refutauit, nihil aduersum sentiendum est deum fœcisse. Sciens enim qua mente uterq; locutus est, eius petitionem accepit, quẽ uidit tribulato corde ueniam postulare. Illum autem despexit, quia animam eius pœnitentiæ nõ tetigerat dolor. Quia deus cordis auditor est magis quàm uocis. Hinc dictum est. Homo uidet in facie, deus autem in corde. Ideo etiam fallimur, quia simulatio in uerbis & uultu circũuenit nos, In corde enim quid sit, uidere non possumus. Quamobrem dei iudicium sequi nos oportet, qui secundum cor in quo uniuscuiusq; sententia est, examinat singulos. Hoc etiam & saluatorem fœcisse inuenimus. Scribam enim se offerentem, nõ suscepit, sedentem autem Leui ad Telonæum, suscæpit, quia uerba Scribæ nõ secutum est cor, Leui autem tacens hoc in corde habebat, quod scriba in uerbis. Iësus autem, qui iuxta quod scriptũ est, sciebat quid esset in homine, Leui elegit. Propterea Dauid non alium pro se uoluit humiliari sicut Saul, sed ipse supplex tribulato corde ueniam precabatur.

Acto.10
1.Reg.16
Matth.8 Marci.2
Iohan.2

Querendum est si Adam factus, corpus immortale habuit, an mortale. Cap. XIX.

DEus hominem fœcit, qui quamdiu non peccaret, immortalitate uigeret, ut ipse sibi auctor esset ad uitam, aut ad mortem, ut custodiens se à peccato, labore suo gauderet, & esse je immortalem, Negligens uero factus ipse sibi imputaret, quia cœperat esse mortalis. Quã diu enim in creatoris lege durauit, dignus fuit edere de arbore uitæ ut mori non posset. Nec enim corpus tale erat quod dissolui impossibile uideretur, sed gustus arboris uitæ, corruptionem corporis inhibebat. Deniq; etiam post peccatum potuit indissolubilis permanere, si à domino permissum esset illi edere de arbore uitæ. Nam quomodo immortale corpus habebat, quod cibo sustentabatur? Immortalis enim non eget cibo neq; potu. Cibus enim uires præstabat, uitæ autem arbor medicinæ modo corruptionem omnem prohibebat. Sic enim homini erat quasi inexpugnabilis murus.

Quid est quod dicitur, Panem angelorũ manducauit homo, cum angeli non egeant cibo. Ca. XX.

Psalm.77

Quippe

QVippe cum sint naturæ simplices, & potentia spiritali uigentes, panem quem angelorum appellat, Manna est, Manna autem interpretatur, quid est hoc? Videntes autem filij Israël, quasi semen coriandri cadere super terram candidum, dixerunt ad inuicem, Quid est hoc? quod in Hebræa lingua dicitur, manhu. Hic ergo panis aut cibus, non mundi lege creatus est commixtione elementorum, sed desuper uenit spirituali ratione prouisus. Nec quidem in supernis habebatur, quia corporibus alendis ad momentum dei uirtute creatus est. Ideo autem angelorũ panis dictus est, quia ea uirtute creatus est, qua angelica natura subsistit & uiuit, Sine deo enim nulla uita est. Per id quod ergo de cœlo uenisse dicitur, angelorum, dictus est panis. Vt enim quanta & qualia beneficia dei circa hominem sunt, memoraret, sic locutus est, ut gratias referrent agnoscentes deo, qui tanta cura seruos gubernat, ut eis hæc in carne adhuc positis, si necesse fuerit, exhibeat per quæ uiuunt angeli. Dixit Apostolus inter cætera, Petra autem erat Christus ut quia Christi uirtute aqua fluxit de Petra, Petra appellatus sit Christus. Simili modo, & quia manna potestate eius uenit de cœlo, manna, id est Christus panis dicatur. Quod tunc factum eius rei, qui nunc in ecclesia offertur, figura fuisse existimetur, ut Christiani populi, quos in angelis significauit scriptura, panem manducarent homines, id est Iudæi. Et quia maior gratia est nũc, quàm in Prophetis, & libertas data per Christum, quia ubi spiritus domini, ibi & libertas, ad comparationem temporum & gratiarum, Christiani angeli dicti sunt, quorum pane, qui Christus est, satiati sunt Iudæi, quos homines dixit. Horum enim magis Christus est, quibus & reuelatus est, & qui hoc nomine uocari censentur. Duplici ergo genere potest intelligi supradicta quæstio, ut & panis angelorum cœlestum dici possit, & Christianorum, secundum ea quæ dicta sunt.

Exo. 16.

1. Corin. 10
Exo. 17

2. Cor. 3

Quid sit ad imaginem & similitudinẽ dei fœcisse hominem, & an mulier imago dei dicatur. Quæstio. XXI.

HOc est ad imaginẽ dei factum esse hominem, quia unus unum fœcit, ut sicut ab uno deo sunt omnia ita & ab uno homine omne genus humanum. Similitudo autem hæc est, ut quemadmodum de patre est filius, sic et de uiro mulier, ut unius principij auctoritas conseruetur. Sed filius ineffabiliter & incomprehensibiliter natus est de deo patre, mulier autem corporaliter, sicut legimus facta de uiro est, ut per eam natiuitas oriretur, Filius uero ideo natus est, ut per ipsum fieret creatura. In hoc ergo dissimile est, Nam & de deo deus natus est, de uiro autem fœmina, quia illic simplicitas est, & non potuit nisi simplex de simplici nasci, spiritus de spiritu, deus de deo. Igitur uir imago dei est. Sic enim scriptum est. Et fœcit deus hominem, ad imaginem dei fœcit eum, Vnde & Apostolus, Vir quidem inquit non debet uelare caput, cum sit imago & gloria dei, Mulier autem inquit uelet caput Quare? Quia non est imago dei. Vnde denuo dicit Apostolus, Mulieri autem docere non permittitur, neq; dominari in uirum.

Genes. 1

Gene. 2

Genes. 1
2. Cor. 11

1. Timo. 2

Quid est vt dicat Salomon, Iustifica animam tuam ante obitum tuum. Et in psalmo, Non iustificabitur ait in cõspectu tuo omnis viuẽs. Quæstio. XXII.

Ecclesi. 14

Psalm. 142

HIc iustificat animam suam ante mortem, qui spe uitæ futuræ consequitur fidem ne moriatur impius. Sed Salomon de eo dicit qui sub lege uiuit & non cõuersatur iuste. Huismodi ergo si corrigat animum ut iusticiæ uias ambulet, iustificat animam suam ante mortẽ. Salomon enim propter iudicium futurum consilium dedit, ne quis inaltigens circa se in peccatis moriatur: Dauid uero de perfectione iusticiæ locutus est, quia nemo iustificabitur apud deum ut dignus promissione sit, nisi fuerit mortuus cum iusticia. Quamdiu enim uiuit futurorum meritum non habet adhuc plenũ. Vnde dicit saluator, Qui perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit.

Matth. 10

An ex traduce sint animæ sicut et corpora. Quæstio XXIII.

INhonestum puto si dicantur animæ cum corporibus generari, ut anima nascatur ex anima, quod nec animæ ipsi competit, aut si certe singulæ cœlestes potestates factæ sunt, & ex ipsis cæteræ natæ sunt, potest ex una Adæ anima credibile uideri cæteras nasci. Sed non conuẽit, quia soli deo hoc possibile fuit, ut simplex generaret nec cæteris concederetur. Quod tam mysticũ est in causa saluatoris, ut non solum à solis genitlibus uel Iudæis, uerumetiam ab ipsis qui Christianos se dicunt incredibile reputetur. Fotiniani enim & Arriani hanc fidẽ spernunt, nec credunt deũ generasse, Nam si eo tempore quo seminatur corpus etiam anima generatur ex anima, de Adam costam sublatam legimus, non tamen animam natam ex anima. Sed si costa secum habuit animam, iam nõ nata est, sed detracta in partem. Sed nec hoc scriptũ est, Propheta enim Zacharias inter cætera, Qui plasmauit (inquit) animam hominis in eum. Nec Esaias ab his dissentiens ait: Sic dicit dominus deus qui fœcit te, & finxit te in utero. Si ergo in utero fingitur, iam formato corpori tribuitur. Cum enim omnia membra implet corporis, figurata dicitur in corpore, Vt sicut aqua cum fit sine effigie, missa tamen in uas figurata uidetur, ita & anima cum sit natura incorporea & simplex quasi formatur in corpus, singula mẽbra uiuificans. Quod quidẽ Moyses manifestius tradidit dicens, Si quis percusserit mulierem in utero habentem, & abortiuerit, si formatũ fuerit, det animam pro anima, si autem informatum fuerit, mulctetur pecunia, ut prolati non esse aiam ante formã.

Zach. 12
Eccle. 44

Exo. 21

Itaq;

Itaq; si iam formato corpori datur, non in conceptū corpis cū semine deriuata, Nā si cū semine & aia exiſtit, ex aīa multæ animæ quotidiæ pereunt, cum ſemen fluxu quodam non proficit natiuitati. Sed ſi propius reſpiciamus uidebimus quid ſequi debeamus. Contemplemur facturā Adæ. In Adam enim exemplum datum eſt, ut ex eo intelligatur, quia iam formatum corpus accepit animam. Nā potuerat animam limo terræ admiſcere, & ſic formare corpus, Sed ratione informabatur, quia primum oportebat domum compaginari, & ſic habitatorem induci. Anima certe quia ſpiritus eſt, in ſicco habitare non poteſt, ideo in ſanguine fertur. Cum ergo corporis liniamenta compacta non fuerint ubi erit anima? An foris uagatur quandiu imittatur, cum ratio tradat ſic dari eam ut animet corpus, non ut ocioſa uagetur? Sed ex quo detur dicant qui aliud putant, ex mare, an ex fœmina? Si ex fœmina, non conuenit, quia aliud in exemplo eſt. Proponūt enim ex uiro cum coſta datam & animam. Quod multis rationibus infirmari docuimus. Vnde forte uideatur dari ex fœmina, maxime propter ſaluatorem quem ſcimus ſine complexu carnis de ſanctoſpiritu natum ex fœmina. Quod ſi arbitrantur, plus dant fœminis, auctoritatem enim uiri immutant in fœminam. Cum enim tam corporis quàm animæ originem ex uiro dicant, conuertunt ſe ut id quod potius eſt, ex muliere dicunt, id eſt animam, quod uero minus ex maſculo, id eſt, corpus, cum manifeſtum ſit ordinem exempli à deo traditi immutari non poſſe.

Quid eſt, ut cum vir & mulier vna ſint caro, vir imago dei ſit, & non fœmina. Quæſtio. XXIIII.

VNius ſubſtantiæ quidem ſunt uir & mulier, & in anima, & in carne, Sed gradu maior eſt uir, quia ex eo eſt fœmina, ſicut dicit Apoſtolus. Caput mulieris uir, Cauſſa enim maiorem fœcit uirum, non ſubſtantia. Nam & in uno corpore maiora membra ſunt & minora, non natura, ſed ordinatione. Ephe. 5. 1. Cor. 11.

Vt quid Ioſeph poſt prophetiam adiurat filios Iſraël, vt cum a deo liberarentur, cineres eius de Aegypto trāſferrent. Quæſtio. XXV. Gene. 50

NOn ocioſe iſtud mandaſſe Ioſeph filijs Iſraël, in abſoluto eſt, quia enim Prophetare potuit, nō improuide locutus eſſe credendus eſt. Cum enim eſſet in dei creatoris deuotione propenſior, ſciens autem ab Aegyptijs ſe coli cauſſa adminiſtrationis, qua in magna egeſtate Aegyptum gubernauit poſt exitum ſuum errorem petiuit auferre, Certus uanitatē uulgi mortuos magis ut deos uenerari q̄ uiuos, ne ei deferretur debitus creatori honor. Hic ergo oſtendit ſe liberum fuiſſe à uana ſuperſtitione Aegyptiorum, quando ne ad dei iniuriam proficeret, cineres ſuos transferri mandauit. Quod quidem & Apoſtolos inuenimus ſecutos. Paulus enim & Barnabas cum ſacrificari ſibi uelle uidiſſent, ſcientes exoſum hoc deo, ſciderunt veſtimenta ſua dicentes, Quid facitis, & nos homines ſumus uobis ſimiles, & ſic compeſcuerunt turbas. Act. 14

Requirendum de Heliſeo, an id quod dure petiſſe ab Helia dictus eſt, conſecutus ſit. Quæſtio. XXVI.

CVpidus ſpiritu Heliſæus faciendarum uirtutum illectus, exemplo magiſtri accepta facultate poſcendi quodcunq; uoluiſſet, auarus ad bonum dupliciter ſpiritum ſibi ineſſe, quàm in magiſtro erat poſtulauit. Cui homo dei Helias ait, Dure petiſti. Auiditate enim non cōſiderauit diſcipulum non eſſe ſuper magiſtrum. Helias tamen ſciens illum non ambitione præſentis gloriæ hoc poſtulaſſe, reſpondit, Attamen ſi uideris me abſumi abſte, erit tibi ſic. Senſus hic ponderandus eſt. Subindignatus autem cum dixiſſet, Dure petiſti, ſubiecit, Si uideris me tamen abſumi, erit tibi ſic. Neq; negaſſe illi uiſus fuerat, oſtendit ſic illi futurum ſicut dignum erat, non ſicut ipſe poſtulauerat. Multa enim ſub intelligi uult ſcriptura, ut collectus ſenſus ex uerbis non ſit rationi religionis aduerſus. Nā utiq; dura petitio, etiā merita debebat amittere, Sed quia cupidus boni ſic poſtulauit, deus qui ſcit quid unicuiq; dandum ſit doni, priuari illū non paſſus eſt meritis ſuis. Videamus itaq; ſi Heliæ meritū admitteret, ut Heliſæus duplum donum eius mereretur accipere. Dictum namq; eſt à ſpiritu ſancto per Zachariam, cuius meriti futurus eſſet Iohānes, Veniet inquit in ſpiritu & uirtute Heliæ. Parem ergo Iohannem Heliæ oſtendit, & dominus dicit, Nemo maior inter natos mulierum Prophetā Iohanne baptiſta. Nō dixit, omnibus maior eſt, hoc eſt æqualem habet, maiorem non habet. Helias ergo par illi eſt, nullo utiq; minor, quomodo Heliſæus maior illo eſt, cum Iohannes quo nemo maior eſt par Heliæ ſit, Nam ueniens ad aquarum tranſitum, non accepit honorem ab eis ut potuiſſet tranſire, niſi nominaſſet deum Heliæ, ut p hoc dura petitio correpta uideretur, dum non niſi nomine Heliæ auditus eſt, ne id quod dure petierat, accepiſſe putaretur quod non ſufficeret pro temporis merito diſpenſatio ſpiritus conceſſa Heliæ. Et hæc de quæſtione hactenus dicta. 4. Reg. 2. Marc. 6. Luc. 1. Matth. 11. 4. Reg. 2

An phytoniſſa Samuelem excitauerit, & ipſe ab ea viſus ſit, & locutus ſit ad Saul quæ hyſtoria refert in libro Regnorū. Quæſt. XXVII. 1. Reg. 28

INdignū facinus æſtimo ſi ſecūdū uerba hiſtoriæ cōmēdetur aſſēſus, Quō enī fieri poterat, ut arte magica attraheretur uir, et natiuitate ſāctus, et uitæ opibus iuſtus? Aut

Aut si non attractus est, consensit, quod utrumq; de uiro iusto credere absurdum est? Si enim inuitus adductus est nullum suffragium habet iusticia, Si autem uoluntarius, amisit meritum spiritale, quod positus in carne quæsiuerat, quod ualde absurdum est, quia hinc qui iustus recedit, permanet iustus. Porro autem hoc est præstigium sathanæ, quo ut plurimos fallat, etiam bonos in potestate
2. Corin. 11 se habere confingit, Quod Apostolus inter cætera ait, Ipse sathanas transfigurat se in angelum lucis. Vt enim errorem faceret in quo & ipse gloriaretur, in habitu uiri iusti & nomine se subornauit ut nihil proficere spem quam prædicabant dei cultoribus mentiretur, quãdo hinc exeuntes iustos finxit in sua esse ptãte. Sed hoc quosdã fallit, quòd de morte Saul & filiorum eius non sit mentitus, quasi magnum sit diabolo, ante diem occasum corporis præuidere, cũ signa quædã soleant apparere morituris. Quippe à quibus dei protectio amota uidetur, quãto magis diabolus quem angelica maiestate sublimen Prophetica oracula fuisse testantur. De cuius magnitudine Apostolus ait, An ignoratis altitudinem Sathanæ? Quid mirum ergo si imminentem prope mortem potuit præuidere, cum hoc sit unde fallit, & se in dei ptãte uult adorari? Nam tanta hebetudine demens effectus est Saul ut ad phytonyssam confugeret. Deprauatus enim caussa peccati, ad hæc se contulit quæ damnauerat. Sed si quis propter hystoriam, ut ea quæ uerbis expressa sunt putet non prætermittenda, ne ratio hystoriæ inanis sit, recte faciet quidem, si tamen minime istud ad ueri rapiat rationem, sed ad uisum & intellectum. Saul namq; reprobus factus, poterat bonum intellectum habere. Hystoricus enim mentem Saul et habitum Samuelis descripsit, ea quæ dicta & uisa sunt exprimens, prætermittens si uera, an falsa sint, Quid enim ait? Audieus in quo habitu esset ex
1. Reg. 28 citatus, intellexit inquit hunc esse Samuelem. Quid intellexerit retulit, & quia non bene intellexit contra scripturam, alium adorauit quam deum, & putans Samuelem, adorauit diabolum, ut fructum fallaciæ suæ haberet sathanas. Hoc enim nititur ut adoretur quasi deus. Si enim uere Samuel illi apparuisset, non utiq; uir iustus permisisset se adorari, qui prædicauerat deum solum esse adorandum. Et quomodo homo dei, qui cum Abraham in refrigerio erat, dicebat ad uirum pestilentiæ dignum ardore gehennæ, Cras mecum eris? His duobus titulis subtilitatem fallaciæ suæ prodidit improuidus sathanas, quia & adorari se permisit sub habitu & nomine Samuelis contra legem, & uirum peccatis præssum, cum magna distantia peccatorum & iustorum sit, cum Samuele iustissimo futurum mentitus est, Verum potest uideri si de Samuelis nomine taceatur, quia Saul cum diabolo futurus erat. Ad eum enim transmigrauit, quem adorauit. Semper enim diabolus sub uelamine latens, prodit se dum ea confingit quæ abhorreant, personis p quas fallere nititur.

Quid contradicendum his sit qui mundũ istum ab æterno naturaliter moueri iniquiunt, neq; initio, neq; abolitioni obnoxium. Quæstio. XXVIII.

MVndum ab æterno constare, & nulli debere subiectionem, improbabile & impossibile est, quẽ uidemus tanta diuersitate extare corporum, cum nihil diuinum & æternum possit esse nisi simplex in quo nullal diuersitas uideatur, sed sit unitas. Nam & uices ipsas tẽporum non bene seruat, ut non solum in temporibus uarijs, sic et cõtrarijs constet substantijs, sed et in ipsis uicibus temporum, cum res æterna diuersitatem abhorreat, & nec tactu nec uisu capienda utpote incorporalis, hic autem passioni obnoxius est, quia & aqua repugnat igni & ignis si ampliatus fuerit superat aquam, & terra cũ sit natura arida & frigida patitur incendium, quasi res corporalis. Itaq; inconueniens est mundum æternum dicere, quem cum uidemus passioni subiectum & per sæcula senectute deficere, credimus & finiri. Quid censet de hc mine qui mundum æternum putàt? Certe homo cœpit in mundo sine homine, ergo cui proficiebat annua fœcunditas mundi, ac sine aliqua prouidentia generabat. Et quomodo æternus corruptibilia & mortalia generabat, cum de æterno debeat æternum existere? Et quod uisibile est & sentitur & tangitur, qua audacia uocatur æternum? Et quod uicibus temporum ministratur, ita ut ipsa tempora aliquando non seruent officia sua, quomodo appellatur æternum? Eternitas enim non corrũpitur, nec immutatur.

Quare octauo die mandatum est circumcidi. Quæstio. XXIX.

OCtauo die à natiuitate idcirco præceptum est circumcidi, quia iuxta numerum & curricula dierum post septẽ ipse rursum primus inuenitur quasi post sabbatum, ut iam non octauus habeatur, sed primus. Quia enim salus futura per Christum in primo die erat prædestinata, qui dominicus ideo dicitur, quia in eo resurrexit dominus qui est post sabbatum, Propterea salutis huius figura in circumcisione data est, ut quasi renouatio futura in circumcisionis lege dinosceretur. Vt quia per fidem saluari haberent homines, quæ primo die resurrectionis domini firmata est, figura huius rei incircumcisione primo die data est, quæ etiam esset signum fidei Abrahæ. Integra ergo caussa est, quia signum preteritæ fidei primo die signatæ figura fuit futuræ fidei primo die constabilitæ.

In prouerbijs, Iustus ait accusator sui in primordio sermonis, quõ iustus, si peccator. Quæstio. XXX.

OMnis ueritas iusticia est, qui enim confitetur quòd est, iustus est, ueritatem enim loquitur. Peccatores autem uindicantes sua delicta iustificari non possunt.

possunt. Vnde huiusmodi digne iustus dicitur, qui pnuncians peccatū suum, remitti sibi utiq; postulat, misericordiam dei implorans. Scit enim dictum in lege: Confitere peccata tua, ut iustificeris. Quid est autem in primordio sermonis confiteri, nisi non coactum fateri, sed uoluntarium? Quis enim etiam timens deum sine peccato est, cū & in cogitatione admisceantur delicta, & aliquotiens peccemus inuiti? Potest tamen & de eo dici uel sentiri qui Cathecuminus dicitur, ut accedens ad fidem iustificetur. Cum enim petit immutari, se sine dubio peccatorem confitetur ut iustificetur.

An cum muliere, natura serpens locutus sit, an actu dictus serpens diabolus eam seduxerit. Quæstio. XXXI.

Genes. 3. QVantum ad historiam pertinet, serpens natura dictus est, quia sapientior esset cæteris bestijs quas fecerat dominus deus super terram. Denicq; & sententiam dominus ī serpentem dedit. Nam quid mirū si diabolus sapientior erat bestijs: De quo dicit Apostolus inter cætera: An ignoratis altitudinem sathanæ? Gene. 3 Vsq; ideo autem natura serpens fuit, ut diceretur illi: Supra pectus & uentrem tuum repes, et terram edes omnibus diebus uitæ tuæ. Hoc longe fuit à conditione sathanæ, quia neq; corporeus est, neq; mortalis: Et si propius aspiciatur, uidebitur sententia data nihil obfuisse serpenti, sed in eo in quo factus est, iussus est permanere: Quia enim minister factus est sathanæ ad hominem subiugandum, cui omnia deus subiecerat, idcirco deus in ea subiectione qua omnia homini subiecerat, repressit elationem serpentis, quia cœperat minister esse superbiæ. Videbatur Matth. 10 enim homo factus sub serpente, per quem accepto consilio legem datam contempsit. Quoniam autem serpentes prudentes sunt, confirmat in Euangelio dominus dicens: Estote astuti ut serpentes. Igitur quia claruit uere serpentem locutum esse cum Eua, illud superest ut discernatur, an potuerit tam prudens esse & astutus, ut dolo falleret eam. Si enim cæteris bestijs prudentior erat, non tamen hominibus, quippe cum nullum animal rationale sit nisi homo. Itaq; serpentem subtilitatem istam composuisse impossibile est, quamuis enim prudens dicatur, sed non ultra naturam suam. Nec enim deliberat aut excogitat, aut consilium capit, idcirco diabolum esse qui per serpentem mulierem circumuenit, dubium non est. Admiscens enim se serpenti, egit per illum quasi p organum, ut nec mulier occulti Diaboli intelligeret dolum, sciens prudentē esse serpentem. Ac per hoc corporaliter Data sententia spiritaliter in sathanam cecidit, quia sententia reum tenet. Non enim ab homine data sententia est, ut innocentem forte perimeret per errorem aut maliuolentiā sed à deo qui falli utique non potest, ut sententia eius eum solum teneat, qui reus est. Quia enim cum sit inuisibilis sathanas dolum corporaliter egit, corporalis uidetur data sententia, ut illum spiritaliter teneat cuius factum elicuit dari sententiam: Nam proiectus de sacratissimis cœlorum sedibus impudentissimus sathanas in terram uolutatur gemens semper. Sed forte dicatur: In qua putas lingua serpens locutus est ad mulierem? Serpentis utique ore. Si enim hodie non desinunt qui latratus canum intelligant, & luporum ululatum, & barritum, Elephantorum, et cantum gallorum, quare non magis rudis adhuc mulier scire potuit & intelligere sibilum serpentum, cum multos sciamus auium uoces discernere? Nam & constat diabolum eius lingua uti cuius corpus intrauerit, necaliter falleret mulierem: Ac per hoc serpentis ore locutus est per serpentem.

Cum legamus apud Salomonem: Diues & pauper obuiauerunt sibi, fœcit autem ambos dominus, quomodo ergo personarum acceptio non est apud deū? Quæstio. XXXII.

Prouer. 22

LOnge absit à fidelium mentibus hæc impietatis assertio. Nam scriptura ne pauperem cōtemnendum doceret, & diuitem honorificandum, ostendit amborum opificem esse deum. Non utiq; in paupertate & diuitijs, sed in eo quod sunt. Si enim facultatibus ab inuicem discrepant, non tamen naturæ substantia. Nec enim quia occasiones prouentus quosdam faciunt in mundo, aut prosperos in diuitijs, aut infaustos in paupertate, idcirco despiciendi sunt quos deus non illuminauit, aut suscipiendi, quibus ueritas non dedit testimonium. Contemnendi plane sunt, sed corruptores morum & sacrilegi in lege dei, honorandi uero diligentes deum & disciplinæ cultores. Hi enim diuites apud deum habentur, qui bonæ conuersationis sunt, & quanto in mundo contemptibiliores sunt, tanto magis honorificentiores sunt in cœlo. Math. 5 Nam qui beneficium temporis habent in ampliandis facultatibus, si recognoscant, & dei intelligant uoluntatem, quia terram omnibus dedit, & solem suum cunctis oriri iubet, & pluuias indiscretas effundit. Iniquitas autem temporis, aut fortuitæ occasionis, aut indigentia quibusdam abnegat quæ deus omnibus dedit, ipsi ministrant eis, ut perspicientes dei uoluntatem, non solum in mundo diuites sint, ne pauci temporis diuitiæ excludant æternas. Illi uero quos paupertatis causa despiciendos putant, si futurum dei iudicium contemplantur, illic semper diuites erunt, ubi diuites sæculi egebunt, pœnitentes Prouer. 3 se pauperes non fuisse.

Cum Salomon dicat: Anni impiorū minuentur, quomodo ergo est quod uideamus impios aliquantos lōgeuos. Quæstio. XXXIII.

DIgnum erat quidem omnes impios, non solum eius hac luce carere, uerumetiam nec unius momenti temporis uita frui, qui conditoris sui immemores uitæ totius auctoritatem imputant creaturæ. Sed scriptura hos impios alloquitur, qui cum sub dei lege agerent, propensiores in idolis erant. Peiores enim sunt cæteris

impijs, scientes enim deum & contemnentes eum, obtemperant seruis. Et quòd de his dictum sit, probat Apostolus dicens: Scimus autem quoniam quæcunque lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, gentiles autem non habentur in numero uiuorum.

Rom. 3.

Sapie. 1

Eccles. 33

Quomodo idē Salomon: Deus (inquit) mortem non fœcit, cum alio loco dicat: Bona & mala, uita & mors, paupertas & honestas a deo sunt. Quæstio. XXXIIII.

NVlli dubium est bona omnia á deo esse: Mala autem quæ dixit, nobis mala sunt, dum uindicatur de nobis. Pœna enim quamuis iuste inferatur, patienti tamen mala uidetur. Nam & per prophetam ad peccatores loquitur deus dicens: Faciam uobis mala, id est, pœnis nos agam. Vita autem et mors sic à deo est, quia legem dedit, quæ seruantibus se uitam promittit, contemptoribus uero mortem, sed illam quæ secunda dicitur: Dū enim unūquemque adiudicat quid mereatur ab ipso est, siue absolutio ad uitam, siue reatus ad mortem. Non ergo inuentor mortis est, sed iudex, quia mortis auctor peccatum est. Quomodo ergo deus poterat facere mortē qui nescit peccare? Sed cū peccatis retribuit, ab ipso dicta est esse mors, cū non ex ipso sit, sed ex hoc qui peccauit. Eadem ratione paupertas & diuitiæ á deo sunt. Quidam enim habentes timorem dei, luxuriam spernunt, uitam prodigam fugunt, ab egeno & paupere oculum nō auertunt, huismodi cremen. ū faciunt bonorum. Scriptum est enim in prouerbijs: Paupertatem & ignobilitatem aufert disciplina. At hi qui timorem dei non habent solutus uiuentes & egenum despicientes, sicut scriptum est: In inopia erunt, non solum negligentes & improuidi circa se, uerūetiam contemptores datæ legis. Hoc modo fœcit deus pauperes ac diuites. Quia dum offensio legis parit egestatem, á deo fieri dicitur auctore legis. Et cum aliqui terrore disciplinam legis custodiunt, á deo auctore legis diuites fiunt.

Qua ratione Dauid Saul postquam deus ab eo recessit Christum dominum uocat & honorem defert ei. Quæstio. XXXV.

1. Reg. 29

NOn nescius Dauid diuinam esse traditionem in officio ordinis regalis, idcirco Saul in eadem adhuc traditione positum honorificat, ne deo iniuriam facere uideretur, qui his ordinibus honorem decreuit: Dei enim imaginē habet rex episcopus Christi. Quādiu ergo in ea traditione est, honorādus est: Si nō ꝓpter se uel ꝓpter ordinē. Vnde Apostolus: Omnibus inquit potestatibus sublimioribus subditi estote. Nō est potestas, nisi á deo. Quæ enim sunt, á deo ordinata sunt. Hinc est ut gentilem in potestate tamen positum honorificamus, licet ipse indignus sit, qui dei ordinem tenens gratias agit diabolo: Potestas enim exigit, quia meretur honorem. Nam ideo Pharaoni futuræ famis somnium reuelatum est, & Nabuchodonosor alijs secum assistentibus solus filium dei uidit in camino ignis, non utiq; merito suo, qui in idolo se adorari uoluit, sed merito ordinis regalis.

Genes. 41 Daniel. 3

Si anima quę peccauerit, ipsa morietur, quid est ut Achar filius Charmi peccauerit, & triginta sex uiri occisi sunt in causa eius. Quæstio. XXXVI.

Iosu. 7

ALio sensu scriptura locuta est quam propositum est. Non enim de hac morte quæ communis utiq; omnibus est dixit, sed de illa quæ appellatur secunda. Hæc enim peccatores suscipit, illis aūt qui in pugna mortui sunt non peccatum Achar redditum est, sed obfuit illis ne in protectione diuina adiuti inualescerent hostibus. Nec enim causa Achar infirmati sunt, sed dei auxilio minime muniti, ut dū fortiter facere nequeunt, occiderentur. Nam pauci fuerunt contra multos, unde & superati nascuntur. Nulla ergo iniusticia in uoluntate dei est, in potestate enim habet si adiuuare uult, ut si affuerit, misericors sit, si noluerit iustus: Nec eim in talibus debitor est, ut teneatur obnoxius. Hinc est quòd Iesus cōtristatus scidit uestimenta sua, intelligens non sine causa deum auxilium suum subtraxisse.

Quid est ut missa mors in Iacob uenerit in Israël, cum Iacob ipse dictus sit Israël. Quæstio. XXXVII.

VNius populi duo nomina posuit, ut ex nominibus merita eorum possint intellgi Nam utiq; qui Israël cognominatus est, prius Iacob dicebatur. Collustans enim cū saluatore, intellexit deum esse quem specie corporis uidebat, ideoque appellatus est homo uidens deum. Populum ergo quem Iacob nuncupat hoc loco, & in hac causa carnalem significat, quemodo nomina quæ á parentibus imponuntur: Sed hi, id est, Iudæi propter mala opera non Israëlitæ dicti sunt, quia uaccis & lucis sacrificabant in Samaria studio & imperio Hieroboam regis. Ille autem populus qui in Hierosolymis in templo domini hostias offerebat per sacerdotes, dei Israël appellatus est. Samaria ergo propter impietatem suam tradita est captiuitati & morti: Hierusalem autem reseruata est, propter quòd habuit reges diligentes deum. At ubi autem & ipsa Hierusalem impietatem secuta est Samariæ, sententia illam comprehendit data in Samariam. Ideo ergo dictum est: Misit deus mortem in Iacob, id est in populum Samariæ, qui carnaliter conuersatus est, sicut supra diximus. Et uenit in Israël, hoc est in populum Hierusalem, quia idolatriam secuta est, imitata Samariam, ut simili modo abduceretur in captiuitatem à Nabuchonosor, sicut & Samaria à Salmanasar rege Assyriorum. Hæc est aperta sententia data malis, & inuenit bonos dum desierint esse iusti. Missa enim mors in Iacob, sicut supra ostensum est, peruenit in Israël non prætur-

Genes. 32

prætermittens Samariam. Sed dum causa qua missa est in Samariam inuenta est in Hierusalem, missa illuc uenit & in eum locum quo eadem res erat, quia uindicta causam sequitur non discernens personam.

Si equus & mulus non habent intellectū, quanto magis terra res sine sensu, quid ergo est ut dicatur terra benedicere dominum. Quæstio. XXXVIII.

NOn est sic intelligendum ut sonant uerba, opus est enim quòd licet mutum sit, clamare dicitur laudem creatoris, hortatur enim aspicientes se benedicere opificem, sicut & omne uas bene compositum laudat artificem. Psalm. 29 Quippe cum legatur in Psalmis: Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annunciabit ueritatem tuam? In omni ergo insensata substantia, non uoluntas quæ utique nulla est, sed opera benedicunt auctorem. Si autem spiritaliter uis hoc accipere, per terram hominem significatum intellige, secundum dictum prophetæ: Memento enim ait domine, quoniam terra sumus, quem opera creaturæ in laudem conditoris sui prorumpere exhortantur.

Eccles. 9 Quid est quod legitur in Salomone: Spes est inquit ī tenebris: Melior est, canis uiuus leone mortuo. Quæstio. XXXIX.

TEnebræ gentilitatem in ignorantia significant. Spem ergo maiorem in gentili populo esse quam in apostata uult intelligi per id quod subiecit dicens: Melior est canis uiuus leone mortuo, quia sicut leo omnibus feris fortior est, ita Christianitas omnibus sectis. Si quis ergo ab hac destiterit amittit salutem, ita ut deterior gentili sit: Potest enim fieri ut credat gentilis, & acquirat salutem quam perdidit apostata. At si non credat adhuc peior est apostata, quia deterius est amisisse salutem quàm non habuisse. Matth. 15 Canem autem gentilem significatum saluator ostendit dicens: Non licet accipere panem filiorum & mittere canibus.

Esaie. 54 Quid est quod dicit propheta: Lętare sterilis quæ non paris, erumpe & exclama quæ non parturis, quia multi filij deserte magis quã eius quę habet uirum. Quæstio. XL.

QVoniam filij Hierusalem terrenæ apostata Gala. 4. uerunt á deo, non potest hinc gaudium describi, sed mœror. Ad opprobrium ergo huius Hierusalem propheta illam superiorem Hierusalem lętari debere dicit, quam Apostolus matrem nostram appellat, quia sine gemitu & doloribus multo plures filios habet quám hæc quæ cum lachrymis generat carnaliter, iudæos utiq;, illa autem Christianos per fidem spiritaliter: Quam ideo desertam dicit, quia ipsa est uita quã deseruit Adam primus, & secutus est mortem. Cum regenerantur ergo homines, reuertuntur ad eam quam deseruerant uitam. Hæc uita Christus est, quia ipse dicit: Ego sum uita. Est & deus pater uita, quia ait dominus: Sicut habet pater uitam, ita dedit filio uitam. Sine dubio & spiritus sanctus uita est, dicente domino: Quia de meo inquit accipiet: De uita utique qui accipit, uita est, tres ergo sunt una uita. Hæc est uita per cuius fidem regeneramur. Ipsa est mater nostra sicut in Genesi legimus, quia ipsa, id est uita est mater omnium uiuorum: Qui sunt qui uiuunt, nisi qui credunt?

Ioh. 14. Iohan. 5. Iohan. 16. Gene. 2.

An spūs qui super aquas ferebatur, spiritus sanctus intelligatur, quia dictum est: Spiritus dei ferebatur super aquas. Quæstio. XLI. Genes. 1

SI uidetur hic errasse in ista sententia, non est accipiendum quòd dixit: Ideo, & á quibusdam spiritus sanctus esse putatur, quia dei spiritus legitur esse. Inualida autem & inanis assertio est, non solum enim ordo hoc non patitur, & ratio abnuit, sed & uerba ipsa infirma probantur ad causam istam astruendam: Nam his uerbis frequenter aliud inuenimus significatum in lege. Inter cætera autem ait dominus deus dicens: Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia sunt caro: Et Genes. 6 in subiectis: Sed deleam inquit omina ab homine usque ad pecus: Propterea quia diluuium facturus erat super terram, nunquid spiritus sanctus potest intelligi? Nonne de animabus locutus est? Nam non solum nostræ animæ spiritus dicuntur, sed et pecorum. Sic enim scriptum est: Et mortua est omnis caro in aqua in qua erat spiritus uitæ. Et in Ezechiele propheta sic dictum est, dum de reformatione hominum promittit deus dicens: Hæc dicit dominus deus ossibus istis: Extendam super uos cutem & dabo in uobis spiritū meum & uiuetis. Nunquid Ezechi. 37 de sancto spiritu locutus est & non de anima? Omnia quidem cœlestia spiritus sunt, sed differunt ab inuicem, & deus spiritus est, sed longe aliter. Omnis itaq; spiritus Iohan. 4 dei est, non tamen deus est, nisi spiritus qui de ipso est: 2. Corin. 3 Cuius significatio hæc est ut sanctus dicatur: Nam & homines filij dei uocantur, & Christus dicitur filius dei, sed interuallū est, quia hic uerus est, illi adoptiui: Sic quoque & inter spiritū dei diuersitas est, spiritus enim sanctus de deo est & consubstantialis ei, reliqui uero spiritus dei esse dicuntur, sed creatura sunt. Cum super aquas spiritalem creaturam esse tradat ratio, et quæ super se habeat potiorem creaturam alteram, quia creatura á creatura differt in claritate, quicquid enim prope sedem dei accedit clariora sunt ministeria. Vnde dicit Raphaël angelus inter cætera: Ego sum inquit unus ex septē angelis Tobia. 12 sanctis qui astamus & cōuersamur ante maiestatem dei.

Cur angelus missus loqui ad Moysen in igne, & in rubo apparuit in monte. Quæstio. XLII. Exod. 3

DEus excelsus est, dignum ergo fuit ut in alto appareret. s. in loco qui uicinus est cœlo Et quia ignis semper superiora appetit sursum crescendo ad cœlū, ī eo

debuit cœlorum dominus apparere qui de humo ad superna contendit. In rubo uero causa fœcit ut appareret delictorũ, quia enim peccatorũ causſam legem deſcenderat dare. Spinæ aũt in peccatis ſignificantur, quia ſuſtinui inquit ut faceret uuã, fœcit aũt ſpinas: Et lex ſtatim uin-
Eſaie. 5 dicare non uenerat ſed prius oſtendere, ideo ignis rubum non combuſsit, ideſt, data lex non fœcit reos de præterito peccatores. Nam & quia peccatam non ſunt de natura, ſed ex accedenti, Rubi, ideſt, ſpinarum materia non habet radicem ſpinis Armatam. Ratione ergo factum eſt, ut ita dominus appareret Moyſi.

Gene. 22 Iudic. 11 Cum ſciamus Abraham prohibitũ a deo ne filium ſuum immolaret, quare Iepte cũ filiam ſuã libaret non eſt prohibitus, ſed humano ſanguine deo uotũ exoluit. Quæſtio. XLIII.

MVltum interuallum eſt inter cauſam Abrahæ & Iepte. Primo quidem Abraham legitime natus eſt, Iepte uero ſpurius, erat enim filius meretricis. Deinde Abraham conuerſationis optimæ, Iepte autem princeps latronum. Abraham uir iuſtus & in tentatione probatus, in Iepte aũt nullum iuſticiæ teſtimonium. Abrahæ itaq; præceptum eſt, ut filium ſuum deo offerret, ut oſtenderetur hominibus quantũ deo crederet Abraham, qui nec filium ſuum iubente eo dubitauit occidere. Qui enĩ cõtra mundi ſpẽ naſci eũ potuerit, facere de ſterili & anicula, non fuit ambiguum, quòd contra mundi rationẽ poſſet eum ſuſcitare á mortuis, hoc facto cumulatus eſt iuſticia Abraham. Oſtendit enim deus, quia non ſanguinem pueri popoſcerat, ſed ut famulus ſuus Abraham hoc facto auctior fieret, diligentes enim ſe aliquid pati uult, ut
Iudic. 11 iuſte illos promouere uideatur. Nam Iepte homo facinoroſus & improuidus ſtulta deuotione munus deo promiſit dicens: Quicquid mihi redeunti á cæde occurrerit ante oſtia domus meæ, hoc offeram deo. Nunquid coactus deuouit, aut nunquid intellexit quomodo deberet uotum facere? Quid enim ſi canis illi aut aſinus occurriſſet, quod dominus offerri prohibuit, aut ſi filius alienus, aut ſi uxor ut in dolore alieno exultans redderet uotum? Idcirco improuide menti quòd in alienã perniciem deuouerat, in illum ipſum iudicio diuino retortũ eſt, & uſq; adeo inſenſatus fuit Iepte, ut nec poſtea ſtultæ ſe deuouiſſe cognoſceret, ut error eius qui ab pſo cœperat, per ipſum emendaretur: Intelligere enim debuit deum non tali ſacrificio delectari, & rogare pro ſtulticia ſua & aliud offerre q, contra legem non eſſet, ſed fidelem ſe preſtitit factus parricida, cum conſtet fidem ſtultam non ſolum nunime prodeſſe, ſed obeſſe. In cauſa itaq; filiæ ſuæ ipſe mactatus eſt, unde et deus á tali ſacrificio diſſimulauit. Si enim hoc prohibuiſſet, aliud offerre ſibi illum uoluiſſe uideretur, cũ ſciret ut indignum non debere illum offerre: Filia aũt eius lucrum fœcit, quia enim innocens in malis patris mortua eſt, pœna caruit inferi, quòd diu forte uiuendo adipiſci nequiſſet. Vt autem triumphus uictoriæ Iepte proſequeretur, non meritum eius fecit, neq; populi, nec enim legitur ſupplices illos fuiſſe deo ut daret eis defenſorem. Aut nunquid ipſum inepte dominus miſit, aut allocutus eſt? Sed quia Allophyli deos ſuos laudabant, quaſi qui ſubiectos illis fœcerat filios Iſraël uituperantes deum Abrahæ, idcirco propter honorem nominis ſui deus uindicauit in Allophylos, ſi non propter iſtos uel propter meritum Abrahæ & ſuum culmen. Aut nunquid quia ſpiritus domini inſilijt in Sanſonem meretricantem, dignus dicitur cum hoc factum intelligatur ad Allophylorum perniciem.

Quomodo oſtendi poſſet ex prophetarũ teſtimonio iam in nouo teſtamento a gentibus recepto, promiſſionem quam deus Abrahę fœcerat per Chriſti aduentum eſſe completã. Quæſtio. XLIIII. Iudic. 15

SCriptum eſt in Eſaia propheta: Domus meæ domus orationis uocabitur omnibus gentibus. Sed forte dicãt Iudæi domus dei, id eſt Synagoga omnibus patet. Nec renitimur, ita tamen ut ſicut ſemper circumciſi applicentur ad legem: Lex eorum eſt qua iuſſi ſunt more Abrahæ circuncidi. Nihil ergo nouum hoc exemplo prophetæ poterit uideri, quia ex quacunq; gente quis ueniens non eſt prohibitus adiungere ſe legi ab exordio iudaiſmi. Nihil nouum á propheta dictum poterit eſtimari, immo ſuperflue, ſi ſemper admiſſi ſunt ſeruire gentiles deo Abrahæ, nec aliquando prohibiti inueniuntur: Et uerum eſt, quia ſubijcientes ſe legi nunquam non ſuſcepti probantur. Si igitur hæc ita ſunt, ſuperflue uidetur admoniſſe prophe-
ta quòd ſemel traditum cuſtoditũ eſt ſemper: Et an quis tam hebes poterit inueniri, qui dicat tantum prophetam rem ſuperfluam & inanem locutum, neſcio, cui totum ſit uel audire & non prohibere: Nam cũ Iudaicus utiq; populus propter peccata quæ in deum delinquebant, ab idolis ſuffragia requirentes, á prophetis ſæpe correpti, pœnitentiæ iter ingredi nollent, ut reuerterentur ad deũ, ad exprobrationẽ illorũ domũ ſuam deus aperturũ ſe omnibus gentibus ad orãdũ ſignificauit, ut abdicatis Iudeis, alios i loco illorum poſiturum ſe oſtenderet. Nam ſi ſemper admiſſæ ſunt gentes ad legem, ſicut ſupra dictũ eſt, quomodo hoc propheta dicebat futurũ, niſi quia aliud ſignificauit quam præceptũ erat prius? Non enim poſſet dicere de re quæ quotidie fiebat, quia futura erat. Vnde manifeſtum eſt iſtud ad necem proficere Iudæorum, quibus oſtendit propheta, quòd alijs his amotis uocãdi eſſent ac recæpturi donũ gratiæ dei quòd promiſſum fuerat Iudæis.
Quid ſit aũt promiſſum, Eſaias propheta docet dicens: Veniet ex Sion qui eripiet & auertat impietatẽ ab Iacob, & hoc illis á me dictum teſtamentum. Igitur hoc teſtamentum eſt abolitio peccatorum. Hoc eſt teſtamentum uouũ
Hiere. 31 quòd promiſſum eſt per Hieremiam dicentem: Ecce uenient dies dicit dominus & conſummabo domui Iſraël et

domui

domui Iuda, testamentum nouum, non secundũ testamentum quòd disposui patribus illorum in die qua apprehendi manum illorum ut educerem illos de terra Aegypti, quia ipsi non permanserunt in testamento meo, & ego neglexi eos dicit dominus. Hæc est præuaricatio illorũ quãdo simulacrum uituli fœcerunt, tunc testamentũ eius corruperunt. Gene. 32 Vnde & tabulæ in quibus data lex fuerat, sub monte cõfractæ sunt, ex eo quòd grauiora præcepta meruerunt accipere. Sed quia clemens & misericors deus est, promisit per prophetas mutare se legem, ut aliud testamentum daret quòd differret ab eo quòd dederat prius, ut nõ solum quòd graue erat mutaret, sed & illa quæ i figura data erant, idest. Sabbatũ & circumcisio, ut quia diu pressi erant, per omnia releuati supplices deo gratias agerent. Et quia in præuaricatione paterna durantes animos ab idolis auertere noluerunt, gentes cum residuis qui fidem seruauerunt, testamento frui quòd futurum dixerat contestatur, ut duplici modo grauati excruciarentur perfidi iudæi, & ad tempus enim grauati sunt præceptis, & in futurum congruas pœnas exoluent, quia neq; in ueteri, neq; in nouo testamento fideles inuenti sunt. Nouum ergo testamentum dare se dixit, ut cessaret uetus quòd datum erat patribus: Ac pro hoc qui in hoc testamento seruit deo, neq; Sabbatum, neq; neomenias, neque circuncisionem custodit, neq; escarum discretiones, sed tãtum dei habet timorem in fide, quia non ex lege iustificabitur, sed Abacuk. 2 ex fide, dicente Abacuc̃ propheta: Quia iustus ex fide uiuet: Et non utiq; iam multis utatur præceptis ad deum promerendum, sed paucis: Esaia iterum de hoc sensu Esaia. 10 eadem dicente: Ait enim: Si fuerit numerus filiorum Israël tanquam arena maris, reliquiæ eorum saluæ fient. Verbum enim cõsummans & breuians in æquitate, quia uerbũ breuiatũ faciet dominus i untuerso orbe: Reliquis qui in fide promissionis perseuerauerint, cæteris diffidentibus, breuiatum legis uerbum ostendit, hoc est nouum testamentum quòd promisit: Quòd non aliter testamentum diceretur, nisi simili modo etiam hoc sanguinis testimonio firmaretur, sicut & testamentum uetus, ut nomen unum sit utriusque, sed in ueteri multa, in nouo autem pauca sint præcepta, sicut promisit. Vt quia Abraham patrem multarum gentium futurum dixerat eodem modo iustificarentur & filij, sicut fuerat iustificatus & pater ut cessantibus quæ post fidem Abrahæ cœperat, suscipientes fidem per quam iustificatus est idem Abraham, filij essent Abrahæ, sicut dictum est á domino. Quòd quidem nec mirum nec inauditum est, ut sine cura Sabbati & circumcisione & reliquis huiusmodi mandatis iustificentur Genes. 5 homines. Nec enim per hoc placit deo Enoch, ut transferGenes. 6 retur, neq; Noe hoc seruãdo in diluuio solus inuentus est Genes. 17 iustus, neq; ipse Abraham postquam circumcisus est, iustificatus est. Credidit inquit Abraham deo, & reputatum est ei ad iusticiam. Tunc circumcisus est, ut signum Gala. 3. esset in eo, quia credidit cum senior esset filium se habiturum. Non ergo circumcisio commendat Abraham, sed fides. Ideoq; credentibus sufficit fides ad iustificationem, ut filij sint Abrahæ in fide, non in circumcisione, quia his non est opus circumcisione. Nõ enim hoc creditur quòd credidit Abraham. Iudæi aũt idcirco iussi sunt circumcidit, ut fidei Abrahæ signum haberent, nõ suæ fidei, sed ut filij eius secundum carnem scirentur, si aũt credant erũt filij eius & in iustificatione. Quid enim prodest dicit filium potentis eũ qui impotens sit, nisi quia magis obest? Dedecus est enĩ inclyti & glorioſi filiũ esse sine honore: Nam intantum circumcisio carnis nullius meriti est, ut uindicaturum se dicat deus per Hieremiam prophetã in omnes circumcisos præputio, si non fuerint circũcisi cor- Hiere. 9 de. Illis aũt non indignatur qui circumcisi corde præputiati sunt carne, quia nemo sine cordis circumcisione placuit deo. Quicunq; ergo circumcisi sunt carne, genus significant Abrahæ iuxta carnem, nã qui circumcisi sunt corde, significant genus dei secundum fidem, quia circũcisi omni mundano errore deum profitentur parentem. Quid ergo prodest carnis circumcisio, si cum fides defuerit in Iudæo ad meritum Abrahæ peruenire non poterit? Aut quid obest præputium, cũ nemo nisi qui æmulus fuerit fidei Abrahæ, peruenit ad iusticiam eius? Superflue igitur gloriantur de carnis circumcisione cum uideant illam apud deum meritum nõ habere: Et si, sicut est ostensum, melius est fidem habere quam circumcisonem, meliores sunt gentiles Iudæis, quia isti fidem habent, Iudæi circumcisionem. Et quos putas magis agnoscat, filios Abraham qui iuxta carnem similes illi sunt, an qui in fide? Sed Abrahæ fides testimonium perhibet: Ac per hoc non in carne, sed in fide gloriatur. Ideoq; istos filios suscepit quos uidet imitatores esse gloriæ suæ: Quomodo enim illos potest appellare filios á quibus uidet abhorrere, unde placuit deo & iustificatus est? Non ergo filios suos, sed inimicos poterit uendicare: Inuidi enim eius uidẽtur spernentes fidem per quam glorificatus est. Nec mirum si Iudæi diffidentes, deprehendantur minime suscipientes nouum testamentum, cum sciamus illos nec in ueteri fuisse fideles: Semper enim contra deũ rebelles & contumelioſi fuerunt, unde talia præcepta acceperunt p quæ ceruices illorum quæ inflexibiles erãt premerent. Nunquam enim bona de deo sperare uoluerunt, cuius tanta beneficia et uirtutes tam mirandas agnouerantur. Hinc est unde inter cætera dicit Ezechiel propheta: Le- Ezechi. 20 uaui manum meam in deserto inter eos ut dispergerentur inter gentes, & disseminarentur in regionibus, eo quòd iustificationes meas non fœcerunt, & præcepta mea repulerunt: Et in subiectis: Ego dedi illis præcepta nõ bona, & iustificationes in quibus non uiuent in eis: Ostendit qua causa data sint illis præcepta & tam aspera, ut quia ingrati tantis bonis extiterunt, dictante iusticia præceptis sæuerioribis premerentur: Idcirco non bona ea dixit cum iusta sint, quia nõ illis ad iustificationẽ proficiebant, sed ad exitiũ. Et pœna licet digne illata patienti, tamẽ bona non est. Post hæc tamen quia pius est deus nouum te-

ſtamentum daturũ ſe promiſit, in quo abbreuiatio facta legis iuſtificaret credentes. Sicut iuſtificatus eſt Abraham ut ceſſantibus neomenijs & Sabbato & circumciſione et cæteris præceptis, non quæ naturalis legis ſunt, ideſt homicidium, adulterium, & talia, ita iuſtificarentur ut Abraham. Renouata enim fide Abrahæ omina uoluit ceſſare, ut tale tempus eſſet quale fuerat quando credidit Abraham. Sed forte dicant Iudæi: Si ea quæ à Moſe data ſunt ceſſare dicta ſunt per abbreuiationem legis, nunquid circumciſio à Moyſe data eſt ut ceſſet? Ac per hoc ſignum patris noſtri habemus, quia ſumus filij Abrahæ, quòd propter teſtimonium generis ceſſare non debet. Tempore quidem ſuo ſeruanda fuit circumciſio, id eſt, antequam nouum teſtamentum daretur quòd promiſſum erat. At ubi dei gratia præſtante onera legis ceſſare iuſſa ſunt, quid opus eſt circumcidi? Idcirco autem noua lex data eſt, id eſt, ſpiritalis, ut ceſſarent carnalia, & ſuſcipientes eam ſignum eius acciperent, ut ſicut in uerteri teſtamento Abrahæ ſignum habuerunt ex quo cœpit teſtamentũ uetus, ita & in nouo ſignum habeant ſaluatoris, qui noui teſtamenti conſtitutor eſt. Quemadmodũ enim ex Abrahã hebræi dicti ſunt, ſic & ex Chriſto Chriſtiani dicuntur. Quicunq; ergo adhuc Hebræi dicuntur, nouum teſtamẽtum quód promiſit deus non receperunt, beneficiũ & miſericordiam dei in irritum deducẽtes. Qui populũ ſuum iam non hominis nomine uolens cenſeri, ſub filij ſui nomine conſtituere illos dignatus eſt. Qua igitur audacia dicunt Iudæi nõ noſtra nos lege uti, ſed ſua, cum dicat Dauid: Confitebor tibi in gentibus: Et iterum. Epulamini gentes cum populo eius. Et ad Hieremiam prophetam dicit dominus. Priuſquam te formarem in utero, noui te, & antequam exires de uulua, ſanctificaui te, & prophetam in gentibus poſui te. Iudaiſmus certe proprias habet ſignificationes: Aut enim populus iſte in Iacob ſignificatur, aut in Samaria, aut in Hieruſalem, aut in Iudæa, aut in Iſraël. De gentibus aũt apertum eſt, quia aliter illos ſignificat quam ſunt Iudæi, noſter autem propheta eſt Hieremias. Quamuis enim in omnibus prophetis gentes participes doni ſui oſtenderit deus, ad Hieremiam tamen ſpecialiter dicit, quia nobis illum dedit prophetam. Hic enim nouum teſtamentum futurum ſignificauit, quòd plus gentibus proficeret quam Iudæis, quód nunc declaratum uidetur. Cũ enim in uniuerſa terra noui teſtamenti ſit prædicatio, Iudaiſmus tam raro eſt, ut difficile Iudæus fidelis inueniatur, & omnes eccleſiæ noui teſtamenti gentiũ nominentur, ſicut dictum erat in Oſee propheta: Vocabo non plebem meam, plebem meam, & non dilectam, dilectam. Repulſis ergo Iudæis conuocat gentes ea miſericordia & gratia qua uocare dignatus eſt & Abraham. Nec enim Abraham uocatus non cognouit dominum: Itaque qui dignatus eſt Abraham, ita & ipſe dignatus eſt gentes Cur ergo dicunt: Noſtra eſt lex, cum manifeſtum ſit donum dei omnim eſſe uolentiũ? Ceſſet itaq; iſta uſurpationis temeritas, quia gratia dei cõmunis eſt oĩbus. Quo namq; pudore negant Chriſtũ noſtrũ in lege promiſſum, cũ uideantur omnia ſigna in eo quæ lex futura prædixerat? Quia & ſecundũ Abrahæ promiſſionem omnes gentes iuſtificantur in eũ credentes. Et ſecundũ Eſaiã prophetã de uirgine natus eſt in Bethleẽ ex tribu Iuda, ſicut fuit promiſſum ex ſemine Dauid: Et iuxta q̃ Hieremias prophetauit, nouum teſtamentũ, q̃ deus tunc promiſerat futurũ prædicauit, & poſt omina ſigna uitutũ oſtenſa humiliauit ſe, ſecũdũ dicta prophetarum, & omina quæ prædicta ſunt, paſſus, tertia die reſurrexit, quemadmodũ ſcriptum eſt in propheta: Et ſi tempus promiſſionis requirant ſicut in Daniele propheta oſtẽſum eſt, inuenient impletũ tempus quo natus & paſſus eſt Chriſtus: Quia tempore primi ãni Darij regis perſarũ uſq; ad natiuitatem & paſſionẽ domini & excidiũ Hieruſalẽ, quòd factũ eſt per Veſpaſianũ imperij Romani principẽ, impletæ ſunt hebdomadæ ſeptuaginta, quæ ſunt anni quadringenti nonaginta, qui cõputus per regna & per ſucceſſores imperij manifeſtus eſt. Quõ etiã à Tertuliano cõputatũ inuenitur in libro quẽ ſcripſit aduerſus Iudæos, quód ne ad iniuriã eius proficeret, quia recte cõputauit, prætermiſimus. Et quis ambigat de hoc numero, cum trecenti circiter anni nunc ſuper hunc numerũ inueniantur? Impudentis ergo eſt poſt tantum ſuperadditũ numerum aduentui ſaluatoris, dicere, non uenit. Sub Apoſtolis enim aut tempore quo agebat dominus inter homines ſe poterat occultare malicia contradicens ueritati, ut cum omnia ſigna promiſſi Chriſti uideret in ſaluatore, de tempore tamen ambigere ſe diceret ut perfidiã ſuam cælaret. Poſt aũt cũ ſuper promiſſum numerũ ſupercreſcere multi anni cœperũt, quæ impudẽtia eſt negare ueniſſe, q̃ etiã & ſignis et tẽporibus adimpletũ ſcitur? Nã quando aliquid plenũ eſt & nõ ſupabũdat, poteſt cõtentioſus aliquis dicere, nõ eſſe plenũ: Sed ſupabundantia clauditur os cõtẽtioſo, ita et Iudæi tẽpore ſaluatoris potuerunt dicere, licet p fallaciã nõ bene cõputatũ à Darij tẽpore uſq; ad dominũ Chriſtũ, ut ipſe dicatur eſſe qui promiſſus eſt. Fallimur enim in ãnis & in menſibus & in diebus iperatorũ, & ad liquidũ nõ colligimus. Vbi aũt creuerint tempora ſup numerũ præſcriptũ ãnorũ promiſſi Chriſti, nulla poteſt prætendi excuſatio, ut non ipſe eſſe Chriſtus dicatur, qui uenit niſi (q̃ abſit) mentitus dicatur eſſe qui promiſit. Quando enim tempus promiſſionis emenſum eſt, & negatur ueniſſe qui promiſſus eſt, quid aliud quã mendacij arguitur, qui promiſit? Sed ueracem eſſe qui promiſit ſigna omina docent quæ predicta in Chriſto ſunt, & reperta in Chriſto noſcuntur. Iudæi autem dum emendari erubeſcunt, non cogitant futurum intelligi non eſſe mendacium.

Hiere. 1

Oſee. 2

Eſaie. 7
Nichee. 5

Quomodo homo ad imaginem dei factus ſit, & utrum ad dominationẽ, & an mulier quoque. Quæſtio. XLV.

FAciamus inquit hominẽ ad imaginem et ſimilitudinem noſtram. Hoc quibuſdam ex alia parte lectionis in-

Geneſ. 1

nis intelligendum esse uidetur, ex hac uidelicet in qua legimus dixisse deum, Venite descendamus & confundamus linguas eorum, Quia quantum in superficie uidetur, simile est, Vnius enim uox est plurali numero loquentis, sed discrepat sensu, quia & dissimilis ratio est. Illic enim de creando homine dicit, quem ad imaginem & similitudinem suam deus uult creari. Illud autem quod dicit. Venite descendamus & confundamus linguas eorum ad hoc pertinet, ne se intelligerent homines, Vnde ad angelos potest uideri locutus dominus, quasi imperator ad exercitum, Communiter enim dicit, quia facturus erat per illos ut pote creator illorum, Ac per hoc, Confundamus inquit linguas eorum. Nam cum dicit, Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, non potest dici angelis locutus, quia non potest dici una esse imago dei & angelorum, sicut imperatoris & comitum, Quia quorum imago eadem est, non potest dissimilis esse, nec dignitas, nec natura. Deniq; adiecit, Et fecit inquit deus hominem, ad imaginem dei fecit eum, ut deus dixerit, & deus fecerit, non alter deus aut differens, sed idem deus. Quod enim unus ad unum dixit, non aliam naturam significauit sed personam. Cum enim deus unus sit, tres tamen personæ sunt, & ideo unus est deus, quia siue in filio, siue in spiritu sancto dei unius substantia est, quia nō potest non hoc esse quod de ipso est, quod ipse est. Dei ergo patris persona est dicentis, Faciamus, Filij uero facientis, hominem ad imaginem dei, siue ad patris siue ad suam, nihil interest, quia utriusq; una imago est. Fecit autem filius per spiritum sanctum. Sicut enim pater per filiuim dicitur facere, ita & filius per spiritum sanctum, ipso dicente quia ego in spiritu dei eijcio dæmonia. Igitur una trium imago est, quia siue pater, siue filius, siue spiritus, unus est deus, ac per hoc unus factus est homo ad unius dei imaginem. In eo autem imago dei est homo, ut sicut unus est deus in cœlis, ex quo omnia substant spiritalia, ita unus esset in terris homo, ex quo cæteri haberent carnalem originem. Aliquibus tamen uidetur, quia in dominatione dei imago est factus homo, & quia dicit, Et dominetur piscium maris & uolatiliū cœli & totius terræ, cum non solum uiro, sed & mulieri ista cernantur subiecta, quam constat dei imaginem non habere. Quod quidem duplici modo caret ratione. Per hoc enim neq; ad filium dixisse deus asseritur. Faciamus hominem ad imaginem & similitudinem nostram, sed ad dominationes cœlestes, quasi Apostolus commemorat. Si imaginem dei homo in dominationem habet, & mulieri datur ut & ipsa imago dei sit, quod absurdum est, quomodo potest de muliere dici, quia imago dei est, quā constat dominio uiri subiectam, & nullam auctoritatem habere? Nec docere enim potest, nec testis esse, neq; fidem dicere, neq; iudicare, q̄to magis non potest imperare.

Vtrum Samuel fuerit de filijs Aaron, & vtrum sacerdos fuisse existimandus sit. Quæstio. XLVI.

SVnt quidam inter nos qui partim negocijs secularibus occupati, partim minus studiosi circa scripturas sacras errorem patiuntur, putantes Samuelem sacerdotem fuisse, id est, ex Aaron habere originem, ex cuius progenie constituit dominus deus nasci, non fieri sacerdotes. Nec alicui præter filios eius concessum est, ut ponere in altare incensum. Ex quibus aliqui plus errantes, negant quidem Samuelem de genere fuisse Aaron, hoc est non illum dicunt natum sacerdotem, & nihilominus sacerdotio illum asserunt functum. Quibus prius respondendum est, Peius enim est negare Samuelem natum fuisse sacerdotem, & tamen asserere illum functum esse sacerdotio, quàm dicere sacerdotem illum fuisse ex filijs Aaron. Hic enim ignorantia est, illic stulticia. Cum enim dicunt qui illum putant natum sacerdotem, ex filijs Aaron non esse, manifestum habebunt non illum fuisse sacerdotem, ignari quia non licuit agere alicui sacerdotium, nisi ei qui esset ex semine Aaron. Compertum enim habent, manifestum enim est, quòd Chore cum non esset ex filijs Aaron & uoluisset super altare imponere incensū, Nume. 16
hiatu terræ absumptus est cum socijs suis. Et Ozias rex, cum non utiq; esset ex semine Aaron, sed ex tribu Iuda, 2. Par. 26
& præsumpsisset agere sacerdotium, stans ante altare, percussus lepra in fronte est, & sic expirauit. Illi autem qui dicunt Samuelem non natum esse sacerdotem, & nihilominus egisse illum asserunt sacerdotium, satis stultū est quod dicunt. & stulto suadere quod bonum est, laboris est maximi, Quanta enim hebetudine ducitur, ut sole apparente super terram dicant, quia nox est, Cum enim legant & non uno loco legant hoc à deo esse decretum, ut nemo auderet sacerdotium agere præter Aaron & filios eius, obstinata mente cōtendunt, sacerdotē fuisse Samuelē, Nō enim intelligunt, quia si natus sacerdos non est Samuel, & sacerdotiū egit, præsumptor dicitur, quia hoc deus statuit ut nascerentur, nō fierent sacerdotes, & de Samuele hoc sentire puto tutū nō esse. Quō enim posset fieri, ut uir laudabilis & dei testimonio cōmendatus hoc ageret, quod inconcessum sciebat? Cuius etiam præsumptionis uindictam pro certo habebat Samuel, & iterum factam, Neq; enim dei iudicio potuit ad hoc aspirare, quem immutabilem sciebat, à quo si forte hoc audisset, tētari se potius credidisset, sciendo deum nullo modo sententiam suam posse rescindere. Posset enim magis sub dei apparentia & nomine id agi secum credere, ut circumueniretur à parte aduersa quàm iudicium suum deū posse mutare. Deniq; cum Balaam prohibitus fuisset à deo Nume. 22
ne iret ad Balach, & postea iterum requisisset. an iret, indignatus ei deus ex ore asini corripuit eum, quia prohibentum angelum uidens asina, cœptum iter implere nolebat. Balaā uero prohibente deo, ne iret iterū interrogans, an ire illū uellet, sic de deo quasi de homine iudicauit, qui per id quod impræscius est, uarius, & mutabilis est. Sed Balaā nullo diuino testimonio commendatur,

Erat enim Hariolus. Samuel autem uir deo charus, & iudiciorũ eius sciens fixam esse sententiam, quomodo aliud fieri crederet quàm sciebat à deo esse constitutum? Sed Heli inquiunt mortuo & filijs eius sacerdotibus, Samuel cœpit agere sacerdotium. Quod nec lectio docet, nec ratio admittit. Hoc enim dicentes nullum putant tunc fuisse qui ageret sacrificium siue sacerdotium, ut his tribus mortuis, nisi Samuel populi munera obtulisset, sacerdotium agi desijsset, quæ assecueratio est dei inimica. His enim deus impuouidus iudicatur, quasi nescius cum id statuit quod permanere non posit. Vt quid enim nullis alijs quàm filijs Aaron sacerdotium agere usq; in seculũ statuit, hoc est usq; ad tempora aduentus Christi, si hoc deficere sciebat? Si autem nesciuit (quod absit) improuidus fuit, & ideo fieri potuit, ut nec Samuel fuerit illis deficientibus sacerdos. Si autem prouidus & præscius deus est, permansit quod statuit, & si permansit quod statuit, Samuel non ægit sacerdotium, qui dei non erat sacerdos. In ueteri enim lege nasci decreuit deus sacerdotes, In noua uero fieri dominus iussit sacerdotes. Eligant nunc unum de duobus, aut natum probent Samuelem sacerdotem, aut factum. Sed consentiunt non illum natum esse sacerdotem, quia sciunt illum non esse ex filijs Aaron. Si ergo natus non est sacerdos Samuel, factus autem non legitur, nec probatur, quia nec statuerat deus fieri sacerdotes, in absoluto est Samuelem minime fuisse sacerdotem. Sed contradictores clausis oculis, si sacerdos inquiunt non fuit, uicem tamen egit sacedotis, quoniam legitur deo sacrificium obtulisse. Quis audeat negare quod scriptum probatur, Obtulit enim deo sacrificium Samuel, sed non inde uicem sacerdotis egisse cognoscitur. Ipse enim semper dicitur offerre cuius oblationes sunt quas super altare imponit sacerdos, & Saul obtulit hoc utiq; genere, id est, per sacerdotem sicut & nunc offertur, Et Dauid obtulit & Salomon obtulit, & cæteri similiter obtulerunt, nunquid omnes uicem sacerdotis egerunt? Quàmuis enim proprio sacerdos fungatur officio, ille tamenen offerre dicitur, cuius nomine agit sacerdos, Ipsi enim imputatur cuius munera offeruntur. Et qui non fuit sacerdos, quomodo uicẽ agere poterat sacerdotis? Nũ quid diaconus potest uicem gerere sacerdotis? Præfectus etenim potest agere uicem præfecti, & prætor prætoris, non tamen priuatus potest agere uicem potestatis alicuius, quanto magis sacerdotis uicem agere non potest qui non est sacerdos, Quo enim consilio ad hoc aspirare audeat quod sibi scit non licere? Nam si sacerdos alicubi desit, potest alterius loci sacerdos rogatus uenire & uicem eius agere, non tamen Propheta, q̃uis sanctæ uitæ sit, agere potest quod scit sibi minime esse concessum. Aliud enim est bene uiuere, & aliud potestatem alicuius officij accipere. Sicut enĩ qui sacerdos est, nõ ex eo uitam suã cõmendatam putare debet, ita & qui sanctæ conuersationis & uitæ est, non iam ex eo sibi sacerdotium uendicare debebit. Quàmuis enim bonum sit sacerdotium, tamen malum erit ei cui concessum non est, & præsumit. Nam si respiciamus quod scriptum est de sancto Samuele, uidebimus quale testimonium det ei scriptura, dicens, Et innotuit inquit omni populo, quoniam fidelis est Samuel Propheta domino. Et in Psalmo, Fiant inquit Moyses & Aaron in sacerdotes eius, & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius. Quis non aduertat ex hac distinctione diuisas esse personas dignitatũ causſa, ut Moyses & Aaron sacerdotalem dignitatem adepti noscantur, Samuel uero inter Prophetas deo dignus extitisse habeatur? Qui præcibus deum inuocabant ad proptegendum populum suum, sicut legitur. Intantum autem sacerdotes minime defuisse probantur, ut reuocata arca ab allophylis baiulis Leuitis uiris Betsamitis, obtulerunt deo sacrificia absente Samuele. Rege autem facto Saule, Achimaas erat pronepos Heli sacerdotis, qui portabat Ephot. Sed hinc inquiunt uidetur sacerdos fuisse Samuel, quia uestitus erat Ephot. Quasi non hodie diaconi dalmaticis induantur sicut episcopi. Ephot autem etiam Dauid legimus fuisse indutatum, & duplicem Ephot. Samuel autem adhuc puerulus succinctus erat Ephot. Nunquid puerulus põtuit deo munera populi offerre? Vides ergo, quia Ephot unum quidem nomen est, sed nõ unam rem semper significat. Sacerdotes enim portabunt, non uestiebantur Ephot, Reges uero et Leuita Samuel induebantur Ephot. Aliquando ergo uestis, aliquando quasi armariolum quod portabant sacerdotes ad interrogandum dominũ, significatur Ephot. Quantum apparet, probatum est Samuelem non sacerdotem, sed Prophetam fuisse. Nunc his respondemus, qui ignorantes quia Samuel nou est de filijs Aaron sacerdotis, æstimant illum sacerdotem fuisse, Nec enim fas erat ut de origine Aaron descendens sacerdos non esset. Quos primum uolo cognoscere, quia si sacerdos erat Samuel, sine dubto et Helcana pater eius sacerdos fuit. Congruum quoq; fuerat, & filios eius sacerdotes fuisse, quos quia sacerdotes non erant, iudices illos constituit filijs Israël sicuti & idem ipse erat Samuel. Sic enim legimus, quia iudicauit filios Israël Helcana autem pater Samuelis propter quòd sacerdos non erat, ascendebat inquit in diebus statutis de ciuitate sua Ramathaim adorare & sacrificare deo omnipotenti Sabaoth, & ibi erat Heli & duo filij eius, Ophni & Phinees sacerdotes domini. Quid tam apertum, quia ueniebat Helcana offerre munera sua ante dominum per sacerdotes tempore competenti secundum quòd statuerat Moyses, ut tribus temporibus anni offerret munera & decimas suas, ubi fuisset arca domini & sacerdotes? Quippe & cum duas uxores habuit tempore uno, quod illicitum est sacerdotibus. Erat enim Helcana rex Leuitis, sicut generationum ordo se continet in libro Paralipomenon. Adhuc enim Leuitæ non erant habentes ordinem cõstitutũ ministerij circa sacerdotes & arcã dñi. Dauid enĩ in regno suo disposuit uices sacerdotibus & Leuitis, ut á uiginti annis et supra, in lege aũt uigintiquq; annis, & supra

1. Reg. 9 Psalm. 98

1. Reg. 6

2. Reg 9

1. Reg. 2

1. Reg. 7 Quis dicat offerre sacrificium,

& supra inciperent exhibere seruitia dominicis cerimonijs, ut essent de filijs Aaron, id est, de Phinees et Ithamar traduce classes sacerdotum uiginti quattuor, quæ uices suas agerent certis tẽporibus, Leuitæ aũt constituti sunt qui erant tabernaculi ianitores, & qui baiuli arcæ domini, & qui excubias seruarent, & qui uasorum essent custodes, et qui promiscuas susciperent oblationes. Et uiginti quattuor classes institutæ sunt cantantium & citharizantium & musicorum cæterorum, ita ut etiam hi id est omnes Leuitæ haberet temporum uices, quia necesse erat eos & ocium habere, ut & domorum suarum agerent curam. Et non solum hæc proficiunt ad causſam
4. Reg. 1 supradictam, quoniam Samuel non fuit de filijs Aaron, sed & illud quod dicit mater eius ad dominum, Quia si mihi inquit dederis filiũ, commodo eũ domino omnibus diebus uitæ suæ, Non hoc diceret si natus esset sacerdos, oportebat enim illum seruire altari, sed quia leuita erat, & lex Leuitis adhuc non erat posita, sed unusquisq; pro uoluntate sua agebat, ita ut oberrantes illicita præsumerent. Ionatha enim filius filij Moysi, cum inter Leuitas deputatus esset, sacerdotium agere præsumpsit. Ac per hoc legimus in libro Iudicum, quia unusquisq; inquit placita
Iudic. 17 sibi faciebat, eo q; nõ esset rex in Israël. Idcirco uouit Anna dicens, Commodo eum domino, ne cum cæteris oberraret. Et ut plenius quæstio discuti possit, etiam illud tractemus quod dictum est de Helcana, quia ueniebat ex die-
1. Reg. 1 bus in dies offerre munera sua & decimas, quomodo decimas offerebat qui nihil possidebat, Leuitæ enim non acceperunt agros, quia de decimis quæ à plebe dabantur uictum quærebant. Sed potest fieri, & sic datur intelligi, quia potuit habere possessionem uxoris suæ aut emptam,
2. Para. 22 quia de alijs tribubus accipiebant uxores, non solum hi, sed & cæteri, ita ut & sacerdotes acciperent de alijs tribubus uxores, Nam Ioade sacerdos magnus uxorem duxit de tribu Iuda filiam regis Ioram.

Quomodo hoc quod in Esaia dicitur, Et apprehendent septem mulieres etc. septem ecclesię catholicę significentur. Quæstio. XLVII.

Esaie. 4 ET apprehendent inquit septem mulieres unum hominem dicentes, Panem nostrum manducabimus, & uestimentis nostris operiemur, uerumtamen inuocetur super nos nomen tuum, aufer opprobrium nostrum. In absoluto est, per septem mulieres septem ecclesias esse significatas, Quamuis enim una sit, sed septiformis dicitur, ut corpus unum septemplici numero constet membrorum, Non solum autem nos, sed & superni ciues ecclesiæ
Ephes. 3 membra sunt, cuius caput Christus est. Siue igitur una, siue septem dicantur ecclesiæ, non discrepat, Vna enim dicitur, quia unum habet caput, quod est Christus, Septem autem ideo, quia sicut membra diuersa sunti, ita et potentiæ spiritales inter quas & nos deputamur diuersæ sunt uirtutes, propeer quod & ereę dicuntur. Idcirco enim diuersæ sunt, ut non omnia singulæ possint, sed simul omnes corpus sint Christi, quia ipse est caput corporis ecclesiæ, ex quo totum corpus subsistit, id est, ex quo omnia in cœlis et in terra habent originẽ. In hac ergo quæ in terris est ecclesia omniũ ecclesiarũ facta est mentio, quia cũ huic sacramentũ creatoris prædicatur, etiam cœlestibus huismodi intimatur doctrina. Inferioribus enim cum insinuatur, necesse est ut audiant & superni. Vnde Ephes. 3
Apostolus, Mihi inquit minimo omniũ sanctorum data est hæc gratia inter gentes Euangelizare inconprehensibiles diuitias Christi, & illuminare omnes quæ sit dispensatio ministerij absconditi à sæculis in deo qui uniuersa creauit, ut innotesceret principibus & potestatibus in cœlestibus per ecclesiam multiformis sapientia dei.
Per hanc ergo ecclesiam superni docentur, quia ueritas Psam. 84
ait de terra orta est. Vt enim mentio superiorum fiat, hic septem ecclesiæ nuncupantur in una plebe, quas septem ecclesias supplices Propheta inducit saluatori facto homini. Intellexerunt enim ad hoc natum esse Christum, ut auferret opprobrium, primum quidem sub lege sua agentium, deinde cæterorum. Habebant autẽ in memoria scriptum esse, Veniet ex Sion qui eripiat & auertat impietatem ab Iacob. Hæ ergo septem ecclesiæ apprehenderunt hominem unum, id est, natum Christum dicentes, Panem nostrum manducabimus, & uestimentis nostris operiemur, Verumtamen inuocetur nomen tuum super nos, aufer opprobrium nostrum. Quid est hoc quòd precantur? Si enim pane proprio utuntur, & uestimentis suis induuntur, id est, & uiuunt, & nudæ non sunt, quid eis deest? Si enim panis ad uitam significatur, & uestitus ad dei inuitionem, quia qui sine deo est, nudus dicitur.
Vnde Apostolus, Qui in Christo ait baptizati estis, Chri Galat. 3
stum induistis. Et iterum, Si expoliati inquit, non nudi 2. Cor. 5
inueniamur. Quid est quòd poscunt ut auferatur ab eis opprobrium, nisi quia hic populus significatur in septem ecclesiarum numero, qui sub lege agens Christum expectabat promissum ad abolenda peccata? Ideo dicũt, panem nostrum manducabimus, hoc est, uerbis legis quæ unum tradunt deum pascemur, quia non in pane tantum uiuit homo, sed in omni uerbo dei. Et uestimentis nostris Deut. 8
operiemur, id est, creatoris nostri nomine cẽsebimur, quia hoc unusquisq; indutus dicitur quod est & prophetabatur. Deniq; senatores uel officiales ex uestibus intelliguntur quid sint. Sed quia hæc satis non faciunt ad deum promerendum, Hoc enim statuit ut per sacramentum cognitionis unius dei hæres esse incipiat homo regni cœlorũ, Per fidem enim peccatis ablutus, & à morte secunda, quæ ex sententia data in Adam, homines apud inferos detinebat, alienus, nullo detinente, pergit in paradisum dei patris, in quo dixit latroni dñs, q. secũ esset futurus, Quã Lucæ. 3
uis enī populus supradictus, qui p septẽ ecclesias signifi- Roma. 3
catus est, sub dei lege esset, et deuotiõe tã pprij q̃ paterni delicti, quia omnes inquit peccauerũt, et egent gloria dei,

Idcirco

Idcirco orant supra memoratæ ecclesiæ ut auferatur opprobrium earum inuocatione nominis Christi, quia qui signum eius habent quo uicit mortem, ab inimico teneri non possunt. Et non solum istæ ecclesiæ Christi nomen super se inuocari præcantur, sed & supernæ spiritales in cœlestibus degentes. Quamq; enim spiritales sint & cœlestes potentiæ, opprobrio tamen subiacerent, si à creatore suo fuerint alienæ, & nec membra erunt corporis, quæ caput suum non cognoscentes oberrant. Et quia aliud nō est quod explanauimus, insubiectis Propheta testatur dicens, In illa autem die illuminabit dominus in consilio super terram. Et adiecit, Quoniam abluet dominus inquit sordes filiorum & filiarum, & sanguinem purgabit de medio eorum. Quid tam euidens, quia in illo die in quo promissum dei adimpletum est, & fidei sacramentum declaratum est hominibus, illuminati sunt, ut per creatoris cognitionem purificati qui rei fuerant mortis, fierent æternæ uitæ hæredes? Promiscue igitur Propheta locutus est, ut omnes dono dei indigere significaret, ut siue peccatores siue iusti, dei misericordiam expectasse noscerentur. Peccatores propter delicta propria, ut de faucibus mortis eriperentur, Iusti uero paterno absoluti peccato, deleta sententia data in Adam, per quam cuncti tenebantur à morte, libertate accepta dei regnum intrarent, facti iam non serui, sed filij dei.

Esaie. 4

QVAESTIONVM NOui testamenti secunda pars.

Deus certe perfectus, est & nullius egens, quid ergo opus fuit Christo saluatore vt nasceretur de deo, & filiū haberet deus per quē omnia faceret. Quæst. XLVIII.

QVM EA QVAE NON Erant, deus uoluisset existere, & maiestatis suæ minime hoc condignum opus sciret, prius de se, cum sit natura simplex & incorporeus, filiū genera uit, qui nihil ab eo distaret, ut magnitudini suæ congruus responderet effectus. Quid enim ultra posset facere, q̄ ut se alterū qui perfectus est generaret? Hoc ergo perfectum opus est, quo nihil poßit uideri præstantius. Cætera enim omnia minora sunt, quanto enim excellentior his omnibus Christus est, tanto magis creatio illorū inferior est generationi eius. Est & aliud, Deus enim ex quo sunt omnia, uolens condere creaturam, uerbum prius quod in mysterio apud se habebat, generauit, hoc est, fœcit existere. Quod uerbum idcirco filium nuncupauit, ut ostenderet de se illum extitisse, & esse sibi consubstantiuū, ut lex qua filij de parentibus sūt hoc credibile faceret per quod manifestaret creaturæ mysterium, quod latuit in eo ex æterno.

Cur saluator cū sanctus natus sit, & Christus dominus in ipsa natiuitate appellatus, baptizatus est, cum baptisma purificationis causſa sit & peccati. Quæstio, XLIX.

VErum & manifestum est, creatorem non eguisse baptismo, quia Christus non factus, sed natus est, dicente angelo pastoribus. Ecce natus est uobis hodie saluator qui est Christus dominus. Deniq; sciens Iohannes sanctitatem eius, prohibebat eum à baptismo, Saluator uero instituit fieri oportere, non utiq; propter peccatum suum, sed propter implendam iusticiam. Dignum enim erat ut ipse exemplo esset futuris filijs dei qui per baptismum filius dei fieri docebat, & qui credentibus spiritum sanctum à deo dari promittebat, debuit istud in semetipso uisibiliter demonstrare, quo comperto credentes inuisibiliter se posse spiritum sanctum habere sperarent. Nam saluator utiq; cum de spiritu sancto nascitur, purificatū corpus habuit. Vnctio enim carni eius spiritaliter in utero uirginis data est. Spiritus enim sanctus purificauit quod de Maria uirgine in corpus saluatoris profœcit, & hæc est unctio carnis corporis saluatoris, quare & natus Christus est appellatus. Quod enim per olei unctionem præstabat deus ministerio prophetarum his qui in reges ungebantur, hoc præstitit spiritus sanctus homini Christo, addita expiatione, quia anteriores Christi solam potestatem imperij accipiebant per unctionem. Saluator autem & potestatem accepit homo natus, & purificatus est natus. Incongruum enim erat, ut dei filius in corpore peccatis subdito nasceretur. Hominis ergo causſam suscipiens & per regenerationem filios dei fieri docens, baptizari debuit ut in se hoc ostenderet ratum. Facile enim p̄batum habetur & suadetur quod dicitur, si à magistro fieri uideatur, sic utiq; & uirtutum insignia oportuit fieri, ut iam filius dei apparens, per mysterium regenerationis medelam daret corporis paßionibus, ut exemplo esset futuris fratribus, quia per regenerationem accepit unusquisq; potestatem uirtutis.

Luc. 2

Matth. 3

Si ideo saluator baptizatus est vt exemplo esset, quare circumcisus, ceteros prohibuit circumcidi? Quæst. L.

CIrcumcisio præteriti temporis mandatū est, quam usq; ad Christum oportuit habere auctoritatē, ut tamdiu curreret quamdiu Christus nasceretur promissus Abrahæ ut de cætero cessaret circumcisio promißione impleta. In figura enim Christi Isaac promissus est. Dixit enim ei deus, In semine tuo benedicentur omnes gentes, quod est Christus. Fides enim quam Abraham acceperat restaurata à Christo est, ut in semine Abrahæ q̄d' est Christus, oēs gentes benedicerentur sicut p̄missum fuerat Abrahæ. Circūcisio itaq; signū fuit p̄missi filij dei. i. Christi, quo nato cessare oportuit signū promißiōis, ita tñ ut ipse promissus aduenies signū patris acciperet, ut sciretur is esse qui promissus fuerat oēs gentes iustificare per fidem

Gene. 22

fidem in circumcisione cordis. Quia enim patri Abrahæ carnaliter nescentis filij signaculum circumcisionis corporale fuit, ita et eorũ qui spiritaliter nascuntur spirituale signum est circumcisio cordis, ideoq; recte post Christũ non adhuc oportuit carnaliter circumcidi.

Quæstio. 4 Luc. 1

Quomodo intelligatur, q̃ dicenti Marię adangelum, Et vnde hoc sciam, quia virum non cognosco, respondit Gabriel angelus, Spiritus sanctus superueniet iute & virtus altissimi obumbrabit tibi. Quæstio. LI.

AMbigenti Mariæ de conceptu, possibilitatem angelus prædicat dicens, Spiritus sanctus supueniet in te, hoc est, ne dubites, quia uirum nescis. Quod enim dixit quia concipies, spiritus sanctus superueniens in te operabitur ut concipias sine uiro, et uirtus altissimi inquit obumbrabit tibi. Altissimi uirtus sine dubio Christus est, Hoc enim ad ipsius personam pertinet. Superueniens ergo spiritus sanctus in uirginem, sanctificauit eam, opere suo efficiens corpus sanctum ex ea, in quo uirtus quæ dicitur dei filius nasceretur, cuius obumbratio in uirginem hoc est ut de immensitate diuinitatis aliquid esset in utero uirginis, quantum posset capere natura humana, quod quasi ex splendore obumbratio diceretur, uirtus dei esset qui dei uirtus necnon & deus, Nihil enim de deo est quod non dicatur deus. Nam hoc corporeum est, ut sit in carne aliquid & caro dici non possit, ut pili & ossa & nerui etc.

Quæstio. 5

Si de spiritu sancto natus est Christus, si effectu eius ex Maria caro factus cur dictum est, Sapientia (quæ vtiq; Christus, est) ędificauit sibi domum.

Prouer. 9

Quæstio. LII.

QVæstio ista gemina ratione potest intelligi. Primum enim domus Christi ecclesia est, quam ædificauit sibi sanguine suo. Deinde etiam potest & corpus eius dici domus ipsius, sicut dicitur & templũ eius. Si enim propter habitationem dicitur templum dei, non absurde dicetur & domus, sicut legimus in lege. Sed si effectu spiritus sancti factum est corpus, & domũ posse dici arbitramur, quare ad personam Christi relatum est, Quoniam factum filij, factum patris est, quia utriusq; una uirtus est. Simili modo etiam factum spiritus sancti, factum filij dei est, propter naturæ & uoluntatis unitatem. Siue enim pater faciat, siue filius, siue spiritus sanctus, trinitas est quæ operatur, et quicquid tres fœcerint, dei unius est operatio.

Quæstio. 6

Si omnia ratione facta sunt, quid est vt octauo calendas Ianuarias saluator natus dicatur. Quæstio. LIII.

NEmo sic poterit hebetari, ut neget omnia facere deum cum ratione. Ideo ergo Christus descendens de sacris sedibus ad salutem mundo tribuendam, ut etiam mundum ipsum & tempora à se instituta doceret, tunc nasci homo uoluit ad diminutionem humanæ generis augmentandam in deum, quando ex magna diminutione lux quæ dies est, crementũ incipit accipere, ut tẽpus natiuitatis eius rationi congruat doctrinæ diuinæ, quæ ex umbra mortis homines cœpit multiplicare ad uitam.

Quæstio. 7

Si ex semine Dauid Christus filius dei factus est secundum carnẽ, hoc est natus iã filius dei, & in vtroq; quia sanctus natꝰ est, quomodo ergo postq̃ baptizatus est, dictum ei a domino deo est, Tu & filius meus ego hodie genui te. Quæst. LIIII.

Psal. 2

CHristus dei filius ex æterno est secundum spiritũ sanctitatis, Iuxta carnem uero ex semine Dauid natus est filius deo, ut in utroq; nõ factus deo filius habeatur, sed natus. Illud autem quod in baptismo audit mysterij, non sua caussa est, Nam hoc omnibus audit qui baptizantur. Ipse autem demonstratur tantummodo, ut ex hoc appareat in homine uirtutibus deus, Cæteri uero firmantur, quia ex hoc incipiunt esse filij dei cum sanctum accipiunt spiritum. Quisq̃ enim sanctum natum sit corpus domini, non tamen sacrament regenerationis firmatus fuerat homo Christus esse filius dei, nisi spiritum sanctum accepisset iuxta decretum renascibilitatis donum. Nam & Iudæi filij dei dicti sunt in deuotione, non in sacramento quod uunc operatur, ut accepta remissione peccatorum superueniente sancto spiritu dicantur filij dei, Saluator ergo & natus est secundum carnem filius dei & post in mysterio firmatus, Nec enim poterat quod de sancto spiritu natum est, non de deo nasci, sed ut propositum mysterij impleretur superueniente spiritu non diminutum est, sed auctum.

Quæstio. 8

Quid caussę fuit vt illo tempore crucifigi se permitteret dominus, quo octauo calendas aprilis pascha gerũt Iudęi. Quæstio. LV.

OMnia proprijs locis et tẽporibus gessit saluator. Vt enim omnia se nutu patris recte condidisse doceret, tunc uoluit passione sua mundum redimere & reformare, quando eũ et creauerat, id est, in æquinoctio, unde mundus initium cœpit, & dies super noctem increscere. In regno itaq; agens Romano, non nisi, octauo calendas aprilis pati debuit, quando æquinoctium habent Romani. Tunc enim utiq; primum hæc pars mundi illuminata est, & ex eo dies cœpit crementum accipere, Ideoq; & passione saluatoris tunc à tenebris ad lucẽ perducta. Nulla itaq; uituperatio auctoris poterit uideri, quando lapsam creaturam tunc reformauit quando & fœcerat. Nec enim reprehendi poterit rei lapsæ initium creationis, cum ad id redeat instauratio. Eadem enim die uoluit esse renouationis gaudium, quo fuerat & dedicationis.

Quo tempore mundꝰ initium cœperit.

Quare

Quæstio. 9

Quare in Matthęo pater Ioseph Iacob scribitur, & in Luca Heli, vt aut duos patres habere imperite descriptus sit, aut certe qui vere pater eius sit nesciatur. Quæstio. LVI.

NOn est ambiguum patrem Ioseph Iacob fuisse. Ordo enim à Dauid per Salomonem tramitem suum tenens recto cursu peruenit ad Iacob, cuius filius est Ioseph, Heli autem filius Mathat à Dauid per Nathan filium eiusdem Dauid ordinem tenet usq; ad tempus quo saluator aduenit, unde singuli Euangelistæ à Dauid singulorum fratrum generationum ordines prosecuti quasi fugam fœcerunt, ut Matthæus à Dauid per Salomonẽ descenderet ad Ioseph, Lucas uero ab Heli, qui tempore fuit saluatoris, ascendit per traducem Nathan filij Dauid & utriusq;, id est, Heli & Ioseph iunxit tribum, ostendens unius generis esse utrumq;, ut cum Heli sociat Ioseph non discrepare eos in generatione, sed fratre ostendat, Ac per hoc non solum ipsius Ioseph filium esse saluatorẽ, sed & Heli, Ipsa enim ratione qua ipsius Ioseph filius dicitur
Roma. 9 saluator, ipsa est & Heli filius & cæterorum omniũ qui de eadem tribu sunt. Hinc est quod dicit Apostolus, Quorum patres, & ex quibus Christus secundum carnem, diuino etenim nutu permotus Lucas est, ut ab Heli per traducem Nathan ascenderet ad Danid, & per Tharam patrem eius ascenderet ad Sem filium Noë, & adhuc super diluuium perueniret ad Seth filium Adæ qui redditus erat pro Abel, & eadem ratione faceret filium Adæ saluatorem, qua dicebatur filius esse Ioseph & Heli. Super Adam autem transcendens, assignaret ante omnem carnem Christum filium dei esse. Illud quod quibusdam uidetur,
Deut. 25 quia Heli acceperat uxorem Iacob, quomodo lex mandauit, ut si quis mortuus fuisset sine filijs, acciperet frater aut propinquus uxorem eius, & resuscitaret semen fratris sui. Et ita factum ut Heli generaret Ioseph. Iacob cuius uxorem acceperat, & per hoc iungi generationẽ, ut nõ immerito Ioseph patrem habere Heli dicatur. Hoc nec probabile est, nec ad ullã rem proficit. Illud aũt qd' supra dictum est, & per generationem iungit duos fratres filios unius, & Christum ostendit filium dei esse ante om-
Lucæ. 3 nem generationem, Euangelista enim cum referret dicens, Et ipse Iësus erat incipiens fere annorum triginta, filius sicut putabatur Ioseph, qui fuit Heli, id est, Iësus filius æstimabatur Ioseph, Et non solum Ioseph erat filius, sed & Heli, non quia Ioseph filium dicit Heli, sed eodem genere quo Ioseph uocabatur filius esse Iësus, ita erat etiã filius Heli, propter quod fratrum filij erant Ioseph & Heli, id est, Salomonis & Nathan filiorũ Dauid, ut per Dauid ascendens ad Abraham & Noë & Seth, & ad ipsum Adam, & super Adam doceat esse Christum filium dei, Cum enim dicit, Qui fuit filius Seth, qui fuit filius Adæ, qui fuit filius dei Christum utiq; ita dicit Adæ filium, sicut dicebatur filius Ioseph. Ait enim Maria ad eum, Fili quid fœcisti nobis sic? Etenim ego & pater tuus mœ- Lucæ. 2
sti & tristes quærebamus te. Super Adam autem iunxit Christum patri deo, ut qui horũ, id est ab Adam usq; ad Ioseph. & Heli filius dicebatur, ante istos omnes dei uerus filius intelligeretur, ad confusionem Fotini, qui Christum non nisi ex Maria, nec ante fuisse contendit. Quorum enim non erat, filius dicebatur, & dei cuius filius uerus erat, negebatur. Si enim, quod improbabile est & ad nullam rem proficit, Ioseph Heli filius dicatur secundum quod supra diximus, nõ dixisse uidebitur de Christo, quia fuit filius dei, sed de Adã. Per ordinẽ enĩ singulorũ filiorum patres subijciendo, uenit ad Enos cuius patrem dicit Seth, Patrem autem Seth dicit Adam. Adæ uero patrem dicit deum, & nescio quæ utilitas sit sic asseuerare. Si aũt per ordinem sicut diximus singuli patres Christi dicantur, sicut & filius dicebatur Ioseph quia dictum est, Quorum patres & ex quibus Christus secundum carnẽ, Roma. 9
ipso ordine legitur filius esse Seth et filius Adæ. Et super hos omnes assignatur filius dei, ut ante ipsos dicatur esse quorum filius nunccupatur.

Quæst. 10 Malach. 3

Quid est hoc vt cum in Malachia Prophęta scriptum sit, Ecce mitto angelum meũ ante faciem tuam, qui præparet viam tuam ante te, Marcus hoc Euangelista in Esaia Propheta scriptũ asserit. Qõ. LVII.

Marc. 1

NOn potuit latere Marcum quid scriberet, Nec enim expers erat lectionis, qui ab infantia diuinis literis imbutus & exercitatus erat in lege, maxime cum Apostolos sit secutus, Sciens autem omnia ad auctorem referenda dicta, hæc ad Esaiã reuocauit qui sensum-istum prior intimauerat dicens, Vox clamantis in deserto Esaie. 40
parate uiam domino, rectos facite semitas dei nostri. Deniq; post uerba Malachiæ statim subiecit euangelista dicens. Vox clamãtis in deserto, ut iungeret uerba utriusq; Prophetæ ad unum sensum pertinentia sub prioris Prophetæ persona,

Quæst. 11

Qua ratione negat se Iohannes Christum scisse ante baptismum, cum venienti ei ad baptismum dicat. Ego a te debeo baptizari, & tu venis ad me, quomodo ignorabat eum quem prohibuit humilias se ei. Quæstio. LVIII.

Matth. 3

TAnta sanctitate præditus est etiã ab ipsis cunabulis Iohãnes, ut nec falli nec fallere credatur, nec dominũ suum qui eũ in utero per spiritum sanctum illuminauerat nescire, ac per hoc uerum est, quia & descendente in eum spiritu agnouit eum, & priusquam ad baptismum ueniret, non ignorauit eum. Sciebat enim eum.

Sed an ipse esset qui donum dei olim patribus repromissum ministraturus esset nesciebat, hoc est quod tunc se dicisse profitetur, cum uidit in eum spiritum descendisse.

Iohan. 1 Sic enim se à deo instructum dicit Iohannes, Super quem ait uideris spiritum descendentem & manentem super

Roma. 15 eum, ipse est qui baptizat in spiritusancto. Hoc etiam Apostolus contestatur, Dico enim inquit Christum ministrum fuisse circumcisionis propter ueritatem dei, ad cõfirmandas promißiones patrum, Hoc est in quo nesciebat dominum Iohannes, q̃uis enim magnificentiam eius non ignoraret. hoc tamen latuit eum, quia per ipsum fides Abrahæ implenda erat.

Quæst. 12. Si baptisma cœleste mysterium est cur Nicodemo cum de baptismo dubitanti loquitur dominus, Si terrestria inquit dixi vobis & non creditis, quomodo si dixero vobis cœlestia credetis. Qõ. LIX.

Iohan. 3 QVi baptismum putat carnali ratione consistere, hic non est spiritalis, nec donum cœleste poterit consequi, qui se per aquam non per fidẽ immutari credat. Aqua enim cernitur, sed qui non uidetur spiritus operatur, ut fides in eo sit, Quia sicut sordes corporeas aqua, ita spiritus animam abluit à peccatis, ut quõ uisibilia uisibilibus, ita & spiritalibus prosit spiritus, ac per hoc spiritalis ratio uertitur in baptismo. Plus enim est ibi quod auditur q̃ quod uidetur. Cum hinc ergo Nicodemus carnali instructus ratione dubitaret, saluator ut eum ad fidem attraheret, exemplo usus est congruo, ut ad rem inuisibilem firmandam uisibile daret exemplum, quod solo auditu consistit, non uisu, & non negatur, &

Iohan. 3 est tamen terrenum, quia mundi rem operatur. Ait ergo dominus ad Nicodemum suadendo illi, Spiritus ubi uult spirat, & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat uel quo eat, sic est omnis qui renascitur ex aqua & spiritusancto, ut quomodo uox uenientis spiritus, id est, uenti auditur quidem, non autem uidetur, sicut dictum est, sic & ratio baptismi auditur q, dicatur, tamẽ quomodo per spiritum fit non uidetur, auditur tamen, cum quid futurum est ab eo qui uerba insinuat, prædicatur, ut fieri credatur quod auditur, non tamen ratio facti reddatur. Cũ autem nec per exemplũ Nicodemus duceretur ad fidem, tunc audiuit à saluatore, Si terrestria inquit dixi uobis & non creditis, quomodo dixero uobis cœlestia, credetis? Ista uerba terrena dixit, quæ ad exemplum protulit. hoc est, si per rationem terrenam inquit, exempli dati spiritus, id est, uenti non creditis posse fieri, quia quomodo fiat, nũ uidetur, quomdo fieri poterat, ut si darem cœlestia exẽpla quæ utiq; nescitis, credaretis? Potest enĩ homini suaderi quod nescit, per id quod scit, utputa deus dicit de Christo, quòd filius eius sit uerus, quod quomodo sit, cõprehendi non potest. Per id autem quod scimus secundũ carnem quomodo sint filij credimus ideo deũ dixisse Christus filius meus est uerus, ut de semetipso illum esse significaret. Hoc modo & saluator, rem quæ nec uerbis nec animo explicari potest, per id quod sensibile est, & auribus auditur uoluit commendare, hoc est, per exemplum spiritus qui est uentus quem & sensibilitas capit, & auris audit, sed unde ueniat, nescit factum spiritussancti, qd̃ capi non potest, uoluit facere credibile. Sed & in actibus Acto. 2
Apostolorum eodem modo legitur, Et factus est inquit subito de cœlo sonus, tanq̃ aduenientis spiritus ualidi, et repleuit totam domum etc, Ecce apperte exemplo uenti spiritumsanctum insinuat. ita de cœlo aduenisse et sonuisse quemadmodum ualidus uentus super terram. Nam & Hieremias uentum spiritum uocat dicens, Ventus spirat in omni rtgione, Qui propterea quòd in hoc mundo est, et per diuersa circumfertur loca, unde ueniat, uel quo eat nescimus. Spiritus autem sanctus de cœlo uenit, sicut legimus, ut credentes illuminet. Quomodo ergo quibusdã uidetur de spiritusancto saluatorem dixisse, Spiritus ubi Iohan. 3
uult spirat, & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat, uel quo eat? Cum constet exempli caussa locutum hoc saluatorem. Deniq; subiecit, Sic est inquit omnis qui renatus fuerit ex aqua & spiritusancto, Quid tam apertũ quia spiritum uentum significauit? Sed ideo putant non uentum significatum, quia ait, ubi uult spirat, quasi non omnis creatura lege sibi posita, remissa sit arbitrio proprio. Et nos enim imus, & facimus quod uolumus agentes sub lege, quare & rationem præstabimus. Aut possibile putatur, & nec stultum uidetur, ut effectum uolens sanctispiritus insinuare, illum ipsum daret exemplum, igitur omni genere quæstionem solutam arbitror.

Si lex & Prophete vsq; ad Iohãnem, quo modo saluator ad sacerdotes mittit offerri munera pro emundatione lepre. Quæstio. LX. Quæst. 13 Matth. 8 Marci. 1 Lucæ. 5

HOc quidem non fuit temporis, sed ad condemnationem factũ est Iudæorum, ut cum ueritatis culmen meliorati temporis non intelligerent ad lucrum salutis suæ factum, inclinaret se ueritas ad accusationẽ eorum. Cum enim uelut legis inimicum haberent saluatorem, quia misericordiæ caussa ab onere illos legis uolebat liberare, sicut prædictum erat ab Hieremia Propheta, Hiere. 31
Ait enim inter cætera, Et dabo illis testamentum nouum, non quale dedi patribus eorum, tunc saluator, ne inimicus, sicut putabant, appareret noua prædicans, eum qui mundatus fuerat à lepra, ad sacerdotes misit offerre munera pro emundatione sua, sicut præceperat Moyses, & Leuit. 13
ut ad accusationem eorum hoc proficere testaretur, in testimonium inquit illis, ut iudicio hæc res contra illos testis esset qui saluatorem inimicum legis dicebant. Hoc sequutus est & Apostolus Paulus, Cũ enim prædicaret Acto. 16
iam non oportere circumcidi, ipse Timotheum circumcidit propter scandalum Iudæorũ, Maluit enim rem superfluam facere, q̃ tumultũ excitari à falsis fratribus, quod quidem errori prosecit Iudæorum. Satis enim eis factũ est ad horam, per quod in perpetuum errarent.

Quid est vt Iudęis discipulos accusantib⁹ co q̃ sabbatum violarent, spicas manibus confricantes & comedentes, saluator exemplũ Dauid proferret, quia mãducauit panes quos non licebat manducare nisi solis sacerdotibus. Quæstio. LXI.

Quæst. 14

Matth. 12

1. Reg. 21

PEr quod non uidentur excusari, sed simul cum Dauid rei fieri, Quippe cum nec sabbatis fœcerit hoc Dauid, Saluator hypocrisim Iudæorum multis uult exẽplis arguere, maiora ostendens admissa in lege, & nullũ ausum fuisse accusare, ut non solum semel & iterum sabbatum in lege uiolatum monstraret, uerumetiam sacerdotalem panem ipso sacerdote concedente præsumptum illicite, & quod maius est, à sublimi auctoritate legis suæ uiris. Primus enim Iesus Naue diuino præcepto sabbatũ non seruauit, quo facto muri Hiericho ultro ceciderunt.

Iosue. 6

1. Macha. 2

Quantum profuit sabbatum non custodisse, sed fidem. Et Machabæi cum prius cæsi fuissent, sabbatis dimicauerunt, & de hostibus triumphauerunt, et sacerdotes in dominicis cerimonijs inseruirent, in templo sabbatum contemnebant. Dauid autem iam unctus in regem postq̃ dei uirtute interfectum armis, expoliauit Allophylum, in itinere positus, necessitatem fames passus, à sacerdote panẽ accepit quem non illi licebat manducare, Sed excepta necessitate non licebat, Licitum autem erat, si necessitas exegisset. Deniq; sacerdos uidens necessitatem, non negauit, & Dauid à deo electus sine cunctatione accepit. Talis caussa est & sabbati. Quare & circumcidi in sabbato nõ prohibetur, Hæc enim quæ periculosa non sunt, sic seruanda mandata sunt, ut non obsint si ex necessitate fuerint admissa, quia non ad salutem sed ad reuerentiam mandata sunt. Illud autem quod omnino non licet, semper non licet, nec aliqua necessitate mitigatur, ut admissum non obsit. Est enĩ semper illicitum, quod legibus quia crimino sum est, prohibetur. Superiora autem illa quæ diximus aliquando licere, talia sunt, qualia ieiunia legitima quæ in necessitate soluta non faciunt reos, si stomachi fuerit causssa aut infirmitatis febrium. Hæc igitur scientes, dolose Iudæi discipulos accusabant quasi sabbatum uiolarent, sicut supra dictum est, Saluator autem noluit illis de tempore impletæ legis prædicare, ne plus ad insaniam prosilirent, sed de præterito unde sabbatum uindicandum magis putabant. calumniosos illos ostendit, & non solum in sabbati causssa, sed etiam in sacerdotali pane confusi sunt, sicut supra ostensum est.

Quæst. 15

Quid est vt occisis filijs Lię, qui erãt ex tribu Iuda, Rachel filios suos plangere dicatur. Quæstio LXII.

Iudic. 19

QVantum ad hystoriam pertinet, Rachel filij sunt tribus Beniamin. Porro olim pro maleficijs propijs operibus. s. Sodomitarum & stupro, qđ in concubinam uiri Leuitæ gesserant à reliquis tribubus extincti & erasi sunt, Quamobrem consolationem recipere uelle negatur, sciens nullam spem eorum qui perijsse noscuntur, Filij autem Liæ in primeuis annis, in saluatoris causssa occisi sunt, Vnde eorum causssæ planctum non uult adscribi, quia & innocentes occisi sunt, & propter deum á quo sine dubio mercedis gratia æterna uita donati sunt. Quapropter planctum Rachel filijs dicit competere, qui & in præsenti & in futuro erasi sunt. Illi autem carnaliter plancti, spiritaliter consolati sunt, Filij autem Rachel carnaliter conuersati flãmis spiritalibus consumentur. Idcirco autem Liæ filijs occisis adimpletũ planctum Rachelis Euangelista testatur, quia tunc plangere filios suos cœpit, quando filios sororis suæ in tali causssa uidit occisos, ut æternæ uitæ hæredes existerent, Cum enĩ aliquid aduersum aduenit ex fœlicitate alterius, infausta sua miserius luget.

Matth. 2

Qua ratione magi Chaldęi per stellę apparentiam Christum regẽ Iudęorũ natum intellexerunt, eum stella indice temporalis rex soleat designari. Quæstio. LXIII.

Quæst. 16

Matth. 2

HI magi Chaldæi non maliuolentia astrorum cursum, sed rerum curiositate speculabantur. Sicut enim datur intelligi, traditionem Balaam sequabantur. Qui cum accersitus esset à Balac ad maledicendum populum dei, diuino nutu benedicere cœpit. Ex huius ergo relatione compertum habebant futurum dei prouidentia ex Iacob qui regnaret, Hic enim quod non est occultum prophetauit dicens, Orietur stella ex Iacob etc. Istam ergo traditionem magi secuti, uidentes stellam extra ordinẽ mũdi, hanc esse intellexerunt quam Balaã futuram indicem regis Iudæorum prophetauerat. Quod quidem factum contra inimicos religionis est. Inde enim testimonium accepit unde solet improbari, Astrologi enim inimici sunt ueritatis.

Numer. 24

Numer. 24

Quomodo probatur post tres dies & noctes resurrexisse saluatorem ex mortuis. Quæstio. LXIIII.

Quæst. 17

IN hac causssa si numerum dierum ac noctium per ordinem requiris, effectũ intelligentię nõ habebis, quia & Moyses quadraginta diebus & quadraginta noctibus ieiunauit, & tñ nõ integer numerus inuenitur, Quãdo enĩ per diẽ adscendit, et pdiẽ descẽdit, omnẽ utiq; numerũ nõ impleuit, sed quia ubi dies est cõputatur at nox, et ubi nox est, cõputatur et dies, ut à parte ad totũ quadraginta dies et quadraginta noctes dicãtur. Ita esi qđ dixit saluator. Sicut fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus et tribus noctibus, ita erit filius hominis in corde terræ. Et quia tres noctes sunt, tres accipiantur & dies. Est enim nox ne nouum aut contra rationẽ forte uideatur, ut cum nox ex die pendeat, nã ante lucẽ factã, ex qua appellatus est dies, q̃ uesperũ quod sequitur nox institutũ, minime dubitatur, q̃ passio dñica à nocte sumere esseueratur initiũ nõ absurdũ est. Nã sicut lux. i. dies imago uitæ est, ita

Exo. 24

Luc. 11

nox similitudo mortis est, idest, tenebræ sicut in scripturis euidenter ostenduntur filij lucis & econtra tenebrarũ. Nec mirũ si cũ ubiq; dies nocti & lumen tenebris, hic solũ quæ sunt sequentia anterioribus præponantur, uel quòd in tali causa rerum ordo cõfunditur & mutatur ut ante signauimus. Nam mortis nox magis quã dies esse uidetur: Ideo etenim à nocte initium sumitur, quia non aliter principi tenebrarũ nisi per noctem potuit subintrari, idest, non potuit uinci: Et ut aliquatenus dominus lucis, idest, æternæ uitæ principi tenebrarũ siue mortis subiectus esset ad tempus, quatenus & præteritos & post futuros à morte liberaret. Nam nõ esset mors penitus euacuata, nec unquã tenebrarum caligo discussa, si dominum nõ uidisset subintrantem: Etenim tanta luce secretũ mortis in quod dominabatur euanuit, nec penitus uinci potest nisi qui uel per sua uel in suis capitur. Recte ergo in tali negocio tantummodo nox obtinet principatũ, ita ut amitteret potestatem, & ut Iudæi non credentes in perpetua nocte remanerent, nec auctor dies tanti scœleris, immo sacrilegij, sed nox fieret, præcedenti nocti contra rerum seriem subditur dies, sicut deus & dominus omnium rerũ principi nefariæ mortis, ut omnes à mortis laqueis expli caret. Quòd si cui adhuc forte uidetur esse contrarium, diligenter aduertat ne incipiat illud durius æstimare, quòd deus se personam induens serui (nõ dicam hominis) mortem deleuit? Quid ergo hic ordinem quæris ubi omnia uideas esse coutraria? Quæ est enim lux quæ fuit in tenebris & tenebræ eam nõ comprehenderunt? Dominus lucis qui & compræhensus est. Qui enim scit se ad hoc compræhendi ut feriatur, tempus illud in mortem computat. Est & dies sequens qua auditus & crucifixus est. Est & nox quæ cœpit in Sabbatũ, est & ipsum Sabbatum. Est etiam uesper post Sabbatũ: Hoc est quòd Iudæis à Mose præceptum est in figura, ut uespere intrarent in Sabbatum, in quo dominus resurrexit, qui complectitur dic̃ dominicũ, quia nox nõ computatur sine die, neq; dies sine nocte. Hac ratione post tres dies & tres noctes dominus resurrexit.

Quæsti. 18

Matth. 27 Luce. 23 Iohan. 19 Marc. 15

Si uno ore & ratione Euangelistę locuti sunt, quomodo factum est ut tribus dicentibus, id est Matthęo, Luca & Iohanne, quia sexta hora crucifixus est dominus, Marcus ediuerso tertia hora crucifixum dicat saluatorem.

Quæstio. LXV.

OBscuris uera inuoluere non est bonum. Nam tres Euangelistæ unum seusum habueruntur. Marcus autem rem quæ ab illis prætermissa fuerat, uoluit intimare, sciens necessariam. Nec enim falli posset qui auctorum exempla secutus, ea quæ scripsit magna deuotione et industria didicit, & nec sine sancto spiritu fœcit. Quid ergo ex hoc ostendere uoluit, debet absolui. Contuendũ itaque est, quia nõ à Pilato, sed à Iudæis saluator crucifixus est. Quantum enim ad leges Romanas pertinuit, innocentem pronunciauit saluatorem. Ait enim Pilatus Iudæis: Ego nullam inueniò causam in eo. Et dicentibus illis: Crucifige eum, respondit: Quid enim mali fœcit? Denique persistens & uolens educere eum de manibus eorum, calũniam passus est, dicentibus eis: Si hunc dimittis, non es amicus Cæsaris: Omnis enim qui se regem facit, contradicit Cæsari. Sic factum est ut traderet eum iudicio illorum. Sententiam ergo non dedit Pilatus, sed Iudæi. Deniq; præmoniti sunt inquit à principibus sacerdotum, ut dicerent: Crucifigatur. Hanc sententiam tertia hora dãtam uult intelligi, in qua assiduis uocibus perdurantes cũ interuallo horarum fere trium, quibus itum & reditum est ab Herode, crucifixerunt saluatorem. Omnis enim qui addicitur morti, ex eo iam mortuus computatur quo sententiam excæpit. Manifestauit igitur Marcus, quia nõ in iudicis sententia saluator crucifixus est. Difficile est enim innocentem probare eum qui sententia iudicis punitur. Discordare ergo se passus est in uerbo, ut doceret tertia hora cœptum esse quòd sexta hora impletum est, non legibus, sed persistente maliuolentia Iudæorum. Ioh. 16.

Quæsti. 19

Quomodo Marcus Euangelista demonia cognouisse ait & professa esse Iesum, econtra autem Apostolus, principes & potestates huius sęculi neget cognouisse diuinitatẽ domini Iesu.

Quæstio. LXVI.

DIcit enim inter cætera Marus: Sciebant enim ipsum esse. Apostolus uero: Quem nemo inquit principum huius sæculi cognouit, si enim cognouissent, nunquam dominum maiestatis crucifixissent. Si dæmonia sciebant, quomodo principes ignorabant? Quibusdam uidetur principes huius sæculi maiores Iudæorum significasse, quasi iuxta illud quòd Petrus Apostolus dicit: Scitis enim inquit fratres, quia per ignorantiam gessistis hoc malum, sicut & principes uestri. Ergo Iudæorum erant principes, non tamen huius sæculi principes erant: Vnde ait, uestri non sæculi, quippe cum dixerint regem se habere Cæsarem, sub cuius fuerant redacti potestate. Sunt aũt isti hi principes quos alio loco significauit Apostolus dicens: Nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates huius mundi, aduersus tenebrarum harũ rectores. Recte ergo quæritur: Si enim isti non cognouerunt Iesum, quomodo poterat fieri ut dæmonia agnoscerent eũ? Sed aliud est quòd cognouisse in Christo dæmones dicit, et aliud q; huius sæculi principes negat cognouisse: Nam dæmonia sciebant ipsum quidẽ esse qui per legem fuerat promissus, omnia enim signa uidebant in eo quæ dixerãt futura esse prophetæ, ut q; ex semine Dauid de uirgine uenturus esset redemptor Israel, mysterium aũt diuinitatis eius ignorabant, sicut et principes eorũ. Deniq; quærit, quamuis captiose diabolus à saluatore dicens: Si tu es filius dei &c. Videns enim aliquando diuinam uirtutẽ, aliquando hominis infirmitatẽ, ambigens quid uerũ esset, torquebatur. Marc. 1 1. Cori. 2 Acto. 3 Ephe. 4 Math. 5

Cõcordant ergo scripturæ secundũ ea quæ reuelata sunt: Impoßibile est enim discordare unius ſpiritus uiros.

Quæſti. 20 Luce. 23 Quid est q̃ in cruce positus saluator ait: Pater ignoſce illis, non enim sciũt quid faciunt, ſi enim neſciunt, quid est q̃ ignoſcitur, maxime cum dicat rex Abimelech ad deum: Nunquid gentem ignorantem perdes? Quæſtio. LXVII.

Gene. 20

NOn omnis ignorans immunis á pœna est, ille aũt ignorans potest excuſari á pœna, qui á quo diſceret non inuenit. Iſtis aũt hoc ignoſci petit, qui habentes á quo diſcerent operam nõ dederunt. Huiuſmodi non licet ignorare: Accipiant ergo ueniam, ſi conuertantur.

Quæſt. 21 Matth. 5 Apoc. 2, 6 Cum utiq̃ orandũ pro inimicis dominus docuerit, quid est q̃ in Apocalypſi contra hoc, animę occiſorum ulciſci ſe petunt, a deo poſtulantes uindictam? Quæſtio. LXVIII.

Geneſ. 4

SIc enim animæ occiſorũ clament uindicari ſe poſtulantes, ſicut ſanguis Abel clamauit de terra. Cauſæ ergo ſunt, quæ clamare dicuntur, eũ loqui non poßint. Sanguis enim effuſus quid aliud q̃ iudicari ſe poſtulat, clamans non uoce, ſed ratione? Nam & opus opificem laudare dicitur, per hoc ipſum quòd uidentẽ ſe oblectat: Nõ enim tam impatientes ſunt ſancti, ut urgeant iam fieri q̃ ſciunt tempore præfinito futurũ, quòd nec anticipari poteſt, nec differri. Sed hoc dicto oſtendere uoluit, uindicaturũ de ũ ſanguinem ſanctorũ ſuorũ, ne quia tam patiens nunc uidetur, inultũ putaretur impiũ bellũ quòd contra ſanctos geritur, ut ꝫ terrorem incutiat perſequentibus dei ſeruos, & ut exhortaretur proſe patientes. Releuatur enim anima patientis quando uindicari ſe audit á potente, Præ ſe enim ſpem fert, ſi mortem ſuam audiat iudici diſplicere, tũc enim pro certo habet innocentem ſe eſſe: Et deus quidem miſericors & patiens est, ſed moderate: Expectat enim ut impij credant, et peccatores ſe emendent, ſi quo manus plectantur, quia dei longam patientiam cõtẽpſerunt. Cuius rei exemplũ etiam tẽpore miſericordiæ prædicare oſtendit, ne nõ patiens, ſed inſenſibilis, & quẽ neq; dolor alicuius, neq; pietas cõmoueret uideretur. Hinc est

Eſaie. 42 Luce. 18

unde ait per prophetam: Tacui, nunquid ſemper tacebo? Et dominus: Nũquid nõ faciet dominus uindictam ſeruorũ ſuorũ clamantiũ ad ſe die ac nocte? Sicutiq; clamãt ſicut ſuper diximus: Si quis ergo Chriſtianus ad tempus uindicet, non acerbe, neque cum ſanguine, non peccat, melius tamen fœcerit ſi dimiſerit iudici deo.

Quæſti. 22 Matth. 5 Si iã predicante Iohanne, aut ſaluatore lex ceſſauit, quomodo ſaluator ait: Non ueni ſoluere legẽ aut prophetas, ſed adimplere. Quaſtio. LXIX.

SI enim prophetia est, quomodo nõ ſoluta est quæ agendi amiſit auctoritatẽ? Omina quæ de Chriſto dicta ſunt, adimpleta ſunt, & ipſe dominus ſic adimpleuit legẽ & prophetas cũ omnia quæcũq; de ſe ſcripta ſunt, fœcit, nec diſſoluit aliquid, ſed confirmauit. Lex enim & prophetæ uſq; ad ipſum. Prophetæ enĩ de ipſo locuti ſunt, ideo ultra illum quæ ab his de hoc, ideſt, de Chriſto dicta ſunt, tẽdi nõ poſſunt, neq; poſt ipſum aliquid huiuſmodi prophetæ reperire potuerũt, quia neq; habẽt de quo dicant, & de quo dicebatur iã uenit. Omnia eteni ſuis uoluminibus cõplexi ſunt, & incarnationẽ & cõuerſationem, & paßionẽ & reſurrectionẽ, & diuinitatis maniſeſtationẽ, et futurũ eius iudiciũ reuelauerũt, ac per hoc ceſſauerũt prophetæ impleto opere diſpenſationis. Lex aũt duplici modo ceſſauit. Nec quidẽ tota: Nã & id quòd ceſſauit poterit ꝫ manere, ſi ſeruetur cõditio: Aliud enim ceſſauit in ſententia, aliud i ipſa lege. Prædicãte Iohãne baptiſmũ pœnitentiæ in remiſſionẽ peccatorũ, ceſſauit ſententia legis quæ reos tenebat peccatores, ceſſauerent etiã onera legis, quæ ad duriciã cordis iudaici fuerãt data in eſcis, nec menijs Sabbatis, et cæteris. Miſericordia enim ad ueniente ceſſauit uindicta, ſed onera legis in ꝑpetuũ ceſſauerunt. Sentẽtia uero his ceſſat & aboletur, qui permanent in beneficio conſecuto, His aũt qui redeũt ad hominẽ ueterem, refricatur legis auctoritas, quia immemores beneficiorũ redeũt ſub ſententia legis. Circũciſio uero & Sabbatũ uſq; ad illud tempus ual it, quo nouæ legis prædicaretur mandatũ, ſic enim data ſunt, ut adueniente lege fidei ceſſarent. Vnde dicit Apoſtolus: Finis legis Chriſtus. Nã

Matth. 9 Roma. 10 Daniel. 9

& Daniel hoc ſignificat, cũ & de aduentu domini & tẽporibus hebdomadũ prophetat, quia & Chriſma & iudiciũ & ſacrificiũ & ipſa ciuitas ceſſatura erant. Spiritali enim aduentẽ te lege neceſſe erat ceſſare carnalia. Tũc enim ex parte corporis ſeruiebatur deo, nũc ex parte animæ. Pridẽ uiſibiliter. ſ. tũc, modo inuiſibiliter. Tũc in carne, nunc in animo, quia deo utiq; qui ſpiritus est, i ſpiritu ſeruiendũ eſt. Nõ ergo ſoluta lex est, quia ceſſauit: ſed ſuc

Iohan. 4

ceſſum illi eſt impleto tẽpore. Nec enim adminiſtratio eius accuſatur aut iudiciũ, ſi peccatoribus indulgentia datur, cum hinc magis recte data & iuſte probetur, quia quibus dominabatur, peccatores fuiſſe non negantur, quia iuſtis inquit lex non eſt poſita. Nõ ergo quia miſericordia præ

1. Thimo. 1

ferenda eſt, contemnẽda putetur iuſticia, cuius reuerentia ſi nõ eſſet, ipſa miſericordia fructũ nõ haberet. Niſi autem hanc ſeruauerim poſt acceptã miſericordiã, nihil illis proderit indulgentia. Nã dixit lex: Nõ facies tibi idolũ, neq; adoraueris quæ in cœlo ſurſum ſunt, & quia in terra deorſum, & non peierabis, & honora patrẽ & matrẽ, & nõ occides, neq; fornicaberis, ueq; furtũ facies, nõ dices falſũ teſtimoniũ, neq; cõcupiſces quicq̃ proximi tui.

Exod. 20

Nunquid hæc ceſſaſſe dicenda ſunt? Abſit. Sine his enim quis poterit uel ĩ hac uita idoneus iudicari? Ac ꝑ hoc cætera ceſſauerũt quæ ſupra diximus neomeniæ, Sabbata, lex eſcarũ, ſacrificia, circũciſio &c. Hinc est unde dicit A-

Roma. 13

poſtolus inter alia: Principes nõ ſunt timori operi bono, ſed malo. Vis aũt nõ timere poteſtatem, fac bonũ, & habebis

Leui. 24 bebis laudē ex illa. Hæc ſeruata bonos faciūt, nō tamē pfectos. Vnde ſaluator: Niſi abundauerit inquit iuſticia veſtra plusq̄ ſcribarū & Phariſeorū, nō intrabitis i regnū cœlorū. Addens enim iſtis potiora ſaluator, non ſoluit utiq; legem, ſed adimpleuit. Senſus enim legis ad ſalutem hominis pertinet, utputa, oculū pro oculo, dentē pro dēte, ut timens ne pateretur quód alijs facere prohibitus eſt, cohiberet ſe à nequitia. Saluator aūt ſuperiorē in hūc ſenMath. 5 ſum, addens iuſticiam: Ego aūt inquit dico uobis: Nō reſiſtere malo, ſed ſi quis te percuſſerit in dexteram maxillā tuā, præbe illi & ſiniſtrā, ut dū uicē non reddit malo, pfectus ſit. Reddere enim uicē iuſtum eſt, ſed non plenū, ſi uero diſſimulet ab iniuria, plena iuſticia eſt & abundans. Retribuere enim gaudet ad tēpus. remittere aūt in futurū præſtat læticiam. Sic enim adimpleuit legem ſaluator, dū quos illam iuſticiā docuit hic iuſtiores effecit, quia illa non potuit. Quāobrē gaudiū legis eſt, quia diſcipuli eius peritiores effecti ſunt. Deſtruxiſſet plane legē ſi impune peccare docuiſſet. Porro aūt ſuſpendit ſententiam, ut hic qui male facit, habeat ſpaciū pœnitendi, ſi quo minus redit in illū ſententia cumulata, quia non cognouit ad hoc ſe remiſſum ut emendaret ſe.

Quæſti. 23 Matt. 5 **Cum dominus certe inimicos nos diabolo fieri præceperit, quid ergo eſt ut in Euangelio dicat: Eſto conſentiens aduerſario tuo cito. Quæſtio. LXX.**

QVis eſt hominis aduerſarius, niſi diabolus? Nulli dubiū eſt diabolū eſſe hominis imimicū, maxime fideliſ, uæhementiora enim tela ſua contra dei ſeruos exacuit. Sicut ergo iſte bonorū inimicus eſt, ita & lex malis aduerſa eſt. Quis enim cōtēnenti ſe non aduerſetur? Dominus ergo peccatorem alloquitur ut cōſentiat mandatis quæ illū mobedientem cōdemnant, ut ſubijciat ſe uoluntati eorū, & fiat ex inimico amicus, quia & contemptor legis inimicus eſt eius, uoluntati enim eius reſiſtit: Ideoq; hortatur dominus peccatorē, ut bene agendo recōciliet ſibi legem, ne in die iudicij accuſet eum apud iudicem & condēnatus pœnas det ſpretæ legis: Omini etenim inquit qui male uult agere, diſciplina dominica inimica uidetur, cui niſi cōſenſerit, mittetur in gæhennā diabolo, qui uere inimicus humani generis eſt, præparatā.

Quæſti. 24 Geneſ. 32 Exod. 32 Eſaia. 6 Iohan. 1 **Quid eſt q̄ Iacob appellatus eſt homo uidens deū, & Moyſes uidit deum facie ad faciem, nec non & Eſaías, uidi (ait deum Sabbaoth oculis meis: Cōtra aūt Iohānes Eūangeliſta: Deum inquit nemo uidit unquā. Quæſtio. LXXI.**

HOc quantū uidetur contrariū eſt, quantū ad fidē uero pertinet deum omnimo nemo uidit unq̄, neque patrē, neq; filiū, Quod enim uiſus dicitur, ad intælligentiam refertur, uiſus eſt enim uelut in imagine. Veluti nos cū imperatores neſciamus, uidemus eos in figura, nō in ueritate: Ita & deus uiſus eſt ut intelligeretur deus eſſe qui apparebat per rationem, nō per ſubſtantiā, quia in natura ſua deus uideri non potest. Et ut uerius propoſitæ quæſtionis ſecreta pandamus, ſenſum Euangeliſtæ explicare nitamur. Iohannes enim occultū aliquid prodere uoluit quód ſciuit ad ſalutarem doctrinā pertinere, ideirco: Deum inquit nemo uidit unq̄, niſi unigenitus filius qui Iohan. 1 eſt in ſinu patris ipſe enarrauit. Animaduertamus ſenſum Euangeliſtæ, ut enim uerū eſſe, quia nemo uidit deū unquam, oſtenderet, filiū hoc enarraſſe docet quem falli utiq; impoſsibile eſt, quia in ſinu patris eſt. Sinus aūt patris quid eſt, niſi affectus in Charitatē ueri patris per naturæ unitatem in filium? Quāobrem nemo uidit deū, niſi unicus filius, hoc Iohannes Apoſtolus filium dei audiuit dicentem inter alia. Non quia patrem uidit quiſquam niſi qui eſt á deo hic uidit patrem. Vt ergo ad condemnationem proficeret iudæorum, qui Chriſtum dei filium audire nolebant uel credere, oſtendit Euangeliſta hunc eſſe Chriſtū qui patribus apparuiſſet in deū, illum autem qui pater eſt, nunquā uideri uiſi á filio, quando enim deū patrem negat uiſum, & deū apparuiſſe patribus profitetur manifeſtare ſe uult dei filius, quia ipſe ſemper in deū uiſus á patribus eſt, Vnde inter cætera dicit Iudæis de patre: Neque uocem eius audiſtis aliquando, neque figuram eius Iohan. 5 uidiſtis. Ecce non eſt contrarium, & uiſum, & inuiſum eſſe deum.

Quæſti. 25 Apoca. 10 **Quando legitur in Apocalypſi Iohannis: Vade inquit & accipe librū de manu angeli & deuora illum & amaricabit uentrem tuum, ſed in oretuo erit dulcis ſicut mel: Quis iſte liber eſt qui amarum facit uentrem cum ſit dulcis. Quæſtio. LXXII.**

OMnia diuina uolumina amara ſunt ſed perfidis atq; carnalibus: Idolatris enim inſuaue eſt cum audiunt unum deum prædicari in Chriſto: Et Fotinus ſimul pertimeſcit horrore correptus: Erubeſcit etiam Sabellius audiens patrem eſſe qui filius dici non poſsit, quia ab ipſo ſunt omnia, filium autem idcirco filium appellari, quia non utique pater ipſe eſt, ſed de patre, nec á quo, ſed per quem ſunt omnia. Confutatur & Arrius cū legit Chriſtum uerum eſſe filiū dei, ſine dubio enim uerus dici non poſſet niſi proprie eſſet de deo. Conuincitur & Marcion addiſcens, quia uerbū caro factum eſt, qui putat Chriſto carnem negandū. Arguitur etiam improbus Ma- Iohan. 3 nichæus, uidens ſcriptū ab Euangeliſta, quia ſaluator non ſolum præſentia ſui nuptiarum uota decorauit, uerumetiam poculis honeſtauit, qui nuptiarum aditus intercludit & promiſcue conuenire hortatur. Hæc continentur in libro quem accepit Apoſtolus deuorandum. Hic liber Euangelium κατα Iohannem intitulatur, quód non ſolum male ſentientibus amarum eſt, uerumetiam indiſciplinatis qui nolunt corripi ut in peius proficiant.

Ista reuelatio eo tempore facta est, quo Apostolus Iohannes in insula erat Pathmos relegatus à Domitiano imperatore fidei causa. Tunc fuit in spiritu ut posset uidere cœlestia, & dum hæc ei ostenduntur quæ futura sunt, causa impietatis & stupri & cæterorum, datus est illi liber qui dulcis quidem erat in ore, sed amarum faceret uentrem, ut ex his qui uidentur unius corpus esse hominis, istis dulcis esset, qui propter quòd integræ professionis sunt in ore significati sunt, hoc enim dulce in ore est, q̃ unum est: Illis autem qui hæretica prauitate carnaliter uiuunt uel sentiunt, propter quòd in uentre significati sunt, amarus: Accusabit enim eos in die iudicij dei. Post reuelationem ergo Euangelium iussus est scribere, propter hæc quæ supra diximus: Et Ecechieli prophetæ similiter dictũ est, ut acciperet librũ qui esset dulcis in ore eius, quando perfidiam populi missus est increpare. Ezechi. 3

Quæst. 26 Luce. 2

Quid est quod Simeon dicit ad Mariam matrem domini, inter cetera: Hic positus est in ruinam & in resurrectionem multorum in Israël, & tuam ipsius animã pertransibit gladius, ut reuelentur multorum cordiũ cogitationes. Quæstio. LXXIII.

Simõ uir sanctus, & diuinis oraculis commendatus, per spiritum sanctum locutus est quid futurum esset hominibus ex causa Christi, ut ruina his esset, qui cum sibi uiderentur stare per obseruantiam & peritiam legis, diffidentia tamen operum Christi caderent, delectia promissione patrum. Illis autem qui nullius prope dignitatis essent in lege, credentibus uero in Christum, resurrectio in Israël, ut digni deo fierent qui prius indigni & inutiles erant, & reprobarentur qui aliquid esse putabantur.

Iohan. 9 Hoc est q̃ alio loco dicit dominus: In iudicio ego ueni in hunc mundum, ut qui non uident, uideant, & qui uident, cœci fiant. Denique non legis doctores, non pharisæi, non scribæ secuti sunt Christum, sed piscatores homines imperiti & rusticani. Hinc est unde dicit dominus: Pater gratias ago tibi, quia abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Matth. 11

Luce. 2 Quòd autem adiecit dicens: Et tuam ipsius animem pertransibit gladius, ut reuelentur multorum cordium cogitationes, hoc utiq; significauit, quia etiam Maria, per quam gestum est mysterium incarnationis saluatoris in morte domini dubitaret, ita tamen ut in resurrectione firmaretur, omnes stupore quodam in morte domini dubitarent. Quis enim non ambigeret uidens eum qui se filium dei dicebat sic humiliatum, ut usque ad mortem descenderet? Et quia ut dixi, omnis ambiguitas in resurrectione dominus recessura erat, pertransire dixit gladium, non supercadere, aut cõtinger e transeuntem membrum aliquod. Vt sicut gladius missus pertransiens iuxta hominem, timorem facit, & tamen non percutit, ita & dubitatio mœstitiam faceret, non tamen occideret, quia non sedit in anima, sed pertransijt quasi per umbram, contingens corda discipulorum. Denique Cleophas, & alius discipulus Emaus euntes in uia tristes, dixerunt inter cætera ipsi domino, nescientes quia dominus est: Nos putabamus, quia ipse erat qui incipiebat liberare Israël. Dubitauerunt, sed statim agnito domino transiuit dubitatio. Sicut dictum est & de Ioseph, quia ferrũ pertransiuit animem eius, hoc est mortem euadere, quia dubitare de deo, uel de Christo mors est: Ac per hoc qui desinit dubitare, euadit mortem. Luce. 23 Psalm. 104

Quæst. 27 Esaie. 53 2. Cor. 5

Quid sibi uult ut Esaias propheta dicat de Christo: Qui peccatum non fœcit, contra autem Apostolus: Eum qui peccatum (inquit) nesciebat, pro nobis peccatum fœcit. Quæstio. LXXIIII.

Quantum ad sensum pertinet, quæstiones diuersæ sunt, sed uerba similia, ex parte quidem similia, ex parte uero discrepantia, fœcit enim, & non fœcit, contrarium est, nesciebat & non fœcit, simile est. Propheta ergo ex persona Christi locutus est, quia peccatũ non fœcit, nec dolus inuentus est in ore eius: Apostolus uero loquitur de persona dei patris, qui eum, id est, Christum qui peccatum nesciebat, pro nobis peccatum fœcit. Quòd duplici modo intelligendum est. Primum enim fœcit illum peccatum, dum incarnari illum uoluit, ut quem sors non tangebat, de peccatrice carne corpus acciperet, per quòd dicitur factus peccatum. Deinde dum offert eum pro peccatis, fœcit illum peccatum: Hostia enim in lege pro peccatis oblata, peccatum nuncupabatur. Non ergo Christus peccatum fœcit sicut dicit propheta, sed à patre ipse peccatum factus est, sicut ostensum est. Offerre autem Christum pro nobis quid est, nisi dare potestatem uolenti eũ occidere? Quòd idcirco concessum est, quia profuturum erat ut esset causa descendendi ad inferos, ut spoliaret tartarum animabus. Superabundans enim & inauditum peccatum est, occidisse eum qui non solum nullo genere peccauerat, sed & multis uitam donauerat. Hoc peccato reus factus diabolus, contradicendi audaciam perdidit. Nam simile aliud ad Galathas in Epistola legitur: Inter cætera enim factus inquit pro nobis maledictum. A quo factus, nisi à patre? Iudicio enim dei crux Christi maledictum est Iudæorum, peccatũ enim illorum exclamat mors saluatoris. Crucifigi ergo se permisit, ut passio eius proficeret nobis, ut hinc cum signo eius exeuntes, à secunda morte minime tenerentur. Metuit enim mors etiam seruos eius à quo uicta est. Gala. 3.

Quæst. 28

Cur saluator pro se tãtũ et petro Didrachmam soluit, non etiam pro ceteris Apostolis, quippe cum omnes eum relictis omnibus subsecuti sint, p omnibus soluere debuisse uidetur. Quæstio. LXXV.

Didrachma

Didrachma capitum exactio intelligitur, non prætiorum, nec enim saluator aliquid possidebat in mundo, cum sit dominus mundi. Mortuus en alienis impendijs sepelitur, & nos à quibus mundus extraneus est facultates augere cupimus, ut morientes mundū à nobis euasum, non tantum uoce, sed & litteris contestemur, ut professione nostra ab eo cuius mundus est, cōdemnemur. Hinc dominus qui non inquit reliquerit omnia, & secutus me fuerit, non potest meus esse discipulus. Quicunq; ergo sic habet facultates suas, ut spem in illis non habeat, paratus autem sit pro fide illas abijcere, uiam ambulat qua itur ad Christum dominum uostrum. Didrachma ergo ab his exigenda erat qui aliquid negocij gerebant, aut artibus operam dabant. Saluator autem, quia nihil horū curabat, neq; discipuli eius, exigenda ab eo utiq; nō erat, sed quia inimicus diabolus semper in insidijs erat occasionem quærens. si posset inclinare saluatorem exactorē, didrachmæ animos occupauit, ut eius facerem uoluntatē ut accedentes ad Petrum qui primus inter Apostolos erat solui debere ab eorum magistro dicerent didrachmā, qui ab eis oneribus liberi erant. Nihil enim agebant in mundo quod esset mundi, Vt quia non erat unde solueret, aut his scandalo esset, aut certe humilitate suffragij quæreret à quo solueretur. Tunc dominus ut improuidum diabolum aduersus semetipsum semper machinari ostenderet, ad mare ire Petrum Apostolum iubet, & capti piscis os aperire, & illic inuenire nummum exactioni debitū, quo soluto, non solum scandalum non esset exactoribus, neq; inclinaretur requisito auxilio ad soluendum, uerumetiā signum uirtutis maximæ demonstraret, per quod captos à diabolo ad se traheret, ut argumento & astutia sua diabolus torqueretur. Dicunt ergo exactores didrachmæ ad Petrum Apostolum, Magister uester non soluit didrachmam etc. Quo dicto, magistrū ut p omnibus discipulis solueret, conuenerunt. Saluator autem cum pro se & Petro dari iubet, pro omnibus exoluisse uidetur, quia sicut in saluatore erant omnes cause magisterij, ita et post saluatorem in Petro omnes continentur, ipsum enim constituit esse caput eorum, ut pastor esset gregis dominici. Nam inter cætera dicit discipulis, Vigilate & orate, ne intretis in temptationem. Et Petro dicit, Ecce Sathanas expostulauit, ut uos uentilet sicut triticum, Ego autem rogaui pro te, ut non deficiat fides tua, & tu tandem cōuersus confirma fratres tuos. Quid ambigitur? Pro Petro rogabat & pro Iacob & Iohanne non rogabat, ut cæteros taceam, Manifestum est in Petro omnes contineri. Quia et in alio loco dicit, Ego p his rogo quos mihi dedisti pater, & uolo ut ubi ego sum & ipsi sint mecum.

Matth. 17

Matth. 26 Lucæ. 22

Iohan. 17

Quid est qd Iohannes in Euangelio, Lex aitper Moysen data est, gratia & veritas per Iēsum Christum facta est, ergo gratia & veritas ante nō fuit, quomodo ergo lex a deodata dicitur, in qua veritas non fuit. Quæstio. LXXVI.

NOn sic paßim prætereundum est, sed considerandum est qd sit Lex p Moysen data est. Per Moysen enim lex data manifesta habet præcepta, sed scripsit hystoriam, quæ & ipsa lex appellatur. Et uideamus quid in præceptis eius, non erit forte uerum quod dicit, Non occides, non fornicaberis. non furtum facies, Talia sunt & cætera, nam hystoria eius, quia ante aduentum Christi ueritas non erat, hoc manifestum est, Etenim quæ sub uelamine erant quid significarent incertum erat, Cū autem per Christum manifestaret, cuius persona sit quæ dicit in Geneſi, Faciamus hominem ad imaginem & ad similitudinem nostram, & qui est qui fecit, & qui fuerit qui in rubo & Patriarchis uisus sit, & qui in Petra operatus sit, qui dedit aquas in deserto, quia Petra inquit erat Christus. Sic fuit ueritas per Christum, quando ea quæ latebant, aut in dubium ueniebant quid significarent à Christo ostensum est, Nam inter cætera dominus ait, De me scripsit Moyses. Hoc prius latuit, error enim erat. Putabatur enim deus pater, qui erat filius, et qui æstimabatur angelus, cognitus est esse dei filius, & promißio facta fuerat Abrahæ, quæ quamdiu non reddebatur, in ambiguo erat. cum autem ueniente Christo reddita est, facta est ueritas, quando & quod promissum est redditum est, & cœpit sciri qnod erat promissum. Promittentis enim fides tunc uera probatur, cum exoluit promissum.

Iohan. 1

Exo. 20

Gene. 1

Exo. 3 Exo. 17 1. Corin. 10

Iohan. 5

Quid est quod inter cętera dicit Marcus Euangelista de Christo. Intrans in domū voluit neminem scire, & non potuit latere, si ergo voluit & non potuit, infirmata voluntas eius videtur. Quæstio. LXXVII.

IMpossibile prorsus est ut saluatoris uoluntas non impleatur, nec potest uelle quod scit fieri non debere, Idcirco quod factum est, hoc uoluisse dicendus est. Nam uoluntas eius nunq̄ extra naturam eius est. Sicut ergo natura eius in reprehensionem non cadit. ita nec uoluntas. Nam quod proponitur, factum legitur in finibus Tyri, tunc intrauit in domum & neminem uoluit scire, Nunc requiritur quomodo uel quare neminem uoluit scire. Animadertendum est enim, quia istud in finibus gestum est gentilium, quibus adhuc tempus prædicandi non erat. Deniq; mittens discipulos suos præcepit dicens, In uiam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorum ne introieritis, sed ite potius ad oues quæ perierunt domus Israēl. Idcirco noluit se prodi, quòd esset in domo, requiri autem se non noluit, sed libenter accepit. Quamuis enim tempus non esset prædicandi gentilibus, ultro tamen uenientes ad fidem non suscipere inuidiæ erat.

Marci. 7

Matth. 10

Sic factum est, ut cum saluator à discipulis proditus non esset, ab alijs tamen qui eum ingredientem domum uiderant, proditus est, & cœpit sciri quòd esset in domo. ut intrarent ad illum qui uellent consequi beneficia. A suis ergo noluit prædicari, quòd esset in domo, Requiri enim se uoluit, & ita factum est, Non enim latuit ab alijs demonstratus quòd esset in domo. Deniq; mulier Chananæa audiens de illo, intrauit ad eum, deprecans ut expelleret dæmonium à filia eius, quæ nisi prius subiecisset se deo Iudeorum beneficium consecuta non esset. Impleta ergo uoluntas saluatoris est secundum quæ explanauimus, ea enim quæ compendio breuitatis studens euangelista complexus est, discutientes inuenimus quod latebat.

Matth. 15

Cum legatur in Euangelio Ichannis q; cũ negasset se saluator ascendere ad diẽ festũ, ascendit, hoc inconstantis esse videtur. Quæstio. LXXVIII.

SEmper breuiata prositione sensũ occultas, Nã hoc quod in quæstionem uocas, tũc factum est, quando in Galilea positus propter tumultum Iudæorum fratribus suis adhuc non credentibus sibi, compellebatur ascendere in Iudæam, quia futurus erat dies festus Iudæorum, ut seditionem pateretur. Ipse autem respondit eis dicens, Vos ascendite ad diem festum istum, quia mundus uos non odit, me autem odit, quia arguo opera eius. Ego non ascẽdam ad diem festum hunc, quia tempus meum nondũ impletũ est. Tunc fratres eius ascenderunt ad diem festum ipse uero mansit in Galilea. Post autem & ipse ascendit ad diem festum. Quid uidetur contrarium quando non tunc ascendit quando negauit, sed ascendit postea? Et ascendit non quasi ad diem festum, sed quasi ad litem, Illi enim omnes læti ascenderunt, quasi ad perfruendas delitias diei festi. Certum est ergo, quia non ascendit ad diem festum saluator. Is autem ille fuit dies festus, quo passione sua redemit mundum. Deniq; dicit, Nunc clarificatus est filius hominis, & deus clarificatus in eo. Hic dies festus eius est, in quo uicit mortem.

Iohan. 7

Iohan. 13

Si proprio arbitrio viuimus, quare saluator dixit, Nemo venit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum, Et consentiens his Apostolus, Neq; volentis, inquit, neq; currentis, sed miserentis dei est, & cuius vult miseretur, & quem vult indurat. Quomodo voluntatis arbitrium liberum est, quando alterius nutu aut ad bonum ducitur aut ad malũ. Quæstio. LXXIX.

Iohan. 6

Roma. 9

FAliter causſa se habet quam proposita est. Non enim hic quæstionis huius sensus est, quem obtendis. Nam nullo genere ex his liberi arbitrij poterit causſa turbari, quia si penitus sensum dictorum aduertas, scies hinc magis arbitrij liberi firmari sententiam. Hæc enim contra maliuolos Iudæos prolata sunt. Cum enim dolo simulationis ortæ ex inuidia, Ioseph patrem proprium & filios eius fratres asserent saluatoris, ne dei esse filius crederetur, tunc saluator ait. Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me attraxerit eum. Quomodo autem pater adtrahebat ad filiũ, nisi per opera quæ faciebat per illum? Sic enim dicit, Pater manens in me, ipse opatur, ut opera hæc atraherent ad fidem Christi. Virtutes enim quas faciebat saluator, ipsæ suadebant deum esse patrem Christi, ut qui alium patrem habere illum diceret, non attraheretur à deo ad Christum, Ideo ergo deus operatur per Christũ, ut uerbis eius fides commendaretur, quibus dicebat se filium dei. Hæc est attractio nostra, nõ uiolentia, sed testimonium dei in Christo, cui qui credidit attractus dicitur ab eo ad Christũ, Nemo enim saluatori credit, nisi qui patrem illius proprium dicit deũ. Nam Apostolus non ut arbitrium pulsaret hæc fatus est, quæ in quæstionem redigisti, sed ut iudicium dei retractari prohiberet, hæc dicit, iustum prædicans deũ, scit enim cuius debeat misereri. Cordis enim inspector prouidet postulantis mentem an mereatur accipere. Deniq; dicit per Prophetam, Plebs hæc labijs me honorat, cor autem eorũ longe est à me. Nam simulatoris animum iustum est, ut obduret. Qui enim non per errorem, uerum uocat falsum, sed per maliuolentiam, aut intelligens bonum, fingat se nescire quod bonum est, ut conuertat illud in malum, hoc utiq; debet illi præstari ut uere nõ intelligat bonum, ne saluetur quod non uult. Nec enim iustum est, ut inuitus saluetur, qui non per ignorantiam salutem spernit, sed per maliciam uel inuidiam. His igitur confirmatur magis liberum arbitrium quam destruitur, ut unicuique pro uoto suo respondeatur.

Esaie. 29

Cum certe aut filius dei quisq; fit aut diaboli, semper ergo filius est, sed aliquã do dei, aliquando vero diaboli, quid ergo nascimur, requirendum est. Quæstio. LXXX.

DOminus cum filij Israhel sæpe delinquerent educti de Aegypto, iratus sententiam dedit dicens, nullum illorum intraturum in terram promissionis excepto Caleph & Iosue filio Naue, qui prius Auses dicebatur. Eos autem qui nati fuerant in deserto ipsos dixit intraturos, eo quòd nescirent bonum aut malum. Nescire autem bonum aut malum simplicitas quædam est naturalis, quæ neq; ad bonũ neq; ad malum erudita est. Hæc est ignorantia sine malicia, sine sensu enim nascimur, sed natura nostra hoc bonum habet, quod capax est ediscere ueritatem, filius autem diaboli est qui natus malis rebus imbuitur, ut his studeat quæ inimica sunt creatori, multos esserens deos, & his immolandum quasi mundi rectoribus. Hic si resipiscat, & iuxta naturam suam sentiat, ad creatorem se conferens, filius dei erit, ac per hoc neq; filij dei sunt qui nascuntur, neq; filij diaboli.

Numer. 14

Quid

Qd enim dicit ſaluator Iudæis, Vos de patre diabolo eſtis, & concupiſcientias patris ueſtri uultis facere. Vides ergo operibus et cõfeßione filios creari diabolo, hos autem eſſe filios dei, qui confidentes proprium eſſe deum patrem Chriſti, recte uerſantur. Sic enim deus inſtituit genus noſtrum, ut ſine ſenſu naſcamur, poßibilitatem tamem habeamus diſcendi, ſiue bona ſiue mala, ut ipſi nobis aut mala acquiramus. aut bona, ut lætemur in nobis cum recte agentes remuneramur, aut ipſi nobis imputemus ſi praua ſequentes condemnemur.

Gala. 2

Cum Apoſtolus dicat nos natura Iudæi, de Iudæis ergo naſci Iudeos oſtendit, non de proſelytis, Dico quos conſtat fieri Iudæos. Deniq; qui in heremo nati ſunt, nõ ſunt circumciſi, & tamen Iudæi erant, Nõ ergo circumciſio Iudæum facit, ſed natiuitas ſub dei creatoris deuotione progenita, Si ergo de Iudæis Iudæi naſcuntur, quare non etiam de Chriſtianis Chriſtiani, nam et de paganis pagani naſcũtur. Quæſtio. LXXXI.

NOn omne qđ naſcitur, hoc eſt unde naſcitur, Nã et aurũ de terra naſcitur et nõ tũ terra eſt, Et gemmæ et alia multa, et de ligno eſca naſcitur, et de Ouo pullus. De paganis aũt ut pagani naſcantur hæc facit cauſſa, quia eni oĩs paganus in ignorãtia eſt, & qui naſcitur ex eo ſine ſenſu eſt, ambo ignorantes ſunt. Sed hoc intereſt inter utrumq;, quia qui generat, ſine dubio blaſephemus eſt, ac per hoc filius diaboli eſt, natus autem infans neſcit blaſphemare, ſicut neſcit benedicere, paganus tamen eſt quia ſine ſenſu eſt. De Iudæo autem idcirco Iudæus naſcitur, quia ſub creatoris deuotione generatur. Sicut dixit Adam de Cain, Procreaui hominem per deum. Sicut enim pagani indeuoti creatori dæmonijs gratias agunt in omnibus quæ agunt, ita & Iudæi deo creatori ſupplices, imperfecte laudant eũ omni actu ſuo. In co deſpiciendi, quia non cognoſcunt Chriſtum, per quem ſunt omnia. Hoc etiam modo de Iudæo Iudæus naſcitur. Non enim ſicut quibuſdam uidetur, quia circumciſio facit Iudeũ. Circumciſio enim ſignum Iudaiſmi eſt, non Iudaiſmus, quia non Abrahæ circumciſio iuſticia eſt, ſed ſignum iuſticiæ ut nati ex Abraham ſignum haberent, per quod probarentur filij eſſe Abrahæ. Quippe cum ex Iuda Machabæo hoc nomine ſint appellati, ut non ſolum ex Iuda, ſed & ceteri ex omnibus filijs Iacob Iudæi uocarentur, propterea quòd Iudas dux fuerit eis, Ideoq; nati Iudæi ſignum accipiunt. ut qui ſunt intelligantur. De Chriſtiano autem ideo non naſcitur Chriſtianus, quia ipſe qui generat, non natus, ſed factus eſt Chriſtianus, Quamobrem & iſte qui naſcitur fieri oportet ut ſit, Nec enim per ſubſtantiam naſcitur, ſed per fidem quæ iam natis accedit. Ignorantia enim cum carne naſcitur, fides autem poſtea ſpiritali ratione inſeritur. Sed dicitur contra, Si factus utiq; eſt qui generat, hoc iam debet uenerare quod ipſe eſt, ut accepta dignitas traducem faceret, Nam ſenatores generant ſenatores, ſed ſenatorum dignitas non habet apud deum meritum. Neq; ipſa natura, hoc eſt ſubſtantia conſequitur beneficium, ſed in ſola forma & ſermone dignitas uertitur, Ac per hoc currit quidem ſermo per traducem carnis, ſed nihil aliud præſtat quam opinionem dignitatis, Sicut et hi qui conſules ſunt aut ſtatuis honeſtantur gaudent in uano, Chriſtiani autem cum fiunt ipſi naturæ accedit dignitas, ut eſſentia ipſa hominis æternum habeat incorruptibilitatis beneficium, ut non opinio ſola, ſed & res ſit in effectu apud deum. Tale eſt iſtud, ut quis diſertus pauper in laude ſit & egeat pane, aut reliquis neceſſarijs, Hæc enim uera laus eſt, ſi ſic illi proficiat quæſita dignitas, ut nullius egeat, dum hoc naturæ eius præſtatur, ut per ſeipſa uiuat, & bene uiuat nullo requiſito ſuffragio, hoc eſt uere diuitem fieri & glorioſum.

Paganos elementis eſſe ſubiectos nulli dubium eſt, & quid ergo quod Apoſtolus dicit, Eramus & nos ſub elementis huius mundi ſeruientes, ſi itaq; & Iudæi elementis erant ſeruientes, quid differebãt a paganis? Quæſtio. LXXXII.

MAniſeſtũ eſt additione, aut diminutione, ſiue immutatione unius ſyllabæ ſenſũ peruerti. Idcirco paganos elementa colere omnibus cognitum eſt, Iudæos autem non elementis, ſed ſub elementis deo ſeruiſſe, propter neomenias & ſabbata & circumciſionem, & cætera talia, hæc enim carnalia ſunt. Quicquid enim uiſibile eſt, carnale eſt, & de elementis eſt, ſed quia ex præcepto dei erat, deo ſeruiebatur, ut ex uiſibilibus ad inuiſibilia ueniretur, & ex hac cauſſa profectus fieret ad maiora capienda, ut in his meditati digni fierent promiſſis ſpiritalibus. Ex ea igitur parte quam ſupra dixi, ſub elementis ſeruiebant Iudæi, ex alia parte legem habebant ſpiritalem, quæ & peccare prohibet, & exhortatur ad dilectionem domini dei, qui uenturus eis fuerat promiſſus ad remittenda peccata. Gala. 4

Si per Chriſtum ſalus & uera & perfecta cognitio, cur non ante uenit ut & anteriores noſtri qui in ignorãtia fuerunt ad diſcerent ueritatem? Quæſtio. LXXXIII.

DEniq; poſt aduentum Chriſti multi ſaluati ſunt, magis quàm prius. Vnde et ſi ante ueniſſet multo plures ſaluati fuiſſent. Si ergo ita eſt, reprehenſibile uidetur, nulli miſericordiã facienti calumniam fieri oportere. In poteſtate enim dantis eſt, quãdo uel q̃tũ uelit miſereri. Exhortandus eſt enim huiſmodi & præcibus prouocãdus, nõ cõtentione à bono ope reuocãdus, & forte nõ cõtradiceretur ſed p hac miſericordia uices illi aliqua redderẽtur. An quis medicũ arguet q medicamẽta ſua et officium

Gene. 4

Iohan. 3

ctum suum gratis impendet, aut accusabitur tarditas eius ab eis à qubus non est requisitus? Hæc quidem diximus secundum rationem, sed saluatoris bonitas ista non curat propter imbecillitatem humanam, suam enim sequitur naturam ad faciendam misericordiam. Idcirco tunc uenit quando debuit uenire, uoluntatis suæ rationem secutus, non meritorum nostrorum. Nam si merita perpendas, uenire non debuit. Venit ergo quando & subueniri debere sciuit, & gratum futurum beneficium. Si autem ei cui necessitas imminet ante subueniatur, erit quidem gratum, non tamen ualde poterit scire quid sibi præstitum est. Si autem in ipsa necessitate posito auxilium ferat, sciet, quale beneficium consecutus sit. De tribulatione enim ereptus, maiores gratias referet. Quomodo si esurienti offeras panem, si autem offeras cum non esurit, non utiq; tã gratum erit. Idcirco recte factum est, ut non ante neniret dominus. Primum enim dimisit genus hominum uti uolũtate sua, non sine testimonio sui, quia ex ipsa mundi fabrica per annua munera, quæ elementorum ministerio humanibus usibus exhiberi decreuit, intelligi, & timeri diuinitatem suam uoluit, Quippe cum etiam ex traduce primi hominis, deinde Enoch & Noë noticia eius esset in terris, Sed cum languore quodam humani generis abolescere cœpisset cognitio dei inter homines, & mores immutarentur, eligere dignatus est Abraham, in quo forma esset renouatæ noticiæ dei & morum. Et cum adhuc reuerentia segnior esset, postea per Moysen legem literis dedit, quæ neq; abolescerent, & magis metum incuteret. Maior enim timor est, ubi auctoritas manifesta est. Et quia acceptam legem gentes spreuerunt, non se subijcientes ei, neq; hi qui acceperunt seruauerunt eam, motus dominus misericordia, misit filium suum, qui se pro illis offerens mortem destruens, data omnibus remissione peccatorum, deo patri illos iustificatos offerret. Non enim posset descendi ad inferos, nisi per mortem. Nec ordo enĩ nec ratio poscebat eum qui mortuus non fuisset, intrare ianuas tartari. Nonne si quis ualet in terra sua Barbaros decipere, immutat se in habitu illorum, ut putetur unus ex his, & sic explorat quomodo illos subertat? Ita factũ est & de diabolo, quoniã malo more hominẽ subuerterat, ut in morte non remaneret, inuentum est remedium quomodo quos male tenebat amitteret & subintraretur ei, & quem putabat se uelut hominem occidisse, reperiret, illum apud inferos deum. Quo facto, reus muentus omnes quos tenebat amisit, et de cætero aperta est ad cœlum uia. Ecce quantum profuit aduentus saluatoris, ut scientes homines de quo periculo liberati sunt, sine cessatione gratias illi referant. Sed forte econtra dicatur, Si multi ante legem & post legem peccatis pressi totos se carni dederunt, & digni fuerunt in tartaro remanere, sine dubio fuerunt qui deuotione & creatoris reuerentia uitam suam naturæ lege frænarunt, Nun quid non etiam hi detenti sunt apud inferos, exuti hac uita? Si autem ante uenisset post mortem Adæ, liberato Adam qui prior peccauerat, cæteris ad cœlum aperiret uiam, ut quia bene uixerant, agnito creatore defuncti reciperentur in cœlum. Damnum ergo est, quia non ante uenit Christus? Damnum esse manifestum est, sed quære iustum, an iniustum sit. Solent enim damna iusta esse, de quibus quæri non liceat. Nunquid fur deprehensus & iuxta legem in quadruplum condemnatus, ausus est quæri? Ac per hoc damnum quod genus hominum passum est, iuste factum est, unde & permissum est, Quare & saluator inter ipsa primordia uenire non debuit. Cum enim diabolus superbiret, homo factus à deo positus est illi inimicus, ut auxilio dei munitus quia impar erat, resisteret ei accepto mandato. Diabolus autem solita subtilitate simulauit se ignorare quid præceptũ esset a deo, & inuenit Euam instabilem, postea autẽ promittens illi, quòd si interdictum contigissent, præstaret illis diuinitatem, circumuenit eos. Tunc diabolus superato homine trumphauit, hic uictus genus suum subiecit peccato. Quamobrem iniustũ erat uictori uiolẽter aufferre spolia, quia deus qđ facit, iuste facit. Preterea cũ acerbe peccauerit homo, assentiens ei contra mandatum creatoris, fieri se deum. idolatria admisit, per quod in deum peccauerat, ideoq; non illi statim debuit subueniri, quippe cum pœnituerit, Nec grata ei fuisset misericordia si non sciuisset quid mereretur. Quamq̃ enim omnia possit deus, illud facit quod conuenit rationi ut irreprehensibilis perseueret.

Quare lunę cursus in ratione paschę custodientes paganos reprehendimus, quia dies lunares & modum custodiũt. Qõ. LXXXIIII.

ABsit à Christianis ne sydera uenerari dicantur, quibus indulta est spiritalis cultura, ut despicientes quæ uident, his quæ inuisibilia & supercœlestia sunt copulentur, ut hæc omnia transcendant futuri cum angelis dei. Nam syderum cultores aut cum ipsis erunt, aut in ipsa. Quomodo enim fieri potest ut aliquis superioc sit quæ colit? Pagani itaq; non computum lunæ obseruant, sed lunam ipsam uelut deam uenerantur. Et effectus curriculorum eius apprehendisse se arbitrantes, quid certis diebus agendũ, quid ue cauendum sit decernunt imperio eius, quasi uitam & conuersationem suam ordine quodam subijcientes, quos quia extra dei ordinationem hæc ausi sunt usurpare falli, frequenter deprehendimus. Hæc enĩ luminaria in signa temporũ deus constituit. Vnde & nos numerum lunæ custodimus, non illam ipsam excolimus, ut à quartadecima lũa, quæ nobis secundũ legẽ prima est, rationẽ paschę obseruemus. Oĩa enim plena deus instituit, ideoq; à quartadecima usq; ad uigesimã primã his septẽ diebus pascha nobis celebrare concessum est, ut de his septẽ aliqui dies à parasceue usq; ad resurrectionem domini, concludantur, Vt neq; tertiadecima in passione sit, neque quartadecima in resurrectione, aut quintadecima. Nam ante uigesimamprimam secundum nos lunam, passio Christi sit & resurrectio eius,

Nam

Nam primo die quo cœptus mundus est: Omina enim mundi temperá unius hebdomadæ curriculis numerantur, quia his deus mundi membra & ornamenta composuit. Sex enim diebus mundum aptauit, & septima cessauit quam Sabbatum appellauit. His enim septem diebus totius mundi ratio, & numerus continetur. Semper enim in se redeuntes, multiplicant numerum temporum. Post Sabbatum enim á primo die repetit semper usq; in diem septimum, id est Sabbatum. Vt resurrectio domini primo die inchoati mundi facta discatur, qui dies dominicus dicitur. Ipsum enim fœcit dominus unum cum uespere, & inseptenarium numerum euolutus incipit iterum, ut sit post hebdomadã primus. Quod ita decretum ab initio est propter sacramentum incarnationis domini, & passionis, & resurrectionis. In corpore enim domini totus prope mundus resurrexit, & instauratus est. Absolutum est non nos Lunam colere, sed numerum qui per Lunæ cursum institutus est custodire. Diabolus autem qui est Sathanas, ut fallaciæ suæ auctoritatem aliquam posit adhibere, & mendacia sua ueritate colorare, primo mense quo sacramenta dominica sunt celebranda, quia non mediocris potentiæ est paganis, quæ obseruarent, instituit mysteria, ut animas eorum duabus ex causis in errorem detineret, ut quia præuenit ueritatem fallacia, melius quid dam fallacia uideretur, quasi antiquitate præiudicans ueritati. Et quia in primo mense in quo æquinoctium habent Romani, sicut & nos eaipsa obseruatio ab his custoditur, ita ut etiam per sanguinem dicant expiationem fieri, sicut & nos per crucem. Hac uersutia paganos detinet in errore, ut putent ueritatem nostram imitationem potius uideri quám ueritatem, quasi per æmulationem superstitione quadam inuentam. Nec enim uerum poest inquiunt æstimari quod postea est inuentum. Sed quia apud nos pro certo ueritas est, & ab initio hæc est, uirtutum atque prodigiorum signa perhibent testimonium, ut teste uirtute diaboli improbitas innotesçat. Quoniam enim sola est quæ facile suadeat, hæc contra uersutiam & præuentum diaboli posita est, ut simulationem eius reuelet. Nemo enim etiam inimicorum negare audeat illic esse ueritatem ubi ueritas apparet. Cum Apostolus dicat omnia in figuris Iudæis contigisse, umbras præterea fuisse cuncta præterita sunt, qui non dubitent, cum sciant Christũ non nisi semel esse passum, contendere pascha uerum non nisi semel gestum esse, quando figurarũ corpus fuit Christus occisus. Nam etsi ouis, quam lex ad Pascha describit, nõ potest adscribi ut sit ex ouibus & hædis, discordant enim horum animalium ad coniunctionem cõmunis fœtus ipsa natura, quomodo potuit Pascha uerum geri cum defuerit agnus tunc ille qui Pascha est? Et si Christus ex iustis, id est ex ouibus, & peccatoribus, id est ex hædis, secundum carnem nasciur, hic est solus agnus ille qui quæritur, quiq; dum non amplius quám semel occiditur, non amplius secundum ueritatem celebratum per sectum illud Pascha monstratur. Figuræ igitur ut dixi-

Quæstiuncula de Pascha te & interpretatione agni inter alias nõ numerata, 1. Cori. 10 Exod. 12

mus tunc temporis fuerunt. Nam agnus eligtur, ut simplicitas & innocentia designetur: Masculus quæritur, ut inuictus comprobetur: Immaculatus, ut sine crimine: Anniculus, ut exacto prædicationis tempore: Perfectus, ut instructus omni uirtutum genere: Mense primo, ut totus annus à primordio Christo consecretur: Quartadecima mensis, ut lumine ueritatis impleto, erroris nox operiatur: Ad uesperam, ut sæculi occasus imminens approbetur: Electo fermento, ut á corde peruersæ mentis maliciæ corruptio tollatur: Oblitis sanguine liminibus domorum, ut figura dominicæ passionis fronte signetur: Igne assus, est enim Euangelium & sermo Christi robustus cibus: Nec in aqua madidus. Non est enim delicatæ interpretationis humido languore soluendus. Nihil prætermittitur, nihil enim in Christo omnino reprobatur. Ossa non conteruntur, quia nec comminui, id est uinci in quoquam Christus potest. Quicquid supersit, diuinis ignibus imponitur, id est quæ quis capere nõ potuit Christi diuinæ scientiæ remittit, eorum tantum quæ manifesta sunt pro uiribus epulatur inuentis. Nam & quòd stantes edunt, forma est ne quis cadat, aut ne quis in Euangelio ad necessitatem prosternatur, sed ingenuis animi robore contra persecutionũ prælia inuictus, idest, sublimis & erectus assistat. Nam quòd succinctis lumbis, Euangelicæ signum continentiæ est, dum locus seminum coërcetur & constringtur. Additis baculis, spiritu sancto quo quis innititur. Pedibus calciatis, id est lubrico erroris electo, dum prouectione ad fidem cœlestium quasi ferratis præsidijs in Euangelio cuncta sunt fixa, firmissima ueritate solidata. Stantes etiam, feruentes enim & sollertes in fide probantur, tepidi & negligentes respuuntur & euomuntur. Cum armis sumuntur: Christus enim cum armis simplicis animi pura simplicitate sumitur. Cum pigridijs siue lactucis agrestibus, etenim hoc Pascha in Iudæorum damnationem & acerbissimas amaritudines cesit. Non nisi circumcisis datur, purgatis enim solis & lauacro indulgentiæ cœlestis expiatis, præcipiendi Christi corporis sacrati cibi facultas porrigtur. Itaq; quæ figurata in Israëlitis fuerant, in nobis corroborata sunt: Et quæ in illis imagines, in nobis ipsæ sunt ueritates. Imitabantur illi facere Pascha, dum in similitudinibus exercerentur, solis discipulis Christi uerum Pascha facturis: Non hi qui pecudum pertractant corpùe iecurq;: Sed quorum emundat prudens præcordia uirtus. Excludens positam subter labem uitiorum, Remigio poterunt cœlum penetrare secundo, Aethera iam uacuum & lætis transcurrere pennis.

Quid est ut cum cõstet a Dauid usque ad transmigrationem Babylonis decem & septẽ esse generationes, Euãgelista quatuordecim dicat prętermisso Ochozia qui post Ioram est, & Ioas filio Ochozie, & Amasia filio Ioas Quæstio. LXXXV.

Nihil

NIhil Euangelistam quam sensum legis secutũ credibile uideri debet. Ideoq; non immerito hi ab Euangelista sublati sunt de numero cæterorum. Sic enim horum continuauit impietas, ut malignum eorum nullum interuallum haberet. A Ioram autem cœptum malignum sic perambulauit usq; ad Oziam filium Amasiæ, ut nullius lateris esset suffragium, quo experte merito patris aliquis horum remaneret in numero regum. Nam Ioram maligne agens merito Iosophat remissus in numero est. Illorum autem trium continuata malignitas in deum est. Salomon quoq; merito patris remissus in regno est: Et Roboam filius Salomonis maligne agens, merito Asa relictus est in numero regum. Illi autem tres in medio malorum concluſi sunt maligne agentes, ideo erasi sunt. Peius enim à perditione generis exemplum est, quando se iugiter malignitas pandit. Et ut proprie dicã, propterea quòd ex traduce eorum non est Ioseph, præterissi sunt: Ab Abraham enim horum generationem secutus est Euangelista, ex quibus originem trahit Ioseph, cui desponsata est Maria quæ genuit Christum.

Quæsti. 39 Quid est q̃ probet Mariam matrem domini ex tribu & semine esse Dauid. Quæstio. LXXXVI.

Luce. 1 IDonei testis proferemus sermonem. Dicit enim angelus ad Mariam inter cætera. Et dabit illi dominus deus sedem Dauid patris sui, & regnabit in Domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Quomodo diceretur ab idoneo teste, pater eius Dauid, si non esset Maria ex semine Dauid?

Quæsti. 40 Si unus est deus, cur in tribus spes salutis est, & non in duobus, aut quattuor, aut certe in ipso uno, & quare non est ab initio trinitas prædicata. Quæstio. LXXXVII.

NIhil pene nouum effectum est, sic enim trinitas prædicatur, ut unus deus credatur. Non ergo additum est aliquid, sed sacramentum dei unius reuelatum. Inter ipsa autem primordia manifestari nõ oportuit, quia prius prædicandum, & posita id quòd prædicatum est reuelandum, ut scias patrem esse, à quo cuncta sunt, filium uero dici, per quem sunt omina, spiritũ autem sanctũ appellari, per quem omina quæ à patre quidem, sed per filium sunt regenerantur ad fidem dei unius. Hi ergo tres sunt quidem, sed una diuinitas. Ratio igitur facit ut tres sint, nõ plures aut infra. Omnis enim numerus usque ad nouem peruenit, quia tres dum inuicem in se sunt, faciunt numero nouem, quia in uno tres sunt, & tres sunt unũ. Qui enim uidet unum, uidet tres, dum nihil differt alter ab altero. Tres ergo unum, & ter tres unum. Hæc enim in nono numero perfectio est, quantum ad numerum pertinet, quia de uno sunt omina. Addito enim uno ex quo uel in quo tres qui numerantur nouem, fiunt decem uel uigni. Semper tamen usque ad nouem uenitur & unus additur, quia nouem unum sunt, ut plena perfectio sit unitatis.

Quæsti. 41 Si Maior gratia & manifestatior intelligentia in nouo est quam in uetere testamento, quare Esaias prophera sedẽtem in Throno maiestatis uidit deum Sabaoth, qui est Christus, iuxta interpretationem Iohannis Euangelistę. Dixit enim inter cætera: Hęc locutus est Esaias quando uidit maiestatẽ eius, & locutus est de eo. In nouo autem Stephanus primus martyr stantem se uidisse dicit Iesum a dextris dei.

Esaie. 6

Ioh. 12

Actu. 7

Quid est istud ut hic subiectus uideatur post triumphos, et illic quasi dominus antequam uinceret? Quæstio. LXXXVIII.

PRout causa erat, fecisse ita & dominus se ostendit. Prophetæ enim uisus est quasi rex corripiens plebem, & hoc sese ostendit quòd erat, hoc est sedentem: In pace enim erat causa diuinitatis eius. Stephano autem ut stans appareret, fecit calumnia Iudæorum. In Stephano autem saluatoris causa uim patiebatur: Ideo sedente Iudice deo, stans apparuit, quasi qui causam diceret, & quia bona causa eius est, ad dexteram iudicis erat: Omnis enim qui causam dicit, sic necesse est.

Quæsti. 42 Quomodo accipiendum est q̃ saluator inter cætera dicit de spiritu sancto, quod ueniens inquit ille arguet mundum de peccato, & de iustitia, & de iudicio. De peccato quidem, quia non crediderunt in me. De iustitia uero, quia eo ad patrem, et iam non uidebitis me. De iudicio autem, quia princeps huius mundi iudicatus est. Quæstio. LXXXIX.

Ioan. 16

CAusam quidem uidetur dixisse arguendi mundi sed indiget explanatione. Cum saluatori non crederent Iudæi neq; mundanæ potestates, quia nõ solum hominibus se manifestari uoluit, sed & principibus & potestatibus in cœlestibus, sicut docet Apostolus in Epistola ad Ephesios, post passionem suam uera se locutum spiritũ sanctum probaturum ostendit: Et hoc est arguere mundum, ostendere illi uera esse quæ credere noluit. Credere enim noluit à deo uenisse saluatorem. Saluator autem seruata iustitia non trepidauit reuerti ad eum qui se miserat, & per id quod regressus est probauit se inde uenisse. Quia uemo inquit ascendit ad deum, nisi qui descendit à deo. Videntes ergo potestates ascendere eum, cõfusæ sunt, uidentes uerum esse quòd uelut falsum spreuerant. Itaq; ista iustitia arguit eos, qua iustum probatum est, quia regressus est unde uenerat. Sic autem arguit eos de peccato, quòd non solum credere ei noluerunt, sed & occiderunt eum, De iudicio uero sic eos corripuit, dum ostendit principem mundi reum factum & cõprehensum

Ephe. 3

Ioan. 3

hensum ab eo, cuius fidei non cõmunicarunt. Videntes enim animas de inferis ire in cœlos, cognouerunt ad iudicatũ esse principẽ huius mundi, ut reus factus in caussa saluatoris quæ tenebat iure amitteret. Hæc quidem ascendente saluatore uisa sunt, sed superueniente in discipulos, spiritu sancto, palam aperteq; manifestata sunt. Vera enim correptio tunc fuit, quando post passionem resurrectionemq; ad testimonium saluatoris, publice á perfidis uidebantur resurgentes mortui, claudi currentes, leprosi mundati, paralytici confirmati, cœci aspicere, surdi audire, muti eloqui, dæmonici purgati, infirmi recuperata sanitate gratias agere. Hoc modo spiritus sanctus arguit mundum, quia in nomine saluatoris, qui reprobatus est á mundo ominum curationum uirtutes operatus est,

Iohan. 8

Si diabolus ipse est sathanas, quid est ut inter cætera dicat saluator: Vos de patre diabolo estis, & concupiscentias patris uestri uultis facere, ille homicida fuit ab initio, & in ueritate non stetit, quia ueritas non est in eo. Cum loquitur mendacium, ex suis proprijs loquitur, quia mendax est sicut & pater eius.

Quæstio. XC.

Diabolus non speciale nomen est, sed commune. In quocunq; enim opera diaboli fuerint inuenta, sine dubio diabolus appellandus est. Operis enim nomen est, non naturæ. Itaq; hoc in loco patrem Iudæorum Cain significat, cuius imitatores uolentes esse Iudæi saluatorem peremerunt: Hinc dicit eum, quia se parricidio maculauit, et reum fecit mortis, in ueritate non stetisse, ab ipsa autem forma data est fratricidij. Ipsum ipsum dicit, cum loquitur mendacium de suis proprijs loqui, ut ostenderet unumquemque non nisi propria uoluntate peccare: Sed quia imitator diaboli est, adiecit: Mendax est sicut & pater eius. Hic enim ut primum

Genes. 4

hominem morte condemnaret, simulauit se nescisse quid præceptum fuisset ei á deo. Sic & Cain interrogatus, finxit se nescire ubi esset frater suus Abel quem occiderat. Hoc ergo in loco diabolum Cain esse dixit, patrem autem eius diabolum, cuius opera secutus est. Diaboli enim filius diabolus est: Sed diabolus ille qui est sathanas, patrem in malicia sua nullum habet. Ipse enim sibi in malo auctor est: Prior enim ipse peccauit, ac per hoc quicunq; imitati illum fuerint, filij eius dicentur, & ille pater eorum. Etenim nos in fide Abraham patrem habemus, quia prior ipse credidit deo, ac per hoc nomine eius censemur: Fideles enim dicimur sicut & ille,

Querendum quomodo contradicendum sit argumentis Fotini, scilicet Christum ante Mariã esse probando.

Quæstio. XCI.

A Iohanne prius quæramus baptistaquem ipse saluator testem suum esse professus est. Ait enim inter cætera de domino: Qui desursum uenit, super omnes Iohan. 5
est, qui autẽ de terra est, de terra loquitur, qui uero de cœlo uenit, quod uidit & audiuit, testificatur, & testimonium eius nemo accipit. Ecce Iohannes omnes secum pariter ad comparationẽ domini terrestres appellauit, quia illum de cœlis testatur uenisse, cæteros uero omnes de terra esse, hoc est de inferioribus. Et ipse dominus inter cæ-
tera eadem loquitur dicens, non enim descendi de cœlo ut Iohan. 7
facerem uoluntatem meam, sed uoluntatem eius qui misit me patris. Et iterum dominus inter alia hoc sensu loqui- Iohan. 16
tur dicens, & nunc dico uobis, quia ego rogabo patrem. Ipse enim pater diligit uos, quia uos me diligitis, & creditis quia à deo exiui. Exiui enim á patre, & ueni in hũc mundum, iterum relinquo mundum, et uado ad patrem. Videntes discipuli manifeste illum locutum esse, dicunt ei, ecce nunc palam loqueris, & prouerbium nullum dicis, Nunc scimus quoniam scis omnia, & non opus tibi est ut quis te interroget. In hoc credimus quoniã á deo existi. Hæc interpretatione non indigent, quippe cum ista summa sit religionis nostræ, ut Christum ante carnem in cœlis cum deo fuisse credamus, ut filium apud patrem, nam si propter iustam conuersationem & cœlestem doctrinam de cœlo & á deo se dixit exisse & uenisse in mundum, eadẽ deberent dicere de se omnes Prophetæ et Apostoli Et quia dixit, iterum relinquo mundum, & uado ad patrem, hoc forte dicatur significasse, quia doctrina quæ uenerat á deo, relicto mundo ad deum est regressa. Aliud enim quod dicant uon habent. Si enim de cœlo uenisse, & á deo exisse, & uenisse in hunc mundum, ad uirtutis & doctrinæ pertinet causam, non ad saluatoris personã, Cum dicit, iterum relinquo mundum, et uado ad patrem. Illo utiq; redit unde uenerat, sed uidimus post absessum domini, & uirtutem fuisse in mundo et doctrinam. Vides ergo non de uirtute dictum esse á domino & doctrina, sed specialiter de se dominum locutum. Quod si uirtutis quæ in Christo operata est, dicis esse uerba, hæcipsa uirtus deum patrem suum appellat. Ecce incurris quod times, quia si uirtus dei filius dei est, ipsa utiq; uirtus dei est, de qua dicit Apostolus Christum dei uirtutem & dei sapientiam, hæc exiuit à deo, et iterũ ad eum regressa est. Itaq; hæcipsa uirtus quæ Christus est, in spiritu dei 1. Corin. 1
dæmonia se testatur eijcere, qui spiritus per Apostolos o- Math. 12
peratus est, ut scias spiritum sanctum per quem dominus operatus est, post absessum domini hic in mundo in Apostolos operatum, ut plenius appareat dominum de sua persona locutum, quia relicto mundo regressus est ad deum. Aut si putas uirtutem hanc non esse Christum, duæ erunt uirtutes, & duo filij dei, & ubi est illud quod legi- Iohan. 1
tur: Vnigenitus filius dei qui est, in sinu patris? Et Iohan. 3
iterum: Sic enim inquit dilexit deus mundum hunc, ut filium suum unicum daret pro eo. Animaduertis iam

dei quæ operata est in mundum, ipsam unam esse quæ & dei uirtus dicatur & filius: Et uideamus quid crediderint, aut cui Apostoli audientes á domino, ecce iterum relinquo mundum, & uado ad patrem, responderunt ei: Ecce nunc palam loqueris, & prouerbium
Iohan. 16 nullum dicis: Nunc scimus quia nosti omina, & non opus est tibi ut quis te interroget. In hoc credimus, quoniam á deo existi. Nunc uideamus si de uirtutibus am bigerent discipuli, utrum á deo exisset, cum uidissent
Iohan. 11 Lazarum iam fœtidum quarta die resuscitatum: Cœco á
Iohan. 9 natiuitate oculos reformatos: Tactu fimbriæ mulierem
Marth. 9 Iohan. 2 á profluuio liberatam: Aquæ naturam mutatam in uinum. Aut de persona domini nemo plane dubitauit uel de uirtutibus. Quippe cum dicerent illum, alij esse Heliam, alij Hieremiam, aut unum ex prophetis. Nam
Math. 16 cum lapidare uellent illum Iudæi, respondit eis Iesus, multa opera bona ostendi uobis á patre meo, propter quod
Iohan. 10 eorum opus lapidatis me. Dixerunt ei Iudæi, nos de bono opere non te lapidamus, sed propter blasphemiam, et qui a cum sis homo facis te deum. Si ergo Iudæi quód dei opera essent non ambigebant, Apostoli ambigebant? Quoniam ergo omnis dubitatio de saluatoris persona erat, res enim inaudita, & quæ in sensum humanum non obruerat, stuporem hominibus faciebat, cum audiebant dicentem illum se à deo exisse, & proprium sibi patrem esse deum. Idcirco discipuli satis sibi esse factum confitentes, manifestatione uerborum domini dixerunt ad eum: Nunc scimus quoniam nosti omnia, & non est opus ut quis te interroget. In hoc credimus, quoniam á deo existi. Si enim non uere à deo exiuit, fides Apostolorum existimatur, sed non potest, quia á saluatore probata est. Respõdit enim eis: Modo creditis ideſt tanta signa uidentes nõ credebatis. Itaque probatum est Apostolis Christum à deo exisse & uenisse, ut per hanc exitionem filium istum dei credere non esset ambiguum. Si enim nemo uidit deum nisi qui est á deo, hoc uidit deum, & si nemo nouit patrem nisi filius, hoc est uere apud deum patrem fuisse, & ab eo exisse & uenisse: Nemo enim alius poterat
Iohan. 1 á deo exire, nisi hic qui in principio erat apud deum, quia nec quisquam alius sciebat aut uiderat deum. Ideo non incredibile uobis est, uerum filium hunc dei credere. Sicut dicit Iohannes in Epistola prima: Et sumus inquit in uno filio eius Iesu Christo, hic est uerus deus &
Roma. 8 Iohan. 5 uita æterna. Et Apostolus: Qui proprio inquit filio non pepercit. Et Euangelista: Qui proprium ait sibi patrem dicebat deum. Si uerus ergo filius dei est Christus, quomodo homo tamen est? Verus enim non diceretur, nisi proprie ab eo esset genitus. Aut si dicat Fotinus: Quare uerus filius dei creditur si non est uerus? Aut quid opus erat hunc credere filium dei, si unus esset de cæteris sanctis, qui filij dei digni sunt appellari? Aut nunquid aliqua indignitas in hoc est, per quem filius dei sicut cæteri sunt, credi non posset? Et idcirco dicitur ut hic de quo incredulum uidetur, creditur filius esse dei. Si enim potior cæteris est, quid opus est ut dicatur, crede Christum filium dei esse si unus esset de cæteris, nisi quia ut aliter de hoc credatur? Vnde & unicus dicitur, quód non præcipitur de cæteris, ut quia multi sunt qui filij dei sanctitatis causa appellantur, hic solus uerus filius dei credatur, unde & unicus dicitur. Nam quis sanctorum ausus fuerit filium dei se dicere, non dicam & unicum, nisi saluator conscius natiDeute. 6 uitatis suæ á deo profectæ? Quomodo autem pateretur se adorari, si nesciret se de deo, cum scriptum sit: Dominum deum tuum adorabis, & ipsi soli seruies? Quippe cum Iohannem angelus corripuit, eo quód adoApoc. 22 rare se uellet dicens ei: Ne fœceris, quia conseruus tuRoma. 14 us sum, deum adora. Et cum soli deo seruiendum scriptura testetur, Apostolus tamen, qui seruit inquit Christo, placet deo. Quare? Quia unum sunt deus & Christus, pater & filius. Apostolus se Christi seruum fa-Gala. 1. tetur, & dicit Corinthijs: Nolite fieri serui hominum. Et ad Galathas: Paulus Apostolus, non ab hominibus, neque per hominem, sed per Iesum Christum & deum patrem, qui suscitauit eum á mortuis, ostendit aperte Christum deum esse & hominem, ut apostolatum suum non ab homine, sed á Christo, iuxta quód deus est, & á patre deo esse demonstraret. Denique in subiectis ait: Neque enim ego ab homine accepi illud, neque didici, sed per reuelationem Iesu Christi. Quid tam apertum? Dei enim doctrinam non per hominem dicit se esse assecutum, sed ab ipso deo doctum: Nam nos dei doctrinam per homines accepimus, uas autem electionis nihil se probat ab Apostolis assecutum, hoc est ab hominibus: Nam si quia dei doctrina est, ideo non p hominem discitur, quam laudem suam testatur Apostolus, si sic didicit sicut cæteri Apostoli? Vt quid dicitur: Neque ego ab homine accepi illud, neque edoctus sum, sed per reuelationem Iesu Christi? Quis ambigat hoc loco Christum deum significatum? Sed quid mirum? Cum inter cætera di-Roma. 9. cat ad Romanos: Quorum patres, ex quibus Christus secundum carnem, qui est super omnia deus, benedictus in sæcula. Quid est, & ex quibus Christus secundum carnem? Non enim hoc diceret, nisi esset & secundum deum, & secundum carnem ex patribus, secundum diuinitatem uero ex deo Christus sit super omnia deus. Sed forte ad patris personam pertinere dicatur, sed hoc loco nulla est paterni nominis mentio: Ideoque si de Christo dictum negatur, persona cui competat detur. Quare autem Christo non competat, cuius nomini cœlestia, terPhilipp. 2 restria & inferna genu flectunt, hoc est super omnia esse deum? Præter hæc enim alia nulla sunt. Dicat nunc Fotinus, si hæc homini genu flectunt, aut si deus potentias illas cœlestes & sanctos angelos ut hominem adorent, decreuit: Sed absit, quia deus nihil stultum decreuit, maxime cum non liceat nisi deum adorari, quanto magis

in cœlut.

in cœlis. Rex enim adoratur in terris quasi uicarius dei: Christus autem post hanc uicariam, impleta dispensatione
Iohan. 1 adoratur in cœlis & in terra. Legimus namq; quia uerbum caro factum est, hoc est ministro spiritu sancto incarnatum esse ex Maria, hoc uerbum in principio apud deum fuisse, & deum esse, hoc quoque filium dei appellari: Quomodo ergo non ante Mariam est quòd in principio erat, & deus erat? Etiam si obcœcatus deum hic esse neges, uerbum tamen non negas, neque ignoras hoc uerbum filium dei appellari, & hoc apud deum fuisse in principio. Qua ergo ratione post Mariam dicis esse quòd in principio legis fuisse? In Apocalypsi
Apoca. 19 enim legimus de Christo: Et nomen eius est, uerbum dei. Quòd uerbum multas habet interpretationes: Nam nihil de deo est quòd non deus dicatur, sed propter auctoritatem unius dei, quód de ipso natum est uerbum appellauit, ut hac ratione ducti qua scimus uerba nostra non nisi ex nobis esse, Christum de deo esse crederemus. Nec aliter quidem oportuit dici ut de ipso esse crederemus, & non extra eum crederetur: Nam & simili modo & uirtus & sapientia dei uocatur, ut eadem ratione de ipso intelligatur. Si enim dixisset, deus & deus, non illum de se esse significauerat, sed duos fœcerat deos, quòd unitati aduersum est. Hæc ratio in diuinis libris est, ut significatus deus Christus, modum excedat dei unius. Quòd autem illud tutum stultum est Fotine, quòd sic distinguis in capite Euangelij Iohannis, ne uer-
Iohan. 1 bum deus dicatur. Sic enim legis: In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum & deus erat. uerbum hoc in principio erat apud deum. Quid sibi uult hæc distinctio? Quem indicat sensum? Quam significat pietatis rationem, nisi solam aduersus dei filium inimicitiam? Quæ enim significatio est pronuciantis, & uerbum erat apud deum & deus erat? Hæc ergo legis uestræ sapientiá est ut doceat, quia est deus? Quæ lingua est, & quæ gens, quæ terra, quæ secta, quæ negat deum esse? Et ut quid insinuet dicit: Et uerbum erat apud deum. Aut uerbum hoc quid uult intelligi, nisi rationem eius ostendat? Non enim propter deum Euangelium legitur siue scribitur, de quo nemo dubitat, sed propter uerbum de quo quæstiones fiunt. Mysterium enim dei est, quòd ideo creditur, quia non est omnibus manifestum, ideoque scriptura contendit docere quid sit uerbum dicens: Et uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, hoc erat in principio apud deum. Istud & rationi conuenit, & pronunciatio integra est. Ostendit enim quia uerbum hoc quód in principio apud deum erat, & deus erat, ut in Sacramento mysterij æterni dei, quòd ignotum erat á seculis & generationibus, deus uerbum apud deum patrem fuisse credatur. Et quia carnalibus in dubium uenit, qui uolunt scripturam pro sensus sui loqui capacitate, fides posita est, quæ sensum scripturæ secuta premium mereatur. Salomoni cum sapientiam à deo postulasset, responsum á domino est:
3. Reg. 3 Ecce dedi tibi inquit cor sapiens & prudens, quale non fuit ante te & post te non exurget uir similis tibi. Quid dicemus, uerum est quód promisit deus? Immo uerum est. Nemo ergo hominum similis erat Salomoni. Et quid uidebitur de Christo, qui inter cætera:
Matth. 12 Regina inquit austri uenit ab ultimis terræ audire sapientiam Salomonis? Ecce plus Salomone hic. Nunc elige cui credas Fotine, deo an Christo, patri, an filio? Si patri credis, arguis filium. si filio credis, accusas patrem. Si enim homo tantũ est Christus, frustra se præposuit Salomoni contra promissum dei. Si autem intelligitur esse & deus, digne se anteposuit Salomoni, & promissum incontaminatum est dei, quia non exurrexit homo similis Salomoni. Christus enim idcirco se potiorem ostendit, quia deus est. O dementia Fotini, quia Christum ante Mariam fateri non uult, quem uoce sua audit testantem quód ante Abraham sit. Cum enim de tempore agerent cum eo Iudæi dicentes: Quinquaginta annos nondum habes, & ABRAHAM uidisti? Respondit eis: AMEN dico uobis, antequam Abraham fieret ego sum: Non dixit, melior sum, sed ad interrogata respondit, quia ante erat quam putabant Iudæi. Maledictum plane legis Fotinus euadere non potest, quia spem suam habet in Christo, quem tamen hominem dicit, cum legat:
Hiere. 17 Maledictus homo qui spem habet in homine. Apostolus autem sciens Christum deum, & ideo in præsenti & in futuro spem esse in eo ait:
1. Corin. 15 Si in hac tamen uita inquit sperantes sumus in Christo, miserabiliores sumus omnibus hominibus. Non ergo homo tantũ est in quo spem habere docemur, quia uana spes in homine. Hæc diximus pauca de multis: Sufficeret enim si bonæ mentis esset fotino, hoc solum quòd postremum posuimus.

Quomodo intelligatur quod dicit saluator: Pacem do uobis, pacem meam relinquo uobis: Non sicut hic mundus dat ego do uobis. Quæstio. XCII.

QVi pacem suscipit saluatoris, inimicitiam contrahet mundi. Nisi enim discordauerit cum Diabolo, pacem non habebit cum Christo.
Math. 6 Nemo enim potest duobus dominis seruire. Hic ergo á mundo discordat, qui legi dei fideliter seruit, Christi pace munitus, ominum aduersariorum comprimit tela. Quis enim audeat aduersus eum quem scit regis amicum? Aliter tamen mundus pacem dat quam se saluator dare promisit. Mundus enim aut metu dat pacem aut prece: Saluator uero cum sit fortissimus omnium, nullum utique metuens, non rogatus dat pacem. Saluatoris ergo hæc pax est, quæ idcirco datur, ut munimentum sit contra hostes, Pax quidem uno nomine appellatur, sed longo interuallo discernitur, dei & mundi. Hæc enim

fraglis est, illa fortis, hæc carnea, illa spiritalis, hæc terrena illa cœlestis, hæc de necessitate, illa de uoluntate. Christus enim nullius egens, pacem offert inualidis & infirmis, dominus seruis, bonus malis, deus hominibus.

Iohan. 14 Recte ergo ait: Non sicut hic mundus dat, ego do uobis, hoc enim dicens, intelligi uoluit clementiam bonæ uoluntatis suæ. Cum enim omnis idcirco det pacem ut proficiat sibi, hic, ideſt saluator, ad hoc dat, ut prosit non sibi, sed eis quibus dat. Aliter ergo mundus dat pacem quam dedit saluator: Et mundi pax non docet bonam uitam, non suadet ad patientiam, non prouocat ad iustitiam, non hortatur ad misericordiam, non promittit æternam uitam. Quicunq; enim acceperit pacem Christi, alienus erit à uitijs huius mundi, quæ militant aduersus animam.

Quærendū an spirītū sanctum habuerint Apostoli tempore illo cum fuerint in terra cum domino. Quæstio. XCIII.

Iohan. 7 QVia inter multa dicit Euangelista: Spiritus nondum erat datus, quia Iesus nondum fuerat glorificatus. Et in alio loco: Si diligitis me ait, præcepta mea seruate, & ego rogabo patrem, &

Iohan. 14 alium paracletum dabit uobis, ut uobiscum sit in æternum, spiritum ueritatis, quem mundus non potest accipere, quia non uidit nec cognoscit eum, uos uidetis eum & cognoscitis, quia apud uos manet, & uobiscum est. Quid est hoc, negat datum spiritum ante passionem, rogaturum autem se promittit patrem ut mittat eum? Item subiecit, quia cum ipsis erat, & manebat apud eos. Legitur post resurrectionem autem insufflasse & dixisse eis: Accipite spiritū sanctum. In pentecoste autem descendisse legitur spiritussanctus in Apostolos. Tantas uideo in hac causa perturbationes, ut quid tenendum sit nesciam. In

Iohan. 20 his omnibus quæ proposita sunt non una est causa. Breuiter enim singularum causarum significatæ sunt formæ, quia unus quidem est spiritus, sed dona habet multa. Cum ergo legitur, spiritussanctus, intelligi debet & eius officium in quo sit significatus: Nam & cum in eis erat et uenturus erat, non est falsum: Sed si non istud ad personam trahas, sed ad naturam: Alterum enim uenturum à patre promisit Christus, ut quia indifferens est eorum diuinitas, in præsentia Christi non putetur absens spiritussanctus, & in aduentu & in apparentia spiritus sanctus præsens estimentur Christus: Ideo cum uenturum eum promittat, dicit: Vos uidetis eum, quia apud

Iohan. 14 uos manet & uobiscum est: Vt securi essent Apostoli, quia post ascensionem domini non minorem aut degenerem ad tuitionem habituri essent pastorem aut regem: Nam non est dubium non datum esse credentibus spiritū, nisi sicut Euangelista testatur, post quam deuicta morte resurgens clarificatus est dominus. Ipsius enim triumphantis domini uerba sunt & dicentis: Quia Iohannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini spiritu sancto, quem & accepturi estis non post multos hos dies, hoc tempore quo ascendere ad patrem disposuit interfatus uidetur. Illud autem quòd insufflasse in discipulos dominus legitur post dies paucos, resurrectionis suæ & dixisse: Accipite spiritū sanctum, ecclesiastica potestas collata intelligitur esse. Quia enim omnia in tra- Iohan. 20
ditione dominica per spiritu sanctum aguntur, idcirco cum regula eis & forma traditur huius disciplinæ, dicit eis: Accipite spiritum sanctum. Et quia uere ad ius Ecclesiasticum pertinet, statim subiecit dicens Cuius tenueritis peccata, tenebuntur, & cuius remiseritis, remittentur ei. Inspiratio ergo hæc gratia quædam est quæ per traditionem infunditur ordinatis, per quam commendatiores habeantur. Vnde Apostolus dicit ad Timotheum: 1. Thimo. 4
Noli inquit negligere gratiam quæ est in te, quia data est tibi per impositionem manuum presbyterij. Semel ergo fieri oportuit, ut de cætero traditio ista non sine dono spiritussancti esse crederetur. Sicut enim in saluatore forma data est uisibiliter, ut post baptismum spiritussanctus credentibus de cætero inuisibiliter dari non ambigeretur: Ita & in supradicta causa forma data est in principio, ut ex eo traditioni ecclesiasticæ spiritussanctus infusus credatur. Vt autem Apostoli præsente domino uirtutes facerent, potestas data est sicut & prius prophetis. Trium ergo officiorum formæ doni spiritussancti in Apostolis sunt ostensæ: Quarum prima est hæc quæ ad ius ecclesiasticum pertinet in regenerandis uel cæteris officijs. Secunda quæ in pentecoste data est, quæ est generalis: Nō solū enim in Apostolos, uerunetiam in omnes decidit spiritussanctus credētes. Tertia forma est, q̄ solis Apostoles cōcessa est in signis ac uirtutibus faciendis, usquedum fidei semina iacerentur ad crementm. Semina enim fidei sunt uirtutes per Apostolos factæ: Ipsi enim antistites positi sunt huius ueritatis, qui per signa & prodigia non irrationabilem esse fidem nostram testarentur. Nulla enim probatio maior est ueritatis quā uirtus. Hæc est enim quæ omnem terrenam Philosophiā accusat quia super solis uerbis studuit, non habens testimonium uirtutis quæ stabile esse q̄ uerbis astructum erat, demonstraret. Igitur spiritussanctus generaliter semel datur omnibus credentibus, per quem filij dei esse probentur dū manet in eis. In signis uero & prodigijs faciendis non manet in homine, sed uocatus aduenit aut suggerit necessaria & recedit. Similiter & in traditione uel ordinatione de foris gratiam præstat, tuitionem etiam deferens deuotis fidei.

Quærendū est, si Iudas Scariothes prodītor domini, ante passionem saluatoris laqueo uitam finiuit. Quæstio. XCIIII.

TRadito saluatore & illucescente parasceue, omnes principes sacerdotum & scribæ & seniores conueuerunt

uenerunt in domum Caiphæ pontificis, quo perducendum sciebant esse Iesum, ut audirent eum. Hoc Matheus & Marcus Euangelistæ testantur, & nullum ex his ante perfectum impiũ opus á domo præsidis abscessisse: Quippe cũ omnis instantia eorũ & deuotio ad agendum Pascha mors esset saluatoris. Occupatis ergo eis ad necem domini, á mane usq; ad horam nonam, quomodo Iudas eis retulisset precium sanguinis q, acceperat ante crucem domini probatur, & dixisse illis in templo: Peccaui, q, tradiderim sanguinem iustum, cum constet utiq; omnes principes & seniores ante paßionem domini non fuisse in templo. Quippe cum etiam in cruce posito insultarent ei. Non enim inde potest probari, quia ante paßionem relatum est, cum sine multa quæ cũ ante facta probentur, nouißima ordinantur. Et iterũ quando locus admittit, ut quòd post factum est ante ponatur: Nam manifestum est utiq; quinquagesimum Psalmũ anteriorem esse quam tertiũ. Sic ergo aliquando euenit ut anticipentur quæ posteriora sunt. Vnde & Maria quæ post resurrectionem fratris sui Lazari ante sex dies Paschæ in cœna unguento pedes domini unxisse probetur, propter significationem eius anticipatum est ab Euangelista dicente inter cætera: Maria autem erat inquit, quæ unxit dominum ungento, Hoc refert antequam Lazarus moreretur, quòd nisi postea factum inueniremus, nesciremus quo tempore factum esset. Sed ne forte post nonam horam factum sit, ut uidens impius & crudelißimus Iudas occisum saluatorem, & ob hoc uelum templi scißum, terram tremuisse, saxa fissa, elementa conterrita, ipso metu correptus, doluerit, non nescius iustum se tradidisse, in cuius paßione sic indignatus sit iudex deus. Sed & post nonam horam occupati erant, sicut æstimo, seniores & principes sacerdotum: Vespere enim eadem die Pascha acturi erant, Sabbato autem nummos portare non licebat secundum legem, ac per hoc improbabile est apud me, quo die, immo quo tempore laqueo uitam finierit Iudas Scariothes.

Iohan. 27

Math. 27

Vnde orta sit obseruatio pentecostes uel qua ratione. Quæstio. XCV.

NOn est ambiguum cuncta religionis nostræ uero testimonio roborari, & legis ueteris prærogatiua signari. Omina enim præterita legis ueteris in figúra fidei nostræ futuræ gesta & designata noscuntur, ut uerum nos tenere non ambigeremus, quando ea quæ nunc & audimus & credimus ante sæcula prædestinata uidemus, non solum uocibus, uerumetiam signorum uirtutibus commendata. Sed nunc illud est, si eodem modo ut designata sunt à nobis intelligantur, ut dies pentecostes, unde & qua ratione tractus sit congrue dinoscamus. Scripturæ enim dominicæ sensus suos sollicitis & deuotis aperiunt, negligentibus claudunt. Nec enim par erat ut res quæ meritis ac dignis reseruatæ sunt, paßim ab omnibus uiderentur. Pentecoste, ergo qui quinquagesimus à Paschæ cõputatur dies, hanc habet rationem, ut sicut post hebdomadam dominicus dies primus est, in quo adimpletum est Paschæ mysterium in redemptionem salutis humanæ, quia semper post curricula dierum septem, ad primum reuerti necesse est, ut ostendatur ætatem mundi septenario numero consummari: Ita & post hebdomadas septem, primus dies est pentecoste. Deniq; nunquam alio die quam die dominico pentecoste est, ut totum quod ad salutem humanam pertinet, dominico die & inchoatum & adimpletum noscatur. Dominico enim die factus est mundus, & post lapsum rursus dominico die reformatus, cuius reformationis figura data est primum in circumcisione, in qua futuræ fidei signum fuit. Post hebdomadam enim, qui octauus dictus est, primus est in mysterio. Hæc est enim dies quam fœcit dominus. Vnum enim diem fœcit, ex quo cæteri curricula sortirentur: Ac per hoc ipso die resurrexit quem fœcit, & secundum numerum supradictæ rationis, ipso die & in monte Sina legem dedit per famulũ suum Moysen, ut sicut agnus figura paßionis domini fuit in Sacramentũ Paschæ, ita et legislatio Euangelicæ prædicationis, quia eodem die, idest, pentecostes lex data est, quo & spiritussanctus decidit in discipulos, ut auctoritatem caperent, ac scirent Euangelicum ius prædicare. Quòd factum duplici testimonio confirmatur, quia & prædestinatum ostenditur, & manifesta spiritussancti infusione diuinum & supercœleste probatur ad legis nostræ testimonium perhibendum. Cum enim incognitis sibi imperiti diuersis linguis magnalia dei loquuntur, diuinitus se inspiratos ostendunt. Filijs ergo Israël tertio die mensis tertij data est lex per Moysen, sicut in libro Exodi cõtinetur, qui dies à quarta decima mensis primi, quo die factum est Pascha in Aegypto, quinquagesimus est, hoc est pentecoste. Vnde factum est, ut ad legem fidei prædicandam in pentecoste spiritussanctus descenderet in Apostolos, ut gesta ueterum futurorum imagines haberentur ad securitatem fidei nostræ, quia falsum uideri non potest quòd ab initio prædicatum est. Ideo remißionis & reformationis tempus in quinquagesimo psalmo describitur, ut eadem prouidentia quinquagesimæ diei quæ & primi est sciretur. Hinc factum est ut & manna primo die, qui est dominicus, è cœlo daretur populo Iudæorum, quòd ita esse sex dierum cõtinuatio probat quibus collegerent, et septimo die, idest, Sabbato quieuerunt. Manna autem typus est escæ spiritalis, quæ resurrectionis domini ueritas facta est in Eucharistiæ mysterio. Omnia itaque gesta sunt, ut ad causam primæ resurrectionis incolumia reuertantur, & non glorietur sathanas, sed hebescat, qui hominem falsa spe deiecit, ne in hoc maneret quòd factum est per Christum dominum. Nunc superest ut probemus, si ita intelligenda sunt quæ diximus, ut supra memorauimus. Mensis primus quo Pascha quartadecima die celebratum est in Aegypto, hæc dies quarta feria fuit: Vnde & lex quarta feria data est. Quòd hinc datur intelligi, quia quintodecimo die mensis secundi pro-

Pentecoste cur sit dominico die.

Exod. 19

Actis. 2

Psal. 50

Exod. 16

Exod. 19

di profectionis filiorum Israël Sabbatum uidetur fuisse,
Exo. 16 idcirco nõ in die grex illis missus est coturnicum, sed uespere. Mane autem Manna pluit de cœlo, id est die dominico, qui primus post Hebdomadam in repetione inuenitur. Deniq; sex diebus continuis Manna collegerunt, septimo autem die qui est Sabbatum quieuerunt. Ab hoc ergo die usq; ad tertij mensis diem tertium quo lex data est. quære, & inuenies quartam feriam fuisse quando lex data est. Sunt enim á quintodecimo die mensis secundi, quãdo Sabbatum fuit, usq; ad tertium diem mensis tertij quo lex data est, dies decem & nouem. Tene ergo hos decem & nouem, & redi supra quintumdecimum diem secundi mensis quo Sabbatum fuit, qui á primo cõputatur quartusdecimus, & perueni usq; ad diem primum secundi mẽsis, & habebis alios quattuordecim, quos superiungę ad decem & nouem supermemoratos, & inuenies primum diem mensis secundi Sabbatum fuisse. Superadde adhuc ad caput primi mensis dies septem & decem, quia primi mensis tredecim dies retrahendi sunt, qui ante Pascha fuerunt: Quartadecima enim die primi mensis Pascha factum est. Retractis ergo tredecim, & additis septem & decem, inuenies quartadecimi mensis primi quartam feriam fuisse. Et ne legendi fastidium patiaris, aut quæstionis singula membra inspicere, curiosę dõ compendium, ut & de numero dierũ quot á Pascha usq; ad datam legem sunt certus sis, & ab ipso facilius discas, quota feria factum est Pascha. Tertio die post secundũ mensem lex data est. Sunt ergo menses duo & dies tres. Retrahe ergo de his tredecim dies qui ante Pascha fuerunt, & reliqui erunt dies quinquaginta. Quoniam aũt quarta feria data est lex, hinc facile uidetur, Manna prima feria datum est quia continuis sex diebus collegerunt, quæ prima feria sextodecimo die fuit mensis secundi. Ab hac itaq; prima feria usq; ad octauũdecimũ diem quo lex data est, quartam feriam inuenies: A feria uero quarta, siue ante, siue retro computes in quinquagesimũ diem, quarta feria est: Idciro quia quarta feria Pascha egerunt in Aegypto Iudæi, & quarta feria legem acceperunt: Quinta autem feria profecti sunt de Aegypto. Igtur dedicatio legis est pentecoste.

Quęrendum si Pascha transitus interpretetur sicut grecis uidetur. Quæstio. XCVI.

AN Apostolus falli non potuit qui ait: Pascha nostrum immolatus est Christus? Quòd non sutum utique sed legis est uerbum, dicente Moyse: Et erit
1. Cori. 5 cum dicetis uobis filij uestri, quæ est deseruitio hæc?
Exod. 12 Et dicetis: Immolatio hæc Pascha domini est. Quid amplius est necessarium ad testimonium? Lex loquitur, Apostolus probat, hoc superest ut contradictor abijciatur ut peruicax. Manifestum est enim transitum post Pascha fuisse. De sanguine enim immolati agni super postes ostij, & super limen posuerunt, ut transiens nocte angelus, non percuteret domum in qua signum sanguinis esset. Sanguis igtur salutem præstitit, non transitus, quia ut transitus non noceret, obstitit sanguis.

Qua ratione responderi possit Arrij impietati similiter ex lege. Quæstio. XCVII.

SI rationi fides commodetur, ipsa nominum ratio patris & filij ostenderet unitatem. Si quæris quomodo? Non enim uerus dei filius diceretur, nisi extitisset de substantia dei patris: Nec enim pateretur ueritas & iusticia dei uerum dicere filium si de ipso non esset. Non est enim uerus dei filius si de ipso non est: Sed scriptura dicit, uerus est, ergo de ipso est. Qui enim negat de deo natum Christum, scripturæ calumniam facit, quæ ideo illum dicit uerum dei filium, ut significet de deo hunc natum. Si enim non est de deo, & uerus filius dei dicitur fallax est scriptura. Quóàsi scriptura nõ fallit, qui Christum non fatetur extitisse de deo, & scripturam euacuat, & Christum negat uere filium dei. Non enim uoluntas uerum filium facit, sed natiuitas. Sed potentiæ inquiunt dei hoc subest, ut falsa faciat uera: Immo potentia dei hæc est, unde & omni laude dignus est, quia uerum apud illum uerum est, & falsum falsum est. Nam si istud mendacis est, ut falsum dicat uerum quòd deo non competit: Nam omina quidem potest deus, sed non facit, nisi quód conueniat ueritati eius atque iusticiæ. Manifestum igtur est idcirco uerum dici filium dei Christum, ut proprius, id est de substantia eius natus intelligatur. Vnde inquit Apostolus: Qui proprio filio suo non peperci. Rom. 8 Et in alia Epistola: Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se Philipp. 2 æqualem deo. Si ergo non rapinam arbitratus est, dicens se parem deo, uerum se filium dei demonstrauit. Deo enim par esse non poterat, nisi esset de ipso. Pares enim hi sunt, qui aut ambo ueri sunt, aut ambo falsi. Nec enim parilitatem recipit cœptum & æternum aut unitatem. Vnum enim se esse dicendo Christus cum patre, parem se deo fecit. Non solum enim inquit Iohan. 5 soluebat Sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, æqualem se faciens deo, hoc est parem: Nonne manifestum est æqualitatem hanc de proprietate natiuitatis descendere, proprium enim se, id est, uerum, dicens dei filium, æqualem se faciebat deo? Hinc est unde dicit: Iohan. 14 Qui uidet me, uidet & patrem meum. Per illud enim quód consubstantij sunt, qui unum uidet ambos uidet. Iohan. 5 Sicut enim habet pater uitam in semetipso, sic dedit & filio habere uitam in semetipso, hoc est, æqualem sibi genuit filium pater: Et omina quæ patris sunt, filij sunt, & quæ sunt filij, patris sunt, & nemo potest quicquam rapere de manu patris neq; de manu filij,

uu filij. Et subiecit, Ego & pater unum sumus. Et uerba quæ inquit loquor uobis, à meipso non loquor, pater aũt manens in me ipse loquitur, & opera quæ facio, ipse facit. Credite mihi, quia ego in patre & pater in me est, alioquin uel propter opera ipsa credite. Quia enim generatio à semetipsa non est, sed ab eo qui gẽuit, idcirco quicquid facit, factum dicit patris, ut per hæc omnia illud firmetur, Quia ideo uerus dicitur filius dei Christus, ut de ipsa natus credatur, ne et substantia eius extra unius dei naturam existimaretur. Humilitas ergo eius maxima exaltatio est, Cum enim uidetur se subijcere dicens, Verba quæ loquor uobis à meipso non loquor, pater enim manens in me ipse loquitur, & opera quæ ego facio ipse facit, probat se originem à deo habere, & uirtutem eius se esse ostendit, dum non quod est à semetipso esse se dicit se ab ipso. Per hoc enim commendatur Christus, non inclinatur. Qui enim à se loquitur, uerus filius non est. Vides ergo quia Arrij inde male intelligunt Christum, unde bene intelligendus est, & inde illum improbant & falsum dicunt, unde uerus dei esse filius approbatur. Nam clarificandum se à patre postulat, & clarificare se patrẽ quoniam petit, promittit, & ubi se humiliare uidetur, exaltat. Pater enim cum testimonium dat filio suo laudem suã testatur, Filius uero cum prædicat patrem, gloriam suam manifestat, Magnificentia enim & nobilitas patris, generositas est ueri filij. Ideo quicquid patris dicitur esse, & filij sine dubio, & quod filij dicitur esse, est & patris. Nam qui spiritus dicitur dei, idẽ spiritus dicitur & Christi. Ecclesia dicitur dei. dicitur Christi. Adoratur deus, adoratur & Christus. Seruitur deo, seruitur & Christo. Sancti dicuntur sacerdotes dei, dicuntur & sacerdotes Christi. Templum ciuitatis sanctæ dicitur dei similiter & Christi. Lumine dei illustrari dicitur ciuitas sancta, eodem modo et Christi. Sedes dei est, nec non et Christi. Iudex deus est, est & Christus. Quia Esaias Prophe- Esaie. 6
ta in throno maiestatis Christum uidit sedentem dominũ sabaoth, quod Arrij non negant. De deo patre legitur, q̃ rex regum sit & dominus dominorum, eadẽ & de Christo filio dei uero. Sic ubiq; diuinitate exæquantur, pater & filius, ut unius dei modũ non egrediatur numerus personarum. Inter patrem autem & filium nihil interest nisi hoc solum, quia pater ingenitus est, filius uero genitus, 1. Timo. 6 Apoca. 9
id est, pater à nullo est, filius autem de patre, quod quidẽ sublime est in filio. Hic enim addiscitur nobilitas eius æternitatis, Et quia uerus filius est ueri patris. Vnde est enim illud quod legitur in Genesi dicente deo, Faciamus Gene. 1
hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Itaq; si imago eorum & similitudo una est, quomodo non unum sunt & natura? In spiritalibus enim, ubi utiq; non sunt figuræ, simile non erit aliquid nisi per substantiam. ut ubi duorum imago una est, quomodo nõ eorum una erit substantia? Idcirco enim imaginem eorum & similitudinem unam esse legimus, ut eorum unum nihil differre ab altero crederemus, hoc est, uerũ dei filium esse Christum, quia non est dispar à generante natiuitas. Deniq; Iudæi intelligentes, quia propriũ sibi patrem dicebat deum, dicunt ad Pilatum, Nos legem habemus, & secundum legem debet mori, quia filium dei se fecit. Iudæi Iohan. 19
intellexerunt, & Christiani se dicunt non intelligere, qui non credebant, intelligebant, & qui se dicunt credere, faciunt ne intelligant. Vel hoc saltem admitterent quod Propheta Esaias, ut Christum non à semetipso quidem, Esaie. 45
sed deo deum esse significaret, inter cætera ait, Post te sequentur alligati uinculis, & adorabunt te, & te deprecabuntur, quoniam in te est deus, & non est deus præter te, Tu enim es deus, & nesciebamus, deus Israël saluator. Quantum ad bonã mentem pertinet, hæc manifesta sunt. His enim & pater in filio esse probatur, & filius deus eiusdem substantiæ. qua pater est significatur, In quo enĩ deus est, & præter ipsum deus non est, & ipse deus est, quid aliud poterit dici, quàm hoc quod pater est deus, & nec differre in aliquo, Hoc est enim duos esse unum, In ipso enim deus est, quia quàmuis deus sit, non tamen ex se deus est, Est enim à patre, quia filius est, Præter ipsum autem non est deus, quia unicus patris filius est. Ipse autem est deus, quia una atq; eadẽ substantia dei & Christi est. Nihil igitur ambiguitatis relinquitur, ut patris & filij una esse credatur substantia. Verus enim filius et ueri patris est. Tale enim etiam illud Hieremiæ Prophetæ est, dicit enim inter alia, Hic deus noster, & non Baruch. 3
estimabitur alter ad eum, hic adinuenit omnem uiam scientiæ, & dedit eã Iacob puero suo, & Israël dilecto sibi. Post hæc in terris uisus est, & inter homines conuersatus est. Nunquid de degenere potest dici, ad quem alius non potest estimari, aut alius deus quàm pater est poterit dici, ut deo proficiat ad iniuriam patri? Si enim estimari ad eum alter deus non potest, & absq; deo patre est, uidete an debeat dici id quod sequitur, periculosum enim est, maior enim patre dicetur. Putantes enim se deo patri deferre, si ab eo filiũ segregent ei, derogant, ut quẽ minorem uolunt facere, impia obcæcati mente, præponãt cum illi cuius auctoritati inclinandum hunc putant. Scriptura autem ut nihil filium à patre differre doceret (differret autem si non esset uerus) alium nullum dicit estimandũ ad eũ, quia nulla alia substantia poterit similis reperiri substantiæ dei, quæ est & Christi. Aliter siquidẽ Christũ de deo esse docere non poterat, q̃ ut nullũ diceret alium estimandũ ad eũ. Sciens enĩ deo patri nullo modo dici posse subiectũ filiũ eius, ut hinc patrẽ esse ostenderet Nõ estimabitur inquit alter ad eũ, quia patri deo, quoniã deus est, æqualis est, uerus enim eius filius est. Igitur Propheta ait, Hic est deus, Non, hic est deus Israël. Si Deut. 6
hic est, ipse est deus unus. De isto enim dicit scriptura: Audi Israël, dominus deus tuus, deus unus est,

& certe non est hic pater, sed & filius eius. Vides ergo non præiudicare uni deo personam filij, si & ipse unus deus dicatur, Quippe cum hoc scriptura testetur, Vnde hoc, nisi quia unum sunt pater & filius, quia non personis significatur unitas, sed natura, non substantia duo sunt, sed unum, nec duo diuinitate, sed unus deus, ut siue loquatur pater, siue loquatur filius, unus deus locutus dicatur. Nam si ipse dominus inter cætera de
Gene. 2 mare & fœmina, Iam non sunt inquit duo, sed una caro, quanto magis pater & filius non duo dij sunt, sed una substantia. Vt autem duo dicantur pater & filius, caussa est natiuitatis, Ne autem iterum duo dij sint. caussa est unitas diuinitatis. Qua tamen hebetudine Christum creatum, id est factum prædicant, cum legatur nihil deū
Iohan, 1 sine Christo fœcisse? Si ergo sine illo nihil factum est, non erit ipse factura. Si enim factura est, factum est aliquid sine ipso. Sed absit, quia nihil sine illo, Natus enim de deo non esse cœpit, sed semper extitit. Natiuitas enim nihil est aliud quam exitio, Exitio autem manifestatio est, Itaq; non factus, sed editus est. Vt enim Christus de essentia dei exisse uel processisse significaretur, exitio eius natiuitas appellata est, ut quia non dispar est à genitore natiuitas, consubstantiuus esse deo Christus non ambigeretur, Et mens illa quæ ait, Erat quando non erat, damnaretur, quia non potest aliquando non fuisse, qui ut apud deum semper fuisse significaretur, de deo legitur processisse. Nemo enim de deo processit ubi non fuit. Solent quippe Arrij sic interpretari de filio dei dicentes, Ideo uerus dei filius Christus dicitur, quia sic illum fœcit ut uerus sit, quasi sit aliquid falsum quod faciat deus deum. Et illa omnia quæ supra diximus de unitate patris & filij, quid erat, cum sic roborata sint et firmata, si hic aliter sentiendum putauit, multa poterunt diuinis solidata oraculis unius conuelli degeneris testimonio, Amputandum est tamen, ne sibi uel de eoipso blãdiatur iniquitas. Igitur sic inquit, Illum fœcit ut uerus sit, ut uoluntas cesserit pro natiuitate, et factura pro generatione. Tantum enim dandum est inquiunt potentiæ dei, ut possit facere quæ non sunt tanq; quæ sunt. Quoniam ergo hac astutiæ calliditate nituntur contra filium dei, ex hisipsis de quibus præsumunt, quia in reliquis sunt conuicti, Respondendum est eis, ut in tota sũma conuicti appareant. Propositio enim hæc quantum ad sensum pertinet, nullius momenti est, quantum autem ad uerba, caliginem facit ne cito appareat. Sic est enim ac si Aegyptus positus in obscuro, quia caussa mala bono sensu defendi non potest. Ad impietatem ergo defendendam sacrilegis uerbis utuntur. Si itaq; hæc potentia dei ut uerum faceret Christum esse filium sibi, cum de ipso non esset natus, ergo talem illum fœcit qualis ipse est, ut hoc præstiterit factura, quod datura erat generatio. Si ergo nihil interesse dicitis inter deum & Christum, poterit forte putari, quia non hoc malicioseã uobis asseritur, ut quod in uoce dicitur, hoc sit & in sensu, Vt quia uerus dicitur filius, uerus sentiatur per id qđ unius substantiæ est cum patre, licet non per generationem sed per facturam, quia totum potest deus (sicut dicitis) ut factum sic sit quasi infectum. Si autem rationis lineam sequentes non posse dicitis quod initio contineatur, æquale esse & consubstantium cum eo quod æternum est, Reuelatis dolum maliciæ uestræ quia ut sensũ uerbi elidatis, falsa uoce Christum uerum esse filium dei dicitis, negantes ei quia æqualis est deo patri. Non enim uerus est si inæqualis. Nunquid poterit uerus dici filius, si non uerus dicatur & pater? Si enim uerus est filius, erit uerus & pater, quam ueritatem æqualitas facit. Quòd si dispares sunt, neuter eorum uerus est. Sed quoniam scripturarum testimonium irritum fieri nõ potest, quo Christus uerus dei filius approbatur, de deo patre natus credendus est, quia ut ueritas hæc firmaretur, & par deo & æqualis legitur. At tu qui potentiam dei inæstimabilem prædicas, ais, Deus generare nõ potest, quia simplex natura est, Per quod etiam ipsi deo patri contumeliam facis. Mendacem enim istum dicis, ut filium quem ille suum & uerum asserit, deneges, & tuam hypocrisim detegas, quia falso potentem deum prædicas. Si enim potentiam dei in id quod uerum ex falso factum asseris, prædicas, ut quod uere uerum est illudas, quanto magis hoc amplecti deberes, si bonæ mentis esses, per quod uerum quod dicitur, uerum probatur, & testimonium quod deus pater de filio suo dedit, uerum firmaretur, Nam dominus ait: Apud deum autem in- Matth. 19
quit omnia possibilia, ut quicquid hominibus impossibile uidetur, deo possibile sit, Nam si ratio carnis respicitur, nec uirgo peperit, nec Ionas in uentre cæti uixit, nec mortui resurgent, nec deus filium genuit, quia simplex natura non potest generare, quia nihil sine commxtione generatur in hoc mundo. Hæc omnia aut simul credenda sunt, aut simul refellenda. Si enim ratio mundi tenenda est, in his omnibus debet auctoritatem habere. Quòd si aliqua ratio spiritalium est, carnalis dicendus est. qui mundi ratione infectus, negat aliter quid fieri quã nouit. Aliud iterum assolent sua tergiuersatione proponere. Aiunt enim, Vtrum uoluntate pater genuit filium, an non? Vt cum audiunt utique quòd uoluntate, statim ut inimici dei filij respondeant, Ergo uoluntas ante filium est, ut ex hoc non æternus appareat, quòd nõ utique per natiuitatem initiũ acceperit, sed extiterit, Et tamen si hoc putant, non solum ante filium erit uoluntas sed & ante patrem, quia caussa generationis pater & filius est, Infidelitas carnales sensus sequitur in omnibus. Sic enim inducit caussam dei quasi hominis, ut ante deliberauerit & excogitauerit ut generaret, quasi infirmitati subiectus, cum in deo neque generatio

Ionę. 2

fine

fine uoluntate fuerit, neq; uoluntas fine generatione. Ipſa enim uoluntas generatio eſt. Nam utiq; commune dictum eſt, Fœcit deus, fœcit homo, ſed aliter facit deus aliter facit homo, ita & in cæteris cauſsis, Sic enim de deo dicendum eſt, ut dignum eſt ei. Solent enim etiam ipſi de deo patre aliam facere quæſtionem dicentes Acceſsit illi ut generaret, aut eius naturæ eſt ut ſemp generet. Quod ideo aſſerunt, ut & deum mendacem aſſerant, qui ſe Chriſtum genera ſſe teſtatur, & Chriſtum non uerum, ſed adoptiuum faciant. Si enim generauit inquiunt, ſemper debet generare, ut quia ſemper generat, nec Chriſtum genuiſſe credatur, quaſi nondum negetur fœciſſe, quia alios non facit. Quæ irreuerentia, quæ indiſciplinatio eſt legẽ deo ponere, ut ſi genuit, aut multos genuit, aut unum generare non potuit, nec ipſi domino credentes, qui ſe unicum dei filium proteſtatus eſt. Poſt hæc quæ ſupra oſtenſa ſunt æqualia patri & filio, uideamus an his concordãt quæ de ſpirituſancto ſcripta ſunt, ut trinitas quam in ſalutari profeſsione retinemus, non recipiat diſcrepantiam naturæ, quomodo non habeat fidei diuerſitatem. Quando enim ſalus ſine aliquo ex his non eſt una eorum, tamẽ uidetur poteſtas quæ in ſe credentibus dat ſalutem, Quoniam ad teſtimonium filij uerba patris protulimus, nunc ad teſtimonium ſpirituſſancti uerbis utamur filij, quibus non differri à ſe ſpiritumſanctum proteſtatur, ut cum filio pater, & filius ſpirituiſancto teſtis eſt, unius eſſe naturæ trinitas intelligatur. Dicit ergo inter cætera dominus, Rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis, ut uobiſcum ſit æternum, ſpiritum ueritatis. Cũ alium paracletum mittendum dicit, ſe utiq; paracletum probat, Nam & legitur in Epiſtola Iohannis, Dicit enim, Habemus aduocatum apud patrem Iẽſum Chriſtum, qui exorat pro peccatis noſtris. Et iterum dicit dominus, Ego ſũ ueritas, Ecce aperta unitas ſpirituſſancti & filij dei. Quæ enim de ſe loquitur filius, eadem loquitur & de ſpirituſancto. Nunc ſubijcienda ſunt quæ in huiſmodi ſenſũ ordinat ſcriptura. Legitur in Eſaia, quód dominum ſabaoth uiderit in throno maieſtatis ſedentem, quem Iohannes Euangeliſta Chriſtum eſſe intellexit dicens inter alia Hæc dicit Eſaias quando uidit maieſtatem eius, & locutus eſt de eo. Hunc Apoſtolus ſanctum dicit eſſe ſpiritũ. Ait enim in nouiſsim aparte actuum Apoſtolorum, Bene locutus eſt ſpirituſſanctus ad patres ueſtros dicens, Aure audietis & non intelligetis etc. Hæc uerba à domino ſabaoth dicta ſunt. Hic eſt unus deus qui ſiue pater intelligatur, ſiue filius ſiue ſpũſſanctus, nõ eſt cõtrariũ, qa una eorũ diuinitas et una poteſtas eſt. Nã ſi in unius præfecti prætorio programmate etiam cæteri præfecti iubere dicuntur propter auctoritatẽ unius poteſtatis, quãto magis in unius dei imperio, ſi locutus unus e tribus fuerit, non incongrue dicentur tres locuti, Eſt enim eorum natura & uoluntas una. Solent iterum præiudicare ſpirituiſancto, quód ideo degener intelligatur, quia in ordine tertius ponitur, cum tanta ſimplicitas ſit in ſcriptu-

Iohan. 14. 17

1. Iohan. 3

Iohan. 14

Eſaie. 6

Iohan. 12

Acto. 28

ris diuinis, ut aliquando inuenias tertium primum poſitum. Vt enim cauſſa ſe tulerit, ſic & ponuntur, Nullius enim iniuria eſt, quia una eorum diuinitas eſt. Deniq; legimus in Eſaia dicente domino, Ego ſum primus, & ego inæternum, & manus mea fundauit terram, & dextera mea ſolidauit cœlum, Et in ſubiectis, Ego locutus ſum, ego uocaui, ego adduxi eum, & proſperum iter eius fœci, accedite ad me et audite hæc, Non in occulto ab initio locutus ſum, Cum fierent, illic eram, & nunc dominus miſit me & ſpiritus eius, Quenuis eſſe qui fundauit terram? Ipſe enim dicit ſe miſſum eſſe, Nunquid patrem? Abſit. Flius ergo eſt qui ſe miſſum dicit à deo & ſpirituſancto. Ecce paria ſunt inter filium & ſpiritũſanctum. Sicut enim à patre & filio miſſus legitur ſpirituſſanctus, ita & à deo & ſpirituſancto miſſus eſt Chriſtus. Hoc enim ſolius patris peculiare eſt, ne miſſus dicatur. Accipe dicta Apoſtoli, qui alio ordine cõplectitur trinitatem. Dicit enim inter cætera in Epiſtola ad Theſſalonicenſes ſecunda, Dominus dirigat corda ueſtra in charitate dei, & in patientia Chriſti, Quem putas dicit dominum, niſi ſpiritumſanctũ? Et quid mirum eum quem in throno maieſtatis ſedentem Eſaias uiderit, hic ipſum dicat ſpiritumſanctum dominũ ſabaoth, ſicut ſupra oſtendimus. Et Iohannes Apoſtolus deum intelligi in ſpirituſancto ſignificat inter cætera dicens, In hoc cognoſcimus, quia deus in nobis manet de ſpirituſancto quem dedit nobis. Si ergo per ſpiritum ſuum ipſe in nobis manet, non ambigitur de deo eſſe ſpiritũſanctum. Et nec dubium eſt, quia quod de deo eſt, deus eſt. Hinc eſt unde Apoſtolus dicit, Nemo ſcit quæ ſũt in deo, niſi ſpiritus dei, Quomodo poteſt ſcire quæ in deo ſunt, niſi ſit eiuſdem diuinitatis? Inferior enim natura non poteſt ſcire quid ſit in potentiore, quanto magis creatura quid in conditore ſuo eſſet, ſcire non poterat. Et ad Corinthios in Epiſtola prima, præterito ordine qui in traditione fidei eſt, à ſpirituſancto incipit gratiarum & myſteriorum memorare operationes, & ſubiungit, dominũ Iẽſum, & tertium ponit deum, quem & in ſpirituſancto & in domino dicit operari, ſicut ait & dominus, Pater manens in me, ipſe operatur. Per id enim quod de deo patre eſt, & ſpirituſſanctus & Chriſtus operatio eorũ opus eſt dei. Deniq; ſpiritumſanctum idem dicit & deum, propter unitatem naturæ. Cum ergo hoc loco idem deũ qui eſt & dominus, dicat operari omnia in omnibus, inferius ſic concludit dicens, Omnia autem hæc operatur unus atq; idem ſpiritus, diuidens unicuiq; prout uult. Quid tam apertum tres unius eſſe operationis, quia operante uno operari dicuntur tres, Quare, niſi qa unius ſunt diuinitatis? Nam non eſt ambiguum donum gratiarum proprie ſpiritumſanctum operari. Sed ut deum & dominum & ſpiritumſanctum unum eſſe propter naturæ indifferentiam doceret opus, ſpirituſancti trium eſſe opus oſtendit. Et ut manifeſtaret quia ſolius (quantũ ad perſonam pertinet) ſpũſſancti opus eſt,

Eſaie. 48

2. Theſſa. 3

1. Iohan. 4

1. Cor. 2

1. Cor. 12

Iohan. 14.

1. Corin. 12

Hæc

Hæc autem omnia inquit operatur unus atq; idem ſpiritus, diuidens unicuiq; prout uult, Ideo, prout uult, quia uoluntas eius uoluntas eſt dei. Non enim dicit, prout uult deus, ſed prout uult ſpiritus. Creatura enim cogit ſe ut dei faciat uoluntatem, Spiritus autem ſanctus naturaliter hoc uult. Vt autẽ aperte luceat, quia omnia ſpiritus
Lucæ.11 ſanctus operatur, dicit dominus inter cætera, Si enim ego in digito dei eijcio dæmonia etc. Digitum dei appellat ſpiritum ſanctum, ut probet illum de deo eſſe. Deniq; Iudæos qui eũ in Beelzebub principe dæmoniorum eijcere dæmonia dicebant, in ſpiritum ſanctum blaſphemaſſe teExc. 8 ſtatus eſt. Moyſes quoq; quia per ſpiritum ſanctum ſigna faciebat, confitentur magi dicentes, Digitus dei hic eſt. Nam in actibus Apoſtolorum legimus, Deſeruientibus autem eis & ieiunantibus domino, dixit ſpiritus ſanctus,
Actu.13 Segregate mihi Barnabam & Saulum ad opus ad quod uocaui eos. Ecce ſeruitur domino, & hoc ſpiritus ſanctus ſibi uendicat. Vnde manifeſte apparet hunc eſſe dominũ
Actu.9 ſicut & deum patrem. Et Saulum Chriſtus de cœlo uocauit, & miſit prædicare, Et hoc ſimili modo ſibi uendicat ſpiritus ſanctus dicendo, ad opus ad quod uocaui eos, Nã nemo ignorat epiſtopos ſaluatorem eccleſijs inſtituiſſe. Ipſe enim priuſq; in cœlos aſcenderet, imponens ma-
Actu.20 num Apoſtolis ordinauit eos epiſtopos. Hoc Apoſtolus ſpirituiſancto deputat cum dicit, Attendite uobis & omni gregi, ĩ quo uos ſpiritus ſanctus poſuit epiſtopos rege-
Actu.5 re eccleſiam domini Ieſu. Et inter cætera dicit Petrus ad Ananiam, Anania, cur repleuit Sathanas cor tuum ut mẽtireris ſpirituiſancto? Et infra, Non es enim inquit hominibus. ſed deo mentitus, Apertum eſt ſpiritum ſanctum dictum deum, cui mentitus Ananias deo mentitus dicitur Quod ſi ſpiritum ſanctum minime uoluiſſet deum intelligere, dixiſſet, non es mentitus hominibus, ſed ſpirituiſancto, ut neq; deum hunc neq; hominem ſignificaret. Et quid mirũ? Apoſtolus enim aliquando templum dei hominem appellat, aliquando uero templum ſpiritus ſancti, propterea quia unum ſunt natura. Si enim deus minime
1.Cor.3 intelligeretur ſpiritus ſanctus, qua audacia diceret infra, Templum dei ſanctum eſt. quod eſtis uos, quoniam unus deus in omnibus ſcripturis prædicatur, myſterium autem eius in trinitate adoratur. Idcirco ſic ait ſcriptura, ut ſub unius dei profeßione ea quæ de ipſo ſunt, id eſt, filius & ſpiritus ſanctus eius in eodem honore intelligitur, in quo deus eſt, Quia ideo ſacramentum reuelatum eſt dei, ut gloria eius in trinitate ſignificaretur. Quamobrem non plena auctoritate deus uocatur quod de deo eſt, ne alterũ abſq; eo qui unus eſt facere credatur. Sed intellectum dat ut credamus ea ratione in trinitate creaturæ ſalutem conſiſtere, quia una eſt eorum diuinitas, Neq; enim poſſent ſimul iungi & in ordine poni creator & creaturæ, dñs & ſerui, æternitas & quæ ſub initio ſunt. Quippe cum ſine uno eorum ſalus nulli ſit, Ad iniuriam enim uocatur omne quod deus eſt, ſiue filius, ſiue ſpiritus ſanctus, ſi ex ra unius dei honorem deputetur & gloriam. Scripturæ igitur oſtendunt Chriſtum deum, oſtendunt ſpiritum ſanctum deum, ut uidentes ſciant quid ſic oſtenditur. Tale eſt ſi quis gẽmam oſtendat, non clamans quia gemma eſt, nũquid quia ille non clamat, non erit gẽma quæ uidetur? Ita & ſcripturæ oſtendunt per ea quæ ſupra tractata ſunt, quid credere debeamus intra unius dei fidem ſenſum noſtrum concludentes myſterio trinitatis.

QVAESTIONVM MIXtim ex nouo & veteri teſtamento poſitarum pars tertia.

Quomodo in Euangelio Iohannis diabolus dicatur habere patrem, ſicut ſupra ſecunda parte. q. xc. diſquiſitum eſt Quæſtio. XCVIII.

Quæſtionũ mixtim vterumq; teſtamentum tãgentium.

AVDISTIS QVAE CONteſtetur ſacroſanctum Euangelium, dicente domino ad Iudæos, Vos de patre diabolo nati eſtis, & deſideria pa Iohan.8
tris ueſtri uultis facere, Ille homicida erat ab initio, & in ueritate non ſtetit, quia ueritas nõ eſt in illo. Cum loquitur mendacium, ex ſuis proprijs loquitur, quia mendax eſt ſicut & pater eius. Nemo fidelium dubitet diabolum apoſtaſiæ ſuæ auctorem non habere. Ipſe enim totius erroris eſt princeps, Qui uidens à deo factum ſe non mediocris potentiæ, auſus eſt præſumere diuinitatem, ut quia cæteros uidit inferiores, ſe ipſũ præferet ut deum. Deniq; nomina quibus appellatur diabolus & ſathanas, ab actu eius compoſita ſunt, non ex natura. Omne enim malum opere probatur, ut non ſubſtantia in crimine ſit, ſed uoluntas concepta ex cauſis. Dum enim ſe uidit potiorem cæteris, inflatus eſt ad exercendum dominationem. Quomdo ergo patrem habere dicitur, qui auctor ſcœleris eius habeatur? Aut unde probatur ab initio homicida fuiſſe? Sed ſcriptura illum qui eius fuerit imitator, nomine eius appellat, Vt quia ab opere nomen accepit omnis qui malum opus fœcerit, non immerito diabolus nominetur. Saluator ergo hoc loco Cain diabolum appellauit, quia operum eius æmulus, dum inuidit fratri, homicidium perpertrauit. exemplum relinquens crudelitatis parricidij, Sicut & diabolus dum inuidit homini facto ad imaginem dei, malignitatem operis ſui cumulauit, typum præbens erroris. Hinc itaq; extitit etiam mẽdax Cain, dicente ſibi deo, Vbi eſt Abel frater tuus? Qui Gene.4
patris ſui imbutus malicia, in mendacium prorumpens Neſcio inquit, ut cui uitam extorſerat ubi eſſet, neſcire ſe ſimularet, ſic furore cœcatus ut deo ſic reſponderet quaſi homini, quem putaret ſe poſſe celare. Igitur huiſmodi imitatores facti Iudæi, etiam ipſum dominum occiderunt, Cain potius fratricidam patrem uolentes habere quàm deum, ut totius ſanguinis effuſi rei fierent. Auctorem enim uitæ perimentes, totius ſcœleris principes extiterunt Ita ut huic malo etiam filios ſuos obligarent dicentes, Matth.27
Sanguis eius ſuper nos & ſuper filios noſtros.

Vt

Vt enim Pilato ſuaderent, nihil mali eſſe quod petebant, in filios ſuos retorqueri dixerunt ſi eſſet iniuſtum, quia ut furori ſuo ſatiffacerent, nec filijs quidem ſuis parcere uoluerunt. Nam quia diabolus nõ natura malus eſt, hinc facilius diſcitur, quia pœna non promitteretur ei qui nõ fœcerat quod neſcierat. Iniquum eſt enim punire eũ, qui non facit aliud q̃ quod ſuæ eſt naturæ. Et magis iſtud malum eſt, ſi hoc exigas ab aliquo quod ſcias illũ non poſſe, Quamobrẽ iuſte plectendus eſt, quem cum conſtet ſcire ac facere poſſe bonum, agit malum. Hoc etiam ex uerbis ſaluatoris poterit aduerti. Ait enim ſicut ſupra memoratum eſt, Pater ueſter homicida fuit ab initio, & in ueritate non ſtetit. Igitur ſi per naturam mendax eſt, quomodo dicitur in ueritate non ſtetiſſe? Hic enim in ueritate non ſtat, qui in ueritate permanet. Conſtat ergo diabolum in ueritate fuiſſe, ſed non perſeueraſſe. Deniq; legimus in Propheta ſic dicentem dominum, Si ſtetiſſent inquit in ſubſtantia mea, id eſt, in lege mea. Et Apoſtolus ad Galathas, State inquit & nolite iterum ſeruitutis iugo cohiberi. Quid tam apertum? hic enim mandat ut de cætero permaneant in mandatis eius. Quod ſi diabolus ſeruaſſet ſteterat in ſubſtantia & in lege dei, Fundamentum eſt enim lex ſeruantibus eam, Quomodo ergo quibuſdam uidetur diabolum aut malum à deo factum, aut propriam habere originem, id eſt ex nullo ortũ quod utrumq; deo uidetur contrarium? Qui enim ad hoc illum dicit factũ ut eſſet malus, imperfecte putat deum eſſe bonitatis, quia perfecte bonus non facit malum. Qui uero originis eius deum auctorem eſſe non credit, eius dominum deo abnegat. Per hoc enim cum omnia dei ſint, aliquid eſſe arbitratur quod minime ad deum pertineat, quos oportet pœnas perpeti, cum uiderint cuncta à deo iudicari per Chriſtum.

Gala. 5

Quid ſit illud Apoſtoli, Temptatio vos non appræhendat, niſi humana. Quæſtio. XCIX.

1. Corin. 10

NOn ſine prouidentia (ut arbitror) magiſter gẽtium Apoſtolus, non ut temptatio nos appræhendat exoptat, ſed ut humana dumtaxat, quia diuina temptatio perniciem parit. Hac enim Iudæi appræhenſi à ſerpentibus perierunt. Agentes enim ſub dei lege, de prouidentia eius dubitabãt, ac per hoc ne diuina nos, ſed humana temptatio appræhendat horatur. Hic enim temptari à deo dicitur, qui ſub nomine eius agens ab idolis ſperat ſalutem, quia non habet deum probatum. Omne enim quod probatum non eſt temptatur, & in dubium uenit. Ac per hoc diuina temptatio mortalis eſt, humana uero temptatio ſalutaris eſt, quia ſicut de deo dubitare perniciоſum eſt, ita de hoĩne deſperare propter dei legem ſaluberrimum eſt. Quamobrem prouidenter Apoſtolus, Tẽptatio inquit uos non appræhendat niſi humana, ut propter dei legem ab hominibus temptati fortes inueniamur, dubitantibus de nobis hominibus carnalibus, deo autem probati ſimus, quia qui probati deo non ſunt, temptantur ut emendentur. Duplex ergo temptatio eſt, aliquando enim quaſi fideles, aliquando quaſi diffidẽtes temptamur, ut fidelium temptatio humana ſit, propter fidem enim ab hominibus tribulamur. Temptãt enim nos ſi poſſint abducere à fide, Propter diffidentiam autem temptantur, ut anguſtiati. pœnitentes redeant in uiam, ſicut factum eſt etiam Iudæis. Cum enim diffiderant de prouidentia dei, temptati ſunt à ſerpentibus, ut dolore correpti emendarentur. Deus enim ſic temptat ut corrigat huiſmodi homines. Eſt & alia temptatio, quaſi temptatus eſt Abraham & Iob, necnon & Tobias famuli dei, ut Abrãham per tribulationem oblati unici & dilectiſſimi filij uberiorem fructum iuſticiæ haberet ad æternam gloriam. Iob autem amiſſione totius ſubſtantiæ augmentaretur diuitijs locupletus in cœlis & in terra. Tobias uero cœcitatẽ luminum paſſus, ſic prouectior extitit, ut ad præſens glorioſus fieret receptis oculis, & in futurum ſeruaretur ei claritas perpetua, quia ad hoc probantur iuſti, ut proficiant. Ideoq; in temptatione robuſto animo eſſe debemus, ſcientes non ad diminutionem noſtram hoc proficere, ſed augmentum, ſi modo æquo animo toleremus per Chriſtum dominum noſtrum.

Gene. 22

Iohã. 1. et. 2

Tobia. 2

Quomodo in Euangelio Matthei dictũ ſit, Confiteor tibi pater domine cœli etc. Quæſtio. C

AVdiſtis fratres chariſſimi quid conteſtetur Euãgelium dicente domino, Confiteor tibi pater domine cœli & terræ, qui abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus & reuelaſti ea paruulis, Ita pater quoniam ſic fuit placitum ante te. Igitur ſi dictorum ſenſum inſpicianus, uidebimus ea quæ ad exhortationem credentium à domino dicta ſunt, eorum qui propterea q, mundanam ſapientiam ſpernut, paruuli uidentur ſapientibus mundi, qui nullo teſtimonio cõmendati ſapientes uolunt dici. Idcirco indignũ uiſum eſt deo his oſtendere ueritatem, humilibus aũt qui nihil de præſumentes diuinæ ſe uoluntati inclinant, æquitate congente ſalutaria reuelanda ſunt. Hic enĩ prudens deo eſt & ſalutis ſuæ memor, qui ſcientiæ ſuæ anteponit dei legẽ, quã utiq; uidet non uerborum ſtrepitu fulciri, ſed rerũ uirtutibus. Et ſine dubio hic ſtultus & uanus eſt, qui huic rei ſe cõmendat, quæ nulla munitur prærogatiua ſignorũ, Vnde nõ litteratis ſæculi regnũ deus, pmiſit, ſed fidelibus, neq; ſcrutatoribus ſyderũ æternitatem pollicetur, ſed recte agentibus, non dialecticis, qui fraude & minutis quibuſdam ratiunculis uerum excludere nituntur gloriam dat, ſed bonæ uoluntatis hominibus, qui accurati magis uita ſunt quàm ſermone. Iſtos enim reprobat deus, qui oratione clari ſermonis magis uti uolunt quam bonis actibus: Nam & gloriam dei in ſe uult cõuertere qui rẽ dei uerbis exornare ſe putat. Res enĩ ipſe p ſe placere debent, ut nõ ſermo, ſed ſenſus laudetur. Si enĩ ſenſus auctor eſt litteræ, & uerba propter res ſignificãdas inuẽta ſũt, cur nõ magis res ipſe puro ſenſu q̃ mendæ ſũt, ut fœlicius mentẽ incitẽt ad ſalutẽ?

Matth. 11

Ideoq;

Ideoq; piſcatores elegit dominus noſter Apoſtolos homines ſimplices & ſine litteris, qui ſine aliqua uerſutia fidē ſeruando & bene uiuendo dei in ſe oſtenderent uerttaem.
1. Cor. 4 Vnde & Apoſtolus Paulus, Et ego ueniens inquit ad uos
1. Cor. 4 fratres nō ueni in ſublimitate ſermonis aut ſapientiæ. Et inter cætera, Quia non (ait) in ſermone eſt regnum dei, ſed in uirtute, ut quia uerba contradictioni obnoxia ſunt, dei legi uirtus teſtis exiſteret, cui omnis cedit ſermonum ſublimitas. Itaq; hæc idcirco præmiſſa ſunt fratres chariſſimi, ut conſuleretur ſimplicioribus, ne forte indignos ſe puterent gratia dei, quia minime ſunt litteris forenſibus eruditi, cum magis ad laudem proficiat ſimplicitas eorum, quomiam quod prudentes mundi non uident ſuperbia litterarum, hoc creddunt non uerbis, ſed conſilio prudentes, Sciunt enim in bonis operibus requieſcere deū & fidem quærere. non cultum ſermonum. Legunt enim dicentem dominū, In quo requieſcam, niſi in humili & Iſaie. 66 manſueto & tremente uerba mea? Quamobrē ut digni efficiamur ad præmiſſa præmia ea quæ à dño iubentur facere debemus ſecuri. quia hos diligit dominus qui uerba eius cuſtodiunt. Iohan. 14 Sic enim dicit diſcipulis ſuis, Si diligitis me, præcepta mea ſeruate, ut in his domino ſeruientes regni eius hæredes eſſe poßimus per Iēſum Chriſtum dominum noſtrum.

Quomodo contra Leuitas Romanos diſceptandū ſit, qui contendunt Leuitas ſacerdotibus, & diaconos p̄ ſbyteris coequare. Quæſtio. CI.

DVm iußis charitatis parere uolumus in uituperationem forte cademus, quæ nulli aliquando in dubium uenit, ſcribimus, quia cum amicitiam offendere nolumus, ſtudium quod ad aliquam rem occultam reuelandam proficere debuit intricamus, q̄uis propter nimiam ſtulticiam cuiuſdam hoc aſſeuerantis, quod in ſubiectis pandemus, iſtud nobis iniunxerit charitas memorta, ne cum nemo diu ad hoc reſponderit, in peius proficeret, ut diu in uano exercitatus emendari non poßit. Hoc enim charitatis ſtudium eſt, quæ non quærit quæ ſua ſunt. Quidam igitur qui nomen habet Falcidei, duce ſtulticia & ciuitatis Romanæ iactantia, Leuitas ſacerdotibus, et diaconos præſbyteris coæquare contendit, non dicam præferre, quia ſtultus eſt, & forte incredibile uidetur & nos nō emendatores, ſed calumniatores habeamur. Quaigitur lege qua ue conſuetudine, quo nam exemplo hoc aggredi audeat nullum ſcire arbitror, ut iſtos quibus cō ſeſſus in eccleſia datus eſt miuime his coæquet, qui propter q, antiſtites dei ſunt, in domo dei & in honore Chriſti cum dignitate conſiſtunt. Quæ audacia eſt præſbyteris miniſtros ipſorū pares facere? Quæ temeritatis præſumptio ſacerdotibus baiulos tabernaculi & omniū uaſorum eius & lignorum conciſores & portitores aquæ conferre? Hoc enim officium fuit Leuitarum. Tale eſt, ſi præfectis officiales, dominis ſerui æquentur. Hoc enim ſcriptum eſt dicente domino ad Moyſen, Accipe tribum Numeri. 1 Leui de medio filiorum Iſrael & ſtatue illos ante Aaron ſacerdotem, & deſeruient ei. Quid hoc exemplo apertius quod etiam nunc in eccleſia cuſtoditur? Quamquam Romanæ eccleſiæ diaconi modico inuerecundiores uideantur, ſedendi tamē dignitatē in eccleſia non præſumūt. Vt autem non omnia miniſteria obſequiorū per ordinem agant, multitudo facit clericorum, nam utiq; & altare portarent & uaſa eius, et aquam in manus funderent ſacerdoti, ſicut uidemus per omnes eccleſias, & ſicut conſtitutum eſt à domino per Moyſen, nunquid aut meliores Heliſæo ſunt, qui aquā fundebat in manus Heliæ? ſic autem diaconos aduerſus præſbyteros defendit, quaſi ex præſbyteris diaconi, & non ex diaconis præſbyteri ordinentur. Sed quia Romanæ eccleſiæ miniſtri ſunt, ideirco honorabiliores putantur quam apud cæteras, propter magnificentiā urbis Romanæ, quæ caput eſſe uidetur omnium ciuitatum. Si itaq; ſic eſt hoc, debent & ſacerdotibus ſuis uendicare, quia ſi hi qui inferiores ſunt, crescunt propter magnificentiam ciuitatis, quanto magis qui potiores ſublimandi ſunt. Quicquid enim officialibus præſtatur, augmentum fit poteſtati, ſicut honor ſerui ad laudem proficit domini, quamquam apud iuſtum iudicem deum unicuique hic honor maneat qui decretus eſt ſingulis eccleſiarum officijs, ut qui diaconus eſt diaconi honorem per omnes eccleſias habeat. Non enim qualiſcumq; honor eſt antiſtiti dei ſeruire in eccleſia dumtaxat, ut ſacerdos totius honoris eccleſiaſtici dignus habeatur. Maior enim ordo intra ſe & apud ſe habet & minorem, preſbyter enim, & diaconi agit officium & exorciſtæ & lectoris, Præſbyterum aūt intelligi epiſcopum probat Paulus Apoſtolus quando Timotheum quem 1. Timo. 5 ordinauit præſbyterum inſtruit qualem debeat creare epiſcopum. Quid eſt enim epiſcopus, niſi primus præſbyter hoc eſt ſummus ſacerdos. Deniq; non aliter quàm cōpreſbyteros hic uocat et conſacerdotes ſuos. Nunquid et miniſtros condiaconos ſuos dicit epiſcopus? Non utiq;, quia multo inferiores ſunt, Et turpe eſt iudicem dicere primicerium, Nam in Alexandria & per totum Aegyptum ſi deſit epiſcopus, conſecrat præſbyter. Quanta aūt ſit dignitas ordinis ſacerdotalis, cauſa oſtendit Caiphæ, qui cū eſſet homo peßimus, Prophetauit, quare inquit? Quia princeps erat ſacerdotum. Et iterum multum di- Iohan. 11 ſtare inter diaconum & ſacerdotem liber approbat quē dicimus actus Apoſtolorum. Cum enim ex Samaria crediſſent Philippo prædicanti diacono ab Apoſtolis or- Actō. 8 dinato, miſerunt inquit ad Petrum et Iohannem ut uenirent & his qui crederent darent ſpiritum ſanctum per manus impoſitionem, ſed inſcij credo ſcripturarum aut immemores legis hæc defendunt. Recordari ergo debet qui iſta putat aſſerenda, quid Leuitis acciderit cū taliter ſaperent. Cum enim nihil inter ſacerdotes et Leuitas intereſſe præſumerent, deo iudice hiatu terræ abſorpti ſunt Numer. 16 Chore et conſentientes ei, & ducentos quinquaginta uiros torrens

vos torrens ignis simul consumpsit. Et Ozias rex cum opus sacerdotale præsumeret, lepra percussus est, ut hoc uti
2. Para. 26 que exemplo cæteri territi non audeant quòd sibi concessum non est præsumere. Nunc enim uidemus diaconos temere quòd sacerdotum est agere per conuiuia, & in oratione id uelle, ut respondeatur illis, cum istud solis liceat sacerdotibus. Diaconi ergo ordo est, accipere à sacerdote, & sic dare plebi. Vides quid pariat uana præsumptio. Immemores enim elatione mentis, eo q; uideant Romanæ ecclesiæ se esse ministros, non considerant quid illis à deo decretum sit, & quid debeant custodire, sed tollunt hæc de memoria assiduæ stationes domesticæ & officialitas, quæ per suggestiones malas seu bonas nunc plurimum potest. Aut timentur enim ne male suggerant, aut emuntur ut præstent. Hi sunt qui faciunt eos ordinis sui non considerare rationem. Dum enim per adulationem obsequuntur illis illicitæ, præcipites illos faciunt, ut plus sibi putent licere: Quippe cum uideant non sic deferri sacerdotibus, ac per hoc anteferri se putant: Sed testimonio inquit diaconi sit presbyter, quasi istud ad prærogatiuam pertineat magnitudinis.
Legimus enim ad plebem dixisse petrum Apostolum:
Actor. 6 Eligite inquit ex uobis quos constituamus deseruire ministris ecclesiæ: Nolo dicere, mensis. Ecce laicorum testimonio creati sunt diaconi. Et Apostolus eum qui ordinandus dicitur episcopus etiam testimonium uult ha
1. Thimo. 3 bere gentilium. Sic enim ait: Oportet enim hunc & testimonium habere bonum ab his qui foris sunt. Omnium ergo est testimonium dare, & non tamen omnes hoc honore digni sunt. Iudicare enim omnes possunt, & non tamen omnes possunt esse quòd iudicant. Potest enim pictor iudicari bonus & præferri alteri pictori ab illo qui pingere nesciat, & coraula melior alia coraula approbari ab eo qui alterius est artis: Ita & testis potest esse creandi presbyteri qui inferior ordine est, Et iterum quo instentur & putent sibi multum deberi à nobis: Perducuntur enim inquiunt qui ordinandi sunt, ut dum lateri illorum septi sunt, honore digni uideantur. Fateor facti eorum esse, sed quasi officialis: Ab episcopo enim mittitur ut obsequium præbeat ordinando.
Nam & imperator ut imperator appareat, ordinatur ob
Hesler, 6 sequio militari, non tamen melior nec par est exercitus imperatori. Nam & Aman cum esset clarus in honore militari, à rege missus est ut Mardochæo in obsequium iret, ut quantum dignus esset Mardochæus ex huiusmodi obsequijs, nosceretur. Ita & diaconi creandis presbyteris in obsequium mittuntur, ut dignos eos fieri sacerdotes omnes intelligant. Exceptis enim sacerdotibus, quibus obsequium debent, omnibus preponuntur diaconi.

Quomodo contra Nouatianos contendẽdum sit qui pœnitentiam salutarem negant. Quæstio. CII.

Dicunt discipuli sui ad Iesum: Domine uis ut dicamus, descendat ignis de cœlo & consumat Luce. 9
eos sicut fecit Helias? Et respondit illis dominus dicens: Nescitis cuius spiritus estis: Filius enim hominis non uenit animas perdere, sed saluare. Cum dignum utique esset uindicare in Samaritanos, non excipientes, eum dominus tamen qui ad misericordiam dandam aduenit, sententiam amouit, ut de cætero corrigentes emendarentur. Et propheta Helisæus indignatus pueris
4. Reg. 2 qui ei contumeliam faciebant, deo iudice uindicauit in eos, ut eo loco ab ursis comederentur ubi filius esse negatur. Dominus autem oblatæ sibi meretrici pepercit,
Iohan. 8 ei uidelicet quam in adulterio se deprehendisse maiores Iudæorum dixerunt, ut quia pia prædicatio inceperat, non condemnandum, sed ignoscendum doceret. Nam
Numer. 15 per Moysen data est lex, quia iustum fuit uindictam in primordijs suis cum seueritate exerceri, quia & in illum qui Sabbatis exijt ligna colligere funebriter uindicauit, & in filium Aegyptiæ qui blasphemauerat in de-
Leui. 24 um similiter ultionem dedit, & in causa fusilis uituli per cussit filios Israël.
Exod. 32 Vnaqueque ergo lex inter ipsa primodia sensum suum plenum ostendit, ut uetus lex, quia ad uindicandum promptior erat, inter initia sua asperior uideretur, ut metu incusso diligentes & sollicitos faceret auditores suos. Noua ergo propterea, quòd pia & ad misericordiam facilis est, primordia sua mitissima & clemẽtissima demõstrauit, ut ipsa oblectatione ac dilectione omnes ad indulgentiam prouocaret: Postea autẽ & illa quæ asperior uisa est propter fraglitatem humani generis, non solum rigorem suum molliuit, sed & humanam & piam se præstitit, & hæc quæ clemens uisa est propter fraglitatem humani generis aliquando uindicauit.
Ananias enim cũ Saphira uxore sua diuinitus cæsi sunt:
Actis. 4 Et Elimas magus incredulus & dei legi repugnans do-
Actor. 13. mini iudicio & uirtute cœcatus est: Et Herodes rex propterea quòd honorem non dedit deo cœli, ab angelo dei percussus scatens uermibus expirauit: Ne quia misericordia prædicatur, inultum omnino putarent homines & impune peccare, timorem posuit, ostendens ad hoc dari ueniam delictorum, ut quasi ex mortuis uiuificati postea abstinerent se à contrarijs, ut id elaboretur, ne quis hinc cum crimine exeat, quia ad iudicium ueniet tur. Hæc enim unicuique sententia imputatur in qua definitur: Quoniam igitur noua lex plenitudinem habet misericordiæ, ne contemptui duceretur ab amatoribus peccatorum, in supradictos uindicauit. Vetus uero lex quanquam ad uindictam data sit, quibusdam tamen ignouit, ne ommino crudelis diceretur, sed in plures uindicauit, quia sensus eius ad ulciscendum promptus est. Sine dubio ergo maior gratia nouæ legis est quam fuit ueteris. Si ergo maior gratia est, quomodo negatur hoc præstare posse quòd præstitit illa quæ minorem gratiam habuit? Erat enim propensior in se-

meritate. Itaque si ista pœnitentibus ignouisse proba-
tur, quid fieri potest, ut ista quæ clemens est, non recipi-
at pœnitentes? Nam & Iudæi filij dei appellati sunt, qui
per Moysen in nube & in mari baptizati, Apostoli Pauli
1.Cori.10 auctoritate leguntur, legem enim accepturi proculdubio pur ficati noscuntur, ut de cætero acceptæ legis redde-
rent rationem, ut si quid peccarent per pœnitentiam se
Esaie. 45 reformarent, dicente domino per Esaiam prophetam:
Pœnitentiam agite qui erratis & conuertimini. Sed for-
te è contrario dicitur, pœnitentia quidem prædicata est,
non tamen remissio. Si ergo pœnitentia à deo predicata
est, fructus erit agentibus pœnitentiam. Nec enim su-
peruacue hoc dominus commoneret. Porro autem sci-
ens dominus conuersis dari debere peccatorum remissi-
Ezech.18 onem, hoc præcepit, quippe cum dixerit: Nolo mor-
tem peccatoris, tantum ut conuertatur & uiuat. Itaque
& est fructus pœnitentiæ sicut claruit conuersis ad de-
um. Excusa est ergo Nouatiani impie composita as-
Matth.10 sertio, qua uerborum domini sensum inuertit dicens:
Ait dominus: Qui me negauerit, & ego negabo ipsum,
ut si aliquis Christianus quacunque ex causa negauerit,
iam redire non possit, aut certe reuertens, minime reci-
piatur: Et ubi erit demandata pœnitentia? Cum sal-
Matth.26 uator post datam hanc sententiam negantem Apostolum
Petrum non negauerit. Quare? Quia pœnitentia sub
sequente erratum suum amarissime fleuit, sciens utique
conuersis ignosci & reformari eos per pœnitentiam.
Sed Nouatianus fingit agendam pœnitẽtiam: Quia enim
aperte non audet negare pœnitentiam dandam astrictus
lege, subtiliter hanc frustrare contendit. Quando enim
dicit: Quia qui negauerit, nullo modo ueniam habe-
bit, sed negabitur & ipse in conspectu angelorum dei,
quomodo non cum dolo agendam pœnitentiam profite-
tur? Hinc autem manifesta fraus eius apparet, cum su-
Matth.12 biungit diens: Quicunque peccauerit in spiritum sanctum, non remittetur ei, neque hic, neque in futurum.
Quamuis alia causa sit qua peccatum est in spiritum sanctum, & alia negare dominum Iesum: Nouatia-
nus tamen ut huic peccato ueniam deneget, unum sensum
uult esse, & negantis dominum, & peccantis in spiri-
tum sanctum, ut hac tergiuersatione fructum amputet pœ-
nitentiæ. Si enim idem est negare dominum quòd pec-
casse in spiritum sanctum, nulla uenia speranda est ne-
gantibus, neque fructus aliquis pœnitentiæ, quia hoc pec-
catum, neque hic, neque in futuro remitti dominica ora-
cula pronuntiarunt. Hinc ergo apparet Nouatianum cũ
dolo dicere agendam pœnitentiam. Vt quid enim pœ-
niteret, si delictum aboleri negatur? Pœnitentiæ enim
gemitus, fletus, & lamentatio hoc acquirit, ut & ueniam
mereatur, & reformationem. Denique Dauid pœni-
tens & confitens peccatum suum & ueniam meruit,
& ad pristinum statum redditus est, quia & rex per
mansit, & postea prophetauit. Quòd liquido proba-
tur, in quinquagesimo enim Psalmo pœnituit, & postea
persecutionem à filio suo passus prophetauit. Tertius
enim Psalmus iuxta historiam post quinquagesimum
est. Sed forte regi ignosci oportuit, humilibus autem
ignosci non debet, cum magis potentiori tus difficilius
ignoscendum uideatur. Deus enim personam hominis
non accipit: Quanto enim quis sublimior est, tanto ma
gis, licet leue peccatum eius, graue est crimen. Sicut Roma.2
enim humilitas in potente sublimis & magnifica est, ita
& culpa eius pro crimine habenda est. Exceptis enim
peccatis quæ constant omnibus esse illicita, non omnia
licent potentibus quæ sunt concessa humilibus: Digni-
tatis enim homini negociari deformè est, & popinam in-
gredi notabile est: Senatoribus quoque fœnus diffa-
mia est. Si ergo in his leuibus inuenti notandi sunt,
tanto magis rei constituendi sunt si peccauerint. Per
hoc ergo apparet Dauid grauissime peccasse, & quidem
duplici modo, conuersus tamen & homicidij & adulte-
rij ueniam consecutus est, & quòd est amplius, deflens
reformatus est. Cum enim à propheta Nathan ar gu-
eretur, peccatum cœlare non ausus est, sed confessus est
dicens: Peccaui domino. Tunc respondit propheta & 2.Reg.12
dixit: Abstulit dominus peccatum tuum, & non mo-
rieris, quoniam pœnituisti: Et quia inuenitur postea
prophetasse, dubium non est hunc reformatum. Nam
& Achab correptus à propheta propter mortem Na-
buthei ibat plorans, & conscidit uestimenta sua, & præ-
cinxit cilicio, & factum est uerbum domini in manu se-
rui eius Heliæ de Achab, & dixit dominus: Audisti
quoniam motus est Achab à facie mea, non inducam ei
mala in diebus eius, Et Niniuitis peccata deflentibus,
imminente morte reparata est uita. Ecce quamus pro- Iohan.8
fectus est pœnitentiæ Sed forte dicatur è contra: Con-
cessa quidem est, sed non de crimine idolatriæ, quamuis
enim hæc grauia sint, maius est tamen crimen idolatriæ.
Recte tamen exposa est non ex modica parte Nouatiani
assertio, qua duo crimina grauia concessa pœnitentiæ ui-
dentur: Quia si fornicationi ignosci non debet, sicut No-
uatiano uidetur, quanto magis homicidio aut adulterio.
Sed hinc uanitas eius apparet, quando hæc quæ grauia
sunt concessa probantur, quamobrem nunc, an Idolatris
concedi posse promiserit deus, requirendum est: Omne
enim quòd iure hic concessum non fuerit, nec in futurum Matth. 16
poterit concedi. Hic enim sicut dixit dominus, aut liga-
tur, aut soluuntur peccata: In futuro autem nihil aliud
erit, nisi remuneratio aut cõdemnatio: Omnis enim qui hic
iure reprobatur, non poterit eligi, aut dignus in futurum
iudicari. Audiamus igitur quæ dicat dominus de idola-
tris ad Hieremiam prophetam: Vade & dic inquit, re-
uertere ad me commoratio Israël, dicit dominus, & non Hiere.3
firmabo faciem meam in uos, quia misericos ego sum di-
dicit dominus, & non Irascar uobis in æuum, uerunta-
men cognosce delictum tuum: Impie egisti, & posuisti

uias tuas

uias tuas in alienos subtus omne lignum nemorosum. Ecce quid promittit eis deus qui post lapsum ad se conuertuntur, ut post apostasiam regressis remittatt peccata. Et iterum dicit deus per Hieremiam: Delicati mei ambulauerunt uias asperas, ducti sunt ut grex direptus ab inimicis. Constantes estote filij, & proclamate ad deum erit uestra in abductione memoria. Nam sicut fuit mens uestra ut erraretis á deo, duplicabitis decies tantum conuersi quærentes eum. Qui enim induxit in uos mala, inducet in uos æternam iocunditatem cum salute uestra. O clementia dei, quemadmodum lapsos prouocat ut se erigant, quomodo hortatur ut post errorem idolorum reuertantur ad eum, quasi pater beniuolus filijs suis iocunditatem perennem promittit salutis, si se corrigant, Item apud eundem inter cætera: Et restituam illos in terram istam & reædificabo eos & non destituam, & replantabo eos & non euellam: Vt quia comminatus dixerat: Sacrificans dijs, eradicabitur, ne peccantes in deum desperarent de se, quód iam quasi sacrificauerunt idolis, eradicati, replantari non possent, hortatur eos, quia si pœnitent poterunt ad statum suum pristinum reformari. Sententia enim tunc manet si non emendetur delictum. Denique Niniuitis prædicatum est, quia post triduum euerteretur ciuitas eorum. Quare post triduum, nisi ut aut pœniterent & auferetur sententia, aut in eo permanentes iustius deperirent? Hoc est quód dixit per prophetam: Nolo mortem morientis, tantum ut reuertatur & uiuat. Ita factum est ut morituris peccatorum causa Niniuitis, ignosceretur, pœnitentia subsequente. Vt quid etenim centum annis sub Noe arcam inuenimus fabricatam, nisi ut uidentes & audientes quid immineret, emendarent se? Neminem enim deus uult perire. Hinc est unde in Salomone legimus: Quoniam inquit altissimus misertus est pœnitentibus: Et iterum. Misereris omnium quia omina potes, & dissimulas peccata hominum propter pœnitentiam. Hoc sensu & dominus dolens super perfidiam Iudæorum, ait: Hierusalem Hierusalem quæ interficis Prophetas, & lapidas missos ad te, quotiens uolui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alis suis, & noluisti. Igitur semper dominus per totam legem peccatores ad se conuerti hortatur, nolens opus suum perditioni esse obnoxium, cum nec alia causa lex esset, quam ut ex errore homines conuertantur ad ueritatem: Ita tamen, ut in nouo testamento auctor legis clementior uideatur, quia tempore quo Sacramentum filij sui domini nostri manifestare dignatus est, largior & uberior in misericordia esse uoluit, ut plus gratia prædicante filio esset quam fuerat prædicantibus seruis, Nec immerito: Sic enim fuit dignum ut maiora dona per filium quam per famulos largiretur. Denique ad se conuersis credentibus omnia simul peccantibus concedit, nulla interueniente lamentatione pœnitentiæ. Vnde dicit Paulus Apostolus: Sine pœnitentia enim sunt dona & uocatio dei. Post autem si peccauerint, per pœnitentiam poterunt mereri ueniam. Et quia post acceptam gratuitam misericordiam peccauerunt, non iam gratis, sed interueniente gemitu & fletu possint ad indulgentiam peruenire: Impossibile est enim homini ut non peccet. Vnde Iohannes Apostolus: Si dixerimus inquit, quia peccatum non habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Si confitemur peccata nostra, fidelis & iustus est ut remittat nobis peccata, & mundet nos ab omni iniusticia: Sicut Dauid meruit ueniam & reformationem cum confiteretur peccatum. Certe Christianis loquitur Iohannes Apostolus. Ait enim in subiectis: Filioli mei hæc scribo uobis, ut non peccetis, & si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum. Hoc dicit, ut si post baptismum peccauerimus, aduocatum supplices deprecemur ut exoret pro nobis patrem. Si enim apud ueteres nostros pœnitentia habuit locum, quomodo fieri potest ut hoc tempore locum non habeat quando maior clementia prædicationis est, & qui inimicis misertus est uocando illos ad gratiam, amicis factis non miserebitur cum mercede? Tribulatio enim cordis merces est pœnitentis. Si lapsis pœnitentibus, qui ante lapsum amici fuerant, non ignosceretur, quód dictum Nouatiani si esset uerum, dolerent homines ex inimicis factos se amicos: Aut qualis æstimandus erat ille si inimicis non pœnitentibus misericordiam daret, amicis uero & pœnitentibus non daret? Præterea cum sciat dominus diabolum aduersus amicos & seruos dei plus se extollere & sæuire. Vnde dicit Petrus Apostolus: Vigilate & sobrij estote, quia aduersarius uester diabolus fremens sicut leo circumit quærens quem deuoret. Quoniam ergo nouit dominus aduersarium nos habere horrendum & ualidum, si uicti ab eo fuerimus, uult nos ad auxilium suum confugere, dolens elisos nos, ut uirtute eius reparati fortiter repugnemus. Sicut enim nisi breuiati fuerint dies illi quos dicit dominus, nulla fiet salua caro, ita etsi negetur hominibus pœnitentia, nemo poterit saluus fieri. Si enim nemo inquit gloriabitur mundum se habere cor: Et alibi: Nemo ait sine sorde, nec infans unius diei, quis poterit euadere si pœnitentia denegetur? Et ubi est quód dicit dominus, quia gaudium erit in cœlo super uno peccatore pœnitentiam agente? Sed si maiora crimina inquit ignosci non debent, fornicatio & idolatria, ubi est dictum dominicum, quo omnia peccata, & blasphemias promittit remitti hominibus, spiritus autem sancti blasphemia non remittetur hominibus? Omnia enim peccata dicit posse remitti, excepto uno. Nunc elige Nouatione de quibus uis dictum: De adhuc non credentibus, aut de iam credentibus? Si de non credentibus, quoniam dat remissionem peccatorum, cum con-

Baruch. 4
Hiere. 24
Ione. 3
Ezech. 18
Genes. 6
Eccles. 12
Supre. 11
Matt. 23
Rom. 11
1. Iohan. 1
1. Iohan. 2
1. Petr. 5
Matth. 24
Prouer. 20
Iohan. 25
Luce. 15

ſtet omnes antequam credant in deum peccaſſe & in ſpiritum ſanctum? Nam nonnulli geſta dominica magicas artes appellant, opus ſancti ſpiritus dæmonijs aſſignantes. Si autem de credentibus uis dictum, excluſa eſt aſ-
Matth. 12 ſeueratio tua, quia omnia peccata remittentur ei, & qui dixerit inquit uerbum contra filium hominis, remittetur ei. Ergo ſiue in deum, ſiue in Chriſtum peccetur, remittetur hominibus. Omnia enim peccata complexus eſt, præter in ſpiritumſanctum. Itaque non hoc peccatum uult intelligi, quòd peccatur in deum, hoc eſſe & in ſpiritum ſanctum, ſi enim hoc eſſet, non utique iſtud exciperet. Quoniam ergo aliud peccatum ſignificat, cum blaſphematur in ſpiritumſanctum, ad perſonam enim pertinet hoc dictum, non ad naturam ſpirituſſancti, ſiue iam credentibus per pœnitentiam, ſiue futuris credentibus per baptiſmum omnia remittentur peccata. Quòd aũt in ſpiritũſanctum peccauerunt Iudæi, alia cauſa eſt, & quæ ad tempus illud pertinuit: Vnde nõ illis hoc remitti, neque hic, neque in futurum oſtendit. Non enim errore peccauerunt in ſpiritumſanctum, ſed maliuolentia. Scientes enim prudenteſque opera quæ uiderunt in geſtis ſaluatoris dei eſſe, ut populum à fide eius auerterent, hoc ſimulabant eſſe principis dæmoniorum: Hinc eſt unde dicit eis dominus: Vos habetis clauem ſcientiæ, & nec uos intratis, nec alios ſinitis intrare. Hæc
Luc. 11 ergo ſententia contra maliuolos prolata eſt, quibus remedium inueniri non poteſt ut ſaluentur. Nihil eſt enim hoc crimine grauius, fingit enim falſum eſſe, quòd ſcit eſſe uerum. Iudæi enim qui ſub dei lege eſſe uidebantur, quibuſque facta promiſſio Chriſti eſt, uidentes magnalia, & intelligentes hoc eſſe quód promiſerat deus, inuidia cæcati ſunt ut hoc eſſe negarent, & non ſolum negarent, ſed & perſequerentur uſque ad mortem. Non ergo dignum eſt iſtis peccatum hoc unquã debere remitti, qui conſcientia ſua teſte, deo cui ſe deuotos dicebãt auſi ſunt repugnare. Vt autem in deum uel in Chriſtum peccetur, diuerſæ ſunt cauſe: Aut enim aliquis dum fœlicitati alterius inuidet dolore humilitatis ſuæ inſurgit in creatorem, aut aliquid in repentinum paſſus quód fit aduerſus iracundiam, excitatus in parentẽ iniurioſus exiſtit. Chriſti autem incarnatio etiam ad iniuriam prouocat. Dum enim ignorant homines ſacramentum incarnati Chriſti, blaſphemant, indignum ducentes ſi filius dei qui incorporalis et ſimplicis naturæ eſt, hominum more natus dicatur: Blaſphemat ergo qui ignorant myſtrium: Quãobrem conuerſis his porrigenda eſt manus, quia ſic contra uerum exiſtunt, dum pro uero ſe facere arbitrantur: Tortus huiſmodi & exungulaeus hoc uerum eſſe dicit quód perſequabatur: Supramemorati aũt Iudæi aliud ſenſerunt, et aliud ægerunt, qui ſine Iudice et carnifice cõſciencia ſua teſte ſẽper torquentur. Qui enĩ p errorem inimicus exiſtit uero, cũ conuerſus fuerit, gaudet cognouiſſe ſe ueritatem, maliuolus aũt nõ habet q̃ emendet, ſi enim conuerterit ſe, incipiet uerum dicere q̃ prius falſum eſſe nõ neſciebat. Spiritui autem ſancto ut fiat iniuria, cauſſa nulla extitit, officium enim eius offenſionẽ nõ parit, quia in uirtute ſignorũ & prodigiorum apparet. Quis enim inſibilare contra eum audeat, uidens mortuos excitatos? Aut quis iraſcatur ei cuius effectu uideat currentes paralyticos cœcum, lumen accipere, ſurdũ audire? Aut quõ nõ amabit eum quem uideat ſpiritus immundos eijcere, leproſos mundare, & ſimul omnes infirmitates curare? Huic Iudæi maluerunt iniuriã facere, opus eius dicentes eſſe dæmoniorũ, dũmõ inuidiam atq; odium cõtra ſaluatorẽ exercentes explerẽt, idcirco neque ĩ futurũ hoc peccatũ remitti eis oſtendit, Sed Nouatianus maiora ĩquit crimina nominatim nõ remitti probantur, ideſt idolatria & fornicatio poſt lauacrũ. Idcirco enĩm in baptiſmo ait, ſimul omnia remittuntur peccata, ut de cætero ſi quid graue cõmiſerint, nullo mõ ueniam conſequaneur, quia poſt acceptũ ſpiritũſanctũ, q̃ contra ſpiritũſanctũ eſt, admitti non debet. Quis neget peccare nunq̃ deberi, ſi eſſet poſsibile? Porro aũt ſciens deus fragile genus humanũ, ſemper remedijs ſalutaribus proſecutus eſt eos, ut poſt peccata haberent quõ ſe repararent. Si aũt ſpiritus datus, ꝓhibet peccantibus dari pnĩam, nulla prouidentia eſt in nouo teſtamẽto, & melius uidebitur ueteribus ꝓuiſum, quibus medicina iſta minime eſt denegata: Et quõ maior gratia eſt in nouo q̃ in ueteri? Nã hoc inimici eſt, qui ſciens hominibus aliter prouideri nõ poſſe, ut pueniant ad ſalutẽ q̃ interuentu pœnitẽtiæ ſpiritũſanctũ dari, cui ſi iniuria facta fuerit metu alquo, aut p aliquẽ errorẽ, iam ſatiſfactio locum nõ habeat reformandi hominẽ. Hoc eſt occaſionẽ quæſiſſe perdendi hoĩnes, nõ ſaluãdi. Sed abſit, quia dominus ait: Filius hoĩs nõ uenit animas perdere, ſed ſaluare. Nã ſi nobis peccata quæ in nos pec- Luce. 9
camus inuicem ſi cõuertamur ſeptuagieſſepties remitti à Matth. 18
nobis alterutrũ præcepit deus, quãto magis ipſe ſi in illũ peccetur ignoſcit cõuerſis. Omnẽ enim peccatorẽ cõuerti uult. Vnde Apoſtolus, fornicaris & immundis remiſſũ ꝓbat dicens: Ne forte ueniens lugeã multos ex his qui ante 2. Cor. 12
peccauerũt et nõ egerũt penitẽtiã ſuper immundicia & fornicatione quã geſſerũt. Probat quoſdã ægriſſe pœnitentiã de quibus nõ dolet, ſed gaudet. Aliquos aũt ſignificat non ægriſſe fornicationis ſuæ pœnitentiã propter q̃ & lugere ſe eos dicit, nõ ptinẽtes ad uitã, quia nõ ægerũt pœnitẽtiã. Si enĩ huiuſmodi criminis ĩ hac uita ſemper agenda pœnitentia eſſet, nõ diceret lugere ſe eos, quia nõ ægerunt, ſed quia nõ agũt. Scientes aũt hæc, incipient peragere pœnitẽtiã. quia nõ ægerũt. Hoc enĩ uolebat, ut ueniẽs ad eos pacẽ haberet cũ cõione eorũ. Ecce probatũ eſt fornicarijs poſt actã pœnitẽtiã cõicandũ eſſe. Nõ enim poteſt illis cõicari quãdiu agunt: Tũc aũt cõicandũ eſt cũ deſinũt agere iudicio eccleſiæ. Nũc ſupereſt uidere an ſpecialiter idolatria poſſe remitti probemus. Legimus enim in Apocalypſi beati Iohãnis, Apoſtoli, pœnitẽtiã ſuper idolatria prædicari. Cõmonẽtur enĩ epiſcopi, quos angelos uocat, ideſt, nũcios Sicut et beatus Paulus Apoſtolus ait: Sicut angelũ dei ac- Gala. 4

epiſtis

cæpistis me,ut peccantibus dent pœnitẽtiã, nec eos patiantur minime cõmoneri qui scãdala faciunt in ecclesia,cum sint & ipsi de ecclesia. Dicit ergo & angelo Pergami ecApoc,2 clesiæ stribe: Hæc dicit,qui habet gladiũ ex utraq; parte acutũ: Scio ubi habitas,ubi sedes est sathanæ. Et tenes nomen meũ,& nõ negasti fidẽ meam,in diebus quibus Antiphas testis meus fidelissimus occisus est, est apud uos ubiNume.24 sathanas habitat,sed habeo aduersus te pauca,quia habes illic tenẽtes doctrinam Balaã,qui docebat Balac mittere scandalũ sub oculis filiorũ Israël,manducare delibata & fornicari, ita & tu habes tenentes doctrinã Nicolaitarũ: Similiter age pœnitentiã. Hanc dicit esse doctrinã Nicolaitarũ quæ fuit in Balaã, idest,idolatriã & fornicationẽ,de qua iubet agi pœnitentiã. Et quia hominibus Ecclesiæ loquitur,ostendit dicens:Hæc dicit spiritus Ecclesijs.Quis aũt fructus est pœnitentiæ,ita significat: Vincenti inquit daba manducare mãna quód est absconditũ,ut per pœnitentiã quispuis uincat peccata. Quid est enim pœnitere,nisi dolere præterita, & de cætero tẽperare ab his quæ admiserat? Et angelo Thiatyræ Ecclesiæ scribe: Hæc dicit filius dei qui habet oculos sicut flamã ignis & pedes eius similes æramẽto tyrino: Scio opera tua & dilectionẽ & fidẽ & ministeriũ & patientiam & opera tua nouissima pioribus: Sed habeo aduersũ te,q; finis mulierẽ Iezabel, quæ se dicit Prophetã et seducet seruos meos fornicari et manducare immolata idolis, et dedi ei tempus ad pœnitẽdũ, & noluit agere pœnitẽtiã de fornicatiõe sua: Ecce mittam illam in lectũ,& adulteros eius cũ illa in tribulatioHiere.13 ne magna,nisi ægerint pœnitentiã factorũ suorũ,et natos eius occidã morte,& scient omnes Ecclesiæ, quia ego sũ qui scrutor renes & corda,& dabo unicuiq; uestrũ secũdum opera sua. Vobis aũt dico & cæteris quæ Thiatyræ estis, qui hanc doctrinã nõ habetis,et ignoratis altitudinẽ sathanæ,sicut dicũt,nõ mitto in uos aliud pondus: Verũ tenete quòd habetis donec ueniã. Vincenti aũt & seruãti opa mea usq; ĩ finẽ,dabo ei potestatẽ super gentes.Subuna Epistola data ad Ecclesiam Thityrã duplicẽ Nouatianæ hæresis cõfundit & explodit errorẽ, & pœnitẽtibus ẽim idolatriæ cã fructũ promittit, & in una Ecclesia malos nõ cõtaminare bonos ostendit,cũ unius utiq; essent cõionis,nec enim extra Ecclesiã positis scribebat dicens:Qui habet aures inquit audiat q; dicit spiritus Ecclesijs. Simili etenim modo Apostolus Paulus:Scimus enim inquit,quia quæcunq; lex loquitur his qui sub lege sunt loquitur. Et alio loco: Quid enĩ ĩquit mihi de his qui foris sunt iudicare? Vnius ergo Ecclesiæ homines,partĩ ad pœnitentiam ꝓuocat, partim collaudat dicens :Vobis aũt dico,cæteris qui Thiathyræ estis,quicũq; nõ habetis doctrinã istã,idest,idolatriæ,tenete quòd habetis donec ueniam,hoc est pseuerare usq; ad finẽ,quia qui pseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. Similiter & qui pseuerauerit in malo,dãnabitur:Ac per hoc sicut iusticia iusti nõ liberabit eum in die qua errauerit, sic & iniquitas iniusti nõ nocebit ei cũ cõuerterit se. Iõ dixit:Sacrificans dijs,eradicabitur: Si aũt cõuerterit,uita uiet. Sicut est & illud q, ait dominus: Qui me negauerit, negabo eũ. Si aũt conuerterit se,non Math.10 poterit negari ab eo quẽ confitetur. Hinc est ut diceret in Psalmo: Nõ iustificabitur in cõspectu tuo omnis homo ui- Psalm.142 uens. Hæc enim pœna imputatur homini in qua moritur: Nã quia in Ecclesia mali cum bonis futuri essent usq; ad iudiciũ dei,ipse deus significauit dicens:Simile est regnũ Matth.23 cœlorũ rhetimisso in mare,q, ex omni genere piscũ collegit, cũ aũt uenissent ad littus,bonos segregauerũt in uasa sua,malos aũt foras miserunt :Sic erit in consummatione sæculi, exibunt angeli & segregabuni de regno dei omnia scandala,& eos qui iniquitatẽ faciunt.Hæc causa significatur etiã in illo, qui inter discũbentes inuentus est non habens uestimentũ nuptiale,quẽ solũ ꝓiectum de cœtu ostendit Ecclesiæ, quia crimẽ indignitatis eius nõ polluit cæteros, & quia hæc indignitas eius designata est, eo q, uestimẽtũ nõ habuerit nuptiale, manifestus fuerit cæteris: Videbant enim eũ inter se aliud esse uestitũ. Hinc est unde 1. Thimo.2 Paulus Apostolus : In magna aũt inquit domo, nõ solum sũt uasa aurea & argentea,sed & lignea & fictilia.Istud ꝓpter Hymeneũ & Phyletũ posuit,qui cũ essent ex Ecclesia peruerse de resurrectione sentiebant,sicut aliqui de Corinthiorũ Ecclesia resurrectionem negabant. Sed hanc domũ magnã Nouatianus mundũ significat intelligẽdũ, non Ecclesiam,ne in una Ecclesia malos cũ bonis,mũdos cũ immundis cogatur asserere. Quòd facile puto cõuelli. In una enim domo omnes sub uno sunt nomine, quãuis enim moribus diuersi sunt,uno tamen domini sui nomine cẽsentur & ꝓfessione. Mundus aũt hic diuersæ ꝓfessionis continet homines,ita ut dispares ꝓfiteatur se habere,et deos & dominos. Vides ergo nõ hoc potuisse dici de mũdo, sed de Ecclesia, in qua uno degentes nomine diuersi sunt actu. Quòd quidẽ Nouatianũ nõ ignorasse aduerto, sed quia abscessionis suæ iustas querimonias nõ habebat,ne aperte erubesceret,argumenta quædã sibi conflauit per malam legis interpretationẽ, quibus excusare niteretur,& tegere liuoris sui inuidã uoluntatẽ. Deniq; respõdet ad hæc quæ diximus dicens : Nec ego renuo agendam pœnitentiã admissæ idolatriæ,sed ego remittere non audeo,quia crimen hoc ab eo remittendũ est in quẽ admissum est : Hæc aũt cũ dolo respõdet. Interpretationibus enim suis detegitur quibus fraus eius apparet,Quãdo enĩ dicit scriptũ est : Qui me negauerit, & ego negabo eum, Matth.10 & mentiri nõ post cuius uerba sunt , pœnitentiã q̃ agendã,dicit inanẽ & infructuosam ostendit.Si enim sententia data est, & non fallit qui dedit, quid excruciare cõpellis hominẽ lamẽtationibus & gemitibus, qui huius rei effectũ, aut denegas, aut scire te minime profiteris? Omnis enim qui consiliũ alicui dat , ad hoc utique dat,ut quid ex eo ꝓficere possit ,prædicet. Sed quia tu Nouatiane dolose hoc profiteris,ad illudẽdas mentes hominum agendã pœnitentiã dicis. Sciẽs enim aperte hoc negari nõ posse,subtiliter facis, quia non uoce , sed effectu pœnitentiã amputas. Omnem certe qui idolis sacrificauerit,in ꝓpriumsanctum

sanctum dicis peccare, cui neq; hic, neq; in futurum peccatum hoc remitti per legis uerba contendis. Quomodo ergo huius delicti agendam pœnitentiam dicis, nisi quia fallis, sicut supra ostendit? Sed soles alio dolo fraudẽ hanc uelle contegere, dicens eodem sensu etiam Petrum Apostolum dixisse Simoni: Age pœnitentiam ab hac malicia tua, si forte remittatur tibi. Sed conuens Apostolus Petrus ueterem & uenenatam maliciã hominis, & peramarã, idcirco dubium ei dedit responsum. Quis enim mortalium sic peccauit, ut donum dei pecunia uellet mercari? Maliuolenti ergo responsum istud datum est, non errori. Hæc est enim quæ remediũ non habet, quia nec error est, nec per quam excusetur necessitas, ut possit per fletũ ad ueniam peruenire. Si in tali itaq; caussa aliqui fuerint inuenti, hoc audiant quòd audiuit & Simon. Nam ideo dubie respondit ei Apostolus Petrus dicens: In felle enim Amaritudinis & in obligatione iniquitatis uideo te esse. Si ergo in tã graui caussa, & quæ sine remedio uideatur dubie responsum est, ambiguum non est eis qui errore aut necessitate aliquam in deum peccant posse remitti si congruam pœnitentiam agant. Hoc enim concessum est iuri Ecclesiastico ab auctore, ut & pœnitentiam det, & post pœnitentiam recipiat. Et adhuc est aliquid quòd deprehendit Nouatianus: Cur inquit corpus domini tradũt eis quos nouerunt peccatores? Quasi possint ipsi accusatores esse, qui sunt Iudices. Si autem accusati fuerint, & manifestati potuerunt abijci. Nam quis iudex accusantis sumat personam? Nam si ipse dominus Iudam pasius est, quem sciebat furem esse, et ea quæ mittebantur exportare, nec cum qui accusatus non est abiecit. Hoc exemplo uti oportet, ut eum abijcere non liceat, qui publice delectus non fuerit. Nam nec iusto uiro competit aliquem accusare. Vnde Mattheus: Ioseph cum esset inquit homo iustus & nollet eã traducere, uoluit eam occulte dimittere. Iudas ergo cum esset inter discipulos, contagione sua non eos maculauit, dissentientes utique á furtis eius, & Eucharistiam inter eos accipiens non polluit innocentes. Nec dominus ei quem latronem sciebat corpus suum denegabat, quia secundum Apostolum: Qui indigne sumit, gladium sibi sumit. Vnde nec ab oculis eius se auertit. Peccatores etenim eos polluunt qui consentiunt malis eorum. Vnde dictum est: Videbas furem & concurrebas cum eo. Hinc est unde Apostolus plebem Corinthiorum arguit, propterea quòd illum qui publice uxorem patris habebat, non corriperent aut euitarent, ut se emmendaret dicens: Nescitis, quia modicum fermentum totam massam corrumpit? Cum enim non esset dux aliquis aut præpositus Ecclesiæ, plebis erat corripere eum quem uidebant tam turpiter & obscœne inter eos conuersari: Ac per hoc quasi consentientes eos crimini eius Apostolus arguit. Nec enim in hac re accusatore opus erat, aut testibus: Publice enim nouercam suam loco uxoris habebat. Itaque quantum ad causam nostram pertinet exposuimus rationẽ, non alios criminantes, sed nos

Actis, 8

Iohan, 12

Matth.)

1. Cori, 11

Psalm. 25

defendentes. Nouatiani autem obtestor conscientiam qui nos semper accusat. Si sanctos scit esse omnes quos scum habet: Intantum autem irascitur nobis, ut & Christianos nos neget, cum sciat nos ea fide notos, de qua ipse præsumit: Christianum certe professio facit & uita, Si ergo uides hominem ea profiteri quæ tu, & non dissimilem esse in uita, quare negas esse eum quòd tu es? Certe qui dicit dominum Iesum, in spiritu sancto dicit, uerum enim dicit: Omnis enim ueritas de deo est: Cur non assentis uera dicenti, sed negas fatenti? Deinde contradicis non ratione, sed furore. Numquid nõ inimicus dei uideris, qui uera de domino deo profitenti resistis? Nũ quid paganus audiens aliquem idola dicentem esse, deos, negat paganum esse? Cur tu negas Christianũ quem audis uerba integre fidei profitentem, cũ legas: Corde creditur ad iusticiam, ore autem confessio fit ad salutem? At tu ut inimicus quòd per iracundiam non uides, deo repugnas: negans hoc, confitentem habere salutem, cũ dominus dicat: Quicunq; me confessus fuerit, & ego eum. Nunquid ait, si Nouatianus me fuerit confessus, sed tu hoc sic astruis ut tibi hoc defendere uideris, ut is saluetur qui nõ Christianus tantñ, sed qui fuerit & Nouatianus. Sed si in Christo facta confessio dat salutem, ubicunque apud quoscunque integra fuerit, hæc confessio habet salutem. Itaque si confessionis huius traditio corrupta est apud nos, aut sensus immutatus recte accusas. Si enim hæc manet in nobis sicut & in te, nos negando, & te negare uideris. Sed fidei ministros accusas: Fac uerum esse, quamuis probare non possis: Qui tamen ab his audierunt uerum est, quòd audierunt, an falsum? Nec enim si uitiosus uerũ dixerit, non erit uerum, quia á uitioso dictum est: Cum alia causa sit conuersationis & alia professionis. Nonne persecutor odio Christiani nominis professionem persequitur, non conuersationem? Primo in illo sciens hoc proficere religioni cum confitemur esse nos Christianos, sacrilegus confitentibus nobis credit, quòd non uult audire, quia edit: Tu aũt cum eiusdem professionis sis, & signaculi non credis confitentibus nobis quæ ipse confiteris. Si aliter nos renatos scires quã tu renatus es, recte non crederes hoc nos esse quòd tu es. Vt quid à sacrilego persecutionm patior, si non hoc sum quòd tu es? Nã si hoc de me profiterer q, tu de me dicis, persecutionem nõ paterer. Ac postremũ mihi credendum est de me, nõ tibi: Meam enim professionem quærit iudex, non tuam de me. Quid ergo me cõfitentem tu negas, cũ uerum sit in hac caussa nõ alienũ testimonium, sed meam professionem requiri, aut pro me, aut cõtra me. Nolebã, p nomine torquere te cõtra me, ut appareret si uera confitentẽ et tu negares cõtra me, aut cui crederetur: Dolo enim hoc proponis, ut iustam causam uideris habere schimatis. Nam non ignoras in hac re meã de me testificationẽ requiri, non alienã, & hoc uerum haberi quòd ego fuero confessus, non quòd alter negauerit. Manifestum est utiq; liberos esse eos, qui amore Christi non disquirentes hominum actus, ad fidem eius

conse-

consequẽdã concurrũt, hoc eorũ ꝓbantes quod sibi utile norunt. i. ut traditionẽ fidei, quæ de Christo est, consequã tur. Nam qui præter mysteriũ aliquid aliud in hac re putat homini necessariũ, traditioni facit iniuriam, Minus enim sentit de gratia dei. Quando enim nisi meritũ hominis affuerit negat donũ dei proficere posse deuoto sibi, aut potiorem, aut paremfacithominem ipsi traditioni, cum longe sit meritũ bois ab hoc officio. Sicut de hac eadem re
1. Cor. 3 dicit Apostolus Paulus, Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementũ dedit. Itaq; nec qui plantat est aliquid neq; qui rigat, sed qui incrementũ dat deus. Quõ in hac re aliquid de homine sperandũ est, cũ uera data sint quæ tradantur? Videamus itaq; quid proderit si boni meriti fuerit, aut quid oberit si mali fuerit meriti. Accedens uerba dei audire desiderat, quibus fidẽ coõmendans salutem se credit accipere. Quid facit in hac re si bonæ aut malæ uitæ sit, qui uerba solẽnia tradit, cũ fides deuota quæratur percipientis, ut ea quæ audit toto animo credat? Nũquid si malæ uitæ sit qui tradit, impedimentũ faciet percipienti ut nõ credat quæ audit credenda, ut peccatũ eius intret in cor eius ne credat, aut deus qui iustus est despicere habet deuotũ sibi propter peccatũ eius, quẽ ipse patitur esse in ordine? Nec homo sic iudicat quẽ constat falli frequẽter, aut esse gratiosum, si ita esset, & hõ cãm suã ageret nõne diceret deo, Quis sit iste cuius cã me despicis, nescio, Ego ad eũ tui cã accessi, quia tuus dicebatur antistes, te quæsiui, te desideraui, tibi credidi, de hõne nihil speraui. Quare ergo mala eius mihi obsint, quẽ nescirem nisi te quæsissem? Si bona eius mihi possent proficere, iustũ uideretur forte, ut & mala eius obessent mihi. Sed sicut bona eius si dubie credidissem, nihil proderant mihi, ita & mala eius uihil obesse mihi debent bene credenti, Ego enĩ uerbis eius fidẽ dedi, quæ à te data dicuntur. Quicũq; te inspirante loquuntur, de te ꝓmittunt, huic de se nihil credidi, nec gestis eius, sed fidei quæ ex te est me copulaui. Secundũ hoc integra est cã credentis. Aduocatorũ enĩ more accipe ãtistites. Nũquid si male uitæ sit aduocatus cõtra susceptũ eius pronunciabitur? hoc est officiũ aduocati, ut secundũ iuris ordinẽ suscepti sui causſam poret. Nũquid poterit uita eius si turpis est obesse causſæ susceptí? Persona enim aduocati nec obesse nec prodesse poterit, qualis enim fuerit causſa, sic & respondebitur ei. Sic sunt & qui uolunt Christiani fieri. accedunt ad ãtistitẽ, dicunt ei uota sua, Ille facit uerba iuris ecclesiastici, si uera uota sunt suscipiuntur à Iudice, In quo ille aut obesse poterit, aut ꝓdesse? Quippe cũ nec causſam susceptí sui norit. Deo enim iudici soli cognitũ est, quis, qua mente accedat. Antistitis ergo est, delegato sibi fungi officio, Iudicis aũt, aut susciperé, aut renuere causſam susceptí. Ipse enĩ inuenitur
Matth. 9 dixisse, Filia fides tua te saluã fecit. Vides itaq; nullius adiutorio, sed unũquẽq; fide sua saluari. Hoc enim deus decreuit fidei, ut sine dubitet, omne qd' uoluerit cõsequatur Tu tñnõ ut amicus, sed quasi inimicus Christi populũ sub tuo nomine cõgregasti, ut nõ sint Christiani, nisi fuerint & Nouatiani, cum Apostolus condemnet, si quis dicat se Paulianum, aut alterius alicuius, se tu potiorem te iudi- 1. Corin. 1
cans super Christi nomen tuum posuisti, quasi ille nõ sufficeret ad tuendam ecclesiam suam.

Quomodo in Leuitico dominus sacrificia & libamina offerenda præcipit, quæ alibi respuit. Quæstio. CIII.

CVm constet in Leuitico de sacrificijs offerendis domino mandasse patribus, ut offerrent libamina uel Leuit.
sacrificia, siue holocausta. Deniq; sic dicit per Hieremiã Prophetã. Hæc dicit dominus, Holocausta uestra congre gate cũ sacrificijs uestris, & manducate carnes, quia nõ Hiere. 7
sũ locutus ad patres uestros, neq; mandaui illis qua die eduxi illos de terra Aegypti. De holocaustis, et sacrificijs si penitus aduertas, nõ est de hac re facere quæstionẽ, nec mentitũ dominũ aut immutatũ putes, ut mandaret, & postea denegaret. De huiusmodi enim sacrificijs, et libaminibus seu holocaustis nihil inuenitur mandasse, de quibus nũc se locutũ testatur. Duo etenim genera sacrificiorũ ad Duo genera sacrificiorum.
uerte, unũ quod ꝓ singula genera offerri mandatũ est, et aliud quod uoluntariũ dictũ est. Illud ergo quod ꝓ diuersa genera, siue pro peccatis, siue pro primogenitis offerri præceptũ est, quid & quale, & quõ offerendum esset mandatũ est. Sacrificiũ aũt noluntariũ nõ utiq; mandatũ est, quia arbitrio remissum est, Vt si aliquis uoluisset offerre, qd' illi uisũ fuisset offerret, Voluntaria enĩ erãt hæc sacrificia. Et quia negligenter & improuide hæc offerebant nõ deliberantes, quia qui offerret potentiori munera electa offerret, idcirco dicitur eis, Non mandaui uobis de
his, sed si uultis debetis quæ digna sunt offerre. Sic etenĩ Gene. 4
inuenitur & Cain peccasse, cũ nõ considerat deo hæc deberi offerri, quæ potiora sunt. Cũ enim ad propitiandũ deum hæc offerre se dicerent, in eo ipso prouocabant deum ad indignationẽ, ut in id quod dicerent se bene facere, peccarent offerentes deo holocausta indigna. Vnde dicit in Malachia Propheta, Si adducatis ad uictimã cœcum aut
cludũ aut ægrũ, nõ est bonũ. Offer aũt ea duci aut præpo Malach.
sito tuo si suscipiet te, dicit dñs omnipotentes. Hinc est ut per Esaiam de eadem re quæratur deus dicens, Quo mihi oues holocausti tui? Neq; in sacrificijs tuis honorasti me. Non enim ad hoc te fœci ut laborares in thure, aut ut Esaie.
mercareris mihi argento incensũ, nec adipẽ sacrificiorũ tuorũ cõcupiui, in peccatis aũt tuis & iniquitatibus astitisti mihi. Manifestũ est itaq; ortas esse quærelas, quia cũ uolũtaria sacrificia offerrẽt, nõ in his deũ honorabãt offerẽtes indigna, cũ hæc utiq; nõ essent necessitatis. Si enim mandata fuissent. necessitate uidebantur qualiacũq; offerre. Quando autem arbitrio suo hæc offerebant, talia debuerãt offerre ex quibus exequiũ in se dei ostẽderent. Sed quia animus illorum cupiditate idolorum errabat, inconsiderate hæc agebant. Igitur duplici genere exprobratur, quia & iniquè agentes deo audebant offerre, & quæ in digna erant offerebant, Cum iniqui actus non sa- Psalm. 50
crificijs redimantur, sed lamentatione & misericordia.

Vnde dicit Dauid cum peccasset, Si uoluisses sacrificia dedissem, utiq; holocaustis non delectaberis, Sacrificiū deo spiritus contribulatus, & cor contritum & humiliatum deus non spernit. Deniq; dicit Samuel ad Saul, qui cū cōtempsisset præceptum domini sacrificio deū putabat posse placari. Non enim inquit uult deus sacrificiū magis q̄ audiri uocem suam. Et scriptura dicit, Misericordiā uolo plusq̄ sacrificium. Iudæi cū iniusti essent & īmisericordes, oblationibus propitium deū fieri arbitrabantur, sicut & nunc quidam spernentes iusticiam oblationibus laudari se putant. Bona est ergo oblatio, si seruetur iusticia, & non negligatur misericordia, quia quod nobis petimus, & alijs præstare debemus.

1. Reg. 15 Osee. 6

Si in Euangelio Lucę dominus nuncians bellum iudacium, aduersum se futurum. dixit discipulis suis, vt gladios sibi pararent, quomodo postq̄ inceptū esset bellū duce Scariothe, videns Petrus Apostolus insurgentes hostes, protulit gladium & amputauit auriculam serui sacerdotum, dominus idem vetuit. Quæstio. CIIII.

SCiens dominus bellū iudaciū aduersus se futurū dixit discipulis suis, ut gladios sibi pararent, quo facto cū cœptū esset bellum duce Simone Scariothe, uidens Petrus Apostolus insurgentes hostes protulit gladiū et amputauit auriculā serui sacerdotū. Tūc dominus iussit Petro ut reconderet gladiū in thecā suam. Omnis enim inquit qui accipit gladiū, gladio peribit. Vt quid parari iussit qui prohibuit percutere, reū etiā mortis designans cū qui percussit gladio, cū non utiq; iniuste uideatur Apostolus percussisse? Quantū enim pertinet ad Petrum percussit eū quē contra se armatū uidebat, Resistere enim debuit ingratis seruis, & ad dominū necandū armatis. Si singula membra inspicias caute, cuius uis patefieri rationem, inuenies & alia quæ requiris his dictis. Quid enim opus erat, ut hic qui spiritali fretus erat uirtute, gladios iubet parari carnales, & qui prius iussit in uia, nec perā ferri, nec pecuniam, nec uirgam, nunc iuberet haberi quæ prius prohibuit. Incipiamus ergo cur gladios iusserit parari, & occidi prohibuerit explanare. Non solū enī inimicorū, uerū etiā ipsorū discipulorū suorū causa ad supuenturū bellū arma procurari præcepit. Noua enim, et mirabilis res futura erat, ut is qui noua et inaudita signa faciebat, sic subito humiliaretur, ut & uerberibus subijceretur & morti. Ne ergo uelut impræscius hæc pati uideretur, & à quo forte uirtus recessisset, hæc omnia sic prædixit, ut non dubitaret de his, sed præscius cōtra hæc separaret, & quia uoluntate humiliatus est, non resistere acrius inimicis iuberet, intantū se ipsum esse qui fuerat ostendens ut iam detentus aurē quæ abscisa fuerat restitueret, ut quod gladio operante deciderat, redderet, nō quasi carnalis utiq; medicus, sed quasi corporū conditor opus suū truncatū refinxit. Nec enī possūt medici abscisa corporis mēbra repare. Vt aūt dei uirtus in illo nō diminuta, sed ita ut fuerat inesse uideretur, et illud firmaret qđ dixerat, Potestatem habeo ponendi animā meā, et ptātem habeo iterū sumendi eam. Hac erga caussa gladios parari, nō tamē occidi iussit. Nūc illud ostendere supest, quare contuens factū Apostoli Petri, cū qui gladio usus fuerit, gladio dixit pire, cū nō iniuste pcussisse uideatur. Nā sicut significatur in Luca, ipso dño pmittente pcussit, & sic phibitus hæc audiuit. Ideo etenim permissū est, ut & uindicare se posse uideretur, sed nolle, & ut uirtus ostendere tur in eo manere, in quo fuerat, ut in utroq; uindicare se posse nō ambigeretur, inimici uero ꝓ certo haberent datā sibi ab eo ptātem ut hoc facerent. Non enim uictus apparebat, sed tradens se uoluntati eorū. Quare ergo sentētia data est, ut qui gladiū accipit, gladio peat, nisi q̄ nulli licet excepto iudice gladio quemq̄ occidere? Apostolo aūt Petro usq; ad hoc permissum est, ut dolorem faceret, nō q̄ occideret. Ob hoc enim audiuit, ne iterū percuteret, Didicit præterea, quia Christianis iam factis occidere nō licet. In misericordia enim positis, lege iuris mundo creditī uti non liceat aspere. Illud aūt quod ante euntibus in uia discipulis mandasse uidetur, ut nihil tollerent in uia, pacis est caussa & gratia uirtutū & affabilitas doctrinæ. Quid enim opus erat tollere aliquid in uia, quibus signorū cā omnia offerenda erant? At ubi tempus quo se pati permisit aduenit, propter quod rixa magis bellū imminebat, armatos iubet esse discipulos, nō ut repugnaret qui pati uolebat, sed ut dixi & præsciū se huius rei & in potestate habere pasionem suam ostenderet, humiliaret autem se humanæ salutis cā, quod suo loco dicetur.

Luce. 22

Matth. 26

Ioan. 10.

Luce. 22

Matth. 10.

Quō Prophetia quadret cum Euangelio, de obscuratione solis & quibusdam alijs. Quæstio. CV.

CVm in primo aduentu domini prædictū sit, qa cōtenebraretur sol in pasione eius, eadē hora qua factū ꝓbatur. i. meridie. Sic enim scriptū est in Amos Propheta, Et erit in illa die dicit dominus, Occidet sol in meridie, et cōtenebrescet sup terrā dies lucis. Illo ergo die à sexta hora contenebratus est sol usq; ad horā nonam, & ita cōpleta est Prophetia supradicti Prophetæ. Imago huius rei quæ futura est in aduentu domini secūdo, in pasione dñi est ostensa, qnia fine cū cœpit dns aduenire ut iudicet mūdū, soluentur luminaria ab officio suo, dicente dño In illis diebus sol contenebrabitur, & luna non dabit lumen suum. Quod quidem & Iohel Propheta nō prætermisit, ut cū á multis significatur, sine dubio impleri credatur. Ita enim dixit, Sol conuertetur in tenebras, & lūa in sanguinem, priusq̄ ueniat dies domini magnus & manifestus. Hoc q̄tū appet secūdo aduentui magis cōgruit, tunc enim omnibus sic apte manifestabitur, dicente scriptura, Tunc uidebit illum omnis oculis, & plagent se super illum omnes tribus terræ, & qui illū crucifixerunt. Itaq; se in utroq; aduentu hoc cōtinetur, quia sol cōtenebrabitur illis diebus, quia dies ille quo ampliari solē et luā cecinit scriptura. Ait enim inter cætera Esaias dicens.

Amos. 8

Matth. 24

Iohel. 2

Apocol. 1

Eritq;

Esaie. 30 Erit super omnem montem excelsum, & in omni loco excelso, aqua perambulans in die illa cum perierint multi, et cum ceciderint turres, & erit lumen lunæ, & lumen solis, & lux solis erit septies tantum in die, cum sanabit cõtritionem populi sui etc. Qui dies potest intelligi quo ꝑmisit dominus sanare contritionem populi sui. Hunc opi
Luce. 1 nor esse diem quem pater Iohannis Zacharias ostendit dicens, Benedictus dominus deus Israël, quia uisitauit & fecit redemptionem plebis suæ. Et erexit cornu salutis nobis in domo Dauid pueri sui, Sicut locutus est ꝑ os sanctorũ Prophetarũ suorum, qui à sæculo sunt. Et liberauit nos de inimcis nostris, & de manu oĩm qui oderunt nos,
Luce. 2 Ad faciendam misericordiam cũ patribus nostris. Et Simeon inter cætera, Hic positus est (inquit) in ruinam, & in resurrectionem multorũ in Israël. Hæc ruina est Scribarũ & Pharisæorũ et Principũ Iudæorũ, quos Prophe
Iohan. 9 ta significauit per turres. His ergo per incredulitatẽ ruẽtibus, alij surrexerunt credendo, qui prius uidebantur infirmi & ægri per negligentiam. Vnde saluator in iudicio ait, Ego ueni in hunc mundũ, ut qui nõ uident uideant, et qui uident cæci fiant, ut qui per legis culturam & peritiam lumina uidentur, per incredulitatem cæcarẽtur, cæci uero. i. imperiti uel publicani uiderent, dũ crederẽt,
Esaie. 53 Quorum infirmitates Propheta saluatorem portaturum prædixit. Itaq; hoc tpe saluatoris factũ est sicut legitur in Euangelio, quia ipse infirmitates nostras accepit, & uulnera nostra curauit. Quæ quidem omnia in passione saluatoris consummata & adimpleta sunt, Sic enĩ salus humani generis tã apud superos ꝙ apud inferos & redempta est & firmata, quia Prophetia Zachariæ supradicti utrumq; cõprehendit, Et hic enim apud superos liberati sunt à contritione inimicorũ interuentu misericordiæ, et illic apud inferos cũ erepti sunt de tartaro. Cuncti enim qui sperauerunt in promissum Christũ, expectabant aduentũ eius, ut deuicta morte liberarentur de inferno. Vnde dixit, Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris. Si quis aũt salutem hanc, & in secundo aduentu cõtineri uel contueri intelligat, in utroq; tamẽ aduentu, maxime in secundo, sol conuertetur in tenebras & luna nõ dabit fulgorem suum, quomodo ergo augebit solem & lunam die, quo uisitabit dominus populũ suũ, aduertemus, qñ utroq; in tempore quo cœpta liberatio populi et adimpleta est, solem & lunam non minui, sed contenebrari legamus, Nisi plane solem et lunam sanctis comparatos intelligamus, sicut in alio loco legimus sanctos luminaribus
Philli. 2 adæquatos, et Paulo Apostolo prædicante, quia inter hos homines sancti in hoc mundo uelut luminaria uideantur
Matth. 13 Et in Euangelio, Tunc iusti inquit fulgebunt sicut sol. Dominus enim opera iusta lumen appellat. Sic enim ait,
Matth. 5 Luceat lumen uestrum coram hominibus, ut uidentes opa uestra bona magnificent patrem uestrum qui est in cœlis Hi ergo qui omnibus suis relictis dominum sequuntur iu
Luce. 18 stitiæ & sanctitatis causſa, soli & lunæ cõparantur septies honorati, sicut dicit dominus, Nemo est qui reliquat domum aut uxorem, aut filios, aut agros qui non recipiet septies tantum in hoc sæculo. Qui ergo ad præsens septies honorantur, potest intelligi, quia etiam in futuro septem partibus clariores cæteris futuri credantur, ut resurrectio eorum soli cõparetur ac lunæ, cæterorum uero sicut stellæ sint. Claritas ergo sanctorum, quæ hic septies honoratur, in resurrectione aliud septies consequitur, ut qui hic claritatem lunæ habet, in futuro solis accipiat claritatem. Et qui hic soli comparatur, septies tantũ futurus credatur accipere. Propheta ergo Esaias solis & lunæ cõparatione sanctorũ merita augeri prædixit, Nec immerito, Si enim ipse dominus sol iusticiæ dictus est, sãcti autem similes ei erunt, Iohanne Apostolo dicente, Cũ
1. Iohan. 3 enim apparuerit inquit, similes ei erimus, conuenienter sanctos in sole esse significatos. Septem tamen partibus maiorem solem ꝙ lunam Propheta supradictus ostendit. Quando enim lunam sicut lumen solis futuram ostendit, solem autem septies tantum, ad modum utiq; solis septies lunã augeri significat, ut talis sit tũc luna qualis nũc est sol. Quamuis sanctorum ratio hic uertatur, sub hac tamẽ causſa luminarium ex parte prodidit ꝙtitatem, ut post cremetum solis & lunæ tantum iterum maior sit ꝙtũ est sol, ut ꝙtum in præsenti distat sanctus à sancto, tantum distet in futuro post remunerationem.

Quomodo intelligenda sunt quæ habentur in Genesi, præcipue de opere sex dierum. Quæstio. CVI.

IN principio fecit deus cœlum & terram, Si cœlum Gene. 1
in principio fecit, & terram. Cœlum autem firmamentum est, sicut in subiectis apparet, non est uerũ, quia prior lux facta est, & sic firmamentũ, Aliud enim cœlũ significare non poterat, quia facturã mundi describit deo operante perfectam. Propterea enim, ꝙ diuersis opinionibus homines fallebantur in causſa mundi, Moyses deo se inspirante ostendit quæ esset ratio mundi. Quibusdam enim uidebatur initium non habere, Alijs initium quidem habere, sed ab angelis quibusdam fabricatum esse. Nonnullis uero factus similiter, sed à spiritu quodam, qui est & deus potestatis aduersæ. Pauci autem de origine ueritatis traducem sequentes, deum opificem eius asserebant. Horum ergo causſa diuersitatis qui falsa opinione trahebantur, coactus est Moyses quæ esset causſa huius uera ostendere, ne filij Israël erepti de potestate Aegyptiorum, à falsa tamen intelligentia eorũ liberati nõ essent. Ipsi enĩ inter cæteros magni erroris studiũ sequebantur, Hi enĩ Exo. 2
antiquitus præ cæteris uanæ Philosophiæ operam dabãt. Denq; Moyses per id ꝙ a filia Pharaonis adoptatus uidebatur, eruditus est omni sapientia Aegyptiorũ. Quid
Acto. 7 est ergo quod dicit: In principio fecit deus cœlum & tarram: Si enim firmamentum significat secundum quod supra ostendimus, uideamus quid dicat. Arbitramur, quia Moyses ut omnem errorem inferioris creaturæ auferret, impensarum facti mundi in principio substantias ipsas ex quibus mundus constat factas esse significauit,

gnificauit, quia si hoc tacuisset, coæternæ forte putarentur esse substãtiæ deo iugabiles estimatæ, ut qui huius rei testimonium recipit ambigere non posit, factum esse mũdum, quando substantias quæ ad impensas mundi profœcerunt initio subiectas fatetur. Igitur in principio fœcit deus cœlum & terram, id est, supernam & infernam substantiam. Superna est, qua constat cœlum, Inferna autem concretio est quadam feculenta, quæ profœcit in aridam
Esaie. 45 quæ dicitur terra, & tenebras. Vnd dicit in Esaia Propheta, Ego deus qui fœci lucem & creaui tenebras. His ergo creatis fœcit simul substantiã, hoc est aquam, tenebras, & terram ante tempora, Tempora enim sub firmamento sunt. Firmamentum enun sicut quibusdam uidetur, glacies est aquarum. Et ideo firmamentum dicitur, quia concretis diuinitus aquis firmamentum est, quod ab occulendo uel celando appellatum est cœlum. Itaq; propterea q, aqua maius sit elementum, prior est significata & quia pars eius profœcit in cameram mundi, terra autem pauimentum. Quæ quidem & Dauid à spiritusancto creata fatetur. Ait enim, Et aquæ quæ super cœlos sũt
Psalm. 148 laudent nomen domini, Quia ipse dixit, & facta sunt, ipse mandauit, & creata sunt. Post hæc ergo elementa añ cõpaginationem mundi, fœcit deus lucem, ut opera eius in lucem præcederent, quæ lux modo dispositia cursũ diei expleuit. Facta est nox iuxta diei modum, quæ similiter impleto modo spacij illuminata est aduentu luminis matutini, & sic impletus est primus dies, cum cœpit secundus, Nox enim diei deputata est, ut simul dicantur unus dies, propterea enim q, subiectæ sunt tenebræ lumini, autoritate carent, nec possunt numerũ facere. Triginta & enim dies una luna appellantur, cum secum habeant noctes. Itaq; lucis ministerium, quo spacium consumit sibi decretum, dies nuncupatur. Tenebrarũ autẽ substantia anteq̃ illuminetur, nox appellatur. Spacium autem illud quod inter occasum & ortum est, nox est, Non enim tenebræ faciunt noctem, sicut & lux diem, quia tenebræ manent in sua natura. Lucis autem accessus facit diem et discessus noctem, Non immerito ergo subiecta est nox diei. Luce ergo facta & cursu duodecim horarum impleto, totidemq; & noctis spacio peracto, equinoctium fuit in primo die, & exinde cœpit dies increscere super noctem tribus. s. mensibus, qui sunt tempus ueris, ex eo deinde augmento suo minuitur dies alijs mensibus tribus qui sunt tempus æstatis. Et iterũ fit equinoctium, ita ut ex eo nox increscat supra diẽ alijs mensibus tribus qui sunt tempus autũni. Et incipit iterũ nox de magnitudine sua, qua supergreditur, diem minorar iusq, ad finem quarti temporis, quod est hyems, & fit equinoctium primi temporis quando deus mundũ creauit, qui dies intelligitur esse undecima calendas aprilis, quando primus dies paschæ est, id est primus dies primi mensis. In lege enĩ mandatũ est, ut un-
Quo die creauerit deus mundum. decima die primi mensis uespere præpararent se ad pascha faciendũ quartadecima mensis die. i. ab undecimo.
Leuit. 23 Iã enim uesper decimi diei in undecimũ lucet, ut ab undecimo calendas aprilis initiũ esset primi mensis. In principio etenim facta luna fuit quartadecima, quia omnia plena sunt facta, adde triduũ à decimo uespere, & hi sũt tres dies ante luminaria quæ fuerunt ut undecimo calendas aprilis, factus sit mundus, quia nũerus lunæ ab undecimo uenit ad tertiũdecimũ, cui paschæ primus mensis integer est attributus, ut ĩ pascha die solẽni neq; extra undecimũ calendas aprilis sit, neq; extra lunã quartãdecimã, quia undecima mundus factus est, quartadecima aũt luna maiori lumine clarior factus est. Inter principiũ ergo et claritatẽ qua illuminatus est mundus, saluator noster et passus est & resurrexit, quia quartadecima luna passus est, primo die resurrexit, Qui iõ dñicus dicitur, quia ipsum dñs fœcit qui multiplicatos menses fœcit & tempora & ãnos. Vt aũt uno atq; eodẽ mõ minime celebretur, cursus facit lũæ i decremẽtis et cremẽtis. Terra aũt erat inuisibilis et in cõpositia, Mãifestũ est qa terra postq̃ facta est inuisibilis erat et incõposita. Tegebatur enĩ aquis, ideo erat inuisibilis. Incõpositia aũt ideo, qa cũ esset fluxa nõ erat apta ad culturã. Et tenebræ erant super abyssũ. Tenebras dicit fuisse super abyssum. i. super immensã ex omni parte aquã. Et spũs dei superferebatur super aquã. Hãc aquam quasi summitatẽ significat, super quã spũs dei quia superferebatur ostendit, ut tenebras super infinitã profunditatẽ fuisse significet. Spiritũ aũt dei sup aquas, quia ubi spiritus dei erat, obscuritas nõ erat, q̃tũ enim poterat illuminabat aquã. Abyssum aũt. i. immensam ,pfunditatẽ illũinare nõ poterat, hoc est supiores aquas illumĩabat, et subter erant tenebræ & sup abyssum. Idcirco aũt hũc dei spiritũ dicit, nõ quia sanctũ hũc intelligi uult spiritũ, sed cũ sup creaturã hylicã spiritaliter uult intelligi, totũ aũt dei esse significans, dei hũc qui super aquas ferebatur spiritũ uocat, ut prauã asseueratiouẽ cõuellat, qua quidã utuntur dicentes aliquid esse qd' nõ sit dei, nã nec ordinis, nec rõnis est, ut sup aquas spũssanctus fuisse dicatur, quia sup oẽm creaturã est. Quod enim de deo est, sup omẽs potestates & principiatus, & similiter sup oẽs potentias spiritales est. Nõ moueat aũt mentẽ alicuius, quia dei spiritus dicitur, cũ cõstat oĩa dei esse. Ait enim deus inter cætera facturus diluuium, Non permanebit spiritus meus in hominibus istis, quia sunt caro. Et in Ezechiele inter alia. Hæc dicit dñs ossibus istis, Extendã super uos cutẽ, et dabo spiritũ meũ in uos, & uiuetis. Nũquid hæc ad officiũ spũssancti pertinet, et nõ ad animã? Spũs ergo hic dei est qdẽ sicut cætera hylicarũ, tñ moderatus est substantiarũ, ipsius enim ordo est his præesse. Luce ergo facta et cursu diei moderato, et pacto secũdo die fœcit firmamentũ. i. fœlũ ut lux in terra firmamẽti modereretur diẽ, ut esset qua lucerna in domo. Hoc inq̃ firmamentũ factũ est ex supra dicta aquæ substãtia. Nunc enim compaginatur in specie mũdus, ut de cõfusione rerũ discretis substantijs, singulæ partes aptarentur quæ ad mẽbra mundi proficerent. Substãtiæ enim quas primum factas esse diximus, impense sunt mundo. Et ideo mundus dicitur, quia res ab inui-

Gene. 6

Ezechiel. 36

cem se-

cem ſeparatæ quæ erant confuſæ & in ſpeciem productæ mundum fœcerunt uocari, cuius in fabricã profœcerunt. Firmamentum ergo, id eſt, cœlum factum eſt in medio aquarum, ut diuideret inter aquam, quæ erat ſupra firmamentum, & inter aquam quæ erat ſub firmamẽto, ut dei uirtute in medio aquarum conſiſteret firmamentum, ſub ſe, & intra ſe, & ſupra ſe, & circa ſe, habẽs aquã, ut eſſet concauum de fõris, & intra munitum, ne aquæ ſiue interiores ſiue exteriores penetrarent concauũ eius, ut eſſet quaſi domus munita atq; firmata, ut ſecuri eſſẽt habitãtes in ea. Tertio die iußit congregare aquã quæ erat ſub cœlo, hoc eſt intra capacitatem firmamenti, in cõgregationẽ unã, ut appareret arida quæ eſt terra, & factum eſt ſic. Exhauſta enim latitudine terræ factum eſſe uelut aluеum in quo demeregeretur omnis aqua, quæ erat intra firmamentum & apparuit arida. Recedente enĩ aqua, neceſſe erat terram apparere uiſibilẽ, quæ prius erat inuiſibilis. Tunc arida appellata eſt terra, & congregationes aquarum maria. Et iußit producere eerram herbam pabuli, & lingua factifera ad ſemen ſuper terram, Quarto item die iußit deus fieri luminaria in firmamento cœli, ut luceant ſuper terram, luminare maius in inchoationem diei, & luminare minus in inchoationem noctis, & ſtellas. Hæc ad conceptum & natiuitatem & ad nutrimenta pertinet eorum quæ giguntur in mundo, & ad ſigna temporum certis curriculis neceſſaria, necnon & ad ornatũ totius mundi. Sicut enim ad ornamentum domus pertinet, ſi camera eius habeat auro diſtincta laquearia, ita et mũdo ornatum præſtant ſtellæ diuerſa luce fulgentes. Luci itaq; quæ facta eſt, prior eſt additus ſplendor ſolis, ita ut cõnexa ſint hæc & indiuidua. Nocte autem quæ erat tenebroſa, datum eſt luminare, & quia quartadecima fuit luna quando facta eſt, ſit ait luminare minus im inchoationem noctis, Facta etenim tota nocte luxit. A parte ergo ad totum dictum eſt, ad inchoationem noctis, quia nõ ſuper ueſpere lucet. Luminare autem maius, quod ſolem dicimus, manet in initio diei, quia ſimul cum lucæ priore concretus eſt. Tribus ergo diebus ſine luminaribus his fuit mundus. Non enim erant adhuc quibus proficerẽt officia eorum, At ubi autem produxit terra herbam pabuli & ligna fructifera, neceſſaria fuerunt quæ enutrirent uel conſeruarent quæ erant producta. Quia ergo generatio omnis horum interuentu proficitur, non oportuit prius hæc fieri eorum effectu quæ producta de terra ſunt, ne p hoc orta putarentur, ſed illa ante facere, ut ſic hæc ſine his facta eſſe nõ ambigãtur. Quinta deinde die aquas iuſſit ꝓducere reptilia animarũ uiuarũ, & uolatilia uolãtia ſuper terram ſecundũ firmamentũ cœli, & factũ eſt ſic. Et inter cætera, Et uidit inquit deus, quia bona ſunt, & dixit, Creſcite & multiplicamini. Ideo autem adiecit, & uidit deus quia bona ſunt, quia à quibuſdam dicuntur mala eſſe, ut uel ſic erubeſcant. Quando enim deo & conditori ſuo placent, nulli utiq; debent diſplicere. Nam ſolent dicere ſtulti, ideo inquiunt uidit & placuerunt ei, quia añ neſciebat. O hebetes, quõ neſciuit? Quicquid uoluit productum eſt. An quis uult quod neſcit? Et qui poteſt facere, poteſt dici, quia neſcit quod faciat? Et quod amplius eſt non ipſe fœcit, ſed inſit ut fierent, & qui iußit non eſt huiſmodi uirtutis ut faceret? Sed quia huic omnia poßibilia ſunt, iubeute hoc quæ non poterat, cœpit eſſe, ut ad huius laudẽ proficeret. Duplex ergo uirtus eſt, ut inſenſibilẽ iuberet ſenſibilia producere. Sexto uero die præcepit, ut produceret terra animam uiuentem, quadrupedia & beſtias terræ, & factũ eſt ſic, & producta ſunt. Et uidit deus, quia bona ſunt & ualde bona, quia omnia neceſſaria ſunt, ſupradicta ergo die dixit deus, Faciamus hominem ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & habeat (inquit) poteſtatem ſuper omnia quæ facta ſunt ſup terrã. Primũ quidẽ fœcit deus ſubſtantias ex quibus mundũ cõpaginaret, quo cõpacto & omnibus ornatibus decorato & neceſſarijs honeſtato, poſt hoc hominem fœcit, qui frueretur eo & omnibus quæ in illo ſunt, Nã cũ omnia ſuper terrã ex aquis & terrra produci iußiſſet, hominẽ tamen ut faceret, limum terræ manibus apprehendiſſe deſcibitur, ut multum differre hominem ab his quæ fœcerat edoceret. Ad honorem enim hominis pertinere uult, quando eum dei manibus factum deſcribit, & factum ad imaginem & ſimilitudinem dei, id eſt patris & filij. Quid ſit aũt ad imaginem & ſimilitudinem dei, quis alibi dixerimus, hic tamẽ locus & cauſſa poſtulat ut iterũ dicamus, Patris enim ad filium uerba ſunt dicentis, Faciamus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem noſtrã, q̃q̃ in opere utriuſq; intelligatur perſona, dicentis & obaudientis. Hæc ergo imago dei eſt in homine, ut unus factus ſit quaſi dominus, ex quo cæteri orirentur, habens imperium dei quaſi uicarius eius, quia omnis rex dei habet imaginã Ideoq; mulier non eſt facta ad dei imaginem. Sic etenim dicit, Et fœcit deus hominem, ad imaginem dei fœcit eũ. Hinc eſt undẽ Apoſtolus, Vir quidem ait nõ debet uelare caput ſuum, quia imago & gloria dei eſt, Mulier autem ideo uelat, quia non eſt gloria aut imago dei. Similitudo autem dei hæc eſt in homine, ut ſicut ex patre filius, ſic ex homine mulier. In hoc plane diſpar, quia hæc facta, ille uero natus eſt. Quibuſdam tamen uidetur omnia ſimul deũ fœciſſe. Si enim uerbo inquiunt fœcit, quare non omnia ſimul fœciſſe dicatur? Nam hic hominum mos eſt, ſi per partes fœciſſe dicatur. Ad potentiam ergo dei magis facere uidetur, ſi uno die omnia ab eo facta dicantur. Porro autem magnam prouidentiam in hoc opere & ordine cõtuemur, Nã potuit utiq; ſimul facere cũcta, ſed ratio multiformis prohibuit, et ſepoſitis his omnibus, ſcripturæ diuinæ fides adhibenda eſt, quæ dicit & ſæpe dicit, Quia in ſex inquit diebus fœcit dñs deus tuus cœlũ & terrã, mare & oinia quæ in eis ſũt. Primo enĩ in loco ſic debuerũt fieri, ut ſentirẽt ac ſcirẽt quia facta ſũt quãdo enim nõ ſe omnia ſimul uiderunt, ſed unum hodie cras alterum cognouerunt, initio ſe contineri, & nullo modo poſſe æternitatem ſuſpicari, ubi ſe partibus inuicem recognoſcunt.

Gene. 1

Gene. 1

1. Corin. 11

Nam

Nam si omnia simul extitissent, non esset eis sensus infirmitatis, sed putarent se non cœpisse. Quæ enim uerbo dei subito simul existunt, non se fieri sentiunt, nisi aliud ante se, aliud post se uidendo. Et ne forte illud quod primum factum est putet se infectu maiora post se facta cernendo. hoc credit de se quod uidit in altero potiore. Deniq; lumen quod dies appellatur, ante se habet cœlum & terram, id est aquam & aridam. Cum autem ipsa aqua et arida & tenebræ confusa fuissent facta, æternitatem sibi uendicare non poterant, quia nihil horum statum & proprietatem sibi ausum est uendicare. Sol iterum & Luna cum sint clarissima, ante se habent multa. Ita ergo factu est, ut potiora posteriora, anteriora autem inferiora cum se uident nihil horum sibi uendicet æternitatem. Præterea q; sex diebus opus consumatum, totius mundi ætatem in se continet, ut sex dierum opera, sex milium annorum haberent figuram, quia quod unoquoq; sæculo futurum erat, sex dierum per ordinem operibus continetur, utpote quia prioribus sæculis tanta cognitio dei in terris non erat futura, sine splendore anteriores dies uidentur. Vt autem ante hominem pecora fierent, quia ueteres nostri inculti & agrestes pecorum more uicturi erant, sexto autem die homo fieret, hæc res fœcit, quia in sexto millenario annorum aduentus Christi hominem fœcit, ne morti esset obnoxius. Vt autem imago dei esset homo, quia dono dei coimaginari haberet filio dei dicente Iohanne Apo
1. Iohan. 3 stolo, Scimus autem inquit, quia cum apparuerit similes ei erimus. Et uas electionis, coimaginari ait filio dei. Arbor autem uitæ quæ posita est in paradiso, imago fuit futuræ gratiæ dei, quæ est corpus domini, quod qui edit, uiuet in æternum. Nam arbor scientiæ boni & mali significat q; lex data est per Moysen, qui cum cognitum fœcisset peccatum quod prius latebat,, dedit scientiam boni & mali, Ostendit enim quid esset bonum quid ue malum. Illud uero, q; septimo die requieuit ab operibus suis, hoc significat, quia impleto sexto millenario annorum in septimo millenario requiesceret, cessante iam mundo ab omni opere sæculari. Hæc dicimus pauca de multis, ut uiam panderemus intelligendi secundum ea quæ supra ostendimus.

De ordine diei & noctis, vtra sit prior. Quæstio. CVII.

Gene. 1 QVantum ad mundi rationem pertinet tenebras ante legimus quàm lucẽ, Ea enim quæ ad mũdi fabricam profœcerunt quæq; simul facta uidentur lumine priuata fuisse considerantur, id est aqua, terra, tenebræ. ex quibus compaginatus est mundus, si-
Sapie. 11 cut continetur in sapientia quæ dicitur Salomonis ex materia inuisa. hoc est tenebrosa. Et tenebras enim & aquam factam sacra uolumina ipsius domini uoce testan-
Esaie. 45 tur per Esaiam Prophetã, Ego inquit deus qui fœci lucem, & creaui tenebras. Similiter & per Dauid, & a-
Psalm. 32 quas factas, & terram firmatam super aquas spiritus sanctus ostendit. Quod conuenit & Euangelicæ auctoritati & Apostolicæ traditioni, in quibus omnia facta legũ- Iohan. 1 Col. 1
tur, & ut nihil exciperet, siue quæ in cœlis sunt ait, siue quæ in terris. In hac ergo parte quæ ad terras pertinet ante tenebras legimus quam lucem, hoc autem est quantum ad ordinem lectionis pertinet, non quantum ad dignitatem. Nam utiq; multo melior lux quàm tenebræ In mundi tamen ratione lux accipit nomen ut appelletur dies, & tenebræ nox, Sed hac scilicet ratione, quia dum illumĩnatur tenebræ & præterit lux illud tempus, quãdiu redeat lux dicitur nox, & illud tempus quo illumĩnatur tenebræ, appellatur dies. Nox ergo cum dicitur, speratur futurus dies, & cum dies dicitur speratur futura nox. Cum uero officia hæc cessauerint transeunte mũdo, tenebræ tantum dicentur & lumen, Non enim potest dici nox, cum perpetuo sint tenebræ, neq; dies, cum occidere cessauerit lumen. Vbi æternitas est, cessent hæc nomina, quia cum mundo cœperunt. Deniq; anteq̃ lux fieret, quæ appellata est dies, non nox legitur fuisse, sed tenebræ, quæ postq̃ illuminatæ sunt & præterijt lux, uesperæ appellatæ sunt & nox. Igitur quantum apparet, subiecta est nox diei. Non enim quia ante tenebræ leguntur quam lux, idcirco, anteponendæ debent uideri, quia & cœlum ante solem est, et tamen claritate maior est sol & terra ante hominem & pecora & cætera animantia, & tamen subiecta sunt homini. Nõ ergo idcirco nox præferri debet diei, quia ante leguntur & tenebræ, cum appareat & dignitate lumen tenebris, & tempore diem nocti anteponi. Sicut enim supra ostensum est, cum essent Gene. 1
tenebræ, facta est lux, Et appellauit deus lucem diem, et tenebras appellauit noctem, & factum est uespere et mane dies unus. Nam nisi dies fuisset, nec nox esset. Tenebræ enim erant, quæ cum illuminatæ sunt, & præterijt dies cursu suo peracto, factus est uesper. Et cum post uesperum illuxisset, factus est dies primus, nocte transacta, ut diem sequeretur nox. Hoc & dignum est & ratione cõmendatum, ut inferior natura per omnia subiecta sit potiori. Quomodo ergo nox ante diem dicitur, cuius nomen post diem legis? Non enim appellata fuisset nox, neq; uesper, nisi facta lux diem egisset, quo transacto factus est uesper, qui est nox, dies utiq; factus est uesper, ut scias noctem partem esse diei. Tunc enim consummatur dies, cum transit & nox, Deniq; sic dicimus, annus dies habet trecentos sexagintaquinq;, non utiq; sine noctibus Cum enim dies dicimus, ibidem computamus & noctes. Sub auctoritate enim diei significamus & noctem. Nam & si nox præiret diem, sub uocabulo noctis computaretur & dies. Quis etenim hominum dicat, post quinq; noctes uidebo te, & non post quinq; dies? Nec legisse nos meminimus alicubi noctẽ ante diem significatam. Nam Exo. 24
fuit inquit Moyses in monte quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Et in Psalmo, Sol (inquit) non uret Psalm. 120
te per diem, neq; luna per noctem. Et ut de ipsis primordijs demus exemplum. Fiant inquit luminaria in firma- Gene. 1
mento cœli, & luceant super terram, luminare maius, in

inchoationem

inchoationem diei, & luminare minus, in inchoationem noctis: Sed luna non potest præponi soli, sicut nec nox diei, sed sicut luna sub sole est, ita nox sub die. Et in Euangelio habemus sub auctoritate & numero dierum significatas & noctes. Ait inter cætera dominus: Sunt hic quidam circumstantium qui non gustabunt mortem, donec uideãt filium hominis in regno suo. Et subiecit: Factum est post dies octo &c. Nunquid non in hoc numero continentur & noctes? Et alio loco: Hæc inquit in Bethania gesta sunt trans Iordanem, ubi erat Iohannes baptizans Postera die uidit Iesum uenientem: Nunquid dixit, postera nocte? Iterum sequitur: Sequenti die uoluit proficisci in Galileam. Et in subiectis: Et die tertio nuptiæ factæ sunt in Chana Galileæ. Ecce ubiq; dies in auctoritate probatur noctem habens subiectam. Si enim noctis nomine continetur, præiret nox diem: Nam quia Romani regnum habent, Hispani & Galli & Affri, et cæteri subiecti eis sub eorum nomine Romani uocantur, ita & nox, quia subiecta est diei sub eius nomine continetur. Sed inde quidẽ falluntur, quia Iudæi in sabbathum uespere iubentur intrare, non considerantes cur ita mandatum sit: Nã utiq; pridie necesse habent emere escas & præparare in sabbatũ, & lautum ire: Nunquid possunt hæc nocte facere, ut orto die intrarent in sabbatum? Dominus certe uespere resurrexit, & diei deputatur: In die enim resurrectio cœlebratur qui dies dominicus appellatur. Sic enim legis: Hæc dies quam fecit dominus, non tamen nox dominica, quia principatum dies habet. Siue enim præterito die siue futuro, semper nox subiecta est, quia et ordine inferior est & natura: Dicente Apostolo: Filij diei estis et luminis, nõ noctis neq; tenebrarum. Et si de consulibus coniciamus uidebimus illum primum nominari qui primo eligitur. Deniq; solet dici, cũ illo quis erit consul? Si ergo & nox ante diem esset, prior nominaretur: Nam usq; adeo à die incipit numerus, ut puta si dicamus, cras. 6. calendas est. A mane utiq; est usq; dũ ueniatur ad aliud mane, et trãsacto die & nocte computetur: Nam & luna utiq; in initio mane facta est quartadecima, facta enim lucere debuit tota nocte, et in aliud mane cœpit quintadecima: Quid ergo ambigitur, ut non à die principia teneantur? Propter quorundam contentiones de re manifesta coacti sumus latius loqui, cum ipsa se lectio explanet, in qua dies ante noctem aperta ratione significatur. Hæc omnia suprà memorata secundum mundi originem diximus: Verum si altius loqui uelimus, intellectum nostrum spiritali erigẽtes uigore, incongruum deprehendimus tenebras ante lucem creatas asserere. Si enim lux cœlestis naturæ est & tenebræ terrenæ, ineptum utiq; est post tenebras lucem factam putare, quia Moyses lucem quidem factam, sed in qua nunc mundus est parte, non quia tunc creata est dicit, quia omnia spiritalia ante creata sunt quam carnalia, ut lux quæ in supernis erat, fieret in subiectis ut lampas in domo. Qua autem ratione ante lucem tenebræ dicuntur, cum semper post lucem uideantur? Deniq; cœlestia et spiritalia lumen natura esse creduntur, terrena & carnalia tenebræ, ut tenebrarum nulla potentia luminis subsistere uideatur, quia omne primum sumnitatis est: Nam si requiramus in ipso sole, tenebras deprehendimus. Quãdo enim iuxta illum fueris, tam clarissimus uidetur ut prospici non possit. Si uero interuallo, clarissimus quidem sed ut possit aspici. Si autem longe, minus clarus, quanto longius tanto minus clarus. Vnde defectus quidam apparet qui tenebras nunciat, & ita peruenitur ut tenebræ ex lumine ortum capere uideantur. Itaq; qui fœcit lucem, hoc modo creauit & tenebras. Quomodo faciens aquam simul creauit & terram, ut sicut firmum aquæ terra est, ita tenebræ defectus luminis. Deus autem solus est qui defectum non patitur, qui cum ubiq; sit, immo omnia intra se habeat, tam præclarus est, ut à nullo uideatur, nisi se uoluerit temperare. Deniq; saluator cum esset in corpore & non esset clausus, minime uidebatur nisi uoluisset. Nã utiq; quod in monte transfiguratus est, & in claritate magna apparuit, hoc uelut latebat in corpore, quod cum uoluit manifestauit. Quomodo ergo latebat qui clausus non erat? Nam si cum corpore clausis ostijs intrauit ad discipulos, quemadmodum diuinitas eius non omnia penetrat? Hoc est claudi non potest, quia defectum non patitur. Cum ergo nusq; desit deus, illic tamen dicitur esse ubi apparet & uult uideri. Cum ergo omnia in deo sint, quia excedit cuncta, dicente Apostolo: In ipso enim uiuimus, mouemur & sumus, ipse tamen in nullo est nisi in quo uoluerit: Ministerio enim quoddam in omnibus est, & prouidentia quadam in quo uult apparet.

Luce. 9

Iob. 3

Iob. 2

Matthe. 17

Iob. 20

Actо. 17

1. Thessa. 5

De lingua Hebraica unde nomen accepit, an ab Heber, an ab Abraham. Quæst. CVIII.

OMne quod à deo est, rationabile est, & unicuiq; rei exordium causa dat, quæ sit origo ipsius, ut non absurde nominari aut subsistere uideatur, sed ut nũcupationem ostenderet, quæ caput intelligitur esse ipsius nominis. Igitur ratio hominis est, quia constat: Constat autẽ ex quattuor elementis, scilicet terra, aere, aqua et igne, deo auctore duntaxat quintus est animus quasi auriga, ut concretum & figuratum corpus agat, & quasi imperator ipsius: Et ab humo initium sumpsimus, & eius nomine nuncupamur: Homines enim uocamur propter humum, unde pater noster forinsecus originem habet. Igitur causa & ratio facit, ut ex nomine alicuius cæteri subsistentes sub eodem nomine appellentur, ipsum significãtes in se. Quamobrem uideamus si congruit, sicut quidam putãt ex Heber dictos Hebræos: Videtur enim quãtum ad nomen pertinet, inde huius nominis origo descendere. Anterior est etenim Heber quam Abraham. Quod si esset uerum, deberent hi qui de tribu Heber sunt, post ipsum eodem nomine nuncupari. Ab Heber enim septima generatione natus est Abraham. Si ergo super Abraham uel ipse Abraham Hebræus dictus est, sine dubio Hebræi ab Heber nuncupantur. Si autẽ non legitur super Abra-

ham dictos Hebræos, sed post Abraham, non iam utiq; ex Heber, sed ab Abraham dicuntur Hebræi: Quippe cũ filij Abraham primo hoc nomine appellati noscãtur: In Genesi enim Ioseph & fratres eius Hebræi sunt appellati. Scientes autem Abraham fuisse, qui de Syria descendisset in Chanaan, et multiplicatus fuisset, fidei causa omnibus copijs refertus, rex & propheta appellatus, et pater multarum gentium, q̃ cum trecẽtis decẽ & octo uiris uernaculis suis quinq; reges cõsoderit, qa nõ in angulo hæc gesta & dicta sunt, ut lateret eos q̃ ex semine eius erant, Hebræos nuncuparunt. Ordinis ergo & meriti eius fuit Abrahã, ut caput fieret his qui ex eo traducẽ habent. Dei enim iudicio princeps & origo positus est in terra Chanaan, ut ex eo geniti alterius essent & professionis & cõuersationis, quam fuerat ipse priusq̃ descẽderet in terrã Chanaan. Innouatus enim ipse nouum cõstitueret populũ in dei deuotiõe. Hinc est unde Apostolus Paulus Hebræũ se ex Hebræis fatetur. Hoc enim dignitatis uidebatur esse cognomen. Testimonium enim & nobilitas generis erat, ut ex nomine eius cognominarentur, q̃ multis modis deo placuerat, quiq; eis erat origo. Abijciatur si nõ cõuenit rationi, spernatur si dispar est, cõuellatur si alienum est à meritis Abrahæ, & nos refellamur quasi adulatores eius. Quæ est hæc inimicitia aduersus Abraham, quæ æmulatio qua ei obtractant inimici, & q̃ sunt hi nisi q̃ filij eius dicuntur? Quid ẽ in quo displicet Abrahã, ut gloria hæc aliena ab eo putetur? Et qd ẽ qd' placeat in Heber, ut primatum istum habere dicatur? Cuius si conuersatio posset inqri, inueniretur forte idola coluisse, sicut Thare et Nachor, & pater Nachor, quos cõstat non lõge ab eo fuisse, sicut testatur Iẽsus Naue, qa idola coluerunt. Aut certe q̃ ex diuerso sunt, ostendant qua ratiõe uendicãdum ẽ hoc Heber, ne forte à nobis supprimatur meritũ eius, sed nullum est, qa cõmunes sunt nobis scripturæ, & qd unicuiq; debeatur, im ꝓpatulo est. Si enim ex solo nomine putant hoc deberi defendi, infirmum et im ꝓbabile est. Tunc etenim rite noĩ eius uẽdicaretur, si causæ aliquæ testes existerent quæ hoc cõfirmarent: Possent enim aliq̃ eiusdẽ nominis rẽ sibi nõ suam uẽdicare. Ideoq; hoc est uerum qd' nõ solo noĩe, sed & ꝓspicua ratiõe firmatur: Nã quoniã dignatiõe dei factum est, ut in Abrahã uiuificaretur genus humanum, & forma fieret salutaris hoĩbus, nulli est ambiguum, idcirco in ipso reparatum esse qd' fuerat amissum uitio fragilitatis humanæ. Hic enim imago quædam poßitus ẽ, ut ad eius similitudinẽ genus hoĩm reuerteretur ad deũ, ut et dei culturã et sermonẽ, q̃ datus prius fuerat in usum hoĩm recuperaret hoĩbus, qa sicut in principio in Adã dei fuit imago ut cognitio eius esset in terris, ita post ruinas humani generis, & obliuionẽ ueri dei, in Abrahã reformatum est, ut ab ipso fides in deum cepta, iterum germinaret in fructum. Vnde nõ ẽ absurdũ ut ex noĩe eius plebs ab eo cepta uocabulum sortiretur. Sed ne forte ꝓpter nomen Heber scrupulum patiãtur, qa magis cum Hebræis Heber sonat nomen, qa Hebræi dicuntur, nõ Abrahæi, recognoscãt iterum qa Hebræi nõ Heberæi dicuntur. Heber enim dictus est, nõ Hebrer aut Hebre. Si ergo hinc impugnandum putant, patiãtur qd' faciunt, et neuter nostrum habebit ex hac parte uictoriã, nisi is q̃ ꝓ ordinẽ reddita ratiõe ostendit uerum esse qd' asserit: Qui enim in una re par est, ꝓdidisse dicẽdus est, si in altera inæqualis fuerit inuẽtus: Nã ꝓpter sonum immutata est littera, ut Hebræi pro Habraei dicerẽtur, qa melius sonat. Quoniã & ex Iuda nõ Iudai dicuntur, sed Iudæi. Vbicũq; enim absurdum uisum est, immutata est litera, ut uox sonũ cõpositũ haberet: Nã ꝓ medio die meridie dicimus, & multa sunt alia. Igitur cõuenit ut est ostensum, ut noĩe Abrahæ, tã lingua quam populus nuncuparetur. Hæc ergo lingua est quam dicimus primitus datã Adæ & cæteris, quã ꝓpter præsumptionẽ turris ædificatæ credimus in multas dispersam & cõfusam, ut nõ iã hæc, sed multæ ex hac immutatiõe habita quorundã dictorũ existerent, ut unã haberent speciẽ, nec tamen deperiret, sed tota cõfusa esset cæteris linguis. Ita enim tunc actum ẽ, ne se hoĩes intelligerent, & maiora auderẽt. Tãtæ ergo tunc linguæ intelliguntur extitisse, quanti et hoĩes fuerunt, q̃ dispersi locis in qbus habitarunt, unusq̃sq; linguã suam instituit. Si aũt ipsa esse minime putabitur quæ scripta ẽ, tunc una fuisse hæc superat, ut de cæteris linguis collecta sit particulatim, & cõpagnata in speciẽ lĩguæ unius, qua uteretur Abrahã, ut qa pater multarum gẽtium erat, ex multis linguis sermonẽ haberet cõpositum, & esset ꝓ oĩa innouatus. Sed qa hi quos memorat liber Geneseos, unius uocis & sermõis ab oriẽte migrasse leguntur, & inde iterum dispersi à deo sup faciẽ totius terræ, nõ utiq; illic remãsit, quin primitus lingua data remaneret. Deniq; ne q; terrã aliquam habet inter hoĩes, ut cæteræ linguæ, neq; gentẽ, exceptis Iudæis, qa primo hoĩ data est in Paradiso: Et postq̃ cõfusæ sunt linguæ, nusq̃ repta hæc quæ nunc dicitur Hebræa. Si ergo nusq̃ habet locum uel gentẽ, Abrahã aũt natiõe Syrus erat, unde hãc linguam Abrahæ uel cæteris seminis eius, nisi qa aut illa prima est, aut certe de multis aptata? Videmus enim aliquantas linguas nõnulla uerba similia eius habere. Sed hoc nõ sic cõuenit ratiõi quomodo illud, si prima ipsa esse dicatur, nõ enim ociose hoc factum ratio ꝓbat. Ipsam enim lingua debuit Abrahã habere quam habuit primus homo, ut Moyses ueniẽs, & creaturã & hoĩem à deo factum describẽs, hac uoce uteretur, qua deus locutus est, & hoĩem appellauit, Adã, & Adæ mulier uocata est Eua, ut hæc uox esset in libro Moysi, quæ fuerit & in his quos describit, ut uere in omnibus reformatam doceret primam causam, et beneficium diuinum in Abraham.

Quod hic dicit Aug. retra. lib. 2. retractatio num cap. 16

Gene. 12

Gene. 14

Philip. 3

Iosu. 24

Gene. 11

De Melchisedech, quomodo Abrahã benedixerit, & quid de eo senserit Apostolus. Quæst. CIX.

Gene. 14 Hebr. 7

DE Melchisedech legimus in lib. Geneseos, de Melchisedech etiam simili modo est in Epistola data ad Hebræos, quia obuiauit inquit Melchisedech sacerdos dei

dei ſummi Abrahæ reuertenti à cæde regum, & pertulit panes & uinum, & obtulit ei, & benedixit eum dicens: Benedictus es Abraham à deo excelſo, qui fecit cœlum & terram, qui tradidit inimicos tuos ſub manus tuas. Et ut Apoſtolus ſignificaret quis intelligendus eſſet p Melchiſedech, adiecit: Sine dubio enim ait: Quod minimũ eſt, à meliore benedicitur. Quod quidem non utiq; ad traditionem retulit officij eccleſiaſtici. Quis enim ambigeret regulam traditionis dominicæ, qua benedicuntur ſubiecti à domino, meliorem eſſe his qui benedicuntur ab ea? Domini enim myſterium in his uerbis quæ ipſum complectuntur ac memorant, operatur. Perſonæ autem eius propriũ meritum & potentiam uoluit demonſtrare. Quis ergo hic & quantus eſt, ad cuius cõparationem minor dicitur Abraham, quem conſtat in omnibus fidelibus ſignum habere teſtimonij nobilitatis ac fidei? Igitur hic Melchiſedech non utiq; ſic benedixiſſe intelligitur Abraham, ſicut faciunt homines ſacerdotes, ut ex legatione daret benedictionem uerbis ſolennibus, ſed quaſi propriam, quam nõ per uerba, ſed per naturam acceperit ſubſtantialiter, ut ſit ei propria. Sacerdotes autem, quos antiſtites dicimus, regulam habent uerbis ſolennibus ordinatam & traditam ſibi, quam ſupponentes hominibus benedicunt, non tantum quos uolunt, ſed etiam aliquando quos nolunt, quia dator regulæ ipſe ſcit cui dari debeat uel infundi ſacratiſſima benedictio. Ille uero qui natura habet benedictiõem ſubſtantialiter, quem dicit ſummi dei ſacerdotem, per uoluntatem dat benedictionem: Verba enim benedictionis et natura eius cum uoluntate concordant. Nec errat ut ibi uelit ubi non debet, neq; nolit ubi debet, ſed cui dederit uerba, dat & effectum. Noſtri autem ſacerdotes ſuper multos quotidie nomen domini, & uerba benedictionis imponunt, ſed in paucis effectus eſt. Eſt iterum quando meliores ſe benedicunt: Quamuis enim quis ſanctus ſit, curuat tamen caput ad benedictionem ſumendam, quia non proprium ſacerdotis eſt, ſed dei inuẽtum. Heli enim ſacerdos 1. Reg. 1 Annam benedixit, & proſecutus effectus eſt, non utiq; merito ſacerdotis, ſed ipſius Annæ, cuius mundum cor inſpexit deus. Igitur Melchiſedech non ideo melior Abrahæ dicitur propter ſolum officium ſacerdotij, ſed & natura ante ponitur illi, ut ultra homines intelligatur. Nullo enim modo fieri poteſt, ut qui tanto amico dei præponitur & fideli uſq; adeo, ut amore & timore eius nec filium ſuum charißimũ dubitaret occidere, homo putetur. Qua enim iuſticia, quibus operibus plus poßit mereri quam meruit Abraham? Nec enim erat plus quod faceret ad cõmendatiõem meritorum quam fecit Abraham. Primum enim cum neſciret deum, nec ſignum uidiſſet quo ei ſuaderetur dicenti ſibi deo: Exi de terra tua & de cognatione Gene. 12 tua, & de domo patris tui. Nec diſtulit, ſed ſtatim obediuit, non ſolum præſentis rei, ſed & futuri domini implens uoluntatem. Dicit enim dominus: Quicunq; plus Matthę. 10 fecerit domum, aut parentes, aut fratres, aut cognatos quam me, non eſt me dignus. Qualis ergo Abraham, & cuius meriti eſt, qui ante mandata ſaluatoris impleuit, quã prædicarentur? Apoſtolus hoſpitalitatem ſectandã magnopere docet: Hanc Abrahã ſic et tam deuote excoluit, ut uideatur ab hoc didiciſſe Apoſtolus hanc prædicandã. Deinde profectus annis ſic multiplicari credidit ſemen ſuum (quod prudentibus mundi ſtultum uidetur) quemadmodum ſunt ſtellæ cœli, ut anteq; ſententia decerneretur prudentibus ſæculi, ab hoc damnati uideãtur. Poſtea enim Abdiæ. 1 dictum eſt: Perdam prudentiam prudentum. Iuſſu dei ci- Eſa. 29 cumciditur, quod non utiq; ſine dolore fit, & non ægre- 2. Corint. 1 fert, ut poſteris formam daret patientiæ. Ex Sara illi uxo- Gene. 17 re ſua iam anicula filius promittitur, & non dubitat, ut futuris oſtenderet intantũ auctoritati dei credendũ, ut etiã ſi quæ irrationabilia uidentur, præcipiat aut promittat, nõ ambigatur quia magis perſona eius reſpicienda eſt quã uerba, ut quod in uerbis infirmũ aut impoßibile uidetur, perſona eius confirmet, & faciat uideri poßibile. Deus eſt enim qui promittit, de quo credendum ẽ, quia poteſt quod hominibus impoßibile uidetur. Quæ enim offenſio poteſt iudicari, cũ plus de deo opinatur, quam de ſe ſentit humanitas? Propter quod datum ſibi à deo Abraham Geneſ. 22 filium eodem iubente occidere illum non ambigit, nec tẽpus differt, nec admiratur ad dei uoluntatem, ut filiũ quẽ magnopere beneficij et admirationis dederat gratia, hũc iuberet occidi, certus dei uoluntatem non debere ab homine retractari: Neq; iußionem aut factum dei ſine prouidentia eſſe. Quod ut omni deuotione feſtinanter impleret, matri eius coniugi ſuæ non indicat, non ignarus fragiliores eſſe circa filios fœminas, & poſſe huic deuotioni lachrimarum miſeratione impedimentum afferre, nec nõ & ipſum puerum latet uſq; ad horam necis, ut iußioni dei toto mentis obſequio obediret, non parricidium hoc deputans, ſed holocauſtum, quod iuſto iudice auctore fiebat. Quæ ergo his maiora poſſet gerere Melchiſedech, quibus præcederet Abraham, quem ſicut uidemus, in nullo Exo. 33 conſtat inobedientem fuiſſe? Moyſes etenim cui legitur fa- Exo. 4 cie ad faciem dominus eſſe locutus, miſſus ad gentem et ad fratres ſuos, ire nolebat. Ionas Propheta præceptum ſibi Ionę. 1 ut Niniuitis prædicaret, irrupit, ut ad alium locum pergeret quo miſſus non fuerat. Iob plane egregius in omni Iob. 1 bus, tamen motus amißione filiorum ueſtimenta ſcidit ſua, & totondit comam capitis ſui. Abraham autem nec contriſtatus legitur de morte charißimi filij, & quem iuſſus fuerat ipſe occidere, nec alicubi deo ſibi iubente legitur trepidaſſe. Igitur per hoc apparet Melchiſedech ultra hominem eſſe, quia non erat unde melior eſſet quam Abrahã, niſi ſola præcedat illum natura. Natura enim impaßibilis beatitudinem per ſubſtantiam habet: Humana autem neceßitas beatitudinem acquirit per geſta. Quia enim perfectionem diuinitatis non habet per exercitium & colluctationem proficit ut melior fiat, cum plus uincit quam uincitur. Si enim ſic ageret (quod impoßibile eſt) ut nunquam peccaret, melior deo fieret: Quod abſit: Quia natura quæ poteſt peccare, ſicut & non peccare, ſi ſemper

uinceret, illi naturæ præponenda erat, quæ ideo non peccat, quia impaßibilis est. Non enim magnum uideretur non peccare, quia non potest, magnificum autem si tamen posset peccare non peccaret. Hoc ergo interest inter substantiam dei & hominis, quia dei substantia beata semper est securitate inuincibilis æternitatis suæ, hominis autem substantialiter beata fit per laborem: Et alia necesse è beatitudo sit impaßibilis, alia illius quæ tribulationibus conficitur, ut poßit aliquando gaudere. Beatitudo enim impassibilis in eo est semper ut beata sit, paßibilis autem post magna exitia gaudet euasisse mortem. Contristatur ergo ut poßit gaudere, nec perpetuo securus paßibilitate naturæ: Impaßibilis autem semper beatus est, quia neq; nouit tristiciam, neq; suspicatur posse se contristari. Nam et natura hominum, quamuis per laborem beatitudinem consequitur, non erit tamen intacta, neq; deerunt ei cicatrices. Quomodo enim fieri potest, ut sæpe cõgressa & aliquotiens uicta non sit uulnerata? Impaßibilis autem semper intacta, illæsa, inuiolabilis manet. Igitur non minimus diceretur Abraham ad Melchisedech, nisi potior esset natura Melchisedech quam Abraham: Nã hæc quæ diximus, ingenij esse forte uidentur: Si autem legem respiciamus, plurima adhuc & potiora dicentur. Hic enim Melchisedech rex salem, sacerdos dei summi, qui obuiauit Abrahæ regresso à cæde regum, qui & benedixit eum, primum quidem interpretatur rex iusticiæ, deinde rex salem, qd' est rex pacis, sine patre, sine matre & sine genealogia, neq; initium dierum, nec finem uitæ habens, similatus autem filio dei manet sacerdos in perpetuum. Et ut hæc locis quibus significauerat commendaret deo, adiecit: Videtis ait quantus sit hic cui decimas dedit Abrahã de primutiis princeps patrum. Vt enim qua potentia, & quãta Melchisedech sit, ostendat, laudat Abraham dicens: Quia princeps patrum est, hoc est, cæteris omnibus melior Abraham, sed minimus ad Melchisedech. Nonne manifestum est hunc hominem non esse, sed meliorem? Quid est enim quod dicit de eo, quia rex pacis est, & rex iusticiæ. Propius accedite & uidete. De longe enim solem uidentes lucernam putatis, & argentum aspicientes, æstimatis stannum: Potest aliquis hominum dici rex pacis at q; iusticiæ? Pax enim hominibus prædicatur, similiter & iusticia: Hic autem ideo rex pacis & iusticiæ dicitur, ut ab eo iusticia & pax originem habere noscatur. Non enim super ipsum esse dici potest quod ab ipso regitur: Nam homines iusticia magistra & pace, erudiuntur ad deum promerendum. Hæc ergo quæ hominum magistra est, Melchisedech habet regem. Quantum ergo melior est homino Melchisedech, quando gubernatrix hominum sub ipso est, regem esse regum. Itaq; cum rex iusticiæ & pacis dicitur, auctor eorum esse significatur: Vt quomodo dominus Iesus auctor uitæ est, ita & Melchisedech auctor iusticiæ est & pacis: Quia qui per Christum uiuunt, hi dispensante iusticia & pace reguntur. Cordibus enim seruorum dei iusticiam infundit & pacem, ad exornandam disciplinam dominicam. Scriptum legimus in Psalmo octogesimoquarto: Quia iusticia & pax complexæ sunt se, & ueritas de terra orta est. Et ut de qua iusticia diceret, ostenderet, ait: Quia iusticia de cœlo prospexit. Hoc de tempore saluatoris scriptura ostendit, quo iusticia dei data est mundo per Christum in cognitione mysterij dei unius quod ante promiserat. Iustum est enim scire creaturam ueritatem creatoris sui, quæ iusticia manifestata in terris, sublata discordia quæ de iniusticia fuerat generata, incogniti dei pacificos fœcit discordes, dum diuersos dudum in una fide constituit: Sic se complexæ sunt iusticia & pax & ueritas unius. De terra orta est magistra iusticia: Incarnatio enim Christi ostẽdit, quæ esset de ipso deo ueritas cognoscenda. Igitur hæc certa iusticia dei est, similiter & pax, dicente Apostolo: Ipse autem deus pacis conterat sathan: Quomodo hoc poßit discernere, non aduerto, ut cum deus pacis pater sit domini nostri Iesu Christi, nec non & ipse Christus: Dicit enim: Pacem meam do uobis: de Melchisedech dicatur, quia rex iusticiæ & pacis est: Qua ratione secernatur, non intelligo. Puto enim nihil differre quantum ad rem pertinet, regem pacis à deo pacis: Quia enim in mundo quisq; deus dici nõ debuit ut uni soli ex quo sunt omnia reseruaretur, hoc tamen nomen regem qui immagnem eius haberet, instituit, qui excepto dei nomine omnem potestatem eius haberet: Sed quia terrenus est, hominum rex est, non tamen pacis & iusticiæ: Quia etiam ipse ducem habet iusticiam, quam non illi licet contemnere. Iusticia enim deus illi est: Res enim dei est iusticia, & qui præuaricatur eum, reus fit dei iudicio. Melchisedech autem sicut datur intelligi, non more hominum rex appellatur, quia sub se habet iusticiam quæ regibus dominatur. Nemo etenim potest habere sub se iusticiam, nisi eius naturæ sit ut peccare non poßit. Sub ipso autem esse ideo dicitur, quia ab eo inuenta est modo legis, per quam gubernentur qui possunt peccare. Igitur rex iusticiæ moderator est uerborum à se inuentorum, quibus bene beateq; & uiui poßit & credi. Diu multumq; laboramus, & adhuc minus de Melchisedech dicimus, nisi reuertamur ad scripturam, quæ & ipsa diu pulsat & clamitat, ut prassos graui somno excitet ad intellectum, non noctis, sed diei. Dicit ergo, quia sine patre, sine matre, sine genealogia est Melchisedech. Et ne aliter intelligeretur quam dignum est, adiecit: Nec initium dierum, nec finem uitæ habens: Per quod ostendit neq; natum neq; mortuum esse Melchisedech. Quid ad hæc tam manifesta humana argumentatur subtilitas? Quæ est tam uersuta ingenij calliditas, quæ audet resistere manifestis, ut non sensum capiat ex lectione sed sensum tribuat lectioni? Vis infertur scripturis dominicis, ita ut etiam hos inimicos sentiat, qui auctoritati eius se in diuina reuidentur. Dicunt enim quidam non ita de Melchisedech debere credi, ut relatum est scripturis, ac per hoc ad sensum suum scripturas conuertunt. Quibus melius esset aperte non recipere scripturas, quam dolose agere contra illas,

Gene. 14 Hebr. 7

Psalm. 84

Romans. 16

Ioh. 14

tra illas,ut sub nomine patris paretur bellum, & sub tegmine amicitiæ lateat hostis. Dicunt ergo nõ ad generositatem pertinere Melchisedech,sed ad humilitatem generis eiusdem,quia sine patre & matre legitur fuisse. Hoc enim ideo aiunt sic scriptum esse,ut ostenderetur ex alienigenis fuisse,non ex tribu qua ortus est Abraham, quia genus eius non inuenitur in lege: Vnde & adiecit inquiũt, & sine genealogia, ut intelligeretur pœnitus origo eius in lege descripta non esse,ut ex parentibus qualibuscunq; per seipsum uir bonus factus credatur. Porrò autem iam tanta est scriptura, ut omnia per ordinem digesta causæ necessaria ponat. Primum enim dicit,sine patre,sine matre,uideamus si cæterorum matres significantur sine lege,quæ fuerit uxor Nachor auia Abrahæ, mater Thare, non legitur quæ fuerit mater Abrahæ, ut de cæteris taceam: Nunquid hi sine matribus fuisse dicendi sunt? Si dixisset,sine patre,siue fuerat color,quia omnium qui fuerunt,patres habentur in lege. Addit, & sine genealogia: Si ideo hæc dixit,ut ostenderet generationem eius in lege non esse,sufficerat dixisse, sine patre,quia illius patrem nemo nouit. Multo magis iterum ad manifestationem dicit: Neq; initium dierum,neq; finem uitæ habens. Dic qsquis es uiolentus,quomodo istud interprætaris? Quid est initium dierum non habere neq; finem uitæ? Sufficerat certe dixisse,generationem eius in lege scriptam non esse, ac per hoc origo eius ex Allophylis credenda. Potest dici translatum hunc sicut Enoch,ideo non mortuum esse. Esto. Quid est initium dierum uitæ non habere? Forte dicas,quia dies natalis eius scriptus non est: Cuius enim scriptus est in lege,& hæc ratio est, ut cuius natalis dies scriptus non est,initium dierum uitæ negetur habere. Potuit ergo & de cæteris idem dici. Et si ut homo translatus fuisset,non tamen sine uitæ erat fine,quia quicquid sub spe mortis est,finem habet. Desine quisquis contentioni studes,expedit enim ueris uinci,quam uincere uera per falsa. Perdere est enim,non uincere, quia si in homine perdere uideretur ueritas,apud deum tamen uincit,quia ratio eius inuincibilis est. Itaq; animus à lege uinci debet,ut hoc sentiat quod à lege significatur, non ut ipse legi sensum det suo arbitrio,ut legem se uiolenter legi exhibeat. Et audi Zorobabel, quia super omnia ait uincit ueritas. Iam Melchisedech futurum mysterium incarnationis & passiõis domini, ostendit deus Abrahæ primum,quasi patri fidelium tradidit eucharistiam & corporis & sanguinis domini,ut præfiguraretur in patre,quæ in filijs futura erat ueritas. Qui si homo putatur & sacerdos,eo more quo fuit Aaron,aut nunc sunt, ostendatur aut legatur locus habitationis eius: Aut si fuit templum aliquod aut synagoga in qua congregabat populum,& offerebat eorum sacrificia,uel qui populus conueniebat ad illum? Si enim sacerdos in terris erat,sine dubio habuit populum, & ante Abraham utiq;,uel tempore eius erat populus q seruiret deo: Et quomodo Abraham quasi caput factus est fidei,ut ex eo populus haberet noticiam dei? Similiter enim si Melchisedech erat qui doceret unius dei timorem in terris,frustra electus est Abraham,ut ex eo plebs dei nuncuparetur Potuerant enim inter eos esse,qui conuenibant ad Melchisedech: Et est illud quod legitur in cantico Deuteronomij: Quia cum diuideret inquit altissimus gentes,quemadmodum separauit filios Adæ,statuit fines gentium,secundum numerum angelorum dei: Et facta ẽ pars domini populus eius Iacob. Igitur si in mundo plebs non erat dei,exceptis filijs Abrahæ, qua ratiõe alia plebs putatur fuisse, quæ ex doctrina descenderat Melchisedech,negante Propheta? Quando enim nominat omnes gentes quæ in mundo sunt, & non dicit populum dei esse nisi filios Abrahæ,quid superest nisi ut exceptis his negetur cæteros dei habuisse noticiam,quia notus in Iudæa deus. Melchisedech autem sacerdos dei summi,ad benedicendum Abraham apparuit ad præsagium futurorum sanctorum: Quia benedictio danda erat in futurum plebi dei per antistitem fere dei,quem dicimus sacerdotem. Hic ergo Melchisedech præcursor apparuit sacrati futuri filij dei,quia præcedit ad obsequium qui ordine sequens. Non ergo admiranda sine quæ diximus de Melchisedech, quando scriptura ad confusionẽ obstrepentium plus addat & dicat: Post omnia enim laude digna,ut confundat maliuolos ait: Similatus autem filio dei manet sacerdos in perpetuum. Iam inde,de quo male sentire contendis,& hunc non uereris,uel Christum metue,cui similis scripturæ auctoritate refertur: Per ordinem enim paulatim ad naturale eius meritum uenit, ut si quos dicta superiora mouerent, quibus rex iusticiæ & pacis significatus est, & quia in carne uisus neq; patrem neq; matrem habuit, hoc est,ingenitus apparuit, neq; ortum,neq; occasum habens ex his quæ ultima subiecit, superiora credibilia demonstraret. Quis enim audeat dicere nisi uesanus, hæc omnia quæ sublimia dicta sunt, incongrua esse illi qui dei filio similis designatus est,manens sacerdos in perpetuum? Simulis autem dei filio non potest esse nisi sit eiusdem naturæ. Et quid incredibile uidetur, si Melchisedech ut homo apparuit, cum intelligatur tertia esse persona? Si enim Christus qui secunda persona est, frequenter uisus est in habitu hominis, quid ambigitur de his quæ dicta sunt? Legimus etenim in Psalmo: Quia tu es inquit sacerdos in æternum,secundum ordinẽ Melchisedech. Hoc nemo nostrum dubitat ad Christi pertinere personam,quia eodem genere sacerdos est Christus in æternum quo & Melchisedech. Sed summus sacerdos Christus est, Melchisedech secundus: Nam si homo est Melchisedech,quomodo conuenit ut secundum ordinem eius Christus sacerdos sit in æternũ? Iã ambo similes esse leguntur,& unius esse dispensationis, quia unius sunt et naturæ. Quoniam autem omnimodo unius dei auctoritas conseruanda est,idcirco & tertia persona subijcitur paterno nomini: Christus autem uicarius patris est &

Deute. 32

Psalm. 75

Psalm. 109

3. Esdræ. 3

antiſtes, ac per hoc dicitur & ſacerdos. Similiter & ſpiritusſanctus quaſi antiſtes ſacerdos appellatus eſt excelſi dei, non ſummus, ſicut noſtri in oblatione præſumunt: Quia quamuis unius ſit ſubſtantiæ Chriſtus & ſpirituſſanctus, uniuſcuiuſq; tamen ordo ſeruandus eſt. Sacerdotes igitur uel legati ideo dicuntur, quia illum in ſe oſtendunt cuius legati ſunt, ſunt etenim eius imago: Ac per hoc Chriſtus & ſpirituſſanctus naturaliter habentes dei imaginem, ſacerdotes eius dicuntur. In ipſis uidetur deus, ſi-
Ioha.14 cut dicit dominus: Qui me uidet, uidet & patrem. Et ſi in geſtis dei uiſus eſt dominus, geſta autem ſpirituſancti ſunt opera, ſignificante domino: Quia ego in ſpiritu dei
Matth.12 eijcio dæmonia, & in ſpirituſancto uiſus eſt deus.

De Pſalmo primo, quomodo exponendũ & intelligendum eſt illud: Beatus uir qui in uia peccatorum non ſtetit, & reliqua. Quæſt. CX.

Pſalm.1 BEatus uir qui in uia peccatorum non ſtetit. Si autem ſteterit, non iam beatus, ſed reus dignus plagis. Ad emendationem enim aliquam uidetur habere ſpem, quia non impius, ſed peccator eſt. Si autem unus fuerit qui non abijt in conſilio impiorum, & in uia peccatorum non ſtetit, duplici genere beatus eſt. Nec enim poteſt eſſe beatus, ſi in conſilio peccatorum non eat, & in uia peccatorum ſtet, quia ſi non perditioni, pœnæ tamen obnoxius eſt. De hinc adiecit: Et in cathedra peſtilentiæ non ſedit. Hanc dicit beatitudinem eſſe, quæ his tribus gradibus conſtat, & triplici ratione munitur id eſt ut neq; in conſilio impiorum eatur, neq; in uia peccatorum ſtetur, neq; in cathedra peſtilentiæ ſedeatur. Sed cum duo genera tantum habeantur, impiorum & peccatorum, in comprehenſione eorum quæ ſupra memorata ſunt, hoc tertium cui generi adſcribi uoluit, quod adiecit dicens: Et in cathedra peſtilẽtiæ non ſedit, impiorum ne, an peccatorum? Sed uideamus quid ſit in cathedra peſtilentiæ ſedere, & tunc cui generi hoc adſcribat intelligemus. Hãc dicimus cathedrã peſtilentiæ, quæ extra dei ordinationem eſt, ad hoc utiq; inuenta, ut iniqua inde exeant iudicia: Propterea peſtilentiæ cathedra dicta eſt, quia eſt corruptio quæ parit mortem, ſicut & iniquitas damnationem. Non eſt ergo a deo
Matth.23 quæ eſt cathedra mortis: Nam Moyſes accepit cathedrã Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi. Et Apoſtolus:
Roman.13 eſt inquit poteſtas niſi a deo: Quæ enim ſunt, à deo ordinata ſunt. Vnde dicit ad principem plebis:
Act.23 des iudicans ſecundum legem, & contra legem iubes me percuti. Quod, dixit ſecundum legem, iuſtam & ſalutarem cathedræ auctoritatem ſignificauit. Illud autem quod ait: Contra legem iubes me percuti, illum ipſum iniuſtum iudicem oſtendit, ut in dei cathedra ſedens iudicaret iniuſte. Hinc eſt unde & Daniel: Dei eſt ait regnum, & cui uult dabit illud. Sicut enim terreni imperatoris auctoritas ſic currit per omnes, ut in omnibus eius ſit reuerentia, ita deus inſtituit, ut ab ipſo rege dei auctoritas incipiat, & currat p cunctos: Quãuis frequenter mundus hoc non intelligat, & alijs ſe ſubijciat in poteſtate poſitis quã debet, tamẽ inſtitutio eſt ut unus ſit qui timeatur. Vbi ergo hæc inſtitutio non eſt, ibi cathedra peſtilentiæ reperitur. Nuſquam unius dei auctoritas abnuitur, niſi apud eos qui multorum deorum prædicant meritum & reuerentiam. Hi ergo ſunt qui in cathedra peſtilentiæ ſedent, quia quod pontifices eorũ prædicant, mors eſt. Hoc enim docent, ut cultores unius dei quaſi ſtulti & inimici, aut opprobrio ſint, aut de hac uita tollantur. Hæc ipſa materia impietatis eſt, quæ etiam in cæteras partes extenditur, per quas impietatis ſuæ leges oſtendat: Nam iuſſu Ie-
3.Regũ.18 zabel antiſtites iniquitatis in cathedra peſtilentiæ ſederunt, qui aduerſus innocentem Naboth, cum iudices non eſſent, praua meditantes, ſubordinatis falſis teſtibus, mortis tulerunt ſententiam. Vnde & alio Pſalmo dicit: Et cũ
Pſalm.25 impijs non ſedebo. Hoc enim iudicium eius eſt, cuius & cathedra peſtilentiæ. Itaq; ſi in dei cathedra ſedentes innocentes opprimant, iniuſtum erit iudicium, non cathedra. Vbi enim cathedra peſtilentiæ eſt, non poteſt iudicium non eſſe iniquum, quamuis quædam ſibi applicent uelut uelamina quibus impietatem contegant, ut uidentes fallantur. Non poteſt enim ſola impietas proponi, quia non inuenit emptorem, & ubi lex diaboli eſt, ſi ipſe nominetur, horretur. Sed ſicut mel ueneno admiſcetur per quod latet, ita & legi diaboli quædam iuſta admiſcent, & nomen applicant ueritatis, ſed uniuſcuiuſq; ſenſus eſt iudicandus, quia ideo aliquando aliquid uerum oſtendit, ut fallat, ut cum maligna prædicat, bona putentur: Quo niam cathedram peſtilentiæ non eſſe de dei ordinatione aſſeuerauimus, etiam eorum qui extra eccleſiam uel contra eccleſiam ſedes ſibi inſtituerunt, cathedram peſtilentiæ dicimus. Qui enim inconceſſa præſumit, reus eſt, qñ magis ſi & corrumpat traditionem eius cuius ſedẽ uſurpat. Nam & ordinem ab Apoſtolo Petro cœptum, & uſq; ad hoc tempus per traducem ſuccedentium epiſcoporum ſeruatum perturbant, ordinem ſibi ſine origine uendicantes, hoc eſt corpus ſine capite profitentes, unde congruit etiam eorum ſedem cathedram peſtilentiæ appellare. Nec enim ideo impune erit, quia ſub dei nomine hoc agunt: Conſtat enim ſuas illos cauſas ſub dei nomine agere. Non enim zelo dei hoc agunt, ſed ſibi locum uolentes defendere: Cum ſciamus Chore & ducẽtos quinquaginta uiros per præſum-
Num.16 ptionem deo offerentes, hiatu terræ abſorptos eſſe, &
2.Par.26 Oziam regem cum deo illicite obtuliſſet, lepra in fronte percuſſum: Quoniã claruit cathedrã peſtilentiæ & impietatem ſupradictam pertinere. Reliqua pſequamur. Adiecit enim: Sed in lege domini fuit uoluntas eius. Eius

uoluntatem

uoluntatem in lege domni.dicit esse,qui spretis impijs et desertis peccatoribus,abnuens pestilentiæ cathedram,uoluntatem suam in dei lege statuit:Quamobrem, beatum hunc dixit.Et sequitur : Et in lege eius meditabitur die ac nocte.Manifestum est, quia liber ab omnibus illecebris,& immunis ab his quæ dei legi aduersa sunt, nihil aliud quam in dei lege exercitium facit,sacrameutis filij dei confirmatus,in die bonis operibus insistit,& nocte orationibus.Hic est enim de quo dicit in Canticiscanticorum,quia dormit,et cor eius uigilat.Vnde ait: Et erit
Cant. 5. tanquam lignum quod plantatum est iuxta decursus aquarum.Quis ambigit eum qui in lege dei meditatur,spē habere ad premiū capiendum?Quia sicut lignū iuxta aquam planatum sterile esse non potest, ita & qui frequenti usu legi dei studet,non potest eius operis minime habere effectum,Et adiecit: Quod fructum suum dabit in tempore suo.Omnis plantatio bene gubernata fructū dat tempore competenti: Sic & hic qui legi dei obtemperat,fructum habebit tempore præfinito. Tunc enim huius deuotionis mercedem accipiet.cum cœperit dominus Iēsus Christus sedere ad iudicandum uiuos & mortuos.Debinc subiecit : Et folium eius non defluet.Manifestum est in arbore cuius folia non decidunt uitam significasse.Humore enim decurrentis aquæ uegetatū lignum folia continet sua: Nam & dominus Iēsus, si in
Luce 23. humido ait ligno hæc fiunt,in arido quid fiet ? In ligno humido uitam significauit & fructum.Sicut lignum ergo auxilio decurrentis aquæ siccitatem non sentit, ita et hic qui legi dei studet accedente temptatione præsidio dei tutus nō amittit,sed acquirit salutem,dicente Apostolo:
Actor. 14. Quia per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum dei.Et sequitur : Et omnia quæcumq; fœcerit prosperabuntur.Apertum est quod dicit, quia qui legi dei fidem seruat,cupidus mandatorum eius,fœlix fit in omnibus suis factis,sicut & Ioseph,qui propterea quod timorem dei præsenti uitæ præposuit,omnia quæ agebat prospera faciebat deus in manibus eius.Et subiecit: Non sic impij,non sic.Iteratio sermonis, non aliter omnino futurum significat quam promittit,quia impijs nihil prosperum erit in futuro,sed omnia aduersa usq; ad interitū eorum.Vnde ait:Sed tanquam puluis, quem ,pijcit uentus à facie terræ.Eodem modo dicit impios interire sicut puluerem quem spiritus proijcit à facie terræ,ut pereat: Sublatus enim à substantia sua,per aerem dispersus paulatim deperit:Ita & impij ministris angelis proiecti à facie auctoris dei,sine quo non potest ,uiui interibunt,Et sequitur:Ideo non resurgunt impij in iudicio, Dignū est quod dicit.Vt quid enim in iudicio resurgant qui nullum negocium dei credi sibi maluerunt cuius redderent rationem? Spernentes enī dei legem & negantes, non est unde præstent rationē, ut in iudicio interrogati iuxta legem sibi creditam præstent causas. Arrogantes ergo rebelles in deū inuenti,ad hoc resurgunt,ut uideāt uerum esse quod credere noluerunt,ut pereant,quia deū mendacem iudicauerunt.Et adiecit : Neq; peccatores in consilio iustorum.In hoc psalmo Psalmista tria hominū genera significat,impiorum, peccatorum & iustorum, quo ordine cœptus est error.Sed impij ab his alieni sūt, quia sub dei decreto sicut dixi, uiuere noluerunt.Peccatores aunt sub dei lege agentes,ante tribunal Christi sistendi sunt,segregati à iustis,ut acceptæ legis præstent rationem mandatorum,in quibus operam non dederūt, ut plus haberent laudis quam uituperationis.Iusti uero ualde propensiores in exercitio imdlenqe legis inuenti remunerandi sunt.Et subiecit : Quoniam scit dominus uiam iustorū . Hos scire dicitur deus,qui memores præceptorum eius bonis operibus insistūt,ut iusti habiti coronentur.His autem qui immemores eius circa curam
Luce, 13 animæ negligentes sunt , sic dicet: Recedite à me,nescio uos operarij iniquitatis,Et sequitur. Et iter impiorum peribit. Vnde Psalmus cœptus est,& terminatus,ut causa impiorum tractata,nulli alij quam perditioni docerentur obnoxij.Sicut enim dixi, idcirco dicitur deus scire uiam iustorū, quia in lege eius ambulant,iter autē impiorum,quia extra legem dei est,peribit, quia omnes
Prouer. 4. uiæ impiorum tenebrosæ, sicut dicit Solomon , piorum autē clarissimæ,duce Christo domino nostro.

De Psalmo vicesimo tertio, quid significationis mystice habeat etiam titulus, eius.Quæstio,CXI.

TItulus psalmi rationem eius insinuat,de Christi enī dñi nostri sacramēto locuturus,dominicū diem signauit dicens:Hinc Dauid prima sabbati.Cum enim dicitur .hinc Dauid,ad eum pertinet cuius hic Dauid habet imaginem,de quo dicit propheta: Et puer meus Dauid pascet illos.Prima autem sabbati,prima feria est. Post sabbatum enim primus dies dominicus est , affirmante euangelio & dicente: Prima autē sabbati uenit Maria
Matth. 28 Magdalenæ et altera Maria ad sepulchrum &c. In dominico autē die,saluatoris sacramentū significauit. Sed ut per rationem ordinis psalmus exponeretur,à persona de patris initium fœcit, ut diuinitatis sacramentum non ine ordine manifestaretur hominibus. Qui enim causam aliquam insinuare uult,nisi eius caput & originem teneat,nō poterit proprietatem eius ostendere,neq; quæ sit eius ueritas edocere.Itaq; sic orsus est prophetā,& ait:Domini est terra et plenitudo eius. Fidem rerum tenuit dicens : Domini est terra & plenitudo eius. Auctoritatem enim ueterum sanctorum secutus est , qui terram & quæ sunt in ea,ad dominū deū pertinere dixerūt.Et adiecit:Orbis terrarum,& omnes qui habitāt in eo.Ne forte minus aliqd significasse putaretur , quia dixerat:Dñi est terra & plenitudo eius,sensū suū apuit dicēs:Orbis terrarū et uniuersi qui habitāt in eo,ut doceret omnē oīno terrā dñi esse ,et quæ sunt in ea,ut nihil esset exceptū quod nō sit dei:Sicut putant quidā hæretici,q secundū dictū apostoli Petri dominū deū abnegant

quorum ad condemnationem cuncta dei esse prophetica oracula docuerunt. Et sequitur: Ipse super Maria fundauit eam. Hoc est quod in alio psalmo significauit dicens: Terram super aquas tu formasti, ut fidem testimonium sequeretur, ostendit quomodo fœcerit. Dum enim confusio esset rerum, & neq; aqua propriã haberet speciem, iussu dei adunata est terra, et firmata super aquas, ut & terra & aqua haberẽt orignis suæ ꝓprietatẽ. Vñ in regnorũ libro uox est dei dicẽs: Nõne aquas ego fœci? Et subiecit: Et sup flumina præparauit illũ. Sic sup flumina præparata est, dũ intra se aquas cõditas habet, quæ quasi per uenarũ fistulas fluitãtes præstant ei densitatẽ, ne pœnitus sicca fragilis esset, & inutilis ad culturam: Radicibus enim nascentium uitalem præstant effectum, simulq; locis aridis siti auxilio sunt. Et ut professionem sine bona uita non ualde proficere ostenderet, ait: Quis ascendit in montem domini, aut quis stabit in loco sancto eius? Proponit qualis debeat esse qui deum creatorem profitetur: Neq; puniendos ostendit, qui sicut dixi, dominum deum abnegant, hi qui confitentur immunes se à pœna scirent non esse, si recte minime uersarentur, montem ergo domini dicens, cœlum significauit. Vnde in alio psalmo dicit: Leuaui oculos meos ad mõtes, unde ueniet auxilium mihi, Locus autem domini est ubi apparet.

Dicitur autem ad Iesum naue cum dominus ei apparuisset: Locus in quo stas terra sancta est, Et Iacob ubi deũ uidit: Hæc est ait domus dei. Et sequitur: Innocens manibus et mundo corde. Hunc dicit dignum ascendere in montem domini id est in cœlum, aut stare in loco sancto eius, si quis fuerit innocens operibus, & mundum cor habeat in causa dei, id est fidei. Huiusmodi enim potest in cœlum ascendere, et stare in loco sancto eius. Defunctus enim hac uita ascendit in cœlum. Deinde dum ciuitas Hierusalem in aduentu domini descendit de cœlo, dignus erit stare ubi iudicaturus est dominus de uiuis & mortuis quasi innocens: Impij autem & peccatores indigni erunt stare in loco sancto iudicij dei, quia resurgunt impij ad perditionem, peccatores ad pœcam. Nam si ultrũ Moysi glorificatum descendentis de mõte filij Israel peccati causa uidere non poterant, quanto magis ipsum gloriæ dominum in throno maiestatis suæ sedentẽ, cõscientia delictis obnoxio formidabit aspicere. Audient enim: Nõ noui uos, operarij iniquitatis. Et adiecit: Qui non accæpit in uano animam suam. Nunc ipsa genera paccatorum tangit. Primo enim in loco, hic est innocens et mũdum cor habet, qui à fornicatione idolatriæ immunis est. Ipsa est enim uanitas, cui qui se inclinat, aiam suã subiugat corruptioni. Et sequitur: Nec iurauit in proximo suo dolum. Duas causas memorauit, quæ sunt principales dei & proximi, quia qui in his idoneus fuerit, sine dubio & in ceteris probatus habebitur, dicente domino: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo & omni uirtute tua. Hoc est primum mandatum: Et secundum est simile illi: Diliges proximum tuum sicut teipsum. In his duobus mandatis tota lex pendet & prophetæ. Quis ergo ex toto corde deum diligens legem eius non seruet? Aut quis habens proximi charitatem peccatis studeat? Quippe cum causa timoris dei diligat proximum, Et subiecit: Hic accipiet benedictionem à domino, & misericordiam à deo salutari suo. Nunc qd' meritũ est eius qui in causa dei & hominis creatoris & proximi fidem habuerit, & dilectionem ostenderit? Quia benedicetur à domino. ut comendatus appareat, & in his misericordiam consequatur quæ de toto implere non potuit. Nec enim tam circumspectus potest aliquis esse ut nusquam erret, sed quia in magnis sollicitus & fidelis inuentus est, & in minimis misericordiam accipiat à deo suo. Qui ideo salutaris dicitur, qa nõ uult morientis mortẽ, sed ut cõuertatur & uiuat. Et sequitur: Hæc est generatio quærentiũ dñm, quærentiũ faciem dei Iacob. Vnã dixit esse generationẽ requirentium deum, & quærentium faciem dei Iacob, quod non est ociosum: Quamuis enim utrunq; bonum sit, duos tamen gradus his dictis significauit. Bonum est requirere deum, plenum est autẽ bonum quærere faciem dei Iacob. Digniores enim sunt qui ante faciem iudicis sunt. Horum ergo meritorum hæc est generatio. Quia uero ut ad hæc ueniatur, innocentia facit et puritas cordis, sicut iterum ut ad malum possit ueniri præcurrit iniusticia atq; iniquitas: Quia duæ generationes sunt: Vna est ex parte iniquitatis, quæ est mater Cain: Altera ex parte iusticiæ, quæ est mater Abel. Hæc in fide consistit & bona conuersatione, illa in perfidia & obliquis operibus. Istæ sunt duæ leges, boni & mali, dei & diaboli, & quam secutus quisq; fuerit, eius appellabitur filius, ac per hoc requirentium deum generatio hæc est, fides in deum, & dilectio in proximum, sicut supra diximus. Qui enim fidem habet in deum, semper eius quærit auxilium, nec hominibus iniustum se præbet, qui deum ult habere propitium. Cuius signũ hoc est cũ dicitur: Deus Iacob, quia notus in Iudæa deus. Sed quare eius faciem quærere dicantur, cum audierit Moyses: Quia nõ inquit uidebitur tibi facies mea: Si ergo & Moyses faciem dei quæsiuit, et uidere nõ potuit, frustra hi quærere dicuntur, quia meliores Moyse nõ sunt. Sed nemo frustra faciem dei quærere dicendus est, quia ideo faciẽ dei dicũtur quærere, ut sciatur quem quærũt, quia digni sunt et uidere. Omnis enim qui quæritur, tũc cognoscitur si facies eius uideatur. Sed quoniam à mortalibus facies dei uideri non potest, significatio hæc pro facie est, cum dicitur, deus Iacob. Diapsalma. Diapsalma hoc in loco personæ significat mutationem. Post enĩ illa qua ad patris dei personã ptinent, subiungit ea quæ ad filij dei ptinent sacramentũ, ut ordo integr conseruetur patris & filij. Nã data est lex p Moysen, ut quasi pædagogus esset hominibus, erudiens & præparans eos magistra iusticia, ut digni fierent ad expiandum annum domini & diem retributionis, ut qui sub spe futuri

christifideles

Psalm, 135. Psalm, 120 Iosue. 5. Genesis 28 Exo. 34. Matthei. 7 Math. 22. Ezech. 18. Psalm. 75. Exodi 33.

christifideles fuissent, susciperent eum, & possent Adæ peccatum fugere securi, quia aduentus eius quem speraverant, daturus esset illis misericordiam, de his in quibus subreptum est illis ut delinquerent. Hoc est quod superius memorauit, dicens: Accipiet misericordiam à deo salutari suo. Dicit ergo: Tollite portas principes uestras. Hæc uox sanctorum est angelorum, de quibus dicit in euangelo: Quia accesserunt inquit angeli, & ministrabant ei. Hi ergo dicunt ad principes et potestates, aduersus quos nobis colluctationem dicit esse apostolus, ut tollant portas principis sui, id est diaboli, qui est princeps principum in errore constitutorum, per quos itur in gehennam. Hæ portæ perfidia est & fallacia idolatriæ. Et sequitur: Et eleuamini portæ æternales. Fides & spes cum charitate portæ sunt æternales, quia nō potest aboleri quod per ueritatem prædicatur. Illæ autem portæ quas dixi perfidiam esse & fallaciam idolorum, temporales sunt, quia omne mendaciam non permanet: Manifesta enim ueritate interibit. Docentur ergo ut tollant portas principis tenebrarum, id est ut amoto multorum deorum errore, unius dei fides introducatur in Christo. Hoc est quod se apostolus edocere missum testatur, ut non solum ostendat hominibus, sed & principus & potestatibus in cœlestibus mysterium dei unius in Christo. Et subiecit: Et introibit rex gloriæ. Tollendas dicit fallaces portas diaboli subtilitate compositas, quæ sunt præsumptio, per quam deū se æstimauit, ut introeat rex gloriæ, qui est Christus Iesus dominus noster. Nullius enim mentem dei fides ingreditur, nisi tulerit à se errorem diaboli præuaricatione inuētum. Et principes supra memorati non possunt in unius dei fidem Christum regem recipere, nisi proiecerint à se traditionem, per quam uni deo importatur calumina, non solum terrena, sed & ea quæ in cœlestibus usurpata est à principe principum sathana, quia illic erorem quem inter se conspirauerunt, ut auctore diabolo deos se dicerent, & hoc interra disposuerunt, ut hic error illius imago sit. Et sequitur: Quis est iste rex gloriæ? Ne superuacue forte Christum regem gloriæ dicere putaretur, interrogantis ponit personam et dicentis: Quis est iste rex gloriæ? Quasi admiretur aut doceri se uelit, an uerum est et condignum dicere Christum regem gloriæ. Et ideo respondetur ei: Dominus fortis & potens in prelio: Vt hoc subiecto non nudis uerbis, sed cum testimonio regem gloriæ Christum addisceret. Virtus enim & potentia qua subegit & prestit diabolum cum satellitibus eius, hæc ostendit illum regem esse gloriæ. Et adiecit: Tollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales: Hoc est, uirtutis testimonio, cui contradici nefarium est. Didicistis dignum esse Christum dici regem gloriæ, ergo auferte errorem de mentibus uestris. Et quod ait: Introibit rex gloriæ: Ostenditur enim quia non possunt participari cum fide Christi, nisi ob omni immundicia idolatriæ emundauerint corda eorum. Nisi enim innouatus fuerit homo, non intrabit spiritussanctus in eum. Et sequitur: Quis est iste rex gloriæ? Iteratio ista confirmationem facit. Omne enim quod nouum auditur, nō concipitur corde nisi iteretur: Admirationem autem & stuporem facit, cum dicitur quod auditum est nunq;. Et adiecit: Dominus uirtutū, ipse est rex gloriæ. Eadem repetendo docet rite dici hūc regem gloriæ, qui sit dominus uirtutum. Non immerito enim rex gloriæ qui sit dominus uirtutum appellatur qui uirtutibus dominatur, Vnde apostolus: Si enim intellexissent ait, nunquam dominum maiestatis crucifixissent.

Matth. 4.
Ephes. 6.
1. Corin. 2.

De psalmo quinquagesimo, quomodo quinquagesimus positus sit non pro temporis ordine, sed ratione, & quid mysterij habeat. Quæstio. CXXII.

QVinquagesimus psalmus hic positus ē, non p tēporis ordine sed ratione. Titulus enim, eius nō numero, sed rationi subiectus ē. Quantū enim ad historiā pertinet, anterior est q̄ tertius. Prius enim à propheta Nathan delicti causa correptus est, quam insurgeret contra illum filius eius Absalon, ut eum uellet & uita & regno priuare. Hæc ergo causa est, ut quinquagesimus poneretur, quoniam constat ex lege descendere, Illic enim cautum est quinquagesimum habere numerū remissionem. Est enim post septem septimanas primum typum habens dominici diei, quia sicut post septem dies primus dies ipse est qui initio factus est, qui semper finita septimana dies primus est, ita & post septem septimanas quinquagesimus numeratur. In mysterio primus est, qui duplici genere dominicus dies appellatur. Primum, quia initio factus à domino est, qui semp in se cōuersus p curricula impleta septimana primus ste. Deinde, qa in eo resurrexit dñs, triumphata morte, doīcus etiā dies nūcupatur. Nō immerito ergo in qnquagesimo numero q̄ mysterio quē primū significatū aduertimus remissio cōtinetur. Deniq; lex quinquagesimo die data ē. Aprofectiōe enim filiorū Israel ex Aegypto, quadragesimo & octauo die ablui iubenter, ut biduo purificati. tertia die parati essent ad legem accipieudam: Quæ ablutio quid aliud indicat, quam remissionem factam in quinquagesimo die, ut purificati legem acciperent? Ex quo de cæteris præteritis oblitteratis, actus sui redderent rationem secundum creditam sibi legem. Hac etiam ratione possessionem emptam quinquagesimo anno remitti debere præcepit lex. Hinc est ergo unde & psalmus quinquagesimus intitulatus. In hoc enim rex Dauid remissionem postulat secundum prædictum sensum, unde ait: Miserere mei deus secundum magnam misercordiam tuam. Sciens rex Dauid grauiter se peccasse, sic postulat, dicens: Miserere mei deus, secundum magnam misericordiam tuam,

Exo. 19.
Leuit. 25
Psalmus. 50

tuam. Magna enim misericordia tunc est, cum grandia ignoscit peccata: Et adiecit: Et secundū multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meā: Vt manifestaret acerbe se deliquisse, peccatū suū iniquitatē appellat, qa iniquitas non leue peccatum est, & qui delet iniquitatem, hoc est non imputat, miserratione abundat. Nihil ergo in causa sua excusare nititur, ut non solum animum sibi iudicis mitiget, sed et faciat condolere. Cōmouetur enim animus ad misericordiam, quando uidet reum sic sua confiteri peccata, ut ostendat dolere sibi quia peccauit. Qui enim non dolet, irridere uidetur iudicem, quia ideo precatur, ut euadat, iterum postea eadem facturus. Et sequitur postea: Vsq; quaq; inquit laua me ab iniusticia mea, & à peccato meo munda me. Quoniam multam miseratiōem dei prædicat, pœnitus se mundari precatur, ut nihil maneat delicti aut iniusticiæ in eo unde suspectus sit. Et ut hocipsum obtinere possit uel impetrare, adiecit: Quoniam iniquitatem meam ego cognosco, & delictum meum coram me est semper. Quoniam grauiter scit se peccasse, sollicitus est ne non totum ei remittatur: Considerans enim magnitudinem peccatorū suorum, timet, sciens grauia peccata non facile ignosci, ac per hoc cum fletibus confitetur, peccatum suum ante oculos habens, ut ex omni parte propitium sibi faciat iudicem. Scit enim scriptum esse: Dic prior iniquitates tuas ut iustificeris. Et sequitur: Tibi soli peccaui et malum coram te fœci. Nunc ex alia parte culpæ suæ medelam prospicit, ut ad effectum postulationem deducat. Hac enī prosecutione in prima causa nocentem se dicit: Nam qui alteri à deo peccat, inimicus est auctoris dei: In locum enim eius alterum eligit, cui auctoritatem eius ascribat. Vnde hic ab hac se iniquitate alienum ostendēs: Tibi ait soli peccaui, et malum coram te fœci. Hoc est, quia tibi & nulli alij, quē deū per errorē dicerem, peccaui. Minor mea culpa est quàm cæterorum, qui sunt perditioni obnoxij: Non enim impius sum sed peccator, quia non in te sed in legem tuam peccaui. Nec te negaui, sed te deū & dominum confitens, in hominem pecaui. Ergo quia in illa quæ tua propria causa est. reus non sum, ignosce quod in conseruum peccaui. Sic enim peccaui ut honorificentiam nominis tui nec negarem nec alteri darem. Fuit itaq; unde commoueretur ad misericordiam iudex, Cum enim multi in illum peccent, quos etiam hortatur ad se conuerti, dum hi qui non illum peccant, ex alijs tamen causis ueniam postulant, libenter admittit. Semper enim dominus ad auxilium suum uult confugere seruos suos: Vnde adiecit: Vt iustificeris in sermonibus tuis, & uincas cum iudicaris: Misericordiam postulans, deum iusticiam suam non immutare precatur, cum soleat media esse iusticia, ut non peccantibus et peccantibus æqua sit, ut unicuiq; reddat secundum opera sua, sed non ignorat quid postulet uir innocens in dei sacramēto. Sciens enim deum frequenter in lege dixisse: Quia misericors inquit sum ego dominus deus uester. Inde rogat ut hæc fides maneat, & in sermonibus suis deus iustificetur, dum in eo permanet quod locutus est. Nec peccatis hominum uincitur, ut non misereatur. Scientes enim qui peccant quæ promisit deus bene uiuentibus, & quia in eo perdurant, iudicant illum mendacem: Non enim credunt male uiuendo uera esse quæ præmisit: Idcirco petit rex Dauid, ut uincat hoc deus quod putant homines, & det quæ promisit ut erubescant, qui dum non seruant mandata, iudicant illum non daturum. Et sequitur: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. Nunc hoc adiecto causam infirmitatis humani generis memorat, quia facile est homini peccare, ut examen contra se iudicis mitiget. Primæ enim culpæ facit mentionē, ex qua præuaricando Adam genus humanum obnoxiū fecit peccato. Suasu enim et fallacia inimici iniqtatē cōcipiendo, omne semen suum iniquitati subiecit, ut ex eo omnes per tra lucē geniti, peccato essent obnoxij. Propterea adiecit: Et in delictis concepit me mater mea, ut ab Adam deriuatio facta peccati, conceptis & natis impedimento esset ad bonam uitam agendam, ac per hoc supplici non negandam misericordiam, quia infestū habet hostem, qui ei suadet ut peccet. Per peccatum enim diabolus subiecto sibi primo homine potestatem accepit carni eius se immiscere, & delectorum quadam subtilitate oblectamenta suggerere, per quod captum hominē spoliat uita. Quam rem magister gentium memorans: Video autem inquit aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, ut hoc contuens iudex, dolenti circumuēto porrigat manū. Et sequitur: Ecce enim ueritatem dilexisti. Quia ergo ueritatem diligis inquit, subueni roganti, quem scis uera pectoris sui impedimenta exponere. Cuiq; reo olim motus misericordia, subuenire decreuisti, ut errorem admissum in terra, cœlestis prouidentia emendaret. Propter quod subiecit: Incerta & occulta cordis manifestasti mihi. Incerta & occulta cordis hæc significat, quæ deus ad præsidium humani generis procreauit, sicut & apostolus: Quod oculus inquit non uidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascendit, quæ præparauit deus diligentibus se. Qui sunt qui diligunt deū nisi q legi eius cōsentiunt, non cœlando uel excusando peccata? Hæc ergo occulta cordis manifesta sunt diligetibus deum, ut quia dolebant se delictis circumueniri, correpti non negarent, sibi & origni suæ imputantes, in auctorem deum non transferentes quæ peccabant, corda illorum illuminata sunt spiritali corusco, ut uiderent dei prouidentiam in Christo, quia uenturus erat ad damnandum peccatum, quod ex præuaricatione Adæ humano generi imperabat. Hoc ergo orat rex Dauid, ut quod decreuerat deus, infuturum uidens genus humanum laborare, sibi prius subueniret in eadem necessitate constricto qua omnibus se decreuerat subuenturum, ut donum quod gratuitum futurum erat, & ante tempus dari non poterat, huic pprece & lachrimis concederetur. Quod quomodo fiat nō tacet dicēs:

Esai. 43

Exo. 22.

Roman. 7

1 Corin. 2.

Exo,12

Asperges me hysopo & mundabor. Recte aspersione hysopi petit se mundari. De hoc enim filij Israel postes suos sanguine linierunt, ut tuti præstarentur à morte, ita & hic aspersione hysopi, orat mundari se à peccatis, ne tangatur à morte, Et sequitur, lauabis me, et super niuem dealbabor. Manifestum est, quia factum dei distat à facto hominis, ideo super niuem inquit dealbabor, quia quod deus facit multo melius est, quam quod facit homo, propter a aspersione hysopi petit se mundari, ut sicut carnale corpus aqua abluitur, ita & per hysopi significationem, spirituali ratione animarum maculæ abluantur. Aspersio enim hysopi illustratio quædam est, ut per id quod uisibile est, inuisibiliter emundetur Et sequitur, auditui meo dabis gaudium et læticiam. Dubium non est, quia uox prædicantis remissionem, gaudium præstat peccatoribus. Quis enim non lætetur cum audit dari indulgentiam? Cum enim deus remittit, et in præsenti & in futuro securus est. Propterea exultabunt ossa humiliata. Duplici genere sunt ossa humiliata, quia & ut peccaret, humililatus est, nemo enim peccans exaltatur, & ut postea supplex ueniam imploraret, nam utiq; in cilicio & cinere uolutatus, misericordiam præcabatur, quàm obtinens eleuatus est mentis exultatione & corporis refectione. Et subiecit, auerte faciem tuam à peccatis meis, & omnes iniquitates meas dele. Hac forma remissionem postulat, sicut constitutum erat in futurum per fidem Christi, ut saluator qui ei spiritaliter est promissus, ab ipso inciperet cuncta conuersis donare peccata. Cuius enim non respiciuntur peccata, & omnes delentur iniquitates, non habet unde reus constituatur, & inimicorum eius ora clauduntur. Qui enim non respicit peccata, non illa imputat. Hoc est enim auertere faciem à peccatis, alicuius accusationem contra eum non accipere. Et quid est hoc, ut cum de duobus peccatis correptus sit, hic addat de multis se accusando? Et cum audierit à Propheta Nathan, quia ignotum erat ei, quare sic postulat sedula præce, ut possit ad ueniam peruenire, nisi quia non suam solius causam agit. sed sub accusatione peccati sui, totius populi miserias narrat? Sibi enim reformationem præcatur, quia cui ignoscitur, non est sine rubore nisi loco suo fuerit redditus, ut dignitas loci ruborem excuset, cæteris autem beneficium dei, quod ad cuncta peccata abluenda futurum erat, in Christo significauit. Et sequitur, cor mundum crea in me deus, et spiritum iustum inoua in uisceribus meis, hoc ẽbona mente misericordiam deprecari. Non solum autẽ de præteritis roget, sed etiam de futuris sollicitus est, ut peccator intendens odisse peccare ne peccet, adiuuetur à deo per spiritum iusticæ quem orat dedicari in uisceribus suis, id est ut nouus ad hoc ponatur in eo ut custodiat eum à peccatis ne cogatur facere quod scitur nolle. Cor autem mundum sic potest habere, si neq; intus, neq; fortis delinquat, hoc est neq; in ope, neq; in cogitatione. At quia proppe impossibile est, ut in omnibus seruetur, uel in dei causa seruandum est, quæ principalis est, etiam mundũ cor in sacramento dei & Christi custodiatur, dum fides inuiolata seruatur, quia & in alio loco dicitur. quis gloriabitur mundũ se habere cor, aut immunem esse à peccatis? Deniq; rex Dauid mundum cor habuit in causa dei, quia neq; auxilium aliquando in uanitate quæsiuit, quæ est idolatria, neq; aliquid à deo sibi præceptum nõ impleuit. Ideo de cæteris adiecit, ne proijcias me à facie tua, & spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Hic sensus est quem supra memoraui, quia securus de uenia, solicitus est de reformatione. Cui enim ignoscitur solum, solet à facie domini secerni, quamuis enim nõ in illum uindicetur, in animo tamen domini uel iudicis facinus eius deletum nõ est. Ideo orat, ut penitus peccatum eius deleatur, & dignus sit accedere ad faciem domini, et iterum prophetare, quod & factum est. Hoc enim quod dicit, et spiritum sanctum tuum ne auferas à me. Hic est spiritus Prophetarũ, & sequitur, redde mihi lætiam salutaris tui, et spiritu principali confirma me. Læticiã dari sibi postulat, quæ præmissa erat in Christo, ut omnibus maculis ablutus & reparatus lætus esset in salute quæsita, nec amotus, sed confirmatus in regno à spiritu sancto. Quem ideo principalem dixit, quia super omnẽ creaturam est, per quem reges regnant, Et subdit, doceam iniquos uias tuas, & impij ad tecõuertentur. Hoc dicit, ut in eo discant iniqui pietatem dei, qui confitentes sibi suscipit peccatores, et promouet, nec impios conuersos negligit, sed hortatur dum alijs misereturi. Et sequitur: Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ. Hoc dicto ostendit peccatiũ suũ morte dignũ, ut dei misericordiã quanta sit, prædicet: Per hoc enim etiam alios prouocat confugere ad dei clementiam. Vnde subiecit: Exultabit lingua mea iusticiam tuam domine. Gaudere se dicit in iusticia domini, quia in eo permanet quod promisit dicens: Misericordiam autem meam nõ mouebo ab eis. Lætus ergo Dauid rex et securus in hac parte, dei sui iusticiam prædicat. Et sequitur: Labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam. Sic labia eius aperit, dũ clausa fuerint sine causa peccati, liberati enim os patet, peccatoris autem clausum est os, pudore enim & metu correptus loqui nõ audet, absolutus autem et liberatus tripudians prædicat laudem iudicis. Nam & apostolus sicut ipse testatur, propter quod ab omnibus liber esset: Os nostrum ait patet ad uos o Corinthij. Et adiecit: Quoniam si uoluisses, sacrificium dedissem utiq;. Hoc de comperto loquitur, sciens sanctum Samuel dixisse ad Saul regẽ, qui cũ peccatũ suum nõ dolore mentis, neq; lachrymarum miseratione, sed sacrificij oblatione oblitterari putaret: Nõ uult inquit deus sacrificiũ magis quam audiri uocem suã, quia huiusmodi sacrificia damnũ possunt facere, nõ tamẽ deũ placare. Deus enĩ sic placatur, si anima peccati sui memor in tribulatione & mœrore cordis, defleat quod peccauit. Et sequitur: Holocaustis nõ delectaberis, nec delectatur holocaustis deus:

Prouer. 20

Psalm. 88

2 Corint, 6

1 Regu. 15

deus, sed in huiusmodi causis, ipse enim animus pro se satisfacere debet, non se deforis redimere, nam ista adiutorium præstare possunt. Animus enim sicut oblectatus est in peccatis, sic tribulari debet in pœnitentia, & tũc delectabit deum delere eius peccata. Vnde subiecit, sacrificium deo, spiritus contribulatus, cor contritum & humiliatum deus non spernit. Ostendit quale sacrificium pro peccatis deus suscipit, quia non poterit deum placare, nisi qui lætatus est circa salutem, & contribulatus fuerit corde, & sic reparetur ad uitam. Deniq; omnis inquietus, uel indisciplinatus frequenter incurrit, ut membra corporis lædat, quæ utiq; non sine dolore possunt sanitatis recipere medicinam, sic et peccatores non possunt peccata sua redimere, nisi dolorem senserit animus qui peccauerit. Hoc enim iustum est, ut quia contra rationem gauisus est, secundum rationem patiatur mœrorẽ. Et sequitur. Benigne fac domine in bona uoluntate tua Sion. Sion dicens, ecclesiam significat, ut perseueratio nostra non improbabilis uideatur, cui ut impleat deus promissum suũ, suggerit, sciens se tunc plenam remissionem accepturam, cum quod decreuerit deus in Christo impleuerit id est ut ab omni peccato liberentur sperantes in salute promissa quia nõ solum à proprijs, sed ab Adæ peccato quod per traducem in omnes peruenit, liberabuntur per Christum. Et adiecit, & ædificabuntur muri Hierusalem. Nunquid destructi fuerant? Sed muros Hierusalem dicens, ecclesiam significat, quæ per fidem in Christo disposita erat construenda. Cuius muri esse sancti homines intelliguntur, docẽte nos Apocalypsi Iohañis Apostoli, quia & Hierusalem ciuitas & muri eius serui, dei sunt intelligendi. Sciens etiam per Christũ rex Dauid promissum, quod futurum erat implendum ad liberationem seruorum dei, orat ut impleatur, id est ut per fidem ædificetur ecclesia, & liberentur sperantes de hac fide salutem. Et sequitur, tunc accæptabis sacrificium iusticiæ, oblationes, et holocausta. Hoc dicit, quia oblationes & holocausta tunc accæpta sibi haberet cum esset ecclesia ædificata, & non passim, aut secundum omnem consuetudinem, sed sacrificium inquit iusticiæ acceptabis. Iustum est sacrificium, cum condignum munus offertur. Porro autem, nihil est tam iustum sacrificium & condignum, nisi ut nosipsos offeramus deo. Quia enim deus spiritus est, spiritalia illi offerenda sunt sacrificia, ut uiuo uiua hostia offeratur. Quæ enim dixerat in causa peccati, sacrificijs carnalibus deum minime delectari, ostendit futuram, quia spiritaliter deo offerendum erat & hoc accæptaret, quia hæc deo digna sunt sacrificia, hoc est in præterito minora fuerunt, quia carnalia, nunc maiora, quia spiritalia, Et adiecit, Tunc imponent super altare tuum uitulos. Si cessantibus pristinis sacrificijs spiritalia successiua sacrificia significauit, quid est ut diceret, tunc imponent super altare tuum uitulos? Nisi quia per hæc corporalia spiritalia significat, quippe cum dixerit, quia carnalibus non delectatur. Vitulos ergo dicens, poppolum nouellum significauit, Christi fide renatum, cuius deuotio quotidie super altare domini deliratur. Qui enim de ecclesia intelligitur locutus, scrisicia quoq; eius spiritalia significasse debet intelligi.

Ioannis, 4.

Cur filius dei missus sit & non alius. Quæstio. CXIII

QVamquam omne quod facit deus, rationabiliter et prouidenter factum credendum sit, melius tamen puto, si post fidem etiam causa facti possit aduerti, ut quod creditur, non ignoretur. Vnde dominus ait, hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum & quem misisti Iesum Christum. Primum enim credi debet, sicut á Propheta dictum est, deinde sciri quod creditur, quia iam fidelem & in hac re dilligentem adiuuat spiritussanctus, ut cognoscens intelligat fidei rationem, tunc enim plenum habet gaudium credulitatis suæ, si quod credit intelligat. Hoc est enim fidei robur, hoc immobile fundamentũ, credulitatis addiscere sacramentũ. Vbi enim sola fides est, nõ est tã mera deuotio et potest aditum habere surreptio. Vnde uas electionis ideo laborat, ut credentes fidei suæ rationem ediscant. Cum enim cognouerint quantus sit cui se crediderint, & quæ sit eius potentia, nullo pacto, nullaq; ratione ab eius spe traduci se patientur. Vnde dictũ legimus, guſtate & uidete quoniam suauis est dominus, ut data opera cognoscant diuinitatis eius saporem, intelligentes nihil sapientius esse quam in Christum credere. Quamobrem ipse magister gentium inter cætera ait, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ dei absconditi. Et iterum, scio inquit cui credidi, quia potens est depositũ custodire. Igitur hic scit fidei suæ rationẽ et nõ dubitat de potentia eius, cũ intelligit omnes thesauros sapientiæ & scientie in sacramento natiuitatis & passionis & resurrectionis Christi esse absconditos. Manente ergo fide, diu mecum contuli, ut scirem cur dominus noster de sacris & de cœlestibus sedibus ad terram incarnatus uenisset, & non alius ex his quos ipse dominus sanctos angelos uocat, incongruum enim uidetur personæ eius hoc opus subijsse, nisi causa facti noscatur. Deniq; hoc est quod mouet multos. Nam potuerit dei patris prouisio per alteram personam hoc negocium gerere, ut & hominibus in errore constitutis ostenderet ueritatem, & diabolũ præsumptorem & salutis inuidũ cũ satellitibus eius comprimeret & expoliaret deictũ, quia peruicacia & irreuerentia nequissimorũ seruorũ ministris famulis fuerat compescenda, ut non dominus omnũ rem sibi indignam experiretur. Neq; enim tanta uis & potentia est sathanæ, ut per potestatem eiusdem conditionis dei auxilio ipsum ab hominibus uinci, Nam quamuis impar sit si ex terrenis sumamus exempla, tamẽ ex aliqua parte conueniente rationi. Seruum enim contra Dauid regem rebellantem, Ioab conseruus eius missus est persequi, et trucidare, et contra Absalon in patrẽ impium sernis iniuncta res est, quanto magis ad tirannidem diaboli

Ioannis, 17

Psalmus, 33

Coloss. 2. 1. Timo. 6.

dem diaboli uincendam unius sancti angeli ministerium sufficeret, cum unius de multis sufficerat efficacia: Quippe cum legamus, quia repugnans contra Michaëlem archangelum perdurare non potuit, sed subiectus in terram est. Hoc ergo mecum sæpe reputans, hoc solum sciebam, quia ideo ipse à patre missus est, ne ad iniuriam eius pertineret si opus per eum factum, per alterũ reformaretur, sed hoc scire minimum erat. Nõ enim satisfaciebat ad tam magnam & admirabilem causam, nisi & aliud comprehenderetur q̃, proficeret ad arcanũ intellectũ. Sic factum est, ut animaduerterẽ causam hoc popoſciſſe ut hic ueniret qui uenerit: Ipsum enĩ ratio tangebat, ut ad eũ cõprimẽdũ ueniret qui dignitatem eius et meritum usurpasset. Post deũ enĩ patrẽ diabolus deus dici uoluit, quód et nũc usque contendit, cum utiq; non illum res contingeret, sed esset hoc filij dei qui post patrem deum secundus est, non natura, sed ordine. Ad hanc ergo causam agendam non alium oportuit uenire, nisi Christum dominum nostrum, quia non tantum ad comprimendum diabolum uenit, sed & manifestare seipsum omni creaturæ, ut reprobata persona Diaboli, hunc esse cognoscerent, cuius principatum et maiestatem præsumpserat sathanas, de cætero cognita ueritate relinquerent errorem, pro certo habentes Christum esse dei filium, qui solus deus de deo sit & caput, siue principium eorum omnium, siue quæ in cœlo sunt, siue quæ in terra, quia uirtute & potentia qua superauit Tyrannum sathanam, manifestatus est ipse esse, cuius imperium præsumpserat impius diabolus qui est sathanas. Dum enim uoluit inique deus dici ut dominaretur potentijs spiritalibus, unde increpatur à Propheta dicente: Tu enim dixisti in corde tuo: Ponam sedem meam in nubibus & ero similis altissimo, multos decæpit, quorum conspiratione princeps eorroris est factus.

Esaie. 14

Qui in Psalmo commonentur, ut reijcientes mendacium, suscipiant ueritatem. Dicitur enim eis: Tollite portas principes uestras, & eleuamini portæ æternales & introibit rex gloriæ. Nisi enim tollatur error de mentibus incredulorm, non potterunt suscipere fidem unius dei in Christo. Hoc enim edocentur, ut sublatis portis per quas itur ad mortem, secundum perfidiam à diabolo cæptum, suscipiant fidei sacramenta per quæ itur ad uitam. Ista sunt enim quæ significat in æternalibus portis, quia ueritas fidei æternitas est, perfidia autem temporalis est, quia mendacium adinuentio diaboli est. Diabolus enim cœptam prævaricationem in cœlis, seminauit in terris, multorum deorum suadens culturam, inter quas principatum haberet: Caput enim & principium uoluit esse cæterorum, quód non ei debebatur, sed saluatori. Vnde persequitur eum usque ad terram, ut comprimens eum ostendat erroris eius prævaricationem manifestata in se ueritate. Vnde dictum est. Veritas de terra orta est: Proiectus enim de cœlis, confugit ad terras, ut meditatam diuinitatem in supernis expleret in inferioribus. Vnde dicit Apostolus: Ita ut in templo dei sedeat ostendens se quasi sit deus: Quoquo enim modo desiderium suum implere uult & damnari, furore enim plenus, minus putat damnari esse, quam non explere auiditatem erroris.

Psal. 84

2. Thes. 2

Aduersus Paganos quomodo temere audeant aduersus nos congredi, aut fidem nostrã impugnare, & suam commendare. Quæstio. CXIIII.

QVa ratione pagani aduersus nos audeant congredi, aut fidem nostram impugnare, se autem putent absolutos esse non uideo: Quippe cum nulla habeant assertionum suarum documenta, superstitionis suæ magis dicam quam religionis. Nam quæ cauta non habent proferunt, ut ipsi potius nouarum rerum auctores & defensores habeantur. Primo enim in loco deos se asserunt colere quorum nulla insignia, nulla dant testimonia: Illos enim deos appellant, qui se ausi non sunt deos nuncupare, ut homines auctores deorum habeantur, cum deus auctor debeat esse hominibus, ac per hoc uana & inanis assertio est, quicquid enim sine deo est, stabile esse non potest. Manifesta enim esse quæ dico probant libri eorum, in quibus nihil diuinum, nihil deo iubente legitur constitutum, sed singulos uiros propter quasdam causas diuersa asserunt instituisse numinum sacrificia, ut hi qui nullius meriti uidentur, ea ipsa quæ statuerane digne statuisse probarentur. Quando ergo quos deos appellant, nihil horum mandasse leguntur: qua auctoritate hi faciunt, aut accæptum sibi putant, quód non probant mandatum, cum si etiam mandatum probaretur, examinandum prius fuerat si dignum esset, aut debitum his obedire, quorum nulla signa, aut prodigia, aut commendationes diuinitatis in rebus gestis existerent? Sed solent ab his excluſi ad elementa confugere, dicentes hæc se colere quorum gubernaculis regitur uita humana. A quibus ut supra requirimus, si mandatum est, aut iussum á deo, quem etiam ipsi magnum & summum fatentur & negligunt: Si enim fieri debet, ab illo mandari oportuit qui auctor eorum dicitur. Si autem ab illo nõ est mandatum, præsumptio est, & ad pœnam proficiet, non ad præmium, quia ad contumeliam pertinet conditoris ut contempto domino colantur serui, & spreto imperatore adorentur comites. Quomodo istud impunitum erit quòd etiam in hac uita uindicari, & quidem acerbius uideamus? Sed si forte ab ipsis elementis dicant mandatum Ostendant alicubi præceptum, legant aliquando aliquid illa locuta: Quòd si non ostendunt qua pœna digni sunt, qui auctores præsumptæ & confictæ religionis deteguntur? Libera sunt ex hac impietate elementa: Ipsa enim luminaria mundi accusabunt illos apud iudicem deum, quia in hac consilij uanitate minime se auctores ostendunt. Similiter & illos quos constat homines fuisse, deos nuncupant, cum cœperint pro peccatis suis cruciari, in

ciari, in hac parte minime se reos defendent, in hos crimen hoc retorquentes, quibus cum hoc non mandasset ut deos illos colere cœperint. Igitur quo pudore fidem nostrã repræhendat aut irridendã putent, quorũ legem uirtutũ testimonijs fultam, nec non & ipsius domini ac dei nostri relegunt uocem dicentis: Ego sum deus, & nõ est alius præter me: Quòd si nudis uerbis diceret, non erat ei credendum, ne similes paganis uideremur, qui nulla deorum suorum signa maiestatis uidentes, colere eos cœperunt, & (quòd peius est) inhonesta: Turpia enim illic aguntur, quæ pudoris est reuelare, & prudentes se appellant. Porro autem deus noster teste uitute coli se mandauit, & ut nihil suspitionis relinqueret, legem ipsam honestam & sanctam ut & deo dignum est tradidit. Nos uero qui stulti á paganis dicimur, deo nostro non credidissemus nisi nobis satisfecisset etiam testimonijs uirtutum, nec legem eius suscepissemus, si non illam puram & ipsa professione dignam cognouissemus. Hinc est unde nihil apud nos in tenebris uel occulte geritur. Omne enim quód honestum scitur, publicari non timetur. Illud autem quód turpe est & inhonestum, prohibente pudore non potest publicari. Quãobrem pagani mysteria sua in tenebris celebrant, uel in eo pudentes: Erubescunt enim palam illudi, piacula enim quæ illic uice legis aguntur, nolunt manifestare, ne qui prudentes se dicunt, hebetes his uideantur quos stultos iudicant. Sed ne forte hinc illis stulti uideamur, quia lex nostra castitatem, misericordiam, pietatem, continentiam, prædicat, apud illos enim hæc stulta sunt, quia omnis bonus malo malus est, & prudens stulto insensatus est. Nam in tantum castitatem execrantur ut etiam cynedis delectentur, magisterio eorum subiecti, qui nisi tales fuerint, idonei non erunt ipsi, si dicendum est, religioni. Propterea enim abciduntur & habitum immutant, ut de uiris quasi fœminæ fiant, & circa naturam subiecti muliebria patiantur, & tunc demũ apti & digni sint ministri superstitionis illorum. Nunquid accusari potest huiusmodi quem lex facit talem? Ideo enim amisso uiri & actu & habitu in mulierem transformantur, ut muliebria libenter patiantur. Quæ ergo putamur esse mysteria, ubi de honesto inhonestum fit, & de incorrupto corruptum, cum hic sit uere cultus religionis, qui de turpibus honestos facit, de indisciplinatis modestos? Quomodo cultores eius æmuli possunt esse bonæ uitæ, quando mysteria legis eorum sine cynedis celebrari non possunt? Si ergo lex eorum his delectatur, peccator erit & stultus quisquis non fuerit talis. Ideoque stultos nos appellant: Colentes enim hæc turpia prudentes ab his iudicantur, euitantes autem & fugientes, stulti. Quòd quidem callide & astute ab ipsis uidetur aptatum. Idcirco enim legi suæ applicant nomen prudentiæ, ut contegat reprehensibilia eius, quia ubi prudentia, reprehensio nulla est. Nostram autem legem stultam dicunt, ut prohibeant ab ea. Sed sublatis nominibus prudentiæ & stulticiæ, & submota omni inuidia, quam parit defensio ambarum partium, ipsæ leges inter se confligant, ut appareat ubi sit prudentia & ubi stulticia. Sed præsente signo crucis, obmutescit paganitas. Et si adest quam uocant stulta prudentia illa, sacra illorum respondere non audent: Reprimuntur enim exta illorum, respondere non audent, & occultantur ob reuerentiam Christianæ maiestatis. Magna res est ut illa quam uocant prudentiam, metuat illam quam appellant stulticiam. Conferamus nunc tenorem legum. Pagani deos deasque colere se etiam litteris profitentur, & uerum est quòd dicunt, quia & masculos colunt & fœminas. Ianus enim & Saturnus, Iuppiter & Mercurius, & Apollo & cæteri: Itẽ & Minerua & Isis, & Fruxilla & Venus & Flora meretrixcũ cæteris, dij deæque sunt sicut Historiæ tam græcorum quam romanorum testantur. Christiani autem, utpote pauperes quos stultos uocant, unum deum colunt in mysterio, ex quo sunt omina, nec aliquid quod ab eo conditum est ueneramur. Ipsum enim solum sufficere sibi & abundare sciunt ad salutem: Non ignorantes, quia si gloriam & nomen eius alijs deputauerint, offendant eum, quia nullus imperator permittit ut cum nomine eius tribuni & comites adorentur. Conferantur nunc leges ut uideantur, utra sit prudentia, quæ creatorem colit, an quæ creaturam, quæ dominum, an quæ seruos? Potest fieri in aliqua domo ut præter unum alius dominus appelletur, ut pagani litteris forensibus instituti qui sibi prudentes uidentur, in uno mundo ab uno deo condito multos deos deasque uenerantur. Procuratores enim & auctores mundi deos & dei nomine nuncupant, cum improuidi denegantur: Illud autem asserere quòd perniciem pariat, improuidi est & stulti: Quoniam necesse est deum iniuriam suam uindicare in eos qui conseruis suis deum & dei nomen & gloriam impertierunt. De hinc considerentur præcepta. Lex nostra quos stultos uocant, antistites & ministros, idoneos sine crimine sanctos & irreprehensibiles præcipit ordinari. Econtra autem paganorum traditio antistites & ministros idoneos sibi esse non posse, nisi ex uiris transfigurentur in fœminas, ut licenter & publice muliebria patiantur, & discussis in aqua inhoneste crimibus mollem quassatamque uocem & turpem emittant. Quòd si publice facerent, ab omni populo lapidarentur, & Cynocephalus ille, qui mutabundus per omnia se circunferri loca quærens membra adulteri Osiris uiri Isidis. Ecce quibus ministris siue magistris pagani prudentiæ sibi nomen asciscant, cum non solum non prudentiæ sit, sed etiam criminis: Obscæna enim & probrosa diligere funestum est. Illud autem quale est quòd in speleo uelatis oculis illuduntur? Ne enim horreant turpiter dehonestari se, oculis illic uelantur,

lantur, alij autem sicut ales alas percutiunt, uocem coracis imitantes, alij uero Leonum more fremunt, alij autem ligatis manibus, intestinis pullinis proijciuntur super foueas aqua plenas, accedente quodam cum gladio, & irrumpente intestina supradicta, qui se liberatorem appellet, sunt & cætera inhonestiora. Ecce quantis modis turpiter illuduntur qui se sapientes appellant. Sed quia hæc in tenebris patiuntur, putant posse nesciri. Ista enim omnia quæ á malis & turpibus inuenta sunt in occulto, sancta fides Christiana prodit & detexit: Prædicata enim fide considerantes, qui audiebant quid boni & sanctitatis publice promitteretur, cõtulerunt se ad fidem, occulta illa inhonesta & turpia relinquentes, & quomodo per ignorantiam illusi sint confidentes.

Tunc enim iampridem omnes prope in hoc uertebantur errore, & idcirco sibi prudentes uidebantur, quia qui reprehenderet, non erat. Nam quamquam omnes errarent sub uno fallacis nomine idolatriæ, unusquisque tamen iuxta mores suos ordinauit & conuersationem & culturam, ut unus error diuersitatem haberet ex turpitudine & conuersatione auctorum. Denique sacra, quæ sacra Liberi uocant, inhonesta & uanissima sunt, & plena furoris: Difficile enim impurus non iracundus est. Denique ubique cum priapo depictus inuenitur, cum quo inhoneste uiuebat. Hoc modo sunt & cætera sacra eorum, sed ut posteri his inuentionibus caperentur, subtilitate & astutia factum est sathanæ, quãquam non sine illius consilio ista inuenta sunt. Inuentis tamen singulis, aspersit quædam præstigia per quæ illiceret homines ad errorem. Et sic factum est, ut per traducem antiquitatis commendaretur fallacia, & excusaretur turpis inuentio: Per consuetudinem enim cœpit non turpe uideri, quòd turpe erat. Nam cum dehonestantur aliqui, primi erubescunt, postea blandiente consuetudine, recedit pudor mutata fronte, præcipue si multos uideant tales: Nam quæstus turpitudinis tunc est, quando hi qui nobiles dicuntur, dehonestari uidentur, facile enim imitatores inuenit honestata nobilitas.

Si ergo iam porro pridem propter hoc prudentes sibi uidebantur, quia cui fœda inuentio hæc displiceret, non erat, nunc quia dei misericordia illustratum est genus humanum, & declaratum crimen esse quód pro lege credebatur, stultum autem quòd putabatur prudentia inuentum, uel ab hac appellatione cessare deberent, permanere nolentes in detecto crimine, cognoscentes nomen sapientiæ á se alienum esse. Sed ut addant ad cumulum confessionis suæ stulticiam, in stulticia deprehensi uocant fatuos, á quibus conuincuntur. Sed fidem nostram & posteritatem accusant, in præceptis autem non negant nihil posse reprehendi, qui fidem nostram accusant, non magis contra nos, quam cõtra auctorem nostrum suscipiunt. Nos enim stultos, qui quasi rei fatuæ fidem dederimus, illum autem mendacem & circumuentorem, nec non & malicioſum pronunciant, qui fidem traderet per quam deciperemur. Credentes ergo prius non nos stulte credidisse probemus, deinde causam auctoris, cum in errore degeremus in quo nunc manent pagani si nullis uirtutum signis attracti, si nudis uerbis quæ sacra uocant, perciperemus, prodesse putantes, non quòd diuinitas commendauerat, sed quòd uetus consetudo tradiderat. In qua (quòd non latet) diuersis illusi uanitatibus, nullam spem salutis cognouimus. Quid enim poterat prodesse res ab hominibus inuenta? Vt autem ad fidem dei accederemus, & filium eius incarnatum & crucifixum crederemus, non uerbis suasum est nobis. sed rebus. Vidimus enim mortuos suscitatos, leprosos mundatos, cæco nato oculos restitutos, dæmonia electa, & simul omnes infirmitates curatas. Nunc quando stulti fuisse iudicemur, cum nudis uerbis credidimus, aut cum rebus? Sine dubio enim res ante uerba sunt: Quippe cum ad res significandas inuenta sint. Si ergo traditioni humanæ nulla suadente uirtute, quæ ad illudendas mentes hominum inuenta est, dem dedimus, quanto magis huic quam diuinam & deificam omnia signa quæ deum inuocant, contestantur? Nonne digne stulti iudicaremur, si uirtutibus non crederemus, qui sermonibus credideramus? Nonne rationabiliter improuidi & inconsulti uocaremur, si aduocantem spem non sequeremur, qui desperationi fueramus obnoxij? Si autem econtra, stultum est quòd creditur. Non enim ratione subsistit deum habere filium, neque emortua & dissoluta corpora rursus reparari posse ad uitam probauerint omnes PHILOSOPHI & sectarum inuentores, etiam si diuersis disputationibus se inuicem cõfunderent, nullus ad alterum transiens, quia unusquisque in quo imbutus fuerat, permanebat: Per id enim quod uerba contradictionis obnoxia sunt, nullus alterum superabat. Non enim erat unde se quisque uictorem ostenderet, sed inuicem contradictionibus se fatigantes, minime alter alteri persuadebat. Hinc factum est, ut dei prouidentia, cuius sensus inuestigari non potest, prædicationis suæ uirtutem adiungeret, ut ueritas prædicationis uirtutis testimonio probaretur, ut qui uerbis contradicerent, uirtutibus non auderent. Quæ enim maior poterit esse testificatio ueritatis, quam est operatio uirtutis? Si quis autem opera uirtutum deneget, accusans scripturas, quomodo poterit stultam fidem nostram dicere denegans scripturas? Vbi enim scriptum est de Christo, quód filius dei credendus est, eodem loco uirtus testis inuenitur. Et si cui absurdum uidetur legenti Christum dei filium crucifixum, reuoluat, & inueniet resurrexisse eum á mortuis & intelligat non ocioſe eum mortuum esse, neque inuitum qui potuit resurgere, sed esse mysterium.

Quicunque ergo est ille, aut tacebit de cruce, quia si dixerit stultam crucem, non poterit stultam dicere resurrectionem, excusat enim resurrectio crucem: Aut si

locutus fuerit de cruce, non poterit negare prouidentiam esse in ea, quam uidet testimonio resurrectionis firmari. Aut utrunque enim accipitur, aut utrunque refellitur, ut qui non defendet, nec audeat accusare. Quare autem crucifigi se permiserit, cognatis mysterium referuandum est. Mortem autem hanc intantum commendauit ut clarificari se per eam testatus sit. Nam & ait: Potestatem habeo ponendi animam, & potestatem habeo iterum summendi eam. Non ergo coactus est mori, quia potestatem habuit & mori & resurgere. Hanc qui abnuit, non poterit dicere uiolenter illi mortem illatam: Si enim istam negat, nec mortuum illum poterit asseuerare, quia hoc illic continetur ubi morti traditus legitur. Nemo enim ex superioribus postrema, aut ex postremis superiora condemnat, quia contrarium non est quòd unius corporis est. De mortuis autem quòd resurgant, dolo dicunt stultum credere? Vident enim exempla quibus credibile iudicetur. Omina enim semina usibus necessaria, nisi resoluta fuerint, renasci rursus non poterunt. Si hoc in mundo hominum causa deus decreuit, cur illorum ipsorum corporibus si hoc præstaturus credatur, stultum putatur? Nisi quia ipsi stulti sunt, quia deo non dant quam potest mundus uirtutem, cum gestarum nunc usque appareat umbra, quia iam tempus non est faciendarum uirtutum. Initio enim fieri oportuit, ut semen fidei per hanc crementum faceret: Tamen & modo dæmonia nominata cruce Christi terrentur, & si impensius fiat, fugantur, & dij paganorum formidine & metu nominatæ crucis responsa dare non possunt, Si opprobrium est mors Christi, quare terrori est? Res enim quæ ex crimine uenit, non timeri debet, sed contemni. Quis enim timeat hominem pro crimine suo occisum? Aut si innocens fuerit, timeri tamen non potest, sed doleri. Itaque nisi sentirent dæmonia uel dij paganorum Sacramemo esse crucem Christi, nominata ea non terrerentur, & ut exprissius dicam, nisi rei essent, non timerent: Hi etenim omnes qui ex parte diaboli sunt, consenserunt in mortem Christi. Vnde cuncta dæmonia siue dij gentium, nominata cruce Christi, terrore concutiuntur. Omnis enim qui in alicuius innocentis morte reus est, cum nomen eius fuerit memoratum, timor apprehendit cor eius: Recordatione enim habita delicti reum se uidet: Quanto magis dæmonia, uel dij gentium qui rei sunt necis domini & saluatoris mundi. Sed pagani antiquitatis causa uerum se tenere contendunt: Quia quòd anterius est inquiunt, falsum esse non potest? Quasi antiquitas aut uetus consuetudo præiudicet ueritati. Possent enim homicidæ, aut molles, aut adulteri uel cæteri criminosi per hoc illicita sua defendere, quia antiqua sunt, & ab ipso mundi initio cœpta, cum hinc magis intelligere deberent errorem suum, quia quòd reprehensibile est & turpe est, male cœptum probatur, quòd autem honestum & sanctum est, digne colitur. Nec posse turpe & reprehensibile ante factum esse honestum & irreprehensibile. Et ad extremum paganorum traditio esse ab homine inuenta, negari non potest, quia autem nostra lex á deo data est, euidens res est. In morte enim apparuit maiestas dei ad dandam legem hominibus ut & hinc fides posit haberi. Primo missit signa multa & prodigia facta in Aegypto, quód hodie quoque libri testantur á Ptolemæo reconditi in Bibliotheca Alexandrina. Sic ergo legem dignatus est dare, ut nemo ambigeret deum esse qui tradidit. Palam enim & manifeste uisa est omnibus maiestas dei, tanto fulgore & terrore, ut etiam præter eum nemo alius deus crederetur, & quòd iubebat omni obseruatione dignum haberetur. Et ut omnia deificæ rationi conueniant, inspiciatur tradita lex, si quid in ipsa iniustum, si quid inhonestum, si quid ridiculosum, sic oportuit innotescere, non ut in angulo per impostoram appareret quæ claudi non potest, neque in speculo ubi aliud est quam cernitur operante illecebrosa fallacia, neque ea seruanda celaret, quæ propterea quòd inhonesta essent in tenebris gererentur, Cum enim unius dei notitia oblitterata esset in mundo, consuetudinem delinquendi, quia mendacium uelamen præstiterat ueritati, clemens & misericors deus, nolens opus suum perditioni obnoxium fieri, uisitare dignatus est genus humanum: Non sic apparens sicut hi qui falso dij appellari uoluerunt, sed sicut est ueritas dei, ita se manifestauit, ut errorem adimeret, qui falsorum deorum prædicatione mundi sensum corruperat. Denique supra sexcenta milia hominum egressa de Aegypto, uidentes & cognoscentes dominum hunc esse super omnes ex apparentia ineffabilis gloriæ, proximare ad eum timuerant, sed longe curuato genu eum adorauerunt. Postea prosequentibus alijs signis, tam illis quæ fœcit in deserto, quam quæ fœcerat in Aegypto, in omnibus mirabilibus manifestatus est unus esse deus. Hæc omnibus prope innotuerunt linguis, hæc uicinis gentibus terrori fuerunt: Quid tale in dijs gentium? Cui genti cui populo gloriam suam ostenderunt? Quæ signa aut uirtutes ad diuinitatis suæ testimonium fœcerunt; Vbi uel quando locuti probantur? Sed irrationale uulgus, aut apparentes umbras, aut simulacra mortuorum ut deos colere cæperunt, quæ res in consuetudinem uetustatis deducta, arbitratur rationis sibi ueritatem posse defendi, cum ueritatis ratio non ex consuetudine, quæ est ex uetustate, sed ex deo sit qui non uetustate deus probatur, sed æternitate. Quamobrem fides non cæpta res, sed sine initio est: In deum enim credere, nostrum incipere est: Nam quòd creditur, æternum est. Qui modo ergo anteriores se putant pagani, quoniam quòd colunt, post deum est? Nunquid non opus post opificem est? Pagani colunt opera, nos opificem: Illi creaturam, nos creatorem.

Iohan. 10

Exod. 20

Certe deus

Certe deus fecit mundum, & à se facto noticiam suam non ostendit? Aut fecit hominem, & noluit se ab eo coli quem fecit? sed absurdum est. Factus ergo homo cœpit uenerari suum conditorem, quia dignum est, & causa hoc exegit. Quòd cum per desidiam hominim aboleuisset, reparauit istud deus ī Abrahā, ut cognitio dei quæ fuerat in Adam, inciperet rursum in Abraham, ut ab eo geniti, sub eius cognitione educarentur, & per traducem non deficeret, neque deesset qui coleret deū, aduocatis etiā exteræ gentis hominibus ad istam dei cognitionem. Qui ergo cognoscit, sub initio est, qui autē cognoscitur, supra initium est. Qua igitur ratione pagani legem suam ante dicunt fuisse quam nostram? Si mundus ante deum est, ꝙ absit, sic poterit & paganitas anteponi Christianitati, Nemo miretur de nomine Christianitatis: Est enim colere unū deum in mysterio trinitatis. Quòd si nomē Christi putatur ex Chrismate, nominis tamen ratio ante Chrisma est. Apud maiores enim nostros qui in reges ungebantur, Christi uocabantur, habentes imaginem Christi uenturi. qui natus de deo patre in regem non immerito Christus appellatur, qui quòd istis Crisma, illi dedit natiuitas, quem quamdiu ignorant pagani, reprobant: Cum autem cognouerint, diligentius excolunt gaudentes, quia de malo transierunt ad bonum. Qui enim in re tam friuola et inepta pertinaces fuerunt, quanto fortiores & uæhementiores erunt cognita ueritate. Qualis ergo Christus noster est, qui cum nescitur, oditur, cum cognoscitur, amatur. Nam omnis malus cum nescitur, amatus, cognitus, oditur: Quanti retro oderunt Christum, qui nūc amant? Quot qui dolent odisse, quòd nescierant? Imprudentis enim est odisse, quòd nescias, quia probandum est, an odio digna sit res. Denique qui hodie aduersantur, in crastino defendent, pœnitentiam agentes, tarde se cognouisse quód uerum est. Quòd si odio dignares sic esset, aut aliquid haberet fallaciæ, quotidie ex Christianis fierent pagani. Porro autem, quoniam hæc ueritas est, quotidie omni hora sine intermissione deferentes Iouem, inter quos Sophistæ & nobiles mundi, qui eum deum confessi erant, confugunt ad Christum, cui est honor & gloria in sæculorum sæcula.

De fato, quomodo pernicioſſima ſit Chriſtianis artis Matheſeos obſeruatio & cura. Quæſtio. CXV.

Nihil tam contra Christianos, quam si arti Matheseos abhibeant curam: Hæc enim inimica dinoscitur dei legi. Si enim nascuntur qui mali sint, & econtra qui boni sint, frustra lex data dicitur, & non solum hæc, sed & iniustus habebitur legislator. Qui enim lege data cogit homines contra id quòd nati sunt facere, sciens non posse mutare naturam, ad hoc utique legem uidetur dedisse, ut haberet occasionem, qua crudelitatem suam de uece hominis satiaret. Vt quid enim prohibet quòd scit auerti non posse? Aut quemadmodum damnat hominem qui non fecit quòd facere non potuit? Si autem iniustum uidetur (ut est) quia istud de deo sentire nefarium est, recte & salutari ratione legem dedit, sciēs posse hominem continere se ab eo quòd prohibet lex. Ergo quia iuste legem dedit, non est utique iniquus cum uindicat. itaque si legi dei fides commodanda est, quia iuste probatur data ars Matheseos, euitanda & fugienda est: Hanc enim astutia & subtilitas inuenit diaboli. Quia enim aperte repugnare non audet auctori, tergiuersatione id agit, ut & deo iniuriam faciat, & hominem legi inimicum constituens morte mulctet secunda. Qui ergo auctoritati cedit, & factum eius retractari nefarium ducit, legi ab illo datæ obtemperat, die noctēque studijs eius insistens, nec aliquid aduersum respicit, non dubitans, quia potens est homo præcepta eius seruare. Nam hi qui peccare gestiunt, occasiones quærunt quomodo peccata sua à se faciant aliena, ut dum naturæ quasi imputanda peccata sint, immunis esse à pœna uideatur peccator. Hoc propositum horum est, qui desperatione promisse futuræ uitæ, præsenti desiderant frui uoluptate. At hi qui freti fiducia fidei, spem futurorum expectant, hoc implere contendunt, quòd in primordio renascibilitatis pollicit sunt, ut abrenunciarent pompis & uoluptatibus sathanæ. Quanta ergo subtilitate usus est sathanas, ut promptiorem hominem ad peccandum faceret, per quòd inuidiæ suæ expleret nequitiam. Dum enim audit sic se natum esse ut peccet, & deum non ignorat esse iustissimum, credit se impune peccare, quia qui iustus est iudex, non damnat eum qui imperante natura peccauit. Nec quidem eius peccatum dicendum est, quòd alius ægit per illum: Sic decæptus est homo, peccatis enim pressus factus est morti obnoxius. Igitur tollit omne hominis bonum qui tollit & malum. Si enim peccator non habet pœnam, nec iustus coronam, ut quid laudantur boni & reprehenduntur mali? Si enim huius naturæ est ut peccare non possit, quid laudas in illo quòd non est eius? Et ut quid condemnas in peccatore delictum, cum scias non eius esse quód peccat? Quid nisi iniustus erit qui bonum laudat & malum accusat? Si forte dicatur econtra: Bonam naturam in homine laudo, & malam condemno, quia & uinum bonum laudatur, cum per naturam bonum sit, & malum recusatur cum illud æque natura & hoc præstet. Si ita esset, nihil erit reprehensionis causa, ut sic laudaretur iustus, nec corona dignus iudicaretur: Neque ita accusaretur iniustus, ut pœna dignus diceretur. Porro autem & in præsenti & in futuro iustos remunerari scimus & legimus, & iniustos pœnis subditos concremari, quòd iniustum utique uideretur, si iste qui naturæ suæ rem gesserat, igne ultore pœnas pateretur, aut alius qui æque naturæ suæ rem exequitur præmijs afficeretur. Si autem laudandus est bonus, quia quòd naturæ suæ erat

fœcit, laudari debet & malus quia & ipse similiter quòd naturæ suæ erat gessit, ut unusquisque permanens in eo q; factus est, laudetur. Quia si in quo factus est manens uituperabilis habetur, auctorem tangit uituperatio, qui talem nasci fecit qui displiceret. Quòd si iure remunerandus est iustus, & condemnandus iniustus, iam non naturæ respondetur, sed uoluntati, quia natura libera est, uoluntas aũt in causa est, q; sensibus accessus patitur & recessus, ut iniustus uideus coronari iustum, se autem damnari sibi imputet, qui contra legem sensibus credens malum fœcit cum potuit facere bonum. Nunquid potest accusari sol, quia urit, aut aqua, quia infrigidat? Aut nunquid remuneranda est aqua, quia siti affectos homines recreat, uel præmijs afficietur sol quia reficit homines calore suo post frigus? Quòd enim naturæ suæ est faciunt, unde nec damnantur nec laudantur: Aliud enim facere nesciunt. Sed quoniam ita non est ut æstimant stellarum speculatores, ratio actum probat. Nemo enim inueniri potest qui bene faciat semper, aut male. Tunc enim uideretur sic natus ut bene ageret, si irreprehensibilis permaneret, & ita dignæ æstimaretur ut esset malus si in eo duraret ut male faceret semper. At cum & illum quem bonum putas natum, aliquotiens uideas male agere, & hunc quem malum natum dicis, nonunquam cernas facere bonum, quomodo hoc uerum probas, ut malus, malus sit, & bonus bonus, nisi quia hoc magis certissimum est, quia ubi animum quis dederit, in eo proficit? Nam & causæ sunt quæ generant paccata, ut aut inuidia quis liuget aut inimicus existat. Illa autem quæ à lege prohibentur, non palam neque manifeste, sed occulte admittunt. Quare? Quia nisi reuerentur legem: Sin uero ita ut asserunt ad hoc nati essent ut male facerent non quærerent latibula neque aliquam legi reuerentiam exhiberent, sed passim ea facerent quæ cogeret natura. Sed cum uideas procurari peccatis, & excogitari ut possint latenter admitti, & loca enim & personas & tempora eligunt ut mali propositi impleant uoluntatem. Similimodo etiam boni iudicio quodam & bona opera sua discernunt, ut pro tempore & causa alicuius bonum suum distribuant. Quòd utique non iam naturæ imputandum est, sed quæ in natura est uoluntati. Si autem naturale esset, cessaret iudicium. Nam si rem plenius discutiamus, qui nunc iusti sunt, iniustos illos prius fuisse ostendemus, data autem opera immutati sunt. Ipse etenim Abraham per fidem iustificatus legitur. Ante ergo non fuit: Quippe cum patre suo duce idola coluisse intelligatur. Et Zacheus utique cui post uulgarem uitam testimonium prohibet dominus. Et uas electionis, qui istud etiam fatetur dicens: Eramus & nos natura filij iræ sicut & cæteri, quia cedit uoluntas pro natura. Ex uoluntate enim quis iudicatur, non ex natura. Sine dubio & omnes Martyres, & iustificati sunt boni, quia non fideles nati, sed renati sunt. Et quantos scimus turpis uitæ fuisse & prodigos cultores luxuriæ, qui nunc continentes & sancti sunt. Accedente enim timore dei, uincuntur uitia quæ prius dominabantur, Quantum autem possit timor legis, hinc aduertamus. Ante Iuliani edictum, mulieres uiros suos dimittere nequibant. Accepta autem potestate, cæperunt facere quòd prius facere non poterant. Cœperunt enim quotidie uiros suos licenter dimittere. Vbi latuit fatum tantis temporibus? Timore credo legis occultabat se? Illud autem quomodo subintrauit quòd tradidit Moyses? Dormientibus credo fatis: Tanta enim tradita sunt illis seruanda, & talia qualia nulla gens habet præcepta. Et ne hoc aliquis ad plagam cœli referendum putet, in omnem prope orbem dispersi mandata legis suæ custodiunt. Hæc præcepta contra fata sunt. Non enim furtè fuerunt tribus milibus annis & supra à constitutione mundi: Postea autem data, permanent usque ad finem. Quòd ergo tot milibus annis non fuit, quomodo cœpit? Stellarum enim cursus à constitutione mundi est. Et quid illud est, ut cum tanta multitudo Iudæorum sit per totum mundum, nemo immutetur ex his ut fiat gentilis, cum uideamus ex Paganis licet raro fieri Iudæos? Ecce quantum pertinet ad ritum Iudæorum, excusum est factum, quia & extra fatum esse cœperunt, & in eo permanent. Quid uidetur de Sodoma & Gomorra, quorum qualis fuerit exitus, uindicta obtutibus adiacet? Sic fuit, ut omnes spurcitiæ infamiæ asperſi, diuino igne consumerentur. In cataclysmo omnes unius fati fuerunt, ut omnes una morte & eodem tempore cuncti perirent, excepta domo Noe. Et omnis exercitus Pharaonis uno decreto damnatus dicitur, ut incæptus error Matheseos uindicetur, quia demersi sunt in Rubro Mari cum suo rege. Et alia quanta exmpla sunt quæ prætermittimus, quia ad satisfactionem sufficiunt duo exempla, quanto magis tot mysteria. Nam & cunctæ gentes diuersa habent instituta: Et quòd alibi licet, hic non licet: Et iterum: quòd hic licet, alibi non licet. Hic enim in urbe Roma & finibus eius, quæ sacratissima appellatur: licet mulieribus uiros suos dimittere, cum cautum sit in lege diuina: ut ne uiri quidem hac potestate uterentur: excepta fornicationis causa. Ecce in hac re Meliores sunt Barbari, quòd & hoc seruari posse non impossibile est, quia prius seruatum docetur. mutatum est ergo fatum, quia cœpit licere quòd ante prohibitum erat. Et Eunuchos in regno Romano fieri non licet, apud alios licet, quia autem & hic possent fieri in absconso licitum est. Nam fatum licet occulte probatur, si autem cessaret timor publice fieret. Metus ergo prohibet fa-

Iacob. 2
Luc. 19
Ephe. 2
Gene. 19
Genes. 19
Exod. 14
Matth. 5

hĩbet fatum, uincitur enim si quod uult facere non facit. Et Persæ mulierum more inaures habent, quod hic inhonestum & illicitum est. Quia autem & hic fieri posit, attestantur antistites matris quæ appellatur Magna, Et reuera magna fuit, sed meretrix, sed in eo distat, quia isti cynedi sunt, illi uiri. Et quid dicimus? In omni orbe terrarum hi soli hoc fato noscuntur, ut abscisi in mulieres transformentur, & in toto mundo isti pauculi inueniantur quos constat minis circumueniri, & promissis præmijs ad hunc dolorem & dedecus cogi, Si autem ad hoc nati essent, non cogerentur. Persæ licitum habent cum filiabus suis conuenire, quod & hic fieri posse ostenditur per id quod à quibusdam factum probatur. Sed quia uindicta interuenit & metu correpti sunt ne facerent, quod potest fieri, sed non licet. Omne enim quod prohibetur, ideo prohibetur, ne quia potest fieri fiat. Si autem fati esset, non posset fieri neq; prohiberetur. Nam si non esset fati & prohiberetur posse fieri, quod fati non est significaretur, Et quæ prudentia est prohibere quod non potest fieri? At si aliquis prohibeat, ne quis de urbe Roma transuolet in Hispaniam, aut ne quis humeris montem transferat. Illa autem quæ possunt fieri cum non debeant, prohibentur. Mos Maurorum est ut inaures etiam in naribus habeant fœminæ, Nunquid fati est? Si fati esset, huc translati sic manerent, quia si fatum est, unusquisq; secũ habet fatũ suum. Sed quia non est fati, omnes inde uenientes, hic immutantur, uidentes turpe istic uideri qd' illic decorum putatur. Certe apud omnes gentes numerus, numerus est, terra, terra est, & aqua, aqua est, & aer, aer est, & ignis, ignis est, Nunquid potest alicubi reperiri terra quæ non arida sit, aut, aer qui palpabilis sit, aut aqua quæ nõ fluxa et frigida sit, uel ignis qui frigidus sit? Sic ubiq; Iupiter, Iupiter est, & Saturnus, Saturnus est, & Venus, Venus est, Eodem modo & cætera signa. Ars enim ista una ratione tractatur ubiq;. Sed quia apud omnes gentes instituta manent, non fatorũ ratione, quæ ubiq; una est sicut tractant, sed hominum excogitatione quilibet qui primus habitus est apud suos, quod ratione dignum usum est, & aptum decori statuit quibus præerat: Inde unaqueq; regio uel gens propriam habet quæ seruet. Sicut Solon & Lycurgus multa statuerunt, quæ à græcis legis more seruarentur, quæ paulatim deficiente regno eorum oblitterata sunt. Nam regibus Iudæoru mulæ placuerunt ad sessum, Romanorum autem non mulæ, sed equi, Garamantum autem, qui supra Tripolim Afrorum sunt regibus, tauri placuerunt ad sessum. Persarum uerò reges uæhiculis seruntur, Nam ueteres reges Persarum, nec uidebantur à populis. Et reges Madian camelis delectantur ad sessum, ita ut & collo eorum aureis exornentur torquibus. Et per Africam asinis magis uehunt insidere quàm equis. Cum omnia ubiq; sint, non tamen omnia omnibus gratiosa sunt, quia unusquisq; eligit quod magis apud illum habeat gratiam. Nam & nobis ipsis diuersa uoluntas est, & in uestibus, & in cibis, & in cætero usu et in ipsa sententia. Quod ne fati dicant qui multorum diuersa asserunt fata, hæc res probat, quia frequenter mutatur in nobis uoluntas. Quod enim diu amauimus, postea displicet, & diligere incipimus quod prius libenter non habuimus, & facta consuetudine immutati manemus. Ordinem autem sic dicunt esse fatorum. ut sit quid quibus efficiant temporibus per inuicem reuolutia recurrentia ad pristina, utputa quod hodie faciunt, iterum faciant post tempus, Non enim in uno dicuntur manere. Nam per disciplinam & consuetudinem uincuntur. Mulieribus etenim Romanorum multis temporibus uini usus incognitus fuit. Disciplina enim facta consuetudine confirmauit sensum suum, ut retineret quod prodesse didicerat, Nũquid illis temporibus hæc fata fuerunt & postea mortua sunt ut cessaret res benè inuenta? Sed non fata hæc, sed disciplina inuenerat, At ubi recessum est à consuetudine, perijt disciplina. Et ueteres Romanorum tantæ continentiæ fuerunt, ut etiam oblata munera refutarent, bonam famam diuitias arbitrantes, & uirtutem uoluptatibus præponentes, & his fatis successum est, aut obierunt, sed non fati fuit, sed disciplinæ quæ etiam ipsius fati pædagogus est, Quomodo enim posset fati esse quod neq; ante tempus habuit, nec nunc habet? Et quidẽ nescio ut quid tantam inuidã fato faciant, ut in omnibus gestis ipsum dicant auctorem cum sit & non sit. Vbi enĩ disciplina est, non est, & ubi consuetudo est, non est, & ubi casus est, non est, ubi autem uidetur esse, timore legis uincitur, et libido enim metu compescitur, & quæstus pecuniæ propter deũpromerendum repudiatur: In hac ergo parte negari non potest, quia non potest non esse qd' uincitur, & tamen recte potest dici, & in eoipso non esse quia caret auctoritate quod uincitur. Itaq; dei legẽ qui sequitur, & consuetudinem tenet bonæ uitæ, huic cedunt omnia quæ dicuntur fata. Tantum enim potest consuetudo ut etiam bestias mitiget, Nam male uiuere uolentes ipsi sibi fata constituunt. Per luxuriam enim & uolnptatem fit intemperantia & inquietudo, quæ parit incontinentiam & iracundiam. Et scientes istud pœna dignum, ut immunes se faciant, pudorem passi fatis ascribunt, cum de hac re cogitantibus adiutorium faciant dæmones, quia & hoc statuunt, ut male cogitantibus tribuant effectum, istos fata appellant, non intelligentes quia sunt hominis inimici: Nam si per sensus non subintrarent peccata ad animam, sed deintus nascerentur, recte omne quod delinquitur fatorum esse uideretur. Cũ autẽ uideant per uisum & auditum & per reliquos sensus nasci concupiscentiam peccatorum, adiuuantibus inimicis qui suggesserunt faciendum quod contrarium est, & non putatur quamdiu fiat. Dulce enim uidetur cum fit, aut antequàm fiat, perfectũ aũt apparet esse amarũ qd' satis imputant. Quia autem potest uinci hinc aduertimus, Cogitantibus etenim nobis & de aliqua re sollicitis, silent inimici &

conquiescit libido, Non enim possunt suggerere occupatis nobis. Nunquid aliquis ad aliquam rem alicui dedito aliud suggerit? Non facit, sciens aut se non audiri aut importuna suggerente. Ita & inimici quos constat esse dæmones, hi sunt enim dij paganorum, qui si uiderint diuinis rebus nos occupatos, non se ingerunt ad contraria suggerenda, sed in insidijs sunt, quærentes occasionem qua se ingerant. Munimenta ergo sunt animorum, meditatio assidua legis dei & operatio, qua si ocios nos uiderint à rebus diuinis, excitantur ad sollicitandos nos. Ipsi enim sunt qui per carnem & sanguinem seminant concupiscentias. Quamuis enim habeat caro proprium motum originis suæ, quia non est ociosa carnalis natiuitas, tamen in hac re accidit ad necem hominum ad
Dæmoiorũ diuersitas. iutorium dæmonum. Diuersa enim sunt dæmonia, & disparem habentia uoluntatem. Quædam enim sunt, quæ cum perturbant animos, elidunt corpora. Quædam uero admiscentia se sanguini, generant animis desideria, Alia autem cordi hominis se copulantia, suggerunt cum blandicijs contraria, Nonnulla autem sunt. quæ sola corpora
Luce. 13 obligant infirmitatibus, Sicut & illam filiam Abrahæ, quam dominus curauit. Hæc omnia ignorantes pagani, fatum appellant, cum diuersæ sint causæ, & ista ab inimicis procurentur, ut quacunq; ex causa irritetur homo & subijciatur passionibus. Sed fatum bonum appellant, cum bene temperata sint corpora aut affabilitate commendantur, habentia gratiam quandam. Malum autẽ fatum esse, si plus caloris habeant, aut humoris, aut si quis non sit aspersus gratia, sed magis ad detrimenta paratus quos infortunatos uocant. Fac uera esse. Videmus enĩ hæc etiam in animalibus ut plus habeant caloris, sed animalia non sunt rationalia sicut homo, ut possint adhibita cura corpus suum temperare. Ideo enim imperator est corporis animus, ut gubernet illud retinaculis legis diuinæ. Ea enim quæ siue impulsu carnis, siue ab inimico suggerũtur, non esse utilia lex ostendit diuina, Quam ideo adiutorio dedit deus, ut dictantem inimicum mala quasi bona respicientes legis præcepta, illum intelligamus esse seductorem, quia aliud suadet quàm docet lex. Sic ergo frænatur corpus, ut quia feruet, minus illi detur & à delitijs retineatur. Sicut enim corpus febricitans si accipit escam aut potum, increscit illi calor, ita & huiusmodi corpora quæ sanguinis feruore uruntur uehementius exardescẽt, nisi fuerint gubernata. Igni enim si deest esca, sopitur. Animi est ducere corpus. Si autem dimiserit illud ut eat quo uult, præcipitabit ipsum, sicut equus furiosus negligentem sessorem. Et quia corporis feruor plus exardescit, agentibus inimicis ad decæptionem animæ, quia non corpus desiderat, sed calore suo generat animæ desi-
Ephe. 6 sideria, dei nostri assistentia imploranda est ad tutelam ut prohibeat eos, quia non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principes & potestates, quibus amotis, facile erit carnis & sanguinis motum comprimere. Extinguitur enim incendium si desit materia per quam urat. Illis autem eueniunt quæ à mathematicis dicuntur, qui credunt futurum quod dicunt. Illud enim agitur subtilitate dæmoniorum, ut ea efficiant quæ antistites illorũ dixerunt futura, ne falsi detecti credantur. Circa eos uero qui responsioni illorum non commodant fidem, non prævalet effectus eorum, quia neq; ipsi tantum intenti sunt ut satisfaciant eis qui illis non credunt: Neq; patitur deus facere illos per quod seducuntur fidentes de deo & non credentes diabolo. Omnia enim sic deus instituit, ut secundum uniuscuiusq; fidẽ eueniat ut arbitrium liberum maneat uoluntatis, ac per hoc qui deo credit ad auxiliũ eius confugiens, nihil ei prævalere poterit, certus est. Est enim in potestate eius esse quæ fecit, & non audet contra eum quem uidet deum communem habere propitium. Certe fecit deus mundum, & solem & stellas creauit. constituens eis cursus quibus gubernatur genus humanum, nunquid non habet potestatem imperare illis ut aliquando aliud faciant quàm decretum habent? Sic enim ea condidit ut uoluntati eius subiaceant. Tunc demum cursus decretus exequuntur, si aliud minime fuerit præceptum, ut si rogatus ab his fuerit quibus ministrant per id quòd aut importunitate pluuiæ, aut nimia siccitate steriles fructus appareant, iubeat temperari tempus, aut si forte ut assolet, irato deo uiuant homines, dum per luxuriam & uanitatem oberrantes non faciunt quod placet deo, diutißima suspensum pluuia, ut factum legimus sub Helia & Helisæo, famen excitet su-
3. Reg. 18 per terram, satisfactioneq; placatus annuat ut imbres irrigent aridam. Eodẽ enĩ modo moderatio mũdi est ut imperium sæculare. Quomodo enim quidam præsi à rectoribus prouinciarũ, ad auxiliũ imperatorum decurrũt ut erigantur, ita & homines si aduersa sibi uiderint tempora, supplices se præbent deo, in cuius potestate sunt omnia Sed hoc mathematicis non uidetur. Aliud enim inquiunt fieri non posse quàm ut sydera decretas sibi impleãt causas, & neq; reuocari neq; ad aliud impelli possunt, sed semel statuta seruant officia. Hæc Mathematicorum asseueratio est, ut dicant fata immutari non posse neq; precibus aliquid impetrari, quia semel deum dicunt statuisse totius mundi rationem & ministris syderibus tradidisse quæ neq; retro neq; ante fieri possunt. Hic est error Mathematicorũ, quo & deũ pulsant. Per hanc enim asseuerationem negant aliquid posse fieri extra ordinem mundi, ut omnia quæ in mundo à deo facta leguntur, si à mũdi lege discordant, negent credenda, illa autem asseuerant quæ iuxta mundi statuta facta dicuntur: Vt neq; uirgo peperisse dicatur, neq; uirga Aaron floruisse, neque fructum attulisse, neq; Sara anus perperisse. Hæc enim mundi ratio non habet, quia extra mundi ordinem à deo facta leguntur. Et quid mirum, si auctor mundi fecit quod non potest mundus? Sed transgressus uideretur (aiunt) rationem quam statuit, si aliter ipse

fecisse

fœciſſe dicatur quam mundo decreuit. Age uero, mundo legem ſtatuit faciendi, aut generandi. Nunquid & ſi humilitas eius erat, ſi ſic faceret ſicut ab eo conditus eſt mũdus? Et unde ab eo factum intelligeretur, ſi mundi lege fœciſſet quod fœcit? Vt autem intelligeretur à deo factum, non à mundo, alio ordine factum eſt. Certe ſoli decreuit, ut inceſſabiliter impleat ſtatuta ſpacia nec habeat licentiam ſtandi. Nunquid qui hanc legem ei ſtatuit nunc ipſi licebit ſtatuere illũ? Certe iudicibus ſtatutum eſt, ne liceat in reum datam ſententiam reuocare, Nunquid & ipſe imperator ſub hac erit lege? Nam ipſi ſoli licet reuocare ſententiam & reum mortis abſoluere & ipſi ignoſcere, Quanto magis deo licere debet quod mundo debuit concedi, quia creatoris ſui eſt famulus. De nicq; mundus per legẽ ſibi traditam occidere poteſt, uiuificare non poteſt, per intemperantiam cœcum creare poteſt, oculos illi reformare non poteſt: Imbecillem & ægrum facere poteſt, curare illum non poteſt, hoc enim ſibi deus reſeruauit, unde apparea eum dominum omnium Iohan. 9 eſſe. Ad ſubruendum enim fatũ pertinet, quia mortui ſurrexerunt, cæco nato oculi reformati ſunt, Aegri & paralytici cõfirmati ſũt etc. et quæ facta ſũt alia, ut cõfugientibus ad deum ſi quid fati eſſe poteſt, impedimentũ auferre non poſſit, Dicit enun Iohannes Apoſtolus, Maior eſt inquit qui in nobis eſt quam qui in hoc mundo. Rogatus enim deus, etiam qui ſtatuit amouet. Nam utiq; ſtatuit in peccatores uindicandum, & tamen deprecantibus ignoſcit quia ipſi ſoli licet ligare & ſoluere. Vnde cum Iosue, 10 ſoli ſtatio conceſſa non ſit, ſub Iẽſu Naue iuſſus eſt ſtare, & obediuit eius imperio contra id quod ſibi in ratione mundi fuerat præceptum. Sub Ezechia autem amplius 4. Reg. 20 factum legitur, quia ut Ezechias quod ſibi promiſſum erat, uerum eſſe non dubitaret, ſignum tale accepit quod nouum eſſet & humanis auribus inauditum. Non enim ſicut prius ſoli iuſſum eſt ut ſtaret, ſed ut reuerteretur retro. quod uidens Ezechias certum haberet eum poſſe ſibi quindecim annos addere ad uitam, qui de hora nona fœcerat ſextam. Et quia contra Mathematicos eſt quod Ezechiæ conceſſum eſt, Negant enim poſſe addi ad uitam ſignum iterum in hac re quod contra Mathematicos eſſet accepit, Impoßibile enim aſſerunt aliud aſtra facere quàm habent conſtitutum. Certi fati eſſe dicunt, ſeruum habere, aut non habere. Eſto. Ab initio mundi hæc fata ubi erant uſq; ad diluuium, & infra multa ſerie annorum tranſacta non fuit hæc conditio ſeruitutis? Aut nũquid ex Nini regis temporibus hæc fata cœperunt, qui primus dicitur finitimus bella inferre cœpiſſe & captos facere ſeruituti obuoxios. Vide ergo poſtea hoc eſſe inuẽtum, & non eſſe fati, ſed actus dæmonum, quia ſi fati eſſet, ab initio mundi fuiſſet. Ipſa enun ſunt ſydera quæ facta ſunt in initio, & nunc manet curſus eorũ, Et antea uita hominum agreſtis erat, nec diuitijs ſtudebatur, Quomodo nunc Aſtrologi per aſtra dicunt diuites & pauperes fieri? Nunquid mutata ſunt aſtra? At uerſutia & præſtigium eſt ſathanæ, ut ea per ſtellas dicat fieri quæ angelis ſuis miniſtris operatur. Accedente enim tempore quo interitus ei appropinquat, maiora adinuenit per quæ peccetur. Ecce ſcimus laboraſſe fame Italiam, & Africam, Siciliam, & Sardiniam. Dicant Mathematici, ſi omnes hi unum fatum habuerunt, cum inter centum ne quidem duorum fata ſibi conuenire poſſe dicantur. Erubeſcant & taceant, & deo ſupplices manus tendant, in cuius poteſtate ſunt omnia. Sed in hoc forte ſurreptum eſt fatis. Quid dicemus eſſe de Pãnonia, quæ ſic eraſa eſt ut remedium habere non poßit? O infirmitas eorum qui fide pendula Chriſtianos ſeſe profitentur. Dum enim de promiſſis dubitant, nec de his quæ facta ſunt cogitant. Si enĩ ea quæ à Prophetis & Apoſtolis geſta ſunt cõſiderarent, nunquàm fabulas Mathematicorum admitterent. Scirent enim omnia in dei eſſe poteſtate, nec terrerentur quando bonis mala accidunnt, quia in futuro iudicio remunerabuntur, memores Apoſtoli dicentes, Quia per tri Act. 14 bulationes inquit, oportet nos intrare in regnum dei. Contentus enim & dei ſui expectans iudicium, remuneratus etiam uindicabitur. Si enim in præſenti iudicari deſiderat, aut omni auditate præſentibus frui copijs, dubitat de promiſſa uita, ac per hoc in futuro inter perfidos deputatus pœna dignus habebitur, Mundum enim deus propter exercitium fœcit, & omnibus copijs honeſtauit duas cauſſas proponens, præſentem & futuram, cœleſtẽ & terrenam, ut ad probationem eſſet homini, ut qui ſpreta futura uita præſentem eligeret, carni deputaretur, qui uero præſenti futuram antponeret, ſpiritulibus dignus haberetur, & qui iniuſte preſſus potentia iniuſtorũ quæ relam deo deponeret uel reſignaret, in futuro iudicio releuatus ſpiritali gloria honoraretur. Vnde nullus ſanctorum in mũdo glorioſus apparuit, neq; præſentes dilexit delitias. Hinc Apoſtolus, Habentes inquit, uictum & ue 1. Timo. 6 ſtitum, his contenti ſimus. Sed qui eſt Chriſtianus etiam dolet ſi fœlix uideatur in ſæculo, cum Chriſtianorum dignitas & fœlicitas non in terris promiſſa ſit, ſed in cœlis, Quomodo Chriſtianum ſe dicit qui non illic gloriari uult ubi promiſſum eſt, ſed hic ubi prohibitum eſt? Si enim expediret præſentibus frui, non utiq; hæc contemnentibus cœleſtia promitterentur. Qua ergo ſpe Chriſtiani Mathematicis aures commodant, cum audiant Iohanem Apoſtolum clamantem & dicentem, Nolite dili- 1. Iohan. 2 gere hunc mundum, neq; ea quæ in hoc mundo ſunt? Itaq; ſi hæc ſunt fidei uel legis noſtræ præcepta, ne mũdus diligatur, neq; ea quæ in mundo ſunt, quid eſt ut quidam noſtrum quærantur contriſtati de aliorum fœlicitate quæ eſt im mundo, quæ apud deum forte infœlicitas eſt, cum magis gaudere deberent, quia non illis mundus præſtat per quæ obligati teneantur humanis rebus obnoxij?

Fœlicitas

Fœlicitas enim ista securitatis facultatæ accepta diuinorum caret sollicitudine, Indiligens enim sit necesse est circa diuina oracula, qui omnibus necessarijs refertus, unde sit sollicitus non habeat. Alia enim sollicitudine incipere solent laborare huiusmodi, ut amplificentur in sæculo, quod sine peccato non potest fieri. Si propius autem aspiciatur, uidebitur inimicus magis illorũ esse mundus quos beatos dicitur facere: Vix enim aliquis illorum cœlestia cogitat. Gaudendum ergo Christianis est, dum recte conuersantes premuntur in hoc sæculo. Hic enim uincit sæculum, qui contentus quomodo illi euenerit in sæculo, deo gratias agit, à quo hæc si qua denegantur temporalia reddi speret æterna. Vt quid enim deus futurum iudicium statuit, nisi ut qui iniuste deprimuntur ad tempus. uita æterna donentur, depressis his qui per potentiam contemnentet es aut non credentes futurũ dei iudicium impunitatem esse scœlerum arbitrati sunt? Sed fatorum assertores negant futurum iudicium. Si enim nascuntur qui boni sint, & econtra qui mali sint, quid laudas aut quid accusas, quando, neq; bonus congressus laborauit ut uinceret, neq; malus negligens fuit ut perderet? Quidam inter priuatos fabulas uendicant. Nam iudicibus oblati peccatores, nunquàm ausi sunt crimine sua satis excusare, sed sedmetipsos reos confitentes, iure se sententiam excipere non negant. Itaq; legis auctoritas rationem calcat fatorum, ita ut nemo nominari quidem posit cum se commouerit lex. Quomodo autem euasuros se in perpetuum credunt, qui nequiter uersati legis diuinæ sæueritatem studio quodam ad tempus fugiunt non cogitantes auctorem legis hinc dissimulare non posse? Nam hic imago legis est, illic ueritas, Et qui illudit imaginem, ueritatem illudere non potest. Nunquid est aliquis locus sine deo, aut aliquis manus eius effugiat? Putant autem blandientes sibi, quia qui hic euadit, iam securus sit: Et quomodo hoc iustum æstimant, ut alijs punitis in talibus caussis isti euadant? Certe deus mũdum constituit, & qua lege uteretur ostendit. Diligens enim opus suum ostendit ei uiam qua itur ad uitam, ordinans quibus ducibus uteretur, quia est & uia quæ ducit ad mortem. Nunquid non ergo requirere debet, si hi quos ministros regni sui posuit, eo iure quo constituit populum eius gubernarunt, aut si populus edictum eius suscepit, aut à ministris fideles inuenti laude digni sint, aut infideles subdi pœnis? Similiter & populus lege seruata laudatur, aut contempta damnatur: Hoc ius suum, hæc caussa exposcit. Quomodo ergo quibusdam displicet futurum iudicium credere? Sed hoc mathematicorum inuenit amentia. Quomodo enim possunt futurum accipere iudicium qui præsenti repugnant, quia iudicium in natiuitate esse contendunt? Et quia natiuitati imputatur præmium, desipiunt ipsi qui cum quodam iudicio naturali bonos & malos non fieri, sed asserunt uasci, peccantibus retribuunt ne patiantur inulta esse peccata. Virgis enim malos & uinculis intus corripiunt, quos foris inemendabiles asserunt natos. An quis prudentum coripit, quos scit emendari non posse? Quod quidem aut stulti esset, aut iniqui. Sed ne hoc ipsum fato dicant fieri, Quia si sub fato est, non facit quod uult, ut & ipsi naturale habeant ut uindicent in eos quos sciunt inconuertibiles manere naturaliter, & uere quia sic dicendum est, ut quicquid fati esse dicitur, stulticiæ deputetur. Quàm enim stultum est, ut cum dicant aliquem malum natum, nec illum bonum probant quem asserunt bonum natum? Quo modo enim potest bonus iudicari, qui rem iniquam facere deprehenditur? Quid enim tam iniquum quàm ut iniquus credatur qui negatur aliud potuisse facere quàm fecit? Et si omnia sub fato sunt, quomodo lex subintrauit quæ non sinat fieri quod fati est? Si enim tollatur lex passim publicè illicita fient, nec potentes potuerunt fieri, nec erit libertas eorum, quia qui nunc non cogitat malũ, sublato timore incipiat malus esse. Deniq; legimus legem malorum caussa datam. Sed & hoc ipsum fati forte fuit, ut lex daretur? Et qua ratione fata subsistunt, si generant à quo destruantur? Quiquid fati est contradicit lex fieri debere. Carent ergo ratione si contraria sibi generant. Et iniqua sunt, quia nasci faciunt homines ad damnationem. Et quæ iniqua sunt, auctoritatem habere non debent, quia omne iniquum punitioni obnoxium est. Aut ne forte legem nihil prodesse dicant, quia qui sic natus est ut malus sit, per legem non immutari potest quod si est, lex superflue data est, & quomodo fata rem superfluam fœcerunt nasci, quia nihil prodesse fato? Itaq; fata & pro se & contra se faciunt. Quod si ita est, stare non potest quod per inconstantiam rationis non tenet firmitatem. Sed ne propter hoc legem fata esse uoluerunt, ut quos malos fata faciunt nasci, à lege damnentur ut conueniat satis ex lege adhibere punitionem. Ad hoc quid erit quod dicatur, nisi quia & leges & fata proprio iudicio condemnari merentur, si pari iniusticia hoc elaborant ut occidantur, qui non sponte, sed satis agentibus mala fœcerunt? Ad hoc lex contradicit, quia fata p̃pria professione damnanda sunt: Non enim negant eos qui mali sunt. Lex autem usq; adeo aduersa est ipsis fatis, ut neget malos fati esse quòd mali sunt, sed illorum uoluntatis, quàmobrem illos puniendos rite constituit. Nihil ergo legi & fatis commune est, quando à lege negatur quod à fatis asseritur. Qua autem ratione nati dicentur, qui Mathematicos urbe Roma prohibuerunt, qd̃ ius seruatum non ignoratur. Et certe pagani fuerunt. Quomodo fata fiunt quæ contra fatum sunt? Sed si est fatum, non facit contra se. Isti non habent fatum qui faciunt contra fatum, & si hi nõ habẽt fatũ, nõ est fatum. Sed est iniquum fatum unicuiq; præstans qua morte moriatur. Quod si ita est, non est accusandus homicida?

Nam

Nam & duplici genere se defendet, quia & ipse fatis agentibus hoc fœcit, & ille agentibus fatis occisus est. Sed inter hæc lex pulsatur, quia punit oblatum homicidã. Simili quoq; mõ nascitur qui adulter sit, et quæ adultera, & cui fiat adulterium. Quòd si hæc sic se habent, & nunc lex tangitur quæ punit adulteros, quod si uere fati esset, etiam ille puniendus erit qui tale habet fatum ut adulterium patiatur. Et ipse enim particeps inuenitur, quia fata eius admisit ut fieret adulterium. Aequum ergo erat, ut aut simul condemnarentur, aut simul absolucrentur. Inter hæc iniusta lex uidetur. Ideo si à deo sunt fata, lex non erit dei, quia hoc non solum deo, sed nec prudenti conuenit id damnare quod fœcit. Sed quoniam nemo unq̃ contra legem ausus est dicere, uel à deo hanc esse negare, fata à deo dici esse non poterũt, quia ista deus punit per legem. Quando enim damnatur quod fit impellentibus fatis, sine dubio fata dãnantur. Sed aiæ (aiunt) malæ ad hoc nascuntur ut male faciant. Esto. Sed non deberent male fato nasci, ut innocentes ab his possint occidi. Si enim illæ malæ animæ essent, nasci non deberent, sed puniri ne occiderent innocentes. Sed non animæ quas malas fingunt, innocentes occidunt, sed fata quæ sic faciunt nasci homines ut occidantur. Ac per hoc non aiæ, sed iniqua sunt fata. Et si iniqua sunt, à deo non sunt, ergo à diabolo sunt. Et si à diabolo sunt, simul damnanda sunt cum illo. Et quoniam discernere dicuntur singulis quomõ moriantur, aut ferro, aut laqueo, aut præcipitio, aut naufragio, uel aliter multis modis eadẽ præstãt, Nemo enĩ potest solus ab omniũ fatis discrepare. Quòd si quis inuentus fuerit discrepare, iam nõ est fati, sed euẽtus et est si in unius morte euẽtus, erit in multorũ. et iã nõ erit fati. Anaxagoas in Pilã coniectus iussu regis cõcussus expirauit, qd' nõ contigit ulli hominũ. Et Sisari regi Allophylomulier palum in tempora fixit, & ita reddidit spiritum, Hoc modo nemo est mortuus. Et antea cruci homines figebantur quod postea edicto prohibitum manet, Si fati erat, quomodo desijt? Quando enim quod fati est prohibetur & non fit, uincitur fatum. Aut si non erat fati, non fato homines crucifigebantur, sed iudicio legis. Et ita est ut non fato homines damnentur, sed conuicti à malis suis operibus. Apud rusticos natus dicitur quidam tam formosus facie, quàm nemo unq̃ fuit, Et quia uir bonus erat, ne cui in suspitionem ueniret, quia etiam honestarum mulierũ oculos illiciebat, faciem sibi septẽ plagis uulnerauit, ut pulchritudinem quæ ab omnibus desiderabatur damnaret. Ecce quomodo si fata sunt, superata sunt. Si forte dicatur: Naturæ fuit, ut formosus nasceretur, fati uero, at facies eius uulneretur. Quod si ita est, iam non nascitur fatum, sed occidens causa est. Et si accidens est, non erit fati, sed consilij, aut forte euentus, quantum ad reliquas pertinet partes. Nam quid aliud est uincere fatum, nisi immutare naturam? Quòd si à deo utiq; est, & nec immutari posset, nec uinci. Legitur namq; cautum in quodam iuris libello, aliquando mulierem quinque peperisse, quomodo surreptum est fatis, ut huic soli hoc natura decreuit quod non erat fati? Quód si fati fuisset, aliquantæ hac sorte oneratæ fuissent. Et cum quidam ad peregrina loca proficisteretur, uxorem suam amico quem fidelem sciens commendauit, non utiq; puero, sed maturæ ætatis. Qui ut diligentior custos eius esset, abscidit se ille, ut cum ea sine cuiusquàm suspitione caute dormiret. Quid putamus, fati fuisse an consilij? Sed quomodo fati fuerit quod contrarium est? Qui uincit enim quod natum in eo est, hic exinanit fatum, Et in studijs certe fatorum uertitur causa, ut sciat quis aliquid, aut non possit comprehendere. Omnes ergo senatores unum habent fatum. Nullus enim senatorum sine litteris est, & gentes quæ sine litteris sunt. unum habent, & omnes serui unius sunt fati, Nemo enim seruorum est senator. Sed si quod nascitur, dicitur fatum, quicquid accesserit, extra fatum erit. At si quod accidat, ex fato uenit, quare per laborem uenit? Tunc enim diceretur fati, si inuito homini ueniret, Quod enim euenit, sine prouidentia fatorum dicitur, quod uero excogitatur, & diu pensatur, & exercitijs medijs requiritur, cur fati esse dicitur? Eunuchus aliquis natus est, alij fiunt, ubi erit fatum? In illo credo qui natus est: Qui fiunt quid dicendum de his est? Diuersum est enim nasci, & fieri. Aut si hi fato facti Eunuchi sunt, ille contra fatum natus est Eunuchus. Et quare tam raro Eunuchus nascitur, ut incredibile uideatur? Quædam mulier fuit in urbe Roma, quam constat undecim maritos habuisse, & alius uir quĩ duodecim habuit uxores, quæ fata sunt quæ his hæc decreuerunt? Nam tempore imperatoris Constantini manifestum est puẽllam in parte Campaniæ immutatam in Masculum, & Romam perductam. Quæ hæc fata fuerunt? Alia ut opinor quæ uos nescitis. O si de hoc nomine taceretis, & aliqua euentui & casibus remitteretis, quædam prouidentiæ concederetis. Nam tantum potest uirtus & industria animorum, ut non solum naturæ resistat, uerum & seipsam emendet aut inemendet, quia habet iudicium sui. Traduntur enim mulieres Scytharum, quæ Amazones dictæ sunt, quia cum uiri earum occupati bello longinquo diu abessent, propter sobolem se miscuisse seruis, & omnem marem natum necauisse relictis fœminis, ita ut nulla lanificio operam daret, sed ab ineunte ætate palestra & armis imbuerentur. Harum tanta uirtus in rebus gerendis fuit, ut per multam seriem annorũ regnãtes, nonnullas gentes subigerent, Asinãq; omnẽ sub tributo ponerent. Quid ad hoc poterit dici? Nunquid hæc fata fuerunt, quæ per tot annos sic gesta sunt, ut omnia quæ fati putantur esse, exinaniret? Primum, ut contra naturam mulieris spretis uiris regnarent.

Iudic. 4

rent. Deinde, q; seruis mixtæ sunt proprijs. Tertio, ut omnes nati masculi necarentur, fœminæ uiuificarentur. Tanta eas prosperitas est secuta, ut sine uiris regnum cœptũ magnis copijs, magnis temporibus propagarent. Certe hoc factum à constitutione mundi nunq; factum est, nisi in Scythia tamen. Ne forte dicerent, quia cum mundus innouatur post annos mille quadringentos sexaginta, sic hæc ueniunt, Quippe cum mundus iam sexto millesimo anno agitur, q̃diu quod imitatus quis fuerit, facit. Nam Crassus agelatus dictus est, quia semel traditur in uita risisse. Cur Iunius brutus est cognominatus, quia sagaci cõsilio stultum se simulauit, ne à superbo rege propter pecuniæ suæ magnitudinem occideretur. Tempore Constantini morionem se triginta annis finxit quidam, qui Samatius uocabatur, ut imperatorem sicut ipse postea dixit à tædijs suis auocaret. Vbi est ratio fatorum, quando unusquisq; quod uult, facit? Excusa est. Illud autem quale est, quòd fatorum assertores supplicationibus sunt deuoti, cum sint his aduersæ? Nã & annos suos his commendant, & de nuptijs, & de professione quærunt. & de emptionibus, & de dignitatibus. Quod si fati est, quid oras, quid supplicas, quod etiam te inuito futurum est? Sed quero inquit, an debeam emere. Ergo non in fato consistit, quod tunc facere debere te dicis, si dideceris te expedire. Nam si fati est, frustra quod uelis, nolis, quæras, non quæras, facturus es, oras. Quòd autem nec apud eos ipsos fixa est ista asseueratio, idcirco incerta temptãt ne aliud uerũ inueniant quàm tractant, Sed prudentiores qui inter eos uidentur, non propter fata inquiunt supplicamus, cum ea minime immutari sciamus, sed horũ caussa quæ iuxta fata sunt, ne faciant nobis aliquid aduersum. Age uero, si nescio quis bonum fatum habeat & iuxta se sit aliquid quod uideatur contrarium, quid poterit esse cum fatum bonum immutari negetur sicut, & malum? Certe hoc quod iuxta fatum est, ne noceat supplicatur, Nocebit enim nisi fuerit supplicatum. Quomodo ergo illud fatum immutari negatur, quando hoc quod uicinum est timetur? Nec enim hoc timeretur, nisi illud immutari posse crederetur. Sed quia in eo magna causssa consistit ne fatum mutari dicatis, sine dubio, sine causssa supplicatis. Videte autem ne hoc fati sit quod supplicatis, quia sine malo solet esset quicquid fato assignatis. Certe nõ mala res est supplicare, Cur ergo non fati esse dicatur? Si ergo fati erat q; supplicat, cuius erit supplicare, & non impetrare? Quia si fati erat, impetrare debet quod supplicat. Si autem fati est supplicare & non impetrare, stultũ est fatum, quia supplicari facit hominem quem scit non impetrare. Quòd si nescit an posit impetrare quod illũ facit supplicare, improuidum erit fatum & carens ratione, quia omnis ignorancia insipientia est, insipientia uero stulticia est. In hanc partem cadit omnis tractatus pagnorum. Viderint pagani qui circumfusa caligene nõ uident lumen. Antiquo enim errora circumuenti, ueritati quæ prius latebat, aures accommodare detractant.

Quid de quibusdam Christianis dicemus, qui in saluatore seu saluatione mutati pristini erroris uendicãt uanitatem, in tantum hebetati, ut ipsum deum sub fato egisse cõtendant, dicentes, Ipse dicit, Nondum uenit hora mea, ut hora hæc non uoluntatis, sed fatalis conditionis fuisset necessitas, cum ille uoluntatis suæ horã significauerit, qua se tradi permiserit. Deniq; ait: Potestatem habeo ponendi animam meam & potestatem habeo iterum sumendi eam. Cessat ergo fatalis necessitas, ubi potestas est uoluntatis. Et quomodo saluator appellatur à nobis, si fati sũt quæ agimus, uel accidunt? Quia ideo saluator dicitur, quia ostendit nobis uiam salutis. Itaq; si ab hoc ostensa est non fati fuit, quia prius latuit, Et quod fati esse dicitur ex improuiso uenire contendunt. Hoc enim fidei meritũ est quæ non potest dici ex fato, quia quod creditur, alijs sæculis auditũ non fuit. Fata enim hoc dicunt præstare, quod in conuersatione hominũ uertitur. Hoc autem quæ ratione præstare posse dicuntur, quod ignorare deprehenduntur? Hinc est unde Apostolus ait, Quem nemo principum huius sæculi cognouit. Hi sunt principes & potestates malos angelos sub se habentes, qui sub nomine fatorũ uoluptates suas efficiunt prout eis libitum fuerit, sicut assolent malefici confiteri. Sunt enim quos diligunt, alios nõ amant, quosdã uero odiunt, Et unicuiq; hoc suggerit unusquisq; quod diligit, quia & ipsi diuersas habent uoluptates, alijs libidinẽ diuersi stupri, alijs munera, alijs uoluptatem, alijs petulantiam, alijs iram, quibusdam auariciam, alijs lucra, alijs damna procurant. alijs charisma, alijs odia, nec non & impedimenta, Et aliquando certis temporibus sotiati quiescunt in ocio, Aliquando uero ratione, aliquando occupatæ menti se non ingerunt, quia non dñantur, sed subrepunt opportunitatem quærentes qua capiant. Igitur uoluntatis arbitriũ liberũ est, sed dũ quodã desiderio negligentes circa nosipsos efficimur, sollicitantes suadent nobis aduersa, maxime si cogitare nos aliquid quod legis diuinæ non est inuenrint, ueniunt in eo ipso adiuuantes ut impleamus quod prohibet lex. Nam si timor dei in animo sit, nec caro, nec sanguis, nec principes nec potestates prævalerent, quia dei adminiculis sic eos persequuntur ut tamen non cum laborant uincantur. Si autem potestatis nostræ non essemus, quomodo qui diceret dominus, Petite & dabitur uobis? Omnis enim petit, accipiet? Si ergo qui uult petere, accipiet, iam nõ est illud quod solet dici. Non quæ uolumus, sed quæ data sunt habemus, quia uoluntas à saluatore incitatur, ut petat & accipiat quod petierit, Fati autem hoc esse dicitur, ut siue petat siue non petat, fato tamen quod aut malum aut bonũ est consequatur. Dominus autẽ hoc excludens ait, Filia fides tua saluam te fœcit. Non iam fati sit quãdo fides percipit beneficium. Et iterum, Si credis ait, omnia possibilia sunt credenti. In uoluntate utique posuit meritum, quia fidei bonum est, non naturæ.

Iohan. 2

Iohan. 19

1. Cor. 2

Matth. 7

Matth. 9

Marci. 9

Fides

Fides autem res accedens est, quæ excitat ad exercitium uoluntatem, ut quia in natura non est uoluntas, quæ in natura est susceptæ fide, meritum ei collocet apud deum. Ita enim est natura hominum sicut lapis, qui cum ignem non habet in substantia, habet tamen in potentia, ut opere creet quod non uidetur habere, quia non existit, sed quasi in semine, ita est in potentia, ut per exercitium generetur, & si defuerit, exercitium non fit, quia et semen nisi exerceatur, non generat, sed ipsum solum manet: Accessio ergo facit ut generet: Ita & homo fidem non habet in natura, sed semen fidei habet. quod nisi fuerit prouocatum et exercitatum, fructum non dabit, id est, fidem non habebit. Mathematicorum enim satis credentes, fidei semen exterminant, quod & creatori et iustitiæ eius testimonium perhibet. Opus enim opificem cognoscit, & æquo iure amoreq; & facto testatur. Fugiendum omnibus modis ab hac arte monemus, curiosi etenim eius inimici dei sunt, & sine sollicitudine nunquam sunt, semper enim suspensi expectant, quod minime certum sciunt. Nos autem deum qui de deo omnia prospera credimus, & si qua aduersa extiterint, eius nutu comprimi supplices oramus, securi de eius protectione: Nec tamen nescij, quia & si quid aduersum bene nobis agentibus euenerit, toleratum proficiet ad coronam.

Quæst. 19. De ratione Paschæ, unde Pascha dictum sit, & quomodo per sanguinẽ mystice celebretur. Quæstio CXVI.

PAscha dilectissimi fratres, à passione appellatum est, sicut docet nos traditionis huius præfiguratio, quæ perfecta est in Aegypto per famulum dei Moysen, dicente
Exod. 12. scriptura: Immolationis pascha hoc domini est. Quæ ergo ratio est, ut mysticum sacramentum per sanguinem sit celebratum, et reparatio uitæ per mortem, ut cum mors augmentũ facere se putaret, accepto sanguine saluatoris minorata deflueret, & cum uirtute operatam se hoc existimaret, infirmata rueret? Morti enim mors per opus eius diuina procuratione inuecta est, ut quia semper mala uult, cederetur illi ad tempus, ut iniustitiæ suæ opere destructa, regnum sibi ablatũ quæri non posset, Quàmuis enim omnia possit deus, nihil tamẽ facit quod sit rationi absurdum: Iustitiam enim quam exigit, hanc & facit, non præsumens de potestate. Magna est ergo prouidentia erga genus humanum, ut iustitiam seruans, sic ea quæ iustè decreta erant solueret, & hominem à morte erueret, quanquàm non immeritò teneretur: Sed quia inuidia deceptus fuerat diaboli, iustum fuit huic subueniri, dei enim sententia tenebatur. Sed hæc operatus fuerat sathanas: Vnde sicut iustũ uisum est hunc eruere, ita & iniustum erat per potentiam hoc facere, neglecta iustitia. Victus enim homo suadente diabolo, ut misericordiam acciperet, quasi accusator diabolus contradicebat. Vnde id actum est, ut iste qui in peccato hominis gloriabatur, peccans deprehenderetur, ut tunc demũ reus factus, contradicere non auderet. Sic factum est, ut dei filius homo nasceretur, & iustitiam prædicans diabolum incitaret, propterea quòd homines à uitijs eius prohiberet, ita ut & occideret eum, qui peccatum nescirebat: Tunc peccasse & grauius quidem quàm homo, quem accusabat, inuentus est. Cum enim ex dei decreto propter peccatum hominem sibi uendicaret, quia qui peccat, ex parte diaboli est, inuentus est plus peccasse, cum eum qui nõ peccauerat interfœcit, ut sibi usurparet per mortem. Ergo morti interitus subintrauit, ut sanguis recuperaretur, sanguis effusus est, quia ut dixi, mortis auctor qui est diabolus, quoniã peccasse in morte saluatoris inuentus est, sanguinem eius cum omnium nostrum amisit, quia sicut per unum Adam peccantem, omnes in morte tenebat, ita per unum, nõ peccantem omnes amisit. Ergo sanguis saluatoris fusus iniustè hoc præmiũ consecutus est, ut originis suæ sanguinem cum triumpho recuperans, ad pristinum statum reuocaret meliorata substantia. Victa enim mors, ei qui illam uicerat, non potuit contradicere. Beatum itaq; paschæ mysterium, quod per sanguinem nos redemit, morte per mortem deiecta, sicuti solet uenenum ueneno superari.

De Abraam & eius fide, qua meruit cæterorum fidelium pater appellari. Quæstio. CXVII. Quæst. 20

HVius patriarchæ fides tam præcipua & admirabilis fuit, ut cæteri homines iusti patrem hunc creduitatis dei iuditio fatentur: Nec sit aliquis deo dignus et charus, nisi eius filius fuerit appellatus. Prærogatiua enim honoris eius ac meriti, fides est, quam cum rebus incredibilibus dare nõ ambigit, inter cætera etiam saluatorem uidere dignus extitit in spe tunc futuræ incarnationis, dicente & probante domino ad Iudæos: Abraam pater ue- Ioan. 8.
ster cupiuit ut uideret diem meum, & uidit, & gauisus est. Qui enim meritò pater fidei factus est, dignum fuit ut futurorum filiorum suorum spem præuideret, quæ propitio & prouido deo hæreditatis gratia ab humano & pio patre in filios obsequentes redundaret. Videamus nunc quid credidit fides hæc, ut ad tantum honorem & gloriã diuino iuditio perueniret. Fidem enim laudauimus, sed quid credidit nondum diximus. Educens etenim hunc dominus ostendit ei stellas cœli, & dixit: Si potes numerare eas? Sic erit semen tuum, & credidit Abraam deo, & reputa- Genes. 15. Roman. 4.
tum est ei ad iustitiam. Non magnum esset credidisse deo, nisi quod credidit, mundus non credendum & stultum iudicet, quia istud in spe rerum naturæ non est. Vnde Abraam unus è mundo qui a hoc credidit, segregatus à mundanis iustificatus est. Hoc ergo credidisse perfidia mundanæ sapientiæ magnũ facit, contra cuius spem hæc credidisse maximi meriti est. Desperatio enim mundanorum, meritum est & spes Christianorum. Bonorum enim præmium caussa facit malorum. Fortior nanq; & plenior fides est, cum se incredibilibus magis commutit: Hoc enim iam aridus, & de uxore anicula semen se credidit habiturum, quod præ copia numerari non posset: Non hoc magis respiciens quod ostensum est, sed illũ qui ostendit mentiri posse nõ æstimans. Ideoq; deputatum ei est ad iustitiã.

Nam rem absurdam & quæ impossibilis scitur, hebetis est credere, nisi persona sit quæ credi istud suadeat. Vnde Abraham & admirabilis fidei est, & cordis periti, dum & illud credit quod incredibile est, & huic se committit cui non credere & stultum est & periculosum, Fidem enim nostram hoc probat rationabilem, qui non de alio quã de Deo credit posse ipsum quod promittit. Hoc ergo fidei propugnaculum est, hic triumphus. Quod perspicientes quidam mundi sapientes, quia rerum natura hoc non potest, stultum aiunt credere: Ignorantes, quia secũdum Apostolum. Quod stultum est Dei, sapientius est hominibus. Iustè enim stultos nos iudicarent, si hoc de rerum natura crederemus, quod probatur nõ posse. Porrò autem ea quæ rerum natura non potest, nos Deũ credimus posse facturum quod promisit. Quæ hac re potest stultitia deprehendi? Si autem indignũ Deo est opus, quod posse creditur, rectè fides hebetudini comparatur. Quod si dignum est per id quod creaturæ impossibile est, cur non laudanda fides est, quæ tantum dat creatori, quantum creatura posse negatur? Magnus ergo & admirabilis Abraham, qui contra mundi sententiam Deo credere non dubitauit, quia facere potest quod promittit. Natura Chaldæus magistr credulitatis apparuit, quamuis Astrologiæ peritus, deum tamen præposuit humano consilio, dignum æstimãs si hoc credatur de Deo, quod quomodo fiat inuestigari non possit. Infirmitatem enim suam dei potentia confirmauit, quia ad maiestatis suæ unicam magnitudinem protestandam facere disponeret, quæ impossibilia & inaudita sunt mundo, quo facto ostenderet, se dominum creaturæ, ut creatura subijceret se ei, cum hoc cæteris omnibus impossibile uidetur, quorum incredulitate plus sublimatur fidelissimus Abraham. Fides enim eius incredulorum pœna est, incredulorũ perfidia gloria eius est. Nã fidelium est pater, & infidelium est iudex. Huius enim exemplo & boni æterna uita donantur, & malis æterna dabuntur supplicia. Illo enim tempore quo mundus adhuc scientia parum lus erat, & nec signis ac prodigijs, quæ ad fidem attraherent, illustratus Deo, contra scientiam suam fidem non denegauit. Sanctus ergo Abraham exemplum generi humano datus est fidelissimus, in ipso enim præfiguratæ sunt omnes Gentes ad salutem uenire per fidem, cuius ut superabundans incrementum fidei nosceretur, tẽptatur ac iubetur filium suum Deo immolare, quod factum non erat unquam. Et nec rei nouitate turbatur, nec disputat an fieri deberet, deo iubente parricidium, qui homicidiũ ne fieret comminatus est. Sic de Dei uoluntate intrepidus & securus, non cunctatur prouidũ esse quod iubet Deus, & hunc filium quem duo senes ex promissione susceperant præmium fidei meritorum iudicent, & in quo omnis spes ex promissione futuri seminis habebatur. Quod ut omni deuotione impleret, matri eius non indicauit, ne quod dicationi eius impedimentũ afferret, sciens circa affectum filiorum procliuiores in amore esse mulieres, ideoq; celauit eam, non ambigens impleri debere quod iubet Deus, ut hoc exemplo doceremur omni cura Dei facere mandata. Si enim fidelissimus Abraham in re tam grauis & aspera obediens inuenitur, quãto magis nos quibus illa præcipiuntur quæ possunt portari, O fides deo dicata, & spes in domino firma, quæ tam chara & suauis est, ut parentum ac filiorum affectibus præponatur, dicente scriptura: Gustate & uidete, quoniam suauis est dominus. Psalm. 33
Patriarcha autem noster fidelissimus Abrahã, quia propheta erat, sciuit quod sequi deberet. Ideo secundum quod Dominus nunc dixit, tunc ille fecit, ut filio quamuis charissimo Deum in dilectione præferret dicente domino: Si quis diligit patrem aut matrem, aut filios supra me, non est me dignus. Vnde Patriarcha ut domino præ cæteris dignus existeret, occidere filium non recusauit. Matth. 10

De Iob, quomõ nobis iustitiæ & innocẽtiæ ꝓponatur exẽplũ, Quæst. CXVIII. Quæst. 23

MAgna dilectio est fratres dilectissimi omnipotentis Dei erga genus humanũ, quæ intellecta quidẽ perducit ad regna cœlestia, non intellecta autem deducit ad inferos. Deus enim beneficium suum uult esse & fructiferum, ut & nobis proficiat, & illum misereri delectet. Igitur quoniam bonus est & omnes homines saluos uult fieri, exemplum nobis iustitiæ in Iob famulo suo demonstrauit, sicut præsens lectio testatur, quod securi & malo carere, & ad bonũ uenire poterimus, & non solum à pœna liberari, sed & remunerari. Quàm ergo admirabilis est sanctissimus Iob, quia ante legem literis æditam in operibus suis exemplar legis ostendit, nulla in hac causa alicuius documenta addiscens, sed natura ipsa duce, cuius Deus iustitiæ semen naturaliter inesse decreuit, unde creatori reuerentiam pia deuotione seruauit. Quanta ergo laude dignus est, & quibus uerbis facta eius debeant extolli, cui nõ ante legem, neq; post legem parem possimus inuenire. Quamuis enim quis posset gesta eius imitari, non tamen cum eo conferendus est, neq; ei similis iure dicetur. Non enim suum esset quod talis extitisset, quod exemplum secutus est alienum. Sanctus autem Iob cum nihil tale uidisset, neq; uoluminibus lectitasset, talem se præstitit, ut nullius aliquid in se collatum haberet, sed ipse cæteris conferret, formam præbens mirabilium gestorum ad deum promerendum. Quare & domini testimonio commendatur dicẽtis: Iob. 1
Animaduertisti (ait) puerum meum Iob? Non est enim similis ei quisquam in terris uerus dei cultor. Quis tantum potuit promereri cui tale testimonium dominus perhiberet, nisi hic qui non immitator inuenitur, sed auctor eorum quæ gessit. Vnde & uerus Dei cultor asseritur. Nulla enim potest similatio continentiæ ueritatis in eo uideri, qui ante se non habet talem. Omnis enim qui fingit hoc, fingit quod cernitur imitari. Et his tamen omnibus potiora sunt quæ dicuntur. In his enim omnibus laudibus nulla probamenta tribulationum fuerunt, sed propositum Deo dicatum in exercitio & obseruationibus constitutum, qđ quia ad coronam meritorum temptatori non uisum est plenum, petit ut permitteretur ei diuersis temptatiõibus probare

1. Corin. 1

bare eius iustitiam, ut in multis constrictus, alicubi hæreret, & posset mo lum excedere, quia ad hoc solent peccantibus diuersæ pœnæ inferri, ut quia nemo omnia potest ferre tormenta, aliquid illorum eliciat ei ueritatis confessi onem. Itaq; permissum est temptatori omnia eius extermi nare & perdere usq; ad mortem filiorum, ut si damnum ferret boum, ouium non ferret, aut si ouium ferret, camelorum amissionem non ferret, neq; seruorum, aut totius substantiæ, aut si quia grandis animi erat & satis meræ deuotionis his omnibus non uinceretur, certe uel affectu charitatis cogente frangeretur morte simul omnium filiorum. Sed quia ante legem datam uel æditam legem in corde suo scriptam habebat, nulla damna, neq; orbitates minorem illum in Dei deuotione fœcerunt ut formam daret ad deum ex toto corde super omnia diligendum. Quanta ergo dignus est gloria, qui ante legem, legem seruauit, ut lex quæ futura erat, quomodo custodiẽda erat demõstraret, non in uerbis, sed auctor in factis, quia temptator irreuerẽs est. Nec hæc gloria satis ei uisa est ad probationẽ uiri iusti, nisi aliud aduersus cum machinaretur quod sciret ab homine ferri non posse. Petit iterũ ut illum ipsum sæuo uulnere percuteret à capite usq; ad pedum ungues. Et
Iob. 2. cum hoc permissum esset, quia fides ei haberi non debet, præceptum est ei, ut animam eius seruaret propter arbitrium, & ne quid uiolenter auderet in eum quem rationis iure superare non poterat. Accepta igitur potestate recrudescente in se crudelitatis sæuitia, percussit uirum iustum plaga magna nimis, ut nihil esset in corpore quod immune esset à uulnere, quod nemo hominũ tolerare possit, nisi solus qui uincere potuit Sathanam. Et cum nec sic nequitia diaboli aliquod murmur contra Deum uiro iusto illiceret, memor pristinæ calliditatis suæ qua decepit Adam. fatigit si posset & istum per mulierem decipere, quia facilius quis decipitur per domesticum. Et in his omnibus nihil proficiens, imò detrimentum faciens impudentissimus Sathanas, non solum immobilem inuenit dei seruum, sed etiam magistrum. In ipsa enim necessitate positus, non tantum in Dei timore durauit, uerumetiam uxorem contraria suggerentẽ increpans docuit omnia quæ Deo permittente accidunt fortiter tolerare, quod ad duplicem pœnam pertinet improuidi Sathanæ, quia nec suasit quod uoluit, & cum huic inuidit, alios fœcit discere quod nec hunc scire uolebat. Quantum enim prosit temptatio Dei seruis, & obsit Diabolo, hac lectione plenius edocemur. Cũ enim putat se nocere eis, promouet eos, & cum unum persequitur, multos ad uirtutem prouocat. Videntes enim auxilijs Dei hunc protegi, multi imitatores eius existunt. Lucrum ergo uolens facere perdidit, Semper enim furor eius damnosus est. Nam cum persequitur iustos ne munerentur, digniores eos facit. Et cum cælatur sanctum Iob, duplicauit ei meritum in cœlo & in terra, qui & hic auctus est, & in cœlis cum saluatore receptus, ut ista omnia ad sanctorum proficiant gloriam, ad diaboli uero pœnã.

De Tobia fere idem disquirit.

Quæstio CXIX. Quæst. 22.

TAnta prouidentia est domini Dei circa nos, ut errare nos nolens, & legem & exempla bonorum operum daret, quibus modesta & tranquilla agi possit uita cum dei timore. Qui enim auctor uitæ est, non uult utiq; opus suum morti esse obnoxium. Quamuis natura ipsa legis non expers sit, tamen quia dominus bonus & misericors est, ut maior noticia eorum esset quæ sequenda et illorum quæ uitanda sunt literis, & exemplis ostendit, sicut præsens lectio testatur. Dei ergo famulus sanctus Tobias post legem exemplum nobis datus est, ut quæ legimus quomodo fiant sciamus, & si temptationes aduenerint, à Dei timore non recedamus, neq; auxilium aliunde quam ab eo speremus, memores scriptum esse: Pusillus etenim Psalm. 36
senui, & nunquam uidi iustum derelictum, nec semen eius quærens panem. Nunquam ergo decipi potest qui tota mente sperat in deum, licet ad tempus tribulationes ortæ fuerint per insidias Sathanæ, exempla nos docent sanctorum uirorum neq; à deo permittũ, nisi ad incrementũ meritorum nostrorum, quia si æquo animo fuerint baiulatæ, hic nobis dabitur consolatio cum effectu, & in futuro uita æterna cum gloria. Deus enim noster qui iustus est, & Roman. 2.
personarũ acceptio apud illum non est, temptari nos permittit, quia nos diligit, ut post laborem possit nobis præmia dare amplissima. Deniq; Apostolo ut temptationes ab eo cessarent deprecanti Dominus ait: Sufficit tibi gratia 2. Cor. 12.
mea, Nam uirtus in infirmitate perficitur. Hinc subsecutus ait: Cum infirmor, tunc fortior sum, et gaudeo, inquit, in tribulationibus meis, ut inhabitet in me uirtus Christi. Quàm ergo laudabilis sit sanctus Tobias, scriptura docemur, cuius deuotionem nec captuitas minuit, nec oculorum amissio quo minus Deum benedicere persuasit, neque exhausta substantia à uia iustitiæ & ueritatis auertit. Necessitas enim probat iustum in egestate, æquitatem seruare uera ac perfecta iustitia est. Vnde enim quorundam deuotio minuitur, inde augmentum fœcit laude dignus Tobias. Inopia enim inquit, humiliat uirum, & qui humiliatur, nõ potest seruare iustitiam. Sancti autem Tobiæ erectus ad Deum animus, nec captuitate fractus est, nec inopia humiliatus, quia contra edicta occisorum corpora sepulturæ mandabat, & de dei largitione securus, de ipso exiguo misericors, & sciens hanc magis placere Deo misericordiam Lucæ, 21.
quæ de exiguo fit. Sicut & uidua illa fœcit quam dominus in Euangelio collaudauit. Hic enim uere fidelis est, qui non dubitat, de promissis Dei, qui de paruo largitur. Spe ergo futurorum animum suum consolans, deo dicatus Tobias, in temptatione robustus & fortis inuentus est, ostendens in necessitate plus in Dei timore uigilandum, quia si necessitas ad Dei auxilium nos impellit, quanto magis securitas. Certi ergo sancti uiri, quod Deus iudicium sibi eorum omnium quæ in hoc mundo fiunt exceperit, tribulationes & damna & reliqua exercitia, uel contumelias, nõ tantum non ægre tulerunt, sed & gratanter acceperunt, Actorũ. 5
sicut & nostri Apostoli qui cæsi gauisi sunt, quia digni

habiti sunt pro nomine Christi contumeliam pati. Indicia enim meritorum futurorum exitia sunt, quæ iniuste fiunt fidelibus, siue in tribulationibis, siue in contumelijs. Itaq; in tantum deo placuit iustus Tobias, ut duplici genere meritorum suorum consequeretur mercedem, et in præsenti enim quod amiserat ministro angelo recuperauit lumen, ac ditatus est etiam copijs quæ ad præsentem pertinet uitam, & in futuro hæres regni cœlorum est factus, Vt in hoc doceremur, quia qui toto corde dei legi obtemperat, nec de dei promißis dubitat, & in hoc sæculo copiam sæpe auget Deus, & in futuro donat illum uita æterna. Est etiam aliud quod nos muitat ad diuina obsequia. Sanctus enim Tobias non solum iustitiæ suæ merita consecutus est, quia accedit ad cumulum gloriæ eius etiam ex eorum bonis qui imitatores eius existunt. Imitatoribus enim exempla laudantur: Quod nobis quoq; poterit prouenire si sic uixerimus ut dignum sit & nos imitatores haberi.

Quæst. 23.

De ieiunio & eius obseruatione. Quæstio CXX.

COngruum est fratres charißimi, deuotißime Dei sacerdotem propositum plebis, Christi exhortari populum sub cura sua positum in doctrina sana, sicut mãdat Apostolus: ut opus fidei pro temporis obseruatiõe omni cura diligentiáq; alacri & deuoto animo faciamus. Ieiunia etenim quæ nunc imminente die festo paschæ celebranda sunt, quid proficiant, quamuis non lateat, taceri tamen non debet, Incitatur enim deuotio quando ea quæ licet nõ ignorentur, recensentur tamen. Tale est ingenium naturæ nostræ, ut torpescat si usus destiterit lectionis, Quia sicut ferrum nisi usum fuerit eruginem generat, ita & anima nisi frequentius diuinis exerceatur lectionibus, nascentur illi peccata. Hinc est unde in Psalmo hunc dicit beatum, qui die noctúq; legem domini meditatur. Deniq; quamuis nota sint diuina eloquia, tamen cum fuerint sacris uolumi nibus memorata, sic illa deuotum pectus suscipit quasi noua, Excitatur enim desiderium animæ erga opera salutaria. Vnde Apostolus ad Timotheum inter cætera: Vt resu scites inquit gratiam dei quæ est in te. Igitur necessaria sunt nobis ieiunia, sicut uulneribus medicina. Medelam enim conferunt uitæ perpetuæ, ita tamen ut duarum rerum testimonio commendentur, id est, oratione & misericordia, Ieiunia ergo intemperantiam corporis mitigant, motus aduersos reprimunt, pressuram animæ auferunt, sicut dixit Dominus: Nolite dediti esse in esca & crapula, ne grauentur corda uestra, Cum enim anima ab esu & potu nimio fuerit liberata, tunc se melius recognoscit. Sicut enim in speculo sordido non se talem homo aspicit qualis est, ita & si esca & crapula fuerit grauatus, alterum se sentit quàm est. Tunc excitatur libido, accenditur ira, inflammatur superbia, generatur luxuria. Vnde Apostolus: Nolite ait inebriari uino, in quo est luxuria. Quòd si temperatum fuerit corpus, interposito ieiunio cognitione sui, recepta anima intelligit qua deuotione obsequi debeat redemptori. Magna ergo ex parte ieiunia sunt necessaria. Sub Hester etenim regina, cum Iudaicus populus in periculo positus esset, ieiunijs suffragantibus liberatus est. Et Ninuitæ cum euersionis suæ præscriptũ diem à propheta audissent, ieiunio indicto euadere meruerunt. Et iusti ac prophetæ nostri quando à deo aliquid impetrare uolebãt ieiunio se humiliabant, dicẽte Dauid: In ieiunio humiliabã animam meam. Nam & saluator cui opus non erat, ut nobis exemplum daret ieiunauit. Itaq; nulli dubium est prodesse ieiunia. Sic etenim ostendit se homo uelle impetrare quod postulat, cum se affligit ieiunio. Vnde dictũ est: Bona est oratio cum ieiunio. Vt accepta ergo possit esse oratio, consortium uult secum habere ieiunij. Et quia nihil horum sine pietate firmum est, adiecit, & eleemosyna cũ iustitia, ut eleemosyna seruata iustitia commendet orationẽ cum ieiunio. Deniq; orationem & ieiunium Cornelij misericordia commendauit. Ipse enim abundans opibus seu copijs, ieiunabat, sed & non habentes pascebat, ut illorum saturitas ieiunium eius faceret acceptabile. Nonnullis ergo indiget, & nonnullis carere debere ieiunium, ut possit mereri quod postulat.

Hester. 4. & 5.
Ioiuæ. 3
Psalm. 34.
Matth. 6.
Tobiæ 3.

Quæst. 24.

De paschate, quomodo laudabilis & glorioſa sit solemnitas eius. Quæstio CXXI.

SAnctum & salutarem diem paschæ, & omni laude prædicandum, quo mors deuicta est, diabolo regnum ablatum, sacramentum dei manifestatum, decretum quod aduersum nos erat, euacuatum, tartari ianuæ confractæ, uincti soluti, clausi remißi, cæci illuminati, imperiti scientia donati, impij facti misericordes, iniquis & iniustis peccatorum data remißio, inimicorum reconciliatio, erroris emendatio, ueritatis declaratio, deo filij ex perditis acquisiti, superbia depressa, humilitas exaltata, pauperes ditati, diuites exhausti, montes deplanati, ualles repletæ, colles prostrati, impudentia calcata, uerecundia compta, animabus ad cœlum data facultas, libertas reddita, dirupta ac resoluta captiuitas, torpuerunt tenebræ, confusa est malitia, purificatus squalor, sathanas deiectus, inanitus infernus, dominus noster Iesus Christus uerus Dei filius approbatus, caro ad confusionem prudentium mundi in cœlos sublata, cœlestia, terrestria, & inferna unius Dei & domini demonstrata. Itaq; fratres charißimi, hunc diem festum colere & uenerari debemus deuoti Deo cum modestia, uitæ & animæ lætitia, turpia & inhonesta uitantes, ut ad fructum paschæ uenire mereamur per Christum dominũ nostrum, cui est honor & gloria in sæcula sæculorum, Amen.

Quæst. 25.

De principio, quid sit principium, cũ dicitur Ioannis primo: In principio erat uerbum. Et Geneſis primo: In prin-

principio fœcit Deus cœlum et terrã.

Quæstio CXXII.

Ioannis. 1. Genesis. 1. IN principio erat uerbũ. Quid est in principio? Quoniam legimus & in ueteribus libris: In principio fœcit Deus cœlum & terram. Et in epistola eius cuius Euangelium est de cuius principio aliquid conamur edicere, eodem sensu significatum est. Ait enim: Quod erat ab initio. Epistola ergo & Euangelium unum habent sensum. Aliud enim est quod in ueteri ait: In principio fœcit deus cœlum & terram: & aliud cum dicit, In principio erat uerbum, Et: Quod erat ab initio. In principio enim esse, & ab initio esse, unum significat, quia ab initio quod erat nõ cœpit esse, Qui enim incipit esse ab initio non erat, & ideo subijcitur initio, id est, ut inter cætera in ordine prius sit, quia ipse initio factus alios cœpit post se habere, qui post illum sunt facti, Sicut legimus, quia in principio fœcit Deus cœlum & terram, non dixit, in principio erat cœlum & terra, quia cum non essent, & disponeret deus facere mundum in principio, hoc est, inter cætera quæ ad mundi fabricam profecerunt, primum fœcit cœlum & terram, quia principiũ initium est inchoantis aliquid quod sit primum in ordine. Illud autẽ quod dicitur, quia in principio erat, id est, uerbum, ante inchoationem creaturæ supernæ & infernæ significatur fuisse, ut nõ utiq; inter hæc quæ creata sunt prius factum intelligeretur, quia in principio erat cum Deus disponeret facere creaturam.

Principium quid sit.

Ergo si in principio erat, id est, ante omnia erat, semper erat, Ideoq; & uerbum erat. Vbi? Apud deum, inquit, ut non indigne initio subiectum minime æstimaretur quod semper erat apud deum. Conuenit enim, ut quod ante omnia apud Deum erat, nulli subijciatur initio. Vnde adiecit: Et deus erat uerbum. Nunc ostendit aperte, quia quæ supra dicta sunt, congruunt uerbo, quia deus est, inquit, uerbum, & de deo aliter non oportet sentiri, quàm ut semper dicatur fuisse. Si enim cœpit esse, creatura est, si creatura est, deus non est, Quicquid enim est, aut deus est, aut creatura est, ac per hoc Dei nomen non competit creaturæ, sed quia cum non cœpit, esse erat enim digne, dicitur esse Deus apud deum. Aut ideo dicitur semper fuisse, quia non ex se, sed ex deo deus est. Quamobrem & nomẽ eius dicitur uerbum dei, sicut fides eiusdem Euangelistæ in Apocal. 19 reuelatione sua demonstrat. Ait enim inter cætera: Et nomen eius est uerbum dei. Vt enim non ipse ex quo sunt omnia, significaretur, sed per quem sunt omnia, id est, non pater, sed filius uerbum dei appellatus est, Vt quia Deus sine uerbo esse non potest, hic qui uerbum dei dicitur, semper apud deum fuisse credatur. Et quia uerbum non est extra eum cuius uerbum est, hoc uerbum quod apud Deum erat non aliunde, sed de deo esse significatum intelligatur. Et quia de deo est, non absurde deus dicitur, Itaq; non duos deos facit deum fuisse apud deum, Si enim essent duo, diuersi essent natura, nec unius uoluntatis. Si enim nos homines cum unius sumus naturæ, diuersæ tamen sumus uoluntatis, quanto magis ubi diuersitas non est naturæ neq; uoluntatis, deus apud deum dicetur. Deus enim qui apud deum erat & est, non ex se habet quòd deus est, si quo minus, nec apud deum deus esse diceretur, neq; dei uerbum deus uerbum appellaretur, sed quia quod de deo est, non aliud significat esse quàm deus est, Verbum dei deus est nuncupatus, ut quia uerbum dei dicitur, ad alterum deum non refertur. Quod autem deus uocatur ideo fit, ne ad iniuriam dei proficeret, si quid de deo erat, deus minime diceretur. Igitur & unitas dei seruata est, & debita honorificentia reddita, quando non in propriam gloriam exceptus est hic qui de deo deus est, sed in eius de quo deus est. Propterea de uerbo incipit loqui Euangelistã prius quàm loquatur de Deo patre, quia quæstiones non de Deo fiũt, sed de uerbo Dei. Nemo enim dubitat de Deo, sed de deo qui est de deo deus. Omnis enim lingua cœlestium & terrestrium fatetur unum deum, sed in sacramento unius Dei turbatur. Trepidat enim audiens deum dici uerbum dei, corporalibus enim modis pulsatur, quia uerbum hominis homo dici non potest, cum utiq; deus natura sit simplex, non membris compositus, neq; qui intus habeat & foris, neq; ante & post, aut summum & imum, sed si potest dici totus per omnia, id est, nusquam uarius uel absimilis. Vna autem claritas eius est immensa, Nam si ignis non habet anteriora & posteriora, aut intus & foris, quanto magis creator eius. Itaq; quia omne quod deus est, totum unũ est, non discrepat cum quod de deo est, dicitur Deus. Ex parte ergo humano exemplo, & ex parte non humano dei filius qui est uerbum, dei deus est. Ea enim ratione qua filij hominũ homines sunt, dei filius deus est, sed quia ex commixtione filij hominum homines sunt, non hoc exemplo filius dei deus est, quia ex simplici deo simpliciter natus est, & quemadmodum uerbum nostrum ex nobis est, hoc exemplo intelligitur uerbum dei esse de deo. Sed quia uerbum nostrum non est hoc quod nos sumus, nõ hac ratione uerbum deus deo est, quia uerbum dei res est, non sonus qui deperit. Nec enim quia communia uocabula nobis & deo sunt, una ratio erit nobis & deo in rerum effectu. Nam legimus: In principio fœcit Deus cœlum & terram. Quomodo fœcit? Nunquid sicut nos manu facimus opera? Et in subiectis. Et dixit inquit Deus: Fiat lux, & facta est lux, Cui putamus locutum esse Deum? Quia non utiq; homini locutus est, sed ei qui posset facere, qui etiam hominem facturus erat sicut & fœcit. Sed quomodo locutus est? Nunquid sicut nos loquimur organo corporali? Absit. Vides ergo quòd uocabula quidem nobis & deo cõmunia sunt, sed discrepant in effectu. Aliter enim Deus facit quàm facimus nos, & loqui dicitur, sed non more nostro. Sic & uerbum dei non tale uerbum sicut nostrum, quia nostrum postquam fit, non est, illud autem manet. Quod autem tale uerbum est, quod audit & loquitur & operatur. Non solum autem uerbum dei est, sed & uirtus & sapientia dei, hoc est, filius dei, qui quantum ad effectum pertinet, filius dicitur Dei, quantum autem ad locutionem qua nos alloquitur Deus, per ipsum uerbum dici-

Gen. 1.

tur dei, quantum uerò ad ſapientiam qua nos deus docet, per ipſum ſacramentum ſuum ſapientia dicitur dei, quantum autem ad operationem, qua per ipſum omnia fœcit & facit deus, uirtus dicitur dei. Hoc nulli alij poſſet competere niſi filio dei. Propterea enim quòd ex deo deus eſt, omnia dei habere dicitur. Naſcendo enim omnia conſecutus eſt dei. Nec enim conueniens erat degener dici uerbum dei, & uirtutem & ſapientiam dei, hoc eſt enim deus uerbum, uirtus, & ſapientia. Chriſtus autem quia totus de toto eſt de deo deus, & ſapientia dicitur dei & uirtus & uerbum, hoc eſt, deum eſſe de deo & apud deum. Propter
Ioan. 1. quod ait: Hoc erat in principio apud deum. Ad euincendas enim incredulorum mentes coacta ſcriptura erupit, ut oſtenderet Chriſtum eſſe Deum, cum omni loco propter unitatem dei, intelligi uult Chriſtum eſſe Deum. Nunc autem aperta uoce dicit eum eſſe deum & ſemper fuiſſe apud Deum, ſacramentum patefaciens dei, Ne deus omnino ſolitarius putaretur declarauit, non propterea unum dici deum ut ſolitarius æſtimaretur, ſed licet duæ uel tres perſonæ eſſent, tamen non præiudicaretur unitati, quia quod deus eſt, ad illum ipſum refertur quia unus eſt, quâuis omnia dicantur ex Deo. Sed aliud eſt quod propriè extitit de deo, & aliud quod nutu de ſuis creatũ eſt Dei, hoc eſt, aliud eſt quod de ſubſtantia eius proceſſit, & aliud quod nullo modo eſſet niſi uoluntate eius creatum eſſet. Quia quod de ſubſtantia dei eſt, numquam fuit præter eius ſubſtantiam, quod uero creatum eſt, tunc cœpit eſſe ſubſtantia cum creatum eſt, Ac per hoc initium non habet trinitas ſola. Declaratio igitur myſterij meritа fidei minorauit, quia quanto occultius eſt quod creditur, tanto magis propenſior credentis eſt merces & minor pœna diffidentis. Declaratio autem myſterij ſicut minora fœcit merita credentibus, ita maiores excitauit diffidentibus pœnas. Manifeſtior enim lex plus facit reum. Nam ſuffecerat teſtimonium ſaluatoris quo ſibi proprium patrem dixerat Deum. Quis enim credentium dubitaret nihil à patre differre in ſubſtantia filium? Sed quia hæreticorum peruerſitas infidelitatis commentis fidei iura pulſare cœperat, aliter accipiendo filium dei quam prædicatur, additum eſt, & ad faciendam manifeſtationem. Hunc ante omnia apud deum fuiſſe & deum eſſe, ut declararet quod filij ueri ratio myſticè continebat, per quod diuina clementia humanæ infirmitati prouidiſſe uidetur, ut aperiret qđ clauſum potioris fidei meritis reſeruauerat. Vnde adiecit dicens: Omnia per ipſum facta ſunt, ut ſi quis ex ſuperioribus in aliquo ambigeret, quia anguſta eſt intelligentia hoIoannis. minum ad diuinas res capiendas, ex his capax fieret cum audit, omnia per ipſum facta ſunt, ut non utiq; facturam ipſum putaret, quia omnia per ipſum audit facta à deo, ſi autem & ipſe eſſet factura, non omnia per ipſum facta à Deo dixiſſet. Nec enim ipſe per ſe fiebat. Quod ut adhuc abſolutius traderet, adiecit. Et ſine ipſo, inquit, factũ eſt nihil, Hoc dicens, excludit omnem controuerſiam & & argumenta terrena, quamuis non deſint qui diffidant, tamen quia ſine ipſo nihil factum oſtendit nullo modo illũ facturam eſſe ſuſpicari debere edocuit. Quomodo enim dici poteſt ipſe eſſe factura, cum nihil dicatur deus ſine ipſo fœciſſe? Si enim fœcit, mentitur ſcriptura. Sed abſit. Fidelis enim eſt ſcriptura, quæ ut errorem amputet quanta poteſt, utitur manifeſtatione ad ſalutem hominum rediemendam. Deniq; ſubiecit: Quod factum eſt in ipſo uita eſt, in ipſo, id eſt in uerbo quod factum eſt uitam eſſe ſignificat. Sicut & ipſe dominus ait: Sicut habet pater uitam Ioan. 5. in ſemetipſo, ita dedit & filio uitam habere in ſemetipſo. Non quia uerbum ſine uita erat, & poſtea aut data aut facta eſt in illo uita, ſed ipſum uerbum uitam uult intelligi eſſe. Si de patre deo poteſt dici quòd aliud ipſe eſt, & aliud in ſe habet, ita etiam de filio eius. Quia ſicut habet pater uitam in ſemetipſo, ita dedit filio uitam habere in ſemetipſo. Humana enim eloquia non ſunt idonea ad res explicandas diuinas. Ideo uitioſum uidetur quod dicitur, ut cũ factura non ſit dei filius, in ipſo dicatur factum quod eſt. Et ſi dixiſſet, quod genitum eſt in ipſo, etiam ſic uitioſum uidebatur. Sed ut ſubſtantiam generationis eius oſtenderet opus in ea factum quali uti potuit ſermone, per quod exiſteret demonſtrauit, quia generatio eius uitam in ſe habet. Nos enim uiuimus quidem, ſed non poſſumus alijs dare uitam, quippe cum nec in poteſtate noſtra ſit eadem uita. Ille autem ideo dicitur uitam in ſe habere, quia poteſt uiuificare & creare quæ uult ut ſint & uiuant. Ad hoc enim natus dicitur, ut omnia poſſit facere quæ facit pater, quia ſic habet uitam in ſe, ſicut habet & pater. Hoc enim eſt, omnia per ipſum & in ipſo fœciſſe, ſic eum genuiſſe ut haberet in ſe uitam per quam omnia poſſit facere, non quia ipſe aliud eſt quàm uita, ſed dum hoc poteſt uita eius ut & uiuat, & alia poſſit creaturæ quæ uiuant, uitam habere dicitur in ſemetipſo. Nos enim uiuimus, ſed non habemus ſic in nobis uitam ipſam ut etiam alijs demus uitam. Quem ſenſum & Apoſtolus Paulus memorat inter cæteCol. 1. ra dicens: Qui eſt imago inuiſibilis dei, primogenitus ante omnem creaturam, quoniam in ipſo condita ſunt omnia in cœlis & in terra, uiſibilia & inuiſibilia, ſiue ſedes, ſiue dominationes, ſiue principatus, ſiue poteſtates, omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt. Conueniunt autem Euangelia in hoc duorum Apoſtolorum Ioannis & Pauli, eadem enim dicunt: quia filius Dei ante omnem creaturam genitus eſt, ut crearet potentias ſpiritales & mundum et quæ in ea ſunt uiſibilia. Quod enim dixit Ioannes: Quia quòd factum eſt, in ipſo uita eſt. Hoc idem ſignificauit & Paulus dicens: Quia in ipſo condita ſunt omnia in cœlis & in terra. Et in ſubiectis. Omnia per ipſum & in ipſo creata ſunt. Per ipſum creauit, qui in ſubſtantia idem deus eſt, hoc eſt, pater in filio in ipſo uerbo, quoniam ſic generauit filium, ut haberet potentiam faciendi omnia uiſibilia et inuiſibilia. Hoc fuit fœciſſe in illo uitã, ut & uiueret, et uitã alijs præſtaret uiuẽdi, intelligẽdi, agendi, et cæteris animantibus ſecũdũ qđ uoluit quaſi imago dei, Dũ enĩ imago dicitur dei, ad utrũq; refertur, qa et p expreſſã natiuitatẽ

plenam

plenã habet in se similitudinem patris, & potest quicquid potest & pater, & uerũ sit patrẽ uideri in filio, q est imago inuisibilis dei. Nunquid quia patrem inuisibilem dixit, filium uisibilem fœcit, cum hoc utiq; sit filius per naturam quod & pater? Et cum creatura cœlestis sit inuisibilis, quanto magis creator eius? Sed hoc significauit quod in cœlis est, non quod in terra, quia quàmuis filius inuisibilis sit, illic tamen, id est, in cœlestibus uidetur ab Apostolis uel
Ioan. 17. cæteris talibus, de quibus dixit: Pater, uolo ut ubi ego sum, & isti sint mecum, & uideant claritatem meam. Et alibi:
Matth. 5. Beati, inquit, mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Hoc est patrem in filio, deum in imagine, quod est deum in deo. Sicut corporalis rei corpus imago est, ita & dei
Ioan. 16. deus imago est: Quia exemplum est pater, filius uero exemplũ de exemplo, quod cõmunicat spiritui sancto: Quia de meo, inquit, accipiet. Ideoq; in filio uidetur deus quasi
Apocal. 5. in sua imagine. Sicut enim nemo dignus inuentus est, aperire librũ & signacula eius, nisi uerbum dei, ita & deum patrem nemo uidere dignus est, neq; natura, neq; meritis, nisi uerus filius. Nihil etenim medium est quod obstet in-
Ioan. 6. ter patrem & filium, ipso nobis teste qui ait: Neque enim patrem uidit quisquam, nisi qui est à deo, hic uidit deum. Sed si in filio uidetur pater, quare nemo dignus dicitur uidere deum, cum uideatur in filio, quia nihil differt à patre filius? Nihil planè differt in substantia, quia uerus filius est. Differt autem in causalitatis gradu, quia omnis potentia à patre in filio est, & in substantia minor non est
Ioan. 14. filius auctoritate tamen maior est pater ipso domino testante, & dicente: Si diligeretis me, gauderetis utiq;, quia uado ad patrem, quia pater maior me est. Quem etiam
Roman. 11. modum custodiens Apostolus Paulus: Vnus, inquit, deus pater, ex quo omnia, & nos in ipso, & unus dominus Iesus, per quem omnia, & nos per ipsum: Vt primus gradus sit, ex quo sunt omnia: Secundus, per quem omnia: Tertius, in quo omnia. Et quia nullus ex his degener est, in unitate dei significati sunt, dicente Apostolo: Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in sæcula sæculorum.

Quæst. 26. ## Vtrum Adam spiritum sanctum habuerit. Quæstio. CXXIII.

COmperi quosdam ex fratribus nostris, non plenè discussisse scripturas, sed simplicitate animi adseuerare, quòd Adam factus sanctum acceperit spiritum, quem peccans amisit, sicut nunc datur credẽtibus: Hac ductu ratione, qua solet adseuerari à plurimis, quia per fidem instauratus est homo, ita ut ad pristinum redditus statum, hoc omne acciperet, quod inter initia Adam fuerat consecutus: Et quia perfectus homo factus dicebatur, qui si non habuit, inquiunt, spiritum sanctum, imperfectus fuit. Ego autem non solum hominem, sed & cuncta quæ fœcit deus, quæ non possunt dici accepisse spiritum sanctum, dico perfecta. Omnia enim genera animalium in suo perfecta sunt, ut impleant id ad quod sunt facta: ita & homo in suo genere perfectus est, ut potens sit discernere mala à bonis, praua à rectis. Est enim animal intelligibile, perfectũ ad id ad quod factum est. Capax est enim discendi, excogitandi & faciendi, ut quæ uirtute non potest, impleat sensu. Et quomodo ausi sunt dicere, hominem perfectũ nasci debere & totum scire, quem uident nihil ultra nosse quàm hic discat? Quod enim discit, nescit. Denique quoniam qui hic non discit, qualis sit nescit: Qui se ergo nescit qualis sit, quomodo omnia nouit, cum minus sit se nosse quàm cætera? Sed quia de cæteris discit, de se autem non discit: de alijs nouit, de se nescit: neq; qualis sit, neq; an ante corpus, an post corpus sit. Nam si sic perfectus factus esset ut nullius egeret, non fuerat homo, sed deus, neq; circumuentus præuaricasset: Spiritum autem sanctum habere ultra naturam & perfectionem hominis est, ut posit quæ dei sunt. Nunquid nam quia asina locuta est ad Balaam, ultra per- Num. 22.
fectionem eius est? Accepit enim ut posset quòd naturæ suæ non erat, sed nostræ. Itaq; quia præstantior est homo cæteris animalibus, ideirco illa imperfecta dicenda sunt? Aut quia sancti angeli non sicut quod est deus, imperfecti sunt? Vel quia luminaria & stellæ imperfectiores sunt supernis angelis, uel quia nubila uelamine suo obscurant solem & lunam minus perfecta sunt? Et quia membra inuicem egent (non enim possunt pedes, quod possunt manus) imperfecta dicentur? Absit. Omnia enim pro locis et gradibus suis firma et perfecta sunt, ut impleant id ad qd̃ facta sunt. Igitur omnia perfecta sunt, quia & creator eorum perfectus est, sed ad comparationem eius imperfecta sunt. Deus enim per omnia perfectus est, quasi fons et origo omnium. Nam quæ facta sunt, perfecta quidem sunt, sed ad id ad quod facta sunt, ut in alia parte non sint perfecta, quia alter alterius eget, & in eis quæ non egent, perfecta sunt in quo non egent, ideoq; perfecta & imperfecta sunt omnia. Manus indigent pedibus, quia nisi ambulauerint pedes, ociosæ erunt manus. Iterum pedes indigent manibus, calciare enim se non possunt, neq; curare. Cum ergo corpus perfectum sit membris, uolare tamen non potest, neq; ferre tantum, quantũ potest burdo,. Cumq; in hi perfecti sint, gubernare tamen se nesciunt, nec adhibere sibi possunt medicinam. Vnde dictum est: Nolite fieri sicut e- Psalm. 31.
quus & mulus, in quibus non est intellectus. Et aqua & ignis cum repugnant inuicem, suo genere perfecta sunt: Implent enim id ad quod facta sunt. Coquit enim ignis & consumit, purgat & calefacit. Aqua uero abluit & refrigerat, sitientes recreat. Itaq; cum omnia in suo genere perfecta sint, sine homine tamen nihil possunt, neque homo quamuis perfectior sit sine his. Hinc Apostolus imperfectos & perfectos nos dicit. Ad comparationem enim infidelium nos perfecti sumus, quia deum cognoscimus: Sed quia quæ promissa sunt nunus scimus q̃ debemus, quia in hac uita non tanta possumus comprehendere quantum est qd̃ creditur, imperfecti sumus. Igitur quoniã putant perfectionem Adæ instaurari credentibus, uideamus si hæc instauratio nihil ultra doni habeat diuini quàm fuerat consecutus Adam. Factus enim Adam, positus est in pa-

radiso,ut operaretur ibi,& custodiret eum: Hoc est ut coleret terram,& custodiret præcepta dei,per quæ sciret sic se dominum cunctorum accepisse,ut ipse tamen sub lege uiueret creatoris,ne dominatio extolleret eum,& inflatus superbia immemor fieret sui conditoris. Positus ergo est, ut cibis sustenteretur uita eius: Per Christũ autem hoc conecssum est,ut resurgentes non egeant cibo uel potu: Quia quod mortale est hominis,conuertatur in uitam. Factus est Adam ut habitaret in terra,fides autẽ largiri dignata est, ut ĩ cœlis sit habitatio nostra,scriptura ipsa testatur: Quia
1. Corin. 15 factus est,inquit,primus homo Adam in animam uiuentem,secundus autem homo in spiritum uiuificantem. Primus autem homo de terra terrenus,secundus autem homo de cœlo cœlestis: Qualis terrenus,tales et terreni: & qualis cœlestis,tales & cœlestes: Quid tam apertum q̃ quòd Adam non habuit spiritumsanctũ? Factus est enim Adã in animam uiuentem,per Christum autem in spiritũ uiuificantem,ut homo in aliquo similis sit creatori quem credit,quia enim mysterium fidei, quod ad salutem datũ est, trinum est: trinus sit corpore anima & spiritusancto,per quem dicimur filij dei: Quod minimè Adam probatur, uocatus,& terrenus enim factus est: Filij autem dei non carnaliter,sed spiritaliter nati cœlestes dicuntur esse. Ecce absolutum est donum dei multo plus gratiæ conceßisse homini temporesaluatoris quàm acceperat Adam, quia non solum est instauratus,sed et melioratus. In eo instauratus, quia in peccatis ablutus & instauratus est,in cæteris melioratus. Hoc enim & iustitia & ratio exigebat, ut tunc uberior esset clementia dei in dandis benefitijs,quando mysterium diuinitatis suæ innotescere uoluit creaturæ, ut cognoscentes quod incognitum fuit, à sæculis & generationibus dei unius sacramentum in trinitate consistere, pro ipsa nouitatis quasi dedicatione peccatis abluti insuper iustificentur, et adoptati à deo spiritumsanctum acciperent, per quem signum adoptionis habere uideantur. Adoptio enim à deo signum habere debet dei patris, ut non immerito filij dei appellentur. Hoc donum etiam per prophetas promissum est,ut tunc daretur,quando mysterium dei declarari deberet in triumpho deuicta morte, ut sciret creatura patrem, & filium, & spiritumsanctum unum
Ioan. 16. esse deum. Vnde Euangelista: Spiritus inquit, nondum erat datus, quia Iesus non erat clarificatus. Clarificatio enim hæc est,cũ per uirtutem suam cognoscitur esse quod testificatus est de se, quia clarificatio hoc donum dedit, quod per Iohelem prophetam fuerat promissum. Ait enim deus: In nouißimus diebus effundam de spiritu meo super
Iohel. 2. omnem carnem &c. Et Apostolus inter alia: Cum autem
Titum 3. adparuerit,inquit,benignitas & humanitas saluatoris dei nostri,non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secundum suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrum regenerationis & renouationis per spiritumsanctum, quem effudit in nos abunde per Iesum Christum saluatorem nostrum, ut iustificati gratia ipsius hæredes efficeremur secundum spem uitæ æternæ. Confirmauit Apostolus, quod per Iohelem prophetam fuerat promis- Iohel. 2:
sum, quia hoc postquàm clarificatus est Iesus impleuit deus,ut spiritumsanctum effunderet in illos, qui credunt in Christum, & hoc est hæredem fieri uitæ æternæ, spiritumsanctum accipere,ut quia spiritus æternus est, æternam habeat uitam qui accipit eum: Pignus est enim immortalitatis. Qui enim accipit eum, & manet in eius dilectione,transacta hac uita pergit in cœlos ad eum, cuius spiritum habet. Incongruum est enim,ut qui hinc exit habens spiritumsanctum apud inferos teneatur. Signum est enim in homine uictoriæ Christi,qua uicit mortem spiritus eius, ut in quo fuerit spiritus eius, ab inferis teneri non posit. Ac per hoc in ueteribus sanctis non ita fuit spiritussanctus,sicut nunc est in fidelibus, quia exeuntes de sæculo apud inferos erant: Et non potest dici, quia spiritussanctus causa peccati Ade, quod per traducem generis omne semen eius subiectum fœcit inferis, simili tenebatur sententia data Adæ. Cum prophetis ergo & iustis uiris sanctum fuisse spiritum non est ambiguum: Cum prophetis,propter dispensationem: cum iustis uero,causa sanctitatis. Sicut legitur de sancto Symeone, Quia spiritussanctus inquit,erat cum eo: Non ut signum esset adoptionis in eo, sed meritorum eius gratia: Nam si ij dei credentes tunc esse cœperunt,quando manifestatus est filius dei,ucta morte cunctæ creaturæ. Si autem in Adam uel in cæteris sic dicatur fuisse spiritussanctus,sicut nunc est in fidelibus,quæ noua dona dedit deus,cum regnum filij sui dedicauit in nobis? Et quomodo fœlix & beatum tempus præcæteris dicitur saluatoris aduentus,si ea præstitit quæ iam fuerant præstita? Et ubi est illud,quod dicit saluator Matth. 13.
ad discipulos: Multi inquit,prophetæ & iusti cupierunt uidere quæ uidetis, & audire quæ auditis,& non audierunt? Qua ratione ergo potuit dici,quòd beatitudo temporis huius nihil amplius contulit doni,quàm ueteribus est collatum? Quod quidem ad iniuriam proficit saluatoris, ut nihil habuerit nouum quod in ortu imperij sui suscipientibus se donaret,cum tamen laborare soleant diuites,ut in die festo natalis sui exquisita inuitatis dent apro fortica. Quanta ergo iniuria est,ut deus his quos ad nouum & inauditum diem festum,& omni laude dignum inuitauit, non dicatur habuisse inexperta quæ donaret? Et ubi est Ioan. 1.
illud euangelistæ Ioannis,quod dicit: In sua uenit, & sui eum non receperunt: Quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri his,qui credunt in nomine eius,qui non ex sanguine,neq; ex uoluntate carnis,neq; ex uoluntate uiri,sed ex deo nati sunt? Igitur quomodo non inusitatũ est quod donauit credentibus deus in Christo quãdo dedit eis potestatem filios dei fieri,id est,fratres filij sui proprij,non ex uoluntate carnis & uiri, sed ex deo,ut spiritaliter nascerentur? Aut si prius gratia ista concessa probatur,tunc nihil nouũ aduentus Christi contulisse dicatur. Adæ certè terrena & carnalis fuit factura,nõ spiritalis: Non enim ex deo sine carne & sanguine natus est, sed de terra à deo factus est: Idecq; non potuit spiritumsanctum

ſanctum accipere, qui non erat ſpiritalis, & cui conceſſum non erat patrem deum uocare in oratione. Qui enim ſpiritumſanctum accipiunt, his datur poteſtas, ut per id quòd ſpiritumſanctum habent patrem illum Chriſtianorum in oratione appellent: Quod quia ante conceſſum non fuit, non poſſunt dici priores ſpiritumſanctum habuiſſe. Hi ergo qui putant Adam uel cæteros habuiſſe ſpiritumſanctũ, neſciunt quale donum habeant dei, nec gratias congruas poſſunt ei agere, qui plus cæteris accipientes, nihil ſe dicũt amplius conſecutos.

Quæſt. 27. Quibus argumentationibus & exemplis oſtendi poſſet, unum idemq; opus differre ſecundũ perſonas in laudem ſiue condemnationem. Quæſtio CXXIIII.

VNa eſt miſericordia in diuite & paupere, ſed aliter imputatur diuiti, aliter pauperi, quia plus laudãda eſt in paupere q̃ in diuite. Pauper enim qui exiguitate ſua largiri non timuit, ſperans à deo ſibi retribui, & in præſenti & in futuro. Credit enim ſcripturæ dicenti: Quia qui tribuit pauperibus, nõ egebit. Vnde & paupercula illa diuitibus multa mittẽtibus ſola meruit à deo collaudari, quia de penuria ſua largiri non timuit. Diuites uero ſecuri de diuitijs ſuis largiuntur, pauper autem ſecurus de domino. Bene igitur facium diuites, dũ largiuntur egenis, ſed multo melius pauperes. Ac per hoc alia remuneratio pauperis, & alia diuitis. Diues enim ſi hoc non fœcerit, uapulabit: A paupere enim nõ exigitur tantum. Ideoq; laudabilis eſt pauper miſericors. Furtum in paupere & diuite unũ peccatũ eſt, ſed diuitem plus facit reum, quia pauper per inopiam facit furtum, diues aũt cum abundet non contentus ſuo, tollit aliena, et quod peius eſt, ſolet pauperes expoliare, ac per hoc differt pœna utriuſq;, & iuſtitia pauperis et diuitis una eſt, ſed laudabilis eſt in paupere magis: In egeſtate enim cõſeruare iuſtitiam magnifica res eſt. Diues aũt ideo ſeruare uidetur iuſtitiam, quia abunde eſt ab inopia. Ergo uterq; iuſtus eſt, ſed maius eſt in neceſsitate ſeruare iuſtitiam. Superbia una eſt, ſed plus damnanda in paupere q̃ in diuite, quia diues copia elatus eſt, pauper aut in egeſtate ſuperbus, quod ad inſaniam pertinet, ac per hoc plus reus eſt pauper. Humilitas una eſt, ſed magis laudanda in diuite eſt. Quid enim magnũ eſt, ſi pauper humilis uideatur, quem ipſa inopia humilem facit? Magnificum aũt ſi hic qui dignitate & copijs cõmendatur, inclinet ſe, non ſibi uendicans, quia mereri ſe nouit: Ergo in omnibus humilitas bona eſt, ſed multo magis in diuite eſt. Doctrina ſtudij una eſt cauſſa, ſed laudabilior in diuite eſt. Pauper enim cũ nulla prærogatiua cõmendaretur, operam dedit ut haberet unde poſſet requiri. Diues aũt cum eſſet unde cõmendaretur, adhibito labore auxit ſe, ut duplici genere neceſſarius eſſet: Non enim auocatus copijs retraxit animũ, quominus per ſe floreret: Et ideo hic magis laude dignus eſt q̃ pauper: Qui ſi ſtudijs operam minimè dediſſet, per omnia remanſerat uilis. Illum ergo uoluntas, hunc neceſsitas fœcit cupidũ. Libido in paupere & diuite eadem eſt, & damnabilior in paupere q̃ in diuite eſt. Paupẽrem enim ipſa egeſtas reuocare debet à cupiditate luxuriæ: Cogitare enim debet, quia unde hoc impleat non habet, & dum hoc feſtinat adimplere, alia multa mala admittat neceſſe eſt, quibus fortè nec ad præſens euadat, aut certè hocipſum quod habet, inſumens medicus remanebit cum nota. Diuitem aũt delinarum copiæ laceſſunt ad uoluptatem libidinis. Præterea quia diuites ſecuri ſunt de impunitate, ſcientes uenalia eſſe iuditia, et nec redargui ſe ab aliquo. Quis enim dignitate fultum uirũ & diuitem arguere audeat? Vnde magis accenduntur, ut & uiolenter hoc agant. Hoc ſolum enim minimè reprehenduntur, ſed in magno honore ſunt, & gloriari poſſunt, quia tales ſunt. Quòd ſi uterq;, id eſt, pauper & diues pudicus ſit, multũ differt pudicitia diuitis à pudicitia pauperis. Pauperem enim poteſt humilitas reuocare, ne quod uult poſsit implere, aut timor legum: Diues aũt cum multis ſuffragãtibus cauſſis ad uoluptatem poſsit allici, laudabilis eſt, ſi auertat hinc animũ. Alia ergo remuneratione dignus eſt diues pudicus, & alia pauper pudicus. Quòd ſi rex ſit pudicus, multũ eſt & glorioſum, ut omnia in poteſtate habens non contingat qd' ſcit impunè à ſe poſſe fieri. Hic uerè deum timet, hic uerè præcepta eius cuſtodit, qui in poteſtate habens leges, futurũ dei iuditium contemplatur. Itaq; grandis res eſt, ut qui in præſenti non habet quem timeat, uincat quod delectat, cũ delectatio tantum poſsit, ut non ſolum futura, ſed & præſentia minimè uereatur. Vnde multũ merentur quicunq; hanc ſuperant, ſed maximè hi qui in præſenti legibus & hominibus dominantur. Cæteri enim & homines & leges uerentur, quare et propoſitũ cuſtodiũt. Ne enim apud homines erubeſcãt, ſeruant qd' diu tenuerunt, & ne condẽnentur, à prohibitis ſe abſtinent, hic aũt qui dominatione nec leges timet, nec homines erubeſcit, magnæ gloriæ eſt, ſi ſe abſtinet.

Pouer. 28. Luc. 21.

Contra Euſebium, utrum ſpirituſſanctus ſciuit myſterium natiuitatis dominicæ. Quæſtio. CXXV. Quæſt. 28.

MEmini in quodam libello Euſebij quondam egregij in reliquis uiri legiſſe, quia nec ſpirituſſanctus ſciat myſterium natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti, & admiror tantæ doctrinæ uirum hanc maculam ſpiritui ſancto inflixiſſe: Hoc enim dicens degenerem illum ſignificauit. Neq; enim poteſt dici de deo eſſe, ſi neſcit quæ dei ſunt, quia inferior natura quid in potiore ſit, neſcit. Sin uero ſubſtantiæ eſt eiuſdem & diuinitatis, quomodo poteſt neſcire quæ ſua ſunt? Denique filius dei, quia Ego inquit, & pater unum ſumus, propter unitatem ſubſtantiæ non immerito adiecit dicens: Omnia quæ patris ſunt, mea ſunt: & quæ mea ſunt, patris ſunt. Quamobrem ſi ſpirituſſanctus eiuſdem diuinitatis eſt, qua ratione ſegregatur ne ſit eiuſdem ſcientiæ, cum eiuſdem non negetur eſſe ſubſtantiæ? Quod plus eſt conceſsit, quod minus eſt renuens. Creatura enim diſcit & incipit aliqua ſcire de auctore, & erunt ei quæ didicerit cum auctore ſuo communia: Subſtantia autem & diuinitas non

Ioan. 10. Ioan. 16.

poteſt

potest deo esse & creaturæ communis: Nam dei substantia non habet quod discat, quia nihil est quod ignoret: Substantia uero hominum non habet in natura ut sciat, sed ut discat. Itaq; naturæ hominum accidit scientia, non tamen immutatur substantia, quia hominis natura debabet scientiam: Sic enim condita est, ut per exercitium acquirat scientiam: Igitur maior est substantia quàm scientia, quia non scientia acquirit substantiam, sed substantia scientiam: & substantia est sine scientia, non tamen scientia potest esse sine substantia. In deo autem sicut est substantia, ita & scientia, quia ipse nihil habet quod discit, ipsa enim substantia est sibi scientia. Quamobrem omnia in deo substantia dicuntur: Substantia enim cui nihil deest, omnia substantialiter habet, quia nihil ei accessit per studium. Quomodo ergo dici potest de spiritusancto, quia nescit nativitatem filij dei, si consubstantiuus est ei? Nunquid potest una eademq; substantia, & scire, & nescire? Certè filius dei mysterium nativitatis suæ non didicit, scit substantialiter, non per doctrinam. Qua ergo ratione spiritussanctus dicitur nescire, cum similiter ipse nihil habeat quod discat, quia omnia novit per substantiam? Sicut enim dei filius, ita & spiritussanctus dei substantia est, dicente domino: Omnia quæ patris sunt, mea sunt: Per quod significauit substantiam dei patris suam esse substantiam, & spiritumsanctum à patre dicit procedere, & de suo accipere. Et ideo inquit, dixi de meo accipiet, quia omnia quæ patris sunt, mea sunt. Si à patre procedit, & de filio accipit, quomodo filij nescit nativitatem, quando substantia eius substantia filij est? Omnia enim quæ patris sunt, filij sunt: Sine dubio ergo patris substantia & in spiritusancto est. Adiecit enim filius dicens: Et omnia quæ mea sunt, patris sunt. Quid ergo ambigitur de spiritusancto, an eiusdem diuinitatis sit, cum sit eiusdem substantiæ? Nam sicut de se dixit dominus, qui à deo processit, ita & de spiritusancto testatur. Et ne hoc aliter possit interpretari: A patre inquit, procedit, & de meo accipiet, ut à patre procedere, hoc sit de Christo accipere. Cum enim dicitur de filio dei accipere, non ambigitur etiam ipse esse de deo, ut in sancto spiritu patris esse substantia & diuinitas non ambigatur. Itaq; qui hunc dicit nescire filij dei nativitatem, ipsi derogat cuius dicitur accepisse. Nec enim aliud accipit quàm ipse est de quo accepit, quia accepisse de Christo, de deo processisse significauit: ideoq; non potest nescire quod hic scit de cuius accepit, neq; ignorare dicendus est dominum, quia à deo processit certè filius dei, quia de patre est, ideo scit omnia dei: Quare ergo spiritussanctus negetur scire quæcunq; Christi sunt, cum de deo acceperit? Itaq; si scit filius dei quæ in deo sunt, dubium non est etiam spiritumsanctum non ignorare quæ in filio dei sunt, & per id quod nouit quæ sunt in filio, non nescire dicendus est quæ in deo sunt. De eo enim de quo accepit, dei habet notitiam. Et quid laboramus, cum testis sit in hac re

1. Corin. 2. Apostolus dicens: Nemo scit quæ sunt in deo, nisi spiritus dei? Ecce in quo diu sudauimus, Apostolo adiuuante impleuimus, & nunquid præiudicauit filio dei, quia neminem dixit scire quæ in deo sunt, nisi spiritum dei? Absit. Sic nec præiudicauit spirituisancto filius cum dixit: Nemo nouit patrem, nisi filius. Neminem enim dixit scire quæ in deo sunt, præter eum qui de deo est: quia omne quod de deo est, nouit deum, & quæ in deo sunt. Natura enim dei ipsa se nouit: Quam cum intelligas esse etiam in spiritu sancto per id quod à patre processit, & de filio accepit, tutum nõ est istum dicere, nescire patrem deum cuius naturam agnoscit in eo, & tamen saluator sic dixit, neminem scire deum patrem, nisi filium, ut reseruaret alij personæ huius cognitionem, statim enim subiecit dicens: Et cui uoluerit filius reuelare: Cui putas uult reuelare filius? Nulli enim charior esse potest quàm spirituisancto. Quia si quis inquit, spiritum Christi non habet, hic non est eius: Quomodo ergo putas reuelatum deum patrem à filio spiritui sancto, nisi quomodo ipse dominus ait: De meo accipiet. Creaturæ enim nõ potest reuelare pater deus, quia dei naturam ferre non potest, nisi fuerit eiusdem substantiæ: Lucem etenim habitat inaccessibilem, creaturæ duntaxat. Matth. 11. Roman. 8. 1. Timot. 6

Sed quibusdam uidetur ideo rectè nescire dici mysterium nativitatis filij dei spiritussanctus, quia omnia dicitur scrutari, et qui scrutatur inquiũt, nescit utiq;. Quod ex alio loco debet intelligi. Dei enim uerba sunt inter cætera dicentis: Ego deus qui scrutor renes et corda. Et in Psalm. Scrutans ait, corda & renes deus. Et Apostolus: Qui scrutatur inquit, corda, scit quid desideret spiritus, quia secundũ dei uoluntatem postulat pro sanctis. His exemplis cũ scrutari dicitur dei spiritus, non ignorare significatur. Etiam alta dei dicitur scrutari: Et quæ sunt alta dei, quæ dicitur præuidere? Scrutari enim occulta significat penetrare, ut per id nihil ei occultum esse credatur. Alta enim mysteria dei sunt interiora, quæ scrutari à creatura non possunt: Nam & secundum dei uoluntatem & pro sanctis dicitur postulare, quod sancti utiq; nesciunt, dicente Apostolo: Nam quid oremus sicut oportet nescimus: Ergo alta dei scire, & uoluntatem dei non ignorare, unum significat. Quid enim tam altum mysterium q̃ uoluntas est dei, quod cognitum est spirituisancto, cæteris uero incognitum est. Omnibus etenim contuendũ est quomodo dictũ sit: Quoniam nemo scit quid sit in homine, nisi spiritus hominis, qui in eo est: Spiritum animam significauit, quia nemo scit quid sit in animo hominis, nisi animus eius qui est spiritus: Sic & in deo nemo scit quæ sunt dei, nisi spiritus dei, hoc est ipse deus. Qui enim in deo est, nõ aliud intelligitur esse q̃ deus est. Ideo spiritus dei scit quid in deo est, quia de deo est: Nam si cogitationes hominũ nemo nouit, nisi deus, q̃to magis dei secreta & uoluntatẽ nullus potest cognoscere, nisi sit de deo, hoc est idem ipse deus. Ipse est enim sibi soli cognitus: Nam utiq; in deo non sunt cogitationes. Nec enim deus tractat apud se quid faciat, aut quid non faciat, deliberans an expediat, quia omia quæ in deo sunt sine dubitatiõe sunt, nõ per accidẽtia, sed per substantiã, nec per studiũ, sed naturã, quia nõ immutatur: Ac p hoc nõ aliter Roman. 8. Hierem. 17. Psalm. 7. Roman. 8. Roman. 8. 1. Corin. 2.

nouit

nouit spiritus sanctus mysteria dei, nisi per substantiam, una enim sustantia unum habet sensum, & uoluntatem: De deo loquitur, qui semper unus & immutabilis est, siue in filio, siue in spiritu sancto. Quod enim uult pater, hoc uult & filius: & quod uult filius, eadem uult & spiritus sanctus. Quamobrem aliquandò dicitur spiritus dei, aliquando & spiritus Christi, quia à deo, inquit, procedit, & à deo meo accipiet. Hinc est unde Ioannes Apostolus
1. Ioan. 3. ait: Et hoc scimus, quia deus in nobis manet de spiritu suo quem dedit in nobis. Ergo si spiritu dei in nobis manente, manere dicitur in nobis deus, significatur esse spiritus dei. Deniq; hoc est signum credentiũ quòd sint filij dei, ut cum hunc accipiunt, dei se filios audeant appellare: Nisi enim signum diuinitatis habuerint, dei filij dici non poterunt. Quanquàm aliquis uerus dei filius non est, ut sit totus de toto sicut & Christus: Per adoptionem autem fiunt filij dei, ut accipientes spiritum Christi per ipsum filij dei dicantur, per id quod de deo est, quem in se habent spiritum. In filijs enim quámuis adoptiui sint, patris tamen ex aliqua parte debet uideri substantia. In mundo enim quia res imperfectæ sunt, adoptati ab hominibus filij, nullũ pignus sed solum nomen accipiunt: Deus aũt quia perfectus est, plus facit, ut adoptatis spiritũ suum det per quem aliquam ueritatem adoptati ab eo uideantur habere, quia uocabula sine rebus inania sunt. Apostolus noster hanc assertionem
Roman. 11. nostram adiuuat dicens: O altitudo diuitiarum sapientiæ et scientiæ dei, q̃ inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Quid tamen sibi uult, q̃ cum alibi dicat, scrutabilia esse alta dei, id est, secreta hoc in loco deneget, dicẽs inscrutabilia esse. Sed in hoc loco de creatura dixit, quia inscrutabilia sunt ei secreta uel iudicia dei, spiritui aũt sancto eo q̃ omnia dei nouerit scrutabilia dixit esse cũcta, quæ in deo sunt, ut qđ creaturæ incognitũ est, dei spiritũ adserat non ignorare. Dei ergo natura negari non potest, quæ cognitũ habet, qđ á creatura non potest comprehendi. Qui degenerem dicunt spiritum dei sanctũ, pulsant propositũ qui totus creaturæ salutem in trinitatis diuinitate cõsistere declarauit, quia si consubstantiuus non est deo & Christo, ineptum est ponere istũ in numero patris & filij, ut sine hoc nõ salus alicui sit, neq; dignitas. Si enim nõ est eiusdem diuinitatis, aut stultè aut gratis effectũ est, qđ absit. Quis enim prudentũ deneget creatorem cũ creatura connumerari non posse, neq; æternum cũ eo, qui sub initio sit cõparari, neq; dominũ cum seruo æquari, neq; potentem cũ impotente conferri, neq; scium cum inscio deputari? Sed iam cessent calũnia: Tertius enim ordine est, non natura: gradu, non diuinitate: persona, non ignorantia. Sicut enim filius dei secundus à patre est, & diuinitate minor non est, ita & spiritus sanctus sequens á filio est: non impar, sed æqualis diuinitate substãtiæ. Deniq; quæ legimus de filio dei, eadẽ legimus & de spiritu sancto, ipso nobis testante. Ait
Ioan. 14. enim: Rogabo patrem, & alium paracletum dabit uobis spiritum ueritatis. Alium cum dixit se paracletum significauit: Quod Ioannes declarat dicens: Quia spiritus dei
1. Ioan. 2. postulat p̃ peccatis nostris. Et Paulus Apostolus inquit: Roman. 8. Ipse spiritus dei postulat pro nobis: Ecce scriptura ambos aduocatos esse ostendit. Et cum ueritatis illũ dixit spiritũ, nihil illũ ueritate á se differre ostendit, quia dixit: Ego sum Ioan. 14. ueritas. Missum se á patre dixit, & ipse mittere spiritum sanctum promisit. Si ipse á mittente impar non est, neq; á mittente impar ab illo spiritus sanctus est. Neq; enim quia tres sunt singuli, alter alterius membra sunt, ut diuersa possint: Vna est enim potentia trium, ut nihil desit singulis. Hic finis sit: Iam enim in libello aduersus Arrianam impietatem digesto, reliqua plenius tractata sunt, quæ trinitatis complexa sunt indiscretam unitatem.

De eo qui fidem Christi percepit, quid prę eminentiæ seu prærogatiuæ habeat ad gratiam consequendam plus q̃ infideles. Quæstio. CXXVI. Quæst. 19.

Scriptum est: Quia iusto nihil proderit iustitia eius, Ezech. 18. in qua die errauerit: & quia iniusto nihil oberit iniustitia sua cum se conuerterit. Et dominus in Euangelio: Qui non crediderit, inquit, iam iudicatus est, ut per hoc Ioan. 3. eum qui crediderit, non iudicio subiectum ad sententiam excipiendam significaret, sed fidei merito laude dignum futurum. Ergo cognitio dei hanc habet prærogatiuam, ut peccatorum conequatur remissam. Credens enim dei esse filium Iesum, dignus existit ab omnibus liberari peccatis. Diu enim errore deuius cum per diuersa ignorantiæ fluctibus iactaretur, illuminatus ueritatis coruscatione nactus est, in qua post nimias tempestates requiescat securus, cui congruit ut post cognitionem temperet se ab his, quæ iampridem in ignorantia positus agebat. Quid enim prodest cognitio, si manet pristina conuersatio. Hinc etenim quis uidetur cognouisse deum, si uitam mutet, & conuersationem suam corrigat. Cognitus enim deus timeri debet, quia iudicaturus prædicatur, ut & fideles iustitiæ suæ percipiant fructum: & impij, id est increduli, perfidiæ suæ congruas pœnas exoluant. Conuenit enim iustos in futuro gaudere, ubi regnabit Christus cum suis: Vt sicut in sæculo sunt opprobrio, & iniurijs subiacent, in quo princeps est diabolus, ita & in regno glorioſi adpareant, propter quod & contemptibiles iudicati sunt à mundanis: Iniustos autem quia falso florere uidentur, per mendacium repugnantes ueritati in pœna tribulari, ut qui per fucum glorioſi uisi sunt, per uerum despecti & humiliati nimis adpareant. Tunc enim iusti se credidisse gaudebunt, cum perfidos uiderint cruciari, & nec pœnitebit perfidos non credidisse, nisi uiderint gloriã eorũ et suam pœnam, quos quia crediderunt stultos & contemptibiles arbitrati sunt. Ergo ex eo quòd profitetur se quis Christianum esse, id studere debet ne peccet, & armare se contra uitia: Et quia impoßibile est semper uincere, si uictus fuit, dolere ne iterum uincatur, quia qui se dolet, uictum reparat se. Qui ergo repugnat, habet unde se excuset, si uictus fuerit: Ostendit enim se uotum habuisse uincendi sed minimè præualuisse: De hoc spes est, quia potest se reparare,

ut aſſidua meditatione in congreſſione peritior & fortior inueniatur. Nam qui ad hoc ſurgit, ut peccet, inexcuſabilis effectus pergrauem habet cauſam. Peius eſt enim ſub Dei uiuere profeſſione, & uoluntatem habere peccandi, quam ſi ignoret quis Deum & turpiter & contaminate uerſetur. Hic enim neſcit quæ timere debeat, ille ſciens contemnit. Credentes ergo accipiunt remiſſionem peccatorum, non tamen glorioſi erunt, niſi poſt acceptam fidem uixerint ſub Dei nominis timore, ut colluctari contra hoſtes Chriſtiani nominis victoriam faciant, ut poſſint præmium mereri dum plus uincunt quàm uincuntur. Nam qui intelligit Deum & non accedit ad fidem eius ne uiuat Chriſtianus, ſed in fine uult fidē accipe, ut moriatur Chriſtianus, aut erubeſcit Chriſtianus uiuere, aut peccatis operam dat, quæ arbitratur poſſe ſibi remitti cum crediderit, iſtum puto non bonam cauſam habere, quia ut quamdiu in ſæculo eſt peccet, non uult fieri, nec uiuere Chriſtianus, aut confunditur fieri Chriſtianus: Qualem ſperat deum, cui cum militare erubeſcit, uult ab eo ſtipendium accipere? Huiuſmodi irriſor eſt. Sciens enim ſe iam non tempus habere ut peccet, morte imminēte tunc uult fieri Chriſtianus, ut quia iam non poteſt peccare, credere ſe dicit in
Gal. 6 Chriſtum: Quaſi qui execrator peccati eſt, non ut iam ſe nolit peccare, ſed ut non poſſit præueniente morte. Iſtis debet legi, quia Deus non irridetur. Nam & ſolent huiuſmodi talia dare mandata, ut iam defectis & alienis tantū anhelantibus detur fides, timentes ne euadant & confundantur, quia facti ſunt Chriſtiani. Quibus recitanda ſunt
Marci 8. Euangelij uerba: Qui, inquit dominus, erubuerit me confiteri in hac generatione, & filius hominis confundet eum cum uenerit in regno patris ſui. Sed fortè dicant, ſcientes fragile eſſe genus humanum, idcirco in fine uitæ uolumus fidem accipere, ne iam peccemus. Sed fides ſic accipi debet, ut ſciatur quid accipitur. Tunc enim beneficium eius ha-
Roman. 10 bebit ſi cognoſcat, & ſi profiteatur eam. Corde enim creditur ad iuſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem. Ac per hoc quia iam neſcit ubi ſit, quomodo poteſt dici accipere? Ille enim accipit qui profitetur ſe accepiſſe, ſciens quia accepit. Si enim credunt, quia datur credentibus remiſſio peccatorum, ſcire debent, quia hic credit qui corde ſuo teſte credit. Quia Deus qui promiſit cordis inſpector eſt, ipſum enim ſuſcipit quem corde uidet credere. Itaq; cuius cor uerba fidei non aduertit, quomodo beneficium eius habebit? Ergo hic poteſt uideri temere Chriſtianus accepta fide, quid id agere cernitur, ne facile peccet. Nam qui peccare feſtinat, idcirco non uult accipere fidem, ne cogatur bene uiuere quod uidetur nolle, ſed in morte uult conſequi impunitatem ſperans, & remiſſionem præteritorum malorum, ut & de præteritis ſecurus ſit et de futuro, quia iam utiq; non poterit peccare moriturus. Sed hoc non bono ſit conſilio neq; munda conſcientia, ut tunc uelit accipere fidem, cum iam non poſſit etiam ſi uelit peccare. His
Roman. 3. conuenit dictū illud: Faciamus mala ut ueniant bona, hoc eſt, modo peccemus, & in nouiſſimo credamus & remitte-

tur nobis. Ideo ſubiecit: Quorum damnatio iuſta eſt. Nō eſt enim dignum ut his detur remiſſio peccatorum, qui ſcientes Deum quod nolit quemquam peccare, & odio habeat peccatores, peccare geſtiunt, nolentes aduertere donum Dei his proficere qui ignorantes Deum ſic peccant, ut neſciant iudicaturum Deum. Qui autem audiuit et tractauit apud ſe, & uotum habet peccandi, non ut uincatur aliqua cogente cauſa, ſed uelit peccare, durum eſt ignoſci ei. Nam duæ cauſæ ſunt quæ habent peccatorum remiſſam. Vna doni, alia pœnitentiæ, ut qui poſt donum peccauerit per pœnitentiam reformetur. Qui enim in accepta gratia non permanſit, ut in libertate duraret, ſed iterum ſe ſubiecit peccato, lamentatione & gemitu impetrat oblitterari peccatum, ſciens enim prudensq; peccauit, non quod aliquis ignoret peccatum, ſed qui neſcit Deum iudicaturū, impune putat futurum quod peccat. Ac per hoc gentilis ſi cœperit infirmari, & in ipſa uitæ deſperatione tractet apud ſe de fide & ſpe promiſſa, integram habet cauſam, ut huic credenti remittantur peccata, nec teneatur in inferis, ſignum ferens ſecum euictæ mortis ac ſpoliatæ, licet non habeat dignitatem uel remunerationem. Quia debet aliquid intereſſe inter eum, qui prouocatus amore ſui domini contra hoſtes eius dimicare non timuit, armans ſe continentia et obſeruatione omnium uitiorum, ut poſſit reſiſtere malo, ſemper ſollicitus, quomodo imperium domini ſui defendat, & inter eum qui cum inimicis Domini ſui conueniens, & eis aſſiſtens in fine uitæ ad dominum ſuum regreſſus eſt, non ut regnum Domini ſui uindicaret, ſed ut ipſi ſoli prodeſſet eſſe ciuis antequam miles. Ille enim qui uiuere uult Chriſtianus, ut poſt mortē remuneretur, ſcit Roma. 8.
quia non ſunt condignæ paſſiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Ac per hoc ſuſceptā armatura fidei non dubitat congredi contra principes & poteſtates, ut in ſæculo exiſtens uictor poſt ſæculū coronetur. Dignum eſt enim, ut qui inter perfidos & rebelles domini ſui regnum ad præſens teſtatur, huius rei in futuro mercedē habeat, ubi uidentes inimici Dei teſtem Chriſti propter confeſſionis ſuæ ueritatem ſublimen apparere in regno Dei, doleant confuſi falſum æſtimaſſe quod uerum eſſe declaratum eſt, nec non & hij qui tarde crediderunt, non in uita, ſed in morte confitentes deum, uidentes quanta eorum gloria eſt, qui ſub armatura Dei militātes, bella imperatoris ſui deuotè & fideliter geſſerunt, pœnitent non ſe uixiſſe, ſed mortuos eſſe Chriſtianos. Poteſt enim uideri minime idoneus mori Chriſtianus, qui uolum non habuit uiuere Chriſtianus, ſed fortè iam moriturus, idcirco uoluit dici Chriſtianus, ut quia iam tempus peccandi non erat. Ne fortè, inquit, uerum ſit quod creditur, uolo fieri Chriſtianus, nihil amittens ſi falſum eſt qd' creditur, ut quia iam in morte non eſt uoluptas peccandi, ſed peccatū fieri deſinit, temptat ſi prodeſſe poterit fides poſt mortem, cum hoc utiq; fuerat utile, ut in hac uita & peccata emendarentur ubi fuerunt admiſſa. Tunc enim aliquis eō damnaſſe ſe præterita probat, quando fidei lucem ſequēs

con-

conuersationem & uitam uidetur mutare. Si enim prius ideo peccabat, quia nesciebat deum, cum cognoscit eum, ultra non debet peccare ne frustra sit cognouisse illum. Debet enim aliquis perfectus esse ex cognitione dei. Christianus enim ante professionem debet intelligere operibus magis se probandum quam nomine. Nam propterea mãdata data sunt cæteris legibus potiora, & ad sanctitatem pertinentia: ut ex his dei cultura appareat, si quo minus Luce.6 audient: Quid me uocatis domine, domine, & non facitis quæ dico? Per quod tunc significauit prodesse cognouisse deum, si mandata eius seruetur. Irrisor enim uidetur, qui dominum uocat eum cuius præcepta contemnit. Huic uerba legis recitanda sunt, quæ dicunt: Deus non irridetur. Gala.6 Itaq; uerbis suis condemnabitur, quia dominum uocat, quem nunime se timere operibus suis ostendit.

De peccato Adam & Euæ, & de eorũ conditione seu creatione & donis gratuitis. Quæst. CXXVII.

NVlli dubium arbitror, mundum istum hominis caussa esse fabricatum. Qui cum diuersis constet substantijs, unus est tamen multis membris aptatus, ut ex his inuicem mutuis operibus, quæ necessaria homini futura erant gignerentur. Domus enim facta est homini cum annona, ita ut singula eorum secundum genus fierent super terram id est ut facta hinc haberent infinitam potentiam in propagine uniuscuiusq; generis eorum quæ crearentur in terris. Origenes enim institutæ sunt, quarum semen proficeret ad procreationem multiplicandorum gene- Gene.1 rum super terram. Vnde scriptura testatur: Et benedixit illa deus dicens: Crescite, & multiplicamini super terram. Simili modo etiam hominum genus benedictum est: Quem sensum contuemur in lege: Cernimus enim scriptum esse: Creuit populus, & multiplicatus est in Aegypto. Qua benedictione enim benedicta sunt, quæ ad utilitatem creata sunt hominis, ea benedictione & homo est benedictus, ut similiter ex mare & fœmina propago generis humani crescceret & multipltcaretur super terram, & sicut per culturam meliorandæ erant semina, ita & hominum genus adhibita cura illud studeret, ut creatoris cognitione percepta uitam suam frenaret ad promerendum eum, ut simul omnia proficerent ad laudem & gloriam creatoris. Et quoniam non aliud hæc dicta significant, res ipsæ testantur: Omnia enim quæ facta sunt, dei nutu multiplicata & meliorata sunt super terrã. Nec enim aliter posset accidere, quam dei uoluntas & benedictio decreuit seminibus. Quomodo ergo dici potest male fieri, aut non licere quod ex dei benedictione & ipso fauente augmentum facit? Cuius rei traditio etiam in synagoga mansit, & nunc in ecclesia cœlebratur, ut dei creatura sub dei benedictione iungatur: Non utiq; per præsumptionem, qa ab auctore ipso data est forma. Sed si cessare debere putatur, tunc cessare debebit, quando cessatura & illa sunt quæ similiter benedicta sunt ut multiplicarentur, quia si generatio hominum cessat ad quam utilitatem nascuntur quæ benedicta sunt super terram? Non potest enim mundus ex parte agere, & ex parte cessare. Aut totus enim operatur, aut totus pausat in ocio. Nunquid utile corpus est, cuius quædam membra uigent, quædam torpescunt? Quod ergo à domino benedictum est, cur sordidum & contaminatum opus à quibusdam asseritur, nisi quia ipsi deo manus quodãmmodo infertur? Non enim hoc reprehenderent, nisi de deo huius operis auctore male sentirẽt. Quia enim aperte deo detrahere uerentur, per opus tamen ab eo muẽtum accusant eum. Quando enim displicet opus, reprehenditur auctor. Si huiusmodi homines legerent, aut potius acciperent scripturas, memores essent Balaam dicentis: Quid maledicam quem benedixit deus? Numer.23 Frustra enim accusatur, qui à iudice laudatur, imo ipse sui accusator est, qui reum dicit quem leges defendunt. Quis ergo tu es qui damnari censes quod à deo benedictum legis, nisi quia aut deum hunc negas esse, aut scripturam falsam accusas? Sunt enim qui quasi noua accipientes, uetera repudianda putant: Sed non discrepant ab his noua, quæ per Christum Iesum præcepta sunt & populis intimata. Ipse enim rogatus ad nuptias ire non de- Iohan.2 dignatus est, & non solum præsentia sui illustrauit eas, uerumetiam contulit quod deerat ad lætitiam. Scriptum Psalm.103. est enim, quia uinum lætificat cor hominis. Et ut hoc se- Eccles.40 cundum dei patris sui uoluntatem fœcisse se demonstraret, Iudæis interrogantibus an liceret homini dimittere uxorem suam, respondit inter cætera dicens: Quoniam ab initio fœcit deus masculum & fœminam, & dixit: Matth.19 Propter hoc relinquet homo patrem & matrem & ad Gene.2 hærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una: Itaq; iam non sunt duo, sed una caro. Quod ergo deus coniunxit, homo nõ separet. Hinc est, unde rogatus ad nuptias iret libenter, ne factum dei patris sui infirmare uideretur. Magis autem legis ueteris & nouæ doctrinam concordare ostendens, nuptias non solum nõ prohibuit, sed & interesse dignatus est, testimonium eis tribuens, quoniam deus auctor earum est, & quod à deo iunctum est, neq; prohiberi, neq; separari debere salutari præcepto monstrauit. Et quia natiuitas prodest, cum iam relinqueret mundum matrem suam Iohanni discipulo suo commendauit. Ioh.19 Quamobrẽ & nos per omnia legis ueteris & nouæ mãdata seruantes, parentes honorare docemur, quod nisi fœcerimus, maledictum nos incursuros cautũ est lege. Itaq; quæ nam est hæc præsumptio, aut ex qua lege descendit, nuptiarum aditus intercludere, quando tam noua quam uetus lex per omnia istis fauere uideatur? Sed illud est qd' legimus, quia quod extra est, à malo est. Vnde Apostolus 1. Timot.4 huiusmodi homines cauteriatã dicit habere conscientiam, qui prohibentes nubere, & à cibis quos deus ad percipiendum creauit abstinendum docent. Hoc enim in Hypocrisi inimicitiarum causa facere denotantur, ut legem á deo traditam criminẽtur. Alij ideo studentes præceptis salutaribus obiuas manus tendunt, ut praue doctrinæ mã-

data cõmendent: Ac per hoc cauteriatam habere dicuntur
conſcientiam: Corrupta enim mente aliud ſcientes, aliud
profitentur: Sicut et Iudæi, qui non ignorantes geſta ſal-
uatoris opera eſſe ſpiritu ſancti, inuidentes dicebant, quia
Matth. 12 in Beelzebub eijcit dæmonia, ut populũ à fide eius auer
terent. Talis eſt etiam ſupra memoratorum uerſutia, quia
ut ſanctitatis & caſtimoniæ amatores eſſe ſe ſimulent,
nuptias eſſe dicunt damnandas, ut per hoc cõmẽdentur,
& populũ à ueritate auertant, & ut abſtinẽtiæ ſe ſtudere
fingant, temperandum à cibis tradũt, ut per hoc ſe alie-
nos à mundo ad cœleſtia regna feſtinare oſtendant, per
quod mentes hominum illicientes, deinceps illicita doceãt
licere, & licita quaſi inconceſſa damnare. Hæc ſunt præ-
ſtigia ſathanæ, ut cauſſas inuertat, quaſi nouum inſinuãs
aliquid, excludat ueritatem, in qua nihil nouum eſt, quia
totum æternum. Quis non aduertat ſenſum iſtum ab ad-
uerſarijs eſſe aptatum? Quis enim audeat dei inuentum
reprobare, & quod nunq̃ alicui obſuit, niſi aduerſario ue
ritatis? Qui ut impuritatem ſuam tegat, ſanctimoniam
prædicat, quam non amat, ut dum ex eo ſe quaſi bonæ uo
luntatis oſtenderet, illicita ſuadeat quaſi licita. Commen-
dat enim ſe ut promptus fallat, ac per hoc captis impru-
dentibus ſuggerat, per quæ plus eos faciat peccatores, qa
ut cauſſæ ſuæ aliquam conferat medicinã, granditer ſua-
det homines peccare, magnum ex eo quærens ſolacium,
dum criminis ſui ſocios multos oſtendit leuem pœnam eſ-
ſe exiſtimãs, ac ſi minus grauis ſit, ſi ſecum multos uideat
in gehẽna. Cæci hoïes, dũ uincũtur uitijs, aut p infirmita-
tẽ aut p ignorantiã ſeſe defendũt, nõ uindicando hæc quæ
cõtraria decipit cõſcientia. Aut quæ obſtat caligo ut non
quod uerum eſt uideatur? Nam ſolent literæ aliud uideri
ſignificare, dum aut non bene prænunciantur, aut impro
prie diſtinguntur. Cum autem legitur: Fœcit deus, & be
nedixit qd' fœcit, quis hinc diſputet? Quis dubitet? Quis
quod benedictum eſt, maledictum putet, niſi alio ſpiritu
animetur? Quod quidem ſi hominis uox eſſe diceretur,
forte aliqua fallacia crederetur. Deus dicitur loq, & dubi
tas, deus benedixit, & reprobas? Sed forte ſub dei nomi-
ne Moyſes errorem induxit. Satis tibi faciant ſigna &
prodigia per Moyſen facta in Aegypto, ſuadeant tibi mi-
Exo. 14 rabilia quæ in rubro mari geſta ſunt ad liberationem fi-
liorum Iſraël. Audi magos confitentes, quia digitus dei ẽ
hic. Conſenti Apoſtolo dicenti: Nolo uos ignorare fra-
Exo. 8 tres quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, &
omnes per mare tranſierunt, & omnes per Moyſen ba-
1. Corin. 10 ptizati ſunt in nube & in mari, & omnes eandẽ eſcam
ſpiritalem manducauerunt, & omnes eundem potum ſpi
ritalem biberunt? Bibebant autem de potu ſpiritali conſe
quente eos Petra: Petra autẽ erat Chriſtus. Et unde hoc
Apoſtolus locutus eſt? Præſto ẽ ſcriptura in qua legimus
Chriſtum dominum noſtrum dicentẽ Iudæis: Si credere-
tis Moyſi, crederetis forſitan & mihi, qa de me ſcripſit
Ioh. 5 Moyſes. Quis huic cõcordiæ fidẽ deneget? Quis audeat
dicere qd' unum eſt diſcrepare? Quis tã malæ mentis eſt,
ut indiuiduã charitatẽ cõtendat uideri inimicitiam? Ecce
habes & uerborum teſtimonia, & exẽpla uirtutum quæ
animum tuum ſubiugent ueritati, ut nõ aliud putes uerũ
quam q̃ eccleſiæ catholicæ cõtinent libri. Quoniã igitur
p̃batum eſt eundẽ deum fuiſſe in ueteri teſtamento q̃ nũc
noſter eſt, & hunc multis uirtutum indicijs uerum eſſe,
intãtum eius auctoritas debet præferri, ut etiã id qd' à ſpi
ritu (& ſi forte abſurdum à nobis æſtimatur) acceptum ẽ
ferri debeat, & aliter ſentiri quam à nobis putatur, ſi dei
iudicio cõmendetur, qa magis deo credere debemus quã
nobis. Infirmitas enim noſtra & impiũa, utilia ſolet iu-
dicare quæ nociua ſunt, & æſtimare falſa p̃ueris, qd' de
deo uel ſuſpicari nefas eſt. Nõ eſt enim natura quæ poſſit
falli, quanto magis de cõiugijs dubitari nõ debet, deo dicẽ-
te: Quod deus cõiunxit, homo nõ ſeparet. Eſt enim res Matth. 19
apta & ſimplex. Certe omnis homo gaudet cũ fuerit dei
dignationẽ adeptus, & meliorari ſe credit dum ſacramen
tum creatoris addiſcit, qd' utiq; non aſſequæretur, niſi na
tus: Cur ergo plãgit qd' gaudet, & qd' gloriatur ſe didi-
ciſſe, condẽnat? Si enim gaudet qa didicit, non aũt didiciſ
ſet niſi natus fuiſſet, ſine dubio bonum ẽ naſci, qa fructus
natiuitatis cognitio eſt ueritatis. Si autem malum ẽ naſci,
non erat bona cognitio: Cui enim rei p̃derit cognitio ſi
dãnatur natiuitas? Quia ſi non expedit, nec naſci debet
(ut dicit) inane ẽ ut diſcat dãnandus. Sed qa nemo tam he
bes eſt ut neget cognitionẽ dei p̃eſſe hominibus, & bo-
na & utilis eſt: Per ipſam enim melioratur natiuitas, ut
meliorata natiuitas plus mereatur quam fuerat collatum
Adæ, qa in cœlo, non in terra regnabunt credẽtes, in Pa-
radiſo dei patris, nõ in quo Adã coporaliter iuſſus fuerat
opari. Nã ſi encœnia celebrant Hieroſolymis id eſt dedi
cationis templi dei agebatur feſtiuitas, quãto magis ipſi-
us hominis celebrãdus natalis eſt, q magis templum dei
eſt, cuius etiã ad agendum deo gratias manibus, templum
eſt fabricatum. Melius eſt enim tẽplum corpus noſtrum,
qa hoc dei ope, illud uero humano labore cõſtructum eſt,
& hoc ſub ſpe æternitatis eſt, illud p̃ditiõis. Itaq; q deo in
ſtituẽte natum ſe nouit ut ei gratias agat, cognitum habẽs
myſteriũ eius, debet in natali ſuo gaudere, uidẽs p̃fectum
eſſe natiuitatis ſuæ. Vere aũt illi naſci nõ debuerũt, q cre
atorẽ ſuum relinquẽtes gloriã eius alijs deputant, horum
enim natiuitas p̃ficit ad pœnam, ſed non natiuitas crimẽ
incurrit, ſed uoluntas. Sed quis es tu q̃ nuptias p̃hibes?
Forte Marcion, qa corpus non à deo fabricatum putas,
ſed à diabolo, aĩam uero errore quodã lapſum paſſam ut
ad tenebrarum partes, in q̃bus nunc mundus eſt, ueniret
contẽdis. Quomodo ergo poſſet hinc liberari ſi p̃hibetur
generari? Natus enim cognouiſti caſum tuũ, & data opa
id egiſti ut remeares ad patriam ſedẽ, redditus ſorti tuæ.
Deniq; gratias agere te dicis Chriſto, p̃ quẽ hãc cognitio
nẽ aſſecutum te gratularis. Age uero: Si natus non eſſes
ceſſaret cognitio, nec p̃ſequæretur liberatio. Itaq; ſi gau-
des animam liberari, faue natiuitati: Nã ſi natiuitati reſi
ſtis, inimicus es aĩarum. Aut ſi Manicheus es, q̃ nuptias

quaſi

quasi contrarias renuis, quæro à te, quia si corpora minime gignerentur, quomodo dia hinc quam fusam in tenebrarum partem & herentem hylicis rebus asseris, eriperetur? Nascendo enim liberari eam in libris uestris scriptum habetis, ut à luna susceptæ animæ exeuntes de corporibus soli tradantur, quem deum animarũ uestrarũ asseritis. Nam gaudetis cum Manichei uocamini: Per hoc enim nomen liberationem animarũ uestrarum flagitatis, quod utiq; nescìretis, nisi nati essetis. Longe itaq; apparet per Hypocrisim uos nuptias condemnare: Sanctimoniam enim profitentes, latenter ĩmunditiæ studetis, quod non solum priuatum, sed etiam edictis proditum est imperatorum. Audi nunc chatolice & ex Euangelio disce prodesse hominis natiuitatem. Cum Simeon enim uir iustus uellet exire de sæculo, sufficere sibi putans creatoris siue mysterij eius cognitione noticiam, non permissum est ei nisi crementum faceret in dei perceptione, ut plenam haberet fidei suæ mercedem. Deniq; natum saluatorem accipiens in manibus benedixit deum & dixit: Domine, nunc dimitte seruum tuum secundum uerbum tuum in pace: Quia uiderũt oculi mei salutare tuum: Manifeste ostensum est dei beneficium esse in hominis natiuitate, quando uiro iusto de morte cogitanti responsum est, q; non ante moreretur quam Christum domini uidisset, in tantum enim proficiebat in uita ut dignus fieret etiam in præsenti uidere quem liberatorem sperabat post mortem. Qui ergo reseruatus in uita non permissus est mori, nisi spei suæ fructum uidisset, ut securus esset, quia de uita ad uitam transiret, quomodo potest dici non huic profuisse natiuitas? Si enim malum est q; nascimur, non Paradisus promitteretur, non uita æterna, non regnum cœlorum, sed pœna & gehennæ perditio, ut timeret alterum generare qui se sciret natum ad perditionem, ut ille qui se illicite natum sciret, non affectaret generare. Sed fortè dicatur: Regnum quidem cœlorum promissum est, sed fidelibus & bene agentibus. Recte uides. Itaq; non ideo reos fieri homines, quia nati sunt, sed quia male cõuersati sunt: Neq; enim non natis promissum est regnum cœlorum, ut natiuitati imputent quibus non dabitur. Promissum est aũt natis bene agentibus, ut neq; natiuitas prosit male agenti, neq; obesse possit bene agenti. A fidelibus enim & bene agentibus melioratur uatiuitas, ab infidelibus autem & male agentibus detrioratur. Sic etenim est natiuitas, quasi arbor quæ inseritur, quia si bono surculo inseritur, melior fiet & bona dicetur, si uero malo surculo inseratur, deterior erit, & non bona, sed mala uocabitur: Ita & natiuitati si bona accedat doctrina, bonos faciet fructus, si autem mala, malos faciet fructus. Itaq; sicut necessaria est arbor ut fit ubi inseratur, ita etiam necessaria ẽ natiuitas ut sit ubi proficiatur. Sed respondetur econtra: Si utilis ẽ natiuitas, cur renascimur? Non renasceremur nisi utilis esset natiuitas: Renasci enim renouari est, & qui renouãtur, instaurantur. Non ergo accusat renascibilitas natiuitatem, sed reformat: Et quod reformatur, bene ab initio institutum probatur. Igitur q; renascimur, consilio mutamur corporis expiatione suscepta, ut reddamur ad pristinum statum Adæ, animæ autem peccato maculatum est corpus, quo reparato & meliorato per fidem consilio abluimur, ut sicut per conceptum dei fuerat pollutum, ita per obedientiam abluatur, ut effugiat sententiam datam Adæ & possit resurgere. Itaq; si ab anima cœpit peccatum, cur non à corpore accusatur, cum in caussa peccati Adæ non fuit desiderium corporale, sed spe deitatis illecta anima transgressa sit dei præceptum, ut corpus suum subiugaret peccato & nasceretur homines sub peccato? Quod quidem nihil obest homini, si tamen legi dei obediat, nisi q; moritur, cui rei beniuiolentia dei promisit mercedem, ut qui in creatoris deuotione fideles inueniantur, saluẽtur: Per præuaricationem autem, quia Adæ corruptioni subiecti sunt & morti, pro hac re suscipiant à iudice deo ultra quam fuerat concessum Adæ, ut in futuro & glorioſi sint & æternam habeant uitam, & adeptati filij dei uocẽtur, ut lucrum sit, quia nati sunt. Ex hoc iam reuertar ad reliquam partem lectionis. Cum positus esset homo in Paradiso hæc accepit mandata: Ex omni inquit ligno quod ẽ in Paradiso, ad escam edes: De ligno autem unde dinoscitur bonum & malum non edetis ex eo. Omnia ligna quæ commemorat fructus sunt ad esum creaturarum. Deniq; uno nomine ligna dicuntur, sed uaria intelliguntur in fructibus. Omnia tamen ligna sunt et edendi unum est genus, quamuis diuersa sint quæ edantur. Cum enim multa fructuum ligna creasset homini ad edendum, sicut dixi, de uno ligno edi prohibuit, ut reuerentiam creatoris ex aliqua parte haberent, qui omnia in potestate acceperant, dum una reseruata est arbor, cuius licentiam non haberent, ut memores essent conditionis legis. Quomodo autem ex sententia peccati genus intelligebatur? Et homicidæ enim & malefico & adultero & infami congruit hæc sentẽtia. Achar quoq; filius Charmi cum peccasset, consumi cum omnibus suis adiudicatus est: Quomodo ergo potest hæc sententia peccati genus intelligi? Grande delictum fuisse potest cognosci, non tamen genus delicti intelligi. Scimus enim alios hac damnatos sentẽtia cũ sciãtur aliter deliquisse. Et Amorræi & Sodomitæ cũ oĩbus suis pisse noscuntur. Ita enim fit, ut & uni us peccati rei diuersa feriãtur sentẽtia, & diuersi criminis peccatores uno atq; eodẽ genere puniãtur. Quãobrẽ Adæ & Euæ nõ ex data sentẽtia peccati genus potest intelligi. Quãuis enim unũ eorum peccatum sit, sed secũdũ personam suam uir & mulier sentẽtiam acceperet, necnon & serpens, ut non solum in eo q; facti sunt non manerẽt, uerumetiam adderetur eis labor ad pœnam. Cum enim omnia pecora & animantia homini fuissent, sicut legimus subiecta, serpẽs contra hanc constitutionem erexit se, & dolo & fallacia circumuentum hominem sibi subiecit. Sine dubio enim qui aliquem capit intra se uim facit. Propter quod serpens ne astutiæ suæ effectum haberet, sententia dei reuocatur & reprimitur ultrà quam

Lucæ. 2

Genesi. 3

Iosu. 7

Gene. 38

fu erat fictus,ne supra hominem esset,ut calliditate sua nõ solum ad nihil se profeciisse doleat,sed & deterioraſſe. Cum enim prudentior legatur fuisse cæteris bestijs,postq̃ dœcepit hoiem,maledictus factus est ab oĩbus bestijs terræ. Post sentẽtiã datã in hoiem,datã in fœminã,datã in serpentem,sequitur ut & mulier quam sibi sociauerat ad contemnendam dei legem,excipiat sententiam. Ait enim: Replens replebo ærumnas tuas & gemitum tuum,in tristicia paries filios, & ad uirum tuum conuersio tua,& ipse tui dominabitur. Nemo quod reprehendit,ipse confirmat. Si ideo concessi sunt filij,quia usurpauerat coitũ, ergo plus usurpatio præstitit. Sed quia dixit: In tristicia paries filios,inde putas generationem sumpsisse principium,ubi erat quod dictum est: Crescite & multiplicamini? Intellige ergo hoc ad pœnam tantum additum,ut cum per lætitiam fuerat ante concessum,tristicia subderetur ad pœnam,& ut durior & multiplicata pœna mulierem semper urgeret,additur conuersio ad uirum,ut esset unde ei dolor iterum innouaretur. Si coitum dominus damnabat,cur in subiectis addebat: Et ad uirum conuersio tua? Nemo quod damnat,hoc pro pœna constituit,cum utiq; pœna sit damnatio contraria,nec unq̃ ex uno,sed econtra proueniant: Quod si in uno essent, damnationem nemo metueret? Denuq; aliquis in hoc addisceret,ex quo in lege commissum uideret esse, hoc est confirmasse,non punisse peccatum,sed ideo conuersio fœminæ ad uirum & ex eo q; colit,& non quod uerum est conuersio simpliciter ante concessa cum ultima seruitute, propter pœnam eidem credatur imposita,quoniam per mulierem concessam subiectus factus fuerat uir. Et sine dubio superior uidebatur,cuius consilio usus putauit prodesse quod suasit, ut factum dei subtilitate serpentis destrui uideretur,instauratur per sentẽtiam dei institutam,ut reuertatur mulier ad conditionis subiectionem humiliata uiro,sicut fuerat constitutum & additum ei quod additur ad pœnam, cum audit: Replens replebo mœrores tuos & gemitũ tuum: In tristicia paries filios,& ad uirum tuum conuersio tua,& ipse tui dominabitur. Nunquid fuerat aliter decretum quam ut mulier dominio uiri esset subiecta? Hinc ergo apparet mulierem reuocatam esse ad id quod fuerat cum additamento: Vnde ait: Replens replebo mœrores tuos & gemitum tuum. Quod replet in eo quod minus est, addit,non in eo quod non est uidetur operari. Hac ergo sententia quæ ante præcesserat: Crescite & multiplicamini,non incipit ad creandum, sed ad creaturæ quæ fuerat concessa perniciem. Mulieri ad pariendum filios dolor additur,difficultas imponitur,non procreationis noua fõrma componitur: Nam si ex hoc recte generatio speratur,magis intelligi potest arbitrio serpentis generationem extitisse,quam domini: Et est uerum ut ait ille: Progenies uiperarum. Si quis autem se existimat ita natum, quid mœreatur,aduertat,ut propter peccatũ amplificaretur ei dolor partu, ut quæ modicum doloris habitura erat,filiorum crescet ei causſa delicti,quia & cum gemitu & mœrore pariuntur,nati autem sine tristicia non habentur. Nunc tertio promitur in uirum sententia talis: Quoniam audisti inquit uocem mulieris tuæ,& edisti de ligno de quo præceperam tibi ne ederes ex eo,maledicta terra in operibus tuis,& in mœroribus tuis edes ex ea omnibus diebus uitæ tuæ: Spinas & tribulos germinabit tibi. Et hinc idem Adam ad hoc reuocatur ad quod fuerat factus,sed cũ decremento. Ante enim positus erat, ut operaretur terram simpliciter,ut sequeretur eum laboris effectus: At ubi autem spreuit præceptum dei,melius sibi procurari credens consilio serpentis quam fecerat deus,ad institutum pristinum reuocatur cum laboris dispendio,ut terra ei secundum laborem minime responderet,maledicta non sibi,sed operibus eius,ut ostenderetur propositum dei subuerti non posse,neq; melius posse quemq̃ prouidere quam deum. Nemo enim potest alterius opus plus diligere quam ipse qui fecit, dicente Apostolo: Quia nemo inquit carnem suam odio habet, sed nutrit & fouet eam,sicut & Christus ecclesiam. Videamus nunc sequẽtia legis,an concordant cum initijs eius. Abraham cũ placuisset deo,inter cætera quæ ad remunerationem fidei eius pertinẽt,cum senior esset,unum filium genere dignus est iudicatus. Quomodo ergo accusari potest,quod pro merito concessum uidetur,ut qui ipsius dei uoluntatem fecerat,deus uoluntatem eius impleret,quæ minime fuisset impleta,nisi innoxia esset,nec deus impleret quod male uel imperite posci uidebat,maxime ab eo q̃ sibi placeret,hoc enim nec homini conuenit? Et Anna cũ sterilis esset & deum diligeret, petijt ut haberet filium, & accepit,quod si contrarium esset moueri potuit ab eo quem diligebat,ne rem postularet aduersam: Et natus ex ea sanctissimus Samuël filios genuit, non tamen iusticiæ suæ merita minuit. Prima enim ætate sua semper auctus est,ut in senectute propensiori dei testimonio commendaretur. Et Zacharias sacerdos uir iustus, in senectute sua dei nutu genuit filium,quo nondum nato meruit Prophetare: Qua ergo ratione accusatur,quod minime obesse probatur? Et quis neget bonum debere dici, quod neminem lædit? Et ut hoc loco aliquid de Apostolis dicatur quod ad robur pertinet causæ: Certe sanctus Iohannes castimoniæ fuit custos,condiscipulus autem eius id est sanctus Petrus uxorem habuisse cognoscitur,& primatum ut acciperet inter Apostolos,non ei obstitit generatio filiorum. Quomodo ergo condemnandum putatur quod non impedit meritum? Hinc Apostolus eum qui uxorem habeat,si in cæteris seruet mandata,sacerdotem fieri posse ac debere ostendit. Quod si illicitum esset,non poterat utiq; peccatorem dicere debere fieri sacerdotem. Et quid tam apertum? Eiusdem enim Apostoli uox est dicentis: De uirginibus autem imperium domini non habeo. Cum enim Corinthij exagitarentur ab hæreticis,qui in Hypocrisi nuptias damnandas docebant,consuluerunt Apostolum literis,an liceret nubere,an uxorem remittere. Tunc præcepit Apostolus,non debere uxorem à uiro recedere, cum habuerit

Gene.1

Matth.5

Ephes.5.

Gene.18

1.Reg.1

Luce.1

1.Corint.7

habuerit occasionem discedendi. Si scisset sic docendo non licere nubere, quomodo quod sibi non sit traditũ docere se non posse ostendit? Quis audet discipulorum docere, quod à magistro traditũ non est? Vel quis nõ audiat prædicantem: Volo adolescentulas nubere, filias procreare? 1. Timot. 5 Sed forte dicatur: Si licet, & bonum est nubere, cur sacerdotibus non licet uxores habere, id est ut ordinatis iam non liceat conuenire: Quis nesciat, unumquodq; suam legem habere? Est enim quod omnino generaliter omnibus non liceat, est item quod alijs licet, & alijs non licet, & est quod aliquando licet, & aliquando non licet. Fornicari omnibus semper non licet: Negociari uero aliquando licet, aliquando non licet. Antequam enim ecclesiasticus quis sit, licet ei negociari, facto iam, non licet. Et Christiano cum uxore sua conuenire aliquando licet, aliquando uero non licet. Propter dies enim processionis aliquando non licet conuenire: quia etiam à licitis abstinendum est, 1. Corin. 7 ut facilius impetrari possit quod postulatur. Vnde Apostolus ex consensu ait, abstinendum ad tempus, ut uacetur orationi. Nam secundum legem in ieiunio cædi & iurgari non licet, postea licet, quia maior reuerẽtia debetur dei causis. Nunquid omne quod ante cæteros licet, ante imperatorem licet? Quanto magis in dei causis. Ac per hoc antistitem eius puriorẽ cæteris esse oportet: Ipsius enim psonam habere uidetur: Est enim uicarius eius, ut quod cæteris licet, illi non liceat, quia necesse habet quotidie Christi uicẽ agere, aut orare pro populo, aut offerre, aut tingere. Et non solum huic concubitus non licet, uerum etiam ministro eius, quia ipse mundior debet esse, quia sancta sunt quæ ministrat. Nam sicut ad comparationẽ lucernæ, tenebræ non tantum obscuræ, sed etiam sordidæ sunt, ad comparationem autem stellarum lucerna caligo est, ad solis uero comparationem stellæ nebulosæ sunt, ad dei autem claritatem sol nox est: Ita & quæ ad nos licita & munda sunt ad dei autem dignitatem quasi illicita & immunda sunt: Quamquam enim bona sunt, dei tamen personæ non competunt. Nunquid non tunica mediocris hominis quamuis munda, imperatori tamen sordida & illicita est? Similiter & Saxonicia senatori: Ac p hoc antistites dei puriores esse debẽt quam cæteri, quia & Christi habẽt psonam, & ministros dei mundiores esse oportet. Nemo enim imperatori ministrat, nisi uestimentis claris & mundis indutus: Deus autem quia natura clarissimus est, ministros eius natura magis quam uestibus mundos esse oportet: Cui laus & gloria in secula seculorũ: Amen.

DIVI AVRELII AVGVstini hipponensis episcopi liber quæstionum Euangeliorũ secundum Matthæum incipit.

Quid sit, quod dictum est, occisos infantes a bimatu & infra. quæstio. I.

QVOD DICTVM EST, OCcisos infantes à bimatu & infra significatum est, humiles habentes geminam charitatẽ tamq; paruulos bimos posse mori pro Christo. Matth. 2

Quid sit, quod dico vobis in tenebris. quæstio II.

QVod dico uobis in tenebris, id ẽ, cum adhuc in timore carnali estis, quia in tenebris ẽ timor, dicite in lumine, hoc est in fiducia ueritatis, accepto spiritu sancto. Et quod in aure auditis, prædicate super tecta id est quod in secreto auditis, calcato carnis domicilio prædicatẽ. Matth. 10

De eo quod ait: Non veni pacẽ mittere in terram, quæsti. III.

NOlite arbitrari quia uenerim pacem mittere in terram: Non ueni pacem mittere, sed gladium: Veni enim separare hominem aduersus patrem suum. Quia renunciat quis diabolo qui fuit pater eius. Et filiã aduersus matrem suam: Plebem dei aduersus mundanam ciuitatem, hoc est aduersus perniciosam generis humani societatem, quam nunc Babylonia, nunc Aegypto, nunc Sodoma, nunc alijs atq; alijs nominibus scriptura significat. Nurum aduersus socrum, ecclesiam aduersus synagogam, quæ secundum carnem Christum peperit sponsum ecclesiæ. Diuiduntur autem gladio spiritus, quod est uerbum dei & inimici hominis domestici eius, cũ quibus antea consuetudine implicatus erat. Matth. 10

Quid significet leprosus ille mundatus, quæst. IIII.

QVod autem descendens de monte postcaq; præcepta illic discipulis & multitudini dedit, leprosum statim extendens manum suam curat, significat eos qui de illis implendis dubitant suo auxilio ab huiusmodi uarietate mundari. Matth. 8

De eo quod ait, Vulpes foueas habent. Quæst. V.

QVod dominus dixit scribæ qui eum sequi uoluit: Vulpes foueas habent & uolucres cœli tabernacula, filius autem hominis non habet ubi caput suum reclinet: Intelligitur miraculo domini commotus propter inanem iactantiam eum sequi uoluisse, quam significant aues. Finxisse autem discipuli obsequiũ: Quæ Matth. 8

fictio uulpium nomine significata est. Reclinatione uero capitis humilitatem suam significauit, quæ in illo simulatore ac superbo non habebat locum.

De eo quod ait, Dimitte mortuos sepelire mortuos suos, quæst. VI.

Matth. 8 Dimitte mortuos sepelire mortuos suos. Mortuos hic non credentes dixit: Mortuos autem suos, qui nihilominus sine fide de corpore exierunt.

Cur præceperit excuti puluerem de pedibus discipulorum, quæst. VII.

Matth. 10 Excutite puluerē de pedibus uestris: Aut ad cōtestatiōnē laboris terreni quē p illis inaniter suscepissent, aut ut ostenderēt usq; adeo se ab ipsis nihil terrenum quærere, ut etiam puluerem de terra eorum sibi non paterentur adhærere.

De astutia serpentis, quæst. VIII.

Ibidem, Estote ergo prudentes sicut serpentes: Ad cauendum malum in capite custodiendo quod est Christus: Nam serpens totum corpus pro capite obijcit persequenti. Vel q; per angustias se coartans ueteri tunica exutus innouetur. Quod imitantur quibus dictum est: Intrate per
Matth. 7 angustam portam, cum uetere homine exuuntur. Nam si cauendum malum ita moneret, ut uiolenter resistendum
Matth. 10 esset malis, non supra dixisset: Mitto uos sicut oues in medio luporum. Simplices autem sicut columbas esse uoluit, ad nulli nocendum: Nam hoc genus auis nullum omnino animalium necat, non solum grandium contra quæ uires non habet, sed etiam minutißimorum, cum quibus etiam perparui passeres aluntur. Est autem omnibus irrationalibus animantibus una quædam inter se societas, sicut etiam rationalibus sua, id est hominibus, non solum secum, sed etiam cum angelis. Discunt ergo ex similitudine colūbarum nulli prorsus nocere ad societatem suam pertinenti participatione rationis.

De confessione laudis quam dominus cōfessus est ad patrem, quæst. IX.

Confiteor tibi pater cœli & terræ. Notandum cōfessionem poni in laudem dei. Non enim peccata
Luc. 10 dominus confitebatur, quæ nulla habebat, præsertim quia eum exultantem hoc dixisse alius Euangelista commemorat, quamq; & uerba ipsa quæ dicit non habeant dubitationem, q; in laudem dei dicantur. Ergo confessionem uocat scriptura generaliter quicquid manifeste sicut cerni-
Matth. 10 tur enunciatur. Nam & illud quod ait: Si quis me confes-
Luc. 12 sus fuerit coram hominibus, confitebor & ego eum corā patre meo, uel sicut alibi est, coram angelis dei. Non utiq; peccata cōfitetur qui Christum confitetur. Quod si propterea putant aliqui confessionem uocari, quia pro crimine obijciebatur Christi nomen tempore persecutionis, nūquid ita etiam Christus coram patre uel corā angelis eius hominem qui se confessus fuerit confitetur? Est etiam in ecclesiastico ita positum: Et hæc dicetis in confessione, opera domini uniuersa quoniā bona ualde: Quo in loco indubitanter dei laudes exaggerātur. Hæc dicta sunt propter imperitiam fratrum, qui cum legente lectore audiunt hoc uerbum, pectora statim tundunt, non attendentes quo loco dicatur, quasi non posset nisi peccatorum esse cōfessio. Eccle. 39

In euulsione spicarum exemplum regis & sacerdotis prolatum, quæst. X.

Notandū de eo q̄d illicite factū uideretur Iudæis, q; discipuli sabbato spicas euulsissent, unū exē-
Matth. 12 plum datum regiæ potestatis de Dauid, alterum sacerdotalis, de his qui per ministerium templi sabbatum uiolāt, ut multo minus adipsum euulsarum sabbato spicarum crimen pertineat, qui uerus rex & uerus sacerdos est, & ideo dominus sabbati.

Cum autem dormirent hoīes, uenit inimicus eius & superseminauit Zizania in medio tritici, & abijt. quæst XI.

Matth. 13 Cvm negligentius agerētur præpositi ecclesiæ, aut cum dormitionem mortis acciperent Apostoli, uenit diabolus & superseminauit eos quos malos filios dominus interpretatur. Sed rectē quæritur, utrum hæretici sint, an male uiuentes catholici? Possunt enim dici filij mali etiam hæretici, quia ex eodem Euangelij semine & Christi nomine procreati, prauis opinionibus ad falsa dogmata conuertuntur. Sed q; dicit eos in medio tritici seminatos, quasi uidentur illi significari qui unius communionis sunt. Verumtamē quoniam dominus agrū ipsum, non ecclesiam, sed hunc mundum interpretatus est, bene intelliguntur hæretici, quia non societate unius ecclesiæ uel unius fidei, sed societate solius nominis Christiani in hoc mundo permiscentur bonis, ut illi qui in eadem fide mali sunt, palea potius quam Zizania deputentur: Quia palea etiam fundamentum ipsum habet cum frumento, radicemq; communem. In illa plane sagena qua concludun-
Matth. 13 tur & mali & boni pisces, non absurde mali catholici intelliguntur. Aliud enim est mare, quod magis mundum istum significat, aliud sagena, quæ unius fidei uel unius ecclesiæ communionem uidetur ostendere. Inter hæreticos & malos catholicos hoc interest, q; hæretici falsa credunt, illi autem uera credentes non uiuunt ita ut credūt. Solet autem etiam quæri, sciſmatici quid ab hæreticis distent, & hoc inueniri, cum sciſmaticos non fides diuersa faciat, sed communionis dirupta societas. Sed utrum inter Zizania numerādi sint, dubitari potest. Magis aūt uidentur spicis corruptis esse similiores sicut scriptum est: Vento autem corrumpetur filius iniquus, uel paleis aristarum fractis uel sciſsis & de segete abruptis. Quo enim altiores id est, superbiores, eo fragiliores leui-

ores q;

oresq; sunt. Nec tamen consequens est, ut omnis hæreticus uel schismaticus corporaliter ab ecclesia separetur. Si enim falsa de eo credit, uel de aliqua parte doctrinæ quæ ad fidei pertinent ædificationem, ita ut nõ quærentis cunctatione temptatus sit, sed inconcusse credentis, nec omnino scientis opinione atq; errore discordãs, hæreticus, est & foris est animo. q̃uis corporaliter intus uideatur. Multos enim tales portat ecclesia, quia nõ ita defendunt falsitatem sententiæ suæ, ut intentam multitudinem faciant, quod si fœcerint, tunc pellantur. Item quicunq; inuident bonis, ita ut quærant occasiones excludendi eos aut degradãdi, uel crimina sua sic defendere parati sunt, si obiecta uel prodita fuerint, ut etiã conuenticulorũ segregationes, uel ecclesiæ turbationes cogant excitare, iã schismatici sunt, & ab unitate corde discissi, etiã si non inuentis occasionibus, aut occultis factis suis sacramento ecclesiæ corporali conuersatione socientur. Quapropter illi soli catholci mali deputantur, qui q̃uis uera credant quæ ad uerã fidei doctrinã pertinent, et si quid fortè nesciunt, quærendũ existimãt, & salua pietate discutiune sine aliquo præiudicio ipsius ueritatis, et bonos, uel quos bonos putãt amãt atq; honorãt q̃tum possunt, tñ flagitiose atq; facinorose uiuunt contra q̃ uiuendũ esse credunt. Tales enim etiam si prodantur aut accusentur pro disciplina ecclesiæ saluũsq; suæ causa correpti, uel à cõmunione suspensi. nullo modo sibi recedendũ esse à cõmunione catholicæ fidei existiment, quomodocũq; permissi fuerint satisfactionis quærentes locũ, & aliquando per pœnitentiam in frumenta mutantur, siue correpti, siue remoti, siue etiam uerbo dei nullo nominatim accusante aut increpante perteriti. Aliquando autem etiam sub nomine pœnitentiũ ita uiuunt ut solent, aut nõ multo minus, quidam etiam amplius, nullo modo tamen à catholica unitate discedunt. Quibus ita uiuentibus si mors obrepserit, paleæ deputantur usq; in finem. Hoc etiam ipsi credunt. Nam si aliter credunt & inconcusse tenent, iam inter hereticos numerandi sunt, putantes omnibus deum etiam in magna iniquitate usq; in finem uitæ perseuerantibus, tamen quia ecclesiæ unitatem non sincera dilectione, nisi ut bene uiuerent, sed magis pœnarum timore tenuerunt, ueniam daturũ. Isti ergo nõ hoc credunt, uel non firmiter opinantur, & si adhuc forsitan quærunt: Sed magis eos decipit spes dilationis, dum se diutius uicturos putant, et perditos mores aliquando in melius mutaturos. Contra quos dicitur: Ne tardes conuerti ad deum, neq; differas de die in diem: Subito enim ueniet ira eius, & in tempore uindictæ disperdet te. Illi enim conuertuntur qui recte uiuere incipiunt, hoc est enim ad deum redire. Qui autem concupiscentias suas perseueranter sequuntur, dorsum quodãmodo habent ad deum, quamuis in unitate constituti sæpe illum retorto collo conentur aspicere. Ergo & isti ut ait prophe-
Eccles. 5
ta, caro sunt & spiritus ambulans & non reuertens.
Psalm. 77. Sed tamen ut dictum est, propter eandem fidem atq; unitatem ecclesiæ, neq; inter Zizania, quoniam illa extra radicata sunt, neq; inter aristarum paleam quæ se etiam frumentis audet aspera dissensione & fragili elatione superimponere, sed quamuis subiectam frumentis, tamẽ inter paleam quæ ultima uentilatione separanda est numerantur. Boni autẽ catholici sunt, qui & fidem integram sequuntur & mores bonos. Quod autem ad fidei doctrinam pertinet, ita quærunt si quid quærendum habent, ut absit concertatio periculosa, uel quærenti, uel ei cum quo quæritur, uel eis qui differentes audiunt, Ita autem docent si quid docendum habent, ut usitata & confirmata securissime & fidentissime & lenissime ut possunt insinuent: Inusitata uero etiam si ueritatis manifestatione liquidissima perceperunt, quærendi potius quã præcipiendi aut affirmandi modo, propter audientis infirmitatem. Si auten tantum habet pondus aliquod uerum, ut uires discentis excedat, suspendendum est ut extendat crescentem, non imponendum ut obterat paruulum. Inde est enim illud domini: Sed filius hominis cum uenerit, putas inueniet fidem in terra? Aliquando autem & occultandum est, sed cum spe hortatoria, ut non faciat desperatio frigidiores, sed desiderium capatiores. Inde est illud eiusdem domini: Multa habeo uobis dicere, sed non potestis portare modo. Luce, 18. Iohan, 16.

Quod ergo ad mores pertinet, hoc bene & breuiter dicitur, aut confligendũ est cum amore temporalium bonorum, ut non uincat, aut etiam edomitus subditusq; esse debet, ut cum surgere cœperit, facile reprimatur, aut ita extinctus ut se omnino nulla ex parte commoueat. Ex quo fit ut etiam ipsam mortem propter ueritatem alij fortiter obeant, alij æquanimiter, alij libenter. Quæ tria etiam genera fructus sunt fertilis terræ triceni & exageni & centeni. In horum aliquo genere inueniendus est tempore mortis suæ, si quis de hac uita recte cogitat emigrare. Toleranda sunt autẽ non solum Zizania usq; ad messem quæ cum diabolus aspersis prauis erroribus falsisq; opinionibus superseminasset, hoc est præcedente nomine Christi hæreses superiecisset, magis ipse latuit atq; occultissimus factus est, hoc est enim & abijt, sed etiam palea usq; ad uentilationem. Nec probatur fortius grauitas frumẽtorũ, nisi paleæ à perturbationibus, quas cum premere non potuerit ueritate defensa, cesserit falsitas unitate seruata. Quamquam in hac parabola dominus sicut in eius expositione concluſit, non quædam, sed omnia scandala, & eos qui faciunt iniquitatem Zizaniorum nomine significasse intelligitur.

Cum autem creuisset herba & fructum fœcisset, tunc apparuerunt et Zizania, Quæstio. XII.

CVm enim spiritalis homo esse cœperit dijudicans omnia, tunc ei errores incipiunt apparere. serui autem dixerunt ei: Vis imus & colligimus ea? Vtrum & ipsi sint serui quos paulopost messores appellat, an quia in expositirne parabolæ
1 Corin. 2. Matthei. 13

messores dixit esse angelos, nec quisquam facile dicere ausus fuit angelos nescisse quis Zizania supersemina-
uerit, & ea tunc apparuisse angelis cum herba fructum
foecisset. Magis oportet intelligi homines ipsos fideles
seruorũ nomine hoc loco significatos, quos etiam bonum
semen dicit. Nec mirum si & bonum semen ipsi dicun-
tur, & serui patrisfamilias, sicut de se ait, quod ipse sit
Iohan.10. Ianua, & quod ipse sit Pastor: Ex diuersis enim significa-
tionibus una res etiam plures & diuersas similitudi-
nes recipit, præsertim quia cũ ad seruos loqueretur nõ
ait: In tempore messis dicam uobis: Colligite primum
Zizania, sed, dicã inquit messoribus. Vnde intelligitur
colligendorũ Zizaniorũ ad conburendũ alia esse mini-
steria, nec quemq; ecclesiæ filiũ debere arbitrari ad se hoc
officiũ pertinere. Cũ igitur esse quisq; spiritalis cœpe-
rit, cognoscit errores hæreticorũ, & omnino dijudicat
atq; discernit, quicquid audierit aut legerit abhorrere à
regula ueritatis, sed donec in eisdẽ spiritalibus perficia-
tur & quodãmodo matureſcat in fructum quem herba
dedit, potest eũ mouere, quare sub nomine Christiano tã
multæ hæreticorũ extiterint falsitates. Inde etiã est quod
serui dicunt: Nonne bonum semen seminasti in agro tuo,
unde ergo habet Zizania? Deinde cum cognouerit
hanc excogitasse fraudem diabolum, cum contra tanti
nominis auctoritatem nihil se ualere sentiret, ut fallacias
suas eodem nomine obtegeret, potest ei suboriri uolun-
tas, ut tales homines de rebus humanis auferat, si aliquã
temporis habeat facultatem, sed utrum facere debe at, iu-
sticiam dei consulit, utrum hoc ei præcipiat, uel permit-
tat, et hoc officium esse hominum uelit. Hinc est quo ser-
ui dicunt: Vis imus & colligimus ea? Quibus ueritas
ipsa respondet: Non ita hominem constitutum esse in hac
uita, ut certus esse possit qualis quisq; futurus sit postea,
cuius in præsentia cernit errorem, uel quid etiam error
eius conferat ad profectum bonorum, non esse tales au-
ferendos de hac uita, ne cum malos conatur interficere,
bonos interficiat, quod forte futuri sunt, aut bonis obsit
quibus & inuiti forte utiles sunt, sed tunc opportune
fieri, cum iam in fine non restat uel tempus computandæ
uitæ, uel proficiendi aduersitatem ex occasione atq; cõ-
paratione alieni erroris: Tunc autem hoc non ab homi-
nibus sed ab angelis fieri. Inde est quod respondet pater-
familias. Non, ne forte colligentes Zizania, eradicetis
simul & triticum: Sed in tempore messis dicam messo-
ribus &c. Atq; hoc modo eos patientissimos & tran-
quillissimos reddidit. Quæri autẽ potest quod ait: Al-
ligate fasciculos ad comburendum, cur non unum fascem,
aut unum aceruum Zizaniorum fieri dixit? Nisi for-
te propter uarietatem hæreticorũ, et non solum à tritico,
uerumetiam à seipsis discrepantium ipsa uniuscuiusq;
hæreseos propria conuenticula, in quibus singillatim sua
cõmunione deuincti sunt, nomine fasciculorum designa-
uit. Vt iam tunc incipiant alligari ad comburendum, cũ
à Catholica cõmunione segregati suas proprias quasi ecce-
clesias habere cœperint, ut combustio earum sit in fine
sæculi, modo alligatio fasciculorum. Sed si ita esset, non
iam multi resipiscendo, & in chatolicam remeando ab
errore desciscerent. Quapropter & alligatio fasciculo-
rũ in fine futura est, ut non confuse, sed pro modo per-
uersitatis suæ uniuscuiusq; erroris pertinacia puniatur.
Ne forte colligentes Zizania eradicetis simul & trici-
cum: Vtrum quia etiam boni cum adhuc infirmi sunt, o-
pus habent in quibusdam malorum permixtione, siue ut
per eos exerceantur, siue ut eorũ comparatione magna
illis exhortatio fiat, ut nitantur ad melius quibus subla-
tis altitudo charitatis quasi euulsa marcescat, quod est
eradicari? Nam sic ait Apostolus: Vt in charitate ra-
dicati & fundati possitis comprehendere. An forte ideo Ephes. 3.
simul eradicetur triticum cum auferuntur Zizania,
quia multi primo Zizania sunt, & postea triticum fi-
unt? Qui nisi patienter cum mali sunt tolerentur, ad
laudabilem mutationẽ nõ perueniant, itaq; si euulsi fue-
rint, simul eradicabitur & triticum quod futuri esset,
si eis parceretur.

De negociatore querẽti bõas margaritas quæstio. XIII

SImile est regnum cœlorũ homini negociatori quæ- Matth. 13
renti bonas margaritas: Inuenta autem una præcio-
sa margarita, abijt & uendidit omnia quæ habuit & e-
mit eam. Quæstio est, cur à numero plurali ad singula-
rem transierit, ut cum quærat homo bonas margaritas,
unam inueniat præciosam quam uenditis omnibus quæ
habet, emat. Aut ergo iste bonos homines quærens, cum 1 Time. 2
quibus utiliter uiuat, inuenit unum præ omnibus sine
peccato, mediatorem dei & hominum Christum Iesum.
Aut præcepta querens quibus seruatis cum hominibus Roma. 13
recte conuersetur, inuenit dilectionem proximi, in quo Exo. 20
uno dicit Apostolus oĩa contineri: Vt nõ occides, nõ mœ-
chaberis, non furaberis, non falsum testimonium dices,
& si quod est aliud mandatum, singulæ margaritæ sint,
quæ in hoc sermone recapitulantur: Diliges proximum Iohan. 5.
tuum tanquã teipsum. Aut bonos intellectus homo quæ-
rit & inuenit unum illum quo cuncti continentur: In
principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum: Est
enim uerbum domini lucidũ candore ueritatis, & solidũ
firmitate æternitatis, & undiq; sui similem pulchri-
tudine diuinitatis qui deus penetrata carnis testudine
intelligendus est. Ille enim ad margaritam ipsam iam
puenerat, quæ integumentis mortalitatis quasi concha-
rũ obstaculo inter profunda huius sæculi, atq; inter du-
ritias saxeas ludæorũ aliquando latuerat. Ille ergo
ad ipsam margaritam iam peruenerat, qui ait: Et si
noueramus Christũ secundũ carnẽ, sed nunc iam nõ no-
uimus: Nec ullus omnino intellectus margaritæ nomine
dignus est nisi ad quem discussis omnibus carnalibus 2. Cor. 5.
tegminibus peruenitur, quibus siue per uerba hu-
mana, siue per similitudines circumpositas operi-
tur ut purus & solidus, & nusquam à se dissonans,
certã

certa ratione cernatur. Quos tamen omnes ueros & firmos & perfectos intellectus unus ille continet, per quem facta sunt omnia, quod est uerbum dei. Quidlibet aut horum trium sit, uel si aliquid aliud occurrere potuerit, quod margaritæ unius et præciosæ nomine bñ significetur, præcium eius est, nosipsi, qui ad eam posside-dam non sumus liberi. nisi omnibus pro nostra libera-one contemptis, quæ temporaliter possidentur, uenditis enim rebus nostris, nullum earum maius accipimus præcium. quam nosipsos: Quia talibus implicati nostri non eramus. Vt rursus nosipsos pro illa margarita de-mus, non quia tanti ualeamus, sed quia plus dare non possumus.

De obcœcatione non credentium. quæstio. XIIII.

Matth, 13. ET oculos suos clauserunt, ne quando oculis uide-ant, id est ipsi causa fuerũt, ut deus eis oculos clau-deret. Alius enim Euangelista dicit: Excœcauit oculos eo-rum: Sed utrum ut nunquam uideant, an uero ne uel sic Ioh, 12. aliquando uideant, cœcitate sua sibi displicentes, & se dolentes, & ex hoc humiliati atq; commoti ad confitenda Mar, 4 peccata sua, & pie quærendum dominũ. Sic enim Mar-cus hoc dicit: Ne quando conuertantur & dimittantur eis peccata: Vbi intelliguntur peccatis suis meruisse, ut non intelligerent, & tamen hocipsum misericorditer eis factum, ut peccata sua cognoscerent, & conuersi ueni-am mererentur. Quod autem Iohãnes hunc locũ ita di-Iohan. 12 Esaie. 6. cit: Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Esaias: Excœcauit oculos eorum, et indurauit cor eorũ, ut non uideant oculis, & intelligant corde, & conuer-tantur, & sanem eos: Aduersari uidetur huic sententiæ, & omnino cogere, ut quod hic dictum est, ne quando o-culis uideant, non accipiatur ne uel sic aliquando oculis uideant, sed prorsus ut nõ uideant. Quãdoquidẽ aperte ita dicit, ut oculis non uideant. Et quod ait: Propterea non poterant credere, satis ostendit non ideo factam illã excœcationem, ut ea commoti & dolentes se non intelli-gere conuerterentur aliquando per pœnitentiam: Non enim possent hoc facere, nisi prius crederent, ut creden-do conuerterentur, conuersione sanarentur, sanitate in-telligerent. Sed ideo potius excœcatos, ut non crederent. Dicit enim apertissime: Propterea nõ poterant credere, Quod si ita est, quis non exurgat in defensionẽ Iudæo-rum, ut eos extra culpam fuisse proclamet, quod non crediderunt, ? Propterea enim non poterant credere, quia excœcauit oculos eorum Sed quoniam potius deus extra culpam debet intelligi, cogimur fateri alijs qui-busdam peccatis ita eos excœcari meruisse, qua tamen excœcatione nõ potuerunt credere. Verba enim Iohãnis ista sunt: Propterea nõ poterant credere, quia iterũ dixit Esaias: Excœcauit oculos eorũ. Frustra itaq; cõamur in-telligere, ideo fuisse cœcatos, ut nõ conuerterẽtur, cũ ideo conuerti nõ poterant, quia nõ credebant, et ideo credere non poterant, quia excœcati erant. An forte nõ absurde dicimus, quosdã Iudæorũ fuisse sanabiles, sed tanto tamẽ superbiæ tumore pliatos ut eis expedierit primo non credere, & ad hoc fuisse cœcatos, ut nõ intelligerent do-minũ loquentẽ p parabolas, quibus nõ intellectis, non in eũ crederent, non credentes autem cũ cæteris desperatis crucifigerent eũ, atq; ita post eius resuurrectionẽ con-uerterentur, quando iam de reatu mortis domini ampli-us humiliati uæhementius diligerent à quo sibi tantum scœlus dimissum esse gauderent: Quoniam tãta erat eo-rum superbia, ut tali humiliatione esset deijcienda. Quod incongrue dictum esse quilibet arbitretur, si non ita cõ-tigisse in actibus Apostolorũ manifestissime legerit. Non Iohan, 12. ergo abhorret quod ait Iohãnes. Propterea non pote-rant credere, quia excœcauit oculos eorũ ut nõ uideant, ab ea sententia qua intelligimus ideo excœcatos ut con-uerterentur: Hoc est ideo eos p obscuritates parabolarũ occultatas sentẽtias dñi, ut post eius resurrectionem sa-lubriori pœnitẽtia resipiscerent, quia p obscuritatẽ ser-monis excœcati, dicta dñi non recte intellexerunt, & ea nõ intelligendo, nõ in eũ crediderunt, nõ credendo cru-cifixerunt, atq; ita post eius resurrectionem miraculis, quæ in eius nomine fiebant, exterriti maiore criminis reatu cõpũcti sunt et prostrati ad pœnitẽtiã, deinde ac-cepta indulgentia ad obediennã flagrantissima dilectiõe cõuersi: Nã qbus nõ profuit illa cœcitas ad conuersionẽ quæ p liguã parabolorũ fiebat, ita de illis Propheta alio loco dicit, q, Apostolus etiã cõmemorauit cũ de obscuri-1 Corin, 14 Esai, 28 tate linguarũ ageret: In alijs linguis, et alijs labijs loquar populo huic, & nec sic me exaudient dicit dñs. Non enim diceretur, nec sic me exaudient, nisi ad hoc fieret, ut uel sic exaudirent id est ut eis ad humilem confessionem & sollicitam inquisitionem & obedientem conuersio-nem & feruentem dilectionem ualeret. Est uero etiã ista ratio medicinæ corporalis: Nam et plæraq; medicamẽta prius affligunt ut sanent, et ipsa collyria quæ ad oculos pũnẽt, si ea opus est intrinsecus infundi, nisi sensum ui-dendi prius claudãt et pturbẽt, prodesse nõ possũt. Nec moueat q, idẽ Propheta dicit: Nisi crediderit is, nõ intel-ligetis, quasi cõtrariũ sit q, Iohannes ait: Propterea non Esaie, 7 poterant credere, quia excœcauit oculos eorũ id est quia ille parabolæ ita dicebantur ut ab eius nõ possent itelligi. Dicet enim aliquis: Si ut intelligerent credere debebãt, quomodo propterea nõ poterãt credere, qa nõ intellige-bant? Hoc est, quia excœcauit oculos eorũ. Sed q, ait Esais: Nisi crediderit is, nõ intelligetis, de illa intelligentia dictũ est in qua semp manebitur rerũ ineffabiliũ, Cũ au-tem dicitur q, credatur, nisi q, dicitur intelligatur, credi nõ potest. Intelligenda sunt ergo dicta ut credantur quæ dici potuerunt, credenda autem quæ dici potuerunt, ut Actor. 4. intelligantur quæ dici non possunt.

Et sine parabolis non loquebatur eis Quæstio. XV.

NOn quia nihil proprie locutus est: sed quia nul-lum fere sermonem explicauit ubi non aliquid per parabo-

per parabolã significauit, quamuis in eo aliqua & proprie dixerit, ita ut sæpe inueniatur totus sermo eius parabolis explicatus, totus autem proprie dictus nullus inueniatur. Explicatos autem sermones dico, quando ex aliqua occasione rerum incipit loqui quousq; terminet quicquid ad ipsam rem pertineat, & transeat ad aliud: Nõnunquam sane alius Euangelista contexit quod alius diuersis temporibus dictum indicat. Non enim omnimodo secundum rerum gestarum oridnem, sed secundũ suæ quisq; recordationis facultatem narrationem quam exorsus est, ordinauit.

Intelexistis hec omnia. Quæstio, XVI.

Mathei. 13 Dicunt ei: Etiam, Ait illis: Ideo omnis scriba doctus, in regno cœlorum similis est homini patrifamilias, qui profert de thesauro suo noua & uetera, Vtrum ista conclusione exponere uoluit quem dixerit thesaurum in agro absconditũ? Quoniam sanctæ scripturæ intelliguntur quæ nomine duorum testamentorum noui & ueteris concluduntur. Quemadmodum apud alium Euangelistam gladium bis acutum tali conclusione uidetur exponere: An quia in parabolis ista locutus est? Et cum quæsisset ab eis, utrum intellexissent, respondерunt se intellexisse, fortasse ista similitudine ultima patrisfamilias, proferentes de thesauro suo noua & uetera, ostendere uoluit eum doctum habendum esse in ecclesia, qui etiam scripturas ueteres parabolis explicatas intellexerit ab istis nouis accipiens regulas, quia & ista dominus per parabolas enunciauit, quamuis ipse Christus esset finis illorum, id est ut in eo illa uetera complerentur: Vt si ipse in quo illa complentur & manifestantur per parabolas ad huc loquitur donec eius passio uelum discindat, ut nihil sit occultũ quod non reueletur, multo magis illa quæ ad cõmendandam tantam salutem tam longe de illo scripta sunt, parabolis operta esse nouerimus, quæ cum Iudæi ad litteram acciperent, noluerunt esse docti in regno cœlorum, neq; transire ad Christum, ut auferetur uelamen quod supra cor eorum positũ est.

De his qui fratres domini dicti sunt. Quæstio. XVII.

Matth. 13. Fratres eius Iacobus & Ioseph & Simon & Iudas & sorores eius, nonne omnes apud nos sunt? Vnde ergo huic omnia ista, et scandalizabantur in eo? Fratres apud Iudæos dici solere cognatos usq; adeo probatur, ut non solum ex propinquo generationis gradu sicut sunt filij fratrum & sororum, qui etiam apud nos usitatissime fratres dicuntur, sed etiã anunculus & sororis filius, sicut sibi erant Iacob & Laban fratres appellati inueniantur. Non ergo mirum est dictos esse fratres domini ex materno genere quoscumq; cognatos, cũ etiam ex cognatione Ioseph dici potuerit, fratres eius ab eis qui illum patrem domini esse arbitrabantur

Sancti Augustini hipponensis epi'copi liber de quæstionibus Euangelorum secundum Matthæum, explicit.

OROSII AD AVGVSTInum in dialogum sexaginta quinque quæstionum.

Prefatio.

Licet multi et probatissimi uiri diuerso quidẽ stilo, sed nõ diuersa fide mumerabilia opuscula ediderint, ita ut difficile sit eorũ oĩa legere, ea tamẽ quæ leguntur, propter eloquij uenustatẽ & difficillimas quæstionum prrplexitates minime intẽligere: Reuera enim dum nituntur propter altitudinem scripturæ diuinæ occultatam uiam carpere, paruitati nostræ ambiguitatem non minimam reliquerunt. Sunt etiam plane spirituales uiri qui eorum assequuntur eloquiũ & penetrant intellectum. Quorum nos dum concupiscentijs satisfacimus, præclare eorum scientiæ non equamur, ut eas sicut illi intelligere ualeamus. Quapropter quæso te, ut percunctanti mihi respondeas, & quæ obscuritatem faciunt elucidare digneris.

DIVI AVRELII AVGVstini hipponensis episcopi Dialogus ad Orosiũ sexaginta quinq; quæstionũ incipit.

Orosij, quæstio. I.

N PRIMVS IGITVR quæro abs te, utrum deus trinitas sit, & quibus testimonijs approbes, nosse desidero.

Augustini responsio.

Genesis 1 PRincipium geneseos euidenter ostendit. Ait enim: In principio fœcit deus cœlũ & terram. Quid a- Ioh. 8 pud principiũ intẽligendũ putabimus, nisi filiũ. Ipse enĩ de seipso interrogantibus Iudæis quis esset, respondit: Ioh. 1 Principium qui & loquor uobis. Ergo principiũ filius. Per filiũ fœcit deus cœlum et terram: Omnia per ipsum facta sunt (sicut Euangelista Iohanes narrat) & siue ipso factum est nihil. Proculdubio in dei nomine pater, in principij nomine filius intelligendus est: Profecto cũ dixisset: In principio fœcit deus cœlũ & terram, secutus adiunxit, & spertus dei ferebatur sup aquas, q tertia est in trinitate persona. Igitur si trinitas nõ esset, nunq̃ dominus noster Ihesus Christus diceret discipulis suis: Ite Matth. 28 baptisate omnes gẽtes in noie patris & filij & spiritus- Matth. 3. sancti: Nec baptisato dño in Iordane à Iohãne, uox de cœlo dixiisset: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi bñ cõplacui, nec spiritus sanctus in colũbæ specie descẽdisse sup eũ et mansisse diceretur. Miror infœlicẽ Sabellianorũ hæresim, hoc est Patripaßianorũ, q̃ sic cœci sũt mẽte, ut tã præclara tã aperta testimonia nõ attendant, Ipsi

namq;

nãq; asserunt unam esse personam, id est ipsum filium esse qui pater est, & ipsum spiritũ sanctũ. Sed nos cæcitatem ipsorũ relinquentes, tres personas secundũ scripturas sanctas intelligimus id est aliã esse patrẽ qui genuit filium, alium qui genitus est à patre, alium spiritum sanctum: Non aliud, quia substantia unum sum: Personas distinguimus, non deitatem separamus. Igitur filius dei natura est filius, non adoptiõe. Sic enim scriptum est: Ex utero inqt ante luciferũ genui te: Nõ quod deus pater uterũ habeat sicut nos, aut corporeus esse credendus sit: Sed p uterũ substantiã intelligi uoluit, de qua natus est filius. Quod est pater, hoc genuit, deus deũ, lux lucẽ. Igitur sicut homo hominẽ, & canis canẽ gignit. Nunq̃ aũt uisũ est ut homo genuerit canẽ. Ac p hoc non de nihilo, neq; de aliqua alia substantia, sed de seipso filium genuit.

Psalm. 109

Orosij, quæstio. II

DE personarũ distinctione, uel de genitã filij psona satisfactum mihi esse arbitror: Nunc quæro credas de spiritusancto, utrũ & ipse ingenitus sit, an genitus.

Augustini responsio.

SPiritum sanctum neq; ingenitũ, neq; genitum fides certa declarat. Quia si dixerimus ingenitum, duos patres affirmare uidebimur. Si autem genitũ, tunc duos filios credere culpabimur. Sed quod certa fides tenet, nec ingenitus est, nec genitus, sed ab utroq; procedens id est à patre & filio. Et ut hæc testimonijs adprobem, ipsum dominum nostrũ Iesum Christum discipulos suos audi docentem: Cum autem uenerit inquit, paracletus quem ego mittam uobis à patre spiritum ueritatis, qui à patre procedit, ille testimoniũ perhibebit de me. Et rursum ipse dominus noster Iesus Christus post resurrectionẽ suam, ut ostenderet à se procedere spirtumsanctum sicut à patre insufflans in discipulos suos ait: Accipite spiritumsanctum. Item: Ego mittam promissum patris mei in uos. Vnus ergo spiritus est patris & filij, unus amborum spiritus. Igitur quod patris sit spiritus, ipse dominus & saluator noster Iesus Christus discipilis suis ait: Non enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Et quod idem & filij sit spiritus, Paulus apostolus testis est: Si quis autem inquit spiritum Christi non habet, hic non est eius.

Iohan. 15.
Iohan. 20, Luce. 24
Mathei. 10
Roman. 8

Orosij, quæstio. III.

DE singulis personis, quod alius sit pater, alius filius, alius spiritussanctus, uel quod filius sit genitus, & spiritussanctus procedens, secundum scripturas sanctas aduertimus: Nunc uero illud scire cupio, si deus sit filius aut spiritussanctus, uel utrum una sit substantia uel essentia, quam græci ὁμόυσιον uocant.

Augustini responsio.

INtende animo, & uere quæ te mouent libentius demonstrabo. Beatus Paulus Apostolus quod filius sit deus, ad Romanos scribens de Israelitis: Quorum patres inquit, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia deus benedictus in secula. Et iterũ in Euangelio secundum Iohannem: Vt cognoscant inquit te solum uerum deum, & quẽ misisti Iesum Christum. Ordo ẽ uerborũ: Vt cognoscant te, & quẽ misisti Iesum Christum solũ uerũ deũ. Et rursus alia scriptura dicit: Vt simus in uero filio eius Iesu Christo: ipse est uerus deus & uita æterna. Et ut æqualitatem suam ostendat, ait ipse dominus: Ego & pater unum sumus: Vnum sunt scilicet natura, nõ persona. Et iterum: Propterea inquit quærebant Iudæi Iesum interficere, quia non solum soluebat sabbatum, sed & patrem suum dicebat deum, æqualem se faciens deo. Et rursum beatus apostolus Paulus: Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo. Non enim poterat esse rapina, ubi æqualis erat natura, quæ nõ erat usurpata, sed nata: Non rapuit quia habuit, & multa innumerabilia, quæ ad momentum nõ occurrunt. Spiritum uero sanctum uerum deum actus apostolorum apertissime edocent. Ananiam inquit Petrus, cur temptauit sathanas cor tuũ mentiri te spirituisancto? Et infra: Non es hominibus mentitus, sed deo. Et in Euangelio secundum Iohannem: Deus inquit spiritus est, Paulus apostolus ad Corinthios scribens: Nescitis inquit, quia corpora uestra templũ sunt spiritussancti q in uobis est, quẽ habetis à deo, & nõ estis uestri iuris: Empti enim estis precio magno, glorificate ergo & portate deum in corpore uestro. Pater enim est deus, filius deus, spiritussanctus deus: Non tres dij, sed unus est deus: Nam si pater maior, filius minor, spiritussanctus plusquam minor, quod hæretica prauitas asserit, iam non erit unus deus, sed tres dij, quod nefas est credere. Et ualde redarguit illos scriptura diuina. Audi Israel inquit, dominus deus tuus, deus unus est: Ac per hoc sicut non dicimus tres deos, nec tres essentias, ita nec tres sapiẽtias, nec tres spiritus. Nã interrogati de singulis psonis: Si pater sit sapiẽtia uel spiritussanctus, respondemus: Pater sapiẽtia, et filius sapiẽtia, et spiritussanctus sapiẽtia: Nõ tres sapiẽtiæ nec tres spiritus, sed una sapẽtia ẽ & unus spiritus, sicut ẽ una substãtia aut una essentia, quia hoc est illi esse quod sapientem esse, uel spiritũ esse.

Iohan. 5
Iohan. 10
Iohan. 5
Philip. 2
Actor. 5
Iohañis. 4 1 Corin. 6.
Deut. 6

Orosij, quæstio. IIII.

ET si æquales sunt pater et filius quomodo ipse filius dicit: Pater maior me est: Et non ueni uoluntatem meam facere, sed uoluntatem eius qui me misit. Et iterum: Pater si fieri potest transeat à me calix iste: Et Mea doctrina non est mea, sed eius qui me misit.

Iohan. 14. Iohañes. 6
Math. 26.
Iohannes 7

Augustini responsio.

ISta oĩa et alia quæ á te nõ sunt dicta, secũdũ formã serui quã assumpsit dicta sũt. Igitur cũ prius hõ cõditus esset à deo, et libero arbitrio mũeratus præceptumq; ei positũ esset, si custodisset quæ ei deus præcepat, morte nõ corpis, neq; animæ mulctaretur. Sed ille ĩobediẽs mãdato dei, atq; elatus supbia, suasiõi serpẽtis obediẽs, dei præceptu cõtẽpsit, et hæc causa extitit ut mortis piculũ incurreret.

incurreret. Et ab illo uno hoīe omnis humana natura uitiosa atq; peccato obnoxia mortalis existeret. Apostolus Paulus: Per unum hominem inquit peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines mors pertransijt, in quo omnes peccauerunt: Quia sicut per unum hominem omnes homines in condēnationē, ita & per unius iusticiam oēs hoīes in iustificationem uitæ. Et iterum: Primus homo de terra terrenus, secundus homo de cœlo cœlestis. Hīc inquam homo cœlestis est. Cœlestem itaq; dico, quia non ex humano conceptus est semine, sed de Maria uirgine pro nostra salute assumptus à filio dei, sicut euangelista Iohannes testatur: Et uerbum inquit caro factum est, & habitauit in nobis. Et uerbum carne factum est, non carne mutatum, ut non desisteret esse quod erat, sed cœperit esset quod non erat: Assumpsit enim carnem, non se conuertit in carnem. Carnem istam à parte totum hominem intelligimus id est carnem & animam rationalem. Vt sicut primus homo et carne et anima mortuus fuerat, ita etiam oportuit ut per mediatorē dei & hominū hominē Iēsum Christum & carne & aīa uiuificaretur. Ergo ut supra diximus, secundum assumptam hominis formam dictum est: Pater maior me est.

Roman. 5.

1 Corin. 15

Iob. 1

Iob. 14.

Orosij, quæstio. V.

VIdeo te dum de uno filio dei inquirimus, duos introducere uoluisse, ut dicas filium dei, & filium hominis.

Augustini responsio.

NOn sunt duo filij, sed unus est filius: Quia ille qui erat dei filius, factus est filius hominis in unitate personæ: Quia sicut anima et caro unus est homo, ita uerbum & homo unus est Christus. Duas substantias id est duas naturas accipimus in uno filio dei, unam diuinitatis, & alteram humanitatis, non duas personas. Igitur si dixerimus duas esse psonas, introducemus esse duos filios, & iā nō esset trinitas, sed quaternitas. Profecto enim per illud quod deus est, æqualis semper patri, ubiq; præsens est, & in cœlo totus, & in terra totus, & nullo contentus loco: Per id q, homo & passus & mortuus, & resurrexit, & ascendit in cœlum, sedet q; ad dexterram dei patris, et sic ueniet ad iudicandum uiuos & mortuos, quemadmodum uisus est ire in cœlum, in eadem forma carnis atq; substantiæ, cui profecto immortalitatem dedit, naturam non abstulit.

Orosij quæstio. VI.

CVm una sit substantia patris & filij & spiritussancti, quomodo filius sine patre & spiritusancto susceptit carnem?

Augustini responsio.

NEq; persona patris, neq; spiritussancti, sed sola filij persona susceptit carnem. Et ut hoc intelligas, cōparationibus utar, ut ex creatura intelligas creatorem. Certe in anima est ratio, & cum unum sint, aliud anima agit, aliud ratio: Animā uiuimus, ratione apimus. Ita pater & filius & spiritussanctus cum sint una substantia, tota trinitas operata est hominem, quem non tota trinitas assumpsit, sed sola filij persona.

Orosij, quæstio. VII.

VOluntarie genuit pater filium, an necessitate?

Augustini responsio.

NEc uoluntarie, nec necessitate, quia necessitas in deo non est, præire autem uoluntas sapientiam non potest, quod est filius, igitur prius est rationabiliter sapere quam rationabiliter uelle. Nam quidam noster cum eum interrogasset hæreticus, utrum uolens, an nolens genuerit pater filium, laudabiliter respondisse uidetur. Dic inquit & tu hæretice: Deus pater necessitate est deus, an uolnutate? Quam si dixisset necessitate, sequebatur illū grandis absurditas: Si autē uoluntate, respondebatur illi: Ergo uoluntate est deus. non natura, & ita in laqueū quem uolebat ponere, ipse incidit, & uidēs se conuictum, obmutuit.

Orosij, quæstio. VIII.

QVomodo illud intelligendum est quod legitur: Sicut pater uitam habet in semetipso, sic dedit et filio habere uitam in semetipso? Iob. 5

Augustini responsio.

SCimus filiū dei à semetipso nō esse sed à patre genitum esse, patrem uero à nullo genitum esse, à nullo uitam accepisse. Dedit pater filio uitam gignendo, non quod prius fuerit filius sine uita, & postea accepe rat uitam, sicut nos qui per peccatum amisimus uitam & per gratiam saluatoris recepimus, ideo dicitur accepit uitam, quia non est à seipso genitus, non enim existendo dedit, sed gignendo.

Orosij, quæstio. IX.

QVoniam & ratione & testimonijs persuasisti mihi de subiectione filij, quod non sit secundū substantiam minor, sed secundum formam serui quam assumpsit, ideo quæro, quid de missione spiritussancti sentias, nunquid & ipse hominem assumpsit, ut missus esse dicatur?

Augustini responsio.

SIcut nec secundum supstantiam dicitur, seu missus, minor filius, ita nec spiritussanctus. Postremo sicut ille propter hominē minor aut missus, ita iste propter columbam uel ignem missus dicitur, scilicet quia non in ea substantia qua est æqualis patri apparuit, sed ut dictum est, per subiectam creaturam. Non enim sicut filius hominem assumpsit, ut sic inæternū permaneat, sic spiritussanctus columbam uel ignem, sed factæ sunt illæ uisiones de creatura inferiore, ad manifestandum spiritumsanctum, quæ esse postea destiterunt: Nunquam enim illa incomprehensibilis inmutabilisq; diuinitas. quæ est trinitas deus, ab oculis carnalibus uideri potest, nisi ut dictum est, per subiectam creaturam.

Matth. 3. Actor. 4.

Orosij, quæstio. X.

Filius

Filius autem Dei quomodo sit de patre natus, spiritus uero sanctus ab utroq; procedens, declarasti. Ideoq; quæro quid distat inter natiuitatem filij, & processionem spiritussancti.

Augustini responsio.

Filius autem solius est patris, non spiritussancti. Amborum inquam spiritus, id est patris & filij. Quòd si spiritussanctus filius esse diceretur, Nullus autem filius est nisi duorum, patris & matris, quod absit ut inter Deũ patrem & filium tale quid suspicemur, quia nec filius hominis simul ex patre procedit & ex matre, quia cum procedit ex patre, non tunc procedit ex matre, & cum procedit ex matre in hac luce, non tunc procedit ex patre. Spiritus uero sanctus non de patre procedit in filium, & de filio procedit ad sanctificandam creaturam, sed simul de utroq; procedit.

Orosij quæstio XI.

Quomodo intelligendum est illud, quod Ioannes Euangelista de spiritusancto dicit, quod non loquetur à semetipso. Sic enim ait: Non enim loquetur à semetipso, sed quæcunq; audiet, loquetur. Ioan. 16.

Augustini responsio.

Non loquetur à semetipso, quia non est à semetipso. Pater enim à nullo est natus, filius à patre est genitus, spiritussanctus à patre & filio procedens. Ideo non loquetur à semetipso, quæcunq; autem audiet, loquetur. Audire enim illi esse est, esse autem à se non est sed à patre, ideo quæcunq; audiet loquetur.

Orosij quæstio XII.

Quid est quod dicit Apostolus Paulus ad Romanos scribens: Nam quid oremus inquit sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus postulat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui autẽ scrutatur corda, scit quid desideret spirius, quia secundum deum postulat pro sanctis? Roman. 8.

Augustini responsio.

Modus iste locutionis frequenter in scripturis sanctis inuenitur, sicut dicit dominus Deus ad Abraham: Nunc cognoui quod timeas deum, hoc est, cognoscere te fœci. Sicut dicit Apostolus: Nunc cognoscitis deũ, imò nunc cogniti estis à Deo. Cui enim semper omnia in præsentia sunt, & futura iam facta sunt. Quomodo nunc dicimur cogniti à deo, nisi faciente deo ut cognoscamus deum? Sic & hic scribitur spiritussanctus gemere pro nobis, id est gementes non facere. Infundit enim nobis charitatem in deum proximum. Sicut dicitur lætus dies, quod lætos facit, aut tristis, quòd tristes facit, aut læta epistola q̃ lætos facit, ita & hic gemere dicitur spiritussanctus, eo quod nos gementes facit. Genes. 22. Galat. 4

Orosij quæstio XIII.

Cum Iudæi signum peterent à domino & saluatore nostro, respondit illis: Generatio hæc adultera signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut enim Ionas fuit in uentre cœti tribus diebus & tribus noctibus, ita erit & filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Approba ergo quomodo in inferno fuerit tribus diebus & tribus noctibus, cum feria sexta quæ est in parasceue, hora nona emiserit spiritum, & prima sabbathi antè lucem quæ est dominica resurrexit. Ecce non sunt tres dies pleni, nec tres noctes. Matth. 12.

Augustini responsio.

Antiqui patres nostri hoc senserunt, ut prima dies quæ est parasceue à parte ultima, & ultima quæ est dominica à parte prima debeat computari, & ita denominãdo à parte totum, tres dies fuerunt, ultima pars feriæ sextæ, totum sabbathum, & prima pars dominicæ cum suis noctibus.

Orosij quæstio XIIII.

Cum repromittat dominus noster Iesus Christus sanctis suis, quod in resurrectione fulgeant sicut sol, quare ipse dominus in resurrectione sua sic non fulsit? Matth. 13

Augustini responsio.

Clarificata carne utiq; resurrexit, sed noluit in ea clarificatione discipulis suis apparere, quia non possent oculis suis talem claritatem perspicere. Si enim antequam moreretur pro nobis et resurgeret, quando transfiguratus est in monte, discipuli sui eum uidere non potuerunt, sed præ timore in terram ceciderunt, quanto magis clarificata carne domini eam uidere non potuerunt.

Orosij quæstio XV.

Marcus Euangelista narrat dominum hora tertia crucifixum, Iohannes autem sexta, cui potius credendum est ex his duobus? Marci 15 Ioannis. 19

Augustini responsio.

Et ille uerum dixit, & ille similiter, Nam hora tertia clamauerunt Pilato Iudæi: Crucifige, crucifige eum, Milites autem hora sexta crucifixerunt eum. Igitur quod illi lingua, hoc isti manibus effecerunt. Ne autem uiderentur Iudæi non crucifigere Dominum, ideo Euangelista posuit hora tertia crucifixum dominum, quia non tantum illi crucifixerunt qui ministerium impleuerunt, sed illi qui clamauerunt: In eis enim completum est quod ait Psalmigraphus: Filij hominum, dentes eorum arma et sagittæ, & lingua eorum machera acuta. Vides qualem gladium habuerunt, unde hora tertia domin ũ occiderũt. Ioannis. 19 Marci. 15 Psalm. 56

Orosij quæstio XVI.

Cum Deus omnia bona creauerit, nihilq; sit quod non ab illo conditum sit, unde malum?

Augustini responsio.

Malum natura non est, sed priuatione boni hoc nomen accepit. Deniq; bonum potest esse sine malo, sed malum non potest esse sine bono, nec aliquid potest esse malum ubi non fuerit bonum. Ac per hoc dicimus & angelum bonum & angelum malum, & hominem bonũ & hominem malum, sed bonum quòd angelus, malum q̃ uitiosus, bonum quòd homo, malum quòd uitiosus. Ideoq; quando dicimus bonum, naturam laudamus, quando dici-

mus malum, non naturam, sed uitium, quod est bonæ naturæ reprehendimus.

Orosij quæstio XVII.

OMnes angeli æquales an inæquales creati sunt? Et si æquales, cur non omnes firmi & stabiles facti sunt? Si uero inæquales, quo merito alij præsentiæ suæ stabilitatem acceperunt, & alij futuram suæ ruinæ casum minime præuidere potuerunt?

Augustini responsio.

OMnes quidem angeli æquales creati sunt, sed cadentibus illis per superbiam, ceteri domino pia obedientia cohæserunt, accipientes certam scientiam uæ stabilitatis, quam illi non habuerunt. Et sic unt grata dei immobiles circumcati, ut nunquam possint cadere à beata uita, qua fruuntur domino cohærentes.

Orosij quæstio XVIII.

Gen. 1. QVomodo intelligendum est quod dicit deus in Genesi: Faciemus hominem ad imaginem & similitudinem nostram?

Augustini responsio.

IN mente est ratio & intelligentia, ipsa itaq; mens quãdo cogitat ea quæ sunt æterna, tunc uere imago Dei dicenda est. Et cogitando æterna uir est, sicut ait Paulus
1. Corin. 11. Apostolus: Vir non debet uelare caput suum, cum sit imago gloriæ dei. Quanto q; se magis extenderit in id quod æternum est tanto magis inde formatur ad imaginẽ Dei. Et ideo non est cohibenda, ut inde se contineat ac temperet. Quando uero agit & cogitat quæ sunt temporalia mutter appellatur, tunc non est dicenda imago dei & propterea debet uelare caput suum, ne nimium sit eius ad inferiora progressio, et eũ licita agit, illicita concupiscat.

Orosij quæstio XIX.

PRimus homo an mortalis factus est, an immortalis?

Augustini responsio.

ET mortalis secundum aliquam, & immortalis secundum aliam causam. Talem itaq; corpus habebat primus homo, qualem & nos, sed sine peccato. Non enim habebat legem in membris suis repugnantem legi mentis suæ, sed utiq; meruit post præuaricationem. Igitur animale corpus habuit Adam, sed ut non senesceret, nec deficeret per illius ligni uirtutem qua sustentabatur, quod in paradiso uitæ nomen acceperat. Quapropter si dei præcepta seruasset, obedientiæ merito in illud corpus spirituale quale sanctis in resurrectione promittitur, permansisset postmodum commutandum. Ac per hoc poterat non mori, si dei præceptis pia obedientia cohæsisset. Non enim & sic factus fuerat, ut non posset mori sicut cæteræ naturæ quæ omnino mori non possunt, sed ita ut obedientia immortalem, inobedientia mortalem faceret.

Orosij quæstio XX.

1. Timot. 11 QVid est quod dicit Apostolus Paulus: Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt?

Augustini reponsio.

EX hoc testimonio multi minus intelligentes, ac per hoc hæreticè asserunt hominem non posse in eadẽ qua defunctus est carne resurgere, sed alienam ueram carnem naturæ suæ, quale est corpus quod nunc habet, corpus aëreum quod nunquam habuit, homini post resurrectionem attribuunt. Quod ualde absurdum considerantibus ipsam sententiam approbatur. Caro & sanguis inquit, regnum dei non possidebunt. Et hoc idem Apostolus Paulus exponens, quodammodo subsecutus adiunxit: Neq; corruptio incorruptionem possidebit. Quibus scribit Apostolus, nempe his qui dicebant: Manducemus & bibamus, cras enim morimur. Hoc redarguens beatus Paulus Apostolus, carnem & sanguinẽ appellat, hoc est, opera carnis & sanguinis, non posse adipisci regnũ Dei. Nam si propria hic substantia carnis accipienda est, quid Roma. 8.
dicent de his quibus scribit idem Apostolus: Vos autem in carne non estis, sed in spiritu? Numquid nam Romani carnem non habebant quibus Apostolus scribebat? sed in carne, inquit, non estis, id est, non estis carnales, non facitis opera carnis quæ inimica sunt Deo, quæ legi dei non subjiciuntur. Qui autem in carne sunt inquit, deo placere nõ possunt. Ecce quibus caro regnum dei non possidebit. Nã quòd homo in eadem qua moritur carne resurgat, dominus noster Iesus Christus post resurrectionem suam dubitantibus discipulis, & putantibus se spiritum uidere, re- Lucæ 24
spondit: Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Ac per hoc credimus hominẽ non tantum cum carne & ossibus, sed etiam cum sanguine, & quicquid ad naturam eius pertinet resurgere, & sine ulla corruptione esse illic, ubi semper est æterna uita & æterna fœlicitas, contemplando trinitatem deum. Igitur sicut iusti cum sua carne ad æternam fœlicitatem, ita impij ad æternam resurgent miseriam.

Orosij quæstio XXI.

GEneseos principium habet, In principio fecit deus Genesis, 1
cœlum & terram. An igitur angeli postmodum facti sunt, cum dicatur, quòd primo omnium fecit Deus cœlum & terram?

Augustini responsio.

QVando facta sunt simul sydera, ait scriptura: Laudauerunt me omnes angeli mei uoce magna. Quarto enim die facta sunt sydera, & iã angeli erant. Neq; enim die tertio, neq; secũdo facti sunt, In his enim apparet quæ facta sunt. Tertio enim die arida, scilicet terra ab aquis discreta est. Secundo enim factũ est firmamentum, ubi sol & luna & sydera currunt & sydera. Porro primus dies ipse est angelica natura, quæ primo cœli nomine nuncupata est. Vnde euidenter ostenditur primo die spiritalem factam, id est, angelicam naturam, & sic hoc cœlum quod oculis cernimus. Nam quod ait: Gene. 1.
In principio fecit deus cœlum & terram, non est primo omnium sicut ait, sed in principio, id est, in filio, imò per filiũ fecit deus omnẽ spiritalẽ corporalemq; creaturã, quæ & cœli & terræ nomine appellata est. Nam q; ipse sit principium

eipium, de se interrogantibus Iudæis quis esset, respondit: Principium qui & loquor uobis. Primo igitur uoluit & cœlum & terram uelut quandam spiritalẽ corporalemq; materiam dicere, & sic quemadmodum singillatim facta sunt, ordinem texere. Quod enim dixit cœlum, hoc mihi uidetur dixisse aquarum abyssum tenebrosam, antea quodammodo fluitantem uitam, nisi cõuertatur ad creatorem, & fiat lux, & contempletur trinitatem deum esse in deo. Neq; enim ita dicimus, ut ista materies præcedat formam suam, sicut præcedit lignum arcã, sed sicut præcedit uox uerbum, Nõ enim tempore, sed origine. Igitur prima creatura, lux non est ista quæ quarta die facta est, sed spiritalis, id est, angelica natura.

Orosij quæstio XXII.

CVm dicitur: Spiritus dei ferebatur super aquas, localiter ferebatur sicut sol & luna & alia sydera, an aliter?

Augustini responsio.

SPiritus sanctus deus est. Qua de re non continetur loco aut distenditur. Neq; temporũ motionibus subiacet, sed est ubiq; præsens & totus, Cum modo sanè nominauit creaturam, cui superferri diceretur spiritus sanctus, non localiter, sed potentialiter dicitur. Non ex indigentia Deus fœcit opera sua, sed ex beneficentia, neq; horum indiget quæ fœcit. Indigus quippe atq; egenus amor subiacet rebus quas diligit, Ipse autem egenus non est, nec subiacet rebus quas diligit. Et ideo dictum est superferri creaturæ spiritum sanctũ, quia non ex indigentia, nec egenti, sed beneficio amore operatus est ipsam creaturam.

Orosij quæstio XXIII.

Genesis. 1 CVm dixit Deus: Fiat lux, & facta est lux, In diem dixit, an ante omnem diem? Si in diem dixit, temporaliter dixit, Si temporaliter dixit, per aliquam creaturam dixit, Igitur non est prima creatura lux.

Augustini responsio.

NEc in diem dixit, nec temporaliter dixit, quia ante omnẽ profectò creaturã uerbum suum genuit, & per uerbum omnem creaturam creauit. Dictum itaq; Dei, uerbum dei est. Sed diuina scriptura paruulis congruens, & quodammodo eos lactans ut proficiant & cibum spiritalẽ capiant, uoluit semper per omnem creaturæ formationem dictionem Dei nuncupare, Vt uerbi gratia, si requiramus: Quando facta est lux? Audies. In uerbo Dei erat ut fieret. Quomodo factum cœlum? In uerbo dei erat ut fieret. Et cætera per ordinem si requiras, quando facta sint, in uerbo dei erant ut fierent. Hoc est enim, dixit Deus: fiat lux. Neq; enim corporalibus modis loquitur diuina natura, nec quotiens dicitur: dixit, totiens uerba formauit. Vnum enim uerbum genuit coæternum & consubstantialẽ sibi, in quo omnia ineffabiliter & intemporaliter dixit.

Orosij quæstio XXIIII.

SI subitò Deus uidit lucem quod esset bona, an ante ne sciuit, & uisio ei contulit scientiam?

Augustini responsio.

OMnẽ opus præcedit uoluntas nostra, dum cogitamus quid operari debeamus. Nemo enim ignorãs aliquid facit, dum cogitat qualiter fiant quæ facienda cogitando disposuit. Et cum hoc in hominem cadere non possit, ut aliquid ignorans faciat, quanto magis in Deum, qui omnia æterno & stabili suo consilio, quæ uoluit fieri, nec aliter facta, nec aliter facienda esse uidit. Eo itaq; modo uidit facta quo uiderat facienda.

Orosij quæstio XXV.

ET diuisit, inquit scriptura, lucem à tenebris. Omne enim quod diuiditur, etiam esse potest. Sicut ergo essentia lucis, ita est etiam essentia tenebrarum. Et cur nõ dixit scriptura: Vidit Deus tenebras quòd essent bonæ, sicut de luce dictum est?

Augustini responsio.

DEVS bona & incommutabili uoluntate creauit omnes angelos bonos. Et quia ex his quosdam per superbiam præsciebat casuros per incõmutabilitatẽ præscientiæ suæ, diuisit inter bonos & malos, Malos autem appellans tenebras, & bonos appellans lucem. De bonis Genesis. 1 dicens: Vidit Deus quia boni sunt, malis nullatenus hoc dixit, ne peccata quæ sunt tenebræ, approbare uideretur.

Orosij quæstio XXVI.

PRimum diem spiritalem astruis esse creaturam, & quomodo habuit uesperam & manè?

Augustini responsio.

OMnis creatura antequam tempore suo fieret, in ipso Dei uerbo prius erat ab angelis cognoscenda, & sic suo tẽpore facienda. Quapropter ipsa creaturæ cognitio in semetipsa uespera, in deo erat manè. Quia prius uidetur ipsa creatura in Deo quàm in seipsa uideatur, ideo creatura plus uidetur in arte qua facta est, quàm ipsa in seipsa quæ facta est. Propterea enim ait Euangelista Iohannes: Quòd factum est, in ipso uita erat. Ioannis. 1 Omnia ergo quæ facta sunt, & uitam non habent, in ipso uerbo dei uita sunt, in seipsis uita non sunt. Cœlum, terra, lapis uitam non habent, & tamen in deo uita sunt. Viuũt igitur in deo sine initio, utiq; incommutabiliter omnes rationales creaturæ, ac per hoc plus uidentur ab angelis sanctis in uerbo dei ubi sunt uita, quam in seipsis, quia scientia angelorum in comparatione dei quodammodo uespera est. Sit ergo in cognitione spirituum dies primus, in cognitione firmamenti secũdus, in cognitione discretionis terræ ac maris tertius, in cognitione solis & lunæ & stellarum, quartus, in cognitione reptilium & uolatilium, quintus, in cognitione iumentorum & ferarum uel ipsius hominis, sextus. Neq; enim diei unius quem intelligimus naturã spiritalium creaturarum, id est, angelicarum, sexies facta cognitio sex dies fœcit, propter senarij numeri perfectionem. Sed de numeri senarij perfectione aliquid tibi ex scripturis sanctis colligam. Libens adesto, & te totum ad audiendum præpara. Vnum in numero diuidi non potest, ab ipso enim surgit omnis numerus. Ergo duo diuidi pos-

sunt, Sed pars eorum unum est. Igitur diuisio duorum in bus unum est, diuisio trium inter unum est. Quid autem aliud hic numerus ostendit, nisi trinitatem quæ Deus est? Quæ quamuis tres sint personæ, unum creduntur in unitate naturæ. Quaternarius duas partes habet, Nã quarta eius unum, media eius duo, Vnum uidelicet, & duo tria sunt. Ecce partes suas, nec ultra excrescit, nec complet, & ideo imperfectus est numerus. Quinarius autẽ habet nisi unum, quod est quinta eius. Senarius ergo numerus perfectus est, quia partibus suis completur, habet enim unum, qd' est sexta pars eius, duo quæ sunt tertia, tria quæ sunt media: Vnum ergo & duo & tria, sex faciũt. Ideoq; propter huius numeri perfectionẽ, sex diebus operatus est omnẽ creatura. Tres ergo hæ partes senarij numeri demonstrant nobis trinitatem deum in trinitate numeri, mensuræ & ponderis fœcisse omnem creaturam. Plurimum ualere senarij numeri perfectionem, in scripturis sanctis frequenter reperimus, præsertim in morte domini simpla, & in resurrectione eius simpla, & in morte nostra dupla, & resurrectione nostra dupla. Mors itaq; domini nostri Iẽsu Christi, non fuit in anima, sed in carne sola, Mors uero nostra non solum in carne, sed & in anima. In anima propter peccatum, in carne propter pœnam peccati. Ille uero quia peccatum non habuit, in anima non est mortuus, nisi tantum in carne, & hoc propter similitudinem carnis peccati, quã de Adam traxit: Igitur simpla eius mors profuit duplæ nostræ, & simpla eius resurrectio, duplæ nostræ resurrectioni profuit. Est etenim mors carnis eius & resurrectio eius, mors carnis nostræ & resurrectio eius, & mors animæ nostræ & resurrectio eius. Mors autem carnis eius & resurrectio eius, duas mortes nostras, & duas resurrectiones nostras significat. Vnde si addas ad unam mortem domini et unam resurrectionem eius (quæ duo faciunt) quatuor, hoc est, duas mortes & duas resurrectiones nostras, sex fiunt. Ideoq; simplum domini bis, & duplum nostrum bis, tria bis sunt, & tria bis secundũ quòd supra diximus, partes sunt unde senarius numerus est. Nam & triginta sex horæ, quibus dominus fuit in inferno, huic simplo & duplo congruunt. Duodecim ergo horæ fuerunt diurnæ, & uigintiquatuor nocturnæ. Item uigintiquatuor ad duplam mortem nostram concinunt, et illæ duodecim horæ ad mortem domini simplam. Reuera enim & natiuitas eius senarium numerum habet. Quadraginta enim & sex annis ædificatum esse templum asserunt Iudæi in Euangelio, quod intelligitur de corpore domini. Quadraginta & sex anni pro diebus positi sunt. Quadraginta & sex diebus dicunt infantem formari in utero, & subinde usq; in diem parturitionis augmentari. Quadragies sexies quippe seni, fiunt ducenti septuaginta sex, qui faciunt menses nouem & dies sex. Computa ergo ab octauo calendas Aprilis quando passus est Dominus (nam & tunc etiam creditur fuisse cõceptus) usq; in diem octauum calendas Ianuarij, & reperies dies ducentos septuaginta sex, qui constant per senarium numerum. Quid de illa muliere in Euangelio, quam decem & octo annis curuauerat Sathanas, quam sanauit Dominus, dicemus? Quia & ipsi anni senarium numerum habent. Ter ergo seni octodecim sunt. Illa igitur mulier intelligitur figurare genus humanum, quod sexta ætate sæculi à captiuitate Diaboli, redemptor noster dominus Iẽsus liberauit. Prima ætas est ab Adam usq; ad Noe. Secũda ætas est à Noe usq; ad Abraham. Tertia ab Abraham usq; ad Dauid. Quarta à Dauid usq; ad transmigrationem Babylonis. Quinta à transmigratione Babylonis usq; ad aduentum domini nostri Iẽsu Christi. Sexta quæ nunc agitur, donec excelsus ueniet ad iudicium. Sexta igitur ætate sæculi reformatur genus humanum ad imaginem Dei. Profecto enim anni decem & octo, non solum sex ætates, sed etiam tria tempora euidenter demonstrãt. Vnum scilicet ante legem, alterum sub lege, tertium sub gratia. Quinimo & ipse annus senario numero continetur, habet enim dies trecentos sexaginta quinq;. Sexies autem sexageni sunt trecenti sexaginta. Remanent profectò dies quinq; & quadrans. Quinq; autem dies sexies, sunt mensis. Tamen etiam si illum quadrantẽ pro die ponas, à parte totum, sex faciunt. Et ecce quantum me dominus adiuuit, de senarij numeri perfectione, & si non quantum uolui, tamẽ quantum potui reddidi rationem.

Ioannis, 2.

Luce. 13

Sex ætates mundi.

Orosij quæstio XXVII.

QOmodo autem diuisæ dicuntur aquæ quæ erãt sub firmamento, ab illis quæ erãt supra firmamentum? Ordo enim elementorũ & pondus, non sinunt ut sit aquarum substantia supra cœlos. Aqua enim cedit terræ, & aër cedit aquæ, & ignis cedit aëri. Nullo modo enim potest fieri, ut secundum elementum qd' est aqua, sit supra quartum quod est ignis. Et quomodo dictum est: Fiat firmamentum in medio aquarum, & diuidat aquas ab aquis?

Gen. 1.

Augustini responsio.

QVæ & qualeslibet sint aquæ illæ quas scriptura docet supra cœlos esse, easdem esse ibi minime dubitemus. Sicut enĩ nubes istæ, quæ utiq; aquæ sunt, feruntur supra aëra, quod est tertium elementum, ita fieri posse arbitror, ut aquæ tenues atq; subtiles fẽrantur supra cœlum. Nam ex hoc pondere elementorum multi Philosophi resurrectionẽ carnis illudentes, nõ posse fieri inquiunt, ut homo qui utiq; ex terra factus est, sit in cœlo. Sed hos ueritas conuincit, quæ facit multa animalia terrena in aëre uolitare, & aquam esse supra aërem, & ignem utiq; quod est quartum elemẽtum, esse in terra. Ergo dei potentia quæ hæc facere approbatur, facit ut & homo & aqua sint supra cœlum.

Orosij quæstio XXVIII.

ET quia totam terram aqua tegebat, non erat locus ubi aquæ congregentur, dum totam terram aqua tegebat. Quomodo scriptura dicit: Congregentur aquæ quæ sub cælo sunt in locum unum, & appareat arida?

Genes. 1.

Augu-

Augustini responsio.

TOtam terram aqua tegebat, sicut rarissima quædam nebula, quæ postea in unum redacta atq; collecta est, ut posset etiam terræ species apparere, & terra longe lateq; subsidens, potuit concauas partes præbere, quæ cõfluentes aquas susciperent, ut arida apparet.

Orosij quæstio XXIX.

Gene. 3. CVm Deus omnia bona creauerit, dicẽte scriptura: Et ecce omnia quæ fecit deus, bona ualde. Cur rursus dominus in Euãgelio dicit: Nemo bonus nisi solus deus

Marci 10

Augustini responsio.

Matth. 12. QVod homo sit bonus, idem ipse dominus in Euangelio dicit: Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. Sed ut hoc diceret: Nemo bonus, nisi solus deus, illi scilicet respondebat, qui uitam æternam ab eo quærebat, illi qui tantum hominem arbitrabatur, dicens: Magister bone. Ideoq; sic respondens dicẽs: Quid me dicis bonum? Nemo bonus nisi solus deus, id est, formam istam assumptam quam cernis, uidebunt boni & mali, pij & impij, non tamen erit eis in bonum qui mala agunt. Ergo non me dicas secundum hanc formam bonum, quam uidebunt & illi qui me pupugerunt. Est alia forma, quam non uidebunt impij, quam non uidebunt nisi soli iusti, secundum hanc formam bonus sum eis, qui digni fuerint me uidere.

Orosij quæstio XXX.

Genes. 2. FOns inquit sancta scriptura, ascendebat de terra, irrigans uniuersam faciem terræ, Si uniuersam terram irrigabat, ergo & montes irrigabat, quia & montes utiq; terra sunt, Si uero & montes irrigabat, diluuium erat, Et si diluuium erat, quomodo terra germinauerat herbam uirentem & facientem semen, Aut quemodo habitabat homo in terra, si uniuersam terram aqua tegebat?

Augustini responsio.

FOns, ibi ponitur, singularis pro plurali numero, hoc enim si sollicitè inquiramus, in scripturis sanctis frequenter reperies, Habes nempe in Psalmo: Misit in eos muscam caninam & comedit eos, & ranam, & extermi-

Psalm. 77 nauit eos. Cum utiq; nec una musca, nec una rana fuerit.

Psalm. 104 Et alibi in Psalmo dixit: Et uenit locusta, non ait locustæ,

Eneid. 2. sed locusta. En habes singularem numerum pro plurali: Secundum id quod ait nobilissimus quidam poetarum: Veterumq; armato milite complent. Porro autem propter unitatem naturæ dictum est unus fons, ut omnes intelligamus qui sunt in terra, quia quodammodo omnes ex unius

Genesis 2 abyssi natura manãt. Nam quod ait: Irrigabat uniuersam faciem terræ, non totam terram rigabat, sed partem. A toto enim partem significauit, quemadmodum dicimus: Christus mortuus est, Christus resurrexit. Quod non conceditur nisi secundum carnem.

Orosij quæstio XXXI.

TVlit ergo dominus Deus hominem, ait scriptura, & posuit eum in paradysum uoluptatis, ut operaretur & custodiret illum. Quid rogo operaretur & custodiret paradysum, ne an aliud?

Augustini responsio.

ITa sententia duplicem intelligentiam parit, Siue enim operaretur homo paradysum, ut in paradyso aliquid operaretur, non necessitate uictus, sed ad delectationem operabatur, adhuc enim non peccauerat, nec ei terra spinas & tribulos germinauerat, ut in sudore faciei suæ ederet panem suum, Hoc nempe meruit post peccatum. Ante peccatum igitur non indigentia, non necessitate, sed sola ut diximus uoluptate opabatur paradisum per agriculturam, & custodiebat per disciplinam. Non contra bestias neq; contra animalia aliqua paradisum custodiebat, sed sic solum ne amitteret peccando, quem custodire poterat obediendo. Siue ipsum hominem ponens Deus in paradiso ut operaretur & custodiret, operaretur scilicet ut bonus esset, & custodiret ut tutus foret. Quidlibet horum dicatur, siue homo paradysum operaretur per agricultur& & custodiret per disciplinam, siue ipsum hominem Deus oparetur ut bonus esset, & custodiret ut tutus esset, quidquis horum intelligas, rationem utrq; intellectus non impedit.

Orosij quæstio XXXII.

CVm Deus minetur homini mortem die quo cibum uetitum tetigerit, cur eo die mortuus non fuit? Sic enim scriptura dicit: In quacũq; die comederis ex eo morte morieris. Genesis. 2.

Augustini responsio.

QVatuor esse mortes scriptura sancta euidenter ostendit. Prima mors est animæ, quæ suum deserit creatorẽ, cum enim deserit peccat. Sine (inquit Dominus in Euangelio) mortuos sepelire mortuos suos. Ecce habes mortuos secũdum animam, scilicet sepelientes mortuos. Et quos sepeliunt? Secundum carnem mortuos. Hæc itaq; sententia duas mortes manifestissime docet: unam animæ, quam peccando incurrit, alteram corporis, Tertia autem est solius animæ, quã dum ex hoc corpore exierit, patitur, secundum illud quod in Euangelio de diuite legimus: Pater Abraham (inquit dives) mitte Lazarum ut digito suo refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Quarta est mors, cum anima recipiet corpus, ut in ignem mittatur æternum, secundum illud quod Dominus ait in Euangelio de futuro iudicio: Ite in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Die itaq; quo peccauit Adam, in anima mortuus est. Sicut enim corpus uiuit ex anima, ita anima ut beatius uiuat, uiuit ex deo. Ergo deserta anima Adæ à Deo, iure dicitur mortua prima morte, ex qua tres postea secutæ sunt mortes. Vt enim hæ subsequerentur, primo præcessit desertio Dei, secũdum quòd eo die quo peccauit Adam mortuus est. Quatuor mortes

Matth. 8.

Luc. 16.

Matth. 25

Orosij quæstio XXXIII.

QVomodo poterat timere mortem Adam, quam nul latenus sciebat?

Augustini responsio.

SIcut enim nos scimus resurrectionem quam nunquã experti sumus, nec uidimus, ita ille sciebat mortem. Scimus quoq; quod exiens anima à corpore suo faciat mortem, & dum reuersa fuerit, in corpore suo faciet resurrectionem. Ecce scimus resurrectionem quam nunquam experti sumus, Sic & ille sciebat utiq; mortem, non adhuc per experientiam, sed per scientiam. Sciebat quippe quid esset uiuere, & per priuationem uitæ sciebat utiq; mortẽ. Sicut sciuntur tenebræ per priuationem lucis, & sicut scitur silentium per priuationem uocis, & sicut scitur uacuũ per priuationem corporis, ita sciebat mortem per priuationem uitæ.

Orosij quæstio XXXIIII.

Genesis. 2. ADduxit Dominus cuncta ad Adam animalia & uolatilia, uidensq; ea nomina imposuit. Et de muliere paulò post dicitur: Videns ergo mulier quòd bonum esset lignum ad uescendum, &c. Ecce manifestiss mè scriptura ostendit amborũ oculos apertos fuisse. Nec enim fas est dicere primos homines cæcos factos. Et cur post paulu
Gene. 3. lum post ligni uetiti tactum, eadem scriptura dicit: Aperti sunt oculi amborum? Nisi enim oculos haberent apertos, nec ille animalibus nomina imponeret, nec illa uideret ligni pulchritudinem.

Augustini responsio.

HOC quippe uerum est, quia apertos oculos habebant, & tamen nisi ad aliquid clausi essent, nullate-
Rom. 7 nus scriptura diceret: Aperti sunt oculi amborũ. Aperti sunt scilicet, non ob aliud nisi ad inuicem cõcupiscendum, ut esset lex in membris, repugnans legi mentis, ut etiam in ipsis membris esset nõ uoluntarius motus, iusta scilicet Dei uindicta, ut homo qui noluit esse subiectus Deo, non haberet subditum corpus. Ergo in eo aperti sunt oculi amborum, ut mouerentur concupiscentialiter membra.

Orosij quæstio XXXV.

CVM audissent uocem Adam & Eua (ait scriptura) domini dei deambulãtis in paradiso, absconderunt se. Rogo quæ nam est ipsa deambulatio?

Augustini responsio.

ABsit ut Deus qui est trinitas, ex hoc quòd eius dicitur deambulatio, corporeus aut localis esse credatur. Omne siquidem corpus locale est, & omne locale utiq; corpus est. Deus uero incorporea res est, nec temporaliter mouetur, nec loco continetur, neq; de loco ad locũ transfertur. Eius namq; deambulatio intelligenda est per aliquam creaturam facta, quam creaturam hominem fuisse ex ipsius circumstantia scripturæ intellectum à maioribus recolo.

Orosij quæstio XXXVI.

CVM deus unus sit, dicente scriptura: Audi Israël, Deut. 6.
dominus Deus tuus unus est, quomõ ipse sit. Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est? Nobis enim pluralitatem insinuat.

Augustini responsio.

DEVS quamuis unus sit, tamen trinitas est, pater scilicet & filius & spiritussanctus. Vnus ex nobis dictum est, non propter pluralitatem deorum, sed propter pluralitatem personarum.

Orosij quæstio XXXVII.

MVlta utiq; uidemus animalia ex corruptione corporum, maxime mortuorum nasci. Nunquid tunc creata sunt quando ipsa corpora?

Augustini responsio.

ABsit ut tunc creata dicantur quando ipsa corpora, sed corporibus insita sunt quodammodo, quæ sunt suo tempore exorta. Sicut enim semen cuiuslibet arboris habet quandam uim, ut cum obrutum fuerit in terra, oriatur & uirgultum producatur, deinde ramis nihilominus consitpata dilatetur, & frondibus de eisdem floribus decorata fructificet. Ita est et in corpore, ut ita dicam, quoddam seminarium, unde suo tempore curante prouidentia Dei, aliqua genera animalium oriantur.

Orosij quæstio XXXVIII.

CVM deus dixerit: Germinet terra herbam uirentẽ, Gene. 1.
& afferentem semẽ & ligna fructifera, Ligna infructuosa uel spinas uel tribulos quando fecit?

Augustini responsio.

SImul omnia Deus fecit, dicente scriptura: Qui uiuit æternum, creauit omnia simul. Nullatenus igi- Eccles. 18
tur dicenda sunt infructuosa ligna, quæ aliquo modo hominibus afferunt adiumenta. Quia & reuera, si non inuenimus in eis aliquid ad edendum, inuenimus certe ad medicamentum, inuenimus ad adiutorium. Nam quantum utilitatis inueniatur in eis, tuipse considera. Proinde quia à fruendo dicitur fructus, & ab omni ligno possumus habere aliquod adiutorium, iure nullum lignum dicimus infructuosum: Spinæ autem & tribuli quamuis post peccatum hominis nascantur ad laborem, dicente scriptura: Terra Genesis 3
spinas & tribulos pariet tibi, tamen non est dicendum tũc ea aboriri ex terra, quia iam non erant, erant utiq; ad pastus pecorum uel uolatilium facta, non ad augendam hominis pœnam producta.

Orosij quæstio XXXIX.

SI omnia in numero & mensura & pondere Deus disposuit, sicut sancta scriptura testatur, ipsum nume- Sapient. 11
rum & mensuram & pondus ubi disposuit?

Augustini responsio.

NVmerus & mensura et pondus ipse Deus est, ipse est numerus sine numero, à quo est omnis numerus: ipse

est

est mensura sine mensura, à qua est omnis mensura: Ipse est pondus sine pondere, à quo est omne pondus. Omnia ergo in numero, & mensura, & pondere disposuit, tanq̃ Sapient. 11. si diceret, omnia in se disposuit. Non enim creaturam tam extra se, aut alicubi uidit, ut sicut homines memoria teneat quæ faceret. Omnis ergo caussa creaturæ uoluntas est creatoris: Hoc ibi est uoluntas quod natura: Si tamen æterna est natura, sicut æterna uoluntas: Non enim accidit deo huiusmodi noua aliqua cogitatio ad formandas creaturas. Proinde omnia in se trinitas deus disposuit, quia in se cuncta habuit quæ fecit. Intelligitur & aliter: Omnia in numero, & mensura, & pondere disposuit, id est, omnia quæ fecit, numerum, & mensuram, & pondus habent.

Orosij questio XL.

NVnquid nam adduxit deus ad Adam cuncta animantia terræ, & uniuersa uolatilia cœli, quomodo adducunt aucupantes uel uenantes ad retia? An forsitan uox de nube facta est iussionis, quam intelligerent tanquàm rationales animæ, & ea audita illi omnes obedirent?

Augustini responsio.

NOn hoc acceperunt animantia uel uolatilia cœli, ut sint rationis capacia, per quam obedire possint creatori suo: In suo tamen genere obtemperant deo, nõ rationalis uoluntatis arbitrio, sed sicut monet ille omnia temporibus opportunis, non ipse temporaliter motus. Mouet itaq; seipsum sine tempore & loco, mouet creatum spiritum sine loco temporaliter, mouet creaturam corpoream temporaliter & localiter. Præcedit igitur substantia quæ temporaliter tantum mouetur, illam quæ temporaliter & localiter mouetur. Præcedit itaq; substantia, quæ nec temporaliter nec localiter mouetur, illam quæ tantum temporaliter mouetur. Item spiritus conditus mouet seipsum per tempus sine loco, mouet corpus per tempus & locum. Spiritus uero creator mouet seipsum sine tempore & loco. Igitur spiritus rationalis, qui est in hominibus: siue irrationalis, qui est in brutis, eius iussis mouetur. Sed rationalis habet intelligentiam, per quam iudicare possit, utrum iussis consentiat, an non consentiat. Animalia uero reptilia aut uolatilia non acceperunt hoc iuditium, pro suo tamen genere atq; natura ad iussa aliquo actu propelluntur. Vnde angelica natura iussa dei perficiens, mouet iussis omne genus animantium, docens id quod nescit. Si etenim homines possunt nonnulla animalium genera mansueta facere, ita ut quasdam uoluntates hominum facere uideantur, quanto magis hoc angeli possunt.

Orosij questio XLI.

QVæ caussa fecit, ut deus quem adstruis moueri, non moueatur in tempore, aut spiritus creatus qui mouetur in tempore, non moueatur etiam in loco?

Augustini responsio.

DEus qui instituit tempora, & est ante tempora, nihil in eo est præteritum & futurum, nullum consilium nouum, nullaq; noua cogitatio, quia scilicet si noua tunc etiam accidens: Si uero aliquod accidit deo, iam non immutabilis deus est. Nihil illi accidit, nulla noua cogitatio, nullum nouum consilium, ideo non mouetur in tempore. Spiritus uero conditus, sicut est angelorum, quanquàm sine tempore contemplentur dei æternitatem, ueritatem, charitatem, tamen quia ex tempore in inferioribus iussa dei perficiunt, iure creduntur moueri in tempore. Corpora uero sua in loco mouent, dum descendunt de cœlo, & adscendunt in cœlum. Spiritus itaq; hominum mouetur in tempore, reminiscendo præterita, & futura expectando, aliaq; noua discendo. Neq; enim cum recordor aliquam lectionem, aut aliquam ciuitatem, sic motus est spiritus meus cogitando, ut hæc recordaretur ex tempore: Itaq; motus est & loco. Quòd si loco mouetur, aut in cœlo aut in terra mouetur, quia sine cœlo & terra nullus est locus. Vbi autem fuit ipse spiritus, in cœlo an in terra, ut uiderit ipsam lectionem, uel ipsam ciuitatem? Ergo si in nullo loco uidit, ut recordaretur in seipso uidit. Et quia initium habet etiam cogitatio, & omne quod initium habet, etiam tempus habet. Igitur secundum supradictam rationem, spiritus creatus per tempus moueri potest, non per locum: Spiritus creator sine tempore & loco: Corpus autem & loco & tempore.

Orosij quæstio XLII.

CVM requies non sit nisi post laborem, cur deus requiescere dicitur? An et ipse opere fatigatus est ut requiescere dicatur?

Augustini responsio.

NOn in aliqua creatura tanquàm eius bono indigens requieuit deus, sed in seipso. Deniq; non in aliquo dierum, sed post sexti diei opera requieuisse legitur. Vnde liquido adparet, nullam creaturam deum per indigentiam sed sola bonitate fecisse. Quòd si in aliqua creatura requieuisset, aliquam creaturam indigens fecisset. Ergo quia nullam creaturam per indigentiam fecit, proinde in nulla creatura requieuit: Nam quod dicit scriptura, requieuisse deum in die septimo ab omnibus operibus quæ Genes. 2. fecit, hoc intelligi posse arbitror, quòd non in ipsum diem tanquàm eius bono indigens quo sit beatior requieuerit, sed ipsum diem septimum, id est, angelicam naturam adduxisse ad requiem suam, ut uiderent scilicet in deo sicut omnem formandam creaturam, ita & illum uiderint quòd nullam creaturam pro indigentia, sed sola bonitate fecisset. Hoc enim arbitror posse intelligi requiem dei. Intelligitur etiam aliter requies dei, id est, cum nos post bona opera requiescere facit, secundum illum modum quo dixit deus ad Abraham: Nunc cognoui quòd timeas deum: Genes. 22. Vbi intelligitur, cognoscere te feci: Ita & hic intelligitur requiescere deus, cum sanctis suis requiem præstat. Item aliter requiescere dicitur deus à condendis nouis creaturis, quia post editionem sex dierum operum, nullam deinceps condidit de nouo creaturam. Nam quod ait:

Pater

Ioan. 5. Pater meus usq; modo operatur, & ego operor, nõ nouam creaturam condens intelligitur, sed quam condidit administrans & conseruans.

Orosij quæstio XLIII.

QVomodo enim loqui serpens poterat in paradiso, cum fuisse adpareat irrationale animal, cui loqui non competit?

Augustini responsio.

Genes. 3. SErpens per se loqui non poterat, quia non hoc à creatore acceperat: Adsumpsit enim in ministerium illum diabolus, utens eo uelut organo, per quod articulatum sonum emitteret: Per illum nempe uerba faciebat, & tamen hoc etiam ille nesciebat. Natura ergo rationis expers subditur rationali creaturæ, sed tamen non tantum, quantum uult ex ea, & in ea facit, sed quantum à creatore acceperit.

Orosij quæstio XLIIII.

ET si non intelligunt serpentes, quomodo audiũt uerba Marsorum, ut ad incantationes eorum de speluncis exeant suis?

Augustini responsio.

LIcet intellectum non habeant, tamen sensu corporis nullatenus carent: Habent enim & uisum, & auditum, & odoratum, & gustum, et tactum. Et ideo quámuis audiant uerba Marsorum, nequaquám tamen intelligunt: Non enim obediunt intelligendo, sed ut de antris ad uerba Marsorum exeant, permittentæ deo coguntur à diabolo. Vnde datur testimonium de illo primo facto, quòd primum hominem diabolus per serpentem decepit in paradiso.

Orosij quæstio XLV.

NVnquid quia opus erat Adæ, ut ei uxor fieret, aliter non poterat fieri, nisi ut dormienti costa detraheretur, ex qua coniunx ædificaretur?

Augustini responsio.

POterat deus etiam aliter facere, sed ideo congruentius iudicauit ut sic faceret, unde aliquid significaretur. Sicut enim dormienti Adæ costa detraheretur ut coniunx efficiatur, ita & Christo morienti de latere sanguis effunditur, ut ecclesia construatur. Communicantes nempe corpori & sanguini Christi, efficitur ecclesia Christi coniunx.

Orosij quæstio XLVI.

Genes. 2. QVomodo intelligendum est quod dicit Adam: Quámobrem relinquet homo patrem & matrem, & adhærebit uxori suæ, et erunt duo in carne una?

Augustini responsio.

Ephes. 5. BEatus Apostolus Paulus hoc capitulũ sibi ponens, exposuit dicens: Sacramentum hoc magnum est: Ego aũt dico in Christo & in ecclesia. Sed quomodo Christus reliquit patrem consubstantialem sibi? An alicubi esse poterit pater sine filio, cum de ipso filio, qui est sapientia, dicatur, quòd attingat à fine usq; ad finem fortiter, & disponat omnia suauiter? Ergo si ibi est filius ubi & pater, non potest esse pater sine filio, nec filius sine patre: Quia scilicet sicut inseparabiles sunt in natura, ita & inseparabiles in persona. Sic enim ipse filius de patre dicit in Euangelio: Qui me misit, mecum est. Quomodo ergo dereliquit patrem ut adhæret uxori suæ, id est, ecclesiæ suæ, nisi illo modo quo Apostolus dicit: Qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualem deo, sed semetipsum exinaniuit formam serui accipiens? Ipsa ergo forma est seruilis acceptio & exinanitio, & ipsa exinanitio quanquàm non sit diuinitatis abolitio, aut naturæ amissio, tamẽ propter formam serui, in quo dinoscitur adparuisse, iure dicit Apostolus patrem reliquisse. Reliquit & matrem, scilicet synagogam, ueteri testamento carnaliter inhærentem, & adhæsit uxori suæ, id est, ecclesiæ suæ sanctæ, ut pace noui testamenti essent duo in carne una. Ioan. 8. Philip. 2.

Orosij quæstio XLVII.

CVR Cain ex terræ fructibus munera reprobantur, & Abel de adipibus gregis sui munera suscipiuntur? Genes. 4.

Augustini responsio.

CAin typum gerebat Iudæorum, qui illa temporalia sacramenta secundum uetus testamentum exercebant. Horum enim sacrificia superuenũte testamenti noui fide, contempta & euacuata sunt, & Christianorum sacrificia, quæ ex innocentia Christi innocentis agni constant, laudantur, quæ significabant ipsius Abel ex ouibus munera. Munera igitur Cain non accipiuntur. Vnde etiã dicitur in psalmo: Oblationes & holocausta noluisti &c. Psalm. 39

Orosij quæstio XLVIII.

QVid significat, quòd Cain fratrem suum Abel in agro interfecit?

Augustini responsio.

IAm superius diximus Cain significare Iudæos, qui Christum occiderunt. Occiditur itaq; Abel minor natu. Occiditur Christus caput populi minoris natu à populo Iudæorum maioris natu: Ille in agro, iste in Caluariæ loco.

Orosij quæstio XLIX.

QVomodo intelligendum est, quòd sanguis Abel legitur de terra ad dominum clamasse?

Augustini responsio.

SAnguis Abel significat sanguinem Christi, quo uniuersa ecclesia accepto dicit, Amen. Nam qualem clamorem faciet uniuersa ecclesia dũ potatur sanguine Christi, & dicit Amen: tuipse si potes, cõsidera. Iudæi ergo qui intelliguntur in persona Cain, quoniam non credentes in Christo, qui non potantur sanguine Christi, maledicti sunt super terram. Super illam scilicet terram, quæ aperuit os suum per confessionem, & bibit sanguinẽ fratris sui, id est christi sui. Quẽ quia Iudæi nõ bibunt, ideo maledicti sunt.

Orosij quæstio L.

QVid significat, quòd Enoch septimus ab Adam, cum deo ambulauit, & non adparuit?

Augustini

Augustini responsio.

ENoch septimus ab Adam transfertur ad deum, & septimo requies promittatur sanctis, quia in sexta ætate sæculi reformantur in agnitionem dei, ut transferantur ad requiem.

Orosij quæstio LI.

Quid significat, quòd Noë per aquam & lignũ liberatur?

Augustini responsio.

AQua significat baptismum, & lignum crucem. Sicut Noë per aquam & lignum liberabatur, ita & ecclesia baptismo & passionis Christi signaculo liberatur.

Orosij quæstio LII.

Quid significat, quòd arca de lignis quadratis cõstructa erat intrinsecus, & extrinsecus bitumine liniebatur? Augustr. respon.

SIcut arca de lignis quadratis construebatur, ita & ecclesia de sanctis construitur. Quadratũ enim in quacunq; parte posueris, fortiter stat, & sancti in quibuslibet tentationibus stabiles permanent, non aduersitatibus, non prosperitatibus cedunt. Bitumen enim significat charitatem, per quam sancti nec illis scandalis quæ fiunt ab his qui intus sunt cedunt, nec illis quæ fiunt ab his qui foris sunt, & seruant unitatem spiritus in uinculo pacis, tolerantes & malos Christianos qui sunt in ecclesia, et hæreticos qui sunt foris & extra ecclesiam.

Orosij qnæstio LIII.

Quid significat, quòd arca in longitudine habuit trecentos cubitos, & in latitudine quinquaginta, & in altitudine triginta.

Augustini responsio.

SAncta ecclesia ut faciat mandata dei, adiuuatur spiritu dei, dicente Psalmographo: Viam mandatorũ tuorum cucurri, cum dilatasti cor meum. Nisi dilatatum cor habuisset, uiam domini minimè cucurrisset. Et unde dilatatur cor nisi per charitatem spiritalẽ? Hinc & beatus Paulus Apostolus simili Psalmographo uoce consentit: Os nostrum patet ad uos ó Corinthij, cor nostrum dilatatũ est. Vnde quæso dilatatum est? Gratia, inquit, dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctũ, qui datus est nobis. Ergo accepto spiritu sancto operatur ecclesia talem dilectionem, scz præcepta dei, quæ sine gratia spiritus sancti nequaq; potest operari. Hunc enim spiritum septiformem scriptura sancta cõmemorat et cõmendat. Septies ergo septem fiunt quadraginta nouem, et addito uno ut cõpleatur numerus, fiunt quinquaginta. Vnde & dominus adscendens in cœlum quinquagesimo die misit spiritum sanctum, ut corda credentiũ dilataret. Trecenti uero cubiti significant decem præcepta legis: Decies aũt triginta fiunt trecenta. Sed hæc præcepta non possunt impleri, nisi charitate faciente, id est spiritu sancto, qui significatur in latitudine quinquaginta cubitorum. Idcirco arca utrunq; numerum habet: Nam & ipsa opera bona propter supernum finem facit ecclesia, qđ significãt triginta cubiti altitudinis. Re enim uera spiritus est altitudo nostra, ipse scz tricenarius doctrinam Euangelicam consecrauit. Ipse est et supernus finis, atq; omni bono opere indubitanter ecclesiam replet.

Psalm. 118

2. Corin. 6

Roman. 5.

Actor. 2.

Orosij quæstio LIIII.

Quid significat, quòd post dies septem, ex quo ingressus Noë in arcam, pluit dominus super terram quadraginta diebus & quadraginta noctibus. Genes. 7.

Augustini responsio.

Vòd post dies septem dominus pluit super terram, hoc significat quòd omnes qui baptizantur, in spem futuræ quietis, quæ septimo die significata est, baptizantur. Et omnis reatus peccatorũ, qui in decẽ legis præceptis admittitur per uniuersum orbẽ terrarũ, qui quatuor partibus continetur, unde decem per quatuor ducta quadraginta fiũt, siue ille reatus qui ad dies pertinet ex rerũ prosperitate, siue q ad noctes ex rerũ aduersitate contractus sit, sacramẽto cœlestis baptismi abluitur.

Orosij quæstio LV.

Quid significat, q Noë sexcentorum erat annorũ, quando diluuij aquæ inundauerunt super terram?

Augustini responsio.

SExcenti anni significant sex ætates mundi. Prima ætas est ab Adam usq; ad Noë. Secunda à Noë usq; ad Abraham. Tertia ab Abraham usq; ad Dauid. Quarta à Dauid usq; ad transmigrationem Babylonis. Quinta à transmigratione Babylonis usq; ad aduentum domini nostri Iẽsu Christi. Sexta quæ nunc agitur. Sexcentesimo anno uitæ Noë factum est diluuium, ita sexta ætate sæculi reformatur homo in agnitionem dei per baptismum. Sex ætates.

Orosij quæstio LVI.

Quid significat, quòd de omni genere animaliũ atq; uolatilium, immunda bina inducuntur in arcam, & munda septena?

Augustini responsio.

IMmunda illos homines significãt, qui ad schisma sunt faciles: Munda uero homines sanctos, qui spiritum septiformem accipientes ex fide uiuunt. Hinc etiam quidam Poëta ait: Numero deus impare gaudet. Bucolic. ægloga 8.

Orosij quæstio LVII.

Quid significat, quòd omnes montes excelsos supercreuit aqua quindecim cubitis?

Augustini responsio.

OCto & septem quindecim faciunt. Octo nempe significant resurrectionem, et septem quietem. Hoc itaq; mysteriũ resurrectionis & quietis, supergressum est omnem scientiam superborũ sapientiũ, qui nullatenus potuerunt indagare scientiam resurrectionis & quietis.

Orosij quæstio LVIII.

QVare cum ingrederetur Noë in arcam, dicitur ad eum: Ingredere tu & filij tui, uxor tua, & uxores filiorum tuorum tecum? Seorsum ergo ponuntur uiri, & seorsum fœminæ? Et cum egrederetur de arca, dicitur ad eum: Egredere tu, & uxor tua: filij tui, & uxores filiorum Genes. 7. Genes. 8.

uorum. In ingreſſione quidem ſeparati, in egreſſione autem conuncti dicuntur.

Auguſtini reſponſio.

Galat. 5. HOrum quippe ingreſſo iſtam uitam ſignificat, ubi caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem, ut non quæcunq; uolumus, illa faciamus: nec quæcunq; nolumus, illa non faciamus. Egreſſio autem illam uitam ſignificat, ubi caro iam nullam habebit concupiſcentiam aduerſus ſpiritum, ubi nihil erit ex nobis, quod repugnet in nobis.

Oroſij quæſtio LIX.

Geneſ. 8. QVid ſignificat, quòd emiſſus coruus de arca nõ eſt reuerſus.

Auguſtini reſponſio.

COruus ut non reuerteretur, aut aquis interceptus eſt, aut aliquo cadauere illectus inſedit: Et ſignificat illos homines, qui carnalibus deditu rebus, dei præcepta contemnunt, et nullatenus pœnitendo eccleſiæ ſatisfaciũt, unde & per mala opera receſſerunt. Vel certè ſi aquis ille coruus interceptus eſt, illos ſignificat, qui de eccleſia exeunt, et hæreticorum baptiſmo polluuntur. Quàmuis enim unum baptiſma ſit hæreticorum (eorũ ſcilicet, qui in nomine patris, & filij, & ſpiritus ſancti baptizantur) & eccleſiæ catholicæ, tamen quia foris et extra eccleſiam bapti-
1. Timot. 3 zantur, non ſumunt baptiſmum ad ſalutem, ſed ad perniciem, habentes quidem ſpeciem pietatis, uirtutem tamẽ eius abnegantes. Et rurſum: Animales inquam ſpiritum non habentes. Et ideirco eos eccleſia nõ rebaptizat, quia in nomine trinitatis baptizati ſunt: Ipſa eſt enim perfectò forma ſacramenti, ideo dũ reuerſi fuerint, accipiũt uirtutẽ ſpiritus ſancti, quẽ hi qui extra eccleſiam baptizantur, nondũ hñt.

Oroſij quæſtio LX.

Geneſ. 9. QVid ſignificat, quòd Noẽ uir iuſtus plãtauit uineam, bibensq; uinum inebriatus eſt, & nudatus in tabernaculo ſuo?

Auguſtini reſponſio.

DEus quodammodo plantauit gentem Iudæorũ, ſegregando eam à cunctis gentibus: Vnde & circumciſionis ſignum eis indidit, legem dedit, ſacrificia inſtituit, ſeipſum in carne uenturũ in lege prædixit, ſed cũ nõ crederent in uineæ ſuo uino, id eſt, malitia populi ſui paſſus eſt, crucifixus eſt, ſputis illitus & illuſus. Sed hic paſſus eſt in tabernaculo ſuo, ille in gente ſua.

Oroſij quæſtio LXI.

Geneſ. 9. QVid ſignificat, q̃ Cham pater Chanaan, uidens uerenda patris ſui, exiuit foras, & nũciauit fratribus ſuis. Auguſtini reſponſio.

IN duobus filijs maximo & minimo, duo populi ſignificati ſunt, unam ueſtim à tergo portantes ſacramentũ ſcilicet iam præteritæ atq; tranſactæ dominicæ paſſionis, nuditatem patris tegentes, neq; intuentes qui in Chriſti necem non conſentirent, & eum honorant uelamento, tanquã ſcientes unde ſim nati Medius filius populus Iudæorum, ideo nudus, quia nec primatum Apoſtolorum tenuit, nec ultimus in gentibus credidit, nuditatem patris quia conſenſit in necem Chriſti, & nunciauit fratribus ſuis. Per eũ quippe manifeſtum eſt, & quodammodo publicatum, quod erat propheticè ſecretum: Ideoq; ſit fratrum ſuorum ſeruus. Quid eſt enim adhuc hodie, quòd gens ipſa ſcriniaria Chriſtianorum, portans legem & prophetas, ad teſtimonium adfert eccleſiæ, ut nos honoremus per ſacramentum, quod nunciant illi per literam?

Oroſij queſtio LXII.

Geneſ. 12. QVid ſignificat quòd dixit deus ad Abraham: Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui?

Auguſtini reſponſio.

ABraham perſonam Chriſti portabat. Sicut enim Abraham terram & cognationem ſuam dimiſit, & domum patris ſui, et uenit in terram quam ignorabat, ita & Chriſtus dimiſit gentem ſuam, ſcilicet Iudæorum, et uenit ad populũ gentiũ Hic et alia explanatio hoc habet: Eximus de terra noſtra, quãdo diuitias & mũdi huius facultates contemnimus. Et de cognatiõe noſtra, id eſt, de uitijs prioribus, quæ nobis à natiuitate noſtra coherẽtia uelut affinitate quadã & conſanguinitate coniuncta ſunt. Et de domo patris noſtri, id eſt, omni memoria mundi huius, quæ oculorum occurrit obtutibus.

Oroſij queſtio LXIII.

Quot ſunt genera uiſionum.

Auguſtini reſponſio.

Tria uiſionũ genera. TRia. Prima uiſio eſt corporalis, ſecunda ſpiritalis, tertia intellectualis. Corporalis ergo uiſio eſt, quæ fit per corpus. Spiritalis, cũ imagines eorũ quæ uidimus, in memoria condimus. Intellectualis nempe, cum ea quæ corporaliter uidimus, & imaginaliter in memoria retinemus, intellectu diſcernimus, q̃ illud ſit corpus, illud ſimilitudo corporis. Hunc aũt intellectum beſtiæ & pecora atq; uolatilia nullatenus habent. Vident & ipſa per corpus, & eorũ quæ uidentur imaginaliter ſpecies formatur, unde & pecora præſepia recognoſcunt, & aues ad nidos ſuos redeunt. Sed nec ſeipſa intelligũt quæ ſint, nec illa quæ oculis cernunt. Poſtremò corporalis uiſio ſine ſpiritali eſſe non poteſt. Statim ergo ut auertimus oculos ab eis quæ uidemus, imagines eorũ quæ uidimus, in memoria retinemus. Spiritalis uero uiſio ſine corporali eſſe poteſt, unde & abſentes homines recordamur, & in tenebris ea quæ uidimus, imaginaliter cernimus. Intellectualis nempe nec corporali indiget, nec ſpiritali. Per intellectũ nec corpus uidemus, nec imaginem corporis: Per hãc quippe uidetur iuſtitia, charitas, ipſe deus, ipſa mens hominis, quæ nullũ corpus habet, nec ullam ſimilitudinem corporis. Vbi etiã rap-
2. Corin. 12 tus fuerat Apoſtolus Paulus in tertium cœlum, id eſt, ad intellectualem uiſionem, ut deum non per corpus, non per ſimilitudinem corporis, ſed ſicut eſt ipſa ueritas cerneret. Tres ergo cœli tria ſunt uiſionum, de quibus loquimur, genera. Ad hoc profectò peruenerat Paulus, ut deum ſic in iſta uita uideret, ſicut ſancti poſt hanc uitam uidebunt.

Oroſij

Orosij quæstio LXIIII.

Quot genera sunt apostolatus? Vel quale nomen sit apostolus, uolo cognoscere.

Augustini responsio.

APostolus interpretatur missus. Apostolorum sunt genera quatuor, à deo nõ per hominem, à deo sed per hominem, per hominem tantum, & ex se. A deo etenim missus est Moyses. A deo & per hominẽ iesus Naue. Per hominem tantum, sicut nostris temporibus multi fauore uulgi in sacerdotium subrogati sunt. Ex se autem, sicut sunt ipsi pseudoprophetæ.

Orosij quæstio LXV.

Quomodo possumus scire qui mittatur à deo.

Augustini responsio.

ILlum cognoscemus missum à deo, quem non paucorũ hominum laudatio, uel potius adulatio eligit, sed illũ quem & uita & mores optimi, & Apostolicorũ etiam actio cõmendat sacerdotum, uel etiam qui uniuersorũ populorum iudicio comprobatur, qui non appetit præesse, qui nec pecuniam dat ut episcopatus honorem acquirat. Nam cũ qui præesse festinat, quidam patrũ eleganter expressit dicens: Sciat se non esse episcopũ, qui præesse cupit, nõ prodesse.

DIVI AVRELII AVGVstini, Hipponensis episcopi, interrogatiunculis Hilarij tam eleganter q̃ diserte satisfacientis, Liber incipit, cuius prænotatio talis est.

Augustinus Episcopus seruus Christi & eius Ecclesiæ, dilectissimo filio Hilario in domino salutem.

Vtrum homo possit uiuere sine peccato, & mandata Dei facile custodire si uelit. Quæstio I.

EX LITERIS tuis didici, nõ solum incolumitatem tuam, sed etiam religiosum studium circa uerbum dei, et piam curam pro salute tua, quæ est in Christo Iesu domino nostro: Vnde gratias deo agens non distuli rescripta persoluere. Si ergo quæris in hac uita, utrum quisquam ita iustitiæ perfectione proficiat, ut hic sine ullo omnino uitio peccato? Attende quid dicat Ioannes Apostolus, quem dominus inter discipulos suos præcipuè diligebat: Si dixerimus inquit, quòd peccatum non habemus, nosipsos decipimus, & ueritas in nobis non est. Si ergo illi, de quibus mihi scripsisti, se dicunt esse sine peccato, uides quia seipsos decipiunt, & ueritas in eis nõ est. Si autem se esse peccatores fatentur, ut dei misericordiam possint mereri, coimpescant ab alijs etiam deciptendis, quibus hanc superbiã persuadere conantur. Omnibus enim necessaria est oratio dominica, quam etiam ipsis arietibus gregis, id est, Apostolis suis dominus dedit, ut unusquisq; deo dicat: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Cui enim hæc in oratione uerba necessaria non fuerint, ipse hic sine peccato uiuere pronunciandus est. Quales si aliquos futuros dominus præuideret, meliores utiq; quàm exactorum eius Apostoli, aliam orationem illos doceret, qua nõ peterent dimitta sibi peccata, quibus in baptismo fuerant omnia tam dimissa. Nam si Daniel sanctus non coram hominibus, id est, in oratione qua deum deprecabatur, non solum peccata populi sui, sed etiam sua confitebatur, sicut eius ore uerdico expressum est, nihil aliud mihi uidetur dicendũ istis, nisi quod per prophetam Ezechielem cuidam superbo dominus mandat: Nunquid tu sapientior quàm Daniel? Sed planè qui misericordia dei adiutus & gratia, se ab eis peccatis abstinuerit, quæ etiam crimina uocantur, atq; illa peccata sine quibus non hic uiuitur, mundare operibus misericordiæ, et pijs orationibus non neglexerit, merebitur hinc exire sine peccato, quàmuis cum hic uiueret, habuerit non nulla peccata, quia sicut ista non defuerunt, ita etiam remedia, quibus purgarentur, adfuerunt. Quisquis autem hac uelut occasione comperta, cum audierit neminem hic arbitrio suo sine peccato uiuere, dederit se libidinibus, & criminibus nefarijs obligauerit, atq; usq; in diem iuum ultimum perdurauerit, quaslibet inter hæc eleemosynas faciat, & infeliciter ducit uitam, & infeliciter finit. Sed sit utcunq; tolerandi sumus, quando dicunt uel esse uel fuisse hic aliquẽ, præter unum sanctum sanctorũ, qui nullũ haberet omnino peccatũ. Illud uero quod dicunt, sufficere hominibus liberum arbitriũ ad dominica præcepta implenda, etiam si dei gratia & spiritussancti dono ad opera bona nõ adiuuetur, omnino anathematizandũ est, & omnibus execrationibus detestandũ. Qui enim hoc adserunt, à gratia dei penitus alieni sunt. Qui ignorantes dei iustitiam, sicut de Iudæis dicit Apostolus, & suam uolentes constituere, iustitiæ dei nõ sunt subiecti. Plenitudo quippe legis nõ est nisi charitas. Et utiq; charitas dei diffusa est in cordibus nostris, non per nosipsos, nec uiribus propriæ uoluntatis sed per spiritumsanctũ qui datus est nobis. Valet itaq; liberũ arbitriũ ad opera bona, si diuinitus adiuuetur, quod sit humiliter petendo & faciendo. Desertũ uero diuino adiutorio qualibet scientia legis excellat, nullo modo habebit iustitiæ soliditatem, sed inflationem impiæ superbiæ & exitiosum tumorẽ. Docet hæc eadem ipsa dominica oratio. Frustra enim rogantes deũ dicimus: Ne nos inferas in tentationem: si hoc in nostra sic positũ est potestate, ut nullo illius adiutorio id ualeamus implere. Dictum est enim: Ne nos inferas in tentationem: quod intelligitur, ne nos inferri deserendo permittas. Fidelis enim deus, ait Apostolus, qui non uos permittat tentari super id quod potestis, sed faciat cum tentatione etiam exitum ut possitis sustinere. Vt quid hoc dixit deum facere, si hoc sine ipsius adiutorio in sola nostra est potestate? Nam & ipsa lex in hoc adiutorium data est illis, qui ea legitimè utuntur, ut per illam sciant, uel quid iustitiæ iam acceperint unde gratias agant, uel quid adhuc eis desit, quod instanter petant.

Qui

1. Ioan. 1.

Matth. 6.

Daniel. 6.

Ezech. 28

Roman. 10

Roman. 13

Roman. 5.

Matth. 6.

1. Corin. 10

1. Timoth. 1.

Exod. 20. Qui autem ſic audiunt quod ait lex: Non concupiſces: ut hoc quia didicerint, ſufficere ſibi arbitrentur, nec adiutorio gratiæ dei ad faciendum quod iuſſum eſt, dari ſibi uirtutem credant & petant, ad hoc eis lex ſubintrauit, ut abundaret delictum, quod dictum eſt de Iudæis. Parum enim eſt quia non implent quod præcepit lex. Non concupiſces: ſed inſuper ſuperbiunt, & ignorantes dei iuſtitiam, id eſt, quam deus dat, qui iuſtificat impium, & ſuam uolentes conſtituere, tanquàm ſuæ uoluntatis uiribus fa-
Roman. 10. ctam, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti. Finis enim legis Chriſtus ad iuſtitiam omni credenti, qui utiq; ideo uenit, ut ubi abundauit delictum, ſuperabundet gratia. Cui gratiæ ſi fuerunt inimici, dei ignorantes iuſtitiam, & ſuam uolentes conſtituere: quare ſunt & iſti inimici, ſi in eum crediderunt, quem illi occiderunt? An ut illi accipiant præmium, qui occiſo Chriſto ſuam impietatem accuſauerunt, & ſe illius gratiæ cognitæ ſubdiderunt, & iſti portent iuditium, qui ſic in Chriſtum uolunt credere, ut eius ipſam gratiam conentur occidere? Ad hoc quippe in eum credunt, qui rectè credunt, ut eſuriant ſitiantq; iuſtitiam, & eius
Iohel. 2. gratia ſaturentur. Omnis enim (ſicut ſcriptum eſt) qui inuocauerit nomen domini, ſaluus erit. Non utiq; ſalute corporis, quam multi habent, etiam qui non inuocant no-
Matth. 9. men domini, ſed illa ſalute de qua ipſe dicit: Non eſt opus ſanis medicus, ſed ægrotantibus. Et quid dixerit conſequẽs ter exponens: Non uenì, inquit, iuſtos uocare, ſed peccatores. Iuſtos ergo ſanos, peccatores autem dixit ægrotos.
Pſalm. 32. Non itaq; de ſuis uiribus præſumat ægrotus, quia in multitudine uirtutis ſuæ non erit ſaluus: Nam ſi inde præſumit, uideat ne uires iſtæ non ſint quales ſolent eſſe ſanorũ, ſed quales ſolent eſſe phreneticorum, qui cum ſint inſani, adeo ſe ſanos putant, ut nec medicum quærant, & tanquàm importunũ inſuper credant, ſicut iſti Chriſtum inſana ſuperbia quodammodo credunt, cuius gratiæ tam benignum adiutorium ad faciendam iuſtitiam dato legis præcepto neceſſarium non eſſe contendunt. Deſinant ergo ſic inſanire, et ad hoc ſe intelligant habere quantum poſſunt liberum arbitriũ, non ut ſuperba uoluntate reſpuam adiutorium, ſed ut pia uoluntate inuocent dominũ. Hæc enim uoluntas libera, tanto erit liberior quanto ſanior: tanto autem ſanior, quãto diuinæ miſericoriæ gratiæq; ſubiectior.
Pſalm. 118. Ipſe quippe fideliter orat & dicit: Itinera mea dirige ſecundum uerbum tuum, & ne dominetur mihi omnis iniquitas. Quomodo enim libera eſt cui dominatur iniquitas? Vt et autem non dominetur, uide ab illa quis inuocetur. Non enim ait: Itinera mea dirigo ſecundum liberũ arbitrium, quia non dominatur mihi omnis iniquitas, ſed itinera mea inquit, dirige ſecundum uerbum tuum, & ne dominetur mihi omnis iniquitas. Precatur, non pollicetur: confitetur, non profitetur: optat plenißimam libertatẽ, non
Roman. 10. Iohel. 2. iactat propriam poteſtatem. Non enim omnis qui uiribus ſuis confidit, ſed omnis qui inuocat nomen domini, ſaluus erit. Quomodo autem inuocabunt, inquit, in quem non crediderunt? Ad hoc ergo credunt, qui rectè credunt, ut inuocent in quem crediderunt, & uideant facere quod in præceptis legitimis acceperunt, quoniam id quod lex imperat, fides impetrat. Nã ut interim omittamus legis multa præcepta, & hoc inde cõmemoremus, quod ad commemorandũ elegit Apoſtolus: Cum dicit lex, Non concupi- Roman. 7.
ſces: quid uidetur aliud imperare, niſi ab illicitis cupiditatibus continentiã? Animus quippe uelut pondere amore fertur quocũq; fertur. Iubemur utiq; detrahere de pondere cupiditatis, quod accedat ad põdus charitatis, donec illud conſummatur, hoc perficiatur. Plenitudo enim legis Roman. 13.
charitas, & tamen de ipſa continentia uide quid ſcriptum ſit: Et cum ſcirem, iniquit, quia nemo poteſt eſſe continens Sapient. 8.
niſi deus det, & hoc ipſum erat ſapientiæ ſcire cuius eſſet hoc donum, adij dominum, & precatus ſum illum: Numquid dixit: Et cum ſcirem quia nemo poteſt eſſe cõnens, niſi per proprium liberum arbitrium, & hoc ipſum erat ſapientiæ ſcire à meipſo eſſe hoc donũ? Non plane hoc dixit, quod quidã in ſua uanitate dicunt, ſed quod fuit in ſanctæ ſcripturæ ueritate dicendum: Cum ſcirem inquit, quia nemo eſſe poteſt continens, niſi deus det. Iubet ergo deus continentiam, & dat continentiã: iubet per legem, dat per gratiam: iubet per literam, dat per ſpiritum. Lex enim ſine gratia facit abundare delictum, & litera ſine ſpiritu occidit. Iubet ideo, ut facere iuſſa conati, & in noſtra infirmitate ſub lege fatigati, adiutorium gratiæ poſcere nouerimus, & ſi quid facere potuerimus operis boni, ei qui adiuuat, non ſimus ingrati, hoc & iſte fœcit. Id enim eum ſapientia docuit, cuius eſſet hoc donum. Neq; enim uoluntatis arbitrium ideo tollitur, quia iuuatur: ſed ideo iuuatur, quia nõ tollitur. Quid enim deo dicit: Ad uter mus eſto? Pſalm. 26.
Confitetur ſe uelle implere quod iuſſit, ſed ab eo qui iuſſit adiutoriũ poſcere ut poſſit: Sic & iſte cum ſciret neminem eſſe poſſe continentem niſi deus det, adijt dominum, et deprecatus eſt. Vtiq; uolens adijt, uolẽs precatus eſt, nec petiſſet, niſi eſſet uoluntas: Sed niſi petiſſet, quantum poſſet uoluntas? Quia etſi poſſit antequã petat, quid ei prodeſt, niſi illi agat gratias ex eo quod poteſt, à quo petendũ eſt quod nondũ poteſt. Vnde etiam qui iam continens eſt, non habet utiq; continentiam, niſi adſit uoluntas? Sed niſi ac-
cepiſſet, quid haberet uoluntas? Quid enim habes, inquit, 1. Corin. 4.
quod nõ accepiſti? Si autem accepiſti, quid gloriaris quaſi non acceperis, id eſt, quid gloriaris, quaſi à teipſo habeas: quod ſi nõ accepiſſes, à teipſo habere non poſſes? Hoc aũt dictum eſt, ut qui gloriatur, nõ in ſeipſo, ſed in domino glo Hierem. 9.
rietur: Et qui nondũ habet unde glorietur, nõ à ſeipſo ſperet, ſed dominũ precetur. Satius eſt enim minus quenq; habere qd' à deo petat, q̃ plus habere qd' ſibi tribuat, quoniã expedit ab imo ſurgere q̃ ex alto cadere. Deus enim (ſcriptũ eſt) ſuperbis reſiſtit, humilibus aũt dat gratiã. Ad a- Iacob. 4.
bundantiam igitur delictorũ lex nos docet, quid uelle debeamus, niſi adiuuet gratia, ut quod uolumus, ualeamus: et quod ualuerimus, impleamus. Adiuuabit aũt ſi non de noſtris præſumẽtes alta ſapiamus, ſed humilibus conſentiẽ- Roman. 12.
tes, & de his quæ iam poſſumus, gratias agamus, & pro

bis quæ nondum possumus, deum suppliciter inhiante uoluntate poscamus, adminiculantes orationem nostram
Luce. 6 nunc fructuosis operibus, dando ut detur nobis, dimittendo ut dimittatur nobis.

Vtrum infantes non baptizati, morte preuenti perire non possint. Quæstio. II.

QVód autem dicunt, infantem morte præuentum non baptizatum perire non posse, quoniam sine peccato nascitur: Non hoc dicit Apostolus, & arbitror esse melius, ut Apostolo potius quam istis
Roma. 5 credamus. Dicit enim ille doctor gentium, in quo Christus loquebatur: Per unũ hominẽ peccatũ intrauit in mũdum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Et Paulo post dicit: Nam iudicium quidem ex uno delicto in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Proinde isti quem forte inuenerint infantem, non ex illius unius hominis concupiscentia procreatum, ipsum dicant illi damnationi non esse obnoxium, nec per Christi gratiam ab illa damnatione esse liberandum. Quid est enim, ex uno delicto in condemnationẽ, nisi illo delicto quo deliquit Adã? Et quid est, ex multis delictis in iustificationẽ, nisi qua Christi gratia nõ solũ illud delictũ soluit quo obstringuntur infantes ex illo uno homine procreati, sed etiam multa delicta, quæ cum creuerint homines, addunt malis moribus suis? Tamen & illud unum quo est obligata propago carnalis, quæ ab illo primo homine originem ducit, sufficere dicit ad condemnationem: Ideo non est superfluus baptismus paruulorum, ut qui per generationem illi condemnationi obligati sunt, per regenerationem liberentur, & sicut non inuenitur homo qui ab eadem condemnatione saluatur, sic non inuenitur homo, qui præter Christum spiritaliter regeneretur. Carnalis autem generatio delicto illo uni & damnationi eius obnoxia est, spiritali uero regeneratio non solum illud unum propter quòd baptizantur infantes, sed multa delicta facit aboleri, quæ homines male uiuendo ad illud in quo generati sunt addiderunt. Ideo sequitur & dicit: Si enim ob unius delictum mors regnauit per unum, multomagis qui abundantiam gratiæ & iusticiæ accipiunt, in uita regnabunt per unum Iesum Christum. Itaque sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, ita per unius iustificationem in omnes ad iustificationem uitæ. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per unius obedientiam iusti constituentur multi. Quid ad ista dicturi sunt, aut quid eis restat, nisi ut Apostolum errasse contendant? Clamat uas electionis, doctor gentium, tuba Christi: Iudicium ex uno in condemnationem: Et reclamant isti, asserentes paruulos quos ex illo uno homine de quo loquitur, ducere propaginem, confitentur non ire in condemnationem, etiam si non fuerint baptizati. Iudicium inquit ex uno in condemnationem. Quid dicit, ex uno nisi delicto? Sequitur enim: Gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Ergo inde iudicium etiam ex uno delicto ducit in condemnationem: Hinc autem gratia etiam ex multis delictis ducit in iustificationem. Qua propter si non audent resistere Apostolo, exponant nobis, quare iudicium ex uno delicto ducat in condemnationem, cum ex multis delictis homines damnandi ueniant ad iudicium? Aut si propterea ita dictum putant, quia initium peccati ex Adam factum est, quòd imitati cæteri sunt, ut sic ex illo uno delicto in iudicium condemnationemq; traherentur, qui eum immitando multa peccarunt, cur non etiam de gratia & iustificatione sic dictum est? Cur non dixit similiter: Et gratia ex uno delicto in iustificationem? Sicut enim hominum multa delicta inter illud unum quòd imitati sunt, & iudicium quo puniuntur media reperiuntur, ab uno quippe ad multa uenerunt, ut à multis ad iudicium damnationemque ducerentur, sic eadem multa delicta inter hocipsum unum, cuius imitatione commissa sunt, & gratiam qua dimittuntur, eodem modo media sunt, quoniam ex illo uno ad multa uenerunt, ut ex multis ad gratiam iustificandi uenirent. Cum ergo in utroque, idest, & iudicio & gratia, quód attinet ad unum & multa delicta, una eademq; ratio sit, dicant isti nobis, quare iudicium dixerit ex uno delicto dicere in condemnationem, gratiam uero ex multis delictis in iustificationem? Aut acquiescant ideo sic esse dictum, quia in hanc causa duo cõstituuntur homines: Adam ex quo subsistit generatio carnalis, & Christus ex quo regeneratio spiritalis. Sed quia tantum ille homo, iste autem & deus & homo, non quomodo illa generatio uno delicto obligat, quòd est ex Adam, ita ista regeneratio unum delictum solum quòd est ex Adam. Sed illi quidem generationi sufficit ad condemnationem, unius delicti connexio: Quicquid enim postea homines ex malis suis operibus addunt, non pertinet ad illam generationem, sed ad humanam conuersationem. Huic autem regenerationi non sufficit, illud delictum tantummodo soluere quòd ex Adam trahitur, sed quicquid etiam postea ex iniquis operibus humanæ conuersationis accedit: Ideo iudicium ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Si enim ob unius delictum mors regnauit per unum, ã quo delicto paruuli per baptismum expiantur, multo magis quia abundantiam gratiæ & iusticiæ accipiunt in uita, regnabunt per unum Iesum Christum, multo magis utique in uita regnabunt, quia æternæ uitæ regnum erit, mors autem in eis temporaliter transit, non in æternum regnabit. Itaque sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, de qua condemnatione paruuli per sacramentum baptismi liberandi sunt, ita per unius iustificationem in omnes homines ad iustificationem uitæ. Et hic omnes dixit, & ibi, quia non

omnes homines uenirent ad gratiam iustificationis Christi, cum tam multi alienati ab illa æternum moriantur, sed quia omnes qui renascuntur in iustificationem, non nisi per Christum renascuntur, sicut omnes qui nascuntur in condemnationem, non nisi per Adam nascuntur: Nemo quippe est in illa generatione præter Adam, nemo in ista regeneratione præter Christum, ideo omnes, & omnes. Eosdem autem omnes etiam multos posRom. 5 stra dicit, adiunges: Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, sic & per unius hominis obedientiam iusti constituuntur multi. Qui multi, nisi quos iam paulo ante omnes dixerat? Vide quemadmodum commendat unum & unum, idest, Adam & Christum, illum ad condemnationem, hunc ad iustificationem, cum tanto post Adam uenerit Christus in carne: Vt sciamus etiam antiquos iustos quicunque esse potuerunt, non nisi per eandem fidem liberatos, per quã liberamur & nos, fidem scilicet incarnationis Christi, quæ illis prænunciabatur, sicut & nobis facta annunciatur. Ideo idem Christum hominem dicit, cum sit & deus, ne quis existimet antiquos iustos per deum tantummodo Christum, id est per uerbum quòd erat in princiIohan. 1 pio, non etiam per fidem incarnationis eius, qua & homo Christus dicitur, potuisse liberari. Sententia quippe ista destrui non potest, de qua & alibi dicit: Per 1. Corin. 15 unum hominem mors, & per unum hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur. Vtique resurrectionem dicit, iustorum, ubi est uita æterna, non resurrectionem impiorum, ubi mors erit æterna: Ideo dit, uiuificabuntur, quia illi damnabuntur. Hinc & in Genes. 17 ueteribus sacramentis circuncisio paruulorum octauo die fieri præcepta est, quoniam Christus in quo fit delicti carnalis expoliatio, quam significat circumcisio, die domiMatt. 28 nico resurrexit, qui post septimum Sabbati octauus est. Hæc ergo fides etiam antiquorum iustorum fuit. Vnde 2. Cori. 4 & Apostolus dicit: Habentes autem eundem spiritum Psal. 115 fidei, propter quòd scriptum est: Credidi propter quòd & locutus sum, & nos credimus, propter quòd loquimur. Non diceret eundem spiritũ fidei, nisi admonens etiam antiquos iustos habuisse ipsum spiritũ fidei, hoc est incarnationis Christi. Sed quia illis futura prænunciabatur, quia iam facta à nobis annunciatur, & tempore ueteris testamenti uelabatur, quæ tempore noui testamentii reuelatur, ideo eius Sacramenta uariata sunt, ut alia essent in ueteri testamento, alia in nouo, cum fides uaria non sit, sed una sit: Quia sicut in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes uiuificabuntur. Quòd uero illis uerbis quæ tractabamus adiungit & dicit: Lex autem subintrauit ut abundaret delictum, quòd trahitur ex Adam, de quo dicebam superius: Mors regnauit per unum, legem quidem siue naturalem intelligamus, quæ in eorum apparet ætatibus qui iam ratione uti possunt, siue conscriptam quæ data est per Moysen, quia nec ipsa uiuificare potuit & liberare à lege peccati et mortis, quæ tracta est ex Adam, sed magis addidit præuaricationis augmenta: Vbi enim lex non est, idem ait Apostolus, nec præuaricatio: Proinde quoniam lex est etiam in ratione hominis, quia utitur arbitrio libertatis naturaliter in corde conscripta, qua suggeritur ne mali aliquid faciat quisque alteri, quòd pati ipse non uult, secundum hanc legem præuaricati sunt omnes, etiam qui legem per Moysen data non accæperunt: De quibus in Psalmo Psal. 115 legitur: Præuaricatores æstimaui omnes peccatores terræ. Non enim omnes peccatores terræ legem per Moysen datam præuaricarunt, sed tamen nisi aliquam præuaricassent, non appellarentur præuaricatores: Vbi enim lex non est, nec præuaricatio. Præuaricata ergo lege quæ in paradiso data est, nascitur homo ex Adam cum lege peccati & mortis, de qua dicitur: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in legem peccati, quæ ex membris meis, quæ tamen nisi mala postea consuetudine roboretur, facilius uincitur, non tamen nisi gratia dei, lege autem alia præuaricata, quæ est in usu rationis animæ rationalis in ætate hominis iam ratione utentis præuaricatores fiunt omnes peccatores terræ: Præuaricata uero lege, etiam illa quæ data est per Moysen, multo amplius abundat delictum. Si enim data esset lex quæ posset uiuificare, omnino ex lege esset iusticia Sed concluSit Gala. 3 scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Hæc uerba si agnoscis, Apostolica sunt. De qua lege iterum dicit: Lex præuaricationis gratia posita est, donec ueniret semen cui promissum est, dispositum per angelos in manu mediatoris, Christum commendans, cuius gratia salui sunt omnes, siue paruuli à lege peccati & mortis cum qua nati sumus, siue maiores qui male utentes arbitrio uoluntatis, præuaricarunne legem naturalem ipsius rationis, siue qui legem accæperunt quæ data est per Moysen, eamque præuaricantes littera occisi sunt. Cum uero etiam Euangelica præcepta homo præuaricat, uelut quatriduanus mortuus putet: Nec de illo tamen desperandum est propter eius eius gratiam, qui non lente dixit, sed magna uoce clamauit: Lazare ueni foras. Lex ergo subin- Iohan. 11 trauit, ut abundaret delictum, siue cum homines negligunt quòd deus iubet, siue cum de suis uiribus præsumentes, adiutorium gratiæ non implorant, & addunt infirmitati superbiam. Cum autem uocatione diuina intelligant, cur sit ingemiscendum, & inuocant eum in quẽ recte credunt, dicentes: Miserere mei deus, secundum magnam misericordiam tuam. Et, Ego dixi domine Psalm. 50 miserere mei, sana animam meam quia peccaui tibi. In Psalm. 40 tua iusticia uiuifica me. Et, Viam iniquitatis amoue à Psalm. 118, Psalm. 35 me, & de lege tua miserere mei. Et non ueniat mihi pes superbiæ, & manus peccatorum non moueant me. Et Psalm. 36 Itinera mea dirige secundum uerbum tuum, & non dominetur mei omnis iniquitas. A domino enim gressus hominis

hominis diriguntur, & uiam eius uolet. Et alia multa, quæ propterea scripta sunt, ut nos admoneret ad implenda ea quæ nobis iubentur. Cum ergo se homo ad illum extenderit, & sic ingemuerit, fiet quòd sequitur: Vbi abundauit delictum, superabundauit & gratia. Et Dimittuntur ei peccata multa, quoniam dilexit multum. Et diffunditur in corde Charitas dei, unde fiat legis plenitudo non per uires arbitrij quòd est in nobis, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Nouerat quippe ille legem qui dicebat: Condelector enim legi dei secundum interiorem hominem: Et tamen adiungebat: Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati, quæ est in membris meis: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Cur non dixit potius, meum liberum arbitrium, nisi quia libertas sine gratia, non est libertas sed contumacia? Cum ergo dixisset Apostolus: Lex subintrauit ut abundaret delictum, ubi autem abundauit delictum, superabundauit & gratia, secutus adiunxit: Vt quemadmodum regnauit peccatum in morte, sic & gratia regnet per iusticiam in uita æterna per Iesum Christum dominum nostrum. Modo cum dixisset: Vt quemadmodum regnauit peccatum in morte, non ait, per unum hominem, aut per Adam, quia iam dixerat: Lex subintrauit ut abundaret delictum, quæ abundantia delicti non pertinet ad primi hominis propaginem, sed ad conuersationis humanæ præuaricationem, quæ illi uni delicto, quo solo obstricti tenentur infantes, iam in maioribus ætatibus ex abundantia iniquitatis adducta est. Sed quoniam hoc totum etiam quòd non pertinet ad illius unius delicti originem, tamen idonea est soluere gratia saluatoris, ideo cum dixisset: Sic & gratia regnet per iusticiam in uita æterna, addidit, Iesum Christum dominum nostrum. Nullæ itaque argumentationes contra hæc Apostolica uerba prolatæ impediant paruulos ad salutem, quæ est in Christo Iesu domino nostro. Tanto magis enim pro eis loqui debemus, quanto magis ipsi pro se loqui non possent. Per unum hominem intrauit peccatum in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Sicut ab illo uno homine, sic ab eodem peccato infantes immunes esse non possunt, nisi ab eius reatu per Christi baptismum resoluantur. Vsque enim ad legem peccatum in mundo fuit, non quia deinceps in uemine fuit hoc dictum est, sed quia non poterat per literam legis auferri, quòd solo poterat spiritu gratiæ. Ne quisquam ergo fidens de uiribus, non dico uoluntatis, sed potius uanitatas suæ, putaret libero arbitrio legem potuisse sufficere, & Christi gratiam derideret, ideo ait Apostolus: Vsque enim ad legem peccatum in mundo fuit, peccatum autem non deputabatur cum lex non esset. Non dixit, non erat, sed quia non deputabatur, quia lex non erat qua arguente demonstraretur, siue lex rationis in paruulo, siue lex literæ in populo. Sed regnauit inquit mors ab Adam usque ad Moysen, quia nec lex data per Moysen potuit regnum mortis auferre, quòd sola Christi absthlit gratia. In quos autem regnauerit uide. In eos inquit qui non peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ. Regnauit ergo & in eos qui non peccauerunt. Sed cur regnauerit, ostendit cum ait: In similitudinem præuaricationis Adæ. Iste est enim melior intellectus horum uerborum, ut cum dixisset: Regnauit mors in eos qui non peccauerunt, quasi nos moneret quare in eos regnauerit qui non peccauerunt, adderet, in similitudinem præuaricationis Adæ, id est, quia inerat eorum in membris similitudo præuaricationis Adæ. Potest & sic intelligi: Regnauit mors ab Adam usque ad Moysen, & in eos qui non in similitudinem præuaricationis Adæ peccauerunt, quia in seipsis cum iam nati essent, nec ratione adhuc uterentur qua ille utebatur quando peccauit, nec præceptum accepissent quòd ille transgressus est, sed solo originali uitio tenerentur obstricti, per quòd eos regnum mortis traheret ad condemnationem: Quòd regnum mortis in eis tantum non est qui Christi gratia renati ad eius regnum pertinent, quoniam mors temporalis, quamuis & ipsa de originali delicto propagata sit, corpus in eis interimit, animam uero ad pœnas non trahit: Vbi uoluit regnum mortis intelligi, ut anima renata per gratiam iam non moriatur in gehenna, id est, á uita dei nõ alienetur, non separetur. Temporalis autem mors corporis etiam in his qui Christi morte redimuntur, relinquatur interim ad exercitationem fidei, & agonem præsentis luctationis, in quo & martyres certauerunt, absumatur uero & ipsa in renouatione corporis quam resurrectio pollicetur: Ibi enim penitus absorbebitur mors in uictoriam, cui modo gratia Christi adimit regnum, ne suorum animas ad pœnas tartari trahat. Nonnulli sanè codices non habent: In eos qui non peccauerunt, sed in eos qui peccauerunt in similitudinem præuaricationis Adæ. Quibus quidem uerbis nullo modo iste sensus auferetur. Secundum hoc quippe intelliguntur peccasse in similitudinem præuaricationis Adæ, secundum quòd supra dictum est: In quo omnes peccauerunt. Sed tamen græci codices, unde in latinum scriptura translata est, illud plures habent quòd diximus, quòd non adiunxit de Adam, qui est forma futuri. Neque hoc uno intelligitur modo. Aut enim forma Christi à contrario est, ut quemadmodum in illo omnes moriuntur, sic & in Christo omnes uiuificentur, & quomodo per ipsius inobedientiam peccatores constituuntur multi, sic per istius obedientiam iusti constituantur multi. Aut formam futuri eum dixit, quòd ipse influxerit formam mortis posteris suis. Ille tamen est melior intellectus, ut á contrario forma esse credatur, quam multum commendat Apostolus.

Luce. 7 Roman. 5

Roma. 7

Roma. 5

Roman. 5

1. Corin. 15

Romá. 5

Deniq; ne ommino ex æquo in hac forma eadem contra pensentur, adiungit & dicit: Sed non sicut delictum, ita & donatio. Si enim ob unius delictum multi mortui sunt, multo magis gratia dei, & donum in gratia unius hominis Iesu Christi in multos abundabit, ut intelligatur non in magis multos, cum iniqui magis multi sint qui damnabuntur, sed magis abundabit quòd in his qui per Christum redimuntur tẽperaliter, ualet forma mortis ex Adam, inæternum autem ualebit uitæ forma per Christum. Quamuis ergo inquit, Adam futura forma sit à contrario, plus tamen præstat Christus regeneratis, quam eis nocuerat ille generatis. Et non sicut per unum peccantem, ita est & donum: Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Non solum in hoc inquit, non æqualis est forma, quia ille temporaliter nocuit eis, quos inæternũ Christus redemit, uerumetiam quia illius uno delicto posteri, nisi à Christo redimantur, in condemnationem, Christi aũt redemptio etiã multa delicta dissoluit, quæ illi uni abundantia præuaricatricis iniquitatis adiecit, unde iam superius disputauimus. Contra hæc Apostoli uerba sanumq; intellectum nemini acquiescas, si uis Christo & in Christo uiuere: Nam si quemadmodum illi dicunt, propter ea ista commemorasset Apostolus, ut intelligeremus ad primum hominem peccatores ideo pertinere, quia non delictum ex illo nascendo traximus, sed eum imitando peccamus, diabolum potius poneret, quia & prior peccauit, & de quo nullam substantiæ propaginem traxit genus humanum, sed eum sola imitatio subsecuta est, unde dicitur pater impiorum, sicut noster dicitur pater Abraham propter imitationem fidei, non propter originem carnis: Nam ideo de ipso diabolo dictum est: Imitantur autem illum qui sunt ex parte ipsius. Deinde si propter imitationem hoc loco Apostolus commemoraret primum hominem, quia primus peccator in hominibus fuit, ut ideo ad illum omnes homines peccatores diceret pertinere, cur non secundum Abel posuit, qui primus in hominibus iustus fuit, ad quem iusti omnes propter imitationem iusticiæ pertinerent, sed posuit Adam, contra quem non posuit nisi Christum? Quia sicut ille homo delicto suo uitiauit posteritatem suam, sic iste deus homo iusticia sua saluauit hæreditatem suam: Ille traijciendo carnis immundiciam, quòd non poterat impius diabolus, ille donando spiritus gratiam, quód non poterat Abel iustus. Multas de his quæstionibus ab alijs nostris opusculis & Ecclesiasticis sermonibus diximus, quoniam fuerunt etiam apud nos quidam, qui ubicunque poterant, hæc sui erroris noua semina spargerent, quorum nonnullos per ministerium nostrum fratrumque nostrorum misericordia domini ab illa peste sanauit. Nec tamen hic deesse aliquos arbitror, maxime apud Carthaginem, sed iam occulte mussitant, timentes Ecclesiæ fundatissimam fidem: Nam unus eorum nomine Celestius, in eiusdem ciuitatis Ecclesia, iam ad presbyterij honorem subrepere cœperat, sed fidelissima libertate fratrum propter hasipsas contra Christi gratiam disputationes, usque ad iudicium episcopale perductus est, tamen coactus est confiteri propter baptizandos parulos, quòd ipsis redemptio sit necessaria. Vbi quamq; uoluerit de originali peccato aliquid expressius dicere, tamen in ipsius redemptionis nomine non parum sibi præscripsit. Vnde enim redimendi sunt nisi à diaboli potestate, in qua esse non possent, nisi originalis obligatione peccati? Aut quo precio redimuntur, nisi Christi sanguine, de quo apertissime scriptum est, quòd in remissionem effusus sit peccatorum? Sed quia magis conuictus est ab Ecclesia, detestatus quam correctus & pacatus abscessit, ueritus sum ne forte ipse ibi sit, qui nostram fidem perturbare conatur, ideo nominis ipsius commemorationem putaui esse faciendam: Sed siue ipse sit, sine alij consortes eius erroris, plures enim sunt quam sperare possumus, & ubi non redarguuntur, etiam alios ad suam sectam seducunt, & sic crebrescunt ut nesciam quo sint errupturi: Nos tamen maluimus eos in Ecclesiæ compage sanari, quam ex illo corpore uelut insanabilia membra resecari, si tamen hoc permittit ipsa necessitas. Timendum est enim ne plura putrescant, dum putribus parcitur. Potens est autem misericordia domini nostri, quæ potius eos ab hac peste liberet, quód sine dubio faciet, si fideliter aduertant teneantq; quòd scriptum est: Qui inuocauerit nomen domini, saluus erit.

Rom. 5

Iohan. 8

Sapie. 2

Genes. 4 Hebre. 11

Matth. 28

Iohel. 2

Vtrum diues manens in diuitijs, regnum dei ingredi possit, & si non omnia uenderit, & si sibi prodesse possit, si forte ex ipsis diuitijs fœcerit mandata. Quæstio. III.

AVdi iam pauca de diuitibus, quód in epistola tua sequitur inquirendum. Hoc enim posuisti illos dicere: Diuitem manentem in diuitijs suis, regnum dei non posse ingredi, nisi omnia sua uendiderit, nec ei prodesse, si forte ex ipsis diuitijs mandata fœcerit. Euaserunt istorum disputationes, patres nostri Abraham, Isaac & Iacob, qui tanto ante ex hac uita migrarunt, habebant quippe hi omnes non paruas diuitias, sicut fidelissima scriptura testatur: Multos tamen uenturos ab oriente & occidente, & non supra ipsos uel extra ipsos, sed cum ipsis recubituros in regno cœlorum, ille ipse qui propter nos factus est pauper cum uere diues esset, uerissima promissione prædixit. Et quãuis superbus diues qui induebatur purpura & byssо, & epu-

Gene. 19

Math. 8

2. Corin. 8

Luce. 16 & epulabatur quotidie splendide, mortuus apud inferos torqueretur, tamen si pauperis ulcerosi, qui ante ianuã eius contemptus iacebat, miseratus fuisset, mereretur & ipse misericordiam: Et si pauperi illi meritũ esset inopia, non iusticia, non utique ab angelis in Abrahæ gremium, qui diues hic fuerat, tolleretur. Sed ut nobis ostenderetur, nec in isto paupertatem per seipsam diuinitus honoratam, nec in illo diuitias fuisse damnatas, sed in isto pietatem, in illo impietatem suos exitus habuisse, sic suscæpit impium diuitem cruciatus ignis, ut tamen pium pauperem susciperet sinus diuitis. Qui sane cum hic diues uiueret, diuitias sic habebat, & eas pro dei præ-

Gene. 22 ceptis paruipendebat, ut etiam cum ipsius filij immolatione nollet offendere deum iubentem, quem suarum diuitiarum & sperabat & optabat hæredem. Hic utique dicunt, ideo patres antiquos non uendidisse omnia quæ habebant & dedisse pauperibus, quia hoc eis non præceperat dominus: Nondum enim reuelato testamento nouo, quòd non fieri nisi plenitudine temporis oportebat, nec eorum uirtus fuerat reuelanda, qua uirtute hoc eos facillime posse deus in eorum cordibus nouerat, qui testimonium illis tam insigne perhibebat, ut

Exod. 3 cum sit omnium sanctorum deus, tanquam de præcipuis amicis suis dicere dignaretur: Ego sum deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob, hoc mihi nomen est inæternum. Postea uero quam magnum pietatis Sacramentum manifestatum est in carne, & uocandis omnibus gentibus Christi ad uentus illuxit, in quem etiam illi patres crediderant, sed huius fidei oliuam suo tempore manifestandam, in illius arboris de qua Apostolus loquitur

Roma. 11 Matth. 19 tanquam radice seruabant, dictum est diuiti. Vende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis Thesaurum in cœlis, & ueni sequere me. Hæc si dicunt, uidentur aliquid rationabiliter dicere: Sed totum audiant, totum aduertant, non in parte aures aperiant, in parte surdescant. Cui enim dominus hoc præcepit? Profectò illi diuiti, qui uitæ æternæ consequendæ consilium quærebat accipere. Hoc enim domino dixerat. Quid faciam ut uitam æternam consequar? Ille autem ei non respondit: Si uis uenire ad uitam, uade uende omnia quæ habes, sed: Si uis uenire ad uitam, serua mandata. Quæ iuuenis cum sibi à Domino ex lege commemorata seruasse dixisset, & quæsisset quid adhuc sibi deesset Responsum accepit: Si uis perfectus esse, uade & uende omnia quæ habes, & da pauperibus. Et ne se illa quæ multum amabat, hoc modo perdere existimaret, & habebis inquit Thesaurum in cœlis. Deinde addidit: Et ueni sequere me, ne cuiquam cum hæc fecerit, aliquid prodesse existimetur, si non sequitur Christum: At ille quidem tristis abscessit. Qui uiderit quemadmodum illa legis mandata seruauerat. Puto enim quòd se arrogantius quam uerius seruasse responderat. Veruntamen magister bonus mandata legis ab ista excellentiore perfectione distinxit. Ibi enim dixit: Si uis uenire ad uitam, serua mandata. Hic autem: Si uis perfectus esse, uade uende omnia quæ habes &c. Cur ergo negamus diuites, quamuis ab illa perfectione absint, uenire tamen ad uitam si mandata seruauerint, & dederint ut detur illis, et dimiserint ut dimittatur illis? Credimus enim ministrum noui testamenti fuisse Apostolum: Cum scribens ab Timothæum diceret: Præcipe diuitibus huius mundi non superbe facere, neque sperare in incerto diuitiarum, sed in deo uiuo, qui præstat nobis omnia abundanter ab fruendum. Bene faciant diuites, sint in operibus bonis, facile tribuant, communicent, Thesaurizent sibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant ueram uitam: De qua & illi adolescenti dictum est: Si uis uenire ad uitam. Puto quòd ista præcipiens, diuites instruebat, non fallebat Apostolus, iubens diuitibus huius mundi, non ut uendant omnia quæ habent, & dent pauperibus, sequantur dominum, sed non superbe sapere, neque sperare in incerto diuitiarum. Ista superbia diuitem illum, qui iacentem ante ianuam suam contemnebat pauperem iustum, & ista spes in incerto diuitiarum, qua se propter purpuram, byssum & epulas splendidas beatum putabat, non ipsæ diuitiæ perduxerunt ad inferni tormenta. An fortè quia dominus adiunxit: Amen dico uobis, difficile diues intrabit in regnum cœlorum. Et iterum dico uobis: Facilius intrabit camelus per foramen acus, quam diues in regnum cœlorum, ideo putant isti diuitem etiam si faciat ista quæ diuitibus præcipienda scripsit Apostolus, in regnum cœlorum intrare non posse? Quid ergo est? Vtrum Apostolus contra Dominum loquitur, an isti nesciunt quid loquuntur? Quid horum credat, eligat Christianus. Puto melius nos credere istos nescire quid loquantur, quam Paulum contra Dominum loqui. Deinde cur non in consequentibus etiam ipsum Dominum audiunt dicentem discipulis pro miseria diuitum contristatis. Quòd hominibus impossibile est, deo facile est? Sed ideo inquiunt hoc dictum est, quia futurum erat, ut audito Euangelio, diuites uendito patrimonio, erogatoque pauperibus Dominum sequerentur, & intrarent in regnum cœlorum, atque ita fieret quòd difficile uidebatur, non ut manentes in diuitijs suis præcepta APOSTOLI custodiendo, id est non superbe sapiendo, neque sperando in incerto diuitiarum, sed IN DEO VIVO, benefaciendo, facile tribuendo & communicando indigentibus ueram apprehendant uitam, sed etiam ista præcepta Apostolica, uenditis omnibus suis rebus implerent. Hæc si dicunt, scio quippe eos illa dicere, non attendunt primitus quemadmodum Dominus contra eorum dogma, suam gratiam prædicauerit.

Luce. 6

1. Thimo. 6

Lucæ. 16

Matth. 19

Non enim ait: Quòd impoßibile hominibus uidentur, facile eſt hominibus ſi uoluerint, ſed quòd hominibus inquit impoßibile eſt, deo facile eſt, oſtendens quando iſta recte fiunt, non fieri hominis potentia, ſed dei gratia. Hæc ergo attendant iſti, & ſi reprehendunt eos qui gloriantur in diuitijs ſuis, caueant ipſi in ſua uirtute confidere. Pſalm.48 Simul enim utrique reprehenduntur in Pſalmo: Qui confidunt in uirtute ſua, & qui in abundantia diuitiarum ſuarum gloriantur. Audiant itaque diuites: Quòd hominibus impoßibile eſt, deo facile eſt, & ſiue manentes in diuitijs ſuis, ſiue illis uenditis, & per indigentias pauperum diſtributis intrent in regnum cœlorum, gratiæ dei tribuant, non proprijs uiribus bonum ſuum. Quòd enim hominibus impoßibile eſt non hominibus ſed deo FACILE EST. Audiant hoc & iſti: Et ſi iam omnia ſua uel uenditerunt & pauperibus tribuerunt, uel adhuc id agunt atque diſponunt, & hoc modo præparant intrare in regnum cœlorum, non hoc tribuant uirtuti ſuæ, ſed eidem gratiæ diuinæ. Quòd enim hominibus impoßibile eſt, non ipſis, quia & ipſi homines ſunt, ſed deo facile eſt. Hoc Philipp.2 quippe illis & APOSTOLVS dicit: Cum timore & tremore ueſtram ipſorum ſalutem operamini. Deus enim eſt qui operatur in uobis, & uelle & operari pro bona uoluntate. Certe ideo ſe dicunt de ſuis rebus uendendis perfectionis à DOMINO ſuſcepiſſe conſilium, ut ſequantur DOMINVM, quoniam illic additum eſt: Matth.19 Et ueni ſequere me. Cur ergo in his bonis quæ faciunt, de ſua tantum uoluntate præſumunt, nec audiunt DOMINVM (quem ſequi ſe dicunt) increpantem atque teſtantem: SINE ME NIHIL Iohan.15 POTESTIS FACERE? Si autem APOSTOLVS 1.Thimo.6 ita dicit: Præcipe diuitibus huius mundi non ſuperbe ſapere, neque in incerto diuitiarum, ut uendant omnia quæ poßident, & ea precia diſtribuendo indigentibus, faciant quòd ſequitur: Facile tribuant, communicent, Theſaurizent ſibi fundamentum bonum in futurum, & aliter eos in regnum cœlorum intrare poſſe non credit. Fallit ergo eos, quorum domos tam diligenter doctrinæ ſanitate componit, admonens & præcipiens quales ſe præbere debeant uxores uiris, uiri uxoribus, filij parentibus, parentes filijs, ſerui DOMINIS, DOMINI ſeruis: Nam quomodo hæc agi poſſunt ſine domo, & ſine aliqua re familiari? An hoc eos mouet quòd ait DOMINVS: QVICVNQVE DIMIſERIT OMNIA SVA PROPTER ME, Matth.19 ACCIPIET IN HOC CENTVPLVM, ET IN FVTVRO VITAM AETERNAM POSSIDEBIT? Aliud eſt dimiſerit, aliud eſt uenditerit: Nam & in his quæ dimittenda mandauit, etiam uxor commemorata eſt, quam nullis humanis legibus licet uendere, CHRISTI autem legibus nec dimittere, excepta cauſa fornicationis. Quid ſibi ergo uolunt iſta præcepta? Non enim poſſunt inter ſe eſſe contraria, niſi quia incurrat aliquando neceſſitatis articulus, ubi aut uxor dimittatur, aut CHRISTVS, ut alia omittam, ſi ipſi uxori maritus diſplicuerit Chriſtianus, eique propoſuerit, aut á ſe diuortium, aut á CHRISTO? Hic ille quid eligat niſi CHRISTVM, & dimittat uxorem laudabiliter propter CHRISTVM. Ambobus quippe Chriſtianis DOMINVS præcepit, ne quiſquam dimittat uxorem excepta cauſa fornicationis. Vbi autem quælibet in eis perſona infidelis eſt, conſilium APOSTOLI attendatur, Matth.5 ut ſi infidelis conſentit habitare cum uiro fideli, uir non dimittat uxorem: Similiter & uxor fidelis uirum, ſi 1.Corin.7 cum illa habitare conſenſerit. Quòd ſi infidelis inquit diſcedit, diſcedat: Non eſt enim ſeruituti ſubiectus frater aut ſoror in huiuſmodi, ideſt, ſi infidelis uoluerit eſſe cum coniuge fideli. Hic agnoſcat fidelis ſuam libertatem, ne ita ſe ſubiectum deputet ſeruiti, ut ipſam dimittat fidem, ne coniugem amittat infidelem. Hoc & de filijs ac parentibus, hoc de fratribus & ſororibus intelligitur propter CHRISTVM omnes eſſe dimittendos, cum proponitur iſta conditio ut CHRISTVM dimittat, ſi illos ſecum habere deſiderat. Hoc ergo & de domo atque agris, hoc & de his rebus quæ iure pecuniario poßidentur, hoc loco accipiendum eſt. Simul enim etiam de his non ait: Quicunque uenditerit propter me quæcunque licitum eſt uendere, ſed, quicunque diminiſerit. Fieri enim poteſt ut dicatur Chriſtiano ab aliqua poteſtate: Aut Chriſtianus non eris aut ſi in hoc permanere uolueris, domum poſſeßionesq; non habebis. Cum uero etiam illi diuites, qui in ſuis diuitijs ſic ſtatuerant permanere, ut ex eorum bonis operibus promererentur deum, hæc dimittant potius propter Chriſtum, quam propter hæc Chriſtum, ut accipiant in hoc ſeculo centuplum, cuius numeri perfectione ſignificantur omnia. Fideli quippe homini totus mundus diuitiarum eſt fiuntq; hoc mundo quaſi nihil habentes & omnia poßidentes, ut in futuro ſeculo poßideant uitam æternam, ne propter iſta dimiſſo Chriſto in mortẽ præcipitentur æternam. Hac quippe lege & conditione, non illi tantum qui mentis excellentia perfectionis conſiliũ recæperunt ut uendita ſua pauperibus diſtribuerent, & humeris ab omini ſæculi huius ſarcina liberioribus leuem Chriſti ſarcinam ferrent, ſed etiam quiſquis infirmior, & illi gloriſiſſimæ perfectioni minus idoneus, qui tamen ſe meminit ueraciter eſſe Chriſtianum, cũ audierit ſibi proponi quòd niſi hæc omnia dimiſerit, dimiſſurus eſt Chriſtũ, appre- Matth.11 hendet potius turrim fortitudinis á facie inimici, quia cum eam in ſua ædificaret fide, computauit ſumptus quibus perfici poſſet, ideſt, eo animo acceſſit ad fidem, ut huic ſæculo non ſolum uerbis renunciaret, quia etſi emit aliquid, tanq̃ non poßidens erat, & ſi utebatur mundo, tanq̃ non utens erat, non ſperans in incerto diuitiarum, ſed in deo uiuo. Pſalm.60

Cum enim

Cum enim omnis qui renunciat huic ſæculo, ſine dubio renunciet omnibus quæ ſunt eius, ut poſsit eſſe diſcipulus. Ipſe etiam cum de ſumptibus ad turris ædificium neceſſarijs, & de bello aduerſus regem alterum præparando, ſimilitudinem præmiſiſſet, adiunxit ſic: Qui non renunciat omnibus quæ ſunt eius, non poteſt meus eſſe diſcipulus, profecto renũciat etiã diuitijs ſuis ſi quas habet. Aut ſic ut eas omnino non diligens, totas diſtribuit indigentibus, ut ſuperfluis exoneretur ſarcinis. Aut ſic ut pius diligens Chriſtum ſpem ab eis transferat in ipſum, atq; ita utatur illis, ut facile tribuens & communicans theſaurizet in cœlo, paratuſq; ſit quemadmodum parentes & filios & fratres & uxorem, hoc modo & iſtas relinquere, Si talis conditio propoſita fuerit, ut niſi dimiſſo Chriſto eas habere non poſsit. Nã ſi aliter huic ſæculo renunciat, quando accedit ad fidei ſacramentum, facit quod de lapſis beatus Cyprianus ingemuit dicens, Sæculo uerbis ſolis renunciantes, & non factis. De hoc quippe dicitur, cum uenience temptatione magis iſta metuit amittere quàm Chriſtum negare. Ecce homo qui cœpit ædificare, & non potuit perficere. Ipſe eſt etiam, qui cum adduc longe eſſet aduerſarius eius, miſit legatos quærens pacem, ideſt nondum affligente, ſed adhuc imminente ac minante temptatione, ut his non careat quæ plus diligit, ad relinquendum Chriſtum negandumq;, conſentit. Et multi ſunt tales qui etiam putant ſibi ad augendas opes ſuas & multiplicanda delectamenta terrena, religionem ſuffragari debere Chriſtianam. Sed non ſunt tales diuites Chriſtiani, qui licet iſta teneant, non tamen ab eis ita tenentur, ut hæc Chriſto anteponant, quia ueraci corde ſæculo renunciarunt, ut nullam ſpem in talibus ponant Hi uxores & filios uniuerſaſq; familias ad Chriſtianam religonem tenendam, ſana erudium diſciplina. Horum domus hoſpitalitate feruentes, recipiunt iuſtum in nomine iuſti, ut mercedem iuſti accipiant. Frangunt eſurienti panem ſuum, nundum ueſtiunt, captiuum redimunt, theſaurizant ſibi fundamentum bonum in futurum, ut apprehendant ueram fidem. Et ſi ſorte pro fide Chriſti pecuniaria damna perpetienda ſunt, oderunt diuitias ſuas, Si ſuorum orbitates uel ſeparationes pro Chriſto minatur hic mundus, oderunt parentes, fratres, filios, uxores. Poſtremo ſide ipſa huius corporis uita cum aduerſario paciſcendum eſt, ne deſertus deſerat Chriſtus, oderunt inſuper animam ſuam. De his quippe omnibus mandatum acceperunt, quòd aliter diſcipuli Chriſti eſſe nõ poſſint. Nec tamen quia præceptum eſt eis, ut oderint pro Chriſto, & animas ſuas uendendas eas habent, aut illatis ſibi manibus effundendas, ſed parati ſunt eas amittere, p Chriſti nomine moriendo, ne mortui uiuant Chriſtum negando. Sic enim diuitias ad quas uendendas parati non fuerunt monente Chriſto, ne cũ eis pereant perdito Chriſto habemus hinc utriuſq; ſexus diuites clariſſimaſq; perſonas martyrij gloria ſublimatas. Ita multi quos rerum ſuarũ uenditione piguerat añ perfici, Chriſti imitata paſſione ſunt repente perfecti, & qui nonnullam infirmitatem canis & ſanguinis ſuis diuitijs perfœcerunt, ſubito aduerſus peccatũ pro fide uſq; ad ſanguinem certarunt. Quibus autem non prouenit corona martyrij, neque illius perfectionis de uendendis rebus ſuis conſilium tam præclarum & tam grande receperunt, & tamen à damnabilibus immunes criminibus eſurientem Chriſtum pauerunt, ſitienti potum dederunt, nudum ueſtierunt, peregrinantem ſuſceperunt, non ſedebunt quidem cũ Chriſto ſublimiter iudicaturi, ſed ad ipſius dexteram ſtabunt miſericorditer iudicandi. Beati enim miſericordes, quoniam ipſorum miſerebitur deus. Et iudicium ſine miſericordia fiet illi, qui non fœcit miſericordiam, Superexaltat autem miſericordia iudicum. Proinde iſti deſinant contra ſcripturas loqui, & in ſuis exhortationibus ad maiora ſic excitent, ut minora non damnent. Non enim & ſanctam uirginitatem aliter exhortando perſuadere poſſunt, niſi coniugalia uincula damnauerint, cum docente Apoſtolo, unuſquiſq; donum proprium habeat à deo, alius ſic, alius autem ſic. Ambulent itaq; perfectionis uiam uenditis omnibus ſuis rebus & miſericorditer errogatis. Sed ſi uere pauperes Chriſti ſunt, & non ſibi, ſed Chriſto colligunt, infirmiora eius membra quare puniant antequam ſedes iudiciarias acceperint? Si enim tales erunt qualibus dominus dicit. Sedebitis ſuper duodecim ſedes iudicantes duodecim tribus Iſraël, Et de qualibus Apoſtolus dicit: Neſcitis, quoniam angelos iudicabimus, præparent potius non criminoſos, ſed religioſos diuites recipere in tabernacula æterna, à quibus amici facti ſunt de mammona iniquitatis. Puto enim quòd quidam eorã qui hæc impudenter atq; imprudenter garriũt à diuitibus Chriſtianis et pijs in ſuis neceſsitabus ſuſtentantur. Habet enim eccleſia quodammodo ſuos milites, & quodammodo prouinciales. Vnde dicit Apoſtolus? Quis militat ſuis ſtipendijs unquàm? Habet & uineam & plantatores, habet gregem & paſtores. Vnde conſequenter dicit, Quis plantat uineam, & de fructu eius nõ edit? Quis paſcit gregẽ, & de lacte gregis nõ percipit? Quamuis talia diſputare, qualia iſti diſputant, nõ ſit militare, ſed rebellare, non ſit plantare uineam, ſed eradicare, non ſit paſcendos congregare, ſed perdendos à grege ſeparare. Sicut autem ipſi qui diuitum religioſis obſequijs aluntur atq; ueſtiuntur, neq; enim ad ſuas neceſsitates nihil accipiunt, niſi ab eis qui res ſuas uendunt, non tamen iudicantur atque damnantur ab excellentioribus Chriſti membris, qui maiori uirtute, quam multum commendat Apoſtolus, ſuis ſe manibus tranſigunt, ſic nec iſti damnare debent infirmiores meriti Chriſtianos quorum operibus tranſiguntur, ſed recte uiuendo & recte docendo magis eis dicere, Si nos ſpiritalia ſeminauimus, magnum eſt ſi ueſtra carnalia metamus? Multo quippe minori impudentia ſerui

Luc. 14

Matth. 10
Matt. 25
Iſaie. 58
1. Tim. 6

Matth. 5

Iacob. 2

1. Cor. 7

Matth. 19

1. Cor. 6

Luc. 16

1. Corin. 9

1. Cor. 9 dei, qui manuum suarum honestis operibus uenditis uiuunt, damnant istos à quibus nihil accipiunt, quàm isti qui propter aliquam corporis infirmitatem non ualentes manibus operari, damnant cosipsos de quorũ facultatibus uiuunt. Ego qui hæc scribo perfectionem, de qua dominus locutus est, quando ait diuiti adolescenti, Vade uende omnia quæ habes & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & ueni sequere me, uehementer adamaui, Matth. 19 & non meis uiribus, sed gratia ipsius adiuuante sic fœci. Neq; enim quia diues non fui, ideo mihi imputabitur. Nam neq; ipsi Apostoli qui priores hoc fœcerunt, diuites fuerunt. Sed totum mundum dimittit, qui & illud quod habet, & quod optat habere dimittit. Quantum autem in hac perfectionis uia profœcerim, magis quidem noui ego, quam quisq; alius homo, sed magis deus quàm ego, Et ad hoc propositum quantis possum uiribus exhortor, & in nomine domini habeo consortes, quibus hoc per meum ministerium persuasum est, Sic tamen ut præcipue sana doctrina teneatur, Nec eos qui ista non faciunt uana contumacia iudicemus, dicentes nihil prodesse quòd pudice quamuis coniugaliter uiuant, quòd domos suas & familias Christiane regunt, quòd operibus misericordiæ sibi thesaurizant in posterum, ne ista disputando non scripturarum sanctarum tractatores, sed eorum accusatores inueniamur. Quod ideo commemoraui, quoniam isti quando talia dicere prohibentur ab eis qui hoc domini consilium non cœperunt, respondent eos talia disputari nolle, quoniam uitijs suis fauent, & dominica præcepta implere detractant, quasi non ut de his taceam, qui licet infirmiores, religiose tamen utuntur diuitijs, etiam cupidi & auari malis utentes & in terreno thesauro cor luteum configentes, quia & ipsos necesse est usq; ad finem portet ecclesia, sicut illa retia usq; ad littus pisces malos, tolerabiliores in ea quàm isti sine, qui talia sermocinando & disseminando ita se uideri magnos uolunt, quia diuitias suas, uel quantulacunq; patrimonia ex præcepto domini uendiderunt, ut eius hæreditatem, quæ usq; ad fines terræ dilatatur atq; diffunditur, hac doctrina, non sana perturbare atq; euertere moliantur. Vnde quia ex hac quidem occasione, sed tamen iã breuiter dixi quid etiam de ecclesia Christi in hoc sæculo sentiam, id est quia usq; ad finem huius sæculi necesse est, portet bonos & malos, quoniam ex hoc inter tuas quæstiones interrogasti, prolixam epistolam iam tandem aliquando concludam.

Vtrum liceat aliquo modo iurare. Quæstio. IIII.

IVrationem caue quantum potes. Melius quippe nec uerum iuratur, quoniam iurandi consuetudine, & in periurium sæpe caditur, & semper periurio propinquatur. Sed illi quantum aliquos eorum audiui, quid sit iurare prorsus ignorant. Putant enim se non iurari quando in ore habent, scit deus, & testis est deus, & testem deum inuoco super animam meam, quia non dicitur per deum, & quia talia reperiuntur in Apostolo Paulo. Sed etiam illa ubi contractos inuenta est quam confitentur esse iurationem, ubi ait Apostolus, Quotidie morior per uestram gloriam fratres, quam habeo in Christo Iesu domino nostro? In græcis enim codicibus reperitur 1. Cor. 15 omnino esse hanc iurationem, ne quis in latina lingua hoc sic intelligat dictum, per uestram gloriam, quomodo dictum est, per meum aduentum iterum ad uos, & multa similia ubi dicitur, per aliquid, & non est iuratio, Sed nõ ideo quia in suis literis iurauit Apostolus, uir infirmitate firmissimus, ludus nobis debet esse iuratio. Multo enim tutius, ut dixi quantum ad nos attinet nunquàm iuramus, ut sit in ore nostro: Est, est, non, non, sicut dominus monet. Non quia peccatum est uerum iurare, sed quia grauissimum peccatum est falsum iurare, quo citius cadit qui consueuit iurare. Accepisti quod mihi uidetur melius, exponant ista meliores, non isti quorum nouiam sententiam reprobandam, sed alij qui ueraciter possum. Nam & ego paratior sum discere quàm docere. Et tuum magnum conferes beneficium, si ea quæ illic à sanctis fratribus aduersus istorum uaniloquia disseruntur, non me facias ignorare. In domino recte & fideliter uiuis dilectissime fili. Matth. 5

EIVSDEM DIVI AVRELII Augustini Hipponensis Episcopi, de octo Dulcitij quæstionibus, liber incipit.

Præfatio.

QVANTVM MIHI VIDEdetur dilectissime fili Dulciti, nõ tardaui respondere interogationibus tuis. Per paschа quippe hoc anno quo dominicus eius fuit tertio calendas aprilis, á Carthagine mihi missas literas tuæ dilectionis accepi. Post eos autem dies sanctos confestim Carthaginem sum profectus: In qua ciuitate nihi me dictare permisit occupationem quæ ibi nõ potest deesse nimia multitudo. Sed posteaquàm inde regressus sum peractis apud nostros quindecim diebus, qui me post absentiam diuturnam curare alia compulerunt. Nam post tres menses ubi redire permissus sum rescribere ista non distuli, & abs te rursus quæstionibus quæ á me per diuersa opuscula mea iam fuerant pertractata, ex eisdem opusculis reddere uel solutionem, uel certe disceptationem meam. Deniq; illud tantummodo ubi quæris quare dixerit dominus præscius futurorum: Elegi Dauid secũdũ cor meũ, cũ ille talia et tanta cõmiserit ubi

ubi tractauerim & quõ id exposuerim, non potui reperire, et utrũ sit in aliquo libro meo uel epistola nescio. Ac per hoc quoniam mihi de hoc intulisti nouæ disputationis necessitatem, in hac mea rescriptione id ultimum fœci, prius uolens ea ponere quæ habebam in alijs meis uoluminibus præparata, ut nec studio tuæ sanctitatis deesſem, quod mihi est gratissimum, nec alio modo eadẽ dicere cogerer, quod mihi esset laboriosissimum, nec te aliquo amplius adiuuaret.

Vtrum aliquando qui sunt post baptismum peccatores, exeant de gehẽna, hoc est vtrum per fidẽ ab inferno eximantur. Quæstio. I.

PRima itaq; propositio tua est, utrũ aliquando qui sunt post baptismum peccatores, exeane de gehenna, Aliquantorum namq; super hoc inquis diuersa sententia est respondentium, sicut est iustorũ præmium, ita peccatorum finem non habere tormenta, Asseuerare etenim cupiunt tam perpetim uindictam manere, quám præmiũ. Matth. 5 Quibus contra præscribitur Euãgelica illa sententia quæ ait, Non inde exies donec reddas nouissimum quadrantẽ. Supereſt ergo, ut hoc reddito possis exire. Credimus hoc etiam Apostoli definitione scribentis, Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. 1. Cor. 3 Matth. 1 Sed quoniam alibi legimus inquis, Et non cognouit eam donec peperit, quod ita interpretari non possumus, idcirco de hoc cupimus fieri certiores. Responsio quæstionis. Hucusq; est propositio tua, Cui respondeo ex libro meo qui inscribitur, de fide & operibus, ubi de hac re ita locutus sum, Iacobus autem inq̃ tam uæhementer infestus est eis qui sapiunt fidem sine operibus ualere ad Augustin' de fide et operibus ca. 14. salutem, ut illos etiam dæmonibus comparet dicens, Tu credis quoniã unus est deus, bene facis, et dæmones credũt & contremiscunt. Iacob. 2 Quid breuius, uerius, uæhementiusq; dici potuit, cum & in Euangelio legamus hoc dixisse dæmoniacum Christum filium dei confiterentur, & ab illo corriperentur, quod in Petri confessione laudatum est? Marc. 1 Matth. 16 Iacob. 2 Quid proderit ait Iacobus fratres mei si fidem dicat se quis habere, opera autem non habet? Nunquid poterit fides saluare eum? Dicit etiam, quia fides sine operibus mortua est. Quousq; ergo falluntur qui de fide mortua sibi uitam perpetuam pollicentur? Quapropter diligenter 1. Cor. 3 oportet attendere quomodo accipienda sit Pauli Apostoli illa sententia, plane ad intelligendum difficilis, ubi ait, Fundamentum autem aliud nemo potest ponere, præter id quod positum est, quod est Christus Iesus, Si quis autem superædificat super fundamentum hoc aurum, argentum, lapides præciosos, ligna, fœnum, stipulam, uniuscuiusq; opus manifestabitur, dies enim domini declarabit, quia in igne reuelabitur, & uniuscuiusq; opus quale sit ignis probabit, Si cuius opus pmanserit, quod superædificauit, mercedem accipiet, Si cuius autem opus arserit, damnum patietur, ipse autem saluus erit, sic tñ quasi per ignem. Quam quidem sententiam quidam ita intelligendam putant, ut illi uideantur ædificare super hoc fundamentum aurum, argentum & lapides præciosos, qui fidei quæ in Christo est bona opera adijciunt, illi autem fœnum, ligna, stipulam, qui cũ eãdẽ fidẽ habeant, male operãtur. Vñ arbitrãtur p quasdã pœnas ignis eos posse purgari ad salutẽ percipiendã merito fundamenti. Hoc si ita est, fateamur istos laudabili charitate cõari, ut omnes indiscrete admittantur ad baptismum, non solum adulteri & adulteræ contra sententiam domini falsas nuptias prætendentes, uerumetiam publicæ meretrices in turpissima professione perseuerantes, quas certe nulla etiã negligentissima ecclesia consueuit admittere, nisi ab illa primitus prostitutione liberatas. Sed ista ratione cur nõ omnimodo admittantur, omnino non uideo. Quis enim non malit eas posito fundamento licet ligna, fœnum & stipulam congerant aliquanto certe diuturniore igne purgari, quam inæternum perire? Sed falsa erunt illa quæ obscuritatem ambiguitatemq; non habent. Si habeam omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. 1. Corin. 13 Et quid proderit fratres mei, si fidem quis dicat se habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides saluare eum? Iacob. 2 Falsum erit & illud: Nolite errare, neq; fornicatores, neq; idolis seruientes, neq; fures, neq; auari, ne adulteri, neq; molles, neq; masculorũ cõcubitores, neq; ebriosi, neq; maledici neq; rapaces regnũ dei possidebũt. 1. Cor. 6 Falsũ est et illud: Manifesta sũt opera carnis, quæ sunt fornicationes, immundiciæ, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comesationes, & his similia quæ prædico uobis sicut prædixi, quoniã qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. Galat. 5. Falsa erunt hæc, Si enim tantũmodo credant & baptizentur, q̃is in malis talibus perseuerent, salui erunt per ignem, atq; ideo in Christo baptizati etiam qui talia agunt, regnum dei possidebunt. Frustra autem dicitur: Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, quando & abluta hæc sunt. 1. Cor. 6 Inaniter etiam illud à Petro dictum uidebitur, Sic & uos simili forma baptisma saluos facit, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio. 1. Petri 3. Siquidem & habentes pessimas conscientias omnium flagitiorum et scœlerum plenis, nec eorum malorum pœnitentia mutatas, tamen baptisma saluos facit, propter fundamentum enim quod in eodem baptismate ponitur (licet per ignem) salui erũt. Illud quoq; non uideo cur dominus dixerit, Si uis uenire Matth. 19 ad uitam serua mandata, & commemorauit ea quæ ad Iacob. 2 bonos mores pertinent, si etiam his non seruatis ad uitam ueniri potest per solam fidem, quæ sine operibus mortua Matt. 25 est. Illud deinde quomdo uerum erit quod eis quos ad sinistrã positurus est, dicet, Ite in ignẽ æternũ, q̃ paratus est diabolo & angelis eius? Quos nõ increpabit quia in

eum non crediderunt, sed quia bona opera non fœcerunt. Nam profecto ne sibi quisquam de fide, quæ sine operibus mortua est, uitam promittat æternam, propterea omnes gentes segregaturum se dixit, quæ permixtæ eisdem pascuis utebantur, ut appareat eos illi dicturos, Domine quando te uidimus illa & illa patientẽ, & non ministrauimus tibi, qui in eum crediderant, sed bona operari non curauerant, tanquàm de ipsa fide mortua ad uitam perueniretur æternam. An forte ibunt in ignem æternũ qui opera misericordiæ non fœcerunt, & non ibunt qui aliena rapuerunt, uel corrumpendo in se templum dei, in seipsos immisericordes fuerunt, quasi opera misericordie
1. Cor. 13 prosint aliquid sine dilectione, dicente Apostolo, Si distribuam omnia mea pauperibus, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest? Aut diligat quisquàm proximum sicut seipsum, qui non diligit seipsum? Qui enim
Psalm. 10 diligit iniquitatem, odit animam suam. Neq; illud dici hic poterit, in quo nonnulli seipsos seducunt dicentes, ignem æternum dictum non ipsam pœnam æternam. Per ignem quippe qui æternus erit transituros arbitrantur eos, quibus propter fidem mortuam per ignem promittunt salutem, ut uidelicet, ipse ignis æternus sit, conbustio uero eorum, hoc est operatio ignis, non sit in eis æ-
Matth. 25 terna, cum & hoc prædidens dominus, sententiam suam ita concluserit dicens, Sic ibunt illi in combustionem æternam, iusti autem in uitam æternam. Erit ergo æterna cõbustio sicut ignis, & eos in illã ituros ueritas dixit, quorum non fidem, sed bona opera defuisse declarauit. Si ergo hæc omnia & cætera quæ innumerabilia per omnes scripturas sine ambiguitate dicta reperiri possunt, falsa erunt, poterit uerus esse ille intellectus de lignis, fœno & stipula, quòd hi salui erunt per ignem, qui solam in Christo fidem tenentes, bona opera neglexerunt. Si autem ista & uera & clara sunt, proculdubio in illa Apostoli sententia alius requirendus est intellectus, atq; in his deputanda est, quæ Petrus dicit esse in scriptis eius quædam difficilia intellectu, quæ nõ debent homines peruetere ad proprium suum interitum, ut contra euidentissima testimonia scripturarum securos faciant de percipienda salute nequissimos, nequitiæ suæ pertinacissime cohærentes
Obiectio. nec emendando aut pœnitendo mutatos. Hic à me fortasse quæratur de ipsa Pauli Apostoli sententia, quid ego sentiam & quo nam modo intelligendam putem. Fateor malle me hinc audire intelligentiores atq; doctiores, qui sic eã exponant ut illa omnia uera & inconcussa permaneant, quæ supra commemoraui, & quæcunq; alia non commemoraui, quibus apertissime scriptura testatur, ni-
Galla. 5 hil prodesse fidem nisi eam quam definiuit Apostolus, id est quæ per dilectionem operatur, sine operibus autem saluare non posse, neq; præter ignem, neq; per ignem, quia si per ignem saluat, ipsa utiq; saluat. Absolute autem dictum est & aperte, Quid prodest si dicat quis se
Iacob. 2 fidem habere, opera autem non habeat, numquid poterit fides saluare eum? Dicam tñ q̃ breuissime potero etiã ipse Responsio quid sentiam de illa sententia Pauli Apostoli ad intelligendũ difficili, dummodo illud quod ad meã professionẽ attinet præcipue teneatur, quòd de hac me malle dixi audire meliores. Fundamentum Christus est in structura
1. Cor. 3 architecti sapientis, hoc expositione non indiget, Aperte enim dictum est, Fundamentum enim aliud nemo potest ponere præter id qd' positũ est qd'est Christus Iesus. Si autem Christus, proculdubio fides Christi, per fidem quippe habitat Christus in cordibus nostris, sicut idem Apo-
Ephe. 3 stolus dicit, Porro si fides Christi, illa utiq; quam definiuit Apostolus, quæ per dilectionem operatur. Non enim fides illa dæmonum cum & ipsi credant & contremiscant, & filium dei confiteantur Iesum, potest accipi in fundamento. Quare, nisi quia non est fides qiæ per dilectionem operatur, sed quæ exprimitur per timorem? Fides itaq; Christi fides gratiæ Christianæ, id est, ea fides quæ pr dilectionẽ oparatur, posita in fundamento, neminem perire permittit. Sed quid sit ædificare super hoc fundamentum, aurum, argentum, lapides præciosos, & lignum, fœnum & stipulam, si subtilius disserere coner, uereor ne ad intelligẽdũ difficilior sit ipsa expositio, Enitar tamen quantum dominus adiuuat, & breuiter & quantum potero dilucide expedire quod sentio: Ecce ille
Matth. 19 qui quæsiuit à magistro bono, quid boni faceret ut haberet uitam æternam, & audiuit, si ad uitam uenire uellet, seruanda sibi esse mandata. Dictum est ei, Non occides,
Exo. 20 non mœchaberis, non furtum facies, non falsum testimonium dices, honora patrem tuum & matrem tuam, & diliges proximum tuum tamq̃ teipsum, hæc faciens in fide Christi, teneret proculdubio fidem quæ per dilectionẽ operatur. Neq; enim diligeret proximum tanq̃ seipsum, nisi recepta dilectione dei, sine qua non diligeret seipsum Porro si faceret etiam quod dominus addit dicens, Si uis perfectus esse uade uende omnia quæ habes et da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo, & ueni sequere me, ædificaret super illud fundamentum aurum, argentum, lapides præciosos, Non enim cogitaret nisi quomodo placeret deo, Et hæ cogitationes sunt quamum æstimo, aurum, argentum, lapides præciosi, Porro si circa diuitias suas carnali quodam teneretur affectu, q̃uis ex eis multas Eleemosinas faceret, nec ad eas augendas fraudis aliquid rapinæq; moliretur, aut earum minuendarum uel amittendarum metu in aliquod facinus flagitiumue laberetur, (alioquin iam se isto modo ab illius fundamenti stabilitate subtraheret) sed propter carnalem ut dixi, quem in eis habebat affectum, quo talibus bonis sine dolore carere non posset, ædificaret super fundamentum illud lignum, fœnum, stipulam, maxime si & uxorem sic haberet, ut etiam propter ipsam cogitaret ea quæ sunt mundi, quomodo placeret uxori. Hæc igitur quoniam affectu dilecta carnali non sine dolore amittuntur, propter ea quia sic ea habent ut habeam in fundamẽto fiãt, qua p

dilectionem

dilectionem operatur, neq; huic ista ulla ratione uel cupiditate præponant, in eorum amissione passi detrimentum, per ignem quendam doloris perueniunt ad salutẽ. A quo dolore atq; detrimento tanto est quisq; securior, quanto ea uel minus amauerit, uel tanq̃ non habens habuerit. Qui uero propter illa, uel tenenda, uel adipiscenda, homicidium, adulterium, fornicationem, idolatriam & similia quæq; commiserit, non propter fundamentum per ignem saluabitur, sed amisso fundamento, æterno igne torquebitur. Quamobrem & illud quod dicunt ueluti probare cupientes, quantũ ualeat sola fides, ubi Apostolus dicit. Quòd si infidelis discedit, discedat. Nõ est enim seruituti subiectus frater uel soror in huiusmodi, id est ut propter fidem Christi etiam ipsa uxor legitima societate coniuncta, sine ulla culpa relinquatur, si cum uiro Christiano propter hoc quia Christianus est, permanere noluerit. Nam attendunt eo modo illam rectissime dimitti, si uiro suo dicat, non ero uxor tua, nisi mihi de latrocinio diuitias congeras, aut nisi solita lenocinia quibus nostrã domũ transfigebas, etiã Christianus exerceas, aut si quid aliud uel facinorosum uel flagitiosum in uiro nouerat, quo delectata uel libidmem explebat, uel facilem uictũ habebat. uel etiam incedebat ornatior. Tunc enim ille cui hoc uxor dicit, si ueraciter ægit pœnitentiam ab operibus mortuis, quando accessit ad baptismũ, habetq; in fundamento fidem quæ per dilectionem operatur, proculdubio plus tenebitur amore diuine gratiæ quàm carnis luxuriæ, & membrum quod eum scandalizat, fortiter amputat. Quemcunq; autem in hac direptione dolorem cordis propter carnalem affectum coniugis sustinebit, hoc est detrimentũ quod patietur, hic est ignis per quẽ fœno ardente ipse saluabitur. Si aũt iã sic habeat uxorem tanq̃ nõ habẽs, nõ propter cõcupiscẽtiã sed ꝓpter mãm, ne forte eam saluam faceret, reddens potius quàm exigens debitum coniugale, profecto nec dolebit carnaliter, cum ab illo tale connubium separabitur, Neq; enim in ea cogitabat nisi quæ sunt dei, quomodo placeret deo. Ac per hoc inquantum aurum, argentum, & lapides præciosos illis cogitationibus superædificabat, intantũ nullũ detrimentũ patietur, intantum eius structura quæ erat fœnea, nullo incendo cremabitur. Siue ergo in hac tantum uita ista homines patiuntur, siue etiam post hanc uitam talia quædã iudicia subsequuntur, non abhorret quantum arbitror a ratione ueritatis iste intellectus huius sententiæ, Verumtamen etiam si est alius qui mihi non occurrit potius eligendus, istum quamdiu tenemus, non cogimur dicere iniustis, non subditis, scœlestis, contaminatis, parricidis, matricidis, homicidis, fornicatoribus, masculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, periuris, & si quid aliud sanæ doctrinæ aduersatur, quæ est secundum Euangelium gloriæ beati dei, si tantummodo in Christum credatis, & sacramentum baptismi eius accipiatis, etiam si uitam istam pessimam non mutaueritis, salui eritis.

1. Cor. 7

Gal. 5

Matth. 5

1. Cor. 7

1. Timh. 1

Vnde nec illa nobis mulier Chananæa præscribit, quia dominus quod petebat ei dedit, cum ante dixisset, Non est bonum tollere panem filiorum, & mittere canibus, quia ille cordis inspector mutatam uidit quando laudauit, & ideo non ait, O canis magna est fides tua, sed o mulier, magna est fides tua. Mutauit uocabulum, quia mutatum uidit affectũ, atq; illam correptionem ad fructum peruenisse cognouit. Miror autem si laudaret in ea fidem sine operibus, id est fidem non talem quæ per dilectionem posset operari, fidem mortuam, & quam Iacobus dicere minime dubitauit, fidem non Christianorum, sed dæmonũ. Postremo si istam Chananæam nolunt intelligere mutasse perditos mores, quando eam Christus contemnendo et corripiendo redarguit, quoscunq; inuenerint tantummodo credere, uitam uero inquinatissimam, nec saltem occultare, sed etiam libere profiteri, ac nolle mutare, sanent filios eorum si possunt, sicut sanata est filia Chananææ mulieris, non tamen eos faciant membra Christi, cum ipsi esse non desinant membra meretricis. Item in eo libro cuius titulus est de fide, spe, & charitate, quem scripsi ad filium meum, fratrem tuũ Laurentium, ista de hac re uerba mea sunt. Creduntur inquàm à quibusdam etiam hi qui nomen Christi non relinquunt, & eius lauacro in Ecclesia baptizantur, nec ab ea ulla schismate uel hæresi præciduntur, in quantislibet scœleribus uiuant, quæ nec diluant pœnitendo, nec Eleemosinis redimant, sed iu eis usq; ad huius uitæ ultimum diem pertinacissime perseuerent, salui futuri per ignem, licet pro magnitudine facinorum flagitiorumq; diuturno, non tamen æterno igne puniri. Sed qui hoc credunt, & tamen Catholici sunt, humana quadam benuolentia mihi falli uidentur, nam scriptura diuina aliud consulta respondet. Librum autem de hac quæstione conscripsi, cuius titulus est de fide & operibus: Vbi secundum scripturas sanctas quantũ deo adiuuãte potui, demõstraui eam fidem saluos facere, quam satis euidenter expræssit Paulus Apostolus dicens In Christo enim Iẽsu neq; circumcisio quicquàm ualet, neq; præputium, sed fides quæ per dilectionem operatur. Nam fides quæ per dilectionem non operatur proculdubio secundum Apostolum Iacobum mortua est in semetipsa. Qui rursus ait, Si fidem dicat se quis habere, opera autem non habeat, nunquid poterit fides saluare eum? Porro autem si homo scœleratus propter fidem solã per ignem saluabitur, & sic est accipiendum quod ait beatus Paulus Apostolus: Ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem, poterit ergo saluare sine operibus fides & falsum erit quod dixit eius coapostolus Iacobus, Falsum erit & illud quod idem ipse Paulus dixit, Nolite inquit errare, neq; fornicatores, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores, neque fures, neque auari, neque maledici, neq; ebriosi, neq; rapaces regnum dei possidebunt. Si enim etiam in istis perseuerantes criminibus, tamen ꝓpter

Matth. 5

Iacob. 2

Augustinus de fide, spe, et charitate.

Galla. 5.

Iacob. 2

1. Cor. 5

1. Cor. 6

pter fidem Christi salui erunt, quomodo in regno dei nõ erunt? Sed quia hæc Apostolica manifestißima & apertißima testimonia falsa esse non possunt, illud quod obscure dictum est de his qui ædificant super fundamentũ qđ est Christus, non aurum, non argentum, non lapides pretiosos, sed ligna, fœnum, stipulam, de his enim dictum est quòd per ignem salui erunt, quoniam fundamenti merito non peribunt, Sic intelligendum est, ut his manifestis non inueniatur contrarium esse. Ligna quippe & fœnum et stipula non absurde accipi possunt rerum sæcularium, q̃uis licite concessarum tales cupiditates, ut amitti sine animi dolore non possint. Cum autem iste dolor urit, si Christus in fundamento locum habet, id est ut ei nihil anteponatur, & malit homo qui tali dolore uritur rebus quas ita diligit magis carere quàm Christo, per ignem fit saluus, Si autem res huiusmodi temporales ac sæculares tẽpore temptationis maluerit tenere quam Christum, eum in fundamento non habuit. quia hæc priore loco habuit, cum in ædificio non sit aliquid prius fundamento. Ignis enim de quo locutus est eo loco Apostolus Paulus, talis debet intelligi, ut ambo per eum transeant, id est & qui ædificat supra hoc fundamentum aurum, argentum, lapides præciosos. & qui ædificat lignum. fœnum, stipulam, Cum enim hoc dixisset, adiunxit, Vniuscuiusque
1. Cor. 3 opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus permanserit, quod superædificauit, mercedem accipiet. Si cuius opus autem exustum fuerit, dãna patietur, ipse autem saluus erit, sic tamen quasi per ignem. Non ergo unius eorum, sed utriusq; opus ignis probabit, Est quidem ignis temptatio tribulationis, de quo aperte alio loco scriptum est, Vasa figuli probat fornax, & homines iustos
Eccle. 27 temptatio tribulationis. Iste ignis in hac interim uita facit quod Apostolus dixit, Si accidat duobus fidelibus, uni scilicet cogitanti quæ dei sunt, quomodo placeat deo, hoc
1. Corin. 7 est ædificanti super Christum fundamentum, aurum, argentum, lapides preciosos, alteri autem cogitanti ea quæ mundi sunt, quomodo placeat uxori, id est ædificanti super idem fundamentum ligna, fœnum, stipulam, Illius enim opus non exuritur, quia non ea dilexit, quorum amissione crucietur. Exuritur autem opus huius, quoniam sine dolore non pereunt, quæ cum amore possessa sunt. Sed quoniam alterutra conditione proposita eis potius carere malit quàm Christo, nec timore amittendi talia deserit Christum, q̃uis doleat dum amittit, saluus est quidem, sic tamen quasi per ignem, quia urit eum rerum dolor quas dilexerat amissarum, sed non subuertit, neq; consumit fundamenti stabilitate atq; incorruptione munitũ. Tale aliquid etiam post hanc uitam fieri incredibile non est, & utrum ita sit quæri potest, Et aut inueniri aut latere nonnullos fideles per ignem quendam purgatorium, quanto magis minusue bona pereuntia dilexerunt, tanto tardius citiusq; saluari, uon tamen tales de quibus dictũ est, quòd regnum dei non possidebunt, nisi conuenienter pœnitentibus eadem crimina remiteantur. Conuenienter autem dixi, ut steriles in Elemosynis non sint, quibus tantum tribuit scriptura diuina, ut earum tantummodo fructum se imputaturum prænunciet dominus dextris, et earum tantummodo sterilitatem sinistris, quando his dicturus est, Venite benedicti patris mei percipite regnũ Matth. 25 dei. Illis autem, Ite in ignem æternum. Hæc de duobus opusculis meis satis puto quæstioni tui fuisse responsa. De illa uero sententia domini, Non exies inde donec reddas Matth. 5 nouissimum quadrantem, respondere mihi necesse non fuit, cum iam tuipse quæstionem similem ex Euangelij lectione soluisti, ubi scriptum est, Non cognouit eam donec peperit. Sane ut non te celem de hac re cogitationem me Matth. 1 am, uellem si fieri posset, immo uero uolo si fieri potest, in hac quæstionem ueritate superari. Illud enim quod dicitur, quandoq;, & si plurimi temporis eas qui in Catholica communione moriuntur, q̃uis usq; in finem uitæ huius flagitiosissime & scœleratissime uixerint, de pœnis ultricibus exituros, familiarius meum tangit affectum, quẽ habemus circa eos qui nobiscum corporis & sanguinis Christi sacramenta communicant, q̃uis eorũ mores perditos oderimus, quos disciplina Ecclesiastica emendare non possumus, aut à mensa dominica separare, sed à ueritate uinci uolo, quæ sacris litteris apertissime nõ resistit. Non enim quæ resistit. dicendo est ulla ratione ueritas, uel putanda. Sed interim donec audiamus tale aliquid aut legamus, auscultemus ei qui dicit, Nolite errare, neq; for- 1. Cor 6. nicatores, neq; idolis seruientes etc. regnum dei possidebunt, quia si talia sunt quæ contradicunt, ut horum uerborum Apostolicorum manifestationẽ in alios sensus ducere nequeant, profecto aduersus ea nos instruxit, & paratos esse uoluit idem Apostolus dicens. Hoc autem scito Ephe. 5 te intelligentes. quoniã omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorum seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & dei. Nemo uos seducat inanibus uerbis. Cum ergo audierimus quosdam fornicatores & immundos & auaros per ignem saluari, ut habeant hæreditatem in regno Christi & dei, nõ obsurdescamus contra istum reclamantem & dicentem, Omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, non habet hæreditatem in regno Christi & dei, & ne acquiescamus illius uerbo continuo subijcientem. Nemo uos seducat inanibus uerbis.

Vtrum oblatio quæ fit pro defunctis seu quiescentibus, aliquid eorum conferat animabus, cum euidenter nostris aut subleuemur, aut grauemur actibus, cum tamen legamus, q̃ in inferno nemo possit iam confiteri.

Quæstio. II.

VTrum oblatio quæ fit pro quiescentibus, aliquid eorum conferat animabus, cum euidenter nostris aut subleuemur actibus, aut grauemur, cum siquidem legamus, q̃ in inferno nemo possit iam confiteri. Ad quod multi dicunt, q̃ aliquis beneficij in hoc locus possit esse

post

post mortem, quanto magis sibi anima ferret ipsa refrigeria sua per se illic confitendo peccata, quàm in eorum refrigerium ab alijs oblatio procuratur. Dixi aliquid de hac re in eo libro quem nuper ad sanctum Paulinum Nolanum episcopum scripsi, cum me consuluisset: Vtrum sepultura quæ fit in memorijs martyrũ, prosit aliquid spiritibus mortuorum: Inde est hoc quod his ad te literis insero: Diu inq̃ sanctitatis tuæ coëpiscope uenerande Pauline scriptorum debitor fui, exquo mihi scripsisti per homines filiæ nostræ religiosissimæ Floræ, quærens à me, utrum prosit cuiq; post mortem q, corpus eius apud sancti alicuius memoriam sepeliatur. Hoc enim abs te uidua memorata petierat pro defuncto in eis partibus filio suo, & rescripseras consolans eam, idq; etiam nuncians de cadauere fidelis iuuenis Cinegij, quod materno et pio affectu desiderauit esse cõpletum, ut scilicet in beatissimi Fœlicis confessoris basilica poneretur. Qua occasiõe factum est, ut per eosdem perlatores literarum tuarum ingereres huiuscemodi quæstionem, atq; ut responderem quid mihi exinde uideretur exposcens, nec tacens ipse quid sentias: Nam dicis uideri tibi non esse inanes motus animorum religiosorum atq; fidelium pro suis ita curantium. Adiungis etiam uacare non posse, q, uniuersa pro defunctis ecclesia supplicare consueuit, ut hinc & illud conijci possit homini prodesse post mortem, si fide suorum humando, eius corpori talis prouideatur locus, in quo appareat opitulatio etiam isto modo quæsita sanctorum. Sed cum hæc ita sint, quomodo huic opinioni cõtrarium non sit quod
2. Corin. 5 ait Apostolus: Omnes enim astabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; secundum ea quæ per corpus gessit, siue bonum, siue malum, non te satis uidere significas. Hæc quippe Apostolica sententia ante mortem admonet fieri, quod possit prodesse post mortem, nõ tunc quãdo iam recipiendum est, quod quisq; gesserit ante mortẽ. Verum hæc ita soluitur quæstio, quoniam quodam uitæ genere acquiritur, dum in hoc corpore uiuitur, ut aliquid adiuuent ista defunctos: Ac per hoc secundum ea quæ per corpus gesserunt eis, quæ post corpus religiose pro illis facta fuerint adiuuantur. Sunt enim quos omnino nihil adiuuant ista, siue pro eis fiant, quorum tam mala sunt merita, ut neq; talibus digni sint adiuuari, siue pro eis, quorum tam bona sunt, ut talibus non indigeant adiumentis. Genere igitur uitæ quod gessit quisq; per corpus efficitur, ut prosint uel non prosint, quæcunq; pro illo pie fiunt cum reliquerit corpus: Nam meritum per quod ista prosint, si nullũ comparatũ est in hac uita, frustra quæritur post hanc uitam. Ita fit ut neq; inaniter ecclesia, uel suorum cura pro defunctis, quod potuerit religionis impendat, & tamen ferat unusquisq; secundum ea quæ gessit per corpus, siue bonum, siue malum, reddente domino unicuiq; secundum opera eius. Vt enim hoc quod impenditur possit ei prodesse post corpus, in ea uita est acquisitum quam gessit in corpore. Dixi etiam tale aliquid ad Laurentium, quod ita se habet: Tempus autem inquam, quod inter hominis mortem & ultimam resurrectionem positum est, animas abditis receptaculis continet, sicut unaquæq; digna est uel requie, uel ærumna, pro eo qđ sortita est in carne dum uiueret. Neq; negandum est defunctorum animas pietate suorum uiuentium releuari, cũ pro illis sacrificium mediatoris offertur, uel eleemosynæ in ecclesia fiunt. Sed eis hæc prosunt, qui cum uiuerent ut hæc sibi postea possent prodesse meruerũt. Est enim quidam uiuendi modus, nec tam bonus ut non requirat ista post mortem, nec tam malus, ut ei non prosint ista post mortem. Est uero talis in bono ut hæc non requirat, est & rursus talis in malo, ut nec his ualeat, cũ hæc uita transierit adiuuari. Quocirca hic omne meritum comparatur, quo post hanc uitam possit releuari quispiam uel grauari. Nemo autem se speret quod hic neglexit cum obierit, apud deum promereri. Non igitur ista quæ pro defunctis commendandis frequentat ecclesia, illi Apostolicæ sunt aduersa sententiæ qua dictum est: Omnes enim astabimus ante tribunal Christi, ut referat unusquisq; secun- 2. Corint. 5
dum ea quæ per corpus gessit, siue bonum, siue malum: Quia etiam hoc meritum sibi quisq;, cum in corpore uiueret, comparauit: ut ei possent ista prodesse: Non enim omnibus prosunt. Et quare non omnibus prosunt, nisi propter differentiam uitæ, quam quisq; gessit in corpore? Cum ergo sacrificia, siue altaris, siue quarumcunq; eleemosynarum pro baptizatis defunctis omnibus offeruntur, pro ualde bonis gratiarum actiones sunt, pro nõ ualde malis propitiationes sunt, pro ualde malis etiam si nulla sunt adiumenta mortuorum, qualescunq; uiuorum consolationes sunt. Quibus autem prosunt, aut ad hoc prosunt, ut sit plena remissio, aut certe ut tolerabilior fiat ipsa damnatio.

Vtrum statim in aduentu domini credendum sit esse futurum iudicium, an spacio interposito temporis Quæsti. III.

TErtia tua quæstio est: Vtrum statim in aduentu domini credendum sit futurum esse iudicium, an spacio interposito temporis? In cuius diebus aduentus, quo- 1. Thess. 4
niam legimus inquis, q, qui supererunt rapientur in nubibus obuiam Christo in aëra, & sic semper cum domino futuri sunt, nosse desidero, utrum mox iudicium comitetur aduentum, & hi qui rapientur in nubes, an soluantur in mortem, nisi forte ad uicem mortis ipsam immutationem debeamus accipere. Huic interrogationi tuæ qua quæris, utrum in aduentu domini mox credendum sit futurum esse iudicium, puto q, sufficiat fides symboli, qua confitemur Christum à patris dextera esse uenturum, ad uiuos & mortuos iudicandos. Cum ergo ipsa sit ei caussa ueniendi, quid aliud acturus est mox ut uenerit, nisi propter quod ueniet? De illis autem qui rapientur in nubibus, in quadam Epistola quam scripsi ad filium meum nõmine mercatorem, quæ incipit: Proculdubio notissimum uobis, cum me consuluisset de quibusdã quæstionibus Pe-

lagianorum,qui negant mortem esse peccato retributam, quatenus disputauerim in subditis lege. Illi autem inquam de quibus dixit Apostolus cũ loqueretur de resurrectione mortuorum: Et nos uiuentes qui reliqui sumus,simul cum illis rapiemur obuiam Christo in aëra, & ita semper cum domino erimus,afferunt quidam aliquid quæstionis,sed propter seipsos,non propter istos: Nam & si non sunt etiam ipsi morituri,quid istos adiuuet omnino non uideo,cum talia de his dici possint, qualia de illis dicta sunt duobus,Enoch scilicet & Helia. Sed reuera quãtũ ad uerba beati Apostoli pertinet,uidetur asserere quosdam in fine sæculi adueniente domino, cum futura est resurrectio mortuorum, non mortuos sed uiuos repertos, in illam immortalitatem quæ sanctis etiam cæteris datur, repente mutandos,& simul cum illis rapiendos,sicut dicit,in nubibus. Nec aliquid aliud mihi uisum est, quotiẽs de his uerbis uolui cogitare. Sed uellem hic potius audire doctiores,ne illis etiam qui putant aliquos morte nõ præcedente uiuificatos,ad uitam transituros pẽpetuam dicere inueniatur Apostolus: Stulte tu quod seminas,non uiuificatur,nisi prius moriatur. Nam & illud quod in pleriſq; codicibus legitur,omnes resurgemus,unde fieri poterit nisi omnes moriamur? Resurrectio quippe nisi mors præcesserit,nulla est. Et quod nonnulli codices habent, omnes dormiemus,multo facilius & apertius id cogit intelligi: Et si quid aliud tale in sanctis libris inuenitur, ad id uidetur impellere, ut nullos hominum existimemus immortalitatem,nisi mors præcesserit adepturos. Proinde ubi dixit Apostolus: Et nos uiuentes qui reliqui sumus, in aduentu domini non præueniemus eos qui ante dormierunt: Ipse enim dominus in iussu & in uoce archangeli & in tuba dei descendet de cœlo,& mortui in Christo resurgent primi: Deinde nos uiuentes qui reliqui sumus,simul cum illis rapiemur in nubibus obuiam Christo in aëra,& ita semper cum domino erimus. Vellem de his uerbis ut dixi audire doctiores: Et si mihi potuerint hæc ita exponi,ut in eis posit intelligi, omnes homines qui uiuunt,uel post nos uicturi sunt esse morituros, corrigere quod hinc aliquando aliter sensi. Neq; enim debemus esse indocibiles doctores,& certe melius homo corrigitur prauus,quam frangitur durus, cum his quæ descripsimus ita nostra uel aliorum exerceatur,uel eruditur infirmitas,ut tamen in eis nulla uelut canonica constituatur auctoritas. Si autem in his uerbis Apostoli nullus alius sensus poterit reperiri,& hoc eũ intelligi uoluisse claruerit,quod uidentur ipsa uerba clamare,id est q, futuri sint in fine sæculi,& secundo aduentu domini, qui non expolientur corpore,sed superinduantur immortalitate,ut absorbeatur mortale à uita, huic sententiæ proculdubio conueniet,quod in regula fidei confitemur, uenturum dominum,iudicaturum uiuos & mortuos,ut non hic intelligamus uiuos iustos, mortuos autem iniustos, quamuis iudicandi sint,& iusti & iniusti,sed uiuos quos nondum exisse,mortuos autem quos iam exisse de corporibus aduentus eius inueniet. Quæ si ita esse constiterit,illa uerba excutiẽda erunt,quomodo sic accipiamus: Tu quod seminas non uiuificatur,nisi prius moriatur: Et illud. Omnes resurgemus,siue omnes dormiemus,ut non aduersentur huic sententiæ,qua quidam creduntur etiam cum suis corporibus inæternum non gustata morte uicturi. Sed utrumlibet horum ueracior & perspicacior intellectus inueniatur,quid ad causſam pertinebit istorum, siue omnes debita morte plectantur,siue aliquibus ab hac exceptis conditione parcatur,cum tamen constet non solum mortem animæ,uerumetiam corporis secuturam nõ fuisse,si peccatum non præcessisset,& gratiæ mirabiliore uirtute iustos à morte ad æternam beatitudinem reuiuiscere,quam in mortis experientiam non uenire. Hæc propter illos de quibus mihi scripsisti satis dicta sint, q̃uis eos iam non existimem dicere, etiam si non peccasset Adam,fuisse uel corpore moriturum. Cæterum quod attinet ad quæstionem resurrectionis propter illos qui creduntur non esse morituri,sed ex hac mortalitate ad immortalitatem sine morte media transituri, inquisitio diligentior adhibenda est: Et si quid hinc bsolutum ac definitum disputatione rationabili atq; perfecta,uel audisti, uel legisti,uel etiam ipse adhuc audire,aut legere, aut excogitare potueris, peto mihi mittere non graueris: Ego enim,quod confitendum est charitati tuæ, plus amo discere quam docere: Nam hoc admonemur etiam dicente Apostolo Iacobo: Sit autem omnis homo uelox ad audiẽdũ, tardus autem ad loquendum. Vt ergo discamus inuitare nos debet suauitas ueritatis,ut autem doceamus, cogere necessitas charitatis,ubi potius orandum est, ut transeat ista necessitas qua hominem docet aliquid homo,et simus omnes docibiles dei,quamuis & hoc simus cum ea quæ ad ueram pietatem pertinent discimus, etiam quando illa docere uidetur homo, quia neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat,sed qui incrementum dat deus. Cum itaq; si deus incrementum non daret,non essent Apostoli plãtatores & rigatores,quanto magis ego uel tu uel quilibet huius temporis homines,quando nobis uidemur esse doctores?

1. Corin. 15

1. Thessa. 4

2. Corin. 5

Iaco. 1

Esai. 54 Iohan. 6

1. Corin. 3

Quare dixerit Dauid: Potens in terra erit semen eius,generatio iustorum benedicetur,cum sciamus iustorũ filios & fuisse & esse maledictos, & iustorum & fuisse & esse benedictos. quæst. IIII.

QVarta tua quæstio est: Quare dixerit Dauid: Potens in terra erit semen eius,generatio rectorum benedicetur: Cum sciamus iustorũ filios & fuisse & esse maledictos, & iniustorum & fuisse & esse benedictos? Huic quæstioni de Psalmi ipsius expositione respondeo,quem cum in populo tractarem, dixi: Beatus enim uir qui timet dominum, in mandatis

eius

eius uolet nimis. Viderit deus qui solus & ueraciter & misericorditer iudicat quantum iste proficiat in mandatis
Iob.7 eius, quoniam temptatio est uita humana super terram, sicut sanctus Iob dicit. Et iterum scriptum est: Quoniam
Sapien.9 corpus quod corrumpitur aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantem. Qui autem iudicat nos, dominus est: Nec ante tempus iudicare de
1.Corint.4 bemus, donec ueniat dominus, & illuminet abscondita tenebrarum, & manifestabit cogitationes cordis, & tunc laus erit unicuiq; à deo. Viderit ergo ille quantum quisq; proficiat in mandatis eius, tamen uolet nimis, qui pacē illius coædificationis adamauerit, nec iam desperare debet, quonā in mandatis eius uolet nimis, & pax in terra ho-
Luce.2 minibus bonæ uoluntatis. Vnde, Potens in terra erit semē eius. Et semen futuræ messis opera esse misericordiæ, Apostolus testis est qui dicit: Bonum autem facientes non deficiamus: Tempore enim proprio metemus non deficientes. Et iterum: Hoc autem inquit, qui parce seminat, par-
Gala.6 ce & metet. Quid autem fratres potentius, quàm ut regnum cœlorum non solum Zachæus emat dimidio rerū
2 Corin.9 suarum, sed & uidua duobus minutis, & tantundem ibi uterq; possideat? Quid potentius, quàm ut idem regnum & thesauris diuitis, & calice aquæ frigidæ pauperis ualeat. Sunt autem qui ista faciunt dū terrena conquirunt, aut hic mercedem sperantes à domino, aut hominibus placere cupientes. Sed generatio rectorum benedicetur, id est
Luc.19 Luc.21 opera eorum quorum bonus deus Israël, qui recto sunt
Psalm.74 corde. Rectum autem cor est, non resistere patri emendāti, & credere pollicenti, non eorum quibus commouētur
Psalm.27 pedes, & effunduntur gressus atq; labuntur, sicut in alio Psalmo canitur: Dum zelant in peccatoribus, pacem peccatorum uidentes, & putant perire opera sua, quia non eis merces redditur peritura. At iste uir qui timet dominū, & in templum sanctum dei conuersiōe recti cordis aptatur, nec gloriam hominum quærit, nec terrenas diuitias concupiscit, & tamen gloria & diuitiæ in domo eius. Domus enim eius cor eius est, ubi deo habitante opulentius habitat, cum spe uitæ æternæ, quàm hominibus habitantibus in marmoratis laqueatisq; tectis, cum timore mortis æternæ. Huius enim iusticia manet in sæculum sæculi. Ipsa eius gloria, ipsæ diuitiæ. Illius autē purpura & byssus & epulæ splendidæ, & cum præsto sunt, transeunt, & cum ad finem uenerint, aquæ guttam ex digito stillantem desiderans, ardens lingua clamabit. Hæc sunt quæ in dicto Psalmo exposuisse me memini, & ad quæstionis tuæ quarto loco propositæ solutionem satis esse nunc existimo.

Quare dixerit dominus præscius futurorum: Elegi Dauid secūdum cor meum, cum ille talia & tanta commiserit.

Quæstio. V.

IAm nunc illud quod reddendum distuleram, pauliſper intende. Quæris enim quare dixerit dominus nimirum præscius futurorum: Elegi Dauid secundū cor meum, cum talia tantaq; ipse homo commiserit: Quod q̄- Acto.13
dem si de ipso Dauid, qui reprobato Saule & extincto fuit rex Israël, dictum intelligamus, magis quia deus præscius futurorum est, prænidit in eo tantam pietatem tamq; ueracem pœnitentiam, ut esset in eorum numero de q̄- Psalm.31
bus ipse dicit: Beati quorum remisse sunt iniquitates, & quorum tecta sunt peccata: Beatus uir cui non imputauit dominus peccatum. Cum ergo præsciret eum deus peccaturum, & peccata sua pia humilitate & sincera pœnitentia deleturum, cur non diceret: Inueni Dauid secundum cor meum, cui non erat imputaturus peccatum tam multa bona facienti, & cum tāta pietate uiuenti, & ipsa pietate pro peccatis suis sacrificium contriti spiritus offerenti? Propter hæc omnia uerissime dictum est: Inueni Dauid secundum cor meum, quia licet secundum cor dei non esset q̄ ille peccauit, tamen secundum cor dei fuit, q̄ pro peccatis suis congrua pœnitentia satisfecit? Hoc solum ergo in illo secundum cor dei non fuit, quod illi deus non imputauit. Hoc itaq; ablato id est non imputato, quid remansit nisi unde uerissime diceretur: Inueni Dauid secundum cor meum? Si autem hoc prophetice dictum de Christo uelimus accipere, nullus nodus quæstionis occurret, nisi forte ut quæratur à nobis, quomodo Christum recte isto nomine uocare potuerit. Sed respondemus propter semen Dauid, ex quo carnem Christus assumpsit, nec sine exemplo rationem huius in Christo nominis reddimus. Inuenimus quippe apertissime Iēsum Christum apud Prophetam Ezechielē Dauid esse appellatum, ubi legitur ex persona dei patris: Et suscitabo super pecora mea pastorem unum qui pascat ea, seruum meum Da- Ezech.34
uid, & ipse pascet ea, & ipse erit his in pastorem: Ego autem dominus ero eis in deum, & seruus meus Dauid princeps in medio eorum, ego dominus locutus sum. Et Ezech.37
alio loco: Et rex inquit unus erit omnibus imperans, & non erunt ultra duæ gentes, nec diuidentur amplius in duo regna, neq; polluentur ultra in idolis suis, & abominationibus suis, & in cunctis iniquitatibus suis, & saluos eos faciam de uniuersis sedibus suis in quibus peccauerunt, & mundabo eos: Et erunt mihi populus, & ero eis deus, & seruus meus Dauid rex super eos & pastor unus erit omnium eorum. Oseæ quoq; Propheta, cū prænunciaret tempus Iudæorum, quale nunc habent in Christum eos postea credituros, eundem Christum Dauid nomine Prophetauit dicens: Quoniam diebus multis sede- Oseæ 3
bunt filij Israël sine rege, sine principe, sine sacrificio, sine altari, sine sacerdotio, sine manifestationibus: Sic nunc esse Iudæos ambigit nemo. Sed quod ait Apostolus Paulus Roman.11
gentibus loquens: Sicut enim uos aliquando non credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis propter incredulitatem illorum, ita & isti nunc non crediderunt in uestram misericordiam, ut & ipsi misericordiam consequantur. Hoc propheta iste tanto ante prædicēs, Oseæ 3
secutus adiunxit: Et postea reuertētur filij Israël, & in-

quirent dominum deum suum, & Dauid regem suum, et stupescēt in domino & in bonis ipsius in nouissimis diebus. Ecce & hic per Dauid nonne prophetatus est Christus, quoniam quando ista prophetabantur, ille Dauid rex Israël iam olim ante dormierat, dominus autem Iesus ex eius semine fuerat in carne uenturus, propter quod prophetico loquendi modo appellabatur Dauid. Videtur autem Apostolus hoc testimonium ita posuisse in actibus Apostolorum, ut non nisi de illo rege Dauid qui Sauli successit poßit intelligi: Nam inter cætera: Exinde inquit postulauerunt regem, & dedit illis deus Saul filium Cis, uirum de tribu Beniamin annis quadraginta: Et amoto illo suscitauit illis Dauid regem, cui & testimonium perhibēs dixit: Inueni Dauid filium Iesse, uirum secundum cor meum qui faciet omnes uoluntates meas. Sed quando secutus adiungit & dicit: Huius deus ex semine secundum promissionem adduxit Israël saluatorem Iesum, altius significauit in domino Iesu potius esse intelligendum illud testimonium, qui uere facit omnes uoluntates dei patris, q̄ in illo rege Dauid, qui licet secundum superiorem disputationem remissis peccatis propter ipsam quoq; ptā pœnitentiam, non immerito dici poßit inuētus secundum cor dei, tamen omnes uoluntates dei quomodo fecit? Qui cū excellentißime laudaretur, quando eius tempora & facta enarrentur, notatus est tamen q, non destruxit excelsa, ubi sacrificiabat populus deo contra præceptum dei, qui tantummodo in tabernaculo testimonij sibi sacrificari iusserat: Quamuis etiam in eisdem excelsis eidē sacrificaretur deo: Quæ postmodum excelsa ex ipsius Dauid semine propagatus rex Ezechias, cum testimonio magnæ suæ laudis euertit. Sicut potui respondi inquisitionibus tuis. Si quid de istis rebus inueniſti melius, siue inuenire poteris, gratißimum habebimus, si nos feceris nosse. Ego enim quod & supra de me commemoraui, magis amo discere quam docere.

Act. 13

Vtrum iuxta hystoriam libri regum Phytonissa ipsum Samuelem Prophetam de inferno euocauerit. Quæst. VI

1. Regū. 28

SExta tua propositio est: Vtrum iuxta hystoriam libri regnorum, phytonissa ipsum Prophetam Samuelem de inferno euocauerit? Hoc à me beatæ memoriæ Simplicianus Mediolanensis episcopus aliquando quæsiuit. Quid ergo ei responderim, subditum lege: Item quæris inquam, utrum spiritus immundus qui erat in phytonissa, potuerit agere, ut Samuēl à Saule uideretur, & loqueretur cum eo? Sed multo maioris miraculi est, q, ipse

Iob. 1

sathanas princeps omnium immundorum spirituum potuit loqui cum deo, & petere temptandum Iob iustißimū

Luce. 22

uirum, qui etiam Apostolos temptādos petijt. Aut si hoc ideo non habet difficilem quæstionem, quia per quā uoluerit creaturam, cui uoluerit creaturæ ubiq; præsens ueritas loquitur, nec propterea magni meriti est cui loquitur deus. Interest enim quid ipse loquatur, quia & imperator cum multis innocentibus non loquitur, quibus prouidentißime consulit ad salutem, & cum multis nocentibus loquitur, quos iubet interfici. Si ergo hinc propterea nulla quæstio est, nulla sit quæstio, quomodo etiam immundus spiritus, cum anima sancti uiri loqui potuerit. Omnibus enim sanctis deus creator & sanctificator longe utiq; maior est. Quod si hoc mouet, q, licuerit maligno spiritui excitare animam iusti, & tanq̄ de abditis mortuorū receptaculis euocare, nonne magis mirandum est, q, sathanas ipsum dominum assumpsit, & constituit sup pin Matth. 4
nam templi? Quolibet enim modo id fœcerit, ille etiā modus quo Samuelis factum est ut excitaretur similiter latet. Nisi forte quis dixerit faciliorem diabolo fuisse licentiam ad dominum uiuum unde uoluit assumēdum, & ubi uoluit constituendum, quam ad Samuelis defuncti spiritū à suis sedibus excitādum. Quod si illud in Euangelio nos ideo nō perturbat, quia dominus uoluit atq; permisit nulla diminutione suæ potestatis & diuinitatis id fieri, sicut ab ipsis Iudæis quamq̄ peruersis atq; immundis, & fa- Matthe. 26
cta diabolo facientibus, & teneri se & uinciri, & illudi &. 27
& crucifigi, atq; interfici passus est, non est absurdū credere ex aliqua dispensatione diuinæ uolūtatis permissum fuisse, ut non inuitus, nec dominante aut subiugante magica potentia, sed uolens atq; obtemperans occultæ dispēsationi dei, quæ Phytonissam illam & Saulem latebat, cōsentiret spiritus prophetæ sancti se cernendi affectibus regis, diuina cum sentētia percussurus. Cur enim anima boni hominis à malis uiuis euocata si uenerit, amittere uideatur dignitatem suam, cum & uiui plærumq; boni uocati ad malos ueniant, & agant cū eis quod officium postulat æquitatis, seruato atq; in concusso decore uirtutis suæ, & illorum uitijs pro rerum præsentium, uel usu, uel necessitate tractatis? Quanq̄ in hoc facto potest esse alius facilior exitus, & expeditior intellectus, ut non uerè spiritum Samuelis excitatum à requie sua credamus, sed aliquid phantasma, & imaginariam illusionem diaboli machinationibus factam: Quam propterea scriptura nomine Samuelis appellat, quia solent imagines earum rerum nominibus appellare quarum imagines sunt, sicut omnia quæ pinguntur atq; finguntur ex aliqua materia metalli, aut ligni, uel cuiusq; rei aptæ ad opera huiusmodi, quæ etiam uidētur in somnijs, & omnes ferè imagines earum rerum quarum imagines sunt appellari solent nominibus. Quis enim est qui hominem pictum dubitet uocare hominem, quandoquidem & singulorum quorumq; picturam cum aspicimus, propria quæq; nomina incūctanter adhibemus, uelut cum intuentes tabulam aut parietē dicimus, ille Cicero est, & Salustius, ille Achilles, ille Hector, hoc flumen Simois, illa Roma, cum aliud nihil sint q̄ pictæ imagines? Vnde Cherubin cum sint cœlestes uirtu- Exo. 25
tes, facta tamen ex metallo quod imperauit deus super arcam testamenti magnæ rei significandæ gratia non aliud quàm Cherubin illa quoq; figmenta uocitantur. Item q̄squis uidit somnium, non dicit, uidi imaginem Augustini,

aut

aut Simpliciani, sed uidi Augustinum aut Simplicianum, cũ eo tẽpore quo tale aliquid uidit, nos ignoraremus. Vsq; adeo manifestum est, non ipsos homines, sed imagines eorum uideri. Et Pharao spicas se dixit uidisse in somnis et
Gene. 41 boues, nõ spicarum aut boum imagines. Si igitur liquido constat nominibus earum rerum quarum imagines sunt, eadem imagines appellari, non mirum est q; scriptura di
1. Reg. 28 cit Samuelem uisum, etiam si forte imago Samuelis appar
2. Corin. 11 uit machinamento eius, qui transfigurat se uelut angelũ lucis, & ministros suos uelut ministros iusticiæ. Iam uero si illud mouet, quomodo et à maligno spiritu Sauli ue
Matthæ. 8 ra prædicta sint, potest & illud mirum uideri, quomodo dæmones agnouerint Christum, quem Iudæi non agnoscebant. Cum enim uult deus etiam per infimos infernosq; spiritus aliquem uera cognoscere, temporalia dumtaxat atq; ad istam mortalitatem pertinentia, facile est & non incongruum, ut omnipotens & iustus ad eorum pœnam quibus ista prædicantur, ut malum quod eis impendet, an tẽq; ueniat, prænoscendo patiantur occulto apparatu mysteriorum suorum, etiam spiritibus talibus aliquid diuinationis impertiat, ut quod audiunt ab angelis, prænunciẽt hominibus. Tantum autem audiunt, quantum omnium do
Actu. 16 minus atq; moderator, uel iubet, uel sinit: Vnde etiam spiritus Phytonicus in actibus Apostolorum attestatur Paulo Apostolo, & Euangelistæ esse conantur. Miscent tamen isti fallacias, & uerum quod nosse potuerint, non docendi
1. Regũ. 28 magis quàm decipiendi fine prænunciant. Et forte hoc č, q; cum illa imago Samuelis Saulem prædiceret moriturũ, dixit etiam secum futurum, quod utiq; falsum est. Magno quippe interuallo post mortem separari bonos à malis in
Luc. 16 Euangelio legimus, cum dominus inter superbum illum diuitem, cum iam apud inferos tormenta pateretur, & illum qui ad eius ianuam ulcerosus iacebat, iam in requie constitutum, magnũ chaos interiectum esse testatur. Aut
1. Regũ. 28 si propterea Samuël Sauli dixit: Mecum eris, ut non ad æqualitatem fœlicitatis, sed ad parem conditionem mortis referatur, eo q; uterq; homo fuerit, & uterq; mori potuerit, iamq; mortuus, mortem uiuo prænunciabat. Perspicit quantum opinor prudentia tua secundum utrũq; intellectum habere exitum illam lectionem, quæ non sit contra fidem, nisi forte profundiore & perplexiore inquisitione, quæ uel uirium mearum, uel temporis excedit angustias: Inueniatur ad liquidum, uel posse uel nõ posse animam humanam cum ex hac uita migrauerit, magicis carminibus euocatam, uiuorum apparere conspectibus, etiam corporis liniamenta gestantem, ut non solum uideri ualeat, sed & agnosci. Et si potest, utrum etiam iusti anima, non quidem cogatur magicis sacris, sed dignetur ostendi occultioribus mysterijs summæ legis obtemperãs, ut si fieri non posse claruerit, non uterq; sensus in huius scripturæ tractatione atq; expositione admittatur, sed illo excluso imaginaria similitudo Samuelis diabolico ritu facta intelligatur. Sed quoniam siue illud fieri posit, siue non posit, tamen fallacia sathanæ atq; imagnum simulandarum callida operatio decipiẽdis humanis sensibus multiformis inuigilat. Hæc diximus pedetentim quidem, ne inquisitionibus diligentioribus præscribamus, sed tamen potius existimemus tale aliquid factum à maligno spiritu Phytonissæ illius ministerio, quãdiu nobis aliquid amplius excogitare atq; explicare non datur. Hæc sunt quæ tunc de phytonissa & Samuele scripsi.

Qualiter satisfaciendum sit eis qui dicunt Saram stuprum Abimelech aut Pharaonis non effugisse, cum id scripturæ sanctæ testimonio probare conantur. quæst. VII.

SEptima tua propositio est: Qualiter satisfaciendum sit eis, qui dicunt Saram stuprum non effugisse, cũ dicant Abimelech ab eius conuentione somnio esse reuocatum, & immissum in eius copulam Pharaonem non uideo, cum ad hoc credendum scriptura nos cogat. Accepit Gene. 12
enim eam quidem uxorem, continuoq; ditatus est Abraham multis Aegyptiorum muneribus propter illam, sed non scriptum est, q; cum ea Pharao dormierit, eiq; permixtus sit, quoniam deus eum multis magnisq; cladibus affligendo id facere non permisit. Non enim placit e regibus ad coniugũ fœminæ mox etiam carne copulabantur: Et sicut legimus in libro qui prænotatur Hester, per Hester. 2
aliquot menses, immo per totum annum, unguentis, pigmentis & aromatibus accurabantur earum corpora, priusquam corpori regio miscerentur. Hoc ergo spacio facta sunt illa quæ scripta sunt, donec Pharao contritus & exterritus, marito restituisset uxorem. Abimelech autẽ Gene. 20
quoniam somnio est ab eius cõmixtione prohibitus, ideoq; Saram nouisse stuprum contendunt, & putant utiq; regem ut somniaret, non nisi post eius concubitum dormire potuisse. Quasi uero ut omittam tempus quo accurabantur ut supra dixi ad uoluptatem regiam corpora fœminarum, non potuit deus priusquam conuenirent eũ mergere in somno, & admonere per somnium. Dicam quod factum est in Mauritania Siciensi: Neq; enim deus sanctorum, non ipse est etiam deus? Viduam in proposito cõtinẽtiæ constitutam, Celeichius quidam cathecuminus iuuenis rapuit, ut haberet uxorem. Antequam concumberet pressus somno, & territus somnio, Siciensi episcopo eandem uehementissime requirenti, reuocauit intactam. Viuunt adhuc de quibus loquor. Ille baptizatus, & ipso in se facto miraculo conuersus ad dominum, ad episcopatum mirabili probitate peruenit, illa in sancta uiduitate perstitit. Quid autem dixerim contra Faustum Manichæum, cum calumniaretur patri Abrahæ scilicet q; uxorem suam duobus regibus ad concubitũ uendicasset, indignãsq; subiecit: Quod autem iustum & fidelem uirum matrimonij sui infamosissimum nundinatorem appellans, auaricię

riciæ ac uentris cauſſa duobus regibus, Abimelech ac Pha-
Gene.12 & 20 raoni diuerſis temporibus Saram coniugem ſuam ſororē mentitum, quia erat pulcherrima in concubitum aſſerit uendicaſſe, non ore ueridico à turpitudine ſeparat honeſtatem, ſed ore maledico totum uertit in crimen. Hoc enim Abrahæ factum lenocinio ſimile uidetur, ſed non ualentibus ex illius æternæ legis lumina à peccatis rectè facta diſcernere, quibus & conſtantia, pertinacia uideri poteſt, et uirtus fiduciæ, uitium putatur audaciæ, & quæcunq; ſimiliter obijciuntur, quaſi non rectè agentibus à non rectè cernentibus. Neq; enim Abraham flagitio conſenſit uxoris, eiuſq; uendidit adulterium, ſed ſicut illa famulam ſuā non libidini mariti permiſit, ſed officio generandi ultro obtulit, nequaquam turbato ordine naturali, ubi eius potestas erat iubens potius obedienti, quam cedens concupiſcēti, ſic & ipſe coniugem caſtam, & caſto corde ſibi cohærentem, de cuius animo ubi pudicitiæ uirtus habitat, nullo modo dubitabat, tacuit uxorem, dixit ſororem, ne ſe occiſo ab alienigenis atq; impijs captiua poſſideretur, certus de deo ſuo q; nihil eam turpe ac flagitioſum perpeti ſineret: Nec eum fides aut ſpes fefellit: Namq; Pharao territus monſtris, multiſq; propter eam malis afflictus, ubi eius eſſe uxorem diuinitus didicit, illæſam cum honore reſtituit: Abimelech autem ſomnio commonitus & edoctus, ſimiliter fœcit.

De quo ſpiritu dicatur: Spiritus dei efferebatur ſuper aquas. Quæſtio. VIII.

NOuiſſime exponendum poſcis de ſpiritu dei qui ſuperferebatur ſuper aquā. Quidam enim aſſeuerant inquis, ſpiritum ſanctum, alij mundanum ſpiritū dicunt, dicentes, quia non potuit hyſtoriographus cū creaturis enumerare creatorem, nec huic locum aliquem deputare, qui ubiq; ſit totus cū patre uidelicet atq; filio. Quid ego iſtorum ſenſerim, ex primo libro eorum quos de Geneſi duodecim, ſicut potui non ſecundum allegorias, ſed ſecundum rerum guſtarum fidem ſcripſi, & in hoc opuſculum tranſtuli. Ineſt inquam deo benignitas ſumma, & ſancta, & iuſta, & quidem non ex indigentia, ſed ex beneficentia ueniens amor in opa ſua. Propterea priuſquam
Gene.1 ſcriberetur, dixit deus: Fiat lux, præceſſit ſcriptura dicēs: Et ſpiritus dei ſuperferebatur ſuper aquam: Quia ſiue aquæ nomine appellare uoluit totam corporalem materiam, ut eo modo inſinuaret unde facta & formata ſint omnia, quæ in ſuis generibus iā dinoſcere poſſumus, appellans aquā, quia ex humida natura uidemus omnia in terra per ſpecies uarias formari atq; concreſcere, ſiue ſpiritalem uitam quandam ante formam conuerſionis quaſi fluitātem. Superferebatur utiq; ſpiritus dei, quia ſubiacebat ſcilicet bonæ uoluntati creatoris, quicquid illud erat quod formandum perficiendumq; inchoauerat, ut dicente deo in uerbo ſuo, fiat lux in bona uoluntate, hoc eſt in beneplacito eius pro modo ſui generis maneret, quod factum eſt: Et ideo rectum eſt q; placuerit deo, ſcriptura dicente: Et facta eſt lux. Et uidit deus lucem quia bona eſt: Vt quemadmodum in ipſo exordio inchoatæ creaturæ quæ ex cœli & terræ nomine propter hoc quod de illa perficiendum erat commemorata eſt, trinitas inſinuatur creatoris: Nam dicēte ſcriptura: In principio fœcit deus cœlum & terram, intelligimus patrem in dei nomine, & filium in principij nomine, qui non patris, ſed per ſeipſum creatæ primitus, ac potiſſimum ſpiritalis creaturæ, & cōſequēter etiam uniuerſæ creaturæ principium eſt. Dicēte autem ſcriptura: Spiritus dei ſuperferebatur ſup aquā: completam commemorationem trinitatis agnoſcimus: Ita & in conuerſione atq; perfectione creaturæ, ut rerū ſpecies digerantur, eadem trinitas inſinuatur, uerbū dei ſcilicet & uerbi generatior, cum dicitur: Dixit deus & ſancta bonitas in qua deo placet quicquid ei pro ſuæ naturæ modulo perfectum placet, cum dicitur: Vidit deus quia bonum eſt. Sed cur cōmemorata prius quamuis impefecta creatura, poſtea commemoratur ſpiritus dei prius dicente ſcriptura: Terra autem erat inuiſibilis & incompoſita, & tenebræ erant ſuper abyſſum, ac deinde inferente: Et ſpiritus dei ſuperferebatur ſuper aquam? An quoniam egenus atq; indiguus amor ita diligit, ut rebus quas diligit ſubijciatur, propterea cum commemoraretur ſpiritus dei, in quo ſancta eius beniuolentia dilectioq; intelligitur, ſuperferri dictus eſt, ne faciendo opera ſua p indigentiæ neceſſitatem potius quam per abundantiam beneficentiæ deus amare putaretur? Cuius rei memor Apoſtolus dicturus de charitate, ſupereminentē uiam demōſtraturum ſe ait. Et alio loco: Supereminētem inquit ſcientiæ charitatem Chriſti. Cum ergo ſic oporteret inſinuare ſpiritum dei, ut ſuperferri diceretur, commodius factum eſt, ut prius inſinuaretur aliquid inchoatum, cui ſuperferri diceretur, non enim loco, ſed omnia ſuperante ac præcellente potentia.
1. Corin. 12
Ephes. 3.

Diui Aurelij Auguſtini Hipponenſis epiſcopi liber de octo Dulcitij quæſtionibus explicit.

Eiuſdem

EIVSDEM AVRELII Augustini Hipponensis episcopi, in libros de diuersis quæstionibus ad Simplicianum, argumentum ex secũdo libro retractationũ.

LIBRORVN QVOS EPIscopus elaboraui, primi duo sunt ad Simplicianũ ecclesiæ Mediolanensis antistitẽ qui beatissimo successit Ambrosio de diuersis quæstionibus, quarũ duas ex epistola Pauli Apostoli ad Romanos in primum librum contuli. Harum prior est de eo quod scriptum est: Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit, usq; ad illud ubi ait: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominũ nostrum. In qua illa Apostoli uerba: Lex spiritalis est, ego autem carnalis sum &c, quibus caro contra spiritũ confligere ostenditur, eo modo exposui, tanquam homo describatur, ad huc sub lege, nondum sub gratia constitutus, Longe enim postea & spiritalis hominis, et hoc probabilius est: posse illa uerba cognoui. Posterior in hoc libro quæstio est, ab eo loco ubi ait: Non solum autem illa sed & Rebecca ex uno cõcubitu habens Isaac patris nostri, usq; ad illud ubi ait: Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomora simules fuissemus, In cuius quæstionis solutione, laboratum est quidem pro libero arbitrio uoluntatis humanæ, sed uicit dei gratia, nec nisi ad illud potuit peruenire ut liquidissima ueritate dixisse intelligatur Apostolus: Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Quod uolens etiam martyr Cyprianus ostendere, hoc totum ipso titulo definiuit, dicens in nullo gloriandum, quando nostrum nihil est. In secũdo libro tractantur cæteræ quæstiones, & pro nostra quantulacuumq; facultate soluuntur, quæ sunt omnes de scriptura quæ Regnorũ appellatur. Harum prima est de eo quod scriptum est: Et insiluit spiritus domini in Saul, cũ alibi dicatur: Et spiritus dñi malus in Saul. Quã cum exponere dixi: Quamuis sit in cuiusq; potestate qd uelit, nõ est tamen in cuiusq; potestate quid possit. Quod ideo dictum est, quia nõ dicimus esse in potestate nostra, nisi quod cum uolumus fit, ubi prius & maxime est ipsum uelle. Sine ullo quippe interuallo temporis, præsto est uoluntas ipsa cum uolumus, sed hanc quoq; ad bene uiuendum de super accipimus potestatem, cum præparatur uolũtas à domino. Secũda quæstio est, quomodo dictum sit: Pœnitet me quod constituerim regem Saul. Tertia, utrũ immundus spiritus q erat in phytonissa potuerit agere ut Samuel à Saule uideretur, et loqueretur cum eo. Quarta de eo quod scriptum est: Intrauit rex Dauid & sedit ante dominum Quinta de eo quod dixit Helias: O domine testis huis uiduæ cum qua ego inhabito apud ipsam tu male fœcisti occidere filium eius.

Roma. 7

Roman. 9.

1 Cor. 4

1. Regũ. 10 & 16

1 Reg. 15

1. Regũ. 28

2. Reg. 7

3. Reg. 17

DIVI AVRELII AVGVstini Hipponensis episcopi ad Simplicianũ Mediolanensis ecclesiæ episcopum, de solutione quarundam quæstionum ex Epistola Pauli ad Romnos, liber primus incipit.

RATISIMAM PLANE atq; suauissimam interrogationum tuarũ dignationem mih pater Simpliciane misisti, quibus nisi respondere conarer, non solum contumax, uerum etiam ingratus existerem. Et illa quidem quæ de Paulo Apostolo dissoluenda proposuisti, iam à nobis erãt utcunq; discussa litterisq; mandata. Sed tamen eadem ipsa uerba Apostolica tenoremq; sententiarum, non contentus inquisitione atq; explicatione præterita, ne quid in ea negligentius, præterissem artẽtiusq; rimatus sum. Non enim tu ea percontanda censeres, si eorum intellectus facilis atq; expeditus foret. Nam ex eo loco ubi scriptum est: Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit, usq; ad eum locum ubi ait: Igitur lex uolenti mihi bonum est, & cætera, credo usq; ad illud: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, primam nos uoluisti enodare quæstionem. Quo loco uidetur mihi Apostolus transfigurasse in se hominem sub lege positũ, cuius uerbis ex persona loquitur. Et quia paulo ante dixerat: Euacuati sumus à lege mortis in qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus & non in uetustate litteræ, atq; ita ut per hæc uerba quasi reprehẽdisse legem possit uideri, subiecit statim: Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit. Sed peccatum nõ cognoui, nisi per legem. Nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces. Hic rursus mouet Si lex non est peccatũ, sed inseminatrix peccati, nihilominus his uerbis reprehenditur, quare intelligendum est legem ad hoc datam esse, non ut peccatum inseereretur neq; ut stirparetur, sed tamen ut demonstraretur, quo animam humanam quasi de innocentia securam ipsa peccati demonstratione ream faceret. Vt quia peccatum sine gratiia dei uinci non posset, ipsa reatus sine sollicitudine ad percipiendam gratiam conuerteretur.

Roma. 7

Roma. 7

Exodi. 20 Deut. 5

Itaq; non ait: Peccatum non fœci nisi per legem sed peccatum non cognoui nisi per legem. Neq; rursus ait: Nã concupiscentiam non habeam, nisi lex diceret: Non concupisces, sed ait: Concupiscentiam nesciebam nisi lex diceret: Non concupisces. Vnde apparet concupiscentiam per legem non insitam, sed demonstratam. Consequens autem erat, ut quoniam nondum accepta gratia concupiscentiæ resistũ nõ poterat, augeretur etiam, quia maiores uires habet concupiscentia crimine prævaricationis adiuncto, cum etiam contra legem facit, quam si nulla lege prohiberetur. Consequenter itaq; subiungit: Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatũ est in me omnem concupiscentiam. Erat enim & ante legẽ: sed nõ omnis erat, quando crimen prævaricationis adhuc deerat. Vnde alio loco dicit: Vbi enim non est lex nec prævaricatio. Quod autem adiungit. Sine lege enim peccatum mortuum est, pro eo positum est ac si diceret, latet, hoc est mortuum putatur, quod paulopost euidentius dicturus est: Ego autẽ inquit uiuebam sine lege aliquando, id est nulla ex peccato morte terrebar, quia non apparebat, cum lex non esset. Adueniente autem mandato, peccatũ reuixit, hoc est apparuit. Ego autem mortuus sum, id est mortuum me esse cognoui, uel quia reatus prævaricationis certum mortis supplicium cõminatur. Sanè quod ait: Peccatum reuixit adueniente mandato, satis significauit hoc modo aliquando uixisse peccatũ, id est notum fuisse, sicut arbitror in prævaricatione primi hominis, qui & ipse mandatum acceperat. Nam & alio loco dicit: Mulier autem seducta in prævaricatione facta est. Et iterum: In similitudinem prævaricationis Adæ, qui est forma futuri. Non enim potest reuiscere nisi quod uixit aliquando. Sed mortuũ fuerat, id est occultatum, cũ mortales nati sine mandato legis homines uiuerent, sequentes concupiscentiam carnis sine ulla cognitione, quia sine ulla prohibitione. Ego inquit uiuebam sine lege aliquando: Vnde manifestat, nõ ex persona sua proprie, sed generaliter ex persona uteris hominis se loqui: Adueniente autem mandato peccatum reuixit. Ego autem mortuus sum, & inuentum est mihi mandatum q, erat in uitam, hoc esse in mortem. Mandato enim si obediatur, utiq; uita est. Sed inuentum est esse in mortem, dũ fit contra mandatum, ut non solum peccatum fiat quod etiam ante mandatum fiebat, sed hoc abundantius et perniciosius, ut iam à sciente & prævaricante peccetur. Peccatum enim inquit occasione accepta per mandatum fefellit me et per illud occidit. Peccatum non legitime utens lege, ex prohibitione aucto desiderio dulcius factum est, & ideo fefellit. Fallax enim dulcedo est, quam plures atq; maiores pœnarum amaritudines consequuntur. Quia ergo ab hominibus nondum spiritalem gratiam percipientibus suauius admittitur quod uetatur, fallit peccatum falsa dulcedine. Quia uero etiam accedit reatus prævaricationis, occidit. Itaq; lex quidem sancta, & mandatũ sanctum & iustum & bonum. Iubenda enim iubet, & prohibenda prohibet. Quod ergo bonum est mihi, factũ est mors, Absit. In male utente quippe uitium est, non in mandato ipso quod bonum est: Quoniam bona est lex, si quis legitime utatur. Male autẽ utitur lege, qui nõ se subdit deo pia humilitate, ut per gratiam lex possit impleri. Itaq; ad nihil aliud accipit legem qui non ea legitime utitur, nisi ut peccatũ eius quod latebat ante prohibitionem, apparere incipiat per prævaricationẽ. Et hoc super modum, quia iam non solum peccatum fit, sed etiam contra mandatum: Sequitur ergo & adiungit: Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatũ est mortem, ut fiat super modum peccator, aut peccatum per mandatum. Vnde manifestat quo sensu dixerit superius: Sine lege enim peccatum mortuum est, non quia non erat, sed quia non apparebat. Et quomodo dictum sit: Peccatũ reuixit, nõ ut esset quod erat et ante legẽ, sed ut appareret quoniam fiebat contra legem, quando quidem hoc loco ait: Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum est mortem. Non enim ait, ut sit peccatum, sed ut appareat peccatum. Deinde subiungit causam cur ita sit. Scimus enim inquit quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum. In quo satis ostendit, non posse impleri legem nisi à spiritalibus, qui nõ fiunt nisi per gratiam. Spiritali enim legi quanto fit quisq; similior, id est quanto magis & ipse in spiritalem surgit affectum, tanto eam magis implet. Quanto ea magis delectatur, iam non sub eius onere afflictus, sed eius lumine uegetatus, quia præceptum domini lucidum est illuminãs oculos, & lex domini immaculata conuertens animas: Gratia donante peccata, & infundente spiritum charitatis, quo & non sit molesta, & sit etiam iocunda iusticia. Sane cum dixisset: Ego autem carnalis sum, contexuit etiam qualis carnalis. Appellati sunt enim ad quendam modũ carnales, iã etiã sub gratia constituti, iã redempti sãguine dñi & renati p fidẽ. Quibus idẽ Apostolus dicit: Ego fratres nõ potui loqui uobis quasi spiritalibus sed quasi carnalibus, tanquã parulis in Christo lac uobis potũ dedi, non escam. Quod dicens, utiq; ostendit iam renatos fuisse per gratiam qui erant paruli in Christo & lacte potandi, & tamen eos adhuc carnales uocat. Qui autem nondum est sub gratia sed sub lege, ita carnalis est, ut nõdũ sit renatus à peccato, sed uenundatus sub lege à peccato, quoniam præcium mortiferæ uoluptatis amplectitur dulcedinem illam qua fallitur, et delectatur etiam cõtra legem facere, cum tanto magis libet, quanto minus licet. Qua suauitate fit ut non possit quasi præcio conditionis suæ, nisi cogatur tanq; emptũ mancipium seruire libidini. Senat enim se seruũ dominantis cupiditatis, q prohibetur, & se recte prohiberi cognoscit, & tamen facit. Quod enĩ operor, ait, ignoro, nõ ita hic dictũ est, ignoro, quasi peccare se nesciat. Nã cõtrariũ erit q, dixit: Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum mihi operatum

Roman. 7
Roma, 4
Roma, 7
Gen, 2 & 3
1. Thimo. 2
Rom. 5
Roman. 7
1. Thimo. 1
Roman. 7
Psalm. 18.
1. Corin. 3.

ratum est mortem. Et illud superus: Sed peccatum non cognoui nisi per legem. Quomodo enim apparet, aut quomodo cognouit quod ignorat? Sed ita dictum est, quomo dicturus est dominus impijs: Non noui uos. Neq; enim aliquid deum latet, quando uultus domini super facientes mala, ut perdat de terra memoriam eorum. Sed dicimur aliquando ignorare, quod non approbamus, Ita ergo ait: Quod enim operor ignoro, id est non adprobo. Quod consequenter ostendit dicens: Non enim quod uolo hoc ago, sed quod odi illud facio. Quod ergo ait, odi, hoc ait, ignoro, quia & quibus dicturus est dominus: Nõ noui uos, de his illi dicitur: Odisti dominе omnes qui operantur iniquitatem: Si autem quod nolo hoc facio, cõsentio legi quoniam bona est. Hoc enim non uult quod et lex: Nam hoc uetat lex. Consentit ergo legi, nõ inquantum facit quod illa prohibet, sed in quantum non uult quod facit. Vincitur enim nondum per gratiam liberatus, quamuis iam per legem & nouerit se male facere & nolit. Quod uero sequitur et dicit: Nunc autem iam nõ ego operor illud, sed id quod inhabitat in me peccatum, non ideo dicit, quia non consentit ad faciendum peccatũ, quamuis legi consentiat ad hoc comprobandum. Ioquitur enim ad hoc ex persona hominis sub lege constituti, nondum sub gratia, qui profecto trahitur ad male operandum concupiscentia dominante atq; fallente dulcedine peccati prohibiti, quamuis ex parte noticia legis hoc improbet. Sed propterea dicit: Non ego operor illud, quia uictus operatur: Cupiditas quippe id operatur, cui superanti ceditur. Vt autem non cedatur sitq; mens hominis aduersus cupiditatẽ robustior, gratia facit, de qua post dicturus est. Scio enim inquit, quia non habitat in me. hoc est in carne mea bonum, & ex eo quod scit consentit legi ex eo autem quod facit cedit peccato. Quod si quærit aliquis, unde hoc scit quod dicit habitare in carne sua, non utiq; bonum, id est peccatum? unde nisi ex traduce mortalitatis & assiduitate uoluptatis. Illud est ex pœna originalis peccati, hoc ex pœna frequentati peccati, Cum illo in hanc uitam nascimur huic uiuendo addimus. Quæ duo scilicet natura et cõsuetudo coniuncta, robustissimam faciunt & inuictissimam cupiditatem, q̃ uocat peccatum, & dicit habitare in carne sua, id est dominatum quendam & quasi regnum obtinere. Vnde est illud in psalmo: Elegi abijci in domo domini magis quã habitare in tabernactlis peccatorum, quasi non habitet, quamuis ibi sit qui abiectus ibi est ubicunq; sit, unde insinuat habitationem cũ quodam principatu intelligendam. Si autem per gratiam fiat in nobis quod alio loco dicit, Vt non regnet peccatum in nostro mortali corpore ad obediendũ desiderijs eius, iã nec habitare ,ppie dicitur, Velle enim inquit adiacet mihi, perficere autẽ bonũ non inuenio. His uerbis uidetur non recte intelligentibus uelut auferre liberum arbitriũ. Sed quomodo aufert, cũ dicat: Velle adiacet mihi? Certe enim ipsum uelle in potestate est quoniam adiacet nobis, sed quod perficere bonum non est in potestatẽ, ad meritum pertinet originalis peccati. Nõ enim est hæc prima natura hominis, sed delicti pœna, per quam facta est ipsa mortalitas quasi secũda natura, unde nos gratia liberat conditoris subditos sibi per fidem. Sed istæ nunc uoces sunt sub lege hominis constituti, nondum sub gratia. Non enim quod uult facit bonũ qd' nondũ est sub gratia, sed qd' nõ uult malũ hoc agit superãte cõcupiscẽtia, nõ solũ uinculo mortalitatis, sed mole consuetudinis roborata. Si autem quod nõ uult hoc facit, iam non ipse operatur illud, sed quod habitat in eo peccatum, sicut superius dictum est & expositum. Inuenio ergo inquit legem mihi uolenti facere bonum, quoniam mihi malum adiacet, id est inuenio legem, bonũ mihi esse cum uolo facere qd' lex habet, quoniã mihi malum adiacet ad faciendum, quia superius quod ait: Velle adiacet mihi, ad facilitatem dixit. Quid enim facilius homini sub lege constituto quam uelle bonum & facere malum? Nam & illud sine difficultate uult, quamuis nõ tam facile faciat quam facile uult, & hoc quod odit facile habet. quamuis id nolit, sicut præcipitatus sine difficultate uenit in profundum, quamuis id nolit atq; oderit. Hoc dixi propter uerbum quod ait: Adiacet. Perhibet igitur testimonium legi quod bona sit, homo sub ea positus & nondum gratia liberatus. Perhibet omninò eòipso quod se reprehendit facere contra legem, & inuenit eam bonum sibi esse, uolens facere quod illa iubet, & cõcupiscentia superante non ualens, atq; ita se præuaricationis reatu implicatum uidet ad hoc ut gratiam liberatoris imploret. Condelector enim inquit legi dei secundũ interiorem hominem. Et utiq; legi quæ dicit: Non concupisces. Video autem inquit legem aliam in membris meis repugnantem legi mentis meæ & captiuantem me sub lege peccati quæ est in membris meis. Legem appellat in membris suis, onus ipsum mortalitatis, in quo ingemiscimus grauati. Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam. Per quod fit etiam sæpe, ut inuite delectet quod non licet. Quam sarcinam præmentem et urgentem ideo legem appellat, quia iure supplicij diuino iudicio tributa & imposita est ab eo qui præmonuit hominem dicens: Qua die manducaueritis, morte moriemini, Nec lex repugnat legi mentis dicenti: Non concupisces, cui condelectatur homo secundum interiorẽ hominẽ: Et anteq̃ sit quisq; sub gratia, ita repugnat, ut & captiuet eum sub lege peccati, id est sub semetipsa. Cũ enim dicit: Quæ est in membris meis, hanc ostendit eandem esse de qua superius ait: Video aliã legẽ in membris meis. Hoc autẽ ideo dicitur, ut demõstretur hoi captiuo nõ esse præsumẽdũ de uiribus suis. Vnde Iudæos arguebat tanq̃ de operibus legis superbe gloriantes, cum traherentur concupiscentia ad quicquid illicitum est, cum lex de qua gloriabantur dicat: Non concupisces. Humiliter ergo dicendum est homini uicto, damnato, captiuo, & nec saltem accepta lege, uictori, sed potius præuaricatori humiliter exclamandum est:

Miser

Matthei. 8. Psalm. 33
Roma. 7
Psalmo. 5
Roman. 7.
Psalm. 83
Roma. 6
Roman. 7
Roma. 7 Exodi. 20
2. Corin. 5 Sapien. 9
Genesis. 2
Roman. 7

Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei p Iesum Christū dominū nostrū. Hoc enim restat in ista mortali uita libero arbitrio, nō ut impleat homo iusticiam cū uoluerit, sed ut se supplici pietate cōuertat ad eū cuius dono eā possit implere. In hac ergo tota quā tractauimus apostolici cōtexione sermonis, quisquis putat sensisse apostolū q, mala sit lex, quoniam dicit: Lex subintrauit, ut abūdaret delictū. Et ministratio mortis in litteris figurata lapideis. Et uirtus peccati lex. Et mortui estis legi p corpus Christi, ut sitis alterius qui ex mortuis resurrexit: Et passiones peccatorū quæ p legē sunt, operabātur in membris nostris ut fructum ferrent morti: Nunc uero & euacuati sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus et nō in uetustate litteræ: Et alia si qua huiusmodi Apostolū dixisse inuenimus, attendat ideo esse ista dicta, quia lex auget cōcupiscentiam ex prohibitione & reū obligat ex præuaricatione, iubendo quæ implere homines in infirmitate nō possunt, nisi se ad dei gratiā pietate conuertant: Et ideo sub illa esse dicūtur quibus dominatur. Eis autē dominatur quos punit. Punit autem præuaricatores omnes. Porro q accepunt legē, præuaricāt eā, nisi p gratiā consequantur posse quod iubet. Ita fit ut nō dominetur eis q iā sub gratia sunt implentibus eā per gratiā qui erant sub eis timore damnati. Nā si illa quæ dicta sunt mouent ut putetur Apostolus legē reprehendere, quid agimus ex eo q, dicit. Cōdelector enim legi dei secundū interiorē hominem, hoc enim dicens, legē utiq; laudat. Quod cū illi audiunt, respondent, hoc loco Apostolū de alia lege dicere, id est lege Christi, nō de illa quæ dicta est Iudæis Quærimus ergo ab eis, de qua lege dicat: Lex autem subintrauit ut abūdaret delictū? Respondent de illa, quidubio, quā Iudæi acceperunt. Vide ergo utrū ipsa sit de qua dicitur: Occasione accepta peccatū p mandatū operatū est in me omnē concupiscentiā, q̄ id q, ibi est: Vt abūdaret delictū. Vide quoq; utrū consonet eā illa sententia: Vt fiat super modū peccator aut peccatū per mandatū, hoc enim, ut fiat super modū peccatū, q, est: Vt abundaret peccatū. Si igitur ostenderimus bonū esse mandatū, unde occasione accepta peccatū operatum est omnem concupiscentiam ut fieret super modū, simul ostendemus bona esse legē quæ subintrauit ut abundaret delictum, id est ut operaretur peccatū omnem concupiscentiam, & fieret super modū. Audiant ergo eundem Apostolum dicentem: Quid ergo dicemus? Lex peccatū est? Absit. Hoc inquiunt de lege Christi dictum est, hoc est de lege gratiæ, Respondeant itaq; de qua intelligant illud q, sequitur: sed ego peccatū non cognoui, nisi p legē. Nam concupiscentiā nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces. Occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me concupiscentiam. Ecce uerborum ipsa contextio satis indicat de qua lege dixerit: Lex peccatum est, Absit, de illa scilicet, per cuius mandatum occasio fuit peccato ut operaretur omnem concupiscentiam. De illa ergo quæ subintrauit ut abundaret delictum, quā putant illi malā. Sed quid apertius quam id quod paulo post ait: Itaq; lex quidem sancta & mandatum sanctum & iustum & bonum? Hoc rursus dicunt non de illa lege quæ Iudæis data est, sed de Euangelio dictum est. Manicheorū est tam ineffabiliter cæca ista peruersitas: Non enim attendunt quod apertissimum & manifestissimum sequitur, Quod ergo bonū est mihi factum est mors: Absit. Sed peccatum ut appareat peccatum per bonum mihi operatum est mortem, ut fiat super modum peccator aut peccatum per mandatum. Hoc est per mandatum sanctum & iustum & bonum, quod tamen subintrauit ut abundaret peccatū. hoc est, ut fieret super modum peccatum. Cur ergo ministratio mortis dicitur, si bona est lex? Quia peccatū ut appareat peccatum per bonum mihi operatū est mortem. Nec mireris cum de ipsa prædicatione Euangelij dictum sit: Christi odor bonus sumus deo, in his qui salui fiunt, & in his qui pereunt. Alijs qui odor uitæ in uitam, alijs autem odor mortis in mortem. Ad Iudæos enim dicta est ministratio mortis, ad quos & in lapide scripta est ad eorum duriciam figurandam, non ad eos qui per legem & charitatem implent. Plenitudo enim legis charitas. Ipsa enim lex quæ in litteris est figurata lapideis, dicit: Non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, non concupisces &c. Quam legem dicit Apostolus impleri per charitatem, ita loquēs: Qui enim diligit proximum, legem impleuit. Nam non adulterabis, non homicidium facies, non furaberis, non concupisces. Et si quod est aliud mandatum, in hoc sermone recapitulatur: Diliges proxmum tuum, tanquam teipsum, quia & hoc in eadem lege scriptum est. Cur uirtus peccati lex, si lex bona est? Quia peccatum per bonum operatum est mortem, ut fiat super modū, hoc est maiores uires ex prævaricatione concipiat. Cur mortui sumus legi per corpus Christi, si bona est lex? Quia mortui sumus legi damnanti, liberati ab eo affectu quem lex punit & damnat. Vsitatius enim uocatur lex, quando minatur, & terret & uindicat. Itaq; idem præceptum timentibus lex est, amantibus gratia est. Inde est illud in Euangelio: Lex per Moysen data est, gratia per Iesum Christum facta est. Eadem quippe lex quæ per Moysen data est, ut forma daretur, gratia & ueritas per Iesum Christum facta est, ut impleretur. Sic ergo dictum est: Mortui estis legi, ac si diceretur: Mortui estis supplicio legis per corpus Christi, per quod sunt delicta donata quæ legitimo supplicio constringebant. Cur passiones peccatorum quæ per legem sunt, operabantur in membris nostris ut fructificarent morti, si lex bona est? Quia illas hic uoluit intelligi peccatorum passiones, de quibus sæpe iam dictum est: Augmentum concupiscentiæ, de prohibitione et ratu pœnæ de prævaricatione,

Roman. 5. 2 Corin. 3. 1. Cor. 15 Roman. 7

2 Cor. 3

2 Cor. 2

Rom. 13 Deut. 5

1 Cor. 13

Roma. 7

Ioh. 1

Rom. 7

Roma. 7

rication, hoc est, quia per bonum operatum est mortem ut fiat super modum peccator aut peccatum per mandatum. Cur liberati sumus à lege mortis, in qua detinebamur, ita ut seruiamus in nouitate spiritus & non in uetustate litteræ, si lex bona est? Quoniam lex littera est eis q nõ eã implent p spiritũ charitatis, quo ptinet testamẽtũ nouũ. Itaq; mortui peccato liberãtur à littera, qua detinentur rei qui non implent quod scriptum est. Lex enim quid aliud quam sola littera est eis qui eam legere nouerunt, & implere non possunt? Non enim ignoratur ab eis quibus conscripta est, sed quoniam intutũ nota est, inquantum scripta legitur, nõ inquantum delecta perficitur. Nihil est aliud talibus nisi littera, quæ littera non est adiutrix legentium, sed testis peccantiũ. Ab eius ergo dominatione liberantur, qui per spiritum innouantur, ut iam non sint obligati litteræ ad pœnam, sed intellectu per iusticiam copulati. Inde est et illud: Littera occidit, spiritus autem uiuificat. Lex enim tanummodo lecta & non intellecta uel non impleta, utiq; occidit, tunc enĩ appellatur littera. Spiritus autẽ uiuificat, quia plẽitudo legis est charitas, quæ fusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis.

2 Corin. 3

Roman. 13
Roma. 5

Roma. 9

SEd iam ut arbitror tempus est ad aliã transire quæstionem, quam sic proposuisti, ut ab eo quod scriptũ est: Non solum autem illa, sed & rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri. Cum enim nondum nati essent, neq; aliquid ægissent bonum aut malum, usq; ad id quod scriptum est: Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semẽ, sicut Sodoma facti essemus, et sicut Gomorra similes fuissemus. Tota ipsa contextio differatur: Et profecto est latebrosior. Sed certe qualẽ te erga me noui, iubere mihi ut aperirẽ, ista non possem, nisi à domino deprecareris ut possem, Quo adiutorio fidentior factus, aggredior, Et in primo intentionem Apostoli quæ per totum Epistolam uiget tenebo, quam consulam. Hæc est autem, ut de operum meritis nemo glorietur de quibus audebãt Israelitæ gloriari q, datæ sibi legi seruissent, & ex hoc Euangelicam gratiam tanquam debitam meritis suis percepissent, quia legi seruiebãt, unde nolebant eandem gratiam dari genabus, tanquam indignis, nisi iudaicca sacramenta susciperent. Quæ orta quæstio, in Apostolorum actibus soluitur: Non enim intelligebant, quia

Act. 15.
Roman. 11

ipso quod gratia est Euangelica, operibus non debetur: Alioquin gratia iam non est gratia. Et multis locis hoc sæpe testatur fides, gratiam præponens operibus, nõ ut opera extinguat, sed ut ostendat non esse opera præcedentia gratiam, sed consequentia, ut scilicet non esse quisq; arbitretur ideo percepisse gratiã, quia bene operatus est, sed bene operari non posse, nisi per fidem perceperit gratiã. Incipit autem homo percipere gratiã, ex quo incipit deo credere, uel in terrẽa uel ex terrena admotione motus ad fidem. Sed interest quibus articulis

Act. 10.

temporum uel celebratione sacramentorum gratia plenior & euidentior infundatur. Non enim cathecumini non credunt, aut uero Cornelius non credebat cum elemosynis & orationibus dignum se præberet cui angelus mitteretur, sed nullo modo ista operaretur, nisi ante credidisset. Nullo modo autem credidisset, nisi uel secretis per uisa mentis aut spiritus uel manifestioribus per sensus corporis admonitionibus uocaretur. Sed in quibusdam tanta est gratia fidei, quanta non sufficit ad obtinendum regnum cœlorum, sicut in cathecuminis, sicut in ipso Cornelio antequã sacramentorũ participatione incorporaretur ecclesiæ. In quibusdam uero tanta est ut iam corpori Christi & sancto dei templo deputentur. Templum enim dei sanctum est inquit Apostolus quod estis uos. Et ipse dominus: Nisi quis natus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorum. Fiunt ergo inchoationes quædam fidei conceptionibus similes, non tamen solum concipi, sed etiam nasci opus est, ut ad uitam perueniatur æternam. Nihil horum tamẽn sine gratia misericordiæ dei quia & opera si qua sunt bona, consequẽtur ut dictum est, illam gratiam nõ præcedunt. Quam rem persuadere Apostolus uolens, quia sicut alio loco dicit: Non ex nobis, sed dei donum est, nõ ex operibus ne forte quis extollatur, de his qui nondum nati erant, documentum dedit. Nemo enim posset dicere quod operibus promeruerat deũ Iacob nondum natus: ut diuinitus diceretur: Et maior seruiet minori. Ergo non solum inquit Isaac promissus est, cum dictum est: Ad hoc tempus ueniam et erit Saræ filius, quia utiq; nullis operibus promeruerat deum ut nasciturus promitteretur, ut in Isaac uocaretur semen Abraæ, id est illi pertinerent ad sortem sanctorum quæ in Christo est, qui se intelligerent filios promissionis, non superbientes de meritis suis, sed gratiæ uocationi deputantes quod cohæredes essent Christi. Cum enim promissum est ut essent, nihil utiq; meruerant qui nondũ erant. Sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri. Vigilantissime ait. Ex uno concubitu, gemini enim concepti erant, ne uel paternis meritis tribueretur, si quisquam forte diceret, ideo talis natus est filius, quia pater ita erat affectus illo tempore, quo eum seuit in utero matris, aut ita mater affecta cum eum concepit. Simul enim ambos uno tempore ille seuit, eodem tempore illa concepit. Ad hoc cõmendandum ait: Ex uno concubitu, ut nec astrologis daret locum, uel eis potius quos genethliacos appellauerũt, qui de natalibus nascentium mores & euenta coniectant. Quid enim dicant, cur una conceptione sub uno utiq; tẽporis puncto, eadem dispositione cœli et syderũ, & diuersa singulis ãnotari omnino non posset, tãta in illis geminis diuersitas fuerit, prorsus nõ inuenient, & facile animaduertunt si uolunt, responsa illa quæ miseris uendicant, nullius artis expositione sed fortuita suspitione proferri. Sed ut de re quæ agitur potius loquamur ad frangendam atq; deijcendam superbiam hominum ingratorum gratiæ dei, & audientium gloriari de meritis suis ista com-

1 Corin. 3.

Iohan. 3.

Ephes. 2.

Roman. 9.
Genesis. 25

memorantis

memorantur. Cum enim nondum nati fuissent, neq; aliquid ægissent bonum aut malum, non ex operibus, sed
Roman. 9 Gene. 25. ex uocante dictum est, quia maior seruiet minori. Vocantis est ergo gratia, percipientis uero gratiam consequentur sunt opera bona, nec quæ gratiam pariant, sed quæ gratia pariantur. Non enim ut ferueat calefacit ignis, sed qui feruet. Nec ideo bene currit rota ut rotunda sit, sed quia rotunda est, sic nemo propterea bene operatur ut accipiat gratiam, sed quia accepit. Quomodo enī potest iuste uiuere qui non fuerit iustificatus? Quomodo sancte uiuere, qui non fuerit sanctificatus? Vel omnino uiuere, qui non fuerit uiuificatus? Iustificat autem gra-
Roman. 4 tia, ut iustificatus possit uiuere iuste. Prima est igitur gratia, secunda opera bona, sicut alio loco dicitur: Ei autem qui operatur, merces non imputatur secundum
1 Thimo. 4 gratiam, sed secundum debitum, sicut illa immortalitas post opera bona, si tamen uel ipsa ex debito poscitur: Sicut idem ait: Bonum certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui, de cætero supereſt mihi corona iustitiæ quam reddet mihi dominus in illa die iustus iudex.
Ephes. 4 Forte enim quia dixit: Reddet, iam fit ex debito, cū uero ascendit in altum captiuauit captiuitatem, non reddidit sed dedit dona hominibus. Vnde enim ipse Apostolus tāquam debitum reddi sibi præsumeret, nisi prius indebitam gratiam percepisset, qua iustificatus bonū agonem
1. Tihim. 1 certaret? Fuit enim blasphemus & persecutor & iniuriosus, sed misericordiam cōsecutus est, ut ipse testatur,
Roma. 4 Roma. 9 credens utiq; in eum qui iustificat, nō pium sed impium, ut iustificando pium faciat. Non ex operibus inquit, sed ex uocante dictum est ei: Quia maior seruiet minori. Ad hoc peranet quod ait: Cum enim necdum nati fuissent, neq; aliquid ægissent bonum aut malum, ut posset dici: Non ex operibus, sed ex uocante. Vnde occurrit animo quærere, cur dixerit: Vt secundū electionem propositū dei maneret: Quo nodo est enī iusta, aut quilibet quisq; omnino electio ubi nulla distantia est? Si enim nullo merito electus est Iacob non dum natus, & nihil operatus, nec omnino eligi potuit nulla existente differētia quæ eligeretur. Item si nullo merito improbatus est Esau, quia & ipse nondum natus & nihil operatus erat, cum diceretur: Et maior seruiet minori, quomodo eius improbatio iusta dici potest? Qua ergo discretione, quo æquitatis examine quod sequitur intelligimus: Iacob dilexi
Malach. 1 Esau autem odio habui? Quod quidem scriptum est in Prophetā, qui longe posterior prophetauit quam illi nati & mortui sint, sed tamen illa sententia uidetur commemorata qua dictum est: Et maior seruiet minori, & antequam nati & aliquid operati essent: Vnde igitur ista electio, uel qualis electio si nondum natis, nondumque aliquid operatis nulla sunt momenta meritorum? An forte sunt aliqua naturarum? Quis hoc intelligat, ex uno patre, & ex una matre, ex uno concubitu, et ex uno creatore? An quemadmodum & ex eadem terra idem creator produxit diuersa animantum atq; gignentium, ita ex eodem hominum coniugio atq; complexu produxit in geminis diuersam prolem, unam quam diligeret, alteram quam odisset? Nulla ergo electio est antequam esset quod eligeretur. Si enim bonus factus est Iacob ut placeret, unde placuit antequā fierit ut bōus fieret: Non itaq; electus est ut fieret bonus, sed bonus factus eligi potuit. An ideo secundū electionem, quia omnium deus præscius etiam futuram fidem uidit in Iacob nondum nato? Vt quamuis non ex operibus suis iustificari quisq; mereatur, quandoquidem bene operari nisi iustificatus non potest, tamen quia ex fide iustificat gentes deus. Nec credit aliquis nisi libera uoluntate hanc ipsam fidei uoluntatē futurā præuidēs deus, etiā nondū natū præscietia qua iustificaret elegit. Si igitur electio p præscientiā præsciuit autem deus fidē Iacob, unde probas quia iam non ex operibus elegit eum, sed propterea quia nondum nati erat, & nondum aliquid ægerant bonum seu malum, ita etiam nondum crediderat aliquis eorum, sed sicut præscientia uidit crediturum, ita præscientia uidere poterat operaturum. Vt quomodo dicitur electus propter fidem futuram quā præsciebat deus, sic alius possit dicere, propter futura opera potius electum? Quæ nihilominus præsciebat deus. Quapropter unde ostendit Apostolus non ex operibus dictum esse: Maior seruiet minori. sed quoniam nondum nati erant. Non solum non ex operibus, sed nec ex fide dictum est, quia utrumq; deerat nondum natis. Nō igitur ex præscientia uoluit intelligi factam electionem minoris ut maior ei seruiret. Volens enim ostendere non ex operibus factam, propterea intulit dicens: Cum enim nondum nati fuissent, neq; aliquid ægissent bonū seu malum: Alioquin poterat ei dici, sed iam sciebat deus, quis quid esset acturus. Quamobrem unde illa electio facta sit quæritur, quia si non ex operibus quæ non erant in nondū natis, nec ex fide quia nec ipsa erat. Vnde igitur? An dicendum est quod nulla electio fuerit, non existente aliqua diuersitate in utero matris, uel fide, uel operum, uel quorumlibet omnino meritorum? Sed dictum est: Vt secundum electionem propositum dei maneret: Et Roma. 9 ideo quærimus, quia dictum est, nisi forte sic est distinguenda sententia, non ut intelligamus tanquam ideo nō ex operibus, sed ex uocante dictum est: Maior seruiet minori, ut secundum electionem propositum dei maneret, sed ita potius, ut hoc de nondum natis & nondum aliquid operatis exemplum datum accipiatur, ne aliqua electio hic possit intelligi. Cum enim nondū nati essent, neq; aliquid ægissent, siue bonum siue malum, ut secundum electionem propositum dei maneret, id est neq; aliquid ægissent bonum aut malum, ut propter ipsam actionem electio aliqua fierit eius qui bene ægerat. Cū ergo nulla esset electio bene agentis, secundum quam maneret propositum dei, non ex operibus sed ex uocante, id est ex eo qui uocādo ad fidem gratia iustificat impiū, dictum est, & quia maior seruiet minori Non ergo se-
Galatas 3

cundum

eum lum electionem propositum Dei manet, sed ex proposito electio, id est, quia non inuenit Deus opera bona in hominibus quæ eligat, ideo manet propositū iustificationis ipsius, sed quia illud manet ut iustificet credentes, ideo inuenit opera quæ iam eligat ad regnum cœlorum. Nam
Roman. 8. nisi esset electio, non essent electi, nec recte diceretur: Quis accusabit aduersus electos Dei? Non tamen electio præcedit iustificationem, sed electionem iusticatio. Nemo enim eligitur nisi iam distans ab illo qui reijcitur. Vnde quod dictum est: Quia elegit nos Deus ante mundi constitutionē,
Ephes. 1. non uideo quomodo sit dictum nisi præscientia. Hic autē
Rom. 9 quod ait: Non ex operibus sed ex uocante dictum est ei: quia maior seruiet minori, non electione meritorum quæ post iustificationem gratiæ proueniunt, sed liberalitate donorum Dei uoluit intelligi, ne quis de operibus extolla
Ephes. 2 tur. Gratia enim Dei salui facti sumus, & hoc non ex operibus, ne forte quis extollatur. Quæritur autem utrum uel fides mereatur hominis iustificationem? An uero nec fidei merita præcedant misericordiam Dei, sed & fides ipsa inter dona gratiæ numeretur, quia & hoc loco cum dixisset: Non ex operibus: non ait, sed ex fide dictum est ei, quia maior seruiet minori. Ait autem, sed ex uocante. Nemo enim credit qui non uocatur. Misericors autem Deus uocat, nullis hoc uel fidei meritis largiens, quia merita fidei sequuntur uocationem potius quàm præcedant.
Roman. 10 Quomodo enim credent ei quem non audierunt? Et quomodo audient sine prædicante? Nisi ergo uocando præcedat misericordia Dei, nec credere quisquam potest, ut ex hoc incipiat iustificari & accipiat facultatem bene operan
Roma, 5. di. Ergo ante omne meritum est gratia, Etenim Christus pro impijs mortuus est. Ex uocante igitur minor accepit, non ex ullis meritis operum suorum, ut maior ei seruiret, ut etiam quod scriptum est: Iacob dilexi, ex uocante
Malach. 1. Roman. 9. sit Deo, non ex operante Iacob. Quid deinde Esau quòd seruit minori, & quòd scriptum est: Esau autem odio habui, quibus malis suis hoc meruit, cum & ipse nondum natus fuisset, neq; aliquid egissent boni aut mali quando dictum est: Et maior seruiet minori? An forte quemadmodū illud de Iacob nullis meritis bonæ actionis dictum est, ita Esau nullis meritis malæ actionis odiosus? Si enim quia præscibat Deus futura eius opera mala, propterea eum prædestinauit, ut seruiret minori, propterea prædestinauit & Iacob ut ei maior seruiret, quia futura eius opera bona præsciebat, & falsum est iam quod ait: Non ex operibus. Si autem uerum est, quòd non ex operibus, & inde hoc probat, quia de nondum natis nondumq; aliquid operatis hoc dictum est, unde nec ex fide, quæ in nondum natis similiter nondum erat quo merito Esau odio haberetur antequam nasceretur. Quod enim fecit Deus ea quæ diligeret, nulla quæstio est. Si autem dicamus eum fecisse quæ odisset, absurdum est, occurrente alia scriptura & dicente: Neq; enim odio habens aliquid constituisses, & nihil odisti horum quæ fecisti. Quo enim merito sol factus est
Sapien. 11 sol, aut quid offendit luna ut tanto illo inferior, uel quid promeruit ut syderibus cæteris tanto clarior crearetur? Sed hæc omnia bona creata sunt quæq; in genere suo. Nō enim diceret Deus: Solem dilexi, lunam autem odio habui, aut lunam dilexi, stellas autem odio habui, sicut dixit; Iacob dilexi, Esau autem odio habui, sed illa omnia dilexit, quamuis excellentiæ diuersis gradibus ordinata, quoniam uidit Deus quia bona sunt, cum dicto eius sunt instituta, ut autem odisset Esau nisi iniustitiæ merito iniustum est. Quod si concedimus, incipit & Iacob iustitiæ merito diligi. Quod si uerum est, falsum est, quod non ex operibus. An forte iustitia fidei, quid ergo te adiuuat. Cum enim nondum nati fuissent, quando quidem in nondum nato nec iustitia fidei poterat esse. Vidit itaq; Apostolus quid ex his uerbis posset animo audientis uel legentis occurrere, statimq; subiecit: Quid ergo dicemus? Nunquid iniquitas est Roman. 9.
apud Deum? Absit. Et quasi docens quomodo absit, Moy
si enim dicit, inquit: Miserebor cui misertus ero, & mise- Exodi, 33
ricordiā præstabo cui misertus fuero. Quibus uerbis soluit quæstionem, an potius artius colligauit, idipsum est enim quod maxime mouet, si miseretur cui misertus erit, & misericordiam præstabit cui misericors fuerit. Cur hæc misericordia defuit Esau, ut etiam per illum esset bonus, quemadmodum per illam bonus factus est Iacob? An ideo dictum est: Miserebor cui misertus ero, & misericordiā præstabo cui misericors fuero: quia cui misertus erit Deus ut eum uocet, misericors miserebitur eius ut credat, & cui misericors fuerit ut credat, misericordiam præstabit, hoc est, faciet eum misericordem ut etiam bene operetur?
Vnde admonemur, nec ipsis operibus misericordiæ quemquam oportere gloriari & extolli, quod eis quasi suis Deum promeruerit, quandoquidem ut haberet ipsam misericordiam ille præstitit, qui misericordiam præstabit cui misericors fuerit. Quod si eam credendo se meruisse quis iactitat, nouerit eum sibi præstitisse ut crederet, qui misereretur inspirando fidem, cuius misertus est, & adhuc infideli uocationem impertiret. Iam enim discernitur fidelis ab
impio: Quid enim habes inquit quod non accepisti? Si au- 1. Timot. 4
tem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Recte quidem hoc, Sed cur hæc misericordia subtracta est ab Esau ut non sic uocaretur, & uocato inspiraretur fides, & credens misericors fieret ut bene operaretur? An forte quia noluit? Si ergo Iacob ideo credidit quia uoluit, non ei Deus donauit fidem, sed eam sibijpse uolendo præstitit, & habuit aliquid quod non accepit? An quia nemo potest credere, nisi uelit? Nemo uelle nisi uocetur? Nemo autem sibi potest præstare ut uocetur. Vocando Deus præstat & fidem, quia sine uocatione non potest quisquam credere, quamuis nullus credat inuitus. Quomodo enim cre- Roman. 10
dent ei quem non audierunt? Aut quomodo audient sine prædicante? Nemo itaq; credit non uocatus, sed non omnis credit uocatus. Multi enim sunt uocati, pauci autem Mat. 20.
electi. Vtique hi qui uocantem non contempserunt, sed

credendo secuti sunt, uolentes autem sine dubio crediderunt. Quid est ergo quod sequitur? Igitur non uolentis neq; currentis, sed miserentis est Dei. An quia nec uelle possumus nisi uocati, & nihil ualet uelle nostrum, nisi ut perficiamus adiuuet Deus? Opus est ergo uelle & currere. Non enim frustra diceretur: Et in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Et sic currite ut comprehendatis. Non tamen uolentis neq; currentis, sed miserentis est dei, ut quid uolumus adipiscamur, & quo uolumus perueniamus. Noluit ergo Esau & non cucurrit, sed etsi uoluisset & cucurrisset, Dei adiutorio peruenisset, qui ei etiam uelle & currere uocando præstaret, nisi uocatione contempta reprobus fieret. Aliter enim Deus præstat ut uelimus, aliter præstat quod uoluerimus, ut uelimus enim & suum esse uoluit & nostrum, suum uocando, nostrum sequendo. Quod autem uoluerimus solus præstat, id est, posse bene agere, & semper beate uiuere. Verumtamen Esau nondum natus, nihil horum posset uelle seu nolle. Cur ergo in utero positus improbatus est? Redit enim ad illas difficultates, non solum sua obscuritate, sed etiam nostra tam multa repetitione molestiores. Cur enim est improbatus Esau nondum natus, qui nec credere poterat uocanti, nec contemnere uocationem, nec boni uel mali aliquid operari sine præscientia Dei futuræ malæ uoluntatis eius? Cur non & Iacob præscientia Dei approbatus est futuræ bonæ uoluntatis eius? Quod si semel concesseris potuisse quemquam uel approbari uel improbari ex eo quod nondum in illo erat, sed quia Deus futurum esse præsciebat, conficitur eum potuisse etiam ex operibus approbari, quæ in illo Deus futura esse præsciebat, quamuis nondum esset aliquid operatus, & omnino te nihil adiuuabit quòd nondum nati erant, cum dictum esset: Et maior seruiet minori, ut hinc ostendas non ex operibus dictum, quia nondum quicquam erat operatus. Illa etiam uerba, si diligenter attendas. Igitur non est uolentis neque currentis, sed miserentis est Dei. Non hoc Apostolus propterea tamen dixisse uidebitur, quòd adiutorio Dei ad id quod uolumus perueniamus, sed etiam ex illa intentione qua & alio loco dicit: Cum timore & tremore uestram ipsorum salutem operamini. Deus enim est qui operatur in uobis & uelle & operari pro bona uoluntate. Vbi satis ostendit etiam ipsam bonam uoluntatem in uobis operante Deo fieri. Nam si propterea solum dictum est: Non uolentis neque currentis, sed miserentis est Dei, quia uoluntas hominis sola non sufficit ut iuste rectéq; uiuamus, nisi adiuuemur misericordia Dei, potest & hoc modo dici: Igitur non miserentis est Dei, sed uolentis est hominis, quia misericordia Dei sola non sufficit, nisi consensus nostræ uoluntatis addatur. At illud manifestum est, frustra nos esse uelle, nisi deus misereatur. Illud autem nescio quomodo dicatur, frustra Deum misereri nisi nos uelimus. Si enim Deus miseretur, etiam uolumus, ad eandem quippe misericordiam pertinet ut uelimus. Deus enim est, qui operatur in nobis & uelle & operari pro bona uoluntate. Nam si quæramus, utrum Dei donum sit uoluntas bona, mirum si negare quisquam audeat. At enim quia non præcedit uoluntas bona uocationem, sed uocatio bonam uoluntatem, propterea uocanti Deo recte tribuitur quòd bene uolumus, nobis uero tribui non potest quod uocamur. Non igitur ideo dictum est putandum, non uolentis neq; currentis, sed miserentis est Dei, quia nisi eius adiutorio non possumus adipisci quod uolumus, sed ideo potius, quia nisi eius uocatione non uolumus. Sed si uocatio ista est effectrix bonæ uoluntatis, ut omnis eam uocatus sequatur, quomodo uerum erit: Multi uocati, pauci electi? Quod si uerum est, non consequenter uocationi uocatus obtemperat, atque ut obtemperet in eius est positum uoluntate, recte etiam dici potest. Igitur non miserentis Dei, sed uolentis atque currentis est hominis, quia misericordia uocantis non sufficit, nisi uocati obedientia consequatur. An forte illi qui hoc modo uocati non consentiunt, possent alio modo uocati accommodare fidei uoluntatem, ut & illud uerum sit: Multi uocati, pauci electi. Vt quamuis multi uno modo uocati sint, tamen quia non omnes uno modo affecti sunt, illi soli sequantur uocationem, qui ei capiendæ reperiuntur idonei, & illud non minus uerum sit. Igitur non uolentis neq; currentis, sed miserentis est Dei, qui hoc modo uocauit, quomodo aptum erat eis qui secuti sunt uocationem? Ad alios autem uocatio quidem peruenit, sed quia talis fuit quia moueri non possent, nec eam capere apti essent, uocati quidem dici potuerunt, sed non electi, & non iam similiter uerum est. Igitur non miserentis dei, sed uolentis atq; currentis est hominis, quoniam non potest effectus misericordiæ Dei esse in hominis potestate, ut frustra ille misereatur si homo nolit, quia si uellet etiam ipsorum misereri, posset ita uocare, quomodo illis aptum esset, ut & mouerentur, & intelligerent, & sequerentur. Verum est ergo: Multi uocati, pauci uero electi. Illi enim electi qui congruenter uocati, illi autem qui non congruebant neq; contemperabant uocationi, non electi, quia non secuti, quamuis uocati. Item uerum est: Non uolentis neq; currentis, sed miserentis est Dei, quia etiam si multos uocet, eorum tamen miseretur quos ita uocat, quomodo eis uocari aptum est ut sequantur. Falsum est autem si quis dicit: Igitur non miserentis Dei, sed uolentis atq; currentis est hominis, quia nullius Deus frustra misereatur. Cuius autem misereatur, sic eum uocat quomodo scit ei congruere, & uocantem non respuat. Hic dicet aliquis, Cur ergo Esau non sic est uocatus ut uellet obedire? Videmus enim alios aliter iisdem rebus demonstratis uel significatis ad credendum moueri. Sicut exempli gratia. Simeon in dominum nostrum Iesum Christum adhuc infantem parulum credidit, spiritu ei reuelante cognoscens. Nathanaël ad unam sententiam quam ab illo audiuit, Priusquam te Philippus uocaret, cum esses sub arbore fici uidi te, respondit: Rabbi, tu es filius

Rom. 9
Luc. 2.
1. Corint. 9
Rom. 9
Philip. 2.
Philip. 2.
Matth. 20
Roman. 9
Matth. 20
Roman. 9
Luc. 2
Ioannis. 1.

Matt. 16. lius Dei, tu es rex Israël. Quod tanto post quia confessus est Petrus, meruit audire, quòd beatus sit, & quòd ei darentur claues regni cœlorum. Miraculo facto in Chana Ioannis, 2. Galileæ, quod initium signorum Iohannes Euangelista cõmemorat, aqua in uinum conuersa, crediderunt in eum discipuli eius, multos loquendo inuitaunt ad fidem, multi nec suscitatis mortuis crediderunt, de cruce atq; morte eius conterriti etiam discipuli tubarunt, & tamen latro Lucæ, 23. tunc credidit, cum eum non præstantiorem uideret in operibus, sed consortio crucis æqualem. Vnus enim de nu- Ioan. 20. mero discipulorum post eius resurrectionem, non tam uiuentibus membris quàm recentibus cicatricibus credidit. Actorũ. 2 & 4. Multi ex eorum numero à quibus crucifixus est, qui uidentes eum miracula facientem contempserant, discipulis eum prædicantibus & in nomine eius talia facientibus crediderunt. Cum ergo alius sic, alius autem sic moueatur ad fidem, eademq; res sæpe alio modo dicta moueat, alio modo dicta non moueat, aliumq; moueat, alium non moueat, quis audeat dicere defuisse modum uocandi, quo etiam Esau ad eam fidem mentem applicaret uoluntatemq; coniungeret, in qua Iacob iustificatus est? Quod si tanta quoq; potest esse obstinatio uoluntatis, ut contra omnes modos uocationis obdurescat mentis aduersio, quæritur enim utrum de diuina pœna sit ipsa duritia? Cum enim Deus deserit, non sic uocando, quomodo ad fidem moueri potest? Quis etiam dicat modum quo ei persuaderetur ut crederet etiam omnipotentiam defuisse? Sed quid hoc quærimus, cum ipse subiungat Apostolus. Dicit enim scriptu- Rom. 9 Exodi, 9 ra Pharaoni, quia ad hoc te excitaui, ut ostendam in te potentiam meam, & ut annuncietur nomen meum in uniuersa terra? Hoc autem subiecit Apostolus documẽtum, quo probaret quod supra dixerat: Igitur non uolentis neque currentis, sed miserentis est Dei, tanquam enim ei diceretur: Vnde hoc doces? Dicit enim scriptura, inquit Pharaoni, quia ab hoc te excitaui ut ostendam in te potentiam meam, & ut annuncietur nomen meum in uniuersa terra, Vtiq; hinc ostendit quòd non uolentis neq; currentis, sed miserentis est Dei, concluditq; ita. Ergo cuius uult miseretur, & quem uult obdurat, cum superius non utrunq; sit. Neq; enim quomodo dictum est: Non uolentis neque currentis, sed miserentis est Dei, sic etiam dictum: Non nolentis atque contemnentis sed obdurantis est Dei. Vnde datur intelligi quod infra utrunq; posuit. Ergo cui uult miseretur, & quem uult obdurat, ita sententiæ superiori posse congruere, ut obduratio Dei sit, nolle misereri, ut non ob illo irrogetur aliquid quo sit homo deterior, sed tamen quo sit melior, non erogetur. Quod si sit nulla distinctionne meritorum, quis non erumpat in illam uocem, quam sibijpse obiecit Apostolus? Dicis itaq; mihi, quid adhuc conquæritur, Nam uoluntati eius quis resistit? Conquæritur enim Deus sæpe de hominibus, sicut per innumerabiles apparet scripturarum locos, quòd nolint credere & recte uiuere. Vnde fideles & facientes uoluntatem Dei conuersari dicuntur sine querela, quòd de illis non quæratur scriptura, sed quid conquæritur ait: Nam uoluntati eius quis resistit, quando cuius uult miseretur, & quem uult obdurat? Et tamen intueamur superiora, & inde nostram quantum ipse Dominus adiuuat sententiam dirigamus. Ait enim pauloante: Quid ergo dicemus? Numquid iniquitas est apud Deum? Absit. Sit igitur hoc fixum atq; immobile in mente sobria pietate atq; stabili fide, quòd nulla est iniquitas apud Deum, atq; ita tenacissime firmissimeq; credatur idipsum, quòd Deus cuius uult, miseretur, & quem uult obdurat, hoc est, cuius uult, miseretur, & cuius uult, non miseretur, esse alicuius occultæ, atq; ab humano modulo inuestigabilis æquitatis, quæ & in ipsis rebus humanis terrenisq; contractibus, animaduertenda est. In quibus nisi supernæ iusticiæ quædam impressa uestigia teneremus, nunquam in ipsum cubile ac penetrale sanctissimum atq; castissimum spiritalium præceptorum nostræ infirmitatis suspiceret atq; inhiaret intentio. Beati qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi Matth. 5. saturabuntur. In ista igitur siccitate uitæ conditionisq; mortalis, nisi aspergeretur desuper uelut tenuissima quædam dura iustitiæ, citius arescceremus quàm sitiremus. Quapropter cum dando & accipiendo inter se hominum societas connectatur, dentur autem, & accipiantur debita uel non debita, quis non uideat iniquitatis argui neminem posse, qui quod sibi debetur, exegerit, nec eum certe qui quod ei debetur, donare uoluerit? Hoc autem non est in eorum qui debitores sunt, sed in eius cui debetur arbitrio. Hæc imago uelut supra dixi, uestigium negotijs hominum de fastigio summo æquitatis impressum est. Sunt igitur 1. Corin. 15 omnes homines, quandouuidem & Apostolus ait: In Adam omnes moriuntur, à quo in uniuersum genus humanum, origo ducitur offensionis Dei, una quædam massa peccati supplicium debens diuinæ summæq; iustitiæ, quod siue exigatur, siue donetur nulla est iniquitas. A quibus autem exigendum, & quibus donandum sit, superbiæ indicant debitores. Quemadmodum conducti ad illam uine- Matth. 20. am iniuste indignati sunt, cum tantundem alijs donaretur, quantum illis redderetur. Itaq; huius impudentiam quæ- Roman. 9. stionis ita retundit Apostolus: Homo tu quis es, qui respondeas Deo? Sic enim respondet Deo, cum hoc displicet quod de peccatoribus conquæritur Deus, quasi quemquam Deus peccare cogat, sed tantummodo quibusdam peccantibus misericordiam iustificationis suæ non largiatur, & ob hoc dicatur obdurare peccantes quosdam, quia non eorum misereatur, non quia impellit ut peccent, eorum auæm non misereatur, quibus misericordiam non esse præbendam æquitate occultissima & ab humanis sensibus re- Roman. 11. motissima iudicat. Inscrutabilia enim sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ ipsius. Conquæritur autem iuste de peccatoribus, tanquam de his quos peccare ipse non cogit.

Simul etiam ut hi quorum miseretur, hanc quoq; habebant uocationem, ut dum conqueritur Deus de peccatoribus, compungantur corde, atq; ad eius gratiam conuertantur. Iuste ergo conqueritur & misericorditer. Sed si hoc mouet, quòd uoluntati eius nullus resistit, quia cui uult subuenit, & quem uult deserit, cum & ille cui subuenit, & ille quem deserit, ex eadem massa sint peccatorum, & quamuis debeat utrq; supplicium, ab uno tamen exigatur, alteri donetur. Si hoc ergo mouet. Homo tu quis es, qui respondeas Deo? Arbitror enim sub eadem significatione positum, quod dictum est, homo, sub qua & illud dicitur: Nonne homines estis, & secundum hominem ambulatis? Ibi enim carnales & animales notantur hoc nomine, quibus dicitur: Non potui loqui uobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus. Et illud: Nondum enim poteratis, sed neq; adhuc potestis, adhuc enim estis carnales. Et illud: Animalis autem homo non percipit quæ sunt spiritus Dei. His ergo dicitur: Homo tu quis es qui respondeas Deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare sic fecisti? Aut non habet potestatem figulus lum ex eadem conspersione facere, aliud quidem uas in honorem, aliud in contumeliam? Eoipso fortasse satis ostendit, se homini carnali loqui, quoniam hoc limus ipse significat, unde primus homo formatus est. Et quia omnes ut iam commemoraui, secundum eundem Apostolum, in Adam moriuntur, unam dicit esse conspersionem omnium. Et quamuis aliud uas fiat in honorem, aliud in contumeliam, tamen & illud quod fit in honorem, necesse est ut carnale esse incipiat, atq; inde in spiritalem consurgat ætatem. Quandoquidem iam in honorem facti erant, & in Christo iam nati erant, Sed tamen quoniam paruulos adhuc alloquitur, etiam ipsos carnales appellat, dicens: Non potui loqui uobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, Quasi paruulis in Christo lac uobis potum dedi, non escam. Neq; enim poteratis, sed neq; adhuc quidem potestis, Adhuc enim estis carnales. Quamuis ergo carnales eos esse dicat, tamen etiam in Christo natos, & in illo paruulos & lacte potandos. Et quod adiungit: Nec adhuc quidem potestis, Ostendit proficientes futurum esse ut possint, quia iam in eis spiritaliter renatis gratia fuerat inchoata. Ergo iam uasa erant in honorem facta, quibus adhuc tamen recte diceretur: Homo tu quis es, qui respondeas deo? Et si talibus recte dicitur, multo rectius eis qui uel nondum ita regenerati sunt, uel etiam in contumeliam facti. Illud tantummodo inconcussa fide teneatur, quod non sit iniquitas apud Deum, qui siue donet, siue exigat debitum, nec ille à quo exigit, recte potest de iniquitate eius conqueri, nec ille cui donat, debet de suis meritis gloriari. Et ille enim nisi quod debetur, non reddit, & ille non habet, nisi quod accepit. Sed enitendum est hoc loco, si DOMINVS adiuuet uidere, quemadmodum & illud uerum sit quod scriptum est: Nihil odisti eorum quæ fecisti. Et illud: Iacob dilexi, Esau autem odio habui. Si enim propterea Esau odio habuit, quia uas factum erat in contumeliam, & aliud uas in honorem, aliud in contumeliam idem figulus facit, quomodo nihil odisti horum quæ fecisti? Ecce enim odit Esau quod uas ipse fecit in contumeliam. Qui nodus ita soluitur, Vt intelligamus omnium creaturarum esse artificem Deum. Omnis autem creatura Dei bona est, & omnis homo in quantum homo est, creatura est, non in quantum peccator est. Est ergo creator DEVS, & corporis & animi humani: Neutrum horum malum, & neutrum odit DEVS. Nihil enim odit eorum quæ fecit. Est autem animus præstantior corpore. DEVS uero & animo & corpore, utriusq; effector & conditor, nec odit in homine, nisi peccatum. Est autem peccatum hominis, inordinatio atq; peruersitas, id est, à præstantiore conditore auersio, & ad condita inferiora conuersio. Non igitur odit DEVS Esau hominem, sed odit DEVS Esau peccatorem. Sicut dicitur de DOMINO: In sua propria uenit, & sui eum non receperunt. Quibus item ipse dicit: Vos propterea non auditis, quia non estis ex DEO? Quomodo sui, quomodo non ex DEO? Nisi quia illud dictum est de hominibus, quos ipse DOMINVS fecerat, illud de peccatoribus quos ipse DOMINVS arguebat, ijdem tamen & ipsi homines & peccatores, sed homines de conditione, peccatores propria uoluntate. Quod ergo Iacob dilexit, nunquid peccator non erat? Sed dilexit in eo non culpam quam delebat, sed gratiam quam donabat. Nam CHRISTVS pro impijs mortuus est, non tamen ut impij mortui permanerent, sed ut iustificati ab impietate conuerterentur, credentes in eum qui iustificat impium, Odit enim DEVS impietatem. Itaq; in alijs eam punit per damnationem, in alijs admittit per iustificationem, quemadmodum ipse iudicat esse faciendum illis iudicijs inscrutabilibus. Et quòd ex numero impiorum, quos non iustificat, facit uasa in contumeliam, non hoc in eis odit quod facit, quippe in quantum impij sunt, execrabiles sunt, in quantum autem uasa fiunt, ad aliquem usum fiunt, ut per eorum inordinatas pœnas, uasa quæ fiunt in honorem, proficiant. Non itaq; odit DEVS, nec in quantum homines sunt, nec in quantum uasa sunt, id est, nec quod in eis facit creando, nec quod in eis facit ordinando, Nihil enim odit eorum quæ fecit. Sed tamen ut uasa eos facit perditionis, ad usum correctionis aliorum facit, Odit enim in eis impietatem, quam ipse non fecit. Sicut enim iudex in homine odit furtum, sed non odit quod datur ad metallum, illud enim fur, hoc iudex facit. Ita DEVS quod ex conspersione impiorum facit uasa perditionis, non odit quod facit, id est opus ordinationis suæ, in pœna debita pereuntibus, in qua occasionem salutis illi quorum miseretur, inueniant. Sic Pharaoni dictum est: Ad hoc te excitaui, ut ostendam in te potentiam

Roman. 9
Malach. 1.
1. Timot. 4
Peccatum hominis qd sit.
Ioannis. 1
Ioan. 8.
Roma. 5.
Roman. 4.
Sapient. 11.
Roma. 9
Exodi. 9.
Sapient. 11
Roman. 9
1. Cor. 3
1. Cor. 2.
Roman. 9.
1. Corin. 15
1. Corin. 3.

tentiam meam, ut annuncietur nomen meum in uniuersa terra. Hæc demonstratio potentiæ Dei, & annunciatio nominis eius in uniuersa terra, prodest eis ut intelligant, ut uias suas corrigant, quibus uocatio talis contigit. Sic consequenter dicit: Si autem uolens DEVS ostendere iram, & demonstrare potentiam suam, attulit in multa patientia uasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionem, subauditur: Tu quis es qui respondeas DEO? Vt recurrente sententia ad uerba superiora, iste sit sensus, Si uolens DEVS ostendere iram, attulit uasa iræ, tu quis es qui respondeas DEO? Non autem solum uolens ostendere iram, & demonstrare potentiam suam, attulit in multa patientia uasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionem, sed etiam quod sequitur, Vt notas faceret diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ. Quid enim prodest uasis perfectis in perditionem, quod ea patienter DEVS sustineat, ut ordinanter disperdat, utatur illis in instrumentum salutis aliorum, quorum misereatur? Sed illis utiq; prodest, ad quorum salutem istis sic utitur. Vt scriptum est: Iustus manus lauet in sanguine peccatoris, id est, mundetur ab operibus malis per timorem DEI, cum uidet supplicia peccatorum. Quòd ergo uolens DEVS ostendere iram, attulit uasa iræ, ualet ad utilem à ijs præstandum timorem, & ut notas faceret diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ quæ præparauit in gloriam. Etenim obduratio illa impiorum utrunq; demonstrat, & quid timendum sit, ut quisq; pietate conuertatur ad Deum, & quantæ sint gratiæ misericordiæ DEI, qui in aliorum pœna quid alijs donet ostendit. Si autem illa quam de alijs exigit non est iusta pœna, nihil donat alijs à quibus eam non exigit. Quia uero illa iusta est, & nulla est iniquitas apud Deum, quis sufficiat agere gratias ei qui hoc remittit? Quod si uellet exigere, nemo se recte diceret non debere. Quos & uocauit, nos inquit, non solum ex Iudæis, sed etiam ex Gentibus, id est, uasa misericordiæ quæ præparauit in gloriam. Non enim omnes Iudæos, sed ex Iudæis, nec omnes omnino homines Gentium, sed ex Gentibus. Vna est enim ex Adam massa peccatorum & impiorum, in qua & Iudæi & Gentes remota gratia DEI ad unam pertinent conspersionem. Si enim figulus luti ex eadem conspersione facit aliud uas in honorem, aliud in contumeliam. Manifestum est autem quòd ex Iudæis sunt alia uasa in honorem, alia in contumeliam, sicut ex Gentibus, sequitur ut ad unam conspersionem omnes pertinere intelligantur. Deinde incipit reddere attestationes Prophetæ singulis generibus conuerso ordine. Primus enim dixit conuersos ex Iudæis, posterius ex Gentibus. Prius enim reddit testimonium pro Gentibus, deinde pro Iudæis. Etenim sicut in Osea dicit: Vocabo non plebem meam, plebem meam: & non dilectam meam, dilectam meam, Et erit in loco ubi dictum est: Non populus meus uos, ibi uocabuntur filij DEI uiui, de Gentibus intelligitur dictum, quia non habebant destinatum unum sacrificiorum locum, sicut Iudæi in Hierusalem. Missi sunt autem ad Gentes Apostoli, ut in loco suo quiq; crederent, & ubicunq; crediderent, ibi sacrificium laudis offerent, quibus dedit potestatem filios DEI fieri. Esaias autem, inquit, clamat pro Israël, ne rursus omnes Israëlitæ in perditionem esse credantur, docet & inde facta alia uasa in honorem, alia in contumeliam. Si fuerit, inquit, numerus filiorum Israël quasi arena maris, reliquiæ saluæ fient. Cætera ergo turba, uasa perfecta ad perditionem. Verbum enim consumans & breuians inquit faciet DOMINVS super terram, id est, ut compendio fidei per gratiam saluos faciat credentes, non per innumerabiles obseruationes, quibus illa multitudo seruiliter onerata premebatur. Per gratiam quippe nobis uerbum consummans & breuians fecit super terram, dicens: Iugum meum leue est, & sarcina mea suauis est. Quod & paulo post hic dicitur: Propè est uerbum in ore tuo & in corde tuo, hoc est, uerbum fidei quod prædicamus, quia si confitearis in ore tuo, quia Dominus est IESVS, & credideris in corde tuo, quia DEVS illum suscitauit à mortuis, saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem. Hoc est uerbum consummans & breuians quod fecit DEVS super terram, qua consummatione atq; breuitate, latro iustificatus est, qui defixis in cruce omnibus membris, & habens libera hæc duo, corde credit ad iustitiam, ore confessus est ad salutem, statimq; audire meruit: Hodie mecum eris in paradiso. Consequerentur enim bona opera eius, si precepta gratia diutiùs hominis uiueret. Sed tamen non ea præcesserant, ut eandem gratiam mereretur ex latrocinio fixus in cruce, ex cruce in paradisum translatus. Et sicut prædixit, inquit, Esaias: Nisi DOMINVS Sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissemus. Quod hic ait: Reliquisset nobis semen, hoc ibi: Reliquiæ saluæ fiant. Cæteri autem tanquam perditionis uasa debito supplicio perierunt. Et non omnes periissent sicut in Sodoma & Gomorra, non meritum eorum fecit sed gratia DEI. Reliquiis semen unde alia messis toto orbe consurgeret. Hoc & paulo post: Sic ergo, inquit, & in hoc tempore reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt. Si autem gratia iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Quid ergo? Quòd quærebat Israël, hoc non est consecutus, electio autem consecuta est, cæteri uero excæcati sunt. Consecuta sunt uasa misericordiæ, excæcata sunt uasa iræ, ex eadem tamen conspersione, sicut in plenitudine Gentium. Est locus quidam scripturæ ad rem de qua nunc agimus maxime necessarius, eadem quæ tractata sunt mira constatione confirmans, in eo libro qui ab alijs Iesus Syrach, ab alijs Ec-

Roman. 9

Pſalm. 57

Roman. 9

Rom. 9 Oſeæ, 1. 1. Petri 2.

Ioannis. 1. Roman. 9 Eſaiæ, 10

Matth. 11.

Roman. 10. Deut. 30

Lucæ 23

Roman. 9 Eſaiæ, 1

Rom. 11

clesiasticus dicitur, in quo ita scriptum est: Et omnes homines de solo et ex terra unde Adam creatus est. In multitudine disciplinæ Dominus separauit eos, & immutauit uias eorum. Et ex ipsis benedixit & exaltauit, & ex his sanctificauit & ad se applicauit, ex ipsis maledixit & humiliauit, & conuertit illos ad dissensionem illorum, quasi lutum figuli in manu ipsius plasmare illud, & disponere omnes uiæ eius secundum dispositionem eius, sic homo in manu illius qui se fœcit, & reddet illi secundum iudicium suum. Contrarium malo bonum est, & contra mortem uita est, sic & contra uirum iustum peccator. Et sic intuere in omnem operam altissimi. Duo contra duo, unum contra unum. Primo hic commendata est disciplina DEI. In multitudine, inquit, disciplinæ DEVS separauit eos, unde nisi à beatitudine paradisi? Et immutauit uias eorum, ut iam tanquam mortales uiuerent. Tunc facta est una massa omnium ueniens de traduce peccati & pœna mortalitatis, quamuis DEO formante & creante quæ bona sunt in omnibus. Est enim species & compago corporis in tanta membrorum concordia, ut inde Apostolus ad charitatem obtinendam similitudinem duceret in omnibus. Est etiam spiritus uitalis, & terrena membra uiuificans, omnisq; natura hominis dominatu animæ, & famulatu corporis, & conditione mirabili temperata, sed concupiscentia carnalis de peccati pœna iam regnans, uniuersum genus humanum tanquam totam & unam consperſionem originali reatu in omnia permanente confuderat. Et tamen sequitur: Ex ipsis benedixit & exaltauit, & ex ipsis sanctificauit, & ad se applicauit: ex ipsis maledixit, & humiliauit, & conuertit illos in dissensionem ipsorum. Tanquam Apostolo dicente: An non habet potestatem figulus luti ex eadem consperſione facere aliud uas in honorem, aliud in contumeliam? Ideoq; illud quod contexitur, nec ab ea similitudine uacat. Quasi lutum, inquit figuli in manu ipsius plasmare illud, & disponere omnes uiæ eius secundum dispositionem eius: sic homo in manu illius qui se fœcit. Sed quia dixit Apostolus: Nunquid iniquitas apud Deum? Vide & hic quid adiungat: Reddet illi, inquit, secundum iudicium suum. Sed cum damnatis iusta tribuantur supplicia, tamen quia hoc ipsum in usum conuertitur, quo illi proficiant quibus præbetur misericordia. Intende reliqua. Contrarium, inquit, malo bonum est, & contra mortem uita, sic & contra uirum iustum peccator, & sic intuere in omnem operam altissimi, duo contra duo, unum contra unum. Vtiq; ut ex deteriorum comparatione emineant proficiantq; meliora, quæ tanquam per gratiam meliora sunt. Tanquam diceret: Reliquiæ saluæ fient. Sequitur & dicit ex persona reliquiarum. Et ego nouissimus uigilaui, & quasi qui racemetur post uindemiatores. Et unde probat, quia non ex meritis suis, sed ex misericordia DEI? In benedictione, inquit, DEI & ipse speraui, & quasi qui uindemiat repleui torcular. Quis enim nouissimus uigilauerit, tamen quia runt, ut dictum est, nouissimi primi, in benedictione DOMINI sperans, ex reliquijs Israël racematus populus impleuit torcular ex ubertate uindemiæ, quæ toto orbe terrarum prouenit. Nulla igitur intentio tenetur Apostoli, & omnium iustificatorum per quos nobis intellectus gratiæ demonstratus est, nisi ut qui gloriatur, in DOMINO glorietur. Quis enim discutiat operæ DOMINI, ex eadem consperſione unum damnantis, aliud iustificantis? Libertum uoluntatis arbitrium plurimum ualet, imò uero est quidem, sed in uenundatis sub peccato quid ualet? Caro, inquit, concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem, ut non ea quæ uultis faciatis. Præcipitur ut recte uiuamus, hac utiq; mercede proposita, ut æternum beate uiuere mereamur. Sed quis potest recte uiuere & bene operari, nisi iustificatus ex fide? Præcipitur ut credamus, ut dono accepto spiritus sancti per dilectionem bene operari possimus. Sed quis potest credere, nisi aliqua uocatione, hoc est, aliqua rerum testificatione tangatur? Quis habet in potestate tali uisu attingi mentem suam, quo eius uoluntas moueatur ad fidem? Quis autem animo amplectitur aliquid quod eum non delectat? Aut quis habet potestatem ut uel occurrat quod eum delectare possit, uel delectat cum occurrerit? Cum ergo nos ea delectent quibus proficiamus ad Deum, inspiratur hoc & præbetur gratia DEI, non nutu nostro & industria aut operum meritis comparatur, quia ut sit nutus uoluntatis, ut sit industria studij, ut sint operæ charitate feruentia, ille tribuit, ille largitur, propterea petere iubemur ut accipiamus, & quærere ut inueniamus, & pulsare ut aperiatur nobis. Nonne aliquando ipsa oratio nostra sic tepida est, uel potius frigida, & pene nulla, imò omnino interdum ita nulla, ut neque hoc in nobis cum dolore aduertamus, quia si uel hoc dolemus, iam oramus. Quid ergo aliud ostenditur nobis, nisi quia et petere, & quærere, et pulsare ille concedit, quia hæc ut fugiamus iubet. Igitur non nolentis neque currentis, sed miserentis est DEI, quandoquidem nec uelle nec currere, nisi eo mouente atq; excitante poterimus. Quod si electio hic fuit aliqua, ut sic intelligamus quod dictum est: Reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factæ sunt, non ut iustificatorum electio fiat ad uitam æternam, sed ut intelligantur qui iustificentur. Certè ita occulta est hæc electio, ut in eadem consperſione nobis prorsus apparere non possit: Aut si apparet quibusdam, ego in hac re infirmitatem meam fateor. Non enim habeo quod intuear in eligendis hominibus ad gratiam salutarem, si ad examen huius electionis aliqua cogitatione permutor, nisi uel maius ingenium, uel minora

Eccle. 33
1. Corin. 12
Eccles. 33.
Roman. 9.
Esaiæ. 45
Hierem. 18
Eccles. 33
Roma. 9
Eccles. 33
Roman. 9
Eccles. 33
Matth. 20.
2. Cor. 10
Roman. 7. Galath. 5
Matth. 7.
Rom. 9
Roma. 11.

peccati

peccata, uel utrunq; addamus, etiam si placet, honestas utilesq; doctrinas. Quisquis ergo fuerit quàm minimis peccatis irretitus atq; macula tis: Nam nullus quis potest? & acer ingenio, & liberalibus artibus expolitus, 1.Corint.1. eligendus uidetur ad gratiam. Sed cum hoc statuero, ita me ridebit ille, qui infirma mundi elegit, ut confundat fortia, & stulta mundi ut confundat sapientes, ut eum intuens in pudore correctus, ego irrideam multos, & præ quibusdam peccatoribus castiores, & præ quibusdam piscatoribus oratores. Nonne aduertimus multos fideles nostros ambulantes uiam dei, ex nulla parte ingenio comparari, non dicam quorundam hæreticorum, sed etiam minis morum? Item non uidemus quosdam homines utriusq; sexus in coniugali castitate uiuentes sine querela, & tamen uel hæreticos, uel paganos, uel etiam in uera fide & uera ecclesia sic tepidos, ut eos miremur meretricum et histrionum subito conuersorum, non solum patientia & temperantia, sed etiam fide, spe, charitate superari? Restat ergo ut uoluntates eligantur, sed uoluntas ipsa nisi aliquid occurrerit quod delectat atque inuitet animum, moueri nullo modo potest? Hoc autem ut occurrat, non est in Actor.8.9. hominis potestate. Quid uolebat Saulus nisi ut inuaderet & traheret, uinceret, necaret Christianos? Quàm rabida uoluntas, quàm furiosa, quàm cæca; qui tamen una desuper uoce prostratus, occurrente utiq; tali uiso, quo mens illa & uoluntas refracta sæuitia retorqueretur & corrigeretur, ad fidem repente ex Euangelij rurabili persecutore mirabilior prædicator effectus est. Et tamen quid Roman.9. dicemus? Numquid iniquitas est apud deum? ex gentem à quo placet, donantem cui placet, qui nequaquàm exigit indebitum, nequaquàm donat alienum Numquid iniquitas est apud deum? Absit. Quare tamen & huic ita, & huic non ita? Homo tu quis es, debitum si non reddes, habes quod gratuleris: si reddes, non habes quod quæraris. Credamus tantum, & si capere non ualemus, quoniam qui uniuersam creaturam, & spiritalem, & corporalem fecit & condidit, omnia in numero, & pondere, Sapient.11 & mensura disponit,: sed inscrutabilia sunt iudicia eius, Roman.11. & inuestigabiles uiæ eius. Dicamus alleluia, & collaudemus canticum, & non dicamus, quid hoc? ut quid hoc? Omnia enim in tempore suo creata sunt.

Explicit primus liber Augustini ad Simplicianum, de quæstionibus ex epistola Pauli ad Romanos.

DIVI AVRELII AVGVstini, Hipponensis ep scopi, ad Simplicianum, Mediolanensis ecclesiæ episcopum, de solutione quarũdam quæstionum, ex libris Regum, Liber secundus incipit.

SATIS de Apostolo me ad proposita respondisse existimo: nunc ad eã quæ de libris regnorum requisisti, aliud uolumen aggrediar, quæ sicut multa & propè omnia ueterum librorum figuratiora sunt, & mysteriorum uelaminibus inuoluta: Quàmuis enim ex eo quod transierimus, ad Christum auferatur uelamen, tamen uidemus nunc in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Velamen quippe omnimodo intercludit adspectum, ænigma uero tanquàm per speculum, sicut idem Apostolus ait: Videmus nunc per speculum & in ænigmate, nec euidentissimam detegit speciem, nec prorsus obtegit ueritatem. Aggrediar ergo & ista, duce domino, tuis potiùs subleuatus orationibus, quàm tuis tentationibus aggrauatus. Præsertim quia ex epistola tua hoc te intellexi quærere, quid hæc in prophetia significent, in quo reuera obtemperare mihi esset difficillimum, quia & de tota eorundem contextione librorum ducenda est intentio, & si esset promptior intellectus, magnitudo tamen operis impediret, quæ si iubeunda est prolixius ocium tempusue flagitat, sed nunc ipsas rerum proprietates gestarũ, quæ his uerbis quorum à te facta commemoratione significantur, quomodo intelligerem nosse dignatus es, & meis auris aperiri. Præfatio. 2.Corin.3. 1.Corin.13

ET primũ quidem qđ de primo regnorũ libro iussisti, ut exponerem quomodo dictum sit: Et insiluit spiritus domini in Saul: Cum alibi dicat: Et insiluit spiritus domini malus in Saul. Ita enim scriptum est: Et factum est cum conuerteret humerum suum ut iret à Samuẽl, conuertit deus in Saul cor aliud, & uenerũt omnia signa illa die, & uenit inde in collem, & ecce chorus prophetarũ in obuiam illi, & insiluit in illum spiritus domini, & prophetauit in medio eorum. Prædixerat enim hæc illi Samuël, cũ eum iussus unxisset. Et hoc quidẽ non puto habere aliquid quæstionis: Spiritus enim ubi uult spirat, & spiritũ prophetæ nullarum animarũ potest macũlare contactus: Attingit enim ubiq; propter suam munditiam. Adficit enim omnes, non eodẽ modo, sed alios per informationem spiritus eorundẽ hominũ, ubi rerum demõstrantur imagines, alios per fructũ mentis ad intelligentiã, alios utraq; inspiratione, alios etiam nescientes. Per informationem spiritus duobus modis. Aut per somnium, sicut non solum pleriq; sancti, sed Pharao & Nabuchodonosor, uter uidit quod nemo eorum intelligere ualebat, sed tamen uterq; uidere potuit. Aut per demonstrationem Quæst.1. 1.Regũ 10. & 16. Ioan.3. Sapient.7. Genes. 41 Daniel.2. & 4.

in extasi, quod nonnulli Latini stuporem interpretantur, nurũ si propriè, sed uicinè tamen, cũ sit mentis alienatio à sensibus corporis, ut spiritus hominis diuino spiritu adsumptus capiendis atq; intuendis imaginibus uacet, sicut Actor. 10. Danieli demonstratũ est, qd' non intelligebat, & Petro illud uas submissum de cœlo quatuor limitheis: nam & ipse quid illa demonstratio figuraret, postea cognouit. Per fructum aũt mentis ad intelligentiã, uno modo cum hæc ipsa quæ demonstrantur imaginibus quid significent, & quo pertineant reuelantur, quæ certior prophetia est, nam magis ipsam uocat Apostolus prophetiam, sicut Ioseph me- 1. Corin. 13 ruit intelligere, qd' Pharao non nisi uidere, & Daniel exponit regi, & ille cernit, & nescit. Cũ uero ita mens adficitur, ut non rerũ imagines coniecturali examinatione intelligat, sed res ipsas intueatur, sicut intelligitur sapientia et iustitia, omnisq; incõmutabilis & diuina species, ad prophetiam, de qua nunc agimus, nõ pertinet. Vtroq; aũt munere prophetiæ donandos, qui et rerũ imagines & spiritu uident, & quid ualeant simul intelligunt, certè manifestis locutionibus informantur, sicut in Apocalypsi quædam exponuntur. Nescientes aũt adfici Ioan. 11. prophetia spiritus, sicut Caiphas cũ esset pontifex prophetauit de domino, q. expediret unũ mori pro tota gente, cum aliud in uerbis, quæ dicebat, attenderet, quæ non se à seipso dicere nesciebat. Alioquin in sanctis libris exẽpla, et res tuæ prudentiæ notissimas loquar: Nõ enim ista discis à me, sed in eis quæ percõtando probas, et cognoscere cupiens proficientem, et corrigere paratus errantẽ. Hoc aũt uerbo qd' positũ est: Et insiluit in eum spiritus, tanq; ex abdito diuinitatis secreto repentinus significatur afflatus. Horum igitur modorũ quo nã potius adfectũ esse intelligamus Saul, satis apparet ex eo, qd' ibi scriptũ est: Cõuertit deus in Saul cor aliud: Sic ei im aliam cordis adfectionẽ significat, quia conuertendo fecit deus ut imaginũ significantiũ & præfigurantiũ capax fieret ad prophetica diuinationẽ. Tantũ aũt distat inter prophetiam prophetarũ sicut Esaias, sicut Hieremias, & cæteri huiusmodi fuerũt, atq; istam transitoriã quæ in Saul apparuit, quantũ distat inter loquelam humanã quam loquũtur homines, & cum Num. 22. eadem loquela humana propter necessariũ prodigiũ asina locuta est, in qua sedebat Balaam propheta. Accepit enim hoc ad tempus illud iumentũ, ut deus qd' statuerat demonstraret, nõ ut habitu perpetuo bestia loqueretur. Aut si hoc exemplũ maiore differentia remotũ est, multo minus mirandũ est homini reprobo datã fuisse ad momentũ temporis adfectu transitorio prophetiã, quando ille dederat, qui & asinã, cũ uoluit, loqui fecit. Magis enim distat pecus ab homine, q̃ homo reprobus ab electis, & tamen ab hominibus. Nõ enim si quisquã dixerit aliquid qd' ad sapientiam pertinet, continuo sapiens existimandus est, sicut nec quisquã si aliquando prophetauerit, iam inter prophe- Matth. 13. tas numerabitur, cũ & dominus in Euangelio dicat quosdam cũ gaudio uerbum excipere, & radicis altitudinẽ non habere, sed esse temporales. Ideoq; sicut consequẽs indicat lectio, factũ est in parabola, & Saul inter prophetas. Hoc igitur mirari desinamus, cũ in hominibus apparet diuinitus aliquid, quorũ uel meritũ uel habitũ excedit, cum fortè uult deus cuiusdã significationis gratia tale aliquid demonstrari. Si aũt hoc mouet q. postea Saul malo spiritu in- 1. Regũ 16. uadente præfocabatur, qui prius prophetiæ spiritũ acceperat Neq; hoc mirandũ est: Illud enim factum est ex dispensatione aliquid significandi, hoc ex merito uindicãdi. Nec mouere nos debent hæc alternantia in animo humano, hoc est, in creatura mutabili, præsertim eo tempore, quo caro corruptibilis mortalisq; portatur Aut nõ uidemus in ipso Petro, ut indicat Euangeliũ, extitisse tantum confessionẽ, ut audire meruerit: Beatus es Simon Bariona, Matth. 16. quia nõ reuelauit tibi caro & sanguis, sed pater meus qui in cœlis est. Et paulo post tam carnaliter eũ de dominj passione sensisse, ut statim audiret: Vade post me sathanas, scandalũ mihi es, nõ enim sapis quæ dei sunt, sed quæ hominum. Et fortasse al quanto inter us intelligentibus, tantum ualet ad usa illa mentis hæc differentia, qua Petrus primo intellexit deo patre reuelante, q. filius dei esset Christus, & postea ne moreretur extimuit, quantũ ualet ad distinguenda uisa, quæ in spiritu hominis alienata mente imaginariè fiunt, reuelatio prophetiæ, qua primo afflatus est Saul, & cõmixtio spiritus mali quo postea præmebatur. Iam uero illud q. etiã malis appellatus est spiritus domini, 1. Regũ 16. sic intelligitur quomodo dictũ est: Domini est terra, tanq̃ Psalm. 23. creatura, & in eius posita potestate. Aut si propterea non congruit hoc locutionis exemplũ, quia terra non est mala, omnis enim creatura dei bona est: illud congruat, quòd 1. Timot. 4 ipse Saul iam reprobus, & sceleratus atq; ingratus sancto Dauid, persecutor etiam eius cum sæuissimæ inuidiæ facibus ageretur, tamen adhuc Christus domini dicebatur, sicut eum appellauit ipse Dauid cum uindicauit extinctum. 2. Regũ 1. Sed magis arbitror malignum spiritum, à quo ipse uexabatur Saul, ideo dictum spiritũ domini, q. occulto domini iuditio Saulem uexabat. Vtitur enim deus ministris etiam spiritibus malis ad uindictam malorũ, uel ad bonorũ probationem, alio modo ad illam rem, alio ad istam. Quamuis enim inde sit quisq; malignus spiritus, quia mala uoluntate nocere appetit, tamen nocendi potestatem non accipit, nisi ab illo sub quo sunt omnia certis & iustis meritorum gradibus ordinata. quia sicut nõ est mala uoluntas à deo, sic non est potestas nisi à deo. Quanquam enim sit in cu- Roman. 13. iusq; potestate quid uelit, non est tamen in cuiusq; potestate quid possit uel facere cuiquam, uel à quoquã pati. Nam & ipse filius unicus dei passurus ad tempus humiliter homini superbè loquenti & dicenti, q. potestatẽ haberet occidendi eũ uel dimittendi: Nõ haberes inquit, in me potestatem, nisi data tibi esset desuper. Diabolus etiã uolẽs nocere iusto uiro Iob, nocendi quidem uoluntate diabolus erat, sed tamen à domino deo potestatem petebat, dicens: Mitte manum & tange carnem eius, q̃uis hoc esset si permittere Iob. 2. tur ipse facturus, ipsam etiam permissionem petebat hoc modo: & manũ domini appellabat permissam à domino

manum

manum suam, id est, ipsam potestatem quam uolebat accipere. Cui congruit illud in Euangelio, quod dominus discipulis suis ait: Hac nocte postulauit sathanas uexare uos sicut triticum. Dictus est ergo spiritus dei malus, hoc est, minister dei ad faciendum malum in Saul, quod eum pati iudex omnipotentissimus iudicabat, quoniam spiritus ille quia malus erat, non erat dei creatura uera, qua conditus erat, & potestas quã non sua, sed domini omnium æquitate acceperat, dei erat. Verba etiam ipsa scripturarũ ita se habent: Et perrexit, inquit, Samuël, & abijt in Ramatha, & spiritus domini recessit à Saul, & adprehendit eum spiritus malignus à domino, & suffocabat eum. Et dixerunt pueri Saul: Spiritus domini malignus suffocat te. Hoc igitur à pueris eius quomodo sit dictũ: Spiritus domini malignus, superiora uerba indicant narrantis scripturæ, et dicentis: Spiritus malignus à domino. Secundũ enim hoc inquit à domino, quia per seipsum uelle necare habebat, id est cõprehendere Saul: posse aũt non habebat, nisi summa iustitia sineret. Si enim uindicat deus, quemadmodum ipse dicit Apostolus, cum tradidit homines ad concupiscentias cordis eorum, non mirum, sed nihil dominus iustè uindicans tradit eos etã in concupiscentias aliorũ nocere uolentium, sua semper incõmutabili æquitate seruata. Animaduertendum sanè cũ additamento dici, spiritus dei malus. Cum aũt tantummodo dicitur, spiritus dei, etiam si non addatur bonus, ex hoc intelligitur bonus. Vnde apparet bonum spiritum secundũ substantiam, malum aũt secundum ministerium dici spiritum dei. Quanq; quæri adhuc possit, utrum cum spiritus dei dicitur, & ex ipso, iam & si nihil addatur intelligitur bonus, ille intelligatur qui est in trinitate consubstantialis patri & filio spiritussanctus, de quo dicitur: Vbi aũt spiritus domini, ibi libertas. Et iterum: Nobis aũt reuelauit deus per spiritũ suũ. Et illud: Sic & quæ dei sunt nemo scit, nisi spiritus dei. Et multis locis hoc modo dicitur spiritus dei, & intelligitur spiritussanctus etiam si non addatur, quoniam ea quæ circumstant, satis indicant de quo dicatur, ita ut aliquando nec dei addatur, & intelligatur tamen ille spiritus dei principaliter sanctus. Nã quem alium cõmemorat, ubi dicit: Ipse spiritus testimonium dat spiritui nostro, quia sumus filij dei. Et ipse spiritus adiuuat infirmitatem nostrã. Et hæc omnia operatur unus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Et diuisiones donationũ sunt, idem aũt spiritus. His enim omnibus sententijs, nec dei nec sanctus est additum, & tamen ipse intelligitur. Sed nescio utrũ manifesto aliquo exemplo probari possit, alicubi spiritũ dei dictum sine additamento, ubi spiritus ille sanctus non significetur, sed aliquis quis bonus, creatus tamen & conditus. Quæ proferũtur enim dubia sunt, & indigent clariore documento, sicut illud quod scriptum est: Spiritus dei ferebatur super aquas. Nam & ibi spiritũsanctum accipere quid impediat, non inuenio. Cũ enim aquarum nomine illa materies insinuatur informis, quæ de nihilo facta est, unde omnia fierent, quid prohibet intelligere spiritumsanctũ conditoris q. superferebatur huic materiæ, non locorũ gradibus, interuallisq; spatiorũ, quod neq; quaq; de ulla re incorporea recte dicitur, sed excellentia et eminentia dominantis super omnia uoluntatis, ut omnia conderentur, præsertim cũ ea locutio, sicut illarũ scripturarum mos est, etiam propheticũ quoddam sonet mysteriũ quo futuri baptismatis ex aqua & spiritusancto nascituri populi præfigurarentur. Non ergo cogit quod dictũ est: Et spiritus dei ferebatur super aquas, illum intelligere spiritũ, sicut nonnulli intelligunt, quo mundi moles uniuersa ista corporea uelut animatur ad ministerium quorumq; gignentium, & in sua specie continendarũ corporalium creaturarũ: Creatura est enim quicquid est tale. Illud etiam quod scriptũ est: Quoniam spiritus domini repleuit orbem terrarũ, non desunt qui eundem spiritũ uelint accipere inuisibilem sez creaturam cũcta uisibilia uniuersali quadam conspiratione uegetantem atq; continentem. Sed neq; hic uideo quid impediat intelligere spiritumsanctum cum ipse deus dicat apud Prophetam: Cœlum & terram ego implebo: Non enim sine spiritusancto implet deus cœlum et terram. Quid ergo mirũ, si de spiritusancto eius dictum est: Repleuit orbem terrarum? Aliter etiam replet sanctificando, sicut de Stephano dicitur: Repletus est spiritusancto: & de cæteris talibus. Aliter aũt replet sanctificante gratia, sicut quosdam sanctos: Aliter attestãte atq; ordinante præsentia, sicut omnia. Quamobrem nescio utrum certo aliquo documento scripturarũ possit ostendi, cũ sine ullo additamento dicitur, spiritus dei uel spiritus domini, aliquid aliud significari q. spiritumsanctũ. Sed etsi est fortè aliquid quod in præsentiarũ non occurrat, illud certè arbitror non temere dici, quotiens in sanctis eloquijs cõmemoratur spiritus dei, neq; additur aliquid, siue ille patri & filio consubstantialis spiritussanctus, siue aliqua creatura inuisibilis intelligatur, malum tamen non posse intelligi nisi addatur etiam malus. Malo enim quia bene utitur deus ad ministeriũ iuditij sui: appellatur etiam ipse spiritus dei ad uindictam malorũ, & disciplinam et probationem bonorum. Nec illud mouere iam nos debet, q. postea scriptũ est eundem Saulem spiritu dei super se facto prophetasse, quoniam post bonum spiritum spiritus malus, & rursum post malum bonus. Hoc enim fit nõ mutabilitate spiritussancti, qui est incommutabilis cum patre & filio, sed mutabilitate animi humani deo cũcta distribuente, siue malis pro merito damnationis uel emendationis, siue bonis p largitate gratiæ suæ. Quanq; uideri possit etiã idem fuisse dei spiritus semper in Saul: malus aũt illi, q. eius sanctitatis capax nõ esset. Sed nõ rectè hoc uidetur: Tutior est enim ille sensus & uerior, ut pro mutabilitate adfectionis humanæ spiritus dei bonus bene adficiat uel ad prophetã, uel ad opus quodlibet aliud in munere diuino: adficiat aũt malus malè, qui propter ministerium diuinæ pietatis omnia distribuentis, & omnibus rectè utentis, dicitur & ipse spiritus dei, præsertim quia dictum est: Recessit ab eo spiritus dei, & adprehendit eum spiritus malignus à domino. Nullo enim pacto potest idem uideri recessisse & adprehendisse

Lucæ 22.

1. Regũ 16.

Roman. 1.

Sapient. 1.

Hierem. 23

Actor. 6.

2. Corin. 3.

1. Corin. 2.

Roman. 8.

1. Corin. 12

Genes. 1.

1 Regũ 16.

hendisse. Porrò in nonnullis exemplaribus, uel eis maximè quæ de lingua Hebræa ad uerbum uidentur expressa, inuenitur spiritus dei sine additamento positus, & intelligitur malus ex eo, quòd arripiebat Saul, & reficiebat cum Dauid tangendo citharam. Manifestum est autem, non additum malus, quia superius iam dictum erat, & de uicinitate scripturæ subaudiri & intelligi poterat. Ita enim in huiusmodi exemplaribus legitur: Igitur quandocunq; spiritus domini arripiebat Saul, tollebat Dauid citharam, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, & leuius habebat, recedebat enim ab eo spiritus malus. Siue ergo quòd hic non est dictum, spiritus dei, sed tantummodo spiritus malus, quod ibi nunus dictum erat, tanquàm redditũ erat adparet, siue quia superius ita positum erat: Et dixerunt serui Saul ad eum: Ecce spiritus dei malus exagitat te, iubeat dominus noster, & serui tui qui coram te sunt, quærant hominem scientem psallere cithara, ut quando arripuerit te spiritus dei malus, psallat manu sua & leuius feras, non opus erat eum rursum diceretur quandocunq; spiritus dei arripiebat Saul addere malum, quia notum erat de quo nunc diceretur. Veruntamen illa quæstio maior est, & non transitoria animi intentione rimanda, quòd cum Saul persequeretur Dauid innocentem plenus inuidia & liuore uæsanus, factus est super eum spiritus dei, et ambulauit ingrediens, & prophetauit. Non enim potest hic nisi spiritus bonus intelligi, per quem sancti prophetæ futurarum rerum imagines & uisa cernebant, non ex eo tantum quia dictum est: Et prophetabat, nam in exemplaribus quæ sunt ex Hebræo, hoc quoq; inuenitur de spiritu malo dictum ita: Post diem autem alterum inuasit spiritus dei malus Saul, & prophetauit in medio domus suæ. Et in alijs diuinarum scripturarum locis inuenitur, q. prophetia non tantum bona, sed etiam mala dicitur: & prophetæ dicti sunt Baalim, & exprobratum est quibusdam, qui prophetabant in Baal. Non ergo necesse est intelligi propterea bonum spiritum qui factus est super Saul, postea quia dictum est: Et ambulabat ingrediens, & prophetabat: Sed quia sine additamento positum est: Factus est spiritus dei super eum: Non enim sicut in illo loco dictum erat supra: Spiritus dei malus, ut ex hoc posset etiam in consequentibus subaudiri, quinimmò superiora magis magisq; attestantur illum spiritum dei bonum fuisse, & uerè propheticum. Dauid enim erat cum Samuële, & misit Saul nuncios qui adprehenderent Dauid. Cum autem Samuël erat inter prophetas, & cœtum prophetarum qui illo tempore prophetabant, nuntij qui missi sunt accepto eodem spiritu prophetauerunt, missisq; alijs hoc contigit, & tertijs nihilominus, postea cum & ipse Saul uenisset factus est etiam super eum spiritus dei, & prophetabat & ipse, & ambulabat ingrediens, & prophetabat. Cum enim dicitur: Et factus est super ipsos spiritus dei, & prophetabant, et ipse idem utiq; erat spiritus, qui erat in prophetis, inter quos & Samuël inuentus est, & ex hoc utiq; necesse est intelligi illum bonum spiritum. Atq; ideo quæstio diligenter discutienda est, quomodo & illi qui missi essent ad tenendum hominem, & ad necem adducendum tali spiritu affici meruerunt, & Saul ipse, qui miserat, ueniens, & ipse sanguinem innocentem quærens effundere, accipere meruit illum spiritum, & prophetare. Hic nimirum occurrit illud, quod apostolus Paulus apertissimè exponit supereminentem uiam demonstrans: Si linguis hominum loquar, inquit, & angelorum, charitatem autem non habeam, factus sum uelut æramentum sonans, aut cymbalum tinniens. Et si habuero prophetiam, & sciuero omnia sacramenta, & omnem scientiam, & habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero omnem substantiam meam, & si tradidero corpus meũ, ita ut ardeam, charitatem autem non habeam, nihil mihi prodest. Quo in loco manifestum est eum munera illa cõmemorasse, quæ spiritussancti diuisionibus dantur, sicut superius dicit: Vnicuiq; autem datur manifestatio spiritus ad utilitatem, alij autem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ secundum eundem spiritum, alteri autem fides in eodem spiritu, alij donatio curationum in uno spiritu, alij operationes uirtutũ, alij prophetia, alij dijudicatio spirituum, alteri genera linguarum. Omnia autem hæc operatur unus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Satis ergo adparet inter dona sancti spiritus esse prophetiã, quam tamen si quis habeat, & charitatem non habeat, nihil est. Ex quo intelligitur fieri posse, ut quidam etiam indigni uita æterna regnoq; cœlorum, adspergantur tamen quibusdam spiritussancti muneribus, non habentes charitatem, sine qua illa munera nonnihil sunt, sed nihil eis prosunt. Prophetia quippe sine charitate, sicut demonstratum est, non perducit ad regnum dei, charitas uero sine prophetia utiq; perducit ad regnũ dei. Cum enim loquens de membris Christi ait: Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes prophetæ? Indubitanter ostendit etiam eum, qui prophetiam non habet, posse in membris Christi numerari. Vbi quem locũ haberet, si charitatem, sine qua homo nihil est, nõ haberet? Nullo autem modo ita diceret, quando de membris ageret, quibus Christi corpus impletur. Nunquid omnes habent charitatem, quemadmodũ dixit: Nunquid omnes Apostoli? Nunquid omnes prophetæ? Nunquid omnes uirtutes? Nunquid omnes dona habent curationum? Et cætera huiusmodi. Sed dicit aliquis, posse quidem fieri ut prophetiã quisq; non habeat, & tamen habeat charitatem, atq; ideo Christo annutueratus inhæreat, sed fieri non posse ut prophetiam habeat, & non habeat charitatem: nihil enim est homo habens prophetiam sine charitate. Ita fortasse quemadmodum possumus dicere, nihil esse hominem habentem animam sine mente, non quia potest inueniri homo qui mentem non habeat, habens animam, sed quia nihil esset si inueniri posset: Sic etiam dici potest, si corpus figuram habeat, colorem non habeat, uideri non potest, non quia est corpus cui desit color, sed quia si deesset, cerni non posset. Ita fortasse dictum est, quòd si quis habeat prophetiam

1. Reg. 18. & 19.

1. Regũ 18.

1. Regũ 19.

1. Regũ 16.

1. Regũ 19.

1. Corin. 13

1. Corin. 12

phetiam, & charitatem non habeat, nihil est, non quia potest in quoquam prophetia esse sine charitate, sed quia si esset, prodesse non posset. Opus est igitur ad soluendam istam quæstionem, ut ostendamus aliquem reprobum hoc donum habuisse prophetiæ, quòd si neminem inueneri-
Num. 24. mus, hoc ipsi ipse Saul satis ostenderet. Sed tamen ille etiam Balaam reprobus adparet, non enim eum tacet scriptura diuino iudicio esse damnatum, & tamen prophetiam habebat, & quia charitas ei deerat, inerat uoluntas maledicendi populo Israëlitico, quam hostis pretio comparauerat, qui eum ad maledicendum mercede conduxerat, dono tamen illo prophetandi, quo adspergebatur, benedicebat inuitus. Nec uerba illa parum attestantur huic sententiæ, quæ in Euangelio scripta sunt, multos dicturos in illa die.
Luc. 13. Matth. 7. Domine domine coram te manducauimus & bibimus, & in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus, quibus tamen dicturus est: Non noui uos, recedite à me operarij iniquitatis. Non enim eos mentientes putabimus ista dicturos in illo iudicio, ubi nullis erit fallendi locus, aut ullam uocem talium legimus dicentium, dilexim⁹ te. Poterunt ergo dicere: In nomine tuo prophetauimus cum sint improbi: non autem poterunt dicere, dilectionem quam mandasti tenuimus. Nam si dicunt, nõ eis respondebitur: Non noui
Ioan. 13. uos. In hoc enim cognoscitur, inquit, quia discipuli mei estis, si uos inuicem diligatis. Exemplum itaq; huius Saul, resistit superbis nonnullis hæreticis, qui uel aliquid boni de muneribus sancti spiritus negant posse dari eis, qui ad sanctorum sortes non pertinent, cum eis dicimus habere illos posse sacramentum baptismi, quòd cum ad ecclesiam catholicam ueniunt, non est in eis ullo modo uiolandum, aut quasi non habeant tradendum, sed tamen eos non ideo saluti debere confidere, quia non improbamus quod illos accepisse credimus, sed oportere cognoscere unitatis societatem uim charitatis incundam, sine qua omnino quicquid habere potuerint, quàmuis per se sanctum ac uenerandum, ipsi tamen nihil sunt, tanto indigniores effecti uitæ æternæ præmio, quanto illis donis non benè usi sunt, quæ in hac uita, quæ transitoria est, acceperunt. Non autem
1. Corin. 13 benè utitur nisi charitas, & charitas omnia tolerat, atque ideo non scindit unitatem, cuius ipsa est fortissimum uinculum. Non enim & seruus ille non accepit talentum,
Matth. 25. aut aliquid aliud intelligitur talentum quàm munus aliquod diuinum, sed qui habet dabitur ei, qui autem non habet, & quod habet, auferetur ab eo: quod non habet, auferri non potest, sed aliud non habet, ut merito auferatur quod habet. Non habet charitatem utendi, ut auferatur quicquid aliud habet, quod sine charitate non prodest.
Non igitur mirum est regem Saul et eo tempore, quo primum unctus est, accepisse spiritum prophetandi, & postea cum esset propter inobedientiam reprobatus, recedente ab eo spiritu domini, arreptum esse maligno spiritu à domino, qui etiam ipse spiritus domini appellatus est propter ministerium, quia omnibus etiam spiritibus malis benè utitur dominus, uel ad damnationem quorundam, uel ad probationem, & quàmuis non sit malignitas à domino, non est tamen potestas nisi à deo. Dictumq; est etiam: Sopor domini occupauerat milites eiusdem 1. Regũ 26
Saul, cum Dauid hastam & cyphum abstulisset à capite dormientis, non quia tunc sopor in domino erat ut ipse dormiret: sed quia ille sopor, qui tunc homines adprehenderat, nutu dei erat infusus, ne Dauid & seruorum eius in eo loco præsentia sentiretur. Neq; illud mirũ est rursum eundem Saul accepisse spiritum prophetiæ, cum per- 1. Regũ 19.
sequeretur iustum, & eum comprehensurus & necaturus, uenisset in locum ubi erat congregatio prophetarum. Sic enim satis monstratum est, neminem de tali munere iam securum esse debere tanquàm sit acceptissimus deo, si non habeat charitatem, quandoquidem illud donum & Sauli dari potuit propter arcanum quidem alicuius sacramenti, sed tamen dari potuit reprobato, inuido, & ingrato, & reddenti mala pro bonis, & ne post ipsam quidem acceptionem spiritus correcto in melius atq; mutato.

AGè iam uideamus quomodo dictum sit: Pœnitet me quòd constituerim regem Saul. Quæris Quæst. 11. 1. Regũ 15.
enim, non utiq; in talium uerborum intellectu rudis, sed rudimenta explorans in ea paterno studio et benigna cura, quomodo pœniteat aliquis dominum, in quo sit omnis præscientia. Ergo cum hoc de domino dicitur, indignum aliquid dici arbitrarer, si aliquid dignum inueniretur, quod de illo diceretur. Cum uero uerba omnia, quibus humana colloquia conferuntur, illius sempiterna uirtus & diuinitas mirabiliter atq; incunctanter excedat, quicquid de illo humanitus dicitur, quod etiam hominibus adspernabile uideatur, ipsa humana admonetur infirmitas etiam illa, quæ congruenter in scripturis sanctis de deo dicta existimat, humanæ capacitati aptiora esse quàm diuinæ sublimitati, ac per hoc etiam ipsa esse transcendenda, est sanior intellectus, sicut ista qualicunq; transcensa sunt. Quis est enim hominum, cui non occurrat in deo cuncta præscienti, pœnitentiam esse non posse? Et certè tamen hæc duo uerba sunt, pœnitentia & præscientia, quorum quia unum congruè credimus deo, id est, præscientiam, negamus in eo esse pœnitentiam. Cum uero alius liquidiore consideratione ista pertractans, quæsierit quemadmodum uel ipsa præscientia deo congruat, & inuenerit huius etiam uerbi notionem illius ineffabili diuinitate longè latèq; superari, non miretur utrunq; de illo propter homines dici potuisse, de quo utrunq; propter ipsum incongruè diceretur. Quid est præscientia, nisi scientia futurorũ? Quid aũt futurũ est deo, qui omnia supergreditur tẽpora? Si enim in scientia res ipsas habet, nõ sunt ei futuræ, sed præsentes, ac per hoc nõ iam præscientia, sed tantum scientia dici potest. Si autem sicut in ordine temporalium creaturarum, ita & apud eum nondum sunt quæ futura sunt, sed ea præuenit sciendo.

sciendo. Bis ergo ea sentit, uno quidem modo secundum futurorum præscientiam, altero uero modo secundū præsentium scientiam. Aliter ergo temporaliter accedit scientiæ dei, quod absurdissimum atq; falsissimum est. Nec enim potest quæ uentura prænoscit nosse cum uenerint, nisi bis innotescant, & prænoscendo antequàm sint, & cognoscendo cum iam sunt. Ita fit ut quod longè à ueritate seclusum est, temporaliter aliquid accedat scientiæ dei, cum temporaliter quæ præsciuntur etiam præsentia sentiuntur, quæ non sentiebantur antequàm fierent, sed tantummodo præsciebantur. Si uero etiam cum uenerint quæ præsciebantur esse futura, nihil noui accedit scientiæ dei, sed manebit illa præscientia sicut erat etiam priusquàm uenirent quæ præsciebantur, quomodo iam præscientia dicetur, quando non est rerum futurarum? Iam enim præsentia sunt quæ futura cernebat, & paulopost erunt præterita. Præteritarum autem rerum sicut præsentium nullo modo potest dici præscientia. Reditur ergo ad id ut fiat rebus iam præsentibus scientia, quæ eisdem rebus futuris erat præscientia, & cum ea quæ præscientia erat prius, postea scientia fiat in deo, admittit mutabilitatem, & temporalis est, cum sit deus qui uerè summéq; est, nec ulla ex parte mutabilis, nec ullo motu nouitio temporalis. Placet ergo ut non dicamus præscientiam dei, sed tantummodo scientiam, quæramus & hoc quomodo: Non enim scientiam solemus dicere in nobis, nisi cum sensa & intellecta memoria retinemus, cum meminimus aliquid sensisse nos uel intellexisse, ut id cum uolumus recolamus. Quod si ita in deo est, ut posit propriè dici, intelligit & intellexit, sentit & sensit, admittat tempus & surripit, nihilominus illa mutabilitas longè à dei substantia remouenda est, & tamen & scit deus, & præscit deus ineffabili modo, sic cum & pœnitet ineffabili modo. Cum enim scientia dei longè distet ab humana scientia, ita ut irridenda sit comparatio, utrocq; tamen scientia uocatur, & hæc quidem humana talis est, ut dicat de illa Apostolus etiam, scientia destruetur, quod nullo modo rectè de scientia dei dici potest. Sic & ira hominis turbata est, & non sine cruciatu animi: ira uero dei, de qua dicitur in Euangelio: Sed ira dei manet super eum. Et Apostolus: Reuelabitur enim ira dei de cœlo super omnem impietatem, illo in tranquillitate iugiter manente, in creatura subdita exercet admirabili æquitate uindictam. Misericordia quoque hominis habet nonnullam cordis miseriam, unde etiam in latina lingua nomen accepit: Nam inde est etiam, quòd non solum gaudere cum gaudentibus, sed etiam flere cum flentibus hortatur Apostolus. Quis autem sano capite dixerit ulla miseria tangi deum, quem tamen ubiq; scriptura multæ misericordiæ esse testatur? Ita & cœlum humanum non sine peste liuoris intelligimus, cælantem uero deum non ita, sed eodem uerbo, non eodem modo. Longum est percurrere cætera, & sunt innumerabilia, quibus ostenditur multa diuina iisdem nominibus adpellari, quibus humana cum incomparabili diuersitate iuncta sunt, nec tamen frustra eadem sunt rebus utriq; indita uocabula, nisi quia hæc cognita, quæ in quotidiana consuetudine uersantur, & experimentis usitatioribus innotescunt, nonnullam ad intelligenda illa sublimia præbent uiam. Cum enim desero de humana scientia mutabilitatem, & transitus quosdam à cogitatione in cogitationem, cum recolimus ut cernamus animo quod in contuitu eius pauloante non erat, atq; ita de parte in partem crebris recordationibus transilimus, unde etiam ex parte dicitur esse Apostolus nostram scientiam. Cum ergo hæc cuncta distraxero, & reliquero solam uiuacitatem certæ atq; inconcussæ ueritatis, atq; una æterna contemplatione collustrantis, imò non reliquero, non enim habet hoc humana scientia, sed pro uiribus cogitauero, insinuatur mihi utcunq; scientia dei, quod tamen nomen ex eo quod sciendo aliquid non latet hominem, potuit esse rei utriq; commune, quanquàm & in ipsis hominibus solet discerni à sapientia scientia, ut etiam Apostolus dicit: Alij quidem per spiritum datur sermo sapientiæ, alij sermo scientiæ, secundum eundem spiritum: In deo autem nimirum nō sunt hæc duo, sed unum: & in hominibus quidem ait discerni probabiliter solent, ut sapientia pertineat ad intellectum æternorum, scientia uero ad ea quæ sensibus corporis experiuntur. Sed licet alius aliam differentiam proferat, nisi tamen diuersa essent, non sic ab Apostolo distinguerentur. Quod sanè si ita est, ut nomen scientiæ rebus, quas per sensum corporis experimur, deputatum sit, nulla est omnino scientia dei. Non enim deus per seipsum ex corpore & anima constat, sicut homo: Sed melius dicitur aliam esse scientiam dei, et non eiusdem generis cuius ista est quæ hominum dicitur, sicut etiam idipsum quod deus dicitur, longè aliud est quàm quemadmodum dictum est, quia stetit in synagoga deorum. Tamen ad non latere quomodo pertinet communicatio ipsa uocabuli, sic etiam de ira hominis detrabo turbulentum motum, ut remaneat uindictæ uigor, atq; ita utcunq; adsurgo in notitiam illius, quæ appellatur ira dei. Item de misericordia si auferas compassionem, cum eius quem miserearis participatus es miseriæ, ut remaneat tranquilla bonitas subueniendi, & à miseria liberandi, insinuatur diuinæ misericordiæ qualiscunq; cognitio. Zelum quoq; dei non repudiemus & adspernemur, cum scriptum inuenimus, sed auferamus de humano zelo pallidam tabem doloris, & morbidam perturbationem animi, remaneatq; illud solum iuditium, quo corruptio castitatis impunita esse non sinitur, & adsurgimus ut incipiamus aliquo modo capere zelum dei. Quapropter cum legimus etiam dominum dicentem: Pœnitet me, consideremus quid id esse soleat: In hominibus opus pœnitendi est, cum proculdubio reperitur uoluntas mutandi, sed in homine cum dolore animi est, reprehendit enim in se quod temere fecit. Auferamus ergo ista quæ de humana infirmitate atq; ignorantia uenium, & remaneat solum

2. Corin. 13
Ioan. 3.
Roman. 1.
Roman. 12.
Psalm. 85.
1. Corin. 13
1. Corin. 12
Psalm. 81.
1. Reg. 15.

ſolum uelle, ut non ita ſit aliquid quemadmodum erat, ſic poteſt aliquantulum intimari menti noſtræ, qua regula intelligatur quòd pœnitet deum. Cum enim pœnitere dicitur, uult nõ eſſe aliquid ſicut fœcerat ut eſſet, ſed tamen id cum eſſet ita eſſe debebat, & cum ita eſſe iam non ſinitur, iam non debet ita eſſe, perpetuo quodam & tranquillo æquitatis iudicio quo deus cuncta mutabilia incommutabili uoluntate diſponit. Sed quoniam præſcientiam & ſcientiam cum laude ſolemus dicere in hominibus, iramq; ipſam ſolet humanum genus in magnis poteſtatibus timere potius quam reprehendere, congruenter putamus talia dici de deo. Qui autem zelat, & quem aliquid pœnitet, quoniam uel culpari ſolet uel in ſe culpam corrigere, atque ideo cum reprehenſione iſta dici de hominibus, propterea mouet cum legimus eſſe aliquid in deo eiuſmodi. Sed illa ſcriptura omnibus conſulens propterea magis & iſta ponit, ne illa quæ placent ſic intelligantur in deo, quomodo conſueuerunt in hominibus intelligi. Per hæc enim quæ diſplicent cum ea non audeamus ſic intelligere in deo ut inueniuntur in homine, diſcimus etiam illa quærere quæ apta eſſe atque conuenientia putabamus. Nã ſi propterea non eſt illud de deo dicendum, quia in homine diſplicet, non dicamus incommutabilem deum, quia de hominibus cum reprehenſione dictum eſt, non enim eſt illi commutatio. Item quædam in homine ſunt laudabilia, in deo autem eſſe non poſſunt, ſicut pudor, q; ætatum uiridiorum magnum eſt ornamentum, ſicut timor dei non eſt tamen in ueteribus libris laudatus, ſed Apoſtolus etiam dicit. Perficientes ſanctificationem in timore dei, qui utique in deo nullus eſt. Sicut ergo quædam laudabilia hominum non recte dicuntur in deo, ſic quædam culpabilia hominum recte intelliguntur in deo, non ita ut in hominibus, ſed uocabulis tantummodo communibus, longe alia ratione & modo. Nam paulopoſt
1.Reg.15 idem Samuel cui dixerat dominus: Pœnitet me quòd conſtituerim regem Saul, ipſi Sauli ait de deo: Quoniam non eſt ſicut homo ut pœniteat eum, ubi uidelicet ſatis oſtendit etiam cum deus dicitur: Pœnitet me, non humano more accipiendum eſſe, ſicut iam quantum ualuimus diſputauimus.

4.Reg.2 ITem quæris, utrum ſpiritus immundus qui erat in Phytoniſſa potuerit agere ut Samuel á Saule uideretur & loqueretur cum eo. Sed multo maioris miraculi eſt, quòd ipſe ſathanas princeps omnium immundorum ſpirituum potuit loqui cum deo & petere ad temptandũ
Luce.7 Iob iuſtiſſimum uirum, qui etiam temptandos Apoſtolos petijt. Aut ſi hoc non habet difficilem quæſtionem, quia per quam uoluerit creaturam, cui uoluerit creaturæ ubiq; præſens ueritas loquitur, nec propterea magni meriti eſt cui loquitur deus. Intereſt enim quid loquatur, quia & imperator cum multis innocentibus non loquitur, quibus prouidentiſſime conſulit ad ſalutem, & cum multis nocentibus loquitur, quos iubet interfici. Si ergo hinc propterea nulla quæſtio eſt, nulla ſit quæſtio, quomodo etiã inuiſibilis ſpiritus cũ anima ſancti uiri loqui potuerit. Omnibus enī ſanctis, deus creator et ſanctificator lõge utiq; maior eſt. Quòd ſi hoc mouet q; licuerit maligno ſpũi excitare animam iuſti, & tanquam de abditis mortuorũ receptaculis reuocare, nõne magis mirandum, quòd ſathanas ipſum deum aſſumpſit et conſtituit ſuper pinnam templi? Quolibet enim modo fecerit, ille etiam modus quo Samuel factum eſt ut excitaretur ſimiliter latet. Niſi forte quis dixerit faciliorem diabolo fuiſſe licentiam ad deum uiuum, unde uoluit aſſumendum, & ubi uoluit conſtituendum, quam ad Samuelis defuncti ſpiritũ á ſuis ſedibus excitandum. Quòd ſi illud in Euangelio nos ideo non perturbat, quia dominus uoluit atque permiſit, nulla diminutione ſuæ ptãtis & diuinitatis id fieri, ſicut ab ipſis Iudæis quamq; peruerſis atque immundis & facta diaboli facientibus & teneri ſe & uinciri & illudi & crucifigi atq; interfici paſſus eſt, non eſt abſurdum credere ex aliqua diſpenſatione diuinæ uoluntatis permiſſum fuiſſe, ut non inuitus nec dominante aut ſubiugante magica potentia, ſed uolens atq; obtẽperans occultæ diſpenſationi dei quæ Phytoniſſam illam & Saulem latebat, conſentiret ſpiritus prophetæ ſancti ſe oſtendi aſpectibus regis diuina eum ſententia percuſſurus. Cur enim anima boni hominis, á malis uiuis euocata ſi uenerit, amittere uideatur dignitatem ſuam, cum & uiui plærunq; boni uocati ad malos ueniant & agant cum eis quòd officiũ poſtulat æquitatis ſeruato atq; inconcuſſo decore uirtutis ſuæ, & illorum uitijs pro rerum præſentium uel uſu uel neceſſitate tractatis? Quãq; in hoc facto poteſt eſſe alius facilior intellectus & expeditior exitus, ut non uere ſpiritum Samuelis excitatum á requie ſua credamus, ſed ali quòd Phantaſma, & imaginariam illuſionem diaboli machinationibus factam, quam propterea ſcriptura nomine Samuelis appellat, quia ſolent imagines rerum earum nominibus appellari quarum imagines ſunt. Sic omnia quæ pinguntur atq; finguntur ex aliqua parte materiæ metalli aut ligni uel cuiuſcunq; rei aptæ ad opa huiuſmodi, quæq; etiã uidentur in ſomnis, et omnes fere imagines earũ rerum quarum imagines ſunt appellari nominibus ſolent. Quis eſt enī qui hominẽ pictum dubitet uocare hominem, quando quidem & ſingulorum picturam cũ aſpicimus ꝓpria qnæq; nomina incunctantur adhibemus: Velut cũ intuentes tabulam aut parietem, dicimus, ille Cicero eſt, ille Saluſtius, ille Achilles, ille Hector, hoc flumen Simois, illa Roma, cum aliud nihil ſint quam pictæ imagines. Vnde Cherubin cum ſint cœleſtes ptãtes, Exod.26
facta tamẽ ex metallo, quòd imperauit deus ſuper arcã teſtamenti, magnæ rei ſignificandæ gratia, non aliquid quã Cherubin illæ quoque effigies uocitantur. Item ſi quis uidet ſomniũ, nõ dicit: Vidi imagnem Auguſtini aut Simpliciani, ſed uidi Auguſtinum aut Simplicianum, cũ eo tẽpore quo tale aliquid uidit nos ignoremus. Vſq; adeo manifeſtum eſt, non ipſos homines ſed imagines eorum uideri. Et Pharao ſpicas ſe dixit uidiſſe in ſomnis et boues, nõ Genes.19

ſpicarum aut boum imagines. Si uero liquido conſtat nō ominibus earum rerū quarū imagines ſunt, eaſdem imagines appellari, nō mirū eſt quòd ſcriptura dicit Samuelem uiſum, etiam ſi fortè imago Samuelis uiſa apparuit, Machinamento eius qui transfigurat ſe uelut in angelum lucis, et miniſtros ſuos uelut miniſtros iuſticiæ. Iam uero ſi illud mouet, quomodo à maligno ſpiritu Sauli uera prædicta ſunt, poteſt & illud mirum uideri, quomodo dæmones agnouerint Chriſtū, quem Iudæi nō agnoſcebant. Cū enim uult deus etiam per infimos & infernos ſpiritus aliquem uera agnoſcere, temporalia dūtaxat atq; ad iſtam mortalitatem pertinētia, facile eſt & nō incongruum ut omnipotens & iuſtus ad eorum pœnam quibus iſta prædicantur, ut malum quòd eis impendit anteq̄ ueniat prænoſcēdo patiantur, occulto apparatu myſteriorum ſuorū etiam ſpiritibus talibus aliquid diuinationis impertiat, ut quòd audiunt ab angelis prænuncient hominibus. Tātū aūt audiūt, quantū oīm dominus atq; moderator uel iubet uel ſinit. Vnde etiā ſpiritus Phytonicus in Actibus Apoſtolorū atteſtatur Paulo Apl'o, & Euangeliſta eſſe conatur. Miſcent tamē iſti fallacias ſuas, & uerū q̄ noſſe potuerint, nō docendi magis q̄ decipiendi fine prænunciant. Et fortè hoc eſt q̄ cū illa imago Samuelis Saulem prædiceret moriturū, dixit etiā ſecū futurū, q̄ utiq; falſum eſt. Magno quippe interuallo poſt mortē ſepari bonos à malis in Euāgelio legimus, cū dominus inter ſupbū illū diuitem, cū iā apud inferos tormenta pateretur, & illū qui ad eius ianuam ulceroſus iacebat, iā in requie conſtitutū, magnū Chaos interiectū eſſe teſtatur. Aut ſi ꝓpterea Samuel Sauli dixit: Mecū eritis, non ut æqualitatē fœlicitatis, ſed ad parē cōditionē mortis referatur, q̄ uterq; homo fuerit, & uterq; mori potuerit, iamq; mortuus mortē uiuo prænunciabat. Perſpicit quātū opinor prudentia tua ſecundū utrunq; intellectū habere exitū illā lectionem, quæ nō ſit contra fidem, niſi forte ꝓfundiore & ꝓplexiore inquiſitione, quæ uel uiriū mearū uel tēpis excedit anguſtias, inuēiatur ad liquidū, uel poſſe aīam humanā cū ex hac uita migrauerit magicis carminibus euocatā uiuorū apparere conſpectibus etiā corpis liniamēta geſtantē, ut nō ſolū uideri ualeat, ſed & agnoſci. Et ſi poteſt, utrū etiā iuſti aīa, nō quidē cogatur magicis ſacris, ſed dignetur oſtendi occultioribus iperijs ſummæ legis obtēpans, ut ſi fieri non poſſe clarueriṫ, non uterq; ſenſus in huius ſcripturæ tractatione atq; expoſitione admittatur, ſed illo excluſo, imaginaria ſimulatio Samuelis diabolico ritu facta intelligatur. Sed quoniā ſiue illud fieri poſſit ſiue non poſſit, tamē fallacia ſathanæ atq; īaginū ſimulandarū callida opatio decipiendis humanis ſenſibus mulaformis inuigilat, pedetentim quidē inquiſitionibus diligentioribus præferibamus, ſed tamen potius exiſtimēus tale aliquid factū maligno Phytoniſſæ illius miniſterio, quādiu nobis aliquid amplius excogitare atque explicare non datur.

Quæſti. 4

QVòd aūt quæris, quid ſit quòd ſcriptū ſit: Intrauit rex Dauid & ſedit ante dominū, quid aliud intelligendū eſt, niſi quia ſedit in conſpectu domini, ſiue ubi erat Arca teſtamenti ꝓ q̄ ſacratior & cōmēdatior quædā præſentia domini accipi poteſt, ſiue oraturus ſedit, q̄ nō ſit rectè niſi conſpectu dei, hoc eſt ī intimo cordis? Poteſt enim ſic accipi q̄ dictū eſt: Ante dominū, ut nullus eſſet hominum qui audiret orantē. Siue ergo ꝓpter Arcā teſtamēti, ſiue ꝓpter ſecretū remotus ab arbitris, ſiue ꝓpter ītimū cordis ubi erat orantis affectus, cōuenienter dictum eſt: Sedit ante dominū: Niſi forte q̄ ſedens orauit, hoc mouet q̄ ſanctus Helias hoc fœcerit, quando pluuiā orando impetrauit. Quibus admonemur exēplis, nō eſſe ſcriptū quomodo corpus cōſtituatur ad orandū, dūmodo animus deo præſens peragat intentionē ſuā. Nā & ſtantes oramus, ſicut & ſcriptū eſt: Publicanus aūt de longinquo ſtabat: Et fixis genibus, ſicut in actibus Apoſtolorū legimus: Et ſedentes, ſicut, ecce Dauid & Helias. Niſi aūt etiā iacentes oraremus, nō ſcriptū eſſet in Pſalmis: Lauabo ꝓ ſingulas noctes lectū meū Lachrymis meis ſtratū meū rigabo. Cū enī quiſq; orationē quærit, collocat membra ſicut ei occurerit accōmodata pro tpe poſiti corpis ad mouendū animum. Cū aūt nō quæritur, ſed infertur appetitus orandi, cū aliquid repente uenit in mentē quo ſupplicandi moueatur affectus, gemitibus inenarrabilibus quocunq; modo inuenerit hominē, nō eſt utiq; differenda ratio, ut quæramus quo ſedeamus aut ubi ſtemus aut ubi proſternamur: Gignit enim ſibi mentis intentio ſollicitudinē, & ſæpe etiam obliuiſcitur ſe, uel ad quam cœli partem uel in qua poſitione corporis membra illud tempus inuenerit. Luce. 18. Act. 7. Pſalm. 6

IN uerbis aūt beati Heliæ quibus ait: O domine teſtis huius uiduæ cū qua ego inhabito apud ipſam, tu male fœciſti ut occideres filiū eius, nihil moueret ſi uera pronūciatio ſeruaretur, Vox eſt enim nō credentis q̄ tā male faceret dūs cū ea uidua quæ tā pie prophetā ſuſceperat, eo præſertim tēpore quo ibi erat, cui ꝓtulerat totū uictū ſuum tā exiguū in tā magna & ſumma inopia. Ita ergo dictū ē, ac ſi diceret: O dñe teſtis huius uiduæ cū qua ego inhabito apud ipſam, tu male fœciſti ut occideres filiū eius, ut intelligatur q̄ utiq; dñs qui teſtis cordis illius mulieris uidebat quanta eſſet pietas, unde etiā Heliā ipſe ad eā miſerat, nō malefaciēdi cauſſa, mortificauerat filiū eius, ſed ex hibēdi miraculi ad gloriā nominis ſui qua tantū ꝓphetam & tunc uiuentibus ac poſteris cōmendaret: Sicut dicit dñs, non ad mortē mortuū ſuiſſe Lazarū, ſed ut glorificaretur deus in filio ſuo. Et ideo cōſequentia probant & ipſa etiā fiducia qua credidit Helias, nō ad hoc illud cōtigiſſe ut acerbo luctu hoſpita eius affligeretur, ſed potius ad hoc factū, eſt ut deus magnificentius oſtenderet uiduæ qualem dei famulū ſuſcepiſſet. Sequitur ſcriptura et dicit: Et inſufflauit puero ter, & inuocauit dñm & dixit: Dñe deus meus reuertatur nūc anima pueri huius in eū. Et factū eſt ſic. Hæc ergo deprecatio qua petit Helias tā breuiter & tā fideliter ut reſurgat puer, ſatis indicat quo affectu dicta ſunt ſuperiora. Et ipſa mulier oſtendit Quæſti. 5 Iohan. 11

ad hoc

1. Reg. 28
1. Corin. 11
Matth. 8
Actis. 16
1. Reg. 28
Luce. 16
1. Reg. 28

ad hoc mortificatũ filium suum fuisse, ut quòd Helias factum esse præsumpserat, cum illa uerba non cõfirmando, sed renuendo enũciauerat. Cũ enim uiuum recepisset filiũ suum, ait: Ecce nunc cognoui, quoniã homo dei es tu, & uerbũ domini in ore tuo certißimum. Multa sunt aũt in scripturis quæ nisi illo modo pronuncientur, in cõtrariam sententiã incidunt, sicuti est: Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat: Si quasi confimans respõdeas, uides quanta puersitas oriatur. Sic ergo ꝓnũciandũ est, ac si dicatur: Deus ne qui iustificat? & subaudiatur, nõ utiq;. Ac p hoc apertam puto esse illam Heliæ sententiã, quã non seruata ꝓnunciatio faciebat obscurã. De spiritu mendacij per quẽ deceptus est Achab, hoc intelligamus, q, iã superius apte tractatũ arbitror, deũ scilicet oĩpotentẽ & iustum distributorem pœnarũ præmiorumq; ꝓ meritis, nõ solũ bonis & sanctis ministris uti ad opera congrua, sed etiã malis ad opera digna, cũ illi pro sua peruersitate nocere appetant, sinantur aũt tantum quantum ille iudicat, qui omnia in mensura & pondere & numero disponit. Dixit aũt hoc Micheas prophe ta quomodo sibi fuerit demonstratum: Occulta enim res & nimis secreta ita demonstratur ꝓphetis, sicut potest capere sensus humanus, cum etiam rerum imaginibus in reuelationibus tanq; uerbis instruitur. Nam quomodo deus hæc agat ubiq; præsens & ubiq; totus ac semper præsens, & quomodo eius simplicẽ & incõmutabilem æternamq; ueritatem consulant sancti angeli omnesq; ab eodẽ creati sublimes & mundißimi spiritus, atq; quòd in eo sempiterne iustum uident pro cõgruentia rerum inferiorum temporaliter peragant, quomodo etiam lapsi spiritus, qui in ueritate non steterunt, propter immundiciam & infirmitatem concupiscentiarũ & pœnarũ suarum, non ualentes præsentem intrinsecus contueri & consulere ueritatem, signa forinsecus per creaturam expectent, eisq; moueantur siue ad faciendum aliquid siue ad non faciendum, quò ue modo cogantur æterna lege qua uniuersitas regitur uincti atq; cõstricti, uel sinente deo operari, uel cedere iubenti & compellenti, arduum & explicare longißimum est. Vereor autẽ ne ista quæ sunt à me dicta & non satisfecerint expectationi, & tædio fuerint grauitati tuæ, quandoquidem cum tu ex omnibus quæ interrogasti unum á me libellum mitti uelles, ego duos libros longißimos misi, & fortasse quæstionibus tuis nequaq; diligenter expeditq; respondi. Quãobrem preces tuas pro erratis meis mutas & assiduas pro fieri, sententiam uero de hoc opere tuam breuißimam, sed grauißimam flagito, & dum sit uerißima, sæuerißimam non recuso,

Rom. 8

3. Reg. 22

Sapie. 11

Iohan. 8

Explicit secundus liber sancti Augustini ad Simplicianum de quæstionibus ex libris Regum.

DIVI AVRELII AVGVstini Hipponensis episcopi, in librũ contra Epistolam Manichei, quam uocant fundamenti, argumentum ex secundo libro retractationum.

LIBER CONTRA EPISTOlã Manichei, q̃ uocant fundamẽti principia eius sola redargui, sed in cæteris illius partibus annotationes ubi uidebatur affixæ sunt, quibus tota subuertitur & quibus commouerer si quando contra totam scribere uacauisset.

DIVI AVRELII AVGVstini Hipponẽsis epi, in libros quæstionum Euangeliorum, ex secundo libro retractionum.

Argumentum.

QVNT QVAEDAM EXPOsitiones quorũdã locorũ ex Euangelio secundũ Matthæũ, & aliæ similiter secundũ Lucã, in unũ librũ illæ, in alterũ istæ redactæ sunt. Titulus aũt huius opis est, quæstiones Euangeliorũ. Sed quare illa sola de supradictis Euãgelicis libris expositæ fuerint, quæ his libris meis cõtinentur, & quæ ista sint, ꝓlogus meus, adiũctis atq; enumeratis eisdẽ quæstionibus, ita ut quisq; legere q, uoluerit, numeros secutus inueniat, satis indicat. In primo ergo libro in eo q, positũ est: Dñm seorsũ duobus discipulis suã retulisse passionẽ, mendositas codicis nos fefellit: Nã duodecim scriptũ est, nõ duobus In secundo libro uolens exponere, quõ duos patres potuerit habere Ioseph, cuius coniunx dicta est uirgo Maria, illud quòd phibetur fratrẽ dixisse defuncti fratris uxorẽ, ut ei semen secundũ legem suscitaret, ideo dixi esse infirmum, quoniã qui nasceretur, nomẽ defuncti lex eũ iubebat accipere, nõ est uerũ. Nomen enim defuncti q, dictũ est, ad hoc lex ualere præcepit, ut eius filius diceretur, non ad hoc ut hoc quòd ille uocaretur

Matth. 20

Deuter. 25

Eiusdẽ diui Augustini in quæstiones Euãgeliorum ꝓlogus, cum capitulorũ eiusdẽ operis directorio ab eodem collecto.

HOc opus nõ ita scriptũ est, ac si Euãgeliũ exponẽdum ex ordine susceptũ esset á nobis, sed ꝓ arbitrio & tẽpore cõsulentis cũ quo legebatur, si quid ei uidebatur obscurũ: Ideoq; multa & fortaßis obscuriora prætermißa sunt, quia iã ea nouerat, qui ea quæ nondũ nouerat inquirebat, nec tenere uolebat festinationẽ suã i his quæ antea iã sic accæperat, ut etiã aßiduitate audiendi atque tractandi memoriæ stabiliter firmeq; mandaret. Nõnulla etiã hic nõ eodem ordine inueniuntur exposita quo in

Euãgelio uarrata ſunt, quoniã quædam feſtinatione dilata cũ tẽpus daretur, retractabantur, & eo loco ſcribebantur qui uacuus in ordine iam expoſitarũ rerũ ſubſequebatur: Quòd poſteaq; comperi, ne quis forte quærens aliquid legere in hoc opere q, eũ in Euangelio mouiſſet, & ad quærẽdũ excitaſſet actio perturbati ordinis offenderetur, quandoquidẽ ea quæ carptim ut poterã, dictabantur in unũ cor pus collecta & contexta cognoui, fœci ut ordo numerorñ præſcriptus titulis quòd cuique opus eſſet, facile inueſtigaret.

DIVI AVRELII AVGVſtini quæſtionum Euangeliorum, liber primus incipit.

Quod ait: Nemo nouit filium niſi pater. Cap. I.

Matth. 11

CVM DICERET DOMInus Iẽſus: Nemo nouit filiũ niſi pater, nõ dixit, & cui uoluerit pater reuelare, quẽadmodũ cũ diceret: Nemo nouit patrẽ niſi filius, addidit, & cui uoluerit filius reuelare. Quòd nõ ita itelligendũ eſt, quaſi, filius á nullo poſſit cognoſci niſi á patre ſolo, pater dũt non ſolum á filio, ſed etiã ab eis quibus reuelauerit filius. Sic enim potius dictum, eſt, ut intelligamus & patrẽ et ipſũ filiũ p filiũ reuelari, quia ipſe eſt mentis noſtræ lumẽ, ut q, poſtea intulit, & cui uoluerit filius reuelare, non tamen patrem, ſed etiã filiũ accipias, Ad totũ enim quòd dixit, illatũ eſt: Verbo enim ſuo ipſe pater declaratur. Verbum autem non ſolum id quòd per uerbum declaratur, ſed etiam ſeipſum declarat.

Quod diſcipuli domini cœperunt uellere ſpicas & manducare. Cap. II.

QVòd diſcipuli dñi cœperunt uellere ſpicas & manducare: Quòd niſi confricantes eas facere nõ poſſent, hoc eſt, mortificatæ mẽbra ueſtra quæ ſunt ſup terrã, ideſt quia quiſq; nõ tranſit in corpus Chriſti, niſi carnalibus expoliatus. Hinc eſt: Exuite uos ueterem hominẽ. Hinc eſt: Circumciſione non manufacta in expoliationem carnis.

De lino fumigante. Cap. III.

Matth. 12

ARundinem quaſſatã Iudæos dicit, propter quòd & unũ erant, & abinuicem diſcrepabant. In lino fumigante notandũ, quia deſerto lumine facit putorem.

De cœco & muto. Cap. IIII.

Math. 12

TVnc oblatus eſt ei dæmoniũ habens, cœcus et mutus, ideſt, qui nõ credit, & ſubditus eſt diabolo, qui

Roman. 6

non intelligit, & non cõfitetur ipſam fidẽ, de qua dictum eſt: Ore aut confeſsio fit ad ſalutem, uel qui non dat laudem deo.

Quod ait: Si ego in Beelzebub eiſcio dæmones. Cap. V.

QVòd dixit: Et ſi ego in Beelzebub eijcio dæmones, etiã ſecundũ ueſtrã ſententiã: Igitur puenit in uos regnum dei, quia regnũ diaboli Matth. 12
ſtare nõ põt, q, aduerſum ſe diuiſum fatemini. Regnũ dei nunc dicit quo dãnantur impij, & á fidelibus de peccatis ſuis pœnitẽtiã nũc agẽtibus ſecernũtur. Fortẽ illũ appellat, quia ipſe tenebat ne poſſent uiribus ſuis ab illo ſe homines eruere, ſed per gratiã dei. Vaſa eius dicit omnes infideles. Niſi prius alligauerit fortẽ, alligauerit dixit potẽſtatẽ illi ademerit impediendi uoluntatẽ fidelũ á ſequendo Chriſtum, & obtinendo regnũ dei.

Quod ait: Progenies uiperarũ. Cap. VI.

PRogeniem uiperarũ eos dicit, quia & diaboli filios eos appellat. Intantũ enim quiſq; filius eſt diabo Matth. 12
li, inquantum eum peccando imitatur.

Quod ait: Sicut enim fuit Ionas in uentre cœti tribus diebus & tribus noctibus. Cap. VII.

SIcut enĩ fuit Ionas in uentre cœti tribus diebus et tri- Matth. 12
bus noctibus, ſic erit filius hois ĩ corde terræ tribus diebus et tribus noctibus: Sextæ feriæ diei partẽ, qua ſepultus eſt cũ præterita nocte, p nocte et die accipias, hoc eſt p toto die Sabbati noctẽ et diem, et noctem dominicam cũ eodem die illuceſcente, ac per hoc accipiendo partem pro toto, habes triduum & tres noctes. Quód enim dicuntur decẽ menſes pregnantis, nouẽ ſunt pleni, ſed initiũ decimi p toto accipitur. Et q, ſe dñs oſtendit in monte, poſt ſex Matth. 17
dies factũ dicit unus? Euãgeliſta, alter uero poſt octo dies Luc. 9
dicit partẽ poſtriorẽ primi diei, in quo futurũ hoc dñs promiſit, & partẽ priorẽ nouiſſimi diei, in quo cõpletũ eſt q, promiſit, p totis atq; integris diebus annumerans, ut intelligas eũ qui dixit, poſt ſex dies, ſolos medios cõmemoraſſe, qui uere toti atq; integri cõpleti ſunt. In geneſi enĩ Gala. 3
á lumine incipit dies, & finit ad tenebras, ad ſignificandũ lapſum hominis. Nũc aũt á tenebris ad lucẽ, ſicut dictum eſt, de tenebris lucẽ clareſcere, quia á peccatis homo liberatus, peruenit ad lumen iuſticiæ. 2. Corin. 4

Quod ait: Cum immundus ſpiritus exierit ab homine. Cap. VIII.

CVm ſpiritus inundus exierit ab homine, ſignifi- Matth. 9
cat quoſdam ita creditu ros, ut ferre nõ poſſint labores cõtinentiæ, & ad ſæculũ redituri ſint. Quòd dictũ eſt, Aſſumpſit ſecũ alios ſeptem, intelligitur quia cũ quis ceciderit de iuſticia, etiã ſimulationẽ habebit. Cupiditas enim carnis expulſa p pœnitentiã á cõſuetis operibus, cũ nõ inuenerit in quibus delectationibus requieſcat, auidius redit, & rurſus occupat mentẽ hominis, ſic cũ expulſa eſſet iuſticia negligentia ſubſecuta eſt, ut nõ introduceretur tanq; habitator mundatæ domui, ſermo dei p ſanã doctrinã. Et quoniã nõ ſolũ habebit illa ſeptẽ uitia quæ ſeptem uirtutibus ſpiritalibus ſunt cõtraria, ſed etiã p Hypocriſim ſe illas uirtutes habere ſimulauit, ꝓpterea aſſumptis ſecum ſeptem alijs nequioribus, hoc eſt ipſa ſeptenaria ſimulatione, redit illa concupiſcentia, ut ſint nouiſſima hominis pe-

uènis peiora quàm erant prima.

De fructu centeno, sexageno & triceno. Cap. IX.

Matth.13 QVòd dicit: Aliud centesimum, aliud sexagesimũ, aliud tricesimũ: Centesimum martyrum propter sanctitatem uitæ uel contemptũ mortis. Sexagesimum uiduarum propter ociũ interius, quia nõ pugnant contra consuetudinem carnis. Solet enim ocium cõcedi sexagenarijs post militiam uel post actiones publicas. Tricesimum coniugatorum, quia hæc est ætas præliantiũ, ipsi enim habent acriorem conflictum ne libidinibus superentur.

Quod ait: Colligite primum Zizania. Cap. X.

Matth.13 OMnis ĩmundicia in segete Zizania dicitur. Quòd primo separatur Zizania dicitur, quia tribulatione præcedente saparabuntur impij, quòd per bonos angelos intelligitur fieri. Quia officia uindictæ possunt implere boni bono animo, quomodo lex, quomodo Iudex: Officia uero misericodiæ mali implere non possunt.

De grano sinapis, quod maius fit omnibus oleribus. Cap. XI.

Matth.13 GRanum sinapis ad feruorem fidei, uel quòd dicatur uenena expellere, maius fit omnibus oleribus idest, dogmatibus. Dogmata autem sunt placita sectarum, idest, quòd placuit singulis sectis.

De fermento quod accepit mulier, & abscondit in farina satis tribus. Cap. XII.

Matth. 13 FErmentũ quòd accepit mulier, & abscodit in farinæ satis tribus: Mulierem, sapientiam dicit, fermentum, dilectionem, quòd feruere facit & excitat. In farina autem satis tribus: Vel tria illa in homine: Ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente: Vel tria illa fru-
Deute.6
Ezech.14 ctifera: Centesimum, sexagesimum, tricesimum: Vel tria illa genera hominum: Noe, Daniel, Iob.

De Thesauro in Agro abscondito. Cap. XIII.

Matth.13 THesaurũ in Agro absconditũ dixit duo testamenta legis in ecclesia, quæ quis cũ ex parte intellectus attigerit, sentit illic magna latere, & uadit et uendit omnia sua & emit illum, idest, contemptu temporaliũ comparat sibi ocium, ut sit diues cognitione dei.

Quod dixerunt Iudei, unde huic sapientia hæc & uirtutes? Cap. XIIII.

Matth.13 QVòd dixerunt Iudæi, unde huic sapientia hæc & uirtutes? Sapientia in his quæ loquebatur, uirtutes in his quæ operabatur, ideoq; & Apo-
1.Cor.1 stolus eum dixit Christum dei uirtutem & dei sapientiã, uirtutem ad signa retulit propter Iudæos, sapientiam autem ad doctrinam propter græcos, id est, gentiles.

Quod ambulauit in mari ad discipulos. Cap. XV.

QVòd dixerũt discipuli phantasma esse, significat id q̃ dictũ est: Putas inueniet fidẽ in terra, Matth. 14 Luce, 18.
quia quidã qui cesserint diabolo, de Christi aduẽtu dubitabunt. Quòd aũt Petrus ĩplorat á dño auxiliũ ne mergatur, significat quibusdã tribulationibus etiã post ultimã psecutionẽ purgandã esse ecclesiã. Quod & Pau- 1. Corin. 3 Matth. 14
lus significat dicens: Saluus erit, sic tamẽ quasi p ignẽ. Quod sequitur: Vt adorantes omnes qui ĩ naui erant, di- 2. Corin. 5
cerent: Vere filius dei es, significat claritatẽ eius tunc manifestam futuram per speciem iam uidentibus, qui per fidem nunc ambulant.

Quid sit, Munus quodcunq; est ex me tibi proderit. Cap. XVI.

MVnus quodcũq; ex me, tibi proderit, id est munus qđ offers causa mei, ad te iã ptinebit. Quibus uerbis significant filij iã nõ sibi opus esse parentũ p se oblationes, q̃ ad eã ætatem pueniſſent ut possent iã ipsi offerre pro se. In hac ergo ætate cõstitutos, ut possent parentibus suis hoc dicere, cũ hoc dixissent, negabant Pharisæos reos esse, si parentibus suis non præstarent honorẽ.

Quod ait, Omnis plantatio quam non plantauit pater meus eradicabitur. Cap. XVII.

OMnis plantatio quã nõ plantauit pater meus, eradicabitur, id est carnalis cupiditas, secũdũ q̃ sen- Matth. 8
tientes offendebantur de prætermissis rerum signis, uel etiã traditionibus suis, & præcepta uitæ non curabant, quæ á cupiditate animum purgant.

De puero Centurionis & filia Chananæ mulieris. Cap. XVIII.

QVòd & puerũ Centurionis & filiã Chananææ mulieris nõ ueniens ad domos eorũ saluat, significat gentes ad quas nõ uenit saluas fore p uerbũ suũ. Quod ipsis filij rogantibus sanantur, intelligenda est Ecclesiæ persona, quæ sibi est et mater & filij: Nam simul omnes quibus constat Ecclesia, mater dicitur, singuli autem ipsi filij appellantur.

Quid significent muti & cœci & surdi & claudi, qui curandi oblati sunt domino. Cap. XIX.

QVòd turbæ obtulerunt dño mutos: Mutos qui dñm nõ laudant, uel nõ confitentur fidẽ. cœcos qui nõ intelligunt, etiam si obtemperent iubentibus, surdos qui non obtemperant, etiam si intelligunt, claudos qui præcepta non implent.

Quod ait, Facto uespere, dicitis, serenum erit, rubicundum est enim cœlum. Cap. XX.

QVòd dixit: Facto uespere, dicitis, serenum erit, rubicũdũ est enim cœlũ, id est sanguine passionis Christi, idest, in primo aduentu indulgentia peccatorũ datur, & mane hodie tempestas, rubet enim cũ tristicia cœlũ, id est quód secundo aduentu igne præcedente uenturus est. Faciem ergo cœli iudicare nostis,

ſigna autem temporum non poteſtis: Signa temporum dixit de aduentu ſuo uel paſſione, cui ſimile eſt roſeum cœlum ueſpere. Et item de tribulatione ante aduentum ſuum futura, cui ſimile eſt mane roſeum cum triſticia cœlũ.

Quod ait: Helias quidem uenturus eſt & reſtituet omnia. Cap. XXI.

Matth. 17 *Quòd dixit dominus: Hælias quidem uenturus eſt, & reſtituet omnia, id eſt uel eos quos perſecutio antichriſti conturbauerit, uel ut ipſe reſtituat moriendo quæ debet.*

De illo qui ſæpe cadebat in ignem & aliquando in aquam. Cap XXII

Matth. 17 *Quòd dixit: Sæpe cadit in ignem, & aliquando in aquam: Ignem ad iram quòd alta petat, aquam ad uoluptates carnis. Item quòd dicunt diſcipuli, quare nos non potuimus eijcere eum, ne illis miraculis faciendis extollerentur in ſuperbiam, admoniti ſunt potius per humilitatem fidei, quaſi per ſinapis granum, elationem terrenam, quæ montis nomine ſignificata eſt curare ut tranſiret.*

Quod ait: Ergo liberi ſunt filij, cum tributum exigerent. Cap. XXIII.

Matth. 17 *Quòd dixit: Ergo liberi ſunt filij, in omni regno itelligendũ eſt liberos eſſe filios, id eſt non eſſe uectigales. Multo ergo magis liberi eſſe debent in quolibet regno terreno filij regni illius, ſub quo ſunt omnia regna terræ.*

Quod ait: Qui autem ſcandalizauerit unum ex puſillis iſtis? Cap. XXIIII.

Matth. 18 *Quòd dominus dicit: Qui autem ſcandalizauerit unum de puſillis iſtis, id eſt ex humilibus, quales uult eſſe diſcipulos ſuos, nõ obtemperando uel etiam cõtraueniendo, ſicut de Alexandro ærario Apoſtolus dicit: Expedit ei ut mola Aſinaria ſuſpendatur collo eius, & præcipitetur in profundum maris, id*
2. Timh 4 *eſt congruit ei ut cupiditas rerum temporalium, cui ſtulti & cœci colligantur, cum deuinctum pondere ſuo deducet ad interitum.*

Quod oblatus eſt ei debitor decem miliũm talentorum, & iuſſit eum uenundari. Cap. XXV.

Matth. 18 *Quòd oblatus eſt domino debitor decem miliũm talentorum, & iußit eum uenundari, & uxorẽ eius, & filios, & omnia quæ habebat, & reddi: Intelligendum eſt decem præceptorum legis eũ fuiſſe debitorem, & pro cupiditate atq; operibus ſuis tanquam uxore & filijs pœnas ſoluere debuiſſe, quòd eſt præcium eius, præcium enim uenditi ſupplicium damnati intelligitur. Quòd dixit: Noluit ignoſcere conſeruo ſuo, ſed abijt & miſit eum in carcerem, & reliqua, intelligendum, tenuit contra eum hunc animum, ut ſupplicia illi uellet. Conſerui autem qui narrauerunt domino quæ fiebant, poteſt intelligi Eccleſia, quæ & illum ſoluit, & illum ligat.*

De diuite qui non intrat in regnum dei. Cap. XXVI.

Matth. 19 *Quòd ait dominus, diuitem non intrare in regnum dei. Et diſcipuli dicunt, quis poteſt ſaluus fieri? Cum pauci ſint diuites in comparatione multitudinis pauperum: Intelligendum quòd omnes qui talia cupiunt, in eorum numero haberi animaduerterint.*

Quod duobus ſeorſum diſcipulis paſſurum ſe dominus indicat. Cap. XXVII.

Matth. 20 *Quòd dominus ſeorſum ſe duobus diſcipulis paſſurum refert, ad confirmandum in poſterum teſtimonium fœcit, quia dixit: In ore duum uel trium teſtium ſtabit omne uerbum. Vt enim neq; uulgaretur quòd dicebatur, neq; careret humani teſtimonij firmitate, paucioribus quam duobus dicere non potuit. Vel ad Sacramentum charitatis oſtendendum: Minus enim quam inter duos charitas eſſe non poteſt. Erat autem ille non neceßitate debiti propter peccatum ſuum, ſed ad ſoluenda noſtra peccata charitate paſſurus.*

Quod cum ab Hiericho egrederetur duos cœcos illuminauit Cap. XXVIII.

Matth. 20 *AB Hiericho egreditur dominus. Iam de iſta terra reſurrectione diſcedens, ſequuntur eum turbæ multæ, credunt in eum populi & gentes. Duo autem cœci ſedentes iuxta uiam, ſignificant de utroq; populo quoſdam iam cohærentes per fidem diſpenſationi temporali, ſecundum quam Chriſtus uia eſt, & deſiderantes illuminari, id eſt, aliquid de uerbi æternitate intelligere, quòd tranſeunte Ieſu impetrare cupiebant, ideſt p meritũ fidei qua creditur filius dei, & natus hõ & paſſus propter nos: Per hanc enim diſpenſationẽ quaſi tranſit Ieſus, quia talis actio tẽporalis eſt. Oportebat aũt ut*
Matth. *tantũ clamarent, donec reſiſtentis ſibi turbæ ſtrepitũ uincerent, ideſt tã pſeueranter animũ itenderẽt orando atq; pulſando, quouſq; cõſuetudinẽ deſideriorũ carnaliũ, quæ tanq̃ turba obſtrepit cogitationi, lucẽ ueritatis æternæ uidere conati, uel ipſã hoĩm carnaliũ turbã ſtudia ſpũalia ipedientẽ fortißima itentione ſuparent. Itaq; audiẽs Ieſus qui ait: Pẽtenti dabitur, & quærẽs inueniet, & pulſanti aperietur, uenientes ad ſeipſos. ſ. deſiderij ardore puenientes ad id quod deſiderant, ſtans eos tãgit atq; illuminat.*
Sapie. 7 *Nõ enĩ ſicut illa diſpenſatio tẽporalis, ita etiã uerbi æternitas tranſit, quæ ĩ ſeipſa manẽs omnia innouat. Qua pp ter quia fides incarnationis tẽporalis ad æterna intelligẽda nos præparat. Tranſeunte Ieſu admoniti ſunt ut illuminentur, & ſtante illuminati ſunt: Temporalia enim tranſeunt, æterna ſtant.*

Q2 ait diſcipulis, Dicetis huic mõti, tolle & iacta te in mare. Cap. XXIX.

Quòd

Matth.17 Q Vod dominus dicit discipulis suis, Dicetis mõti huic, tolle te, & iacta te in mare, de superbia dixit quæ ad sæculares pertinet. Hoc sibi seruus dei dicere debet, ut eam à se repellat, quia ipsi non congruit, uel q̃ per eorum fidem, quia per eos Euangelium prædicatum est, ipse dominus qui mons appellatus est, ablatus ẽ á Iudæis, ut in gẽtes tãq̃ in mare porro iaceretur.

Quod ait, Qui cæciderit super lapidem istũ confringetur. Cap. XXX.

Matt.21 Q Vod dominus dicit, Et qui cæciderit super lapidem istum confringetur, super quem uero cæciderit, conteret eum. De his dicit q̃ cadent super eum, qui illum modo contemnunt, uel iniurijs afficiunt, ideo nondum penitus intereunt, sed tamen confringuntur, ut non recti ambulent. Super quos autem cadit, ueniet illis desuper in iudicio cum pœna perditionis, ideo dixit, conteret eos, ut sint impij tãq̃ puluis, quem ꝓijcit uentus á facie terræ. Psalm.1

De homine rege qui fœcit nuptias filio suo. Cap. XXXI.

Matt.22 Q Vod dominus dixit, Simile est regnũ cœlorum homini qui fœcit nuptias filio suo. Nuptias dixit uerbũ incarnatũ, quia in ipso homie susceptο ecclesia deo copulta est. Quòd dixit, Tauri mei & altilia occisa sunt, tauros dixit principes plebiũ. Altilia uere omnia saginata. Quòd dixit dñs, Ite ad exitus uiarũ, et quoscunq̃ inueneritis, uocate ad nuptias, uiæ intelliguntur dogmata gentiũ, quia ex omnibus illis ad nuptias uenerunt, id est, Christo crediderunt.

De septem fratribus qui vnam vxorẽ habuerunt. Cap. XXXII.

Matt.22 Q Vod Saducæi dicũt domino, Fuerunt apud nos septem fratres, & unus accepta uxore obijt, et secundus, & cæteri, intelliguntur homines impij, qui fructum iusticiæ non potuerunt afferre in terra per omnes septem mundi ætates, quipus ista terra consistit, postea enim & ipsa terra transiet, per quam omnes illi quasi septem mariti sterilitertransierunt.

Quid sit quod ait, Tota lex pendet in his duobus præceptis. Cap. XXXIII.

Matt.22 Q Vod dominus dicit, In his duobus præceptis tota lex pendet & Prophetæ, pendet dixit, id est illo refertur ibi habet finem.

Quod ait, Quid enim maius est aurũ an templum quod sanctificatur per aurum. Cap. XXXIIII.

Matt.23 Q Vod dñs dicit, Quid enim maius est, aurum an templũ quod sanctificatur ꝓ aurũ? Et itẽ dixit Quid enim maius est, donũ an altare quod sanctificat donũ? Intelligendũ, tẽplũ & altare ipsũ Christũ, Aurũ & donũ, laudes & sacrificia præcumque in eo per eũ offerimus. Nõ enĩ ille ꝓ hæc, sed ista ꝓ illũ sãctificãtur.

Quod ait, Excolantes culicem, camelum autem glutientes. Cap. XXXV.

Q Vod dominus dixit, Excolantes culicem, refertur ad id qd̃ dixit, decimare illos minuta quæq̃. Camelum glutientes, refertur ad id quod dixit, Præteritis grauiora legis, misericordiam & iudiciũ & fidem, ut iste sit sensus, Minima obseruatis, maxima contemnitis. Ex hac enim peruersitate etiam illud eis accidit, quod possunt hæc per allegoriam referri, ut dimitterent Barrabam, quia uidelicet ipse non soluerat sabbatum, quod magna diligentia carnaliter obseruabant, Occiderunt autem dominum spiritaliter sabbatum insinuãtem per misericordiam & iudiciũ & fidem, quæ illi maxime contemnebant. Nam & culicis uomine non absurde figuratur seditiosus homicida, quia hoc animal & strependo iniquietat, & sanguine delectatur, Et cameli nomine propter humilitatem se ad subeunda onerea submittentis, propter magnitudinẽ intelligitur cõgruẽter dñs. Matt.23 Matth.27

Quod ait, Quotiens volui congregare filios tuos sicut Gallina. Cap. XXXVI.

Q Vod dixit dominus ad Hierusalem, Quotiens uolui congregare filios tuos, sicut gallina congregat filios suos sub alas suas, et noluisti. Hoc genus ãiantis magnũ affectũ in filios habet, ita ut eorum infirmitate affecta & ipsa infirmetur, & qd̃ difficilius in cæteris animantibus inuenies, alis suis filios ꝓtegens contra miluum pugnat, sic etiam mater nostra sapientia dei per carnis susceptionem infirmitata quodamodo, Vnde & Apostolus dicit, Quod infirmum est dei, fortius est hominibus, protegit infirmitatem nostram, & resistit diabolo ne nos rapiat. In qua defensione qd̃ illa aduersus miluũ conatur affectu, hæc aduersus diabolũ ꝓficit ptãte. Matt.23 1.Corin.1

Quod ait, Orate ne fiat fuga vestra Hyeme vel sabbato. Cap. XXXVII.

Q Vod ait, Orate ne fiat fuga uestra Hyeme uel sabbato. i. ne impedimento aliquo detineamini, quia & Hyeme, imbribus uel frigore & sabbato in quo proficisci nõ licebat, impediebatur quis abiti tinere, uel aliud, ne in tristicia aut lætitia rerum temperalium quis inueniatur à die illa. Matt.24

Quod ait, Sicut fulgor erit ab Oriente, & peruenit ad Occidentem. Cap. XXXVIII.

Q Vod dñs dicit, Sicut enĩ fulgor exit ab Oriente, & puenit usq̃ ad Occidentẽ, ita erit & aduẽtus filij hoĩs. Oriẽtis & Occidẽtis nomine totũ orbẽ uoluit significare, ꝓ quẽ futura erat ecclesia, incipiẽte Euãgelio ab Hierusalẽ secũdũ illũ sensũ quo dixit Amodo uidebitis filiũ hominis ueniẽtẽ in nubibus. Cõueniẽter enim ecclesiã nũc Fulgur nominauit, qd̃ maxime solet emicare de nubibus. Cõstituta ergo auctoritate ecclesiæ ꝓ orbẽ terrarũ clara atq̃ manifesta, cõsequẽter discipulos admonet, atq̃ omnes fideles, et qui in eũ credere uoluerint, ne schismaticis atq̃ hæreticis credãt. Vnũquodq̃ enim schisma & unaquaq̃ hæresis, aut locum suum habet in orbe terrarum partem aliq̃ tenens, aut obscuris Matt.24 Luce.24 Matth.26

ãtq; occultis conuenticulis curiositatem hominũ decipit, At quod pertinet quod ait, Si quis uobis dixerit, ecce hic est Christus aut illic, quod significat terrarum partes & prouinciarum, Aut in penetralibus aut in deserto, quod significat obscura & occulta conuenticula hæreticorũ. Quòd ergo dixit, Ab oriente in occidentem peruenturũ aduentum suum, contra illos ualet qui per terrarum particulas nominantur, & dicunt apud se esse Christum. Quód autem ait. Sicut fulgor, contra illos ualet qui occulte congregant tanq̃ in penetralibus, & paucos tanq̃ in deserto, ad manifestationem quippe claritatemq; pertinet ecclesiæ fulgoris nomen, significans etiam noctem uel nubila sæculi huius, tũc enim fulgoris cãdor apparet.

Q. ait ab arbore fici discite similitudinẽ. Cap. XXXIX.

Matth. 24

QVod dixit, Ab arbore autem fici discite similitudinem. Arborem fici genus humanum intellige, p pter pruritum carnis, cum iam ramus eius tener fuerit, id est cum filij hominum per fidem Christi ad spiritales fructus profœcerint, & in eis honor adoptionis filiorum dei eminuerit.

Q. ait de Iuda, Bonum erat illi non nasci. Cap. XL.

QVod dominus de Iuda dixit, Bonum erat illi nõ nasci, utrum in hanc uitam ut usitate locutus sit. Non enim potest bonũ esse aliquid ei qui non est, & si quisq̃ contendit esse aliquam uitam ante istam, non Iudæ tantum ut nasceretur, sed nulli expedire conuincitur. An diabolo dicit non nasci ad peccatum, an etiam bonum illi erat ut Christo non nasceretur per uocationem, ne esset apostata.

Q. triginta argenteis venditus est dominus. Cap. XLI.

Matt. 26

QVod dominus triginta argenteis uenditus est, significat per Iudam Iudæos iniquos, qui sequentes carnalia & temporalia, quæ ad quinq; sensus pertinent corporis, Christũ habere noluerunt. Quod quia sexta mundi ætate fœcerunt, sexies quini eos tanquã precium uenditi domini accepisse significatum est. Quo tempore & talibus insultat Propheta dicens, Filij hominum usq; quo graui corde, ut quid diligitis uanitatem & quæritis mendacium, Et si quinq; ætatibus fuisset aliqua excusatio sequendæ uanitatis, uel sexta cõprehenderent ueritatem, quæ per dominum Iesum prædicabatur & demonstrabatur, sicut sexta die homo factus est ad imaginẽ dei. Quod quia noluerunt, habent sexies quinq; impressam imaginem principis sæculi, & non habent Christum per quem signatum est in nobis lumen uultus tui domine. Et quia eloquium domini argentum est, illi etiam ipsam legem carnaliter intellexerunt, tanquã in argento impressam, sæcularis principatus imaginem amisso domino tenuerunt.

Psalm. 4

Gene. 1
Matth. 22
Psalm. 4
Psalm. 111

Q. ait, Vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Cap. XLII.

QVod dominus dicit, Vbi fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ, id est, in cœlum quo hinc secum leuauit corpus in homine suscepto. Quod etiam cadauer ideo appellatum est, quia moriturus hæc loquebatur. Illuc congregabuntur aquilæ, dictum est de spiritalibus, qui eius passionem humilitatemq; imitando tanq̃ de eius corpore saturarentur. Corpus enĩ propter humilitatem pro nobis passionem suscepit.

Matth. 24

Q. ait, Non bibam amodo de hoc genimine uitis. Cap XLIII.

QVod dominus dicit sub tempore passionis discipulis, Non bibam amodo de hoc genimne uitis usq; in diem illum cum illud bibam uobiscum nouũ in regno patris mei, uult intelligi hoc uetus esse, cũ illud nouũ dicit. Quia ergo de propagine Adã qui uetus hõ appellatur, corpus susceperat, quod in passione morti traditurus erat, unde etiam per uini sacramentum cõmendat sanguinẽ suũ. Quid enim aliud nouũ uinũ, uisi immortalitatẽ renouãdorũ corporũ intelligere debemus? Quod cũ dicit, uobiscum bibã, etiam ipsis resurrectionẽ corporũ ad induendã immortalitatẽ promittit. Vobiscũ enĩ nõ ad illud tẽpus, sed ad eandẽ innouationem dictũ accipiendũ est. Nã & nos dicit Apostolus resurrexisse cũ Christo ut spes rei futuræ iam præsentem lætitiam auferat. Quód aũt de hoc genimine uitis etiam illud nouũ esse dicit, significat eadem utiq; corpora resurrectura secundũ innouationem cœlestem, quæ nunc secundũ terrenã uetustatem moritura sunt. Si autem uitem de cuius uetustate nũc passionis calicem bibit, ipsos Iudæos intellexeris, significatũ est etiam ipsam gentem ad corpus Christi per nouitatem uitæ accessuram, cum ingressa plenitudine gentium omnis Israël saluus fiet.

Col. 3

Roma. 11

Q. dictum est, Expuerunt in faciem eius & colaphis eum cæciderunt. Cap. XLIIII.

Matth. 26

QVod dictũ est, Spuerũt in faciẽ eius, significauit eos qui eius præsentiã gratiæ respuũt. Itẽ tãq̃ colaphis eũ cæsũt, qui honores suos ei præferunt. Palmas in faciem eius dant, qui perfidia cœcati, eũ nõ uenisse affirmant, tanq̃ præsentiam eius exterminantes & repellentes.

De trina Petri negatione Cap. XLV.

Matth. 26

IN trina Petri negatione, error hæreticorum de Christo tribus generibus terminatur, aut enim de diuinitate eius, aut de humanitate, aut de utroq; fãlluntur.

Notandum quòd Petrus semel ante primum gallicantum negauit dominum, illos significasse qui Christum ante resurrectionem deũ esse non putauerunt eius morte turbati. Illud autem q; bis ante secundum gallicantũ, eos qui nunc in illo uel secundum deum, uel secundum hominem, uel secundum utrumq; errant, et ideo ueritatem negãt aĩ ecclesiæ resurrectionem, ut primus gallicantus intelligatur capitis resurrectio, hoc est ipsius domini, secundus autem ipsius, sed in corpore uniuersæ ecclesiæ.

Quòd

Q. a longe secutus est dominum euntem ad passionem. Cap. XLVI.

Matth. 26

QVod ad passionem euntem dominum à longe sequebatur Petrus, significat ecclesiam secuturã quidem, hoc est imitaturam passionem domini, sed longe differenter, ecclesia enim pro se patitur, at ille pro ecclesia.

Q. ter dominus priusq̃ traderetur orauit. Cap. XLVII.

SIcut temptatio cupiditatis trina est, ita etiam tentatio timoris trina est. Cupiditati quæ in curiositate est opponitur timor mortis. Sicut enĩ in illa cognoscẽdarum rerum est auiditas, ita & in ista metus amittendæ talis noticiæ. Cupiditati uero honoris uel laudis opponitur timor ignominiæ & contumeliarum. Cupiditati autem uoluptatis opponitur timor doloris. Non absurde ergo intelligitur propter trinam temptationem passionis, ter dominum orasse ut transiret calix, sed ita ut potius impleretur uoluntas patris.

DIVI AVRELII AVGVstini quæstionum Euangeliorũ secundus liber incipit.

Q. Zacharias orans audiuit ab angelo, exaudita est oratio tua. Cap. I.

Lucæ. 1

QVOD ZACHARIAS Orans pro populo, audiuit ab angelo, Exaudita est oratio tua, ecce Helisabet uxor tua concipiet & pariet filiũ & uocabis nomen eius Iohannem. Primo hoc attendendum est, q̃ non est uerisimile, ut cum pro populi peccatis, uel salute, uel redemptione ille offerret, siquidem populus eum expectabat offerentem, q̃ potuerit relictis publicis uotis homo senex, uxorem habens anum, pro accipiendis filijs orare, præsertim quia nemo orat accipere quod se accepturum esse desperat. Vsq; adeo autem ille se habiturum filios desperabat, ut hoc angelo promittenti non crederet. Ergo quod ei dicitur, Exaudita est oratio tua, pro populo intelligendum est, cuius populi quoniã salus & redemptio & pectatorum abolitio, per Christũ futura erat, ad hoc nunciatur Zachariæ filius nascitur, quia præcursor Christi destinabatur, Quòd autem ei non credenti angelo ab eodem angelo dicitur, Et ecce eris tacens, donec impleantur hæc in tempore suo, intelligendum est significasse, q̃ Prophetia usq; ad Iohannem tanq̃ à sono fileret intelligibili, quia non est intellecta donec in domino compleretur.

Q. de nauicula docet turbas. Cap. III.

Luce. 5

QVod dominus de nauicula docet turbas, significauit hoc tempus quãdo dominus de auctoritate ecclesiæ docet gentes. Quòd dominus ascendẽs in nauim quæ erat Petri, rogat eum à terra reducere pusillum, significat uel temperate utendum uerbo ad turbas ut nec terrena eis præcipiantur, nec sic à terrenis in profundiora sacramentorum recedatur, ut ea penitus non intelligant, uel prius in proximis regionibus gentibus prædicandum, Vt quod dicit item Petro, duc in altum & laxate rætia uestra in capturam, ad remotiores gentes quibus postea prædicatum est pertineat, sicuti Esaias dicit, Tolle signum in gentes ad eas quæ prope, & ad eas quæ longe. Vt q̃ etiam rætia rumpebantur piscium copia, & nauiculæ impletæ sunt, ita ut mergerentur, significat hominum carnalium multitudinem tantam futuram in ecclesia, ut etiam diruptione pacis, exeuntibus inde hæresibus & schismatibus tanta remaneret, & tanta esset futura illi amißio fidei & bonorum morum, ut Christo dicere uideatur talis ecclesia, Exi à me, quia peccator homo sum, tanq̃ turbis carnalium repleta, & eorum moribus pene submersa, regimen spiritalium in quibus maxime Christi persona eminet, à se repellat quodamodo. Non enim hoc uoce linguæ dicunt homines bonis ministris dei, ut eos à se repellant, sed uoce morum & actuum suorum suadent à se recedi, ne per bonos regantur, & eo uehemẽtius, quo deferunt eis honorem, & tamen factis suis à se recedere admonent, ut honorificentiam eorum significauerit Petrus cadens ad pedes domini, mores autem in eo quod dixit, Exi à me domine quia peccator homo sum. Quod tamen quia non fecit dominus, non enim recessit ab eis, sed eos subductis nauibus ad litus perduxit, significat in bonis & spiritalibus uiris non esse oportere hãc uoluntatem, ut peccatis turbarum commoti, quo quasi securius tranquilliusq̃ uiuant, munus ecclesiasticum deserant. Quòd ergo subductis ad terram nauibus, relictis omnibus secuti sunt eũ, Petrus & Iacobus & Iohannes, potest significare finem temporis quo ab huius mundi salo qui Christo inhæserint penitus recessuri sunt.

Q. ait leproso mundato, Vade ostende te sacerdoti. Cap. III.

QVod dñs dicit leproso mundato, Vade ostende te sacerdoti, & offer munus pro emundatione tua, sicut præcepit Moyses in testimoniũ illis. Hic uidetur approbare sacrificiũ quod per Moysen præceptum est, cũ id non receperit ecclesia. Quod ideo iußisse intelligi potest, quia nondum esse cœperat sacrificium sanctũ sanctorũ, quod corpus eius est. Nondũ enĩ in passione obtulerat holocaustũ suũ, quo sacrificio confirmato in credentibus populis, tẽplũ ipsũ euersũ est, ubi illa sacrificia offerri solebãt. Hoc aũt factũ est secũdũ Prophetiã Danielis, Nõ enim oportebat auferri significantia sacrificia priusq̃ illud quod significabatur cõfirmatũ esset cõtestatiõe Apostolorũ prædicantiũ, et fide credentiũ populorũ. Lucæ. 5 Daniel. 9

De paralytico qui per tectum ad eum est depositus. Cap. IIII.

DE paralytico põt intelligi anima dissoluta mẽbris hoc est bonis operationibus, Christum quærere, id est, uoluntatem uerbi dei, Impediri autem turbis nisi tecta, id est, operta scripturarum aperiat, ut per hæc ad noticiam Lucæ. 5

ticiam Christi perueniat, hoc est ad eius humilitatem fidei pietate descendat. Hi autem à quibus deponitur, bonos in ecclesia doctores possunt significare. Quòd autem cũ lecto deponitur, significat ab homine in ista carne adhuc constituto Christum debere cognosci. Quem tamen lectum sanus postea iubetur portare, & ire in domum suã ut remissionem peccatorum conualescentibus per spem bonam membris animæ hoc opus restaurare intelligatur, ut iam non in carnalibus gaudijs tanq̃ in lecto requiescat infirmitas animi, sed magis ipsa contineat affectiões carnales, & tendat ad requiem secretorum cordis sui.

Quomodo duos patres habere potuerit Ioseph. Cap. V.

NOn absurde quæstio proponitur, quomodo potuerit duos patres habere Ioseph, nam Matthæus eũ Matth.1 dicit genitum ab eo qui uocabatur Iacob, Lucas uero filiũ esse dicit eius qui uocabatur Heli. Neq; hoc loco illud dici Lucæ.3. potest, q̃ unus homo, sicut non solum apud gentes, sed etiam apud Iudæos accidere solere manifestum est, duo nomina habuerit. Cætera enim serie generationum qui hoc putat, facile refellitur, Quid enĩ de Auis, Atauis, Proauis, cæterisq; maioribus dicturus est, quorũ diuersa nomina singuli Euangelistæ in sua quisq; narratiõe contexerũt? Quid postremo de ipso numero, quãdoquidẽ Lucas à domino usq; ad Dauid quadragintatres generationes enũerat, Matthæus aũt á Dauid usq; ad dñm uigintiocto uel uigintiseptẽ? Certi enim sacramenti gratia usq; ad transmigrationẽ, & ab ipsa itẽ transmigratiõe unus bis nũeratur. Quærendũ igitur quõ duos patres potuerit habere Ipseph? Et mihi quidẽ in præsentia tres caussæ occurrũt, quarũ aliq̃ Euangelista secutus sit, Aut enĩ unus erat Ioseph naturalis pater, & alter eũ adoptauerat, Aut more Deuter.25 Iudæorũ cũ sine filijs unus decessisset, uxorẽ eius propinquus accipiẽs, filiũ quẽ genuit ꝓpiquo mortuo deputauit, ut cũ ab altero alteri genitus esset Ioseph, cõueniẽter duos patres habere diceretur. Aut unus Euangelista patrẽ eius à quo genitus est nominauit, alter uero uel Auũ materniũ, uel aliquẽ de cognatis maioribus posuit, cui propter consãguinitatis uinculũ in filij loco Ioseph nõ absurde cõstitueretur, ut inde iã usq; ad Dauid nõ eundẽ quẽ Matthæus generationũ ordinẽ texeret. In quibus caussis illa uidetur infirma, quã secũdo loco posuimus, quia cum quisq; apud Iudæos defuncto fratre uel ꝓpinquo prolẽ de uxore eius exuscitat, illud q̃d nascitur nomẽ defuncti solet accipere. Ergo aut adoptio soluit istã quæstionẽ, aut origo maiorũ aut aliqua alia caussa quæ nobis in præsenti nõ occurrit. Quapropter tãta est eorũ dementia, qui facile dilabuntur ad Euangelistarum aliquem de mendacio criminandum, quam caussas quærant, cur diuersorum patrum nomina singuli cõmemorauerint, ut temere dicatur duas solas esse caussas quibus id recte fieri potuerit, cum tamen ad soluendam quæstionem uel unam inuenire sufficiat.

De septuagintaseptem generationibus. Cap. VI.

QVid sibi uelit q̃ septuagintaseptẽ personæ secũdũ generationes quas Lucas secutus est in- Lucæ.3 ueniuntur, quæri põt. Nã et huius numeri mẽtionẽ dñs fecit, cũ eũ Petrus de dimittendis peccatis fratris interrogasset. Ait enim, Nõ solũ septies, sed septua- Matth.18 giessepties esse dimittendũ. Vnde recte creditur cõmemoratione huius numeri omnia peccata iuss esse dimitti, quãdoquidẽ ipse per quẽ peccata omnia dimissa sunt, septuagesima & septima generatione secũdũ Euangelistæ memorati testimoniũ ad homines humaniter uenire dignatus est. Cõuenientissime autem cum sit etiam alia series Matth.1 generationum quam Matthæus explicat, hanc ille tenuit Lucæ.3 qui baptizato domino generationes ipsas per septuagintа & septem personas sursum uersus enumerat, Nam & reditus est & tanq̃ ascensus ad deum, cui post peccatorũ abolitionem reconciliamur expræsius, cum sursum uersus per illas generationes ascenditur. Et utiq; per baptismum fit omnium remissio peccatorũ, quæ illo numero significatur. Non enim in baptismo domini ipsi domino peccata dimissa sunt, sed ipsa remissio peccatorum omniũ quæ misericordia eius & potestate donata est hominibus per illud baptismum domini, & per illum numerum generationum consecrata atq; signata est. Nec temere dñs & frustra septuagesima & septima generatione uenit aboliturus omnia peccata, nisi quia in illo numero aliqd latet, quod ad significationem pertineat omniũ peccatorum. Hoc autem in undenario & septenario considerandum est, Qui numeri per se multiplicati ad tantum perueniunt, Nam undecies septem uel septies undeni, septuaginta & septem fiũt. Vndecim aũt transgressionem denarij significat, at si in denario perfectio beatitudinis significatur, Vñ est etiã & illud, q̃ cẽs conducti ad uineã Matth.20 denario remũerãtur, q̃d' sit cũ septenaria creatura trinitati creatoris adiũgitur, Manifestũ est q̃ transgressio denarij peccatũ significat p superbiã plus aliquid habere cupientis, & integritatẽ pfectionemq; amittentis, Hoc aũt septies ꝓpterea dicitur, ut motu facta hominis significetur illa trãsgressio, ternario enĩ nũero incorpea ps hominis significatur, Vnde est q̃ ex toto corde, ex tota anima, et ex tota mẽte diligere iubemur deũ, Quaternario uero cor- Deuter.6 pus, Multis enĩ modis quadripertita inuenitur natura corporis. Ex his ergo cõiunctis nõ cõstans, nõ absurde septenario numero significatur. Motus aũt in numeris nõ exprimitur cũ dicimus, unũ, duo, tria, quattuor etc. sed cũ dicimus, semel bis ter quater, quapropter ut dixi, nõ septẽ et undecim, sed septies undecim significãt trãsgressionẽ, quæ motu facta est hoĩs peccantis, hoc est pfectionis suæ stabilitatẽ trãsgredientis cupiditate amplius aliqd habẽdi ut tãto post p Prophetã aiæ diceretur, Sperabas si à me discessisses aliqd amplius te habiturã, ex quo initio superbiæ omnia peccata silueſcunt, quæ cũ dimittuntur, septuagies septies ignoscendũ esse admonemur, ut intelligamus nullũ peccatũ excipi, quod pœnitenti & ueniam deprecanti Matth.18 ꝓ ecclesiam, cuius personã Petrus gestat nõ dimittatur.

De

De eo qui habebat manum dexteram aridam. Cap. V.

Lucæ.6 QVod dicit dominus Iudæis, de eo qui habebat manum dextram aridam: Interrogo uos si liceat sabbato bene facere, an male, animam saluam facere, an perdere? Quæritur, cum corpus curauerit, quare sic interrogauerit, si liceat animam saluam facere an perdere? uel q̃ illa miracula propter fidem faciebat, ubi salus est animæ, uel q̃ ipsa sanatio manus dextræ salutem animæ significabat, quæ à bonis operibus cessans, aridam quodammodo dextram habere uidebatur, uel animam p̃ homine posuit, sicut dici solet, tot animæ ibi fuerunt.

Q̃ ait, Mensuram bonam, confertam & coagitatã dabunt in sinum vestrum. Cap. VIII.

Lucæ.6 QVod dominus dicit, Date & dabitur uobis mẽsuram bonam, & confertam, & coagitatam et superefluentem dabunt in sinum uestrum.

Lucæ.16 Ex illa sententia accipi potest qua dicit & alio loco. Vt ipsi recipiant uos in æterna tabernacula, ut plebi præ-

Lucæ.6 ceptum esse uideatur quod dictum est, Date & dabitur uobis. Secundum quam sententiam dicit Apostolus, Cõ-

Galla.6 municet qui cathezizatur uerbo ei, qui se cathezizat in

Matth.10 omnibus bonis. Non enim diceret, Dabunt in sinum uestrum, nisi quia per illorum merita quibus uel calicem aquæ frigidæ in nomine discipuli dederint, mercedem cœlestem recipere merebuntur.

Q̃ ait, Nunquid potest cœcus cœcum ducere? Cap. IX.

Lucæ.6 QVod dominus dicit, Nunquid potest cœcus cœcum ducere? None ambo in foueam cadent? Fortasse hic ideo subiunxerit, ne sperarent à Leuitis se accepturos mensuram illam de qua dixit, Dabunt in sinum uestrum, quoniam ipsis dabant decimas, quos cœcos dixit, quia Euangelium non tenerent, ut illam remunerationem per discipulos domini potius plebs iam incipe-ret sperare, quos imitatores suos uolens ostendere, addidit etiam, Non est discipulus super magistrum.

De illo qui fodit in altum, & posuit fundamentum super Petram. Cap. X.

Lucæ.7 QVod dominus dicit: Omnis qui uenit ad me, et audit sermones meos & facit eos, ostendam uobis cui similis est, Similis est homini ædificanti domum qui fodit in altum, & posuit fundamentum super Petram. Fodere dixit, humilitatem Christianam omnia terrena exhaurire de corde suo, ne propter aliquid tale deum colat. In altum autem fodere, donec ad Petram perueniat, intuentem Christum gratis sequi & gratis eũ colere, ut non solum non propter superflua, sed nec propter illa quæ uidentur huic uitæ necessaria & quæ sine culpa à quouis iusto sumi & haberi possunt, tamen temporalia atq; terrena sunt, colendus deus putetur.

De pueris sedentibus in foro, & adinuicẽ clamantibus. Cap. XI.

DE pueris sedentibus in foro et ad inuicem clamãtibus conuerso ordine ad proposita respondit. Nam quod ait, Lamentauimus & non ploraſtis, ad Iohãnem pertinet, cuius abstinentia à cibis et potu, luctũ pniæ significabat. Quod autem ait, Cantauimus tibijs & non saltaſtis, ad ipsum dominum pertinet, qui utendo cum cæteris cibo & potu, lætitiam regni figurabat. At illi nec humiliari cum Iohanne, nec cum Christo gaudere uoluerunt, dicentes illum demonium habere, istum uoracem & ebriosum & amicum publicanorum & peccatorum. Quod aũt subiũgit, Et iustificata est sapiẽtia abomnibus filijs suis, Ostendit filios sapiæ intelligere, nec in abstinẽdo nec in manducando esse iusticiam, sed in æquanimitate tolerandi inopiam, & temperantiam per abundantiã, non se corrumpendi atq; oportune sumendi uel non sumendi ea quorum non usus, sed concupiscentia reprehendenda est: Non enim interest omnino quid alimentorum sumas, ut succuras necessitati corporis, dũmodo cõgruas in generibus alimentorum his cum quibus tibi uiuendum est. Neq; quantum sumas multum interest, cum uideamus aliorum stomachum citius satiari, & eos tamen illi ipsi paruo quo satiantur, ardenter & intolerabiliter & omnino turpiter inhiare, Alios autem pluſculo quidem satiari, sed tolerabilius inopiam perpeti, & uel ante horam positas epulas, si id in tempore aut opus sit, aut necesse sit, cum tranquillitate aspicere neq; tangere. Magis ergo interest, non quid uel quantum alimentorum pro congruentia hominum atq; personæ suæ, & pro suæ ualitudinis necessitate quis capiat, sed quanta facilitate atq; serenitate animi careat, cum his uel oportet uel etiam necesse est carere. ut illud in animo Christiani compleat quod Apo- Philip.4
stolus dicit, Scio & minus habere, scio & abundare in oĩbus, et in oibus ibutus sũ, & satiari, & esurire, & adũdare, & penuriã pati, Omnia possum in eo qui me consortat. Et illud, Neq; si manducauerimus abundabimus, ne- 1. Cor.8
q; si non manducauerimus egebimus. Et illud, Non est enim regnũ dei esca & potus, sed iusticia & pax & gau- Roma.14
dium. Et quia solent homines multum gaudere de carnalibus epulis, addidit, in spiritu sancto. Iustificatur etiam sapientia ab omnibus filijs suis, qui intelligunt utendis terrenis tempora opportuna esse debere, facilitatem uero carendi talibus, & amorem fruendi æternis non uariari oportere per tempora, sed perpetuo retineri.

Q̃ ait, Nemo lucernam accendens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit. Cap XII.

QVod dominus ait: Nemo autem lucernam accen- Lucæ.8
dens operit eam uase, aut subtus lectum ponit, sed super candelabrum ponit, ut intrantes uideant lumen. Qui uerbum dei timore carnalium incommodorũ abscondit, ipsam utiq; carnem præponit manifestationi ueritatis, & ea quasi cooperit uerbum timendo prædicare, eam itaq; uasis & lecti nomine appellauit, sub quo lucernam ponere ait eum qui hoc facit.

De

De illo in quo erat legio dęmoniorum. Cap. XIII.

Lucæ.8 QVod in regione Gerasenorum curauit dominus eum in quo erat legio dæmonum, significatæ sunt gẽtes quæ multis dæmonibus seruiebãt. Quòd sine uestimento erat, non habebat fidem. Quòd in domo non habitabat, in conscientia sua non requiescebat, Quòd in monumentis manebat, in mortuis operibus, hoc est peccatis delectabatur: Quòd autem compedibus ferreis & catenis ligabatur, significat graues & duras leges gentium, quibus & in eorum republica peccata cohibentur. Quòd etiam uinculis talibus diruptis agebatur à dæmonio in Hæremum, significat q, etiam ipsis transgressis legibus ad ea scœlera cupiditate ducebatur, quæ iam uulgarem consuetudinem excederent. Quòd autem in porcos pascentes in montibus dæmonia ire permissa sunt, significat immundos & superbos homines, quibus dæmonia dominantur per idolorum cultus. Quòd autem in stagnum præcipitati sunt, significat q, iam clarificata est ecclesia, & liberato populo gentium à dominatione dæmoniorum, in abditis agunt sacrilegos ritus suos, qui Christo credere uoluerunt, cæca & profunda curiositate submersi. Quòd autem pastores pecorum fugientes ista nunciauerunt, significat quosdam etiam primates impiorum, quàmq̃ Christianam legem fugiant, potentiam tamen eius per gentes stupendo & mirando prædicare. Quòd Gerasseni pergunt uidere quod factum est, et inueniunt hominem uestitum & mente sana sedere ad pedes Iẽsu, & cognoscentes quid factum sit, rogant Iẽsum ut ab eis discederet, magno timore pculsi, significat multitudinem uetusta sua uita delectatam, honorare quidem, sed nolle pati Christianam legem, dum dicunt q, eam implere non possint, admirantes tamen fidelem populum à pristina perdita conuersatione sanatum. Quòd illi cupit iam esse cum Christo, & tamẽ dicitur ei, Redi in domum Philip.1 tuam, & enarra quanta tibi fœcit deus, ex illa Apostoli sententia rectę potest intelligi, cum ait: Cupio dissolui et & esse cum Christo, multo magis optimum, manere in carne necessarium propter uos, Vt sic quisq; intelligat, post remissionem peccatorum redeundum sibi esse in conscientiam bonam, & seruiendum Euangelio propter aliorum etiam salutem, ut deinde etiam cum Christo requiescat, ne cum præpropere iam uult esse cum Christo, negligat ministerium prædicationis fraternæ redemptioni accommodatum.

De septuagintaduobus discipulis. Cap. XIIII.

Lucæ.10 DE septuagintaduobus discipulis: Sicut uiginti quattuor horis totus orbis peragitur atq; lustratur, ita ministerium illustrandi orbis per Euangelium trinitatis in septuagintaduobus discipulis intimatur, Vicies enim & quater terni, septuagies dipondius. Quòd autem binos mittit, sacramentum est charitatis. Siue quia duo sunt charitatis præcepta, siue quia omnis charitas minus quam inter duos esse non potest.

Q2 ait, Si lumen quod in te est tenebræ sunt. Cap. XV.

QVod dominus dicit, Si lumen quod est in te tenebræ sunt ipse tenebræ quantæ erunt? Lumen dicit bonam intentionem mentis qua operamur, tenebras autem ipsa opera appellat: Siue quia ignoratur ab alijs quo animo illa faciamus, siue quia eorum exitum etiam ipsi nescimus, id est, quò exeant atq; proueniant eis quibus nos ea bono animo impendimus. Plærumq; enim beneficijs nostris male utendo corrumpuntur, quibus nos ea misericorditer beniuola intenpione præstamus. Lucæ.11

Q2 ait, Nunc uos Pharisæi quod de foris est calicis & catini mundatis. Cap. XVI.

NVnc uos Pharisæi quod de foris est calicis & catini mundatis. Hinc & deinceps quod dicit in Pharasæos & legisdoctores, hoc est quod superius dixit, Offirmauerat faciem in Hierusalẽ, ut eis aperte uera diceret uitia & peccata eorum. Lucæ.9

De digito dei. Cap. XVII.

IDdeo dicitur spiritus sanctus digitus dei, propter partitionem donorum quæ in eo dantur, uniciuiq; propria, siue hominum, siue angelorum, in nullis enim membris nostris magis apparet partitio quàm in digitis. Lucæ.11

De ieiunio filiorum sponsi. Cap. XVIII.

IEiunium aut in tribulatione est, aut in gaudio. In tribulatione ad propitiandum deum pro peccatis, in gaudio uero, cum tanto minus delectant carnalia, quanto spiritalium maior sagina est. Cum ergo dominus interrogatus esset, cur discipuli eius non ieiunarent, de utroq; ieiunio respondit. Namq; ad illud q, in tribulatione ieiunari solet, pertinet quod ait, sponsi filios tunc ieiunaturos, cum ab eis ablatus fuerit sponsus, tunc enim desolabuntur, & in mœrore ac luctu erunt, donec eis per spiritum sanctũ gaudia consolatoria retribuantur. Quo dono percepto, etiã ieiunij alterũ genus qd' fiat plæticiã iam renouati in uitam spiritalem conuenient sse me celebrabant. Quod anteq̃ accipiant, dicit eos tanq̃ uetera uestimenta, quibus inconuenienter nouus pannus assuitur id est, aliqua particula doctrinæ, quæ ad nouæ uitæ temperantiam pertinet, Quia si hoc fiat, & ipsa doctrina quodammodo scinditur, cuius particula quæ ad ieiunium ciborum ualet, importune traditur, Cum illa doceat generale ieiuninm, non à concupiscentia ciborum tantum, sed ab omni lætieia temporalium delectationũ, cuius quasi pãnum, id est partem aliquam quæ ad cibos pertinet, dicit non oportere hominibus adhuc ueteri consuetudini deditis impertiri, quia & illinc quasi concisio uidetur fieri, & ipsi uetustati non conuenit. Dicit etiam similes eos esse ueteribus utribus, quos uino nouo, id est, spiritalibus præceptis facilius dirumpi, q̃ illud continere posse dicit. Lucæ.5

Erunt

Erunt autem iam utres noui, cum post ascensum domini desiderio consolationis eius orando & sperãdo innouabãtur. Tunc enim acceperunt spiritum sanctum, quo impleti cum omnium qui de diuersis gentibus aderant linguis loquerentur, dicti sunt musto pleni. Nouum enim uinum iam nouis utribus uenerat. Act. 2.

De illo qui descendens ab Hierusalẽ Hiericho incidit in latrones. Cap. XIX.

Luce, 10

HOmo quidam descendebat ab Hierusalem in Hiericho, ipse Adam intelligitur in genere humano. Hierusalem ciuitas pacis illa cœlestis, á cuius beatitudine lapsus ẽ. Hiericho luna interpretatur, & significat mortalitatem nostram, propter hoc q, nascitur, crescit, senescit. Et incidit in latrones, diabolus & angeli eius, qui eũ spoliauerunt immortalitate, & plagis impositis peccata suadendo reliquerunt semiuiuum, quia ex parte qua potest intelligere & cognoscere deum, uiuus est homo, ex parte qua peccatis contabescit & præmitur, mortuus ẽ, & ideo semiuiuus dicitur. Sacerdos autem & Leuita, q eo uiso præterierunt, sacerdotium & ministerium ueteris testamenti significat, quod non poterat prodesse ad salutem. Samaritanus custos interpretatur: Et ideo ipse dominus significatur hoc nomine. Alligatio uulnerum ẽ cohibitio peccatorum. Oleum consolatio spei bonæ, propter indulgentiam datam ad reconciliationem pacis. Vinum, exhortatio ad operandum feruentissimo spiritu. Iumentũ eius est caro, in qua ad nos uenire dignatus est. Imponi iumento, est in ipsam incarnationem Christi credere. Stabulum est ecclesia, ubi reficiuntur uiatores de peregrinatione redeuntes in æternam patriam. Altera dies est post resurrectionem domini. Duo denarij, sunt duo præcepta charitatis, quam per spiritum sanctum acceperunt Apostoli ad Euangelizandum cæteris, uel promissio uitæ præsentis & futuræ. Secundum enim duas ad promissiones dictum est: Accipiet in hoc sæculo centies tantum, & in sæculo futuro uitam æternam consequetur. Stabularius ergo est Apostolus. Quod supererogat, aut illud est consilium quod ait: De uirginibus autem præceptum domini non habeo, consilium autem do: Aut quod etiã manibus suis operatus est, ne infirmorum aliquem in nouitate Euangelij grauaret, cum ei liceret pasci ex Euangelio.

Matth. 19
1. Corin. 7
2. Thessa. 3

Quod Martha excepit illum in domum suam vbi Maria sedebat ad pedes domini, Cap. XX.

QVod Martha excepit illum in domum suam, significat ecclesiam, quæ nunc est excipientẽ dominum in cor suum, Maria soror eius quæ sedebat ad pedes domini, & audiebat uerbum eius, significat eandem ecclesiam, sed in futuro sæculo, ubi cessans ab opere ministerioq; indigentiæ, sola sapientia perfruetur. Martha ergo occupata est circa multum ministerium, qa nunc talibus operibus exercetur ecclesia. Quod aũt queritur q, se soror eius non adiuuet, occasio datur sententiæ domini qua ostendit istam ecclesiam sollicitam esse & turbari circa plurima, cum sit unum necessarium, ad quod per ministerij huius merita peruenitur. Mariam uero dicit optimam partem elegisse, quæ non auferetur ab ea, & ideo intelligitur optima, quia & per hanc ad illam tenditur & non auferetur. Illa uero ministerij quamuis sit bona, tamẽ auferetur, quando indigentia cui ministratur trã sierit. Luc. 10

De illo qui media nocte petijt ab amico tres panes. Cap. XXI.

AMicus ad quem uenitur media nocte ut accõmodet tres panes, utiq; ad similitudinem ponitur, secundum quam quis deum rogat in media tribulatione cõstitutus, ut ei tribuat intelligentiã trinitatis, qua præsentis uitæ consoletur labores. Sed comparatio est à minore. Si enim amicus homo surgit de lecto & dat, non amicitia sed tædio compulsus, quanto magis deus dat qui sine tædio largissime donat quod petitur, sed ad hoc repeti uult, ut capaces donorum eius fiant qui petunt. In tribus autem panibus etiã illud significatur unius esse substantiæ trinitatem. Amicus autem quem dicit ille qui petit uenisse de uia & non se habere quod ponat ante illum, intelligitur hominis appetitus qui debet obtẽperare rationi. Seruiebat autem consuetudini temporali, quam uiam uocat propter omnia per tempus transeuntia. Conuerso autem homine ad deum, etiam ille appetitus à consuetudine reuocatur, sed si non consolatur interius gaudium de doctrina spirituali qua creatoris trinitas prædicatur, magnæ angustiæ sunt in homine quẽ præmit ærumna mortalis, cum ab his quæ foris delectant præcipitur abstinentia, & intus non est refectio de lætitia doctrinæ salutaris, & ista angustia est media nox qua cogitur uehementer instare petẽdo ut accipiat tres panes. Quod autem dicitur, deintus iam ostium clausum esse, pueros quoq; eius cum eo in cubili esse, significat tempus fámis uerbi, cũ intelligentia clauditur, & illi qui Euangelicam sapientiam tanq̃ panem erogantes, per orbẽ terræ prædicauerunt, pueri patrisfamilias iam sunt in secreta quiete cum domino, & tamen orando efficitur ut accipiat desiderans intellectum ab ipso deo, etiam si homo desit per quem sapientia prædicetur. Luce. 11

De pane, pisce & ouo. Cap. XXII.

DE pane, pisce & ouo, quibus contraria posuit lapidem, serpentem & scorpionem, intelligitur panis charitas, propter maiorem appetitum, & tam necessariam, ut sine illa cætera nihil sint, sicut sine pane mensa inops: Cui contraria est cordis duricia, quam lapidi comparauit. Pisces autem intelligitur fides inuisibilium, uel propter aquam baptismi, uel quia de inuisibilibus locis capitur. Quod etiam fides huius mundi fluctibus circumlatata non frangitur, recte pisci comparatur: Cui cõtrarium posuit serpentem propter uenena fallaciæ, quæ etiã Luc. 11

primo homini male ſuadendo præſeminauit. In quo intelligitur ſpes, ouum enim nondum eſt fœtus perfectus, ſed fouendo ſperatur: Cui contrarium poſuit ſcorpionem cuius aculeus uenenatus retro timēdus eſt, ſicut ſpei cōtrarium eſt retro reſpicere, cum ſpes futurorum in ea quæ ante ſunt ſe extendat.

Quod ait, Tuliſtis clauem ſcientiæ. Cap. XXIII.

Luc. 11 DE eo quod dicit dominus ſcribis uel doctoribus Iudæorum: Tuliſtis clauem ſcientiæ, & ipſi nō introiſtis, & eos qui introibant prohibuiſtis, quod in ſcriptura de humanitate Chriſti dicitur, quam nec ipſi intelligere, nec ab alijs intelligi uolebant.

Quod ait, Anima plus eſt quam eſca. Cap. XXIIII.

Luc. 12 QVod dominus dicit diſcipulis: Anima pluris eſt quam eſca, & corpus quam ueſtimentū: Et utiq; ſi hoc tibi dedit quod plus eſt, quanto magis dabit quod minus eſt.

Quod ait, Sint lumbi ueſtri præcincti. Cap. XXV.

Luc. 12 QVod dominus dicit: Sint lumbi ueſtri præcincti, propter continentiam ab amore rerum ſæcularium, lucernæ ardētes, hoc ipſum ut uero fine & recta intentione faciatis.

De menſura tritici quam dat fidelis diſpēſator familiæ. Cap. XXVI.

Luc. 12 QVod dominus dixit Petro: Quis putas eſt fidelis diſpenſator & prudens, quem conſtituet dominus ſuper familiam ſuam, ut det illis in tēpore tritici menſuram. Menſuram dicit propter modum capacitatis quorumq; audientium.

Quod ait, Cum videritis nubem oriētem ab occaſu. Cap. XXVII.

Luc. 12 QVod dominus dicit: Cum uideritis nubem orientem ab occaſu, carnem ſuam à morte reſurgentem ſignificat. Ex illo enim omnibus terris imber Euangelicæ prædicationis infuſus eſt. Auſtrum flantem ante æſtus, tribulationes leuiores ante iudicium.

Quod ait, de ſtatura corporis cui non poſſent aliquid addere. Cap. XXVIII.

Luc. 12 QVod dominus dicit: Si enim quid minimum eſt non poteſtis, cum de augenda corporis ſtatura diceret: Minimum enim eſt hoc, ſed deo corpora operari.

Quod ait, Nolite in ſublime extolli. Cap. XXIX.

Luc. 12 CVm diceret diſcipulis non debere haberi ſollicitudinem de cibis ait: Et nolite in ſublime extolli: Primo enim hæc ad neceſsitatem implendam homo quærit. Cum autem hæc abundauerint, incipiet ſuperbire de talibus: Tale eſt hoc, ac ſi ſe uulneratus quis iactet, qa habeat multa emplaſtra in domo, cū hoc illi bonum eſſet ut uullnera non haberet, ne uno quidem indigeret emplaſtro. Congruenter Hydropicum animali qđ cecidit in putrū Luc. 14 comparauit, tumore enim laborabat, ſicut illam mulierē quam decem & octo annis alligatam dixerat, & ab eadē Luc. 13 alligatione ſoluebat, comparabat iumento quod ſoluitur ut ad aquam ducatur. Hydropicum autem recte comparamus diuitiū auaro: Sicut enim ille quāto magis abundat humore inordinato, tanto amplius ſitat, ſic iſte quanto eſt copioſior diuitijs quibus non bene utitur, tanto ardentius talia concupiſcit. Illam uero ita morbo incuruatam ui ſe erigere non poſſet, animæ terrenis opinionibus uel operibus debilitatæ uel oppreſſæ, ita ut diuina cogitare nō ualeat.

De inuitatis ad cœnam. Cap. XXX.

QVod de ciuitate adducit inuitatos ad cœnam, de ipſa gēte Iudæorum qui crediderūt ſignificat, Luc. 14 debiles peccatis, non habentes ſuperbiā quaſi iuſticiæ quæ mendax primates eorum à gratia prohibebat. Quod autem de ſepibus & uijs alios adduci iußit, cū adhuc locus eſſet, gentes ſignificat, propter diuerſas uias ſectarum, & ſpinas peccatorum.

De ſumptibus ad turrim ædificandam, & de rege qui habet uiginti milia. Cap. XXXI.

SVmptus ad turrim ædificandam, uires ad diſcipulatū Luc. 14 Chriſti obtinendum, & decem milia præliaturi cum rege qui habebat uiginti milia, ſimplicitatē Chriſtiani dimicaturi cum duplicitate diaboli, hoc eſt cum dolis et fallacijs eius in affectu conſtituit, renunciantis omnibus quæ ſunt eius. Ita enim concludit: Sic ergo omnis ex uobis qui non renunciauerit omnibus quæ poßidet, non poteſt meus eſſe diſcipulus. Inter quæ omnia etiam ipſa temporalis uita intelligatur, neceſſe eſt: Quam oportet ſic poßidere ad tempus, ut non impediat ab æterna, qui eam fuerit minatus auferre. Sicut autem de turri non perfecta opprobrium deterruit dicentium: Quia hic hō cœpit ædificare, & non potuit conſummare: Sic in rege cum quo dimicādum eſt, ipſam pacem accuſauit, cum ait: Adhuc illo lōge agente, legationem mittēs rogat ea quæ ſunt pacis: Significans enim minas imminentium à diabolo tēptationum, non ſuſtinere homines qui non renunciant omnibus quæ poßident, & pacem cum eo facere conſentiendo illi ad committēda peccata. Turrim quippe illum ædificare, & contra regem illum dimicare, eſſe diſcipulum Chriſti eſt, habere autem ſumptus ad perficiendam turrim, & habere fortia decem milia contra uiginti milia regis, renunciare eſt omnibus quæ ſunt eius.

De ſale infatuato & de oue perdita. Cap. XXXII.

SAlem infatuatum apoſtatam dixit, ouem perditā oēs peccatores dixit, qui per pœnitentiam reconciliantur deo. Quam humeris ſuis portat, quia humiliando ſe tales erexit. Ideo aūt illas nonagintanouē dixit quas reliqt in deſerto, qa ſupbos ſignificat tanq̄ ſolitudinē gerētes in animo, dum ſolos ſe uideri uolunt, qbus ad pfectionē uni-

Luc. 14

tas deest. Cum enim quisq; à uera unitate diuellitur, superbia diuellitur, suæ quippe potestatis esse cupiens, nõ sequitur unum qd' deus est: Ideoq; & in nonagintanouẽ ouibus & in nouẽ drachmis posuit eorum significationẽ, q̃ de se præsumentes, peccatoribus ad salutẽ redeuntibus se præponunt, unum enim deest ad nouẽ, ut decẽ sint, & ad nonagintanouẽ ut cẽtũ sint. Et si p̃ cæteros numeros hoc cõsideres, nam & nõgentis nonagintanouẽ unum deest ut mille sint, & ad nouẽ milia nõgentos nonagintanouẽ, unum deest ut decẽ milia sint. Variari ergo p̃ breuitatẽ & magnitudinẽ numeri possunt, q̃bus unum deest ut p̃ficiantur. Ipsum uero unum sine uarietate in se manẽs cũ accesserit perficit, cui deputat omnes per pœnitentiam reconciliatos, quæ humilitate obtinetur.

De duobus filijs quorũ minor profectus est in regionem longinquam. Cap XXXIII.

Luce.15

HOmo habẽs duos filios, deus ad duos populos intelligitur, tanq̃ stirpes duas generis humani, unã eorum q̃ p̃manserunt in unius dei cultu, aliã eorũ q̃ usq; ad colenda idola deseruerunt deum. Ab ipso aũt exordio creaturæ mortalium cõsideratio debet intelligi uel intẽdi. Maior ergo filius ad cultum unius dei pertinet. Minorẽ in regionẽ lõginquã p̃fectum esse dicit: Petijt enim ut sibi pars substantiæ quæ eũ tãgeret daretur à patre, tanq̃ anima sua potestate delectata id qd' illi est uiuere, intelligere, meminisse ingenio alacri excellere: Oĩa ista diuina sunt munera, quæ in potestatem accipiẽs p̃ liberum arbitriũ, q̃a diuisit pater liberis substantiã, minor filius in regionem lõginquam p̃fectus, male utendo naturalibus bonis, eo ipso q̃ patrẽ deseruit cupiditate fruẽdi creatura, relicto ipso creatore. Quod non post multos dies dixit factum, ut cõgregatis omnibus peregre p̃ficisceretur regionem humani generis placuit animæ p̃ liberum arbitriũ ferre secum quandã uelut potentiã naturæ suæ, & deserere eum à quo cõdita est præsidẽs uiribus suis, quas uires tanto cõsumut citius, quanto cum deserint à quo datæ sunt. Itaq; hãc uitam p̃digam uocat amantem fundere, atq; spaciari põpis exterioribus intus inanescẽtem, cum ea quisq; sequitur quæ ab illa p̃cedunt, & relinq̃t eum q̃ sibi est interior. Regio itaq; lõginqua, obliuio dei est, fames aũt in illa regione est indigentia uerbi ueritatis. Vnus ciuium regionis illius aliquis aëreus princeps ad militiã diaboli pertinens. Villa eius modus potestatis eius: Porci immundi spiritus q̃ sub ipso sunt. Siliquæ q̃bus porcos pascebat, sæculares doctrinæ sterili uanitate resonantes, de q̃bus laudes idolorum fabularumq̃; ad deos gentium p̃tinentium uario sermone atq; carminibus perepant, q̃bus dæmonia delectantur. Vnde cum iste saturari cupiebat, aliqd solidum et rectum qd' ad beatam uitam p̃tineret inuenire uolebat in
Luce.15 talibus, & non poterat. Hoc est enim qd' ait: Et nemo illi dabat. In se autem reuersus, iã scilicet ab eis quæ foris insecus fruſtra illiciunt & seducunt, in cõsciẽtia interiorẽ reducẽ faciẽs, intẽtionẽ suam dixit: Quanti mercennarij in domo patris mei abundant panibus? Vnde hoc scire poterat in quo erat tanta obliuio dei, sicut in omnibus idolatris fuit, nisi q̃a ista recogitatio iã resipiscẽtis est cũ Euãgelium prædicaretur? Iam enim poterat talis animaduertere multos prædicare ueritatẽ, inter quos quidam essent non ipsius amore ueritatis ducti, sed cupiditate cõparandorum sæcularium cõmodorũ. De q̃bus dicebat Apostolus esse quosdã q̃ Euangelium annunciauerant non caste, existimantes quæstum esse pietatẽ. Philip.1 1.Tim.6 Nõ enim aliud annunciabant, sicut hæretici, sed hoc qd' Apostolus Paulus, non eo tamen animo quo Apostolus Paulus, unde mercẽnarij recte appellãtur, in eadẽ quidẽ domo eundẽ panem uerbi tractantes, nõ tamen in hæreditatẽ æternam uocati, sed tẽporali mercede cõducti. De talibus dictum est: Amen dico uobis, p̃ceperunt mercedẽ suam. Matth.6 Luce 15 Ego ergo inquit hic fame pereo. Deinde ait: Surgam, q̃a iacebat, & ibo, q̃a lõge aberat: Ad patrẽ meum, q̃a sub principe porcorum erat. Cætera uerba sunt pœnitẽtiã meditãtis in cõfessiõe peccati, nondum tamen agentis. Nõ enim iã dicit patri, sed dicturum se esse p̃mittit cum uenerit. Intelligas igitur hoc nunc accipiendum esse uenire ad patrẽ, in ecclesia cõstituti p̃ fidẽ, ubi iã possit esse peccatorũ legitima & fructuosa cõfessio. Quid ergo patri dicturum se dicit? Pater peccaui in cœlum & coram te, & iã non sum dignus uocari filius tuus, fac me sicut unum de mercennarijs tuis. Vtrum hoc est, peccaui in cœlum, qd' est, coram te, ut cœlum appellauerit ipsam summitatẽ patris. Vnde est etiã illud in Psalmo: A summo cœlo egressio eius, cũ ab ipso patre uelPsalm.18 let intelligi. An potius: Peccaui in cœlum coram sanctis animis in quibus est sedes dei. Coram te aũt, in ipso penetrali interiore cõsciẽtiæ. Et surgens uenit ad patrẽ suum. Luce.15 Cum aũt adhuc lõge esset, anteq̃ intelligeret deum, sed tamen cum iã pie quæreret, uidit illum pater ipsius. Impios enim & supbos cõuenẽter non uidere dicitur, tanq̃ ante oculos non habere. Ante oculos enim haberi, nõ nisi q̃ diliguntur dici solent. Et misericordia motus est: Et accurrẽs cecidit sup collum eius. Nõ enim pater unigenitum filium deseruit: In quousq; ad nostrã longinquam etiã peregrinationẽ cucurrit atq; descẽdit q̃a deus erat in Christo mundum recõciliãs sibi. Et ipse dominus ait: Pater in 2 Corin.5 Ioh.14 me manens, ipse facit opera sua. Quid est aũt, sup collum eius cadere, nisi inclinare & humiliare in amplexum eius brachium suum, & brachiũ domini cui reuelatum est? Quod est utiq; dominus noster Iesus Christus. Et osculatus Esai.53 est illum id est cõsolari uerbo gratiæ dei ad spẽ indulgentiæ peccatorum, hoc est post lõga itinera remeantẽ, merari à patre osculum charitatis. Et incipit iã peccata cõstitutus in ecclesia cõfiteri. Nec dicit omnia quæ dicturum se esse promiserat, sed usq; ad illud: Nõ sum dignus uocari filius tuus. Hoc enim uult fieri per gratiam, quo se indignum esse per merita fatetur. Nõ addit quod in illa meditatione dixerat: Fac me sicut unum de mercennarijs tuis. Luce.15. Cum enim panem non haberet, uel mercennarius esse cupiebat, quod post osculum patris generosissime iam dedignatur.

dignatur. Stola prima est dignitas quam perdidit Adã. Serui qui eam proferũt, recõciliationis prædicatores. Annulus in manu, pignus est spiritus sancti propter gratiæ participationem, quæ digito dei bene significatur. Calciamenta in pedes, præparatio Euangelizandi ad non tangẽda terrena. Vitulus saginatus, ipse item dominus, sed secũdũ carnem satiatus opprobrijs. Quod autem imperat ut adducant eum, quid aliud nisi ut prædicent eum, & annunciando uenire faciant in exhausta fame uiscera filij esurientis: Nam etiam ut occidant eum iubet, hoc est ut mortem eius insinuent. Tunc enim cuiq; occiditur cũ creditur occisum. Et epulemur inquit, hoc ad lætitiam uidet, propter illa quæ consequẽter dicit: Quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. Et istæ epulæ atq; festiuitas nunc celebrantur per orbem terrarum ecclesia dilatata atq; diffusa. Vitulus enim ille in corpore & sanguine dominico offertur patri, et pascit totam domũ. Cum interea maior filius populus Israël secundum carnem, non quidem profectus in loginquum regionem, sed
Luc. 15 tamen in domo non est. In agro autem est, id est in ipsa hæreditaria opulentia legis & prophetarum, terrena potius operatur, & in quibuscunq; Israelitis consideratoribus: Nam multi tales inuenti sunt in eis & sæpe inueniuntur. Veniens de agro domui propinquare cœperit, id est à labore seruilis operis improbato, ex eijsdem scripturis ecclesiæ libertatem considerauit. Audit symphoniam & chorum scilicet spiritu plenos uocibus consonis Euã-
1. Corint. 1 gelium prædicare. Quibus dictum est: Obsecro uos fratres per nomen domini nostri Iesu Christi, ut id ipsum dicatis omnes, & concorditer conuersantium animã & cor-
Luc. 15 unum in laudes dei. Vocat unum de seruis, & interrogat quæ illa sint. Sumit utiq; ad legendum aliquem prophetarum, & in eo quærens quodammodo interrogat, unde ista festa in ecclesia celebrantur, in qua se esse non uidet. Respondet ei seruus patris propheta: Frater tuus uenit, & occidit pater tuus uitulum saginatum, quia saluum illum recœpit. In extremis enim terræ fuit frater tuus. Sed
Esai. 42 inde maior exultatio cantantium domino canticum noEsaie. 53 uum, quia laus eius ab extremis terræ, & propter eum q absens erat occisus est uir in plaga positus, & sciens ferre imbecillitatem, quia quibus non est narratum de eo uide-
Esai. 52 runt, & qui non audierant, intellexérunt. Sed indigna-
Roma. 11. tur etiam nunc, & adhuc non uult introire. Cũ ergo plenitudo gentium intrauerit, egredietur opportuno tempore pater eius, ut etiam omnis Israël saluus fiat, ex cuius parte cœcitas facta est uelut absentia in agro, donec plenitudo filij minoris longe in idolatria gentium constituti reducta ad manducandum uitulũ intraret. Erit enim quandoq; aperta uocatio Iudæorum in salute Euangelij. Quam manifestationem uocationis tanq; egressum patris appellat ad rogandum maiorem filium. Deinde quæ respondet idem maior filius, duas quæstiões habet: Quomodo accipiatur ille populus nunq; mandatum dei præterijsse: Et quem dicat hœdum quem nunq; acceperit, ut cũ amicis suis epularetur. Sed de mandato non prætergresso facile illud occurrit, neq; de omni mãdato dictum esse, sed de uno maxime necessario, quo nullum alium deum præter unum omnium creatorem colere iussus est. Neq; iste filius in omnibus Israelitis, sed in his intelligitur habere personam, qui nunq; ab uno deo ad simulacra conuersi sunt. Quamq; enim tanq; in agro positus iste filius terrena desideraret, ab uno tamen deo ista desiderabat bona, quis communia cum pecoribus. Vnde in Psalmo ex perPsalm. 72 sona synagogæ quod interpretatur Asaph, conuenienter accipitur dictum: Quasi pecus factus sum apud te, et ego semper tecum. Quod etiam patris ipsius testimonio cõprobatur cum dicit: Tu mecũ es semper. Non enim quasi mentientem redarguit, sed secum perseuerantiã eius approbans, ad perfruitionem potioris atq; iocundioris exultationis inuitat. Quis est ergo hœdus quem nunq; accepit ad epulandum? Peccator profecto hœdi nomine significari solet. Sed absit ut antichristum intelligam: Nõ enim exitum inuenio huiusce sententiæ. Multum enim absurdum est, eũ cui dicitur: Tu mecum es semper, hoc à patre optasse, ut Antichristo crederet. Neq; omnino in eis Iudæorum qui Antichristo crediturí sunt, istum filium fas est intelligi. Quomodo autem epularetur ex illo hœdo, si ipse esset Antichristus qui ei non crederet? Aut si hoc est epulari ex hœdi occisione quod est de Antichristi perditione lætari, quomodo dicit filius quem recepit pater hoc sibi non fuisse concessum, cum omnes filij dei de illius aduersarij damnatione lætaturi sunt. Nimirum ergo quod in re obscurißima sine præiudicio diligentioris inquisitionis dixerim, ipsum dominum sibi negatũ ad epulandum conqueritur dum eum peccatorem putat. Cum enim hœdus est illi genti, id est cum eum sabbati uiolatorẽ et prophanatorẽ legis existimat iocũdari epulis eius non meruit, ut q̃ ait: Nunq; dedisti mihi hœdum ut cum amicis meis epularer, tale sit ac si diceret, eũ qui mihi hœdus uidebatur, nunq; dedisti mihi ad epulandum, eo ipso mihi illum non concedens, quo mihi hœdus uidebatur. Quod autem dicit, cum amicis meis, aut ex persona principum cum plebe intelligitur, aut ex persona populi Hierosolymitani cum ceteris populis Iuda. Meretrices autem cum quibus dißipasse substantiam suam filius minor accusatus est, recte intelliguntur superstitiones relicto uno connubio legitimo uerbi dei cum turba dæmoniorum cupiditate turpißima fornicari. Quid deinde sibi uult, q̃ cum pater diceret: Tu mecum es semper, quod iam tractatum est addidit: Et omnia mea tua sunt, qua in re primo cauendũ est, ne intelligas ita dictum, omnia mea tua sunt, quasi non sint & fratris, aut tanq; in terrena hæreditate patiaris angustias. Quomodo possint omnia esse maioris, si habet & ibi iunior partem suam? Sic enim a perfectis & purgatis ac iam immortalibus filijs habentur omnia, ut sint & omnium singula & omnia singulorum. Vt enim cupiditas nihil sine angustia, ita nihil cum angustia charitas tenet. Sed quomodo omnia? Num & angelos ait aliquis

aliquis & uirtutes sublimes ac potestates, atq; uniuersa cœlestia de mysteria deus in possessionem tali filio subiecisse putandus est? Si possessionem sic accipias ut eius possessor ipse sit dominus, non utiq; omnia: Non enim domini erunt, sed consortes potius angelorum, de quibus dictū
Matth. 22 est: Erunt enim æquales angelis dei. Sin uero possessio sic intelligitur, quomodo recte dicimus possidere animas ueritatem, non inuenio, cur non uere ac proprie accipere possimus omnia quæ dicta sunt omnia. Non enim illud ita loquimur ut dominas ueritatis dicamus animas quam ab eis dicimus possideri. Aut si nomine possessionis adhuc sensu impedimur, id quoq; auferatur. Non enim ait, pater, omnia in possessionem tibi dabo, siue omnia mea possides uel possidebis, sed omnia mea tua sunt, nec tamen ita sunt eius ut ipsius dei. Quòd enim est in nostra pecunia, potest familiæ nostræ uel alimentum esse uel ornamentum, uel aliud huiusmodi. Et certe cum ipsum patrem recte ille posset suum dicere, non uideo quæ ipsius recte sua nocare non possit diuersis dūtaxat modis. Cum enim beatitudinem illam obtinuerimus, nostra erunt ad uiuendū superiora, nostra erunt ad conuiuendum æqualia, nostra erunt ad dominandum inferiora. Congaudeat ergo securissimus maior frater, quia iunior frater mortuus erat et reuixit, perierat & inuentus est.

De uillico quem dominus eiiciebat de uillicatione. Cap. XXXIIII.

Luc. 16 IN uillico quem dominus eiiciebat de uillicatione, & laudauit eum q, in futurum sibi prospexerit, non omnia debemus ad imitandum sumere. Non enim aut domino nostro facienda est in aliquo fraus, ut de ipsa fraude eleemosynas faciamus, aut eos à quibus recipi uolumus in tabernacula æterna, tanq̃ debitores dei & domini nostri fas est intelligi, cum iusti & sancti significentur hoc loco qui eos introducant in tabernacula æterna, qui necessitatibus suis terrena bona communicauerint, de quibus etiam dicit, q, si quis alicui eorum calicem aquæ frigi
Matth. 10 dæ dederit tantum in nomine discipuli non perdet mercedem suam: Sed etiam econtrario dicuntur istæ similitudines, ut intelligamus si laudari potuit ille à domino q, fraudem faciebat, quanto amplius placere domino deo, qui secundum eius præceptum illa opera faciunt, sicut etiā de
Luc. 18 iudice iniquitatis qui interpellabatur à uidua, comparationem duxit ad iudicem deum, cui nulla ex parte iudex
Luc. 16 iniquus conferēdus est. Quod autem de cētum cadis olei quinquaginta scribi fecit à debitore, & de centum choris tritici octoginta, ad nihil aliud ualere arbitror, nisi ut ea quæ similiter atq; in Leuitas Iudæi, quisq; opatur in Chri
Matth. 5 sti ecclesia, abundet iusticia eius super Scribarum & Pha
Luc. 19 risæorum, ut cum illi decimas darent, isti dimidias dent, sicut non de fructibus, sed de ipsis bonis suis fecit Zacheus. Aut certe duplicet decimam, aut duas decimas dando superet impendia Iudæorum. Mammona uero iniquitatis ideo à domino appellata est ista pecunia quam possidemus ad tempus, quia mammona diuitiæ interpretatur. Nec sunt istæ diuitiæ nisi iniquis, qui in eis cōstituunt spē atq; copiam beatitudinis suæ. A iustis uero cum hæc possi dētur, est quidem ista pecunia, sed non sunt tamen illis diuitiæ nisi cœlestes & spiritales, quibus indigentiam suam spiritaliter supplentes, exclusa egestate miseriæ, beatitudinis copia ditantur.

Quod ait, Si in alieno fideles non fuistis. Cap. XXXV.

QVod dicit: Si in alieno fideles nō fuistis: Alienas appellat terrenas facultates, quia nemo eas secū moriens aufert, hoc est quòd dicit Dauid: Ne timueris cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius, quoniam non cum morietur accipiet omnia, neq; simal descendet cū eo gloria eius.
Luce. 16
Psalm. 48

Quod ait, Nemo potest duobus dominis seruire. Cap. XXXVI.

QVod ait: Aut unum odiet, & alterum diliget, aut uni adhærebit, & alterum contēnet: Non sine consideratione distinguenda sunt: Nō enim paßim aut quasi temere dicta sunt. Nemo enim interrogatus utrum diligat diabolum, respondet se diligere, sed potius odisse. Deum autem se diligere omnes fere proclamant. Ergo aut unum odiet & alterum diliget ut fieri debet, odiet scilicet diabolum, diliget uero deum. Quòd uero adiunxit, aut alteri adhærebit & alterum contemnet: Adhærebit scilicet diabolo, cum quasi eius premia tēporalia sectatur, contemnet autem deum: Non dixit odiet, sed contemnet, sicut solent minas eius postponere cupiditatibus suis, qui de bonitate eius ad impunitatē sibi blan-
Luce. 16
Eccles. 5 diuntur. Quibus p Salomonē dicitur: Fili ne adijcias peccatum sup peccatum & dicas, miseratio dei magna est.

Quod dominus ait, Regnum cœlorū uim patitur. Cap. XXXVII.

REgnum cœlorum uim patitur, & qui uim faciūt, diripiunt illud. Non solum ut quisq; ista contemnat, sed etiam linguas deridentium se talia contemnentē, hic enim ui facta inuadit quodammodo quasi prædator uiolentus regna cœlorum, hoc enim subiunxit Euangelista, tum dixisset derisum fuisse Iesum à Pharisæis, cū de contemnendis terrenis diuitijs loqueretur.
Luc. 16

De diuite auaro ad cuius ianuam iacebat Lazarus ulcerosus. Cap. XXXVIII.

HOmo quidē erat diues, & induebatur purpura & byſſo, et epulabatur quotidie splendide &c. Per allegoriam sic accipi possunt ut in diuite intelligantur superbi Iudæorum ignorantes dei iusticiam, et suam uolentes constituere. Purpura & byssus dignitas regni est, & auferetur inquit à uobis regnum dei, & dabitur genti facienti iusticiam. Epulatio splendida, iactantia legis est, in qua gloriabantur plus ad pompā elationis, abutentes ea, quàm ad necessitatem salutis utentes. Mēdicus aūt nomine Lazarus, qui interpretatur adiutus, significat indigentem, ueluti gentilem aliquem aut publicanum,
Luc. 16
Roman. 10
Matth. 21
Luc. 16

qui tanto magis adiuuatur, quanto minus de suarum copia facultatum præsumit. Tales erant illi duo qui orabãt
Lucæ.18 in templo, unus publicanus, & alter Phariseus. Diues ergo dicit tanq̃ satiatus iusticia, non inter illos beatos numerandus qui esuriunt & sitiunt iusticiã: Gratias tibi ago,
Matth.5 quia non sum sicut publicanus iste. Pauper autem qui se adiuuari desiderat, dicit: Propitius esto mihi peccatori, Desiderat tamen saturari de micis quæ cadunt de mensa diuitis iacens ad ianuam: Non enim admittebatur ad epulas eius, qui nec bene illis utebatur, nec egenti dabat, tanq̃
Luc.11 scriba habens claues regni cœlorum, nec ipse intrans, nec alios intrare permittens. Micæ cadentes de mensa diuitis, sunt quædam uerba legis, quæ illi iactãtes quasi proijciebant in terram, cum superbe populo loquerentur. Vlcera autem sunt confessiones peccatorum, uelut mali humores à uisceribus intimis foras erumpentes. Canes qui ea lingebant, nequissimi homines sunt amantes peccata, qui lata lingua etiam laudare non cessant opera mala, quæ in se alius gemens & confitens detestatur. Sinus Abrahæ, req̃es est beatorum pauperum, quorum est regnum cœlorũ, in quo post hanc uitam recipi itur. Sepultura inferni pœnarũ profunditas, quæ superbos & immisericordes post hanc uitam uorat. Quos tamen dominus in ista narratione dicit uidere de longinquo, atq; sentire beatorum requiem, quo sane transire non possunt. Quod autem linguam sibi uult refrigerari, cum in flamma ubiq; totus arderet, significat quod scriptũ est: Mors & uita in manibus linguæ: Et quia ore confessio fit ad salutem, quod per superProuer.18 Rom.10 biam ille non fecit. Extremum autem digiti uel minimã operationem misericordiæ significat, qua per spiritumsanctum subuenitur. Cum autem ei dicitur: Recepisti bona in uita tua, illud tangitur, quia fœlicitatem dilexit sæculi, nec aliam uitam præter istam in qua superbus tumebat, adamauit. Lazarum autem mala dicit recepisse, quia intellexit huius uitæ mortalitatẽ, labores, dolores, & ærumnas, pœnam esse peccati, de quo scriptum est: Fuimus
Ephe.2 & nos naturaliter filij iræ sicut & cæteri. De quo iterũ
Iob.25 scriptum est: Nec infantem cuius est unius diei uita super terram mundum esse à peccato, quia omnes utiq; in Adã moriuntur, qui factus est transgressione mortalis. Quod autem dicit, ad ea loca in quibus torquentur impij, iustos etiam si uelint, non posse transire, quid aliud significat nisi post hanc uitam ita receptis in carcere, ut inde non exMatthæ.5 eant donec reddant nouissimum quadrantem, per incommutabilitatem diuinæ sententiæ nullum auxilium misericordiæ posse præberi à iustis, etiam si uelint illud præbere. Quo admonet scilicet ut in hac uita homines subueniant quibus possunt, ne postea etiam si optime recepti fuerint,
Lucæ.16 eis quos diligunt opitulari non ualeant. Illud enim quod scriptum est: Vt & ipsi recipiant uos in æterna tabernacula, non de supbis & immisericordibus scriptum est, qualis iste diues fuisse demõstratur, q̃ recipi à sanctis in illa tabernacula mereantur, sed de his qui sibi amicos officiosissimis opibus misericordiæ fœcerint, quanq̃ nec ipsos iusti uelut ppria potestate quasi gratificando recipiant, sed promissione atq; permissione illius, qui eos cõsilio præmonuit, ut sibi amicos facerent, & qui seipsum pasci, uestiri, hospitio recipi, uisitari in unoquoq; minimorum suorum liberatoris bonitate dignatus est. Quanq̃ illa receptio utrum statim post istam uitam fiat, an in fine sæculi i resurrectiõe mortuorum, atq; ultima retributione iudicij, nõ minima quæstio est, sed q̃libet fiat certe de talibus qualis ille diues insinuatur, nulla scriptura fieri Luc.16 pollicetur. Quinq; aũt fratres quos habere se dicit in domo patris sui, Iudæos significant. Appellati aũt sunt quinq;, quia sub lege detinebãtur quæ p Moysen data est, q̃ libros quinq; cõscripsit. Quod uero Lazarum petit mitti ad fratres suos, sensit se utiq; indignum q̃ testimonium p hibeat ueritati. Et qa non impetrauerat paululũ se refrigerari, multo minus credit relaxari se posse ab inferis ad prædicationẽ ueritatis. Quod Abrahã dicit, si uolunt credere, habent Moysen & Prophetas, nõ istos Euangelio Roman.8 præposuit, sed qa Euangelium, sicut dicit Apostolus, testimonium habet à lege et Prophetis, illis credẽdo posse eas significat ad Euangelium peruenire. Sicut alio loco ipse do Ioh.6 minus dicit: Si crederetis Moysi, crederetis & mihi: Ille enim de me scripsit. Deniq; ad hoc ptinet qd etiã postea dicit: Si Moysen et prophetas nõ audiunt, neq; si quis ex Luce,16 mortuis resurrexerit credẽt, qa eũ prænũciauerunt Moyses & pphetæ q̃ surrexit à mortuis, hoc ipsum etiã de illo q̃ resurrecturus esset à mortuis, qbus nõ credẽdo utiq; nec Christo uolũt credere. Multo minus ergo cuilibet possunt credere q̃ à mortuis resurgeret, qñ ei nõ credũt, cuius resurrectionẽ Moyses et pphetæ prædicauerũt qbus credere nolũt. Aliter etiã itelligi põt ista narratio, ut Lazarũ, dũm significare accipiamus, iacẽtẽ ad ianuã illius diuitis, qa se ad aures supbissimas Iudæorũ incarnatiõis humilitate deiecit, cupiẽs saturari de micis quæ cadebant de mẽsa diuitis: Et quærẽs ab eis uel minima opa iusticiæ, quæ suæ mensæ, hoc est suæ potestati p supbiã nõ usurparẽt, quæ opa misericordiæ atq; humilitatis, q̃uis minima, & si nõ disciplina & pseuerãtia uitæ bonæ, saltẽ interdũ uel casu facerẽt, sicut micæ de mẽsa cadere solẽt. Vlcera passiões sunt dñi ex infirmitate carnis, quã p nobis suscipe dignatus est. Canes ergo q ea lingebant, gentes sunt, quos hoies peccatores & immundos dicebãt Iudei, & tamen passiones domini in sacramentis corporis & sanguinis eius, per totum iam orbem suauitate lambũt deuotissima. Sinus Abrahæ intelligitur secretũ patris, quo post passionem resurgens assumptus est dominus, quo eum portatum ab angelis ideo dictum puto, quia ipsam receptionẽ qua in secretũ patris abscessit, angeli annũciauerunt discipulis inuentibus: Dicendo enim, quid statis aspicientes in cœlum, quid aliud dixerunt, nisi nullo Acto.1 modo posse oculos hominum usq; in illud penetrare secretum, quo ibat dominus, cum in conspectu discipulorũ

ferretur,

ferretur in cœlum. Iam cætera secundum superiorẽ expositionem accipi possunt, quia secretũ patris bene intelligitur, ubi etiam ante resurrectionem iustorum animæ uiuũt cũ deo, tanto enim uerus ubiq; est deus, quanto nullo continetur loco, sicut et latroni dictum est: Hodie mecum eris in paradiso, unde nunq̃ recessit dei filius, q̃uis ab hominibus per susceptam carnem in ciuitate Iudæorum tanta pateretur.

Luce. 23

Quare dixerunt discipuli, domine adauge nobis fidem. Cap. XXXIX.

Luce. 17

QVod dixerũt discipuli: Domine adauge nobis fidem, potest quidem intelligi hanc fidem sibi augeri postulasse, qua credũt ea quæ nõ uidentur, sed tamẽ dicitur etiã fides rerũ, quando nõ uerbis sed rebus ipsis præsentibus creditur qd̃ futurũ est, cũ iã p̃ speciẽ manifestã se contẽplandã præbebit sanctis, ipsa dei sapientia p̃ quã facta sunt omnia. De qua fide rerũ lucisq; illius præsentatæ forsitã Paulus Apostolus dicit: Iustitia enim dei reuelatur ex fide in fidem. Dicit enim & alio loco: Nos autẽ reuelata facie gloriã dñi speculantes, in eandẽ imaginem transformamur de gloria in gloriã tanq̃ à dñi spũ. Sicut enim hic ait, de gloria in gloriã, ita et ibi, de fide in fidẽ. De gloria scilicet euangelij quo nũc credẽtes illũinãtur, in gloria ipsius incõmutabilis & manifestæ ueritatis, qua tunc cõmutati pfruentur, ita ex fide uerborũ quibus nunc credimus quod nondum uidemus, in fidem rerum qua in æternum quod nunc credimus, obanebimus. Secundum sententiam hãc etiam illud est quod dictũ est à Iohãne in epistola ad Parthos: Dilectissimi, nũc filij dei sumus, & nondum apparuit quod erimus: Scimus quia cum apparuerit similes ei erimus, quoniam uidebimus eum sicuti est. Vnde enim nunc filij dei sumus, nisi quia potestatem dedit nobis filios dei fieri credentibus in nomine eius, ut uideamus in ænigmate. Vnde autem tunc similes ei erimus, nisi quoniam ut ipse ait, uidebimus eum sicuti est? Quod etiam dictum est: Tunc autem facie ad faciem. Illã ergo fidẽ præsentissimæ ueritatis, plærisq; non intelligentibus uideri potest dominus non discipulis, non ad id quod petiuerant respondisse. Cum enim dixissent: Domine adauge nobis fidem, ait illis: Si habueritis fidem tanquam granum sinapis dicetis huic arbori moro, eradicare et trãsplãtare in mare, et obediet uobis. Deinde sequitur: Quis autem uestrũ habens seruum arantem aut pascentem, cui regresso de agro dicit illi statim: Transi, recumbe, et nõ dicit ei: Para quod cœnẽ, & præcinge te & ministra mihi donec mãducem & bibam, & post hæc tu manducabis & bibes? Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ sibi impauerat? Non puto. Sic & uos cum feceritis omnia quæ præcepta sũt uobis, dicite, serui supuacui sumus, qd̃ debuimus facere fecimus. Quid hæc ptineant ad id quod dictum est: Domine adauge nobis fidem, difficile appareret nisi intelligamus ex fide in fidẽ, id est, ex fide ista qua ministratur deo, in illam fidem eos significasse trãsferẽdos ubi fruantur deo. Augebitur enim fides, cum primo uerbis prædicantibus, deinde rebus apparẽtibus creditur. Sed illa contemplatio summã quietẽ habet, quæ in æterno dei regno tribuitur: Sũma uero q̃s illa præmiũ est iustorũ laborũ, qui in ecclesiæ ministratione pagũtur. et ideo q̃uis in agro aret seruus aut pascet boues, hoc est in uita sæculari uel terrena uerset negocia, uel stultis hominibus tanq̃ pecoribus seruiat, ut opus est, ut post illos labores domum ueniat, hoc est ecclesiæ societur, laboret etiam ibi ministrans domino suo donec manducet & bibat: Nam & esuriens illi quæsiuit poma in arbore, et à Samaritana aquã sitiẽs postulauit. Manducet ergo & bibat, confessionem & fidem gentium ministrantibus, hoc est euangelizantibus seruis suis. Quo pertinet etiam illud qd̃ de grano sinapis eis primo rẽspõdit, prius illos fidẽ habere debere præsenti uitæ necessariã, quæ minima uidetur q̃diu thesaurus est in uasis fictilibus, sed ui maxima efferuet & germinat dominus noster Iẽsus Christus q uult pasci ministerio seruorũ suorum, hoc est in corpus suum quasi mactatos et manducatos trãsferre credentes, etiam hic pascit eos sacramẽto passiõis suæ, & uerbo fidei: Non enim uenit ministrari sed ministrare. Dicant ergo illi serui p̃ sinapis granum huic arbori moro, hoc est ipsi Euangelio crucis dominicæ per poma sanguinea, tanq̃ uulnera in ligno pendentia uictum populis præbituræ. Dicant ergo illi ut eradicetur de pfidia Iudæorũ, et in mare gentiũ transferatur atq; plantetur, hæc enĩ domestica seruitute esuriens et sitiens dño ministrabunt. Tunc demum quærant escis incorruptibilibus inæternũ diuinæ sapientiæ pfrui cũ dixerint: Serui supuacui sumus, quod debuimus facere fecimus, nihil in nõbis operis restat, cursũ cõsummauimus, agonem perfecimus, supereſt nobis corõa iustitiæ. Omnia enim dici possunt de illa ineffabili perfruitione ueritatis, et tanto magis omnia dici possunt, quanto minus aliquid digne dici potest: Nam & lux est illuminatorũ, & requies exercitatorum, et patria redeuntium, et esca indigentium, & corona uincentium, & quæcũq; bona temporaliter trãseũtia, per creaturarũ partes error appetit infideliũ, ueriora & in æternũ manentia in creatore omnium simul inuentura est pietas filiorum.

Psalm. 103

Rom. 1

2 Corin. 3

1 Iohañ. 3

Ioh. 1

1 Corin. 13

Luce. 17

Marc. 11
Iohan. 4.

2 Cor. 4.

Math. 20.

2 Thimo. 4

De decem leprosis. Cap. XL.

Luce. 17

IN decem leprosis quos dñs ità mundauit, cũ ait: Ite ostẽdite uos sacerdotibus, multa quæri possunt quæ merito quærentes mouẽt. Nõ solũ de nũero qd̃ sibi uelit q̃ decem sunt, sed q̃ unus ex illis solus gratias ægit, hæc enĩ libere quærũtur, ut etiã nõ inuestigata, uel nihil uel nõ multũ impediant intentionẽ legentis, sed illa potius, cur eos ad sacerdotes miserit, ut cum irent mundarentur. Nullũ enim eorum quibus hæc corporalia beneficia præstãt, inuenitur misisse ad sacerdotes nisi leprosos. Nã & illũ à lepra mundauerat cui dixit: Vade & ostende te sacerdotibus, & offer pro te sacrificium, quod præcepit Moyses in testimonium illis. Deinde qualis

Luce. 5.
Leui 14

mundatio spiritalis possit intelligi eorum quos ingratos exstisse redarguit. Secundum corpus enim facile est uidere posse hominem non habere lepram, & tamen animi esse nō boni. Secundū significationē autē huius miraculi cōturbat cōsiderantē, quomodo mundus dici possit ingratus: Quærendum igitur est quid ipsa lepra significet. Non enim sanati, sed mundati dicuntur qui ea caruerunt. Coloris quippe uitium est, nō ualitudinis, aut integritatis sensuum atq; membrorū, Leprosi ergo nō absurdi intelligi possunt, qui scientiam ueræ fidei nō habentes, uarias doctrinas profitentur erroris. Non enim uel abscondunt imperitiam suam, sed pro summa peritia proferunt in lucem, & iactantia sermonis ostentant. Nulla porro falsa doctrina est, quæ non aliqua uera intermisceat. Vera ergo falsis inordinate permixta in una disputatione uel narratione hominis tanquam in uniꝰ corporis colore apparentia, significant lepram tanquam ueris falsisq; colorū fucis humana corpora uarientem atq; maculantem. Hi autem tam uitandi sunt ecclesiæ, ut si fieri potest, longius remoti magno clamore Christum interpellent, sicut isti decem steterunt à longe, & leuauerunt uocem dicentes: Luce.17 Iesu præceptor miserere nostri: Nam et quod præceptorem uocant, quo nomine nescio, utrum quisquam dominum interpellauerit pro medicina corporali, satis puto significare lepram falsam esse doctrinam, quam bonus præceptor absterget. Sacerdotiū uero Iudæorum nemo fere fideliū dubitat figuram fuisse futuri sacerdotij regalis quod est in ecclesia, quo consecrantur omnes pertinentes ad corpus Christi, summi & ueri principis sacerdotum. Nam nunc & omnes unguntur, quod tunc regibus tamen & sacerdotibus fiebat. Et quod ait Petrus ad Christianum populum scribens: 1 Pet.2 Regale sacerdotium, utrumq; nomen illi populo conuenire declarauit, quo illa unctio pertiebat. Cætera itaq; uitia tanquam ualitudinis & quasi membrorum animæ atq; sensuum, per seipsum interius in conscientia & intellectu dominus sanat & corrigit. Doctrina uero uel imbuendi per sacramenta, uel cathecizandi per sermonem sonantem atq; lectionem, ubi color quidam intelligitur uerus atq; syncerus, quia in promptu est & foris eminentissimus. Non enim in occultis cogitationibus, sed in manifestis operationibus hæc quæ aguntur ecclesiæ Acto.9 propriæ contributa sunt. Itaq; Paulus uoce domini audita: Quid me persequeris? Et ego sum Iesus quem tu persequeris, ad Ananiam tamen missus est ut illo sacerdotio quod in ecclesia constitutum est, sacramentum doctrinæ fidei perciperet, & uerus eius approbaretur color: Non quia non potest per se ipsum dominus omnia facere, nam quis alius hæc facit etiam in ecclesia? Sed ut ipsa societas congregatorum fidelium approbando inuicem, atq; communicando ueræ fidei doctrinam in omnibus quæ dicuntur uerbis uel signantur sacramentis, tanq̄ unam speciem ueri coloris obducat. Ad hoc etiam pertinet Galata.2 quod idem dicit Apostolus. Deinde post annos quatuordecim ascendi Hierosolymam cū Barnaba assumpto & Tito. Ascendi autem secundū reuelationem, et exposui cū eis Euangeliū quod prædico gentibus. Seorsum autem his qui uidebantur esse aliquid, ne forte inuacuum curro aut cucurri. Et paulo post: Cum cognouissent inquit gratiam quæ data est mihi, Iacobus, Petrus et Iohannes, qui uidebantur columnæ esse, dexteras dederunt mihi & Barnabæ societatis. Ipsa enim collatio unam doctrinæ speciem, exclusa omni uarietate monstrabat, 1 Cor.1 quod salubriter etiam Corinthios monet dicens: Obsecro autem uos fratres per nomē domini nostri Iesu Christi, Acto.10 ut idipsum dicatis omnes. Cornelius etiam cum eleemosynæ eius acceptæ & preces eius auditæ, illi ab angelo nunciarentur, propter doctrinæ tamen sacramentorūque unitatem ad Petrum iubetur mittere, tanquam illi & suis diceretur: Ite ostendite uos sacerdotibus. Nam & Luc.10 cum irent mundati sunt. Iam enim ad eos uenerat Petrus, sed tamen ipsi nondum accepto baptismatis sacramento, nondum spiritaliter ad sacerdotes peruenerunt, & tamen infusione spiritussancti, & admiratione linguarum eorum mundatio declarata est. Quæ cum ita se habeant, iam facile est etiam illud uidere fieri posse, ut quisq; in ecclesiæ societate doctrinam integram ueramq; assequatur, & omnia secundum catholicæ fidei regulam edisserat, distinguat à creatore creaturam, eoq; manifestetur uarietate mendaciorum tanq̄ lepra caruisse, & tamen ingratus sit domino deo mundatori suo, qui elatus superbia gratiarum agendarū pia humilitate non subditur, similisq; efficitur illis de quibus dicit Apostolus: Quicum cognouissent deum, non ut deum magnificauerunt aut gratias egerunt. Quòd enim dicit eos deū cognouisse, ostendit quidem à lepra fuisse mundatos, sed tamē statim accusat ingratos. Ideoq; tales ingratos in nouenario numero tanq̄ imperfecti remanebunt. Vnum enim si addatur ad nouem quædam effigies unitatis impletur, quo fit tanta completio, ut ultra iam non progrediatur numerus, nisi rursus ad unum redeatur, et hæc per infinitatem numeri regula custodiatur. Nouem itaq; indigent uno, ut quadam unitatis forma coagulentur ut decem sint, unum autē nō eis indiget ut custodiant unitatem. Quamobrem ut illi nouē qui gratias nō egerunt, reprobi effecti à consortio unitatis exclusi sunt, ita unus ille q gratias egit, unicæ ecclesiæ significatiōe approbatus atq; laudatus est. Et q illi erāt Iudæi, amisisse p supbiam declarati sunt regnū cœlorū, ubi maxime unitas custoditur: Iste uero q erat samaritānus qd interpretatur custos, illi à quo accepit tribuens qd accepit, & quodāmodo cantans illud è Psalmo: Fortitudinem meā Psalm.58 ad te custodiam, per gratiarum actionem regi subiectus, humilitatem regni humili deuotione seruauit.

De illo qui in tecto est & uasa eius in domo. Cap. XLI.

Quid est quod dicit dominus: Qui fuerit Luce.17 in tecto, & uasa eius in domo, non descendat tollere

tollere illa. In tecto est, qui excedens carnalia tanquam in aura libera spiritaliter uiuit. Vasa eius domo sunt sensus carnales, quibus ad inuestigandam ueritatem quæ intellectu capitur, multi utentes penitus errauerunt. Huius ergo spiritalis uiri iam uasa ista uacant in domo, quia mẽte corpori supereminens per aciẽ intelligentiæ tanquã in tecto positus, perspicuitatæ sapientiæ ueluti cœlo apertissimo fruitur. Caueat ergo iste, ne in die tribulationis rursus uita carnali, quæ per sensus corporis pascitur delectatus ad uasa huiusmodi tollẽda descendat.

De illo qui in agro est ut non redeat retro. Cap. XLII.

Luc. 17. 1 Corin. 3

QVid est quod dictum est: Et qui in agro fuerit, similiter non redeat retro. Qui operatur in ecclesia, sicut Paulus & Apollo, plantat & rigat, non respiciat spem sæcularem cui renũciauit.

De uxore Loth. Caput. XLIII.

Luce. 17

QVid significauit uxor loth? Eos qui in tribulatione retro aspiciunt, et se à spe diuinæ promissionis auertunt, & ideo statua salis facta est, ut admonendo homines ne hoc faciant tanquam cõdiat cor eorum ne sine fatui.

De duobus in lecto, & duabus molentibus, & duobus in agro. Cap. XLIIII

Luce. 17

QVi sunt in illa nocte, duo in lecto, & duæ molentes in unum, et duo in agro, de quibus omnibus binis singuli assumẽtur & singuli relinquuntur: Tria genera hominum hic uidentur significari. Vnum eorum qui ociũ & quietem eligunt, neq; negocijs sæcularibus, neq; negocijs ecclesiasticis occupati quæ illorum quies lecti nomine significata est. Alterum eorum qui in plebibus constituti reguntur à doctioribus, agentes ea quæ sunt huius sæculi, quos & fœminarum nomine significauit, quia consilijs ut dixi peritorũ, regi eis expedit. Et molentes, dixit, propter temporalium negociorum orbem atq; circuitum, quas tamen in uno molentes dixit, inquantum de ipsis rebus & negocijs suis præbent usibus ecclesiæ. Tertium eorum qui operãtur in ecclesiæ ministerio tanquam in agro dei, de qua 1 Cor. 3 agricultura Apostolus loquitur. In his ergo tribus generibus bina sunt rursus genera hominum in singulis, & pro robore suarum uiarum discernuntur. Cum enim omnes ad ecclesiæ membra pertinere uideantur, aduenientẽ tamen temptatione tribulationis, ex illis qui sunt in ocio, & ex illis qui sunt in negocijs sæculi, & ex illis qui deo ministrant in ecclesia, aliqui permanent, aliqui cadunt. Qui permanent assumuntur, qui cadunt relinquuntur. Ergo unus assumetur, & unus relinquetur: Non quasi de duobus hominibus dictum est, sed de duobus generibus affectionum. In illa ergo nocte dixit, in illa tribulatione, ad ipsa tria genera quæ assumuntur pertinere arbitror etiam tria illa nomina uirorum sanctorũ, quos solos liberandos Ezechiel propheta pronunciat, Noe, Daniel et Iob. Videtur enĩ Noe pertinere ad eos, per quos ecclesia regitur, sicut per illum in aquis arca gubernata est, quæ figuram gestabat ecclesiæ. Daniel autem qui elegit cœlibem uitam, id est nuptias terrenas contempsit, ut sicut dicit Apostolus, sine sollicitudine uiueret, cogitans quæ sunt dei, genus eorum significat qui sunt in ocio, sed tamen fortissimi in temptationibus ut possint assumi. Iob autem quia uxorem & filios habuit, & amplas terrenarum rerum copias, ad illud genus pertinet cui molendinum deputatum est. Sed tamen ut sint fortissimi in temptationibus sicut ille fuit: Non enim aliter assumi potuerunt. Nec puto esse alia genera hominum quibus constat ecclesia quàm ista tria habentia binas differentias propter assumptionem & relictionem, quamuis in singulis multæ studiorum uoluntatumq; diuersitates, ad concordiam tamen unitatemq; coucurrentes possunt inueniri.

Ezec. 14 Genesis 7 Danielis, 1. 1 Cor. 7 Iob, 1.

De Iudice iniquo quem uidua interpellabat. Cap. XLV.

QVid est quod ad semper orandum & non deficiendum de iudice iniquo, uoluit parabolam ponere. Qui cum deum non timeret & hominem non reuereretur, uiduæ tamen assiduis interpellationibus cessit ut eam uindicaret, ne sibi ab illa tedium fieret. Nam hoc est quod ait, ne ueniens suggillet me. Quoniam parabolas dominus aut secundum similitudinem aliquam ponit, sicut de seruo illo cui dominus dimisit, quod ratione reddita debere inuentus est, & ipse conseruo suo dilationem saltem dare noluit, & de fœneratore qui cum duobus debitoribus donasset quod debebant, ab eo plus dilectus est cui plus donauit, & de homine qui habebat duos filios, maiorem in agro sibi propinquantem, minorem autem longinquo luxuriantem, & innumerabilia huiusmodi. De huis enim inquantum similia sunt ducitur intellectus eius rei, cui adhibetur ad mysterium insinuandæ aut requirendæ ueritatis, aut ex ipsa dissimilitudine aliquid probat, ueluti est illud: Quòd si fœnum agri quod hodie est, & cras in clibanum mittatur, deus sic uestit, quanto magis uos modicæ fidei. Ad hoc genus pertinet etiam illud quod de seruo ait, cui dominus denunciauerat ut à uillicatu remoueretur, fraudem quippe ille fœcit domino suo, ut falsatis chirographis debitoribus eius quantum commodum usum est relaxaret. Neq; ullo modo nos dominus ut sibi fraudem faciamus hortatur, sed si fraudando quasi prouidit in posterũ laudatũ eũ dicit à domino quanto maio-

Lucæ. 18. Matth. 18 Lucæ. 7. Lucæ. 15

Matth. 6

Lucæ. 16

re alacritate ſibi ꝓuidere debent in æternã uitã, quibus ut iuſte operentur, iubetur de mamona iniquitatis, quod
Lucæ.11 ſuo loco expoſitũ eſt. Ad hoc genus ptinet & ille qui nõ ꝓpter amicitiam, ſed ut tædio careret iã dormiens excitatur, ut tres panes cõmodet amico ſuo. Si enim ille molestia cõpulſus dedit, quãto magis deus qui ſeruos ſuos diligens ut petamus hortatur, dabit bõa petẽtibus ſe. Itaq; illud ſupius genus his uerbis adiungi poteſt, ſicut illud, ita & illud. Hoc autem poſterius his uerbis, ſi illud,
Lucæ.18 quanto magis illud, aut ſi non illud, quanto minus illud, ſed alicubi obſcure, alicubi apte iſta ponantur. Hic ergo iniquus iudex non ex ſimilitudine ſed ex diſſimilitudine adhibitus eſt, ut oſtenderet dñs quanto ceriores eſſe debeant, qui deũ pſeueranter rogant fontem iuſticiæ atq; miſericordiæ, uel ſi qd excellẽtius dici aut audiri poteſt, cũ apud iniquiſſimum iudicõ uſq; ad effectum implendi deſiderij ualuerit pſeuerantia deprecantis. Ipſa uero uidua poteſt habere ſimilitudinẽ eccleſiæ, q; deſolata uidetur donec ueniat dñs, qui tamen in ſecreto etiam nũc curam eius gerit. Si autẽ mouet cur electi dei ſe uindicari deprecentur, quod etiam in Apocalypſi Iohannis de martyribus dicitur, cũ apertiſſime moneamur ut ꝓ noſtris inimicis & pſecutoribus oremus: Intelligendũ eſt eam uindictam eſſe iuſtorũ, ut omnes mali peant. Pereũt autẽ duobus modis, aut cõuerſiõe ad iuſticiã, aut amiſſa ꝓ ſupplicij poteſtate, qua nunc aduerſus bonos q̃diu hoc ipſum bonis expedit, uel temporaliter aliquid ualent. Itaq; etiam ſi omnes homines cõuerterentur ad deũ, inter quos ſunt etiã imici ꝓ quibus iubemur orare, diabolus tamẽ qui operatur in filijs diffidentiæ, remaneret in ſæculi fine damnandus. Quem finẽ iuſti cum uenire deſiderant, quamuis pro inimicis ſuis orent, tamen non abſurde uindictam deſiderare dicuntur.

De homine nobili qui abijt in regionẽ lõginquã accipere ſibi regnũ. Cap. XLVI

Luce.19 HOmo quidam nobilis abijt in regionem longinquam, accipere ſibi regnum & reuerti: Ipſe dominus noſter Ieſus Chriſtus intelligitur. Regio longinqua eccleſia gentium uſq; ad fines terræ. Reuerti ſe
Roma.11 tamen dicit. Abijt enim ut plenitudo gentium intraret, reuertetur, ut omnis Iſrael ſaluus fiat. Per decem minas legem ſignificat propter decalogum: Decem autẽ ſeruos quibus ſub illa poſitis gratia prædicata eſt. Sic enim intelligendũ eſt eis datas minas ad uſum, cũ intellexerint eam ipſam legem remoto uelamine ad Euangelũ ptinere. Ciues eius qui poſt eũ miſerunt legationem, dicentes ſe nolle ut regnet ſibi. Iudæi ſũt: Qui etiã poſt reſurrectionem eis miſerunt perſecutores Apoſtolis, et prædicationem Euangelij reſpuerunt. Redit autem accepto regno, quia in manifeſtiſſima & eminentiſſima claritate ueniturus eſt, qui eis humilis apparuit, cũ diceret: Regnum
Ioh.18. meũ nõ eſt de hoc mũdo. Quod autẽ ſerui reddẽtes rõnem, ex eo quod acceperant laudantur quia lucrati ſũt ſignificat eos bonam reddere rõnem, qui bene uſi ſunt eo quod acceperunt ad augendas diuitias domini per eos q̃ credunt in eum. Quod qui facere nolunt, in illo ſignificati ſunt, qui minam ſuam in ſudario ſeruauit. Sunt enim homines hac ſibi peruerſitate blandientes ut dicant: Sufficit ut de ſe unuſquiſq; rationem reddat: Quid opus eſt alijs prædicare aut miniſtrare, ut etiam de ipſis reddere rationem quiſq; cogatur, cum apud dñm etiam illi ſine inexcuſabiles quibus lex data non eſt, neq; audito Euãgelio dormierunt, quia per creaturam potuerant cognoſcere creatorem, cuius inuiſibilia à conſtitutione mundi per ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciũtur. Hoc eſt enĩ Roman. 1
quaſi metere ubi nõ ſeminauit id eſt etiã eos ipſi impietatis reos tenere, in quibus uerbum legis aut Euangelij nõ miniſtratum eſt. Hoc autem ueluti periculum iudicij deuitantes, pigro languore à uerbi miniſtratione conquieſcunt, & hoc eſt quaſi in ſudario ligare quod acceperunt. Menſa quo danda erat pecunia ꝓfeſſionem ipſam religionis accipimus, quæ tãq; publice ꝓponitur ad uſũ neceſſariũ ſaluti. Quod autẽ unus eorũ qui bene uſi ſunt, decẽ acquiſiuit, & alter quinq;, ſignificat eos eſſe acquiſitos in gregem dei, à quibus ipſa lex ꝓ granã intellecta eſt, ſiue quia decalogo continetur, ſiue quia ille per quẽ lata eſt, libros quinq; conſcripſit, ad hoc ptinet & decem & quinq; ciuitates quibus eos præponit. Multiplicatio enĩ intelligentiæ in ipſa ueritate quæ de unoquoq; præcepto uel de unoquoq; libro pullulat ad unum redacta, quaſi ciuitatem facit uiuentũ rõnũ æternarũ. Eſt enim ciuitas non quorumlibet animantũ, ſed rationaliũ multitudo legis unius ſocietate deuincta. Quod autẽ ab illo q̃ uti uoluit, auferetur q̃ accepit, & ei datur qui decẽ habebat, ſignificatur et illũ poſſe amittere munus dei, q̃ habẽs nõ habet id eſt nõ utitur, & in eo augeri qui habens habet, hoc eſt bene utitur. Inimicos ergo ſuos quos iubet corã ſe interfici, ſignificat impietatẽ Iudæorum, qui ad eum conuerti noluerunt.

De camelo per foramẽ acus tranſeunte. Cap. XLVII

Luce.18 QVid eſt qd' ait: Facilius eſt camelum ꝑ foramẽ acus trãſire, quam diuitẽ intrare in regnũ dei. Diuitem hic appellat cupidũ rerũ temporaliũ et de talibus ſupbientẽ. His diuitibus cõtrarij ſũt pau-
Matth.5 peres ſpirtu, quorũ eſt regnũ cœlorũ. Nam eo manifeſtatur omnes cupidos, etiã ſi facultatibus huius mundi careant, ad hoc genus diuitũ q̃ eſt reprehẽſum ptinere, quia poſtea dixerũt qui audiebãt: Et quis poterit ſaluus fieri, cũ incõpabiliter maior turba ſit paupum, uidelicet intelligentes in eo numero deputari, etiam illos qui quãquã talia nõ habeant, tamẽ habendi cupiditate rapiũtur. Senſus eſt autẽ, facilius Chriſtũ pati ꝓ dilectoribus ſæculi, quã dilectores ſæculi ad Chriſtũ poſſe cõuerti. Camelus autẽ noie ſe intelligi uoluit, quia humilitatus onera ſuſtulit. In quo enim manifeſtius intelligitur, quã in ipſo quod ſcriptum eſt: Quanto magnus es, humilia te in omnibus. Per acum autem punctiones ſignificat, per punctiones

ctiones dolores in passione susceptos, Foramen ergo acus dicit angustias passionis. Quod autem ait: Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud deum, Eccle. 5
non ita accipiendum est, quod cupidi & superbi, qui nomine illius diuitis significati sunt, in regnum cœlorum sint intraturi cum suis cupiditatibus et superbia, sed possibile est deo, ut per uerbum eius, sicut & iam factum esse, et etiam quotidie fieri uidemus, à cupiditate temporalium ad charitatem æternorum, & à pernicioſa superbia ad humilitatem saluberrimam conuertantur.

De cœco illuminato. Cap. XLVII.

Possumus appropinquãtibus ab Hiericho sic intelligere, ut iam inde egressi, prope tamen adhuc essent ad eam ciuitatem, quod quidem minus usitate dicitur, sed tamen uideri possit hoc dictum, quoniam Matthæus egredientibus eis ab Hiericho dicit illuminatos duos cœcos qui iuxta uiam sedebant. De numero quippe nulla esset quæstio, si alter Euangelistarum de uno tacuisset unius reminiscens. Nam etiam Marcus unum commemorat, cum & ipse egredientibus eis ab Hiericho dicat illuminatum, cuius & nomen dixit & patrem, ut intelligamus eum fuisse notissimum, alterum ignotum, ut merito ille notus etiam solus decenter cõmemoraretur. Sed quoniam quæ consequuntur in euangelio secundum Lucam apertissime ostendunt, illud quod ipse narrat adhuc uenientibus eis Hiericho factum esse, nihil aliud restat intelligere, nisi bis esse factum hoc miraculum, semel in uno cœco dum adhuc ueniret in illam ciuitatem, & iterũ in duobus cum inde egrederentur, ut illud unum Lucas, illud alterum Matthæus enarraret, Neq; hoc sine aliquo sacramento. Si enim Hiericho lunam & ob hoc mortalitatẽ interpretatur, morti propinquans dominus, Iudæis solis lumen Euangelij iusserat prædicari, quod significauit ille unus cœcus quem Lucas commemorat. A morte autẽ resurgens atq; discedens, & Iudæis & gentibus, quos duos populus significare uidentur duo cœci commemorati à Matthæo. Templũ in Euangelio ipsum hominem intelliges, uel etiã adiuncto corpore eius quod est ecclesia. Secundum autẽ illud quod est caput ecclesiæ dictum est, soluite templum hoc, & in triduo suscitabo illud. Secũdum id uero quod etiam adiuncta ecclesia intelligitur templũ, uidetur dixisse: Auferte ista hinc, scriptum est enim: Domus mea domus orationis uocabitur, uos autem fœcistis eam domum negociationis uel spelũcam latronum: Significauit enim futuros in ecclesia, qui sua negocia potius agerent, uel receptaculum ibi haberent ad occultanda scelera sua quam ut charitatem Christi sequærentur et peccatorum confessione accepta uenia corrigerentur.

Luce. 18 — Matth. 20. — Marc. 10 — Iohan. 2. Isaie. 65. Hiere. 7

De uita sanctorum cum resurrexerint. Cap. XLIX.

Ad illud quod dixit: Non enim ultra incipiunt mori, quia connubia propter filios, filij propter successionẽ, successio propter mortẽ. Vbi ergo mors Luce. 20
non est, neq; cõnubia. Sicut enim nũc sermo noster decedentibus & succedentibus syllabis peragitur atq; perficitur, ita & ipsi hoies quorũ sermo est decedẽdo ac succedẽdo peragunt atq; perficiunt ordinẽ huius sæculi, q tẽporalium rerum pulchritudine contexitur. In illa autem uita quoniam uerbum dei est quo fruemur, nulla decessione & successione syllabarum completur, sed omnia quæ habet semper manendo simul habet, ita participes eis quibus ipsum solum erit uita, neq; moriendo sibi decedent, neq; nascendo succedent.

Quod ait, Orate ne intretis in tẽptationẽ. Caput. L.

Quod dixit dominus discipulis. Orate ne intretis in temptationem, & ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis, tanquam hoc eos admouerit, ut in eum dirigerent lapidem id est usq; ad eum perducerent intentionem legis, quæ scripta erat in lapide, usq; ad illum enim potest peruenire ille lapis, quoniã finis legis est Christus ad iusticiã omni credẽti, Luce. 22 — Deut. 9 — Roma. 10

Quod scriptum est de domino, Finxit se longius ire. Cap. LI

De eo quod scriptum est de domino: Finxit se longius ire, non ad mendacium pertinet. Non enim oẽ qd' fingimus mendacium est, sed quando id fingimus quod nihil significat, tunc est mẽdacium, Cum autẽ fictio nostra refertur ad aliquam significationem, non est mẽdacium, sed aliqua figura ueritatis: Alioquin omnia quæ à sapientibus & sanctis uiris, uel etiam ab ipso domino figurate dicta sunt, mendacia deputabuntur, quia secundũ usitatum intellectum non subsistit ueritas in talibus dictis Non enim homo qui habuit duos filios, quorũ iunior accepta parte patrimonij sui profectus est in regionem longinquam, & cætera quæ in illa narratione cõtexũtur, ita dicuntur tanquam uerè fuerit quisquam homo qui hoc in filijs suis duobus aut passus sit, aut fœcerit: Ficta sunt ergo ista ad rem quandam significandam tam longe alteq; maiorem, & tam incõparabiliter differentem, ut per illum fictum hominem deus uerus intelligatur. Sicut autem dicta, ita etiam facta finguntur sine mendacio ad aliquam rem significandam. Vnde est etiã illud eiusdẽ dñi, quod in fici arbore quæsiuit fructum eo tempore quo illa poma nondum essent. Nõ enim dubium est illã inqsitionem nõ fuisse ueram, quiuis enim hominũ sciret si nõ diuinitate uel tempe poma illam arborẽ non habere. Fictio igitur quæ ad aliquã ueritatẽ refertur, figura est, quæ nõ refertur, mendaciũ est. Quid ergo significat q, se ire longius dominus finxit, cum comitaretur discipulis, exponẽs eis sanctas scripturas, utrũ ipse esset, ignorantibus: Quid putamus nisi qa hospitalitatis officio ad suã cognitionem puenire posse homines intimauit, ut cũ longius ipse ab hominibus abscesserit super omnes cœlos, tamẽ ita cũ eis sit, qui hæc exhibent seruis eius, ut cũ dicere cœperint: Dñe qñ te uidimus hospitẽ & adduximus, tãq; cũ scilicet q lõge abscesserat? Respõdeat ille: Luce. 24 — Luce. 15. — Matth. 21 — Luce. 24

Cum

Cum uni ex minimis meis fœcistis. Tenet ergo Christũ ne longus ab illo eat quisquis cathezizatur uerbo in omnibus bonis et qui se cathezizat communicat, sicut
Galata,6 *Apostolus dicit: Communicet qui cathezizatur uerbo*
Roman.13 *ei qui se cathezizat in omnibus bonis. Et alio loco cum dixisset: Necessitatibus sanctorum communicantes, statum subiecit, hospitalitatem sectantes. Et isti enim cathezizati erant uerbo cum eis exponeret scripturas. Et quia hospitalitatem sectati sunt, eum quem in ipsa expositione scripturarum non cognouerunt, in panis fractione cognoscunt. Non enim auditores legis iusti sunt a-*
Roma.2 *pud deum, sed factores legis iustificabuntur.*

EIVSDEM DIVI AVRELII Augustini Hipponensis episcopi, liber de diuersis quæstionibus octogintatribus incipit.

OMNE VERVM A VERItate uerum est, & omnis anima eo *anima est quo uera anima est. Omnis igitur anima à ueritate habet ut omnino anima sit. Aliud autem anima est, aliud ueritas. Nam ueritas falsitatem nunquam patitur, anima uero sæpe fallitur Non igitur cum à ueritate anima est, à se se ipsa est. Est autem ueritas deus, deum igitur habet auctorem ut sit anima.*

De libero arbitrio, Quæstio.II

Iohan,14. *OMne quod fit, ei à quo fit par esse non potest: Alioquin iustitia quæ sua cuiq; tribuere debet de rebus auferatur necesse est. Hominem ergo deus cum fœcit quamquam optimum fœcerit, non tamen id fœcit quod erat ipse. Melior autẽ homo est qui uoluntate quã qui necessitate bonus est. Voluntas igitur libera danda homini fuit.*

Vtrum deo auctore sit homo deterior, Quæstio.III.

NVllo sapiente homine auctore fit homo deterior. Non enim parua ista culpa est, immo tanta est quæ in sapientem quamuis hominem cadere nequeat Est autem deus omni homine sapiente præstantior. Multo minus igitur deo auctore fit homo deterior. Multo enim præstantior dei uoluntas quam hominis sapientis est. Illo autem auctore cum dicitur. illo uolente dicitur. Est ergo uitium uoluntatis quo est homo deterior, quod uitiũ si longe ab est à dei uoluntate, ut ratio docet, in quo sit quærendum est.

Quæ sit causa ut homo sit deterior, Quæstio.IIII.

VT sit homo deterior aut in ipso causa est, aut in alio aliquo, aut in nihilo. Si in nihilo, nulla causa est. Aut si ita accipitur in nihilo, quod homo ex nihilo factus est, uel ex his quæ ex nihilo facta sunt, rursum in ipso erit causa quod eis quasi materies est nihilum. Si in alio aliquo, utrũ in deo, an in quolibet alio homine. an in eo q, neq; deus neq; homo sit. Sed nõ in deo, bonorum enim deus causa est Si ergo in homine. aut ui, aut suasione. Sed ui nullo modo, ne sit deo ualentior: sit quidem deus ita optime hominem fœcit, ut si uellet manere optimus nullo resistente impediretur. Suasione aũt alterius hominis si concedimus hominem deprauari, rursum quærendum erit, suasor ipse à quo deprauatus sit: Non enim potest prauus non esse talium suasor. Restat nescio quid quod nec deus, nec homo sit, sed etiam hoc quicquid est, aut uim intulit: aut suasit. De ui hoc respondetur quod supra. De suasione autem quicquid est, quia suasio non cogit inuitum, ad eiusdem hominis uoluntatem causa deprauationis eius redit, siue aliquo, siue nullo suadente deprauatus sit.

Vtrum animal irrationale beatum esse possit, quæst.V.

ANimal quod caret ratione, caret scientia. Nullũ autẽ animal quod scientia caret beatum esse potest. Non igitur cadit in animalia rationis expertia ut beata sint.

De malo. quæstio.VI

OMne quod est, aut est corporeum, aut incorporeum Corporeum sensibili, incorporeum autem intelligibili specie continetur. Omne igitur quod est. sine aliqua specie non est. Vbi autem aliqua species necessario est aliquis modus, & modus aliquid boni est. Sum num ergo malum nullum modum habet, caret enim omni bono: Nõ est igitur, quia nulla specie cõtinetur, totumq; hoc nomen mali de speciei priuatione reperum est.

Que proprie in animante anima dicatur, quæstio.VII.

ANima aliquando ita dicitur ut cũ mente intelligatur, ueluti cum dicimus hominem ex anima & corpore constare: Aliquando ita ut excepta mente dicatur. Sed cum excepta mente dicitur ex his operibus intelligitur quæ habemus cum bestijs communia. Bestiæ namq; carent ratione, quæ mentis est propria.

Vtrum per se anima moueatur, quæstio.VIII.

MOueri p se animã sentit q fẽit in se esse uolũtatẽ. Nam si uolumus, non alius de nobis uult. Et iste motus animæ spontaneus est, hoc enim ei tributum est à deo: Qui tamen motus, non de loco in locum est tanquã corporis: Localiter enim moueri corporis proprium est, Et cum anima uoluntate id est illo motu qui localis non est, corpus suum tamem localiter mouet, non ex eodem monstratur, et ipso localiter moueri: Sicut uidemus à cardine moueri aliquid per magnum spaciũ loci, & tamen ipsum cardinem non moueri loco.

Vtrum

Vtrum corporeis sensibus ueritas percipi possit. Quæstio IX.

OMne quod corporeus sensus attingit, quod & sensibile dicitur, sine ulla intermissione temporis commutatur, uelut cum capilli nostri crescunt, uel corpus uergit in senectutem, aut in iuuenta efflorescit, perpetuo id fit, nec omnino intermittit fieri. Quod autem non manet, percipi non potest, illud enim percipitur quod scientia comprehenditur. Comprehendi autem non potest quod sine intermissione mutatur. Non est igitur expectanda syncericas ueritatis à sensibus corporis. Sed ne quis dicat esse aliqua sensibilia eodem modo semper manentia, & quæstionem nobis de sole atq; stellis afferat, in quibus facile conuinci non potest, illud certe nemo est qui non cogatur fateri, nihil esse sensibile quod non habeat simile falso, ita ut internosci non possit. Nam ut alia prætermittam, omnia quæ per corpus sentimus, etiam cum ea non assunt sensibus, imagines tamen eorum patimur, tanquam prorsus absint, uel in somno, uel in furore. Quod cum patimur omnino, utrum ea ipsis sensibus sentiamus, an imagines sensibilium sint, discernere non ualemus. Si igitur sunt imagines sensibilium falsæ, quæ discerni ipsis sensibus nequeunt, & nihil percipi potest, nisi quod à falso discernitur, non est constitutum iudicium ueritatis in sensibus. Quamobrem saluberrime admonemur auerti ab hoc mundo, qui profecto corporeus est & sensibilis, & ad Deum, id est, ueritatem, qui intellectu & interiore mente capitur, quæ semper manet & eiusdem modi est, quæ non habet imaginem falsi, à qua discerni non possit, tota alacritate conuerti.

Vtrum corpus a Deo sit. Quæstio X.

OMne bonum à Deo, Omne speciosum bonum, in quantum speciosum est, Et omne quod species cõtinet speciosum est. Omne autem corpus ut corpus sit, specie aliqua continetur, Omne igitur corpus à Deo.

Quare Christus de fœmina natus sit Quæstio XI.

DEVS cum liberat, non partem aliquam liberat, sed totum liberat, quod forte in periculo est. Sapientia ergo & uirtus Dei, qui dicitur unigenitus, homine suscepto liberationem hominis indicauit. Hominis autem liberatio in utroq; sexu debuit apparere. Ergo quia uirum oportebat suscipere, qui sexus honorabilior est, cõsequens erat ut fœminei sexus liberatio hinc appareret, q; ille uir de fœmina natus est.

Sententia cuiusdam sapientis. Quæstio XII.

AGite inquit ô miseri mortales, hoc agite ne unquã polluat hoc domicilium malignus spiritus, ne sensibus immixtus incestet animæ sanctitatem, lucemq; mentis obnubilet. Serpit hoc malum per omnes aditus sensuales, dat se figuris, accommodat coloribus, adhæret sonis, latet in ira, in fallacia sermonis odoribus se subijcit, infundit saporibus, ac turbidi motus illuuiæ tenebrosis affectiõibus tenebrati sensus, quibusdam nẽbulis implet omnes meatus intelligentiæ, per quos expandere lumẽ rationis radius mentis solet. Et quia radius æthereæ lucis est, in eoq; speculum diuinæ præsentiæ. In hoc enim Deus, in hoc uoluntas innoxia, in hoc recte facti meritum relucet, Deus ubiq; præsens est. Tunc autem unicuiq; nostrum simul est, cum mentis nostræ illibata puritas in eius præsentia patuerit. Vt enim uisus oculorum si fuerit uitiatus, quicquid uidere non potuerit adesse nõ putat, Frustra enim circumstat oculos præsens imago rerum, si oculis integritas desit. Ita etiã deus qui nusquam deest, frustra pollutis animis præsens est, quem uidere mentis cœcitas non potest.

Quo documento constet homines bestijs excellere. quæstio XIII.

INter multa quibus ostendi potest, hominem ratione bestijs antecellere, hoc omnibus manifestum est, quod beluæ ab hominibus domari et mansuefieri possunt, homines à beluis nullo modo.

Non fuisse corpus Domini nostri Iesu Christi fantasma, quæstio XIIII.

SI fantasma fuit corpus Christi, fefellit Christus. Et si fallit, ueritas non est, Est autem ueritas Christus. Nõ igitur fantasma fuit corpus eius. Ioannis. 14

De intellectu, quæstio XV.

OMne quod se intelligit, cõprehendit se. Quod autem se comprehendit, finitum est sibi. Et intellectus intelligit se, Ergo finitus est sibi. Nec infinitus esse uult, quãuis possit, quia notus sibi esse uult, amat enim se.

De filio Dei, quæstio XVI.

DEVS omnium quæ sunt causa est. Quòd autem omnium rerum causa est, etiam sapientiæ suæ causa est. Nec unquam Deus sine sapientia sua. Igitur sempiternæ sapientiæ suæ causa est, nec tempore prior est quàm sua sapientia. Deinde si patrem sempiternum esse inest Deo, nec fuit aliquando non pater, nunquam sine filio fuit.

De scientia Dei, quæstio XVII.

OMne præteritum iam nõ est, Omne futurum nõdum est. Omne igitur & præteritum & futurũ deest. Apud Deum autem nihil deest, nec præteritum igitur nec futurum, sed omne præsens est apud Deum.

De trinitate, quæstio XVIII.

OMne quod est, aliud est quo constat, aliud quo discernitur, aliud quo congruit. Vniuersa igitur creatura si et est quoquo modo, & ab eo quod omnino nihil est, plurimum distat, & suis partibus sibimet congruit, causam quoq; eius trinam esse oportet qua sit, qua hoc sit: qua sibi amica sit. Creaturæ autem causam, id est, auctorem Deum dicimus. Oportet ergo esse trinitatem qua nihil præstãtius, intelligentius & beatius inuenire perfecta ratio potest. Ideoq; etiam cũ ueritas quæritur, plus q; tria genera quæstionum esse non possunt, utrũ omnino sit, utrum hoc an aliud sit, utrum approbandum improbandumue sit.

De Deo et creatura, quæstio XIX.

QVòd incommutabile est, æternum est, semper eni eiusdē modi est. Quod autem cōmutabile est, tempori obnoxiū est. Non enim semp eiusdem modi est, & ideo æternum non recte dicitur. Quod enim mutatur, non manet, quod non manet, non est æternum, Idq; inter immortale & æternum est, quod omne æternum immortale est, non omne immortale satis subtiliter æternum dicitur, quia etsi semper aliquid uiuat, tamē si mutabilitatem patiatur, non proprie æternum appellatur, quia non semper eiusdem modi est, quamuis immortale, quia semper uiuit recte dici posit. Vocatur tamen æternum interdum etiam quod immortale est. Illud uero quod & mutationē patitur, & animæ præsentia cum anima non sit, uiuere dicitur, neq; immortale ullo modo & multo minus æternum intelligi potest. Aeternū enim cum proprie dicitur, neq; quicquam præteritum quasi transierit, neq; quiquam futurum quasinondum sit, sed quicquid est tantummodo est.

De loco Dei, quæstio XX.

DEVS non alicubi est, Quod enim alicubi est, continetur loco, Quod continetur loco corpus est. Deus autem non est corpus. Non igitur alicubi est, & tamen quia est, & in loco non est. In illo sunt potius omnia quam ipse alicubi, nec tamen ita in illo ut ipse sit locus. Locus enim in spacio est, quod longitudine & latitudine & altitudine corporis occupatur, nec Deus tale aliquid est. Et omnia igitur in ipso sunt, & locus non est, Locus tamen Dei abusiue dicitur templum Dei, non quod eo contineatur, sed quod ei præsens sit. Id autem nihil melius quā anima munda intelligitur.

Vtrum Deus auctor mali non sit. quæstio XXI.

QVisquis omnium quæ sunt auctor est, & ad cuius bonitatem id tantū pertinet, ut sit omne quod est, non esse ad eum pertinere nullo pacto potest. Omne autē quod deficit, ab eo quod est esse deficit, & tendit in non esse. Esse autem & in nullo deficere bonum est, & malum est deficere. At ille ad quem non esse non pertinet, non est causa deficiendi, id est, tendendi ad non esse, quia ut ita dicam, essendi causa est. Boni igitur tantummodo causa est, & propterea ipse summum bonum est. Quocirca mali auctor non est, qui omnium quæ sunt auctor est, quia inquantum sunt, in tantum bona sunt.

Deum nō pati necessitatē, quæst. XXII.

VBI nulla indigentia, nulla necessitas, Vbi nullus defectus, nulla indigentia. Nullus autem defectus in Deo, nulla ergo necessitas.

De patre & filio, quæstio XXIII.

OMne castum castitate castum est, & omne æternū æternitate æternum est, & omne pulchrum pulchritudine, & omne bonum bonitate, ergo & omne sapiens sapientia, & omne simile similitudine. Sed duobus modis castum castitate dicitur, uel quod eam gignat ut ea sit castum castitate quam gignit, & cui principiū atq; causa est ut sit. Aliter autem cum participatione castitatis quidq; castum est, quod potest aliquando esse non castū, atq; ita de cæteris intelligendum est. Nam & anima æternitatem uel intelligitur uel creditur cōsequi, sed æterna æternitatis partieipatione fit. Non aūt ita æternus deus, sed quòd ipsius æternitatis est auctor. Hoc & de pulchritudine & de bonitate licet intelligi. Quamobrē cum sapiens Deus dicitur, & ea sapientia sapiens dicitur, sine qua eum uel fuisse aliquando, uel esse posse, nefas est credere, nōparticipatione sapientiæ sapiens dicitur, sicuti anima, quæ & esse, & nō esse sapiens potest, sed q. ipse eam genuerit qua sapiens dicitur sapientiā. Item illa quæ participatione sunt uel casta, uel æterna, uel pulchra, uel bona, uel sapientia, recipiunt, ut dictum est, ut posint nec casta esse, nec nec æterna, nec pulchra, nec bona, nec sapientia. At ipsa castitas, æternitas, pulchritudo, bonitas, sapiētia nullo modo recipiunt, aut corruptionē, aut ut ita dicam temporalitatem, aut turpitudinē, aut malitam. Ergo etiam illa quæ participatione similia sunt, recipiunt dißimilitudinem. At ipsa similitudo nullo modo ex aliqua parte potest esse dißimilis. Vnd fit ut cum similitudo p atris filius dicitur, quia eius participatione similia sunt, quæcunq; sunt, uel inter se, uel Deo similia. Ipsa est enim species prima, qua sunt, ut ita dicam, speciata & formata, quæ formata sunt omnia, ex nulla parte patri potest esse dißimilis. Idem igitur quod pater, ita ut iste filius sit, ille pater, id est, iste similitudo, ille cuius similitudo est, iste substantia, ille substantia, ex quo una substantia. Nam si non una est, recipit dißimilitudinem similitudē, quod fieri posse omnis ueriſſima negat ratio.

Vtrum peccatum & recte factum in libero sit uoluntaris arbitrio. quæstio XXIIII.

QVicquid casu fit, temere fit. Quicquid temere fit, non fit prouidētia. Si ergo casu aliqua fiunt in mūdo, non prouidentia uniuersus mundus administratur. Si non prouidentia uniuersus mūdus administratur, est ergo aliqua natura atq; substantia quæ ad opus prouidentiæ nō pertinet. Omne autem quod est, in quantum est, bonū est. Summè enim est illud bonū, cuius participatione sunt bona cætera. Et omne quod mutabile est, non per seipsum, sed boni immutabilis participatione in quantum est, bonū est. Porro illud bonum, cuius participatione sunt bona cætera quæcunq; sunt, non per aliud, sed per seipsum bonum est, quā diuinam etiā prouidentiam uocamus. Nihil igitur casu fit in mundo. Hoc constituto, consequens uidetur, ut quicquid in mundo geritur, partim diuinitus geratur, partim nostra uoluntate. Deus enim quouis homine optimo & iustißimo longe atq; incomparabiliter melior & iustior est. Iustus autē regens et gubernās uniuersa nullam pœnā cuiquā sinit immerito infligi, nullū præmiū immerito dari. Meritū aūt pœnæ, peccatū, et meritū præmij, recte factū est. Nec peccatum aut nec recte factū imputari cuiq; iuste potest, qui nihil fœcerit propria uoluntate. Est igitur & peccatum & recte factum in libero uoluntatis arbitrio.

De

De cruce Christi, quæstio XXV.

SApientia Dei hominem ad exemplum, quo recte uiueremus suscepit. Pertinet autem ad uitam rectam, ea quæ non sunt metuenda nõ metuere. Mors aũt metuenda non est. Oportuit ergo idpsum illius hominis, quẽ Dei sapientia suscepit, mortem monstrari. Sũt autem homines qui quamuis mortem ipsam non timeant, genus tamen aliquod ipsius mortis horrescunt. Nihilominus autẽ ut ipsa mors metuenda non est, ita etiam nullũ genus mortis bene & recte uiuenti homini metuendum est. Nihilominus igitur hoc quoq; illius hominis cruce ostendendum fuit. Nihil enim erat inter omnia genera mortis illo genere execrabilius & formidolosius.

De differentia peccatorũ, quæst. XXVI.

ALia sunt peccata infirmitatis, alia imperitiæ, alia malitiæ. Infirmitas contraria est uirtuti, imperitia contraria est sapiẽtiæ, malitia cõtraria est bonitati. Quisquis igitur nouit quid sit uirtus & sapiẽtia Dei, potest existimare quæ sint peccata uenialia. Et quisquis nouit quid sit bonitas Dei, potest existimare quibus peccatis certa pœna debeatur, & hic & in futuro sæculo. Quibus bene tractatis probabiliter iudicari potest, quæ non sint cogendi ad
Psalm. 50. pœnitentiam luctuosam & lamentabilẽ, quamuis peccata fatentur, & quibus nulla omnino speranda sit salus, nisi sacrificiũ obtulerint Deo, spiritũ cõtribulatũ p pœnitẽtiã.

De prouidentia, quæstio XXVII.

FIeri potest ut per malum hominem diuina prouidentia, & puniat, & opituletur. Nam Iudæorũ impietas, & Iudam supplantauit, Gentibus saluti fuit. Item fieri
2. Corin. 2 potest, ut diuina prouidentia per hominẽ bonum & damnet & adiuuet, sicut ait Apostolus: Alijs sumus odor uitæ in uitam, alijs aũt odor mortis in mortem. Sed cum omnis tribulatio, aut pœna impiorum sit, aut exercitatio iustorum, quia eadem tribula & paleas concidit, & frumenta à paleis exuit, unde tribulatio nomen accepit. Rursus cũ pax & quies à molestijs temporalibus, et bonos lucretur, & corrumpat malos, omnia hæc diuina prouidentia pro meritis moderatur animarum, sed tamen non sibi eligunt boni ministerium tribulationis, nec mali amant pacem. Quare ipsi quoq; per quos id agitur quod ignorant, non iustitiæ quæ refertur ad Deum, sed maluolentiæ suæ mercedem accipiunt. Quemadmodũ nec nobis imputatur, quòd ipsis prodesse uolẽtibus nocetur alicui, sed bono animo benuolentiæ præmiũ tribuitur. Ita etiam cætera creatura pro meritis animarum rationalium uel sentitur, uel latet, uel molesta, uel commoda est. Summo enim Deo cuncta bene administrante quæ fecit, nihil inordinatum in uniuerso nihilq; iniustum est siue scientibus siue nescientibus nobis, sed in parte offenditur anima peccatrix, tamen quia pro meritis ibi est ubi talem esse decet, & ea patitur quæ talem pati æquum est, uniuersum regnum Dei nulla sui fœditate deformat. Quamobrem quoniam non omnia nouimus quæ de nobis bene agit ordo diuinus, in sola bona uoluntate secundum rem agimus, in cæteris autem secundum legem agimur, cum lex ipsa incommutabilis maneat, & omnia mutabilia pulcherrima gubernatione moderetur.
Gloria igitur in excelsis Deo, & in terra pax hominibus Luc. 2
bonæ uoluntatis.

Quare deus mundum facere uoluerit, quæstio XXVIII.

QVi quærit quare uoluerit Deus mundum facere, causam quærit uoluntatis Dei. Sed omnis causa efficiens est. Omne aũt efficiens maius est quàm id quod efficitur, Nihil autẽ maius est uoluntate Dei, non ergo eius causa quærenda est.

Vtrum aliquid sit sursum aut deorsum in uniuerso, quæstio XXIX.

QVAE sursum sunt sapite. Ea quæ sursum sunt sa- Coll. 3
pere iubemur, spiritalia scilicet, quæ non locis & partibus huius mundi sursum esse intelligenda sunt, sed meritò excellentiæ suæ, ne in eius mundi parte figamus animum nostrum, quo uniuerso nos debemus exuere. Sursum enim aut deorsum in huius mundi partibus est. Nam uniuersus nec ipse habet sursum aut deorsum, Corporeus est enim, quia omne uisibile corporeũ est. Nihil in uniuerso corpore sursum aut deorsum est. Cum enim in sex partes motus fieri uideatur, quia rectus dicitur, id est, qui circularis, non est in anteriora & posteriora, in dexteriora & sinisteriora, in superiora & inferiora, nulla omnino ratio est, cur uniuerso corpori ante ac post nihil sit, & dextera ac læua sit, aut sursum aut deorsum. Sed eo considerantes decipiuntur, quòd sensibus & consuetudini difficile obsistitur. Non enim tam facilis est nobis conuersio corporis, quæ fit, si quis capite deorsum moueri uelit, quàm faciles sunt à dextera in leuã, uel ab anteriore in posteriorem partem. Quamobrẽ remotis uerbis secum animo tractandum est, ut hoc cernere ualeat.

Vtrum omnia in utilitatem hominis creata sint, quæstio XXX.

VT inter honestum & utile interest, ita & inter fruendum et utendum. Quanquam enim omne honestum utile, & omne utile honestum est subtiliter defendi quærat, tamen quia magis proprie atq; usitatius. Honestũ dicitur, quod per seipsum expetendum est, utile autem qđ ad aliud aliquid referendum est. Secundum hanc differentiam nunc loquimur, illud sane custodientes, ut honestum & utile nullo modo sibimet aduersentur. Aduersari enim hæc sibi aliquando imperite ac uulgariter existimantur. Frui ergo dicimur ea re de qua capimur uoluntate, Vtimur ea quam referimus ad id, unde uolũtas capienda est. Omnis itaq; humana peruersio est, quod etiam uitium uocatur, fruendis uti uelle, atq; utendis frui. Et rursus omnis ordinatio, quæ uirtus etiam nominatur, fruendis frui, & utendis uti, Fruendum est autem honestis, utendum uero utilibus. Honestatem uoco intelligibilem pulchritudinem quam spiritalem nos proprie dicimus, utilitatem autem diuinam prouidentiam. Quapropter quanquam sint multa

pulchra uisibilia, quæ minus proprie honesta appellãtur, ipsa tamen pulchritudo ex qua pulchra sunt quæcunq; pulchra sunt, nullo modo est uisibilis. Item multa utilia uisibilia, sed ipsa utilitas ex qua nobis prosunt quæcunq; prosunt, quam diuinam prouidentiam dicimus, uisibilis non est. Notum sane sit uisibilium nomine omnia corporalia contineri. Oportet ergo frui pulchris inuisibilibus, id est, honestis. Vtrum autem omnibus, alia quæstio est, quanquam fortasse honesta nonnisi quibus fruendum est, dici deceat. Vtilibus autem utendum est omnibus, ut quoq; eorum opus est. Et frui quidem cibo & qualibet corporali uoluptate non adeo absurde existimãtur & bestiæ, uti autem aliquare non potest nisi animal quod rationis est particeps. Scire namq; quo quidq; referendum sit, non datũ est rationis expertibus, sed neq; ipsis rationalibus stultis.

Nec uti quisq; potest ea re quæ quo referẽda sit nescit, nec quisq; potest scire nisi sapiens. Quare abuti rectius dici solent, qui non bene utuntur. Non enim cuiquam prodest id quod male utitur, & quod non prodest, non utiq; utile est. Vtile autem quicquid est utendo est utile, ita nemo utitur nisi utili. Non ergo utitur quisquis male utitur. Perfecta igitur omnis ratio, quæ uirtus uocatur, utitur primo seipsa ad intelligendum Deum, ut eo fruatur à quo etiam facta est. Vtitur etiam cæteris rationalibus animantibus, ad societatem, irrationalibus ad eminentiam. Vitam etiam suam ad id refert ut fruatur Deo, ita enim beata est. Ergo & seipsa utitur quæ profecto inchoat misera superbia, si ad seipsam, non ad Deum referatur. Vtitur etiam corporibus quibusdam uiuificandis ad beneficentiam, sic enim utitur suo corpore, quibusdam assumendis uel respuendis ad ualitudinem, quibusdam tolerandis ad patientiam, quibusdam ordinandis ad iustitiam, quibusdam considerandis ad aliquod ueritatis documentum. Vtitur etiam his à quibus se abstinet ad temperantiam. Ita omnibus & sensis & non sensis utitur, nec aliquid tertium est. Iudicat autem de omnibus quibus utitur, de solo Deo non iudicat, quia secundum Deum de cæteris iudicat, nec eo utitur, sed fruitur. Neq; enim ad aliquid aliud Deus referendus est. Quoniã omne quod ad aliud referendum est, infirius est quàm id ad quod referendum est. Nec est aliquid Deo superius, nõ loco, sed excellẽtia substantiæ. Omnia ergo quæ facta sunt in usum hominis facta sunt, quia omnibus utitur iudicando ratio, quæ homini data est. Et ante lapsum quidem nõ utebatur tolerandis, nec post lapsum utitur, nisi conuersus, & quanquam ante mortem corporis, iam tamẽ quantum potest Dei amicus, quia libenter seruus.

Sententia Ciceronis quemadmodum uirtutes animi ab illo diuisæ ac definitæ sint, quæstio XXXI.

VIrtus est animi habitus naturæ modo atq; rationi consentaneus. Quare omnibus partibus eius cognitis tota uis erit simplicis honestatis considerãda. Habet igitur partes quatuor, prudentiam, iustitiam, fortitudinem, temperantiam. Prudẽtia est rerum bonarum & malarũ & neutrarum scientia. Partes eius, memoria, intelligẽtia, prouidentia. Memoria est per quam animus repetit illa quæ fuerunt. Intelligentia, per quam eam perspicit quæ sunt. Prouidentia, per quam futurum aliquid uidetur antequam factum est. Iustitia est habitus animi communi utilitate conseruata suam cuiq; tribuens dignitatem. Eius initium est à natura profectum, Deinde quædam in cõsuetudinem ex utilitatis ratione uenerunt. Postea res ex natura profectas, & consuetudine probatas, legum metus & religio sanxerunt. Natura ius est, quod non opinio genuit, sed quædam innata uis inseruit, ut religionem, pietatem, gratiam, uindicationem, obseruantiam, ueritatem. Religio est, quæ superioris cuiusdam naturæ, quam diuinam uocant, curam cerimoniamq; affert. Pietas per quam sanguine coniunctis patriæq; beniuolens officium, et diligens tribuitur cultus. Gratia in qua amicitiarum et officiorũ alterius memoria & remunerandi uoluntas cõtinetur. Vindicatio per quam uis aut iniuria & omnino omne quod offuturum est, defendendo aut ulciscendo propulsatur. Obseruatio per quam homines aliqua dignitate antecellentes, cultu quodam & honore dignantur. Veritas per quã immutata ea quæ sunt aut fuerunt aut futura sunt dicuntur. Cõsuetudine aũt ius est, quod aũt leuiter natura iactatum a'uit, & malus fœcit usus, ut religionem & si quid eorum quæ ante diximus à natura proiectum, maiis factum propter consuetudinem uidemus, aut quod in morem uetustas uulgi approbatione perduxit. Quod genus pactum est, par, lex, iudicatum. Pactum est quod inter aliquos conuenit. Par quod in omnes æquale est. Iudicatum de quo alicuius aut aliquorum iam sententijs constitutum est. Lege ius est, quod in eo scripto quod populo expositũ est ut obseruet continetur. Fortitudo est considerata periculorum susceptio & laborum perpessio. Cuius partes, magnificentia, fidẽtia, patientia, perseuerantia. Magnificentia est rerum magnarum & excelsarum cum animi ampla quadam & splendida propositione cogitatio atque administratio. Fidentia est, per quam magnis & honestis in rebus multum ipse animus in se fiduciæ ex certa spe collocauit. Patientia est honestatis aut utilitatis causa rerũ arduarum ac difficilium uoluntaria ac diuturna perpessio. Perseuerãtia est in ratione bene considerata stabilis & perpetua mansio. Temperantia est rationis in libidinem atq; alius non rectos impetus animi firma & moderata dominatio. Eius partes, continentia, clementia, modestia. Continentia est per quam cupiditas consilij gubernatione regitur. Clementia per quam animi tumere in odium alicuius illecti concitatiq; comitate retinemur. Modestia per quam pudor honestus charam & stabilem comparat auctoritatem. Atq; hæc omnia propter se solum ut nihil adiungatur emolumenti petenda sunt. Quod ut monstretur, neq; ad hoc nostrum institutum pertinet, & à breuitate præcipiendi remotum est. Propter se autẽ uitanda sunt, non eo modo

do quæ his contraria sunt, ut fortitudini ignauia, & iustitiæ iniustitia, uerumetiam illa quæ propinqua uidentur & finitima esse, absunt autem longissime quod genus fidentiæ contrarium est diffidentia, & ea re uitium est audatia non contrarium, sed appositum ac propinquum, sed tamen uitium est. Sic unicuiq; uirtuti finitimum uitium reperietur, aut certo iam nomine appellatũ, ut audacia quæ fidentiæ, pertinatia quæ perseuerantiæ finitima est, superstitio quæ ad religionem propinqua est, aut sine ullo certo nomine, quæ omnia uti contraria rerum bonarum in rebus uitandis reponentur. Ac de eo quidem genere honestatis quod omni ex parte propter se petitur, satis dictum est. Nunc de eo in quo utilitas quoq; adiungitur, quod tamen honestum uocamus, dicendum uidetur. Sunt igitur multa quæ nos cũ dignitate fructu quoq; suo ducũt. Quo in genere est gloria, dignitas, amplitudo, amicitia. Gloria est frequens, de aliquo fama cum laude. Dignitas alicuius honestatis, & cultu, & honore, & uerecundia digna auctoritas. Amplitudo est potentia aut maiestas, aut aliquarum copiarum magna abundantia. Amicitia uoluntas erga aliquem rerum bonarum illius ipsius causa quem diligit, cum eius pari uolũtate. Hic quia de ciuilibus causis loquimur, fructus ad amicitiam adiungimus, ut eorum quoq; causa petenda uideatur, ne fortè nos qui de omni amicitia dicere existimarint reprehendant. Quanquam sunt qui propter utilitatem modo petendam putent amicitiam, sunt qui propter se solum, sunt qui & propter se & propter utilitatem. Quorum quid uerissime statuatur, alius locus erit considerandi.

Vtrum rem ullam alius alio magis intelligat, atq; ita eiusdem rei per infinitum eat intelligentia. Quæstio XXXII.

Quisquis ullam rem aliter quàm ea res est intelligit, fallitur. Et omnis qui fallitur, id in quo fallitur non intelligit. Quisquis igitur ullam rem aliter q̃ est intelligit, non eam intelligit. Non ergo potest quicquã intelligi nisi ut est. Nos autem aliquid non ita ut est intelligimus, uelut hoc ipsum nihil intelligi, quod non ita ut est intelligitur. Quare non est dubitandum esse perfectam intelligentiã, qua præstantior esse non possit, & ideo non per infinitum ire, quia quæq; res intelligitur, nec eam posse alium alio plus intelligere.

De metu, quæstio XXXIII.

Nulli dubium est, non aliam metuendi esse causam, nisi ne id quod amamus, aut adeptum amittamus, aut non adipiscamur speratũ. Quare quisquis hoc ipsum, non metuere amauerit atq; habuerit, quis metus est, ne id possit amittere? Multa enim quæ amamus, & habemus, metuimus amittere, ita ea custodimus metu, nõ metuere, aut nemo potest custodire metuendo. Iterũ quisquis amat, non metuere atq; id nõdum habet, speratq; se habiturum, non eum oportet metuere, ne non adipiscatur. Hoc enim metu nihil aliud metuitur quàm idem metus. Porrò metus omnis aliquid fugit, & nulla res seipsam fugit, non igitur metuitur metus. Sed si quis existimat non recte dici, quòd metus aliquid metuat, cum animus potius ipso metu metuat, illud attendat, quod cognitu facile est, nullum metum esse nisi futuri & imminentis mali. Necesse est aũt, ut qui metuit aliquid fugiat. Quisquis itaq; metuere metuit, est profecto absurdissimus, quia fugiendo habet idipsum quod fugit. Nam quoniam non metuitur nisi ne aliquid mali accidat, metuere ne accidat metus, nihil aliud est, nisi amplecti quod respuis. Quod si repugnans est (sicut est) nullo prorsus modo metuit, quisquis nihil aliud amat quàm non metuere. Et propterea nemo potest hoc solum amare, & nõ habere. Vtrum aũt hoc solum amandum sit, alia quæstio est. Iam quem non exanimat metus, nec cupiditas eum uastat, nec ægritudo macerat, nec uentilat gestiens & uana lætitia. Si enim cupit, Quia nihil aliud est cupiditas nisi amor rerum transeuntium, metuat necesse est, ne aut amittat eas cum adeptus fuerit, aut non adipiscatur, non autem metuit, non ergo cupit. Item si angitur animi dolore, necesse est etiam metu agitetur, quoniam quorum malorũ præsentium est anxietudo, eorum est imminentium metus, Metu aũt caret, ergo & anxietudine. Item si lætetur inaniter, de his rebus lætatur quas potest amittere, quare metuat, necesse est ne amittat, Sed nullo modo metuit, nullo modo igitur lætatur inaniter.

Vtrum non aliud amandum sit quam metu carere, quæstio XXXIIII.

Si uitium est non metuere, non est amandum. Sed nemo beatissimus metuit, & nemo beatissimus in uitio est, Non est itaq; uitium non metuere. At audatia uitium est, Non ergo quisquis non metuit, audax est, quanquam omnis qui audet non metuat. Item cadauer non metuit, Quapropter cum cõmune sit non metuere beatissimo & audaci & cadaueri, sed beatissimus id habet per tranquillitatem animi, audax per temeritatem, cadauer, quia omni sensu caret, neq; non amandum est non metuere, quoniam beati esse uolumus, neq; solum amandum, quoniam audaces & exanimes esse nolumus.

Quid amandum sit, quæstio XXXV.

Quoniam quicquid non uiuit non metuit, neq; uita carendum quisquam persuaserit, ut metu etiam carere possimus, amandum est sine metu uiuere. Sed rursus, quia uita metu carens, etiam si intelligentia careat, non est appetenda, amandum est sine metu cum intellectu uiuere. Id ne solum amandum? an amor quoq; ipse amandus est? Ita uero, quando sine hoc illa non amantur. Sed si propter alia quæ amanda sunt amor amatur, non recte amor dicitur. Nihil enim aliud est amare quàm per seipsam rem aliquam appetere. Nunquid igitur per seipsum amor appetendus est, cum quando desit quod amatur, ea sit indubitata miseria? Deinde cum amor motus quidam sit, neq; ullus sit motus nisi ad aliquid, cum quærimus, quid aman-

dum sit, quid sit illud ad quod moueri oporteat quærimus. Quare si amandus est amor, nõ utiq; omnis amandus est, Est enim & turpis, quo animus seipso inferiora sectatur,
1. Timot. 6 quæ magis proprie cupiditas dicitur, omnium scilicet malorum radix. Et ideo non amandum est, quod manenti et fruenti amori auferri potest. Cuius ergo rei amor amandus est, nisi eius quæ non potest deesse dum amatur. Id autem est, quod nihil est aliud habere quàm nosse. Porrò aurum & omne corpus non hoc est habere quod nosse, non itaq; amandum est. Et quoniam potest aliquid amari nec haberi, non solum ex his quæ amanda non sunt, ut pulchrum aliquod corpus, sed etiam eorũ quæ amanda sunt, ut beata uita, & rursus potest aliquid haberi nec amari, ut compedes, iure quæritur utrum possit quispiam id quod habere nihil est nisi nosse, non amare, cum habeat, id est, nouerit. Sed cum uideamus non nullos, non ob aliud, uerbi gratia, discere numeros, nisi ut eadem disciplina pecuniosi fiant, aut hominibus placeant, quam cum didicerint, ad eundem finem referunt quem sibi cum discerent proposuerant, neq; ullam disciplinam aliud sit habere quàm nosse, fieri potest, ut habeat quisq; aliquid quod habere hoc sit quod nosse, neq; amet tamen, quanquam bonum quod non amatur, nemo potest perfecte habere uel nosse. Quis enim potest nosse quantum sit bonum quo non fruitur? Non autem fruitur si non amat. Nec amat igitur quod amandum est, qui non amat etiam si amare possit qui non habet. Nemo igitur beatam uitam nouit & miser est, quoniam si amanda est, sicuti est, hoc est, eam nosse qd' habere. Quæ cum ita sint, quid est aliud beate uiuere, nisi æternum aliquid cognoscendo habere? Æternum est enim de quo solo recte fiditur, quod amanti auferri non potest, idq; ipsum est, quod nihil sit aliud habere quàm nosse, Omnium enim rerum præstantissimum est, quod æternum est, & propterea id habere non possumus, nisi ea re qua præstantiores sumus, id est, mente. Quicquid autem mente habetur, noscendo habetur, nullumq; bonum perfecte noscitur, quod non perfecte amatur, neq; ut sola mens potest cognoscere, ita & amare sola potest, Namq; amor appetitus quidam est. Et uidemus etiam cæteris animi partibus inesse appetitum, qui si menti rationiq; consentiat, in tali pace & tranquillitate uacabit mente contemplari quod æternum est. Ergo etiam cæteris suis partibus amare animus debet hoc tam magnum quod mente cognoscendum est. Et quoniam id quod amatur, afficiat ex se amantem necesse est, sit ut sic amatũ quod æternum est, æternitate animum afficiat, Quocirca ea demum uita beata quæ æterna est. Quid uero æternum est, & quid æternitate animum afficiat nisi deus? Amor autem rerum amandarum charitas uel dilectio melius dicitur. Quare omnibus cogitationum uiribus con-
Deut. 6. siderandum est saluberrimum illud præceptum: Diliges dominum Deum tuum in toto corde tuo, & in tota anima
Ioannis. 17 tua, & in tota mente tua: & illud quod ait Dominus Iesus: Hæc est autem uita æterna, ut cognoscant te solum uerum Deum, & quem misisti Iesum Christum.

De nutrienda charitate.
Quæstio XXXVI.

CHaritatem uoco motum animi, quo amantur ea, quæ non sunt præ ipso amante contẽnenda, id est, quod æternum est, et quod amare ipsum æternum potest. Deus igitur & animus quo amatur, charitas proprie dicitur purgatissima & consummata, si nihil aliud amatur, hanc & dilectionem dici placet. Sed cum Deus magis diligitur quàm animus, ut malit homo eius esse, quàm suus, tunc uere animo summeq; consulitur, consequenter & corpori nobis id non curantibus aliquo appetitu satagente, sed tantum prompta & oblata fumentibus. Charitatis autem uenenum est, spes adipiscendorum aut retinendorum temporalium. Nutrimentum eius est, imminutio cupiditatis. Perfectio, nulla cupiditas. Signum profectus eius imminutio timoris. Signum perfectionis eius, nullus timor, quia & radix est omnium malorum cupiditas & consummata dilectio, foras mittit timorem. Quisquis igitur eam nutrire uult, instet minuendis cupiditatibus. Est autem cupiditas amor adipiscendi aut obtinendi temporalia. Huius minuendæ initium est Deum timere, qui solus timeri sine amore non potest. Ad sapientiam enim tenditur, & nihil uerius eo quod dictum est: Initium sapientiæ timor Domini.
1. Timot. 6
1. Ioann. 4
Prouerb. 9
Eccle. 1
Psalm. 110.

Nemo est quippe qui non magis dolorem fugiat quàm appetat uoluptatem. Quandoquidem uidemus etiam immanissimas bestias à maximis uoluptatibus absterreri dolorũ metu, quod cum in earundem cõsuetudinem uenerit, domitæ & mansuetæ uocantur. Quapropter quoniam inest homini ratio, quæ cum seruit cupiditati peruersione miserabili, ut homines non timeantur, suggerit latere posse commissa, & ad tegenda occulta peccata astutissimas fallatias comparat, eo fit, ut homines quos nondũ delectat pulchritudo uirtutis, nisi pœnis à peccando deterreantur, quæ uerissime per sanctos & diuinos uiros prædicantur, et quod cælane hominibus Deo cælari non posse constituant, difficilius doceantur quàm feræ. Vt aũt timeatur Deus, diuina prouidentia regi uniuersa persuadendum est, non tam rationibus, quas qui potest inuenire, potest etiam & pulchritudinem sentire uirtutis, quam exemplis, uel recentibus, si qua occurrunt, uel de historia, & ea maxime quæ ipsa diuina prouidentia procurante, siue in uetere, siue in nouo testamento excellentissimam auctoritatẽ religionis accepit. Simul aũt agendum est & de pœnis peccatorum et de præmijs rectè factorum. Iam uero cum aliqua non peccandi cõsuetudo, quod oneroſum putabatur, facile esse persuaserit, incipiat gustari dulcedo pietatis, & commendari pulchritudo uirtutis, ut charitatis libertas præ seruitute timoris emineat. Tunc iam persuadendũ est fidelibus præcedentib. regenerationis sacramẽtis, quæ necesse est plurimũ moueãt, qd interfit inter duos homines, ueterẽ & nouũ, exteriorẽ & interiorẽ, terrenũ & cœlestẽ. i. inter eũ qui bona carnalia & temporalia, & eũ qui spiritalia & æterna sectatur, monẽdumq; ne pitura beneficia & transeũtia expectẽtur à deo, quibus et impij homines abũdare possũt,

sed

sed firma & sempiterna, pro quibus accipiendis omnia quæ in hoc mundo bona putantur & mala penitus contẽnenda sunt. Hic præstantissimum illud & unicũ exemplum dominici hominis proponendum est, qui cum se tot miraculis tantam rerum potestatem habere monstraret, & ea spreuit quæ magna bona, & ea sustinuit quæ magna mala imperita putant, quos mores & disciplinam, ne tanto minus quisq; aggredi audeat, quanto illud magis honorat, & de pollicitationibus atq; hortationibus eius, & de imitantium multitudine Apostolorum, martyrum, sanctorumq; innumerabilium, quàm non sint illa desperanda ostendendum est. At ubi fuerint carnalium uoluptatum illecebræ superatæ, cauendum est ne surrepat atq; succedat cupiditas placendi hominibus, aut per aliqua facta mirabilia, aut per difficilem continentiam siue patientiam, aut per aliquam largitionem, aut nomine scientiæ uel eloquentiæ. In eo genere est & cupiditas honoris, Contra quæ omnia proferantur ea quæ scripta sunt de laude charitatis, & de inanitate iactantiæ, docearturq; quàm sit pudendum eis placere uelle quos nolis imitari. Aut enim boni non sunt, & nihil magnum est á malis laudari, aut boni sunt, & eos oportet imitari. Sed qui boni sunt uirtute boni sunt, uirtus autem non appetit quod in aliorum hominum potestate est. Qui ergo imitatur bonos, nullius hominis appetit laudem, qui malos, non dignus est laude. Si autem placere hominibus ideo uis, ut eis prosis ad diligendum deum, non iam hoc, sed aliud cupis. Qui autem placere cupit, necessarium adhuc habet timorem. Primum, ne occulte peccando inter Hypocritas á domino computetur. Deinde si bene factis placere appetit, ne hanc mercedem aucupans perdat quod daturus est deus. Sed deiecta ista cupiditate cauenda superbia est, Difficile est enim ut dignetur consociari hominibus, qui eis placere iam non desiderat, & plenum se uirtutibus putat. Itaq; adhuc necessarius est timor, ne illud etiam quod uidetur habere, auferatur ab eo, & manibus ac pedibus ligatis mittatur in tenebras exteriores. Quapropter dei timor non solum inchoat, sed etiam perficit sapientem, Is est autem qui summe diligit deum, & proximum tanq; seipsum. Quæ autem in hoc itinere pericula difficultatesq; metuẽdæ sint, & quibus remedijs uti oporteat, alia quæstio est. Matth. 22.

De semper nato. Quæst. XXXVII.

MElior est semper natus quàm si semper nascitur, quia si semper nascitur nondum est natus, & nunq; natus est, aut natus erit si semper nascitur. Aliud est enim nasci, aliud natum esse. Ac per hoc nunq; filius, si nunq; natus, Filius autem quia natus, semper est filius, semper igitur natus.

De conformatione animæ. Quæstio, XXXVIII.

CVm aliud sit natura, aliud disciplina, aliud usus, & hæc in una anima intelligantur nulla diuersitate substantiæ. Item cum aliud sit ingenium, aliud uirtus, aliud tranquillitas, similiter unus eiusdemq; substantiæ. Et cum anima sit alterius substantiæ quàm deus, quanq; ab illo facta, ipse autem deus sit sacratissima illa & multis uerbo, re paucis cognita trinitas, diligentissime inuestigandum est quod ait dominus Iesus, Nemo uenit ad me nisi quem pater attraxerit. Et, Nemo uenit ad patrem nisi per me. Et, Ipse uos in omnem ueritatem inducet. Ioan 6. Ioan. 14. Ioan. 16.

De alimentis, quæstio, XXXIX.

QVid est quod accipit eam rem quam cõmutat? ut animal cibum. Quid est quod accipitur & commutatur? ut idem cibus. Quid est quod accipitur & non commutatur? ut oculis lux, & sonus auribus. Sed hæc per corpus accipit anima, Quid est autem quod per seipsam accipit & commutat in se? ut aliam animam, quàm recipiendo in amicitiam sui similem facit. Et quid est quod per seipsam accipit & non commutat? ut ueritatem. Quare cognoscendum est & quid sit Petro dictum: Macta & manduca: Et quid in euangelio: Et uita erat lux hominum. Acto. 10 Ioan. 1

Cum animarum natura vna sit, vnde hominũ diuersæ voluntates? quæst. XL.

EX diuersis usis diuersus appetitus animarum est, ex diuerso appetitu diuersus adipiscendi successus, ex diuerso successu diuersa consuetudo, ex diuersa consuetudine diuersa est uoluntas. Diuersa autem uisa ordo rerum facit, occultus quidem, sed sub diuina prouidentia, certus tamen. Non itaq; ob hoc putandum est diuersas esse naturas animarum, quia diuersæ sunt uoluntates, cum etiã unius animæ uoluntas pro temporum diuersitate uarietur Siquidem alio tempore diues esse cupit, alio tempore contemptus diuitijs sapiens esse desiderat. Et in ipso temporalium appetitu alio tempore uni homini negociatio, & alio tempore militia placet.

Cum omnia deus fœcerit, quare nõ æqualia fœcit. Quæstio. XLI.

QVia non essent omnia, si essent æqualia: Non enim essent multa rerum genera quibus conficitur uniuersitas, primas & secundas, & demceps usq; ad ultimas ordinatas habens creaturas, & hoc est quod dicitur, omnia.

Quemadmodum dei sapientia dominus Iesus Christus, & in utero matris fuerit & in cœlis, quæsti XLII.

QVomodo uerbum hominis, quod & si multi audiunt, totum audium singuli.

Quare filius dei in homine apparuit & spiritussanctus in colũba quæst. XLIII.

QVia ille uenit ut exemplum uiuendi demonstraret hominibus, iste ut donum ipsum ad quod bene uiuendo peruenitur significaret apparuit.

Vtrumq; autem uisibiliter factum est, propter carnales ab his quæ oculis corpeis cernũtur, ad ea quæ mẽte intelliguntur sacramentorũ gradibus trãsferendos, Nã & uerba sonãt & transeunt, nec tamen ea quæ uerbis significantur

cum aliquid diuinum atq; æternum loquendo exponitur, similiter transeunt.

Quare tanto post venit dominus Iesus Christus, & non in principio peccati hominis. Quæstio XLIIII.

QVia omne pulchrum à summa pulchritudine est, quod est deus. Temporalis autem pulchritudo rebus decedentibus succedentibusq; peragitur. Habet autem decorem suum in singulis quibusq; hominibus, singula quæq; ætas ab infantia usq; ad senectutem, Sicut ergo absurdus est qui iuuenilem tamen ætatem uellet esse in homine temporibus subdito, inuideret enim cæteris pulchritudinibus quæ cæteris ætatibus suas uices atq; ordinem gerunt, sic absurdus est qui in ipso uniuerso genere humano unam ætatem desiderat. Nam et ipsum tanq̃ unus homo ætates suas agit, Nec oportuit uenire diuinitus magistrum, cuius imitatione in mores optimos formaretur, nisi tempore iuuentutis. Ad hoc ualet quod Apostolus dicit.
Galatas. 3 Sub lege tanq̃ sub pædagogo paruulos custoditos, donec ueniret cui seruabatur qui per prophetas promissus erat. Aliud enim est qđ diuina ꝓuidentia quasi priuatim cũ singulis agit, aliud quod generi uniuerso tanq̃ publice consulit. Nam & quicunq; singuli ad certam sapientiam perueuerunt, non nisi ab eadem ueritate suarum singillatim ætatum opportunitate illustrati sunt, aqua ueritate ut populus sapiens fieret, ipsius generis humani opportuna ætate homo susceptus est.

Aduersus mathematicos, Quæsti. XLV.

NOn eos appellarũt mathematicos ueteres qui nũc appellãtur, sed illos qui tẽporũ numeros motu cœli ac syderũ perueſtigarũt, de ꝙbus rectissime dicitur in scri
Sapien. 13. pturis sanctis. Iterũ nec his debet ignosci, Si enim tãtũ potuerũt scire ut possent æstimare sæculũ, quõ huius dñm nõ facilius inuenerũt? Mẽs enĩ humana de uisibilibus iudicãs põt agnoscere oĩbus uisibilibus seipsam esse meliorẽ, Quæ tñ cũ etiã se ꝓpter defectũ ꝓfectũq; in sapiẽtia fatetur esse
Psalm. 62. mutabilẽ, inuenit supra se esse incõmutabilẽ ueritatẽ, atq; ita adhærẽs post ipsã sicut dictũ est, Adhæsit aĩa mea post te, beata efficitur intrinsecus, inuenĩs etiã oĩm uisibiliũ creatorẽ atq; dñm, nõ quærens extrinsecus uisibilia, quãuis cœlestia quæ aut nõ inuenĩũtur, aut cũ magno labore frustra inuenĩũtur, nisi ex eorũ quæ foris sunt pulchritudine inueniatur artifex qui intus est, & prius in anima superiores, deinde in corpe inferiores pulchritudines opatur. Ad uersus eos aũt qui nũc appellãtur mathematici, uolẽtes actus nostros corpibus cœlestibus subdere & nos uendere stellis, ipsumq; preciũ quo uendimur à nobis accipe, nihil uerius & breuius dici potest q̃ eos nõ respõdere nisi acceptis cõstellatiõibus. In cõstellationibus aũt notari partes æquales, trecẽtas sexaginta dicũt habere signiferũ circuliũ motũ aũt cœli p unã horã fieri in quindecim ptibus, ut tãta mora qndecim ptes oriãtur quãtã tenet una hora, quæ partes singulæ sexaginta minutas habere dicũtur. Minutas aũt minutarũ iã in cõstellatiõibus de quibus futura prædicere se dicũt, nõ inueniũt. Cõceptus aũt geminorũ, quoniã uno cõcubitu efficitur, attestãtibus medicis, quorũ disciplina multo est certior atq; manifestior, tã puo pũcto tẽporis cõtingit, ut in duas minutas minutarũ nõ tendatur. Vnde ergo in geminis tãta diuersitas actionũ et euentuum & uoluntatũ, quos necesse est eandẽ cõstellationẽ cõceptionalẽ habere, & amborũ unã constellationẽ dare mathematicos tanq̃ unius hominis? Si aũt ad genitales cõstellationes se tenere uoluerint, ab ipsis geminis excludũtur, qui plerũq; ita post inuicẽ fundũtur ex utero, ut hoc tẽporis interuallũ rursus ad minutas minutarum reuertatur, quas tractandas in cõstellatiõibus nunq̃ accipiunt nec possunt tractare. Cũ autem multa uera eos prædixisse dicatur, ideo fit, quia nõ tenent homines memoria falsitates erroresq; eorũ, Sed nõ intenti nisi in ea quæ illorũ respõsis ꝓuenerint, ea quæ nõ ꝓuenerint obliniscũtur, & ea cõmemorãt quæ nõ arte illa, quæ nulla est, sed quadã obscura rerũ sorte cõtingũt. Quòd si peritiæ illorũ uolũt tribuere, dicãt artificiose diuinare etiã mortuas mẽbranas scriptas quaslibet de quibus plerũq; ꝓ uolũtate sors exit. Quòd si non arte de cedicibus erit sæpe uersus futura prænũcians, quid mirum si etiam ex animo loquentis, non arte, sed sorte exit aliqua prædictio futurorum.

De Ideis, Quæstio XLVI.

IDeas Plato primus appellasse perhibetur, nõ tamen si hoc nomen anteq̃ ipse institueret non erat, ideo uel res ipsæ non erant quas ideas uocauit, uel à nullo erant intellectæ, sed alio fortasse atq; alio nomine ab alijs atq; alijs nũcupatæ sunt. Licet enim cuiq; rei incognitæ quæ nullũ habeat usitatũ nomen quodlibet nomen imponere. Nã nõ est uerisimile, sapientes aut nullos fuisse ante Platonem, aut istas quas Plato, ut dictum est, Ideas uocat, quæcunq; res sint non intellexisse. Siquidem tanta in eis uis constituitur ut nisi his intellectis sapiens esse nemo possit. Credibile est etiam præter græciam fuisse in alijs gentibus sapientes, qđ etiam Plato ipse non solum peregrinando sapientiæ perficiendæ gratia satis testatus est, sed etiam in libris suis commemorat. Hos ergo si qui fuerunt, nõ existimandum est Ideas ignorasse, quãuis alio fortasse eas nomine uocitauerint. Sed de nomine hactenus dictum sit, rem uideamus, quæ maxime consideranda atq; noscenda est in potestate constitutis uocabulis, ut qđ uolet quisq; appellet rem quã cognouerit. Ideas igitur latine possumus, uel formas, uel species dicere, ut uerbum è uerbo transferre uideamur. Si autem rationes eas uocemus, ab interpretandi quidem proprietate discedimus. Rationes enim græce λόγοι appellantur non Ideæ, sed tamen quisquis hoc uocabulo uti uoluerit, à re ipsa non aberrabit. Sunt namq; Ideæ principales formæ quædam uel rationes rerum stabiles atq; incommutabiles, quæ ipsæ formatæ non sunt, ac p hoc æternæ, ac semp eodẽ mõdo sese habentes, quæ in diuina intelligentia cõtinentur. Et cũ ipsæ neq; oriãtur neq; intereãt

ſm eas iñ fiũt omnia,

tamen formari dicitur omne, quod oriri & interire potest, & omne quod oritur & interit. Anima uero negatur eas intueri posse, nisi rationalis, ea sui parte qua excellit, id est ipsa mente atq; ratione, quasi quadam facie uel oculo suo interiore atq; intelligibili. Et ea quidem ipsa rationalis anima non omnis & quælibet, sed quæ sancta & pura fuerit, hæc adscribitur illi uisioni esse idonea. i. quæ illum ipsum oculum quo uidentur ita sanum, & syncerum, & serenum, & similem his rebus, quas uidere intendit, habuerit. Quis autem religiosus & uera religione imbutus, quàmuis nondum possit hæc intueri, negare tamen audeat, imò non etiam profitcatur, omnia quæ sunt, id est, quæcunque in suo genere propria quadam natura continentur ut sint, deo auctore esse procreata, eoq; auctore omnia quæ uiuunt uiuere, atq; uniuersalem rerum incolumitatem, ordinemq; ipsum, quo ea quæ mutantur suos temporales cursus, certo moderamine celebrant, summi dei legibus contineri & gubernari? Quo constituto atq; concesso quis audeat dicere deum irrationabiliter omnia condidisse? Quod si rectè dici & credi non potest, restat ut omnia ratione sint condita, nec eadem ratione homo qua equus, hoc enim absurdum est existimare. Singula igitur propriis sunt creata rationibus. Has autem rationes ubi arbitrandũ est esse, nisi in ipsa mente creatoris? Non enim extra se quicq; positum intuebatur, ut secundum id constitueret quod constituebat. Nam hoc opinari sacrilegum est. Quod si hæ rerũ omnium creandarum creatarũue rationes in diuina mente continentur, neq; in diuina mente quicq; nisi æternum atq; incõmutabile potest esse, atq; has rerum rationes principales appellat Ideas Plato, non solũ sunt Ideæ, sed ipsæ ueræ sunt, quia æternæ sunt, et eiusmodi atq; incommutabiles manent, quarum participatione fit, ut sit quicquid est quoquo modo est. Sed anima rationalis inter eas res quæ sunt à deo conditæ, omnia superat, & deo proxima est, quando pura est, eiq; inquantum charitate cohæserit, intantum ab eo lumine illo intelligibili perfusa quodammodo & illustrata cernit, non per corporeos oculos, sed per ipsius sui principale quo excellit, id est, per intelligentiam suam, istas rationes, quarum uisione fit beatissima. Quas rationes ut dictum est, siue Ideas, siue formas, siue species, siue rationes licet uocare, & multis appellare conceditur nominibus, sed pauciss imis uidere quod uerum est.

Vtrum aliquando cogitationes nostras uidere possimus, quæstio XLVII.

QVæri solet quomodo post resurrectionem, atq; immutationem corporis, quæ sanctis promittatur, cogitationes nostras uidere possimus? Cõiectura itaq; capienda est ex ea parte corporis nostri, quæ plus habet lucis, & quoniam angelica corpora qualia nos habituros speramus lucidissima atq; ætherea esse credendũ est, & multũ motus animi nostri nunc agnoscuntur in oculis. Probabile est, quòd nullus motus animi latebit cũ motum fuerit corpus æthereum, in cuius comparatione isti oculi caro sunt.

De credibilibus, quæstio XLVIII.

CRedibilium tria sunt genera. Alia sunt quæ semper creduntur & nunq; intelliguntur, sicut est omnis historia, temporalia & humana gesta percurrens. Alia mox ut creduntur intelliguntur, sicut sunt omnes rationes humanæ, uel de numeris, uel de quibuslibet disciplinis, Certum quæ primo creduntur & postea intelliguntur qualia sunt ea quæ de diuinis rebus non possunt intelligi, nisi ab his qui mũdo sunt corde. Quod fit præceptis seruatis quæ bene uiuendo accipiuntur.

Quare filij Israel sacrificabant visibiliter pecorum victimas, quæstio XLIX.

QVia sunt etiam sacra spiritalia quorũ imagines carnalem populũ celebrare oportebat, ut præfiguratio noui populi seruitute ueteris fieret, quorum duorũ populorũ differentiã in unoquoq; nostrũ licet aduertere, cũ quisq; ab utero matris uetere hominem necesse est agat, donec ueniat ad iuuenilem ætatem, ubi iam nõ est necesse carnaliter sapere, sed potest ad spiritalia uoluntate cõuerti & intrinsecus regenerari. Quod ergo in uno hoie recte educato ordine naturæ disciplinaq; cõtingit, hoc pportione in uniuerso genere humano fieri per diuinam prouidentiam peragiq; pulcherrimum est.

De æqualitate filij, quæstio, L.

DEVS quem genuit, quoniã meliorem se generare non potuit, nihil enim deo melius, generare debuit æqualem. Si enim uoluit, & non potuit, infirmus est, si potuit & non uoluit, inuidus est. Ex quo conficitur æqualem genuisse filium.

De homine facto ad imaginem & similitudinem dei, quæstio LI.

CVm exteriorem & interiorẽ hominem diuina scriptura cõmemoret, et intantum eos discernat, ut ab Apostolo dictum sit. Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem, quæri potest, utrum unus horum factus sit ad imaginem & similitudinem dei. Nam illud stultum est quærere, si unus, quis horum? Quis enim dubitat eum potius qui renouatur quàm eũ qui corrumpitur dicere? Vtrũ autẽ ambo, magna quæstio est. Nam si exterior homo est Adam, & interior Christus, bene ambo intelliguntur. Sed cũ Adam sicut à deo factus est bonus nõ manserit, & diligendo carnalia carnalis effectus sit, nõ absurde uideri potest hoc ipsum ei fuisse cãrere imagine dei, et similitudinem amittere, ac per hoc ipse renouatur, & ipse est etiam interior, quomodo ergo est ipse & exterior? An secũdũ corpus, ut interior sit secũdum animam, & interior sit resurrectio & renouatio quæ nũc fit secundum mortem prioris uitæ, id est peccati, et secũdũ regenerationem nouæ uitæ, id est, iusticiæ? Quos item duos homines sic appellat, ut unum ueterem quem debemus exuere, alterum nouum & eum inducẽdum commemoret, quorum rursus illum appellet imaginem terreni hominis, quia secũdũ peccatũ primi hominis geritur, qui est Adã, alterã imaginẽ cœlestis hominis, quia secundum iustitiam

2. Corin. 4

Coloss. 3

1. Corin. 15

secundi hominis geritur, qui est Iesus Christus. Exterior autem homo qui nunc corrumpitur, futura resurrectione renouabitur, cum istam mortem persoluerit, quam naturæ debet lege illa, quæ in paradiso per præceptum data est. Quomodo autem non sit incongruum, quòd dicitur etiam corpus factum ad similitudinem dei, facile intelligit, qui diligenter attendit quod dictum est: Et fœcit deus omnia Genes. 1. bona ualde. Nemo enim dubitat, quòd sit ipse primitus bonus. Multis enim modis dici res possunt similes deo: Aliæ secundum uirtutem & sapientiam factæ, quia in ipso est uirtus & sapientia non facta. Aliæ in quantum solum uiuunt, quia ille summè & primè uiuit. Aliæ in quantum sunt, quia ille summè et primitus est, & ideo quæ tantummodo sunt, nec tamen uiuunt aut sapiunt, non perfectè, sed exiguè sunt ad similitudinem eius, quia & ipsa bona sunt in ordine suo, cum sit ille super omnia bonus, á quo bona sunt. Omnia uero quæ uiuunt & non sapiunt, paulò amplius participant similitudinem. Quod enim uiuit, etiam est: non autem quicquid est, etiam uiuit. Iam porrò quæ sapiunt, ita illi similitudine proxima sunt, ut in creaturis nihil sit propinquius. Quod enim participat sapientiæ, & uiuit & est: quod autem uiuit, necesse est ut sit, necesse est ut sapiat. Quare cum homo posit particeps esse sapientiæ secundum interiorem hominem, secundum seipsum ita est ad imaginem dei, ut nulla natura interposita formetur, & ideo nihil sit deo coniunctius: Et sapit enim & uiuit, & est qua creatura nihil est melius. Quòd si exterior homo uita illa accipitur, qua per corpus sentimus quinq; notissimis sensibus, quos cum pecoribus habemus communes, nam & ipsa molestijs sensibilibusq; persecutionibus ingeruntur corrumpi potest, non immerito & ipse homo particeps dicitur similitudinis dei, non solum quia uiuit, quod etiam in bestijs apparet, sed amplius quòd ad mentem conuertitur se regentem, quam illustrat sapientia, quod in bestijs non potest ratione carentibus. Corpus quoque humanis quia solum inter animalium terrenorum corpora non pronum in aluum prostratum est, cum sit uisibile & ad intuendum cœlum erectum, quod est principium uisibilium, quanquàm non sua, sed animæ præsentia uiuere cognoscatur, tamen non modo quia est, & inquantum est, unq; bonum est, sed etiam quia tale est, ut ad contemplandum cœlum sit aptius, magis hoc ad imaginem & similitudinem dei quàm cætera corpora animalium factum iure uideri potest. Tamen quia homo sine uita non rectè appellatur, non corpus solum homo exterior, neq; sola uita quæ in sensu est corporis, sed utrunq; simul rectius fortasse intelligitur. Neq; inscitè distinguitur, quòd aliud sit imago & similitudo dei, qui etiam filius dicitur, aliud ad imaginem & similitudinem dei, sicut hominem factum accipimus. Sunt etiam, qui non frustra intelligant duo dicta esse, ad imaginem, & similitudinem, cum si una res esset, unum nomen sufficere potuisse adserunt. Sed ad imaginem mentem factam uolunt, quæ nulla interposita substantia, ab ipsa ueritate formatur, qui etiam spiritus dicitur, non ille spiritus sanctus, qui est eiusdem substantiæ cuius pater & filius, sed spiritus hominis. Nam ita hos discernit Apostolus: Nemo scit quid agatur in homine, nisi spiritus 1. Corin. 2. hominis: & nemo scit quid agatur in deo, nisi spiritus dei. Item de spiritu hominis dicit: Saluum faciat spiritum uestrum, & animam, & corpus. Et iste factus est á deo sicut & cætera creatura. Scriptum est enim in prouerbijs hoc modo: Scito quoniam dominus corda hominum nouit, & qui finxit spiritum omnibus, ipse scit omnia. Ergo iste spiritus ad imaginem dei nullo dubitante factus accipitur, in quo est intelligentia ueritatis, hæret enim ueritati nulla interposita creatura. Cætera hominis ad similitudinem fácta uideri uolùt, quia omnis quidem imago similis est, non autem omne quod simile est etiam imago propriè, sed fortè abusiuè dici potest. Sed cauendum in talibus, ne quid nimis adseuerandum putetur, illa re sanè salubriter custodita, ne quoniam corpus quodlibet per localia spacia porrectum est, aliquid tale credatur esse substantia dei. Nam res quæ in parte minor est quàm in toto, nec dignitati animæ conuenit, quanto minus maiestati dei.

De eo quod dictum est, Pœnitet me fœcisse hominem. Quæsti LII.

Diuinæ scripturæ à terreno & humano sensu ad diuinum et cœlestem nos erigentes, usq; ad ea uerba descenderunt, quibus inter se stultissimorum etiam utitur consuetudo. Itaq; earum etiam adfectionum nomina, quas animus noster patitur, quas longissimè á deo esse seiunctas, iam qui melius sapit intelligit, non dubitauerunt illi uiri, per quos locutus est spiritus sanctus, opportunissimè in libris ponere. Vt uerbi gratia, quoniam difficillimũ est ut homo aliquid uindicet sine ira, uindictam dei quæ omnino sine ista perturbatione fit, iram tamen uocandam iudicauerunt. Item quia coniugij castitatem zælando uiri custodire consueuerunt, illam dei prouidentiam, per quam præcipitur atq; agitur ne anima corrumpatur, & deos alienos sequens quodãmodo meretricetur, zælum dei appellauerunt. Sic et manum dei, uim qua operatur: & pedes dei, uim qua in omnia constituẽda & gubernanda pertendit, & aures dei uel oculos dei, uim qua omnia percipit atq; intelligit: & faciem dei, uim qua se manifestat atq; dinoscitur, & cætera in hunc modum: Propterea scilicet, quia nos ad quos sermo fit, & manibus solemus operari, & pedibus incedere, & quo fert animus peruenire, & auribus atq; oculis, cæterisq; sensibus corporis corporalia percipere, & facie innotescere, & si quid aliud ad hanc tanquàm regulam pertinet. Hoc modo igitur quoniam mutare cœptum aliquod & in aliud transferre non facile solemus, nisi pœnitendo, quanquàm diuina prouidentia serena mente intuentibus appareat cuncta certissimo ordine administrari, accommodatissimè tamen ad humilem humanam intelligentiam ea, quæ incipiunt esse, neq; perseuerant quantum perseueratura sperata sunt, quasi per pœnitentiam dei dicuntur ablata.

De auro

De auro & argento, quod ab Aegyptijs filij Israël acceperunt. Quæstio LIII.

QVisquis duorum testamentorum dispensatiões pro temporum congruentia generis humani diligenter ætatibus distributas intuetur, satis quantum existimo intelligit, quid propriè priori ætati generis humani, quid posteriori conueniat. Diuina enim prouidentia pulchrè omnia moderante, ita uniuersa generationũ series ab Adam usq; ad finem seculi administratur, tanquàm unius hominis à pueritia usq; in senectutem temporis sui tractum ætatis gradibus terminatis. Et ideo uirtutum etiam gradus in moribus donec uenatur ad summam hominis perfectæ mq; uirtutem, oportet eum distinguere, qui diuinis lectionibus piè animum intendit, ne forte cum inuenerit aliquando paruis parua, aliquando maiora maioribus imperari, reputans in comparatione maiora peccata esse illa quæ minora sunt, non arbitretur decuisse, ut talia deus hominibus imperaret. Sed nunc de uirtutum gradibus nimis longum est disputare. Veruntamen quod ad præsentem quæstionem discutiendam satis est, quantum ad decipiendum attinet, summa & perfecta uirtus est neminem decipere, atq; illud exhibere quod dictum est: Sit in ore uestro est est, non non. Matth. 5. Sed quia hoc eis imperatum est, quibus iam regnum cœlorum promissum est: magna autem uirtus hæc implere maiora, quibus debetur hoc præmium: Regnum enim cœlorum uim patitur, & qui uim faciunt, diripiunt illud: quærendum est, quibus gradibus ad istam summitatem perfectionemq; uenatur, in quibus utiq; gradibus inueniuntur illi, quibus adhuc terrenum regnũ promittebatur, quo promisso tanquàm paruuli proluderent, & ab uno deo abundanter, qui est omnium dominus interim terrenis gaudijs, quibus adhuc imbiabant, impetratis, inde proficientes, & in spiritu succrescentes, auderent etiam sperare cœlestia. Sicut ergo summa, et propè diuina uirtus est, neminem decipere: sic ultimum uitium est, quemlibet decipere. Ab hoc ultimo uitio ad illam summam uirtutem tendentibus gradus est, neminem quidem, uel amicum, uel ignotum, sed tamen inimicum aliquando decipere. Vnde etiam illud à Poëta dictum propè iam prouerbij consuetudinem obtinuit: Dolus an uirtus quis in hoste requirat? Sed quoniam & ipse hostis potest plerunq; iniustè decipi, ueluti cum pactum aliquod fit de temporali pace, quas inducias uocant, & non seruatur fides, & cætera talia, multo est purgatior, summæq; illi uirtuti propinquior, qui quanquàm uelit hostem decipere, non eum tamen decipit, nisi auctoritate diuina. Deus enim nouit, uel solus, uel certè longe excellentius quàm homines, atq; syncerius, qua qualiq; pœna præmioue sit dignus. Quapropter deus quidem per se ipsum neminem decipit: Est enim pater ueritatis, & ueritas, & spiritus ueritatis, dignis tamen digna distribuens, quoniam hoc quoq; pertinet ad iustitiam & ueritatem, utitur animis pro meritis & dignitatibus, quæ sunt in gradibus earum, ut si quisquam dignus est decipi, non solum per seipsum eum non decipiat, sed neq; per talem hominem qui iam congruenter diligit, & custodire perstitit: Sit in ore uestro est est, non non, neq; per angelum, cui non conuenit persona fallaciæ, sed aut per talem hominem, qui nondum se huiusmodi cupiditatibus exuit: aut per talem angelum, qui pro suæ uoluntatis peruersitate, uel ad uindictam peccatorum, uel ad exercitationem purgationemq; eorum, qui secundum deum renascuntur, in infimis naturæ gradibus ordinatus est. Matth. 5. Legimus enim deceptum regem falso uaticinio pseudoprophetarum. Et ita legimus, ut neque 3. Reg. 22. sine diuino iuditio factum inueniamus, quoniam dignus erat ille sic decipi, neque per eum angelum, quem deceptionis officium suscipere non deceret, sed per angelum erroris, qui sibi ultro tales partes imponi cum lætitia postulauit. Quibusdam enim scripturarũ locis apertius aliquid exponitur, quod diligens & pius lector etiam in alijs locis, in quibus minus aperitur intelligat. Deus enim noster sic ad salutem animarum diuinos libros spiritusancto moderatus est, ut non solum manifestis pascere, sed etiam obscuris exercere nos uellet. Ex hac igitur ineffabili atque sublimi rerum administratione, quæ fit per diuinam prouidentiam, quasi transcripta est naturalis lex in animam rationalem, ut in ipsa uitæ huius conuersatione, moribusq; terrenis homines talium distributionum imagines seruent. Hinc est quòd iudex damnatum percutere indignum sua persona, & nefarium iudicat, eius tamen iussu hoc facit carnifex, qui pro sua cupiditate sic ordinatus in officio, ut percutiat legum moderatione damnatum, qui posset etiam innocentem sua crudelitate percutere. Nam neque per seipsum hoc iudex facit, neque per principem, uel aduocatum, aut aliquem in officio suo, cui tale ministerium non conuenienter imponitur. Hinc est etiam, quòd irrationalibus animantibus utimur ad eas res, quas per homines agi nefarium est. Nam utique dignus est fur morsu lacerari, id tamen homo non per seipsum agit, aut per filium, aut per domesticum, aut etiam per famulum suum, sed per carnificem bestiam, quam bestiam talia pro naturæ suæ gradibus decet facere. Cum igitur quosdam pati aliquid deceat, quod alios facere non deceat, ministeria quædam sunt media, quibus digna iniunguntur officia, ut eis utens ipsa iustitia, non solum talia pati quenquam imperet, qualia pati eum decet, sed etiam his facientibus, quos talia facere non minus decet. Quapropter cum & Aegyptij deceptione digni essent, & populus Israël pro illa ætate generis humani in tali adhuc gradu morum constitutus esset, ut non indignè hostem deciperet, factum est ut uoluerit deus, uel potuit pro illorum cupiditate permitteret, ut uasa aurea & argentea, quibus adhuc terreni regni appetitores inhiabant, & peterent ab Aegyptijs non reddituri, & acciperent quasi reddituri. Exod. 3. Quam etiam mercedem tam diuturni laboris atq; operis pro talium animarum gradu non iniustam deus esse uoluit, & pœnam illorum quos digne

fœcit amittere, id quod reddere debuerunt. Non itaq; deus deceptor est, quod credere nefarium & impium esse quis non intelligat? sed meritorum & personarum iustissimus distributor, faciens quædam per seipsum quæ illo solo digna sunt, eiq; soli conueniunt, sicuti est illuminare animas, & seipsum eis ad perfruendum præbendo, sapientes beatasq; præstare, alia per seruientem sibi creaturam integerrimis legibus pro meritis ordinatam,, quædam eorum iubens, quædam permittens, usq; ad passerum administra-
Matth. 10. *tionem, sicut dominus in Euangelio dicit: Et usq; ad fœni decorem, usq; ad numerum etiam capillorum nostrorum diuina prouidentia pertendente atq; ueniente. De qua iterum*
Sapient. 8. *dictum est: Pertendit à fine usq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Quòd autem per angelorum ministeria suis legibus seruientia deus puniat, & digne digna supplicia retribuat, cum ipse tranquillissimus maneat, a-*
Sapient. 12 *pertissimè scriptum est. Ipsum quoq; qui puniri non debet, condemnas, & extraneum existimas à tua uirtute? Virtus enim tua iustitiæ imitum est, & ob hoc quòd omnium dominus es, omnibus te parcere facis. Virtutem enim tu ostendis, qui non credaris esse in uirtute consummatus, sed in his qui scient audaciam traducis. Tu autem dominus uirtutum cum tranquillitate iudicas, & cum magna reuerentia disponis nos. Item quòd primo in terrenis rebus sit gradus ad cœlestium iustitiam, qui iam infirmioribus impe-*
Lucæ 16. *ratur, dominus ostendit, cum ait: Si in alieno fideles non fuistis, uestrum quis dabit uobis? Et quòd pro suis gradibus animæ doceantur, et ipse dominus demonstrat dicens:*
Ioan. 16. *Multa habeo uobis dicere, sed nunc nō potestis portare illa. Et Apostolus cum ait: Et ego fratres, non potui uobis*
1. Corint. 3 *loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: lac uobis potum dedi non escam, neq; enim poteratis sed neq; adhuc potestis: Adhuc enim estis carnales Quod enim in istis secundum gradus suos actum est, hoc in uniuerso genere humano agi cognoscimus, ut alia carnali populo, alia spiritali pro temporum congruentia iuberentur. Non ergo mirum si hostem decipi digrum decipere iussi sunt, qui erant adhuc digni hostem decipere. Non enim iam erant*
Lucæ 6. Matth. 7. Deut. 23. *idonei, quibus diceretur: Diligite inimicos uestros: sed tales erant, quibus tantum modo dici poterat: Diliges proximum tuum, & oderis inimicum tuum. Adhuc enim ille proximus quàm latè intelligendus esset, non erat temporis tradere. Inchoato ergo quædam facta est sub pædagogo, ut magistro perfectio seruaretur, qui tamen idem deus, & pædagogum paruulis dederit legem illam, scilicet per famulum suum, & magisterium grandioribus, id est, Euangelium per unicum suum.*

De eo quod scriptum est, Mihi aũt adhærere deo bonum est. Quæstio LIIII.

OMne quod est, aut eodem modo semper est, aut non. Et omnis anima omni corpore melior est: Melius est enim omne quod uiuificat, quàm id quod uiuificatur. Corpus autem ab anima uiuificari, non à corpore animam nemo ambigit. Quod autem corpus non est, et tamen aliquid est: aut anima est, aut ea melius aliquid. Deterius enim omni corpore nihil est, quia etsi materiã quis dixerit unde ipsum corpus fit, rectè quoniam caret omni specie, nihil dicitur. Rursus inter corpus & animam qd melius sit corpore, deterius anima non inuenitur. Si quid enim esset medium, aut uiuificaretur ab anima, aut uiuificaret animam, aut neutrum: Aut uiuificaret corpus, aut uiuificaretur à corpore, aut neutrum. Ac quicquid uiuificatur ab anima, corpus est. Si quid autem uiuificat animã, melius est quàm anima. Rursum quo uiuificatur corpus, anima est: quod uiuificatur à corpore, nihil est Neutrum uero, id est, nullius uitæ inde gens, nullamq; uitã tribuens, aut omnino nihil est, aut aliquid corpus est, aut aliquid & corpore & anima melius. Sed utrunq; quid tale sit in rerum natura, alia quæstio est. Nunc interim ratio comperit, nihil inter corpus & animã esse quod sit corpore melius, anima deterius. Quod autem est omni anima melius, id deum dicimus, cui qui quis eum intelligit iunctus est. Quod enim intelligitur, uerum est: nec omne quod creditur, uerum est Quicquid autem uerum est, atq; à sensibus & à mente se unctum est, credi tantũ, non tamen sentiri aut intelligi potest Deo igitur iunctum est, quod intelligit deum. Intelligit autem rationalis anima deum: Nam intelligit quod semper eiusmodi est, neq; ullã patitur mutationem At & corpus per tempus & locos & anima ipsa rationalis, quòd aliquando sapiens, aliquãdo stulta est, mutationem patitur. Quod aũt semper eodem modo est, melius profectò est q̃ id, qd' non ita est: Ne quicq̃ est melius rationali anima, nisi deus. Cũ igitur intelligit aliquid, qd' semper eodem modo sese habet, ipsum sine dubio intelligit. Hæc aũt est ipsa ueritas, cui quia intelligendo anima rationalis iungitur, et hoc bonũ est animæ rectè accipitur* Psalm. 72 *id esse quod actũ est: Mihi aũt adhærere deo bonũ est.*

De eo quod scriptũ est, Sexaginta sunt reginæ, octoginta concubinę, & adolescentularum non est numerus. Quæstio LV.

DEnarius numerus potest significare uniuersitatis scientiam. Quæ si ad interiora & intelligibilia referatur, quæ senario numero significatur, fit quasi decies sexies, quod est sexaginta. Si ad terrena & corruptibilia, quæ octonario numero significari possunt, fiunt decies octies, quod est octoginta. Reginæ ergo sunt animæ regnantes in intelligibilibus et spiritalibus: Concubinæ quæ mercedem accipiunt terrenorum, de quibus dictũ est: Acceperunt mercedẽ suam. Adolescentulæ, quarũ non est numerus, quarũ non est determinata scientia, & diuersis dogmatibus periclitari possunt, ut numerus, quod dictum est, significet certam & indubitatam confirmationem scientiæ

Cantic. 6

Matth. 6

De annis quadraginta sex ædificationis templi. Quæstio. LVI.

SEx, nouem, duodecim, decem et octo, hæc in uniuerso fiunt quadraginta quinq;. Adde ergo ipsum unũ, fiũt quadraginta sex: hoc sexies, fiunt ducenta septuaginta sex. Dicitur autem cõceptio humana sic procedere & perfici, ut primis

ut primis sex diebus quasi lactis habeat similitudinem, sequẽtibus nouem diebus conuertatur in sanguinem, deinde duodecim diebus solidetur, reliquis decem & octo diebus formetur usq; ad perfecta liniamenta omnim membrorũ, & hinc iam reliquo tẽpore usq; ad tempus partus magnitudine augeatur. Quadraginta ergo quinq; diebus, addito uno, quod significat summam, quia sex & nouem, et duodecim, & decem, & octo in unum coactis, fiunt quadraginta quinq;. Additio ergo ut dictum est uno, fiunt quadraginta sex. Qui cum fuerint multiplicati per ipsum senarium numerum, qui huius ordinationis caput tenet, fiunt ducenti septuaginta sex, id est, nouem menses & sex dies qui computantur ab octauo kaleñ. Aprilis, quo die
Iohan. 2 concepius dominus creditur, quia eodem die etiam passus est, usq; ad octauum kaleñ. Ianuarias quo die natus est. Non ergo absurde quadraginta sex annis dicitur fabricatum esse templum, quod corpus eius significabat, ut quot anni fuerunt in fabricatione templi tot dies fuerint in corporis dominici perfectione.

De centum quinquaginta tribus piscibus. Quæstio. LVII

1. Corin. 3
3. Corin. 11 OMnia uestra, uos autem Christi, Christus autem dei. Si á capite numerentur, inueniuntur unum, duo, tria, quattuor. Item caput mulieris uir, caput uiri Christus, caput autem Christi deus. Si eodem modo numerentur, inueniuntur similiter unum, duo, tria, & quatuor. Porro unum & duo, & tria, & quattuor simul ducta, fiunt decem. Quapropter disciplinam quæ insinuat conditorem deum & conditam creaturam, recte significat denarius numerus. Et cum corpus perfectum atq; inexterminabile subdatur animæ perfectæ atq; inextermi-nabili, rursusq; ipsa subdatur Christo, & ille deo, non tanquam dissimilis aut alterius naturæ, sed tanquam patri filius, hoc totum eodem numero denario recte significatur, quod post resurrectionem corporis speratur futurum in æternum. Et fortasse propterea qui conducuntur ad uineam, denarium accipiunt mercedis nomine. Sicut autem unum, & duo, et tria, & quattuor simul decem fiunt, sic unum, & duo, et tria, & quattuor quater ducta quadraginta fiunt. Si autem quaternarius numerus recte corpus significat, propter quattuor notissimas naturas quibus constat, siccam & humidam, frigidam & calidam, & q; progressio á puncto á longitudine ad latitudinem, à latitudine ad altitudinem solidetatem corporis facit, quæ rursus quaternario numero continetur, non absurde intelligitur quadragenarius numerus temporalem dispensationem significare, quæ pro salute nostra gesta est cum dominus corpus assumpsit, & uisibiliter hominibus apparere dignatus est. Vnum enim & duo & tria & quatuor, quæ significant creatorem & creaturam, quater ducta, id est, per corpus temporaliter demonstrata, fiunt quadraginta. Nam inter quattuor & quater hoc interest, quod quattuor in statu sunt, quater in motu. Ergo ut quattuor referuntur ad corpus, ita quater refertur ad tempus, insinuaturq; sacramentum corporaliter & temporaliter gestum, propter eos qui corporum amore implicati erant & temporibus subditi. Quadragenarius ergo numerus ut dictum est, temporalẽ ipsam dispensationem non incongrue significare creditur. Et fortasse hoc est quód quadraginta dies dominus ieiunauit, sæculi huius Matth. 4
quód motu corporum & temporibus agitur, ostendens inopiam, & quadraginta dies post resurrectionem cum Acto. 1
discipulis fuit, hanc ipsam illis credo dispensationem temporalẽ quã p salute nostra gessit insinuans. Quadragenarius autem numerus partibus suis quæ illum metiuntur computatis, usq; ad quinquagenarium numerum peruenit, id ipsum commendãs, quandoquidem ipsæ partes quæ illum metiuntur æquales inter se sunt, quia cum æquitate administrata corporalis & uisibilis temporaliter actio, perfectionem homini comparat. Quæ perfectio sicut dictum est denario numero significatur, sicut quadragenarius numerus æqualibus suis partibus in summam redactis denarium numerum parit, quoniam ad quinquagenarium (sicut supra dictum est) peruenit. Vnum enim quod habent quadraginta quadragies, & duo quod habent uicies, & quattuor quod habent decies, & quinq; quod habent octies, & octo quod habent quinquies, & decem quod habent quater, & uiginti quod habent bis, simul ducta fiunt quinquaginta. Nullus enim alius numerus metiri per partes æquales quadragenarium numerum potest præter hos quos enumerauimus, & computatos ad quinquagenarium numerum duximus. Peractis ergo dominus quadraginta diebus post resurrectionem cum discipulis suis, id est, commendans eis quod pro Actis, 1
nobis temporaliter gestum est, ascendit in cœlum, & post alios decem dies misit spiritum sanctum quo perficerentur spiritaliter ad inuisibilia capienda, qui uisibilibus tẽporalibusq; crediderunt: Ipsis uidelicet decẽ diebus post quos misit spiritum sanctum, eandem perfectionem quæ per spiritum sanctum confertur denario numero indicans: Quem qudragenarius, computatis æqualibus partibus suis ædit, & fit quinquagenarius, sicut temporali dispensatione cum æquitate administrata peruenitur ad perfectionem, quam denarius numerus significat, qui denarius simul cum quadragenario quinquagenarium facit. Ergo quoniam perfectio quæ fit per spiritũ sanctum, quandiu adhuc in carne ambulamus, quamuis non uiuamus carnaliter, cum ipsa dispensatione temporali copulatur, recte uidetur quinquagenarius numerus ad Ecclesiam pertinere, sed iam purgatam atque perfectam, quæ temporalis dispensationis fidem atque æternitatis futuræ spem charitate amplexatur, id est quasi quadragenarium numerum denario numero copulans. Hæc autẽ Ecclesia ad quam pertinet quinquagenarius numerus, siue quia ex tribus generibus hominum eliquatur, Iudæis & gentibus & carnalibus Christianis, siue quia sacramento trinitatis imbuitur, numero quo significatur ter duc-

cto, ad centenarium & quinquagenariũ peruenit: Quĩquaginta enim ter ducta fiunt centũ quinquaginta. Quo cum addideris ipsa tria, quia insigne & eminens debet esse quod in nomine patris & filij & spiritussancti lauacro regenerationis abluitur, fiunt centum quinquaginta tres. Quĩ numerus piscium inuenitur, quia in dexteram
Iohan. 21 partem missa sunt retia, & ideo magnos, id est, perfectos
Matth. 13 & regno cœlorum aptos habet. Nam illa similitudo reticuli non in dexteram missi, simul cœpit bonos & malos qui separantur in littore: Nunc enim intra retia præceptorum & sacramentorum dei in Ecclesia quæ nunc est simul boni maliq; uersantur. Fiet autem separatio in fine sæculi, tanquam in fine maris, id est, in littore, cum regnant iusti primo temporaliter, sicut in Apocalypsi
Apoc. 20 scriptum est, deinde inæternum in illa ciuitate quæ ibi describitur, ubi iam conquiescente dispensatione temporali, quæ quadragenario numero significatur, denarius remanet, quam mercedem sancti qui operantur in uinea percepturi sunt.

Potest etiam si numerus iste consideretur, occurere ad Ecclesiæ sanctitatem, quæ per dominum nostrum Iesum facta est, ut quoniam septenario numero creatura constat, cum ternarius animæ & quaternarius corpori tribuitur, susceptio ipsa hominis ducatur ad tria septies, quia & pater misit filium, & pater in filio est & dono spiritussancti de uirgine natus est, hæc sunt tria, pater & filius & spiritussanctus. Septies autem ipse homo temporali dispensatione susceptus est ut fieret sempiternus. Fit ergo summa numeri uiginti unum, id est, tria septies. Hæc autem hominis susceptio ad liberationem ualuit Ecclesiæ, cui caput est Christus: At ipsa Ecclesia propter animam & corpus in eodem septenario numero reperitur. Ducuntur itaque uiginti unum septies propter eos qui per diuinum hominem liberantur, & fiunt simul centum quadraginta septem. Cui additur senarius numerus signum perfectionis, quia partibus suis, quæ illum metiuntur, constat, ita ut nihil minus nihilque amplius inueniatur. Metitur quippe illum unum quod habet sexies, & duo quæ habet ter, & tria quæ bis habet, quæ simul ducta, unum & duo & tria sex fiunt. Quod fortasse ad illud etiam sacramentum pertinet, quòd deus sexta die perfecit omnia opera sua. Ad centum ergo & quadraginta septem cum sex addideris, quod est signum perfectionis, fiunt centum quinquagintatria: Quĩ numerus, piscium inuenitur postquam iussu domini in dexteram partem missa sunt retia, ubi peccatores quia ad sinistram pertinent non inueniuntur.

De Iohanne Baptista. Quæstio. LVIII.

IOhannes Baptista, considerata scriptura quæ de illo in Euangelio legitur, multis probabilibus documentis
Matth. 11 non absurde creditur prophetæ gestare personam, & eo maxime quòd de illo dominus dicit: Plusq; propheta hic. Siquidem totius prophetiæ quæ ab exordio generis humani usq; ad aduentum domini de domino facta est, imagnem gestat Est autem Euangelij persona in ipso domino quæ per prophetiam prænunciabatur, cuius augetur prædicatio per uniuersum orbem terrarum ab ipso domini aduentu: Prophetia autem minuitur postquam id quod prænunciabat aduenit. Itaq; dominus dicit: Lex
Luce. 16 & prophetæ ad Iohãnnem Baptistam, ab hinc regnum dei prædicatur. Et Iohannes ipse: Illum inquit oportet
Iohan. 3. crescere, me autem minui. Quod & diebus quibus nati sunt, & mortibus quibus pasi sunt figuratum est: Nascitur nãq; Iohãnes ex quo dies incipiunt minui: Nascitur dominus ex quo dies incipiunt crescere. Capite ille minuitur, hic uero attollitur in cruce. Postquam ergo prophetia ipsa in Iohanne constituta digito ostenditur præ
Iohan. 1 sentem quem uenturum ab exordio generis humani cecinerat, incipit minui atq; inde crescere prædicatio regni
Matth. 3 dei. Et ideo baptizauit Iohannes in pœnitentiam: Finitur enim uetus uita usq; ad pœnitentiam, atq; inde incipit noua. Non autem tamen in his qui proprie prophetæ appellati sunt, sed in ipsa ueteris testamenti historia prophetia non silere colligitur ab eis qui pie quærunt, & ad hæc inuestiganda diuinitus adiuuantur. Maxime tamen illis euidentioribus rerum figuris apparet, quód Abel iustus á fratre interficitur, & dominus à Iudæis, quód arca Noe
Gene. 4 Gene. 7 tanquam in diluuio sæculi Ecclesia gubernatur, quòd Isa
Gene. 22 ac immolandus ducitur, & aries pro illo in sentibus tanquam crucifixus agnoscitur, quòd in duobus Abrahæ fi-
Gala. 4 lijs, uno de ancilla, altero de libera, duo testamenta intelliguntur, quòd duo populi in geminis, Esau scilicet & Ia-
Gene. 25 Genes. 48 cob præmonstrantur, quód Ioseph á fratribus persecutionem passus ab alienis honoratur, sicut dominus Iudæis persequentibus apud gentes clarificatus est. Longum est commemorare singula cum ita concludat Apostolus &
1. Cor. 10 dicat: Hæc autem in figura contingebant eis, scripta sunt autem propter nos in quos finis sæculorum deuenit. Finis autem sæculorum tanquam senectutem ueteris hominis, cum totum genus humanum tanquam unum hominem constituerit, sexta ætate signatur, qua dominus uenit. Sunt enim ætates sex etiam in uno homine, infantia, pueritia, adolescentia, iuuentus, grauitas, senectus. Prima itaq; generis humani ætas est ab Adam usque ad Noe. Secunda á Noe usq; ad Abraham, qui articuli sunt euidentißimi & notißimi. Tertia ab Abraham usq; ad
Matth. 1 Dauid, sic enim Matthæus Euangelista partitur. Quarta á Dauid usq; ad transmigrationem in Babyloniam. Quinta á transmigratione in Babyloniam usq; ad aduentum domini. Sexta ab aduentu domini usq; in finem
2. Corin. 4. seculi speranda est, qua exterior homo tanquam senectute corrumpitur, qui etiam uetus dicitur, & interior renouatur de die in diem. Inde requies sempiterna est, quæ significatur Sabbato. Huic rei congruit quód homo sexto die factus est ad imaginem & similitudinem dei.
Genes. 1 Nemo autem ignorat hominum uitam iam aliquid administrantem cognitione & actione fulciri. Nam & actio

temerarie

temeraria, est sine cognitione & sine actione ignaua cognitio. Sed prima uita hominis, cui nulla ministratio recte creditur, quinq; sensibus corporis dedita est, qui sunt uisus, auditus, olfactus, gustus, tactus. Et ideo duæ ætates generis humani denis generationibus definiuntur, tanquã infantia & pueritia, quinario scilicet geminato, quoniam generatio utroq; sexu propagatur. Sunt ergo generationes decem ab Adam usq; ad Noe, & inde usq; ad Abraham aliæ decem, quas duas ætates infantiam, & pueritiam generis humani esse diximus. Adolescentia uero & iuuentus & grauitas, id est, ab Abraham usq; ad Dauid & inde usq; ad transmigrationem in Babyloniam, & inde usq; ad aduentum domini, quattuor denis generationibus figurantur, septenario geminato ad eandem generationem utriusq; sexus, cum quinario qui est in sensibus corporis, actio & cognitio addita fuerit. Senectus autem solet etiam tantum tenere temporis, quantũ reliquæ omnes ætates. Nam cum á sexagesimo anno senectus dicatur incipere, & possit humana uita usque ad centũ uiginti annos peruenire, manifestum est solam senectutem posse tam longam esse quàm omnes ætates cæteræ priores. Aetas igitur ultima generis humani, quæ incipit á domini aduentu usq; in finem sæculi, quibus generationibus computetur incertum est, & hoc utiliter deus uoluit latere, sicut in Euangelio scriptum est, & Apostolus attestatur dicens, diem domini tanq; furem in nocte esse uenturum. Sed tamen sexta ætate uisitatum esse genus humanũ humili domini aduentu, superius distinctis generationibus edocetur. Qua uisitatione incæpit manifestari prophetia quæ superioribus quinq; ætatibus latuit, cuius prophetiæ personã quoniã Iohãnes gestabat, ut supra dictum est, ideo ex senibus parentibus nascitur tanquam senescente sæculo prophetia illa innotescere incipiat, & quinq; mensibus se occultat mater eius, sicut scriptum est: Occultabat se Helisabet mensibus quinq;. Sexto autem mense uisitatur à Maria matre domini, & exultans infans in utero eius, tanquam primo aduentu domini quo in humilitate apparere dignatus est, prophetia manifestari incipiat: Sed tanquam in utero, id est, nondum tam euidenter ut omnes sicut in lucem manifestum esse fateantur: Quod futurum credimus secundo aduentu domini, quo in claritate uenturus est, cuius aduentus præcursor speratur Helias, sicut huius Iohannes fuit. Et ideo dicitur á domino: Helias iam uenit & multa ei homines fecerunt, & si uultis scire ipse est Iohannes baptista, qui uenturus est. Quia in eodem spiritu & in eadem uirtute, & tanq; præcedentis præconis officio & hic iam uenit, & ille uenturus est. Propterea & istum Iohannem per spiritum quo pater eius uates impletus est, dicitur præcursorem domini futurum in spiritu & uirtute Heliæ. Peractis autem Maria cum Helisabet mensibus tribus, discedit: Quo numero mihi uidetur significari fides trinitatis, & baptisma in nomine patris & filij & spiritussancti, quo per humilem domini aduentum genus humanum imbuit, & futuro aduentu claritatis eius excolitur.

Matth. 24. 1. Thes. 5.

Luc. 1.

Matth. 17.

Luc. 1.

De decem uirginibus. Quæstio. LIX.

INter parabolas á domino dictas solet quærentes multum exercere ista quæ de decem uirginibus posita est. Et multi quidem hinc multa senserunt, quæ non sunt præter fidem, sed quomodo partibus eius omnibus conueniat expositio id elaborandum est. Legi etiam in quadam scriptura ex earum genere quæ apocryphæ nominantur, non quòd sit contra Catholicam fidem, sed huic loco mihi minus congruere uisa est, consideranti omnes huius similitudinis partes. De qua tamen expositione temere nihil audeo iudicare, ne forte non eius inconuenientia mihi angustias fœcerit si mea tarditas in ea conuenientiam non inuenerit. Quid autem mihi uideatur, non absurde hoc loco accipi, quantum potero breuiter & diligenter exponam. Interrogatus igitur dominus noster secreto á discipulis de consummatione sæculi, inter multa quæ locutus est, hoc quoq; dixit: Tunc simile æstimabitur regnum cœlorum decem uirginibus quæ accæperunt lampades suas & uenerunt obuiam sponso. Quinq; autem ex eis erant fatuæ, & quinq; prudentes. Sed quinq; fatuæ accæptis lampadibus suis, non sumpserunt oleum secum: Prudentes autem accæperunt oleum in uasis suis cum lampadibus. Tardante autem sponso, dormitauerunt omnes, & dormierunt. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus uenit, surgite obuiam ei. Tunc surrexerunt uirgines illæ & aptauerunt lampades suas. Et dixerunt illæ stultæ ad sapientes: Date nobis de oleo uestro, quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt autem sapientes dicentes: Ne forte non sufficiat nobis & uobis, ite potius ad uendentes & emite uobis: Et dum irent emere, uenit sponsus, & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouiss me autem ueniunt & reliquæ uirgines dicentes: Domine, domine, aperi nobis. At ille respondens ait: Amen dico uobis: Nescio uos. Vigilate ergo, quia nescitis diem neq; horam. Decem utiq; numerus uirginum, quarum quinque admittuntur, quinque excluduntur, bonorum & malorum discretionem significat. Qua propter si uirginitatis nomen honorabile est, cur recæptis exclusisque commune est? Deinde quid sibi uult numerus in utraque parte quinarius? Quid autem significat oleum, mirum uidetur. Item sapientes petentibus non communicant, cum & inuidere fas non sit eas quæ ita perfectæ sunt, ut á sponso recipiantur, quo nomine nullo dubitante dominus Iësus Christus significatur, & misericordes esse oporteat ad præstandum ex eo quòd habent, præscribente illa sententia eiusdem domini dicentis: Omni poscenti te tribue. Quid est autem quod possit dando non sufficere utrisq;? Hæc maxime augent quæstionis difficultatem, quanq; & cætera diligenter considerata, ut omnia in unam rationem concurrant, nihilque in unam partẽ dicatur quod impediat aliam, magna cautio adhibenda

Matth. 25.

Luc. 8.

benda est. Videntur itaque mihi quinque uirgines significare quinq; partitam continentiam á carnis illecebris. Continendus est enim animi appetitus á uoluptate oculorum, á uoluptate aurium, á uoluptate olfaciendi, gustandi, tangendi. Sed quia ista continentia partim coram deo fit, ut illi placeatur in interiori gaudio conscientiæ, partim coram hominibus tantũ, ut gloria humana capiatur, quinque dicuntur sapientes, & quinq; stultæ, utræq; tamen uirgines, quia utráq; continentia est, quamuis diuerso fomite gaudeant. Lampades autem sunt quia manibus gestantur, opera sunt quæ secundum continentiam istam fiunt. Dictum est autem: Luceant opera uestra coram hominibus. Omnes uero acceperunt lampades suas & uenerunt obuiam sponso. Intelligendum est ergo Christi nomine censeri de quibus agitur: Non enim possunt qui Christiani non sunt, sponso Christo uenire obuiam. Sed quinq; fatuæ acceptis lampadibus suis, non sumpserunt oleum secum. Multi enim quamuis de Christi bonitate plurimum sperent, gaudium tamen non habent, dum continenter non uiuunt, nisi in laudibus hominum. Non ergo habent oleum secum: Nam ipsam lætitiam oleo significari arbitror. Propterea unxit (inquit) te deus deus tuus oleo exultationis. Qui autem non propterea gaudet quia deo intrinsecus placet, non habet oleum secum. Prudentes autem acceperunt secum oleum in uasis suis cum lampadibus, id est, lætitiam bonorum operum in corde atq; in conscientia posuerunt.

Matth. 5

Psalm. 44

Galatas 6

Sicut Apostolus monet: Probet autem se homo, inquit, & tunc ĩ semetipso habebit gloriam & nõ ĩ altero, Tardante uero sponso dormitauerunt omnes, quia ex utroq; genere continentium hominum, siue eorum qui coram deo exultant, siue eorum qui in laudibus hominum acquiescunt, moriuntur hoc interuallo temporis, donec sub aduentu domini fiat resurrectio mortuorum. Media autem nocte, id est, nullo sciente aut sperante, quippe cum ipse dominus dicat: De die autem illa & hora nemo scit.

Matth. 24

1. Thessa. 5

Et Apostolus: Dies domini tanquam fur in nocte ita ueniet. Ex quo significatur eum penitus latere cum uenerit. Clamor factus est: Ecce sponsus uenit, surgite obuiam ei. In ictu oculi nouissima tuba omnes resurgimus. Ergo surrexerunt omnes uirgines illæ, & aptauerunt lampades suas, id est, rationes reddendas operum suorum. Oportet enim nos exhiberi ante tribunal Christi, ut illic recipiat unusquisque quod gessit in corpore, siue bonum siue malum. Et dixerunt stultæ ad sapientes: Date nobis de oleo uestro, quia lampades nostræ extinguntur. Quorum enim facta aliena laude fulciuntur, eadem subtracta deficiunt, & de consuetudine id semper inquirunt unde gaudere animus solet. Itaq; hominum qui corda non uident, testimonium uolunt habere apud deum qui cordis inspector est. Sed quid responderunt sapientes? Ne forte non sufficiat nobis & uobis: Vnusquisq; enim pro se rationem reddet, nec alieno testimonio quisquam adiuuatur apud deum, cui secreta cordis apparent, & uix sibi quisq;

1. Cor. 15

2. Corin. 5

sufficit, ut ei testimonium perhibeat conscientia sua: Quis enim gloriabitur mundum se habere cor? Inde est quod Apostolus ait: Mihi autem minimum est ut á uobis iudicer, aut ab humano die, sed neq; memetipsum iudico. Quapropter cum de seipso quisq; aut nõ omnino aut uix possit ueram ferre sniam, quomodo potest de alio iudicare, cum sciat nemo quid agatur in homine nisi spiritus hominis? Ite magis ad uendentes & emite uobis. Non consilium dedisse putandæ sunt, sed crimen earum ex obliquo commemorasse. Vendunt enim oleum adulatores, qui siue falsa, siue ignorata laudando animas in errorem mittunt, & eis uana gaudia tanq; fatuis conciliando aliquam de his mercedem, siue ciborum, siue pecuniæ, siue honoris, siue alicuius commodi temporalis accipiunt, non intelligentes quod dictum est: QVI VOS FOELICES DICVNT, in errorem uos mittunt. Melius est autem obiurgari á iusto quàm á peccatore laudari, Emendabit me inquit iustus in misericordia & arguet me, oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Ite ergo magis ad uendentes & emite uobis, id est, uideamus nunc quid uos adiuuant qui uobis laudes uendere consueuerunt, & uos in errorem inducere, ut nõ coram deo, sed ab homnibus gloriam quæreretis, Euntibus autem illis emere, uenit sponsus, id est, inclinãtibus se illis in ea quæ foris sunt, & solitis gaudere quærentibus, qua gaudia interna non nouerant, uenit ille qui iudicat. Et quæ paratæ erant, id est, quibus bonum coram deo testimonium conscientia perhibebat, intrauerunt cum eo ad nuptias, id est, ubi munda anima puro & perfecto sempiternoq; dei uerbo fœcundata copulatur. Et clausa est ianua, id est, receptis illis qui sunt in angelicam uitam immutandi: Omnes enim (inquit) resurgemus, sed non omnes immutabimur, clausus est aditus ad regnum cœlorum. Non enim post iudicium patet precum aut meritorum locus. Nouissime autem ueniunt & reliquæ uirgines dicentes: Domine domine aperi nobis. Non dictum est quòd emerunt oleum, & ideo intelligendæ sunt nullo iam remanente de alienis laudibus gaudio, in angustijs & magnis afflictionibus redire ad imploratione dei.

Prouer. 30

1. Corin. 4

1. Corin. 3

Esaiæ. 5 Eccles. 7

Psalm. 140

1. Cor. 16

Sed magna est eius sæueritas post iudicium cuius ante iudicium ineffabilis misericordia prærogata est. Itaque respondens ait: Amen dico uobis quòd nescio uos: Ex illa scilicet regula qua non habet ars dei, hoc est sapientia dei, ut intrent in gaudium eius qui non coram deo, sed ut placerent hominibus usi sunt aliquid secundum præceptum eius operari. Atque ita concludit: Vigilate ergo, quia nescitis diem neque horam: Non modo illius ultimi temporis quo uenturus est sponsus, sed suæ quisque diem dormitionis & horam nescit. Quisquis autem paratus est usque ad somnium, id est, usque ad mortem quæ omnibus debetur, paratus etiam inuenietur cum illa uox media nocte sonuerit, qua omnes euigilaturi sunt. Quòd uero sponso dixit obuiam uenire uirgines, sic intelligendum puto, ut ex ipsis uirginibus, sic intelligendum

puto

puto ut ex ipsis uirginibus constet ea quæ dicitur sponsa, tanquàm si omnibus Christianis in Ecclesiam concurrentibus filij ad matrem concurrere dicantur, cum ex ipsis filijs congregatis constet ea quæ dicitur mater. Nunc enim desponsata est Ecclesia, & uirgo est ad nuptias perducenda, id est, cum se continet à corruptione sæculari. Illo autem tempore nubet cum uniuersa mortalitate in ea pereunte immortali coniunctione feretur. Desponsaui
2 Corin. 11 inquit uos uni uiro uirginem castam exhibere Christo. Vos inquit, uirginem, á plurali ad singularem concludens: Ideo & uirgines dici possunt & uirgo Cur autem quinq; dictæ sint, ut mihi uidetur expositum est. Sed ui-
1 Cor. 13 demus nũc in ænigmate, tunc autem facie ad faciem: Et nunc ex parte, tunc autem ex toto. Ipsum autem in ænigmate & ex parte nunc in scripturis aliquid cernere, quod tamen sit secundum catholicam fidem, ex illo pignore contingit quod accepit uirgo Ecclesia humili aduentu sponsi sui: Quæ illi ultimo aduentu cum ueniet in claritate nuptura est, cum iam facie ad faciem contue-
2. Cor. 1 bitur. Dedit enim nobis pignus spiritum, sicut dicit Apostolus. Et ideo ista expositio nihil certum intuetur, nisi ut secundum fidem sit, neq; alijs præiudicat qui eam nihil ominus secundum fidem exponere potuerint.

De die autem illo & hora nemo scit neq; angeli cœlorum, neque filius hominis, nisi pater solus. Quæstio. LX.

Sicut scire deus dicitur etiam cum scientem facit, sicut
Deuter. 13 scriptum est: Temptat uos dominus deus uester ut sciat si diligatis eum: Non enim sic dictum est hoc, quasi nesciat deus, sed ut ipsi sciant quantum in domini dilectione profecerint, quod nisi temptationibus quæ accidunt non plene ab hominibus agnoscitur. Et ipsum temptat, pro eo positum est quòd temptari sinit, Sic & cum dicitur, nescire, aut pro eo dicitur, quòd non approbat, id est, in disciplina & doctrina sua non agnoscit, si-
Matth. 25 cut dictum est: Nescio uos, aut pro eo quòd utiliter nescientes facit id quod scire inutile est. Ideo bene accipitur id quod dictum est, solum scire patrem, sic dictum esse, quia facit filium scire: Et quod dictum est, nescire filium, sic dictum esse, quia facit nescire homines, id est non prodit eis quod inutiliter scirent.

De eo quod scriptum est in Euangelio turbas dominum in monte pauisse de quinque panibus. Quæstio. LXI.

Johan. 6 Matt. 14 Quinq; panes hordeacei quibus in monte dominus turbas pauit, significant ueterem legem. Siue quia nondum spiritalibus sed adhuc carnalibus data est, id est, quinq; corporis sensibus deditis, nam & ipse turbæ quinque milia hominum fuerunt: Siue quia per Moysen lex data est, Moyses enim quinque libros scripsit. Et quòd hordeacei erant panes, bene significant, uel ipsam legem quæ ita data erat ut in ea uitale animæ alimentum corporalibus sacramentis obtegeretur: Hordei enim medulla tenacissima palea tegitur, uel ipsum populum nondum expoliatum carnali desiderio, quod tanquam palea cordi eius inhærebat, id est, nondum corde circumcisum, ita ut nec tritura tione tribulationum cum per deserta quadraginta annis duceretur intellectu reuelato carnalia integumenta deponeret, sicut nec hordeum areæ tritura illo paleari tegmine exuitur. Itaque illi populo congruenter lex talis data est. Duo autem pisces qui saporem suauem pani dabant, duas illas personas uidentur significare quibus populus ille regebatur, ut per eas consiliorum moderamen acciperet, regiam scilicet & sacerdotalem, ad quas etiam sacrosancta illa unctio pertinebat. Quarum officium erat procellis ac fluctibus popularibus nunquàm frangi atq; corrumpi, et uiolentas turbarum contradictiones tanquàm aduersantes undas sæpe dirumpere, interdum ei custodita sua integritate cedere, prorsus more piscium tanquàm in procelloso mari, sic in turbulenta populi administratione uersari. Quæ tamen duæ personæ dominum nostrum præfigurabant. Ambas enim solus ille sustinuit, & non figurate, sed proprie solus impleuit. Nam & rex noster est Iësus Christus qui nobis pugnandi & uincendi demonstrauit exemplum, in carne mortali peccata nostra
Collo. 2 suscipiens temptationibus inimici, neque illecebrosis, neque terribilibus cedens. Postremo exuens se carne, principatus & potestates expolians fiducialiter, triumphãs eas in semetipso. Itaq; ipso duce ab oneribus & laboribus huius peregrinationis nostræ tanquàm ab Aegypto liberamur, & persequentia nos peccata sacramento baptismatis nobis euadentibus obruuntur, & quandiu in spe sumus eius promissionis quam nondum uidemus, tanquàm per deserta ducimur, consolante nos in sanctis scripturis uerbo dei, sicut illos manna de cœlo. Et eodem ipso duce in Hierusalem cœlestem, tanquàm in terram promissionis, introduci nos posse præsumimus, & in æternum ibi regnante ipso & custodiente seruari. Ita dominus noster Iësus Christus ostenditur rex noster. Ipse est etiam sacerdos noster in æternum secundum or-
Psal. 106 dinem Melchisedech, qui seipsum obtulit holocaustum pro peccatis nostris, & eius sacrificij similitudinem celebrandam in suæ passionis memoriam commendauit, ut illud quod Melchisedech obtulit deo iam per totum orbem terrarum Christi, in Ecclesia uideamus offerri. Ergo quoniam rex noster peccata nostra suscepit, ut nobis pugnandi & uincendi demonstraret exemplum, eorundem peccatorum susceptionem regiamque perso-
Matth. 1 nam Matthæus Euangelista significans, generationem eius quæ est secundum carnem ab Abraham suscipiens, qui pater est populi fidelis, & successionem prolis deorsum uer-

sum uersus enumerans, peruenit ad Dauid, in quo regni stabilimentum manifestissimum apparet, atque inde per Salomonem natum de illa in qua pater eius peccauerat stirpem regiam prosecutus usq; ad generationem domini perducit. Luc. 3 Lucas uero alius Euangelista, quoniam & ipse generationem domini quæ secundum carnem est sed in sacerdotali persona explicandam susceperit, ad quam personam pertinet mundatio & abolitio peccatorum nõ à principio libri, sicut Matthæus, sed ab illo loco ubi baptizatus est Iesus, ubi peccatorum nostrorum mundationem præfigurauit, incipit parentum eius originem gradatim persequi, neque deorsum uersus, sicut ille qui eum ad susceptionem peccatorum tanquám descendentem ostendebat, sed sursum uersus tanquám is qui eum post abolitionem peccatorum tanquám ascendentem insinuabat. Nec eos parentes quos ille nominans: Alia enim erat origo sacerdotalis quæ per unum ex filijs Dauid sicuti assolet de tribu sacerdotali matrimonium sortientem effecerat, ut Maria de utraq; tribu, id est, & de regia & sacerdotali cognationem duceret. Nam & quando censita sunt Ioseph & Maria, scriptum est eos fuisse de domo, id est, de genere Dauid. Luc. 2 Et Helisabet quæ nihilominus cognata Mariæ describitur, erat de tribu sacerdotali. Luc. 1 Matth. 1 Sicut autem Matthæus, qui tanquám descendentem ad susciepienda peccata nostra regẽ Christum insinuans per Salomonem à Dauid descendit, quia Salomon de illa in qua Dauid peccauerat natus est, ita Lucas qui tanquám ascendentem post abolitionem peccatorum sacerdotem Christum insinuat per Nathan ascendit ad Dauid, quia Nathan propheta missus fuerat, cuius correptione Dauid ipsius peccati abolitionem pœnitendo impetrauit. Itaque postaquàm transijt Lucas personam Dauid, nõ dissonat à Matthæo in nominibus generatorum. Nam eos nominat ascendens à Dauid usque ad Abraham, quos ille descendens ab Abraham usque ad Dauid. A Dauid enim in duas familias, regiam & sacerdotalem origo illa distributa est, quarũ duarũ familiarum, sicut dictum est, regiam descendens Matthæus, sacerdotalẽ ascendens Lucas secutus est, ut dominus noster Iesus Christus rex & sacerdos noster & cognationẽ duceret de stirpe sacerdotali, & nõ esset tamen de tribu sacerdotali, hoc est de tribu Leui, sed esset de tribu Iuda, hoc est de tribu Dauid ex qua tribu nemo intendit altari. Ideo & filius Dauid maxime dicitur secundum carnem, quia & Lucas ascendens & Matthæus descendens, in Dauid sibi obuiam facti sunt. Oportebat enim ut euacuaturus sacrificia, quæ secundum ordinem Aaron in Leuitico sacerdotio fiebant, non esset de tribu Leui, ne ad ipsam tribum & ad ipsum sacerdotium quod temporaliter umbra erat futuri pertinere uideretur mundatio peccatorum quam dominus oblatione holocausti sui, quod in ueteri sacerdotio figurabatur, impleuit. Et holocausti eius imaginem ad memoriam passionis suæ in Ecclesia celebrandam dedit, ut esset sacerdos in æternum non secundum ordinem Aaron, sed secundum ordinem Melchisedech. Psal. 109 Cuius rei sacramentum diligentius ad huc considerari potest. Sed propter duos pisces, in quibus duas personas regiam & sacerdotalem figuratas esse diximus, hactenus hinc tractatum esse sufficiat. Quòd autem super fœnum turba illa discubuit, significat eos qui testamentum uetus acceperant, quia regnum eisdem temporale & Hierusalem temporalis promittebatur, in spe carnali collocatos fuisse. Omnis enim caro fœnum & claritas hominis ut flos fœni. Esaie. 40 Quod autem de reliquijs fragmentorum duodecim cophini buccellarum repleti sunt, significat de ipsius legis adapertione & disputatione, quam Iudæi reliquerant & deseruerant, repletos fuisse discipulos domini, in quibus duodenarius numerus principatum tenet. Nondum enim erat scriptura noui testamenti quando dominus quasi frangendo & aperiendo quod durum & clausum erat in lege discipulos impleuit, cum eis post resurrectionem Luc. 24 aperuit scripturas ueteres, incipiens á Moyse & omnibus prophetis, interpretans illis in omnibus scripturis quæ de ipso erant: Nam & tunc eum duo illorum in panis fractione cognouerunt. Et ideo secunda pastio populi quæ de septem panibus facta est, ad noui testamenti prædicationem rectè intelligitur pertinere, Non enim ab aliquo Euangelista dictum est, quòd isti panes hordeacei fuerint sicut de illis quinque dixit Iohannes. Hæc ergo pastio de panibus septem ad gratiam pertinet Ecclesiæ, quæ notissima illa septenaria sancti spiritus operatione cognoscitur. Et ideo non hic duo pisces fuisse scribuntur, sicut in ueteri lege ubi duo soli ungebantur, rex & sacerdos, sed pauci pisces, id est, quia primi DOMINO IESV CHRISTO crediderunt, & in eius nomine uncti sunt, & missi ad prædicationem Euangelij, & ad sustinendum turbulentum mare huius sæculi, ut pro ipso magno pisce, id est, pro Christo legatione fungerentur, sicut Paulus Apostolus dicit. 2. Chori. 5 Neque in ipsa turba quinque milia hominum fuerunt, sicut illic ubi carnales legem accipientes, id est quinque sensibus carnis deditι significantur. Sed quattuor milia potius, quo numero significantur spiritales, propter quattuor animæ uirtutes, quibus in hac uita spiritaliter uiuitur, prudentiam, temperantiam, fortitudinem, & iustitiam. Quarum prima est cognitio rerum appetendarum & fugiendarum. Secunda refrenatio cupiditatis ab his quæ temporaliter delectant. Tertia firmitas animi aduersus ea quæ temporaliter molesta sunt. Quarta quæ per cæteras omnes diffunditur, dilectio dei & proximi. Sane & ibi quinque milia hominum, & hic quattuor milia exceptis mulieribus & pueris fuisse memorantur, quod mihi uidetur ad hoc pertinere, ut intelligamus & in populo ueteris testamenti

fuisse quos

fuisse quosdam infirmos ad implendam iusticiam quæ se-
Philipp. 3 cundum legem est, in qua iusticia Apostolus Paulus sine querela se conuersatum esse dicit, Fuisse item alios qui fa-
cile seducerentur in cultum idolorum. Quæ duo genera, id est infirmitatis & erroris, mulierum & puerorũ nominibus figurata sunt. Infirmus est enim mulierum se-
xus ad actiones, & facilis ad lusum pueritia. Quid au-
1. Cor. 10 tem lusui puerili tam simile est quàm idola colere? Quã-
do et Apostolus ad hoc retulit hoc genus superstitionis cũ
Exo. 32. ait: Neq; idolis seruientes quemadmodum quidam eorũ sicut scriptum est, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. Mulieribus ergo similes erant, qui in laboribus expectationis quousq; ad promissa dei p
uenirent, non uiriliter perseuerantes temptauerunt deũ, Pueris autem, qui sederunt manducare & bibere, & surrexerunt ludere, non solum autem ibi, sed etiam in populo noui testamenti, qui non perdurant occurrere in uirum perfectum, uel infirmitate uirium, uel mentis leuitate, mulieribus & pueris comparandi sunt. Nam illis dici-
Hebre. 3 tur, Si tamen initium substantiæ eius usq; in finem firmum retineamus, illis autem, Nolite pueri effici sensibus
1. Corin. 14 sed malicia infantes estote, ut sensibus perfecti sitis. Et ideo neq; in ueteri neq; in nouo testamento tales admittuntur ad numerũ, sed siue ibi quinq; milia, siue hic quattuor milia, exceptis mulieribus & pueris fuisse dicuntur. Quamuis uero & illic & hic propter ipsum Christum assidue in scripturis mons appellatur, ut congrueret in monte uterq; populus pasceretur, hic tamen non in fœno discũbitur, sed in terra. Ibi enim celsitudo Christi propter carnales homines, & Hierusalem terrenam carnali spe & desiderio tegitur, hic autem remota omni cupiditate carnali, conuiuas noui testamenti spei permanentis firmamentum tanquàm ipsius montis soliditas nullo fœno interposito continebat. Et quoniam rectissime dicit
Galat. 3 Apostolus, Prius autem antequam ueniret fides, sub lege custodiebamur. Hoc significare uidetur & dominus cum dicit de his quos quinq; panibus pasturus erat, Non
Matth. 14 opus habent ire, sed date illis uos manducare. Sub his autem uerbis figuraliter tanquàm custodia detinentur, cum hoc admonuissent discipuli ut dimitteret eos. Huius uero turbæ quæ ad septem panes pertinet, ultro se misereri dixit, quòd iam tertius dies esset ex quo ei ieiuni adhæsissent. In toto enim sæculo generis humani tertium tempus est, quo fidei Christianæ gratia data est. Primum est ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia. Et quoniam quartum adhuc restat, quo ad plenissimam pacem Hierusalẽ cœlestis uenturi sumus, quo tendit quisquis recte credit in Christum, propterea se dicit turbam illam reficere dominus ne deficiat in uia. Ista est enim dispensatio qua nobis dominus temporaliter & uisibiliter in homine apparere dignatus est, & dedit nobis pi-
2. Cor. 1 gnus spiritumsanctum, cuius operatione septenaria uegetaremur, Apostolica auctoritate quasi paucorum pisci-

um sapore coniuncto. Hæc ergo dispensatio quid aliud agit, nisi ut ad palmam supernæ uocationis sine defectu uirium peruenire possimus? Per fidem enim ambulamus & non per speciem. Et ipse Apostolus Paulus nondum se 2. Cor. 5
dicit comprehendisse regnum dei, sed ea quæ retro sunt oblitus, in ea quæ ante sunt extentus, secundum intentio- Philip. 3
nem sequor inquit, ad palmam supernæ uocationis. Veruntamen in quod peruenimus in eo ambulemus, quia tertio die domino adhærentes & ab illo pasti, non defi-
cimus in uia. Etiam hic sane peruenire ad comedendi finem turba non potuit, sed relictæ sunt escæ. Non enim frustra dictum est, Putas ne ueniens filius hominis inue-
ueniet fidem super terram? Et credo ita futurum, pro-
pter mulieres & pueros, sed tamen septem sportas reli- Luc. 18
quiæ fragmentorum impleuerunt, ad quas ecclesia septiformis, quæ in Apocalypsi etiam describitur, pertinet, id est omnis qui perseuerauerit usq; in finem. Ille enim qui Apoc. 1
dixit, Putas ne ueniens filius hominis, inueniet fidem sup Matt. 24
terram? significauit quidem in extremo conuiuio relinqui posse & deseri escas suas. Sed quoniam ipse item dicit Qui perseuerauerit usq; in finem hic saluus erit, significauit non defecturam ecclesiam, quæ septenario numero eosdem septem panes abundantius recipiat, & latitudinem cordis quæ ipsam perseuerentiam in sportis uidetur significare contineat.

De eo quod scriptum est in Euangelio, quia baptizabat Iesus plures & Iohannes, quis ipse non baptizaret, sed discipuli eius. Quæstio. LXII.

QVæritur qui baptizati sunt illo tempore quo scriptum est dominum per discipulos suos baptizasse Iohan. 4
plures q̃ Iohannes, acceperunt spiritũsanctũ, Alio enim loco Euangelij sic dicitur, Spiritus enim non-
dum erat datus, quia Iesus nondum erat clarificatus. Et Iohan. 7
facillime quidem ita respondetur, q. dominus Iesus, qui etiam mortuos suscitabat, poterat neminem illorum mori sinere donec post eius clarificationem, id est, resurrectionem à mortuis, & ascensionem in cœlum, acciperent spiritũsanctũ. Sed occurrit animo latro ille cui dictũ est, Luc. 23
Amen dico tibi, hodie mecũ eris in paradiso, qui nec ipse Acto. 10
baptismũ accepit, Quanq̃ Cornelius & qui cũ eo ex gẽtibus crediderant spiritũsanctũ etiã priusq̃ baptizarẽtur acceperint, nõ tamen uideo quõ et ille latro sine spũsctõ dicere potuerit, Memento mei dñe dum ueneris in regnum tuũ. Nemo enim dicit dñs Iesus (ait Apostolus) nisi in 1. Cor. 12
spiritusancto, Cuius fidei fructum ipse dominus monstrauit dicens, Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso. Quõ ergo ineffabili ptãte dñantis dei atq; iusticia deputatũ est etiã baptismũ credẽti latroni, et p accepto habitu in animo libero qd' in corpe crucifixo accipi nõ poterat,

Sic etiam spiritussanctus latēter dabatur ante domini clarificationem, post manifestationem autem diuinitatis eius manifestius datus est. Et hoc dictum est, Spiritus autem nondum erat datus, id est, nondum sic apparuerat, ut omnes eum datum esse faterentur. Sicut etiam dominus nondum erat clarificatus inter homines, sed tamen clarificatio eius æterna nunquam esse destitit, sicut & aduentus eius ea ipsa dicitur demonstratio in carne mortali, Nam illuc uenit ubi erat, quia in sua propria uenit, & in hoc mundo erat, & mundus per ipsum factus est. Sicut ergo domini aduentus intelligitur demonstratio corporalis, tamen ante hanc demonstrationem ipse in omnibus Prophetis sanctis tanquàm dei uerbum & dei sapientia locutus est, sic & aduentus spiritussancti demonstratio spiritussancti est ipsis etiam oculis carneis, quando uisus est ignis diuisus super eos & cœperunt loqui linguis. Nam si non erat in hominibus spiritussanctus ante domini uisibilem clarificationem, quomodo dicere potuit Dauid, Et spiritum sanctum tuum ne auferas à me? Aut quo modo impleta est Helizabeth & Zacharias uir eius ut prophetarent, & Anna, & Simeon, de quibus omnibus scriptum est, quòd impleti sunt spiritusancto, ut illa quæ in Euangelio legimus dixerint? Vt autem quædam latenter, quædam uero per creaturam uisibilem uisibiliter deus operetur, pertinet ad gubernationem prouidentiæ qua omnes diuinæ actiones locorum temporumque ordines distinctione pulcherrima peraguntur, cum ipsa diuinitas nec tencatur nec migret locis, nec tendatur, uarieturue temporibus. Quomodo autem ipse dominus secum habebat utiq; spiritum sanctum in ipso homine quem gerebat, quando ut baptizaretur uenit ad Iohañem, & tamen posteaquàm baptizatus est descendere in eum spiritussanctus uisus est in columbæ specie, & sic intelligēdum est ante manifestum & uisibilem aduentum spiritus sancti, quoscunq; homines sanctos eum latenter habere potuisse, Ita sane hoc diximus, ut intelligamus etiam ista ipsa uisibili demonstratione spiritussancti, qui aduentus eius dicitur, ineffabili, uel etiam incogitabili modo largius in hominum corda plenitudinem eius infusam.

Iohan. 7
Iohan. 1
Act. 2
Psalm. 50
Luc. 1. & 2.
Matt. 3

De verbo. Quæstio. LXIII.

IN principio erat uerbum. Quod græcè λόγος dicitur, latine & rationem & uerbum significat. Sed hoc loco melius uerbum interpretamur, ut significetur non solum ad patrem respectus, sed illa etiā quæ per uerbum facta sunt, operatiua potentia, Ratio autem & si nihil per illam fiat, recte ratio dicitur.

Iohan. 1

De muliere Samaritana. Quæstio. LXIIII.

EVāgelica sacramēta in dñi nostri Iēsu Christi dictis factisq; signata, nō oībus patēt, et ea nōnulli minus diligenter minusq; sobrie interpretando, afferūt plerūq; ꝓ salute perniciem, et pro cognatione ueritatis errorem, inter quæ illud est sacramentum quod scriptum est, dominum hora diei sexta uenisse ad puteum Iacob, fessumq; ab itinere sedisse, & à muliere Samaritana potū petisse, & cætera quæ in eodem scripturarum loco discutienda & pertractanda dicuntur, De qua re id primo tenendum est, quod in omnibus scripturis summa uigilantia custodiri oportet, ut secundum fidem sit sacramenti diuini expositio. Hora igitur diei sexta uenit ad puteum dominus noster. Video in puteo tenebrosam profunditatem. Admoneor ergo intelligere mundi huius infimas partes, id est, terrenas quo uenit dominus Iēsus hora sexta id est sexta ætate generis humani tanquàm senectute ueteris hominis, quo iubemur exui, ut induamur nouo, qui secundum deum creatus est. Nam sexta ætas senectus est, quoniā prima infantia, secunda pueritia, tertia adolescentia, quarta iuuentus, quinta grauitas. Veteris itaque hominis uita, quæ secundum carnem temporali conditione peragitur, sexta ætate senectutis concluditur: Qua senectute ut dixi humani generis dominus noster et creator nobis & reparator aduenit, ut moriente scilicet uetere homine, nouum in se constitueret, quem exutum labe terrena in cœlestia regna transferret. Ergo nunc puteus ut dictum est mundi huius terrenum laborem & errorem tenebrosa profunditate & obscuritate significat, & quoniam exterior est homo uetus, et nouus interior, Dictum est enim ab Apostolo, Etsi exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem, rectissime omnino, quoniam omnia uisibilia ad exteriorem hominem pertinēt, quibus Christiana disciplina renunciatur, hora sexta uenit dominus ad puteum, id est, medio die, unde iam incipit sol iste uisibilis declinare in occasum, quoniam & nobis uocatis à Christo uisibilium delectatio minuitur, ut inuisibilium amore homo exterior recreatus, ad interiorem lucem quæ nunquàm occidit reuertatur, secundum Apostolicam disciplinam, nō quærens quæ uidentur, sed quæ non uidentur, quæ enim uidentur temporalia sunt, quæ autem non uidentur æterna sunt. Quòd autem fatigatus uenit ad puteum, infirmitatem carnis significat, quòd sedit humilitatē, quia & imbecillitatem carnis pro nobis suscepit, & homo hominibus tam humiliter apparere dignatus est. De hac infirmitate carnis Propheta dicit, Homo in plaga positus, & sciens ferre imbecillitatem. De humilitate uero Apostolus loquitur dicens, Humiliauit se factus obediens usque ad mortem. Quanquàm illud quod sedit, quoniam solēt sedere doctores, possit alio intellectu nō humilitatis modestiam, sed magistri demonstrare pſonā. Sed quæri pōt quare à muliere Samaritana quæ aquæ implēdæ gratia cū hydria uenerat bibere postulauerit, cū ipse posted spiritalis sōtis affluētiā se petētibus dare posse prædicauerit. Sed scilicet sitiebat dominus mulieris illius fidē, quæ quoniam

Iohan. 4
Ephe. 4
2. Cor. 4
Esaie. 53
Philip. 2

quoniam Samaritana erat, & solet Samaria idolatriæ imaginem sustinere: Ipsi enim separati à populo Iudæorum, simulacris mutorum animalium, id est, uaccis aureis animarum suarum decus addixerant. Venerat autem dominus noster Iësus ut gentium multitudinem, quæ simulacris seruiebat, ad munimentum fidei Christianæ & incoruptæ religionis adduceret. Matth. 9 Non enim est (inquit) opus sanis medicus, sed male habentibus. Eorum ergo fidem sitit pro quibus sanguinem fudit. Dixit ergo ad eam Iësus, Mulier da mihi bibere. Et ut noueris quid sitiebat dominus, non post paululum ueniunt discipuli eius qui perrexerant in ciuitatem ut cibos emerẽt & dicunt ei, Rabbi manduca. Ille autẽ dixit eis, Ego habeo escam manducare quam uos nescitis. Dicunt ergo discipuli eius ad alterutrum, Nunquid aliquis attulit ei mã ducare? Dixit ei Iësus, Cibus meus est ut faciam eius uoluntatem qui me misit, & ut perficiam opus eius. Nunquid hic intelligitur alia uoluntas patris qui eum misit, & opus eius quod se perficere uelle respondit, nisi ut nos ad fidem suam à pernicioso mundi errore conuerteret? Qualis est ergo cibus eius, talis & potus. Quapropter hoc in illa muliere sitiebat ut faceret in ea uoluntatem patris, & perficeret opus eius. Sed carnaliter intelligens respondit, Tu cum sis Iudæus quomodo à me bibere petis, cum sim mulier Samaritana? Non enim coutuntur Iudæi Samaritanis. Cui dominus noster dixit, Si scires donũ dei & quis est qui dicit tibi, da mihi bibere, tu magis petisses Iohan. 4 ab eo & dedisset tibi aquam uiuam, ut hinc ei ostenderet, non se talem aquam petisse qualem ipse intellexerat, sed quia ipse sitiebat fidem eius eidem sitienti spiritum sanctũ dare cupiebat. Hanc enim recte intelligimus aquam uiuã quod est donum dei, sicut ipse ait, Si scires donum dei. Et sicut idem Iohannes Euangelista testatur alio loco dicens, quòd stabat Iësus & clamabat, SI QVIS sitit ueniat & bibat, qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Consequẽter omnino qui credit (inquit) in me flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ, quia primo credimus ut hæc dona mereamur. Hæc ergo flumina aquæ uiuæ quæ illi mulieri uolebat dare, merces est fidei q̃ prius in illa sitiebat. Cuius aquæ uiuæ interpretationem ita subijcit, Hoc autem Iohan. 7 (inquit) dicebat de spiritu quem accepturi erant hi qui in eum crediturierant, Nondum autem erat spiritus datus, quia Iësus nondum erat glorificatus. Hoc itaq; donũ spiritus sancti est, quod post suam clarificationem dedit Psalm. 67 Ephe. 4 ecclesiæ, sicut alia scriptura dicit, Ascendens in altum, captiuam duxit captiuitatem, dedit dona hominibus. Sed adhuc illa mulier carnaliter sapit. Sic enim respondit, Domine, neq; hauritorium habes, & puteus altus est, unde mihi habes dare aquam uiuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob qui dedit nobis hunc puteum, & ipse ex eo bibit & filij eius, & pecora eius? Nunc uero iam dominus exponit quod dixerat, Omnis inquit qui bibe-

rit ex aqua ista, sitiet in æternũ, qui autẽ biberit de aqua quam ego dedero, fiet in eo fons aquæ salientis in uitam æternam. Sed adhuc mulier prudentiam carnis amplectitur. Quid enim respondit? Domine, da mihi hanc aquam, ut neque sitiam, neque ueniam huc haurire. Dicit ei Iësus, Vade uoca uirum tuum & ueni huc. Cum sciret eam uirum non habere, cur hoc dixerit, quæritur, Namque cum mulier dixisset: Non habeo uirum, Dicit ei Iësus, Bene dixisti, non habere te uirum, quinque enim uiros habuisti, & nunc quem habes, non est tuus uir, hoc uerum dixisti. Sed non sunt hæc carnaliter accipienda, ne huic ipsi adhuc mulieri Samaritanæ similes esse uideamur: Sed de illo dono dei si aliquid iam gustauimus, spiritaliter ista tractemus. Quinque uiros, quinque libros qui per Moysen ministrati sunt, nonnulli accipiunt. Quod autem dictum est: Et nunc quem habes, non est tuus uir, de se ipso dominum dixisse intelligunt, ut iste sit sensus, Primo, quinque libris Moysi, quasi quinque uiris seruisti: Nunc autem quem habes, id est quem audisti qui loquor tecum, non est tuus uir, quia nondum in eum credidisti. Sed quoniam nondum credens Christo, adhuc utique illorum quinq; uirorum, id est quia que librorum copulatione tenebatur, potest mouere quomodo dici potuerit, quinque uiros habuisti, quasi nunc eos iam non haberet cum adhuc utique ipsis subdita uiueret? Deinde cum quinque libri Moysi nihil aliud quam Christũ prædicent, sicut ipse ait: Si crederetis Moysi, crederetis Iohan. 5. forsitan & mihi, ille enim de me scripsit, quomodo potest intelligi à quinque illis libris recedere hominem ut ad Christum transeat, cum ille qui credit in Christum, non relinquendos quinque illos libros, sed spiritaliter intelligendos multo auidius amplectatur? Est ergo alius intellectus, ut quinque uiri intelligantur quinque corporis sensus, Vnus qui ad oculos pertinet, quo lucem istam uisibilem, & quoslibet colores formasque corporum cernimus. Alter est aurium, quo uocum & omnium sonorum momenta sentimus. Tertius narium, quo uaria odorum suauitate delectamur. Quartus in ore gustus, qui dulcia & amara sentit, & omnium saporum habet examen. Quintus per totum corpus tangendo dijudicat calida & frigida, mollia & dura, lenia & aspera, & quicquid aliud est quod tangendo sentimus. Istis itaque carnalibus quinque sensibus, prima hominis ætas imbuitur necessitate naturæ mortalis, qua ita post peccatum primi hominis nati sumus ut nondum reddita luce mentis carnalibus sensibus subditi, carnalem uitam sine ulla ueritatis intelligentia transeamus. Tales necesse est esse infantes & paruulos pueros, qui nondum possunt accipere rationem. Et quia naturales sunt isti sensus qui primam ætatem regunt, & deo artifice nobis tributi sunt, recte dicuntur uiri, id est mariti tanquàm legitimi, quoniam non eos error uitio proprio, sed dei artificio natura contribuit.

Cum

Cum autem quisq; peruenerit ad eam ætatem ut iam possit capax esse rationis, si ueritatem statim comprehendere potuerit, non iam illis sensibus rectoribus utetur, sed habebit uirum, spiritum rationalem, cui sensus illos in famulatum redigat, seruituti subijciens corpus suum, cum anima non iã quinq; uiris, id est quinq; corporis sensibus subdita est, sed uerbum diuinum habet legitimum uirum, cui copulata est & inhærens, cum & ipse spiritus hominis hæserit Christo, quia caput uiri Christus est, amplexu spiritali æterna uita sine ullo separationis timore per fruetur. Quis nos enim separare poterit à charitate Christi? Sed quoniam illa mulier errore tenebatur, qui significabat multitudinem sæculi uanis superstitionibus subiugati, post tempora illa quinq; carnalium sensuum, quibus prima ætas ut diximus regitur, non eam uerbum dei acceperat in coniugem, sed complexu adulterino diabolus obtinebat. Itaq; illi dominus dicit, uidens eam esse carnalem id est carnaliter sapere, Vade uoca uirum tuum & ueni huc, id est remoue te ab affectione carnali, in qua nũc constituta es, unde non potes intelligere quæ loquor, & uoca uirum tuum, id est spiritu intelligentiæ præsens esto. Est enim animæ quasi maritus quodammodo spiritus hominis, qui animalem affectionem tanq; coniugem regit, Non ille spiritussanctus qui cum patre & filio incommutabilis manet, & dignis animis incommutabiliter datur, sed spiritus hominis de quo Apostolus dicit, Nemo scit quæ sunt in homine nisi spiritus hominis. Nã ille spiritussanctus spiritus dei est. De quo iterũ dicit sic, Et quæ dei sunt, nemo scit nisi spiritus dei. Hic ergo spiritus hominis cũ præsens est, id est intentus est, & se pietate subijcit deo, intelligit homo quæ spiritaliter dicuntur, Cum autem diaboli error, tanq; absente intellectu in anima dominatur, adulter est. Voca ergo (inquit) uirum tuum, id est, spiritum qui in te est, quo potest homo intelligere spiritalia si eum lux ueritatis illustret. Ipse aũsit cũ loquor tibi, ut spiritalem possis accipere aquam. Et cum illa diceret, Non habeo uirum, Benè (inquit) dixisti. Quinq; enim uiros habuisti, id est, quinq; sensus carnis qui te in prima ætate rexerunt, & nunc quem habes non est tuus uir, quia non est in te spiritus qui intelligit deum, cum quo legitimum possis habere connubium, sed error diaboli potius dominatur, qui te adulterina contaminatione corrumpit. Et fortasse ut intelligentibus indicaret quinq; memoratos corporis sensus, quinq; uirorum nomine significari, post quinq; responsiones carnales ista mulier sexta responsione nominat Christum. Nam prima eius responsio est, Tu cum sis Iudæus, quomodo à me bibere petis? Secunda, Domine neq; hauritorium in quo haurias habes, et puteus altus est. Tertia, Domine da mihi de hac aqua ut neq; sitiam, neq; ueniam huc haurire. Quarta, Non habeo uirum. Quinta, Video quia Prophetaes, patres nostri in monte hoc adorauerunt, Nam & ista responsio carnalis est. Carnalibus enim datus fuerat locus terrenus ubi orarent, spiritales autem in spiritu & ueritate oraturos dominus dixit. Quod posteaq; locutus est, sexta mulieris responsio Christum fatetur omnium istorum esse doctorem. Dicit enim, Scio quia Meßias uenit qui dicitur Christus, Cum uenerit, ipse nobis annunciabit omnia. Sed adhuc errat, quia eũ quem uenturum sperat, uenisse non uidet. Verumtamen misericordia domini nunc error iste tanq; adulter expellitur. Dicit enim ei Iesus, Ego sum qui tecum loquor. Quo audito illa nõ respondit, sed statim relicta hydria sua abijt in ciuitatem festinãs ut Euangelium & domini aduentum, non tantũ crederet, sed etiam prædicaret. Nec hoc q; relicta hydria discessit negligenter prætereundum est, Hydria enim fortasse amorem sæculi huius significat, id est, cupiditatem qua sibi homines de tenebrosa profunditate, cuius imaginem puteus gerit, hoc est de terrena conuersatione hauriunt uoluptatem, qua percepta iterum in eius appetitũ inardescunt, sicut de aqua illa qui biberit, inquit, sitiet iterum. Oportebat autem ut Christo credens, sæculo renunciaret, & relicta hydria cupiditatem sæcularem se reliquisse monstraret, non solum corde credens ad iusticiam, sed etiam ad salutem ore confessura & prædicatura quod credidit.

1. Cor. 13

Roma. 8

1. Corin. 2

Roma. 10

De resurrectione Lazari. Quæst. LXV.

QVanq; secundum Euangelicam historiam resuscitatum Lazarum plena fide teneamus, tamẽ & in allegoria significare aliquid non dubito. Neq; cũ res factæ allegorizantur gestæ rei fidem amittunt. Sicut duorum filiorum Abrahæ allegoriam Paulus exponit duo esse testamenta, Nunquid ideo, aut Abrahã nõ fuit, aut illos filios non habuit? Ergo & in allegoria accipiamus Lazarũ in monumento, animã terrenis peccatis obrutã. i. omne humanũ genus, quã alio loco dñs per ouẽ pditã significat, propter quã liberandã relictis nonaginta nouẽ in montibus descendisse se dicit. Quod aũt interrogat dicẽs, Vbi eũ posuistis? uocationẽ nostrã quæ fit in occulto arbitror significari, Prædestinatio enim uocatiõis nostræ occulta est. Cuius secreti signũ est interrogatio dñi quasi nescientis cũ ipsi nesciamus, Sicut dicit Apostolus, Vt cognoscã sicut & cognitus sum, Vel q. ignorare se peccatores alio loco dñs ostendit dicẽs, Nõ noui uos, Quod significabat Lazarus sepultus, quia & in disciplina & in præceptis eius nõ sunt peccata. Huic interrogationi simile est illud in Genesi, Adã ubi es? quoniã peccauerat & se absconderat à facie dei. Quã occultationem hic sepultura significat, ut peccantis habeat similitudinẽ, moriens, sepultus, absconditi à facie dei. Auferte aũt lapidẽ q. ait, illos puto significari qui uenientibus ad ecclesiã ex gentibus onus circũcisionis imponere uolebant, cõtra quos multipliciter scribit Apostolus: Vel eos qui in ecclesia corrupte uiuũt, & offensioni sunt credere uolentibus. Dicit illi Martha, Dñe iã quarta dies est, & putet. Vltimũ quattuor elementorũ terra est, Significat ergo putorem terrenorum peccatorũ, id est, cupiditatũ carnalium. Terra es (inquit Adæ dñs cũ peccasset) & in terrã ibis.

Galla. 4

Luc. 15

1. Corin. 13

Matth. 7

Gene. 3

Et

Et ſublato lapide exijt de monumento inuolutus manibus & pedibus, & facies eius tecta erat ſudario. Quòd autem exijt de monumento animam ſignificat recedentem à carnalibus uitijs. Quód uero inſtitis obuolutus, hoc eſt q; etiam à carnalibus recedentes & mente ſeruientes legi dei, adhuc tamen in corpore conſtituti alieni á moleſtijs carnis eſſe non poſſumus, dicente Apoſtolo, Mente ſeruio legi dei, carne autem legi peccati. Quód autem facies eius ſudario tecta erat, hoc eſt, quòd in hac uita plenam cognitionem habere non poſſumus, ſicut Apoſtolus dicit, Nunc uidemus per ſpeculum in ænigmate, poſtea autem facie ad faciem. Et dixit Iēſus, Soluite eum & ſinite ire, hoc eſt, q; poſt hanc uitam auferentur omnia uelamenta, ut facie ad faciem uideamus. Quantum autem interſit inter hominem quem dei ſapientia geſtabat per quem liberati ſumus, & cæteros homines, hinc intelligitur, q; Lazarus niſi exiens de monumento non ſoluitur, id eſt etiam renata anima niſi reſolutione corporis libera ab omni peccato & ignorantia eſſe non poteſt quamdiu per ſpeculum & in ænigmate uidet, Domini autem lintheamina & ſuadarium, qui peccatum non fœcit & nihil ignorauit, in monumento inuenta ſunt. Ipſe enim ſolus in carne, non tantum in monumento non eſt oppreſſus ut aliquod peccatum in eo inueniretur, ſed nec lintheis implicatus ut eum aliquid lateret, aut ab itinere retardaret.

Roma. 7

1. Cor. 13

1. Cor. 13
Iohan. 20
Eſaie. 53

De eo quod ſcriptum eſt, An ignoratis fratres, ſcientibus ēm legem loquor, quia lex dominatur homini inq̄ntum tempus viuit etc̄. Quæſt. LXVI.

Apoſtolus in hac ſimilitudine in qua de uiro et muliere loquitur, quoniam mulier tenetur lege uiri, tria quædam conſideranda commendat, mulierem, uirū, & legem. Mulierem ſcilicet ſubiugatam uiro per uinculum legis, quo uinculo morte uiri liberatur, ut cui uult nubat. Sic enim dicit, Mulier enim ſub uiro uiuo marito iuncta eſt legi, ſi autem mortuus fuerit uir eius, euacuata eſt a lege uiri. Igitur uiuente uiro uocabitur adultera, ſi fuerit cum alio uiro, Si autem mortuus fuerit uir eius, liberata eſt à lege, ut non ſit adultera ſi fuerit cum alio uiro. Hucuſq; ſimilitudo eſt. Deinde incipit rem loqui, cui explanandæ ac probandæ ſimilitudinem induxit. In qua etiam re tria ſimiliter attendenda ſunt, homo, peccatum, lex. Tamdiu enim dicit ſub lege eſſe hominem, quamdiu uiuit peccato, quemadmodum tamdiu mulier ſub lege uiri eſt quamdiu uiuit uir. Hoc autem peccatum hic intelligendum eſt, quod acceſſit per legem. Quod peccatum dicit ſupra modum eſſe, quoniā cum iam appareat eſſe peccatum, fit tamen & adiuncta prævaricatione cumulatius, Vbi enim non eſt lex, nec prævaricatio. Et hoc eſt quod dicit, ut fiat ſupra modum peccator, aut peccans peccatū per mandatum. Quapropter legem quàmuis à peccando prohibeat, non tñ ſic dicit datam ut liberaret á peccato ſed ut demonſtraret peccatum, cui ſeruiens anima debet ſe ad gratiam liberatoris conuertere, ut à peccato liberetur. Per legem enim cognitio peccati, Et alio loco dicit, Sed peccatum ut appareat peccatum, per bonum operatum eſt mihi mortem. Vbi ergo non eſt gratia liberatoris auget peccandi deſiderium prohibito peccatorum. Quod quidem ad hoc utile eſt, ut ſentiat anima ſeipſam non ſibi ſufficere ad extrahendum ſe de ſeruitute peccati, atq; hoc modo detumeſcente atq; extincta omni ſuperbia, ſubdatur liberatori ſuo, ſynceriterq; homo dicat, Adhæſit anima mea poſt te, quod eſt iam non eſſe ſub lege peccati, ſed in lege iuſticiæ. Lex autem peccati dicitur, non quia lex ipſa peccatum eſt, ſed quia peccatoribus imponitur. Ideo etiam lex mortis, quia ſtipendium peccati mors, aculeus mortis peccatum, uirtus autem peccati lex, Peccando enim ad mortem labimur. Væhementius enim peccamus lege prohibente quàm ſi nulla lege prohiberemur. Accedente autem gratia, idipſum quod lex oneroſe iuſſerat, iā ſine onere ac libentiſſime implemus. Lex ergo peccati & mortis, id eſt quæ impoſita eſt peccantibus atq; morientibus iubet tantum ne concupiſcamus, & tamen concupiſcimus. Lex autem ſpiritus uitæ quæ pertinet ad gratiam & liberat à lege peccati & mortis, facit ut non cōcupiſcamus & impleamus iuſſa legis, non iam ſerui legis per timorem, ſed amici per charitatem, & ſerui iuſticiæ, unde illa lex promulgata eſt. Iuſticiæ autem non ſeruiliter, ſed liberaliter ſeruiendum eſt, id eſt, charitate potius quàm timore. Idecq; uerißime dictum eſt, Legem ergo euacuamus per fidem? Abſit: Sed legem ſtatuimus. Hoc enim efficit fides quod lex iubet. Statuitur ergo lex per fidem. Quæ fides ſi non ſit, iubet tantum lex, & non implentes iuſſa, reos tenet, ut eos gementes & non ualentes implere quæ iuſſa ſunt ad gratiam liberatoris aliquando conuertat. Cum ergo tria quædam in illa ſimilitudine uideamus, mulierem, uirum & legem, & rurſum in hac re propter quam ſimilitudo adhibita eſt tria, animam, peccatum, & legem peccati, hoc ſolum hic diuerſum eſt, q; in illa ſimilitudine uir moritur, ut nubat mulier cui uolet, et à lege uiri ſoluatur. hic autem ipſa anima moritur peccato ut nubat Chriſto, cū autem moritur peccato, moritur etiam legi peccati. Itaq; ait, Fratres mei, & uos mortui eſtis legi per corpus Chriſti, ut ſitis alterius qui ex mortuis reſurrexit, ut fructificemus deo. Cum enim eſſemus in carne inquit, id eſt, carnalibus deſiderijs obſtricti teneremur, paßiones peccatorum quæ per legem ſunt operabantur in membris noſtris, ut fructum ferrent morti, Aucta concupiſcentia quam lex prohibet ubi non erat fides, & ad cumulum peccatorum prævaricationis crimen eſt adiectum, quia ubi non eſt lex, nec prævaricatio. Has dicit paßiones quæ per legem ſunt operatæ in membris noſtris, ut fructum ferrent morti. Sub iſtis paßionibus tanquàm ſub uiro dominante, agebat anima antequàm ueniret gratia per fidem. His ergo paßionibus moritur qui iam ſeruit menti legi dei. quàmuis ipſæ paßiones nondum mortuæ ſint, quamdiu carne ſeruit legi peccati.

Roma. 4
Roma. 7

Roma. 6
Roma. 7

Pſalm. 62

Roma. 6
1. Corin. 15

Roman. 3

Roma. 7

Roma. 4

Reſtat

Reſtat ergo adhuc aliquid ei qui eſt ſub gratia, quod eum non uincat nec captiuum ducat, donec mortificetur totũ quod conſuetudine praua roboratum eſt, & unde corpus etiam nunc mortuum dicitur, quamdiu non perfectè ſeruit ſpiritui. Continget autem ut perfectè ſeruiat, cum fuerit & ipſum mortale corpus uiuificatum. Et quo comprehendimus quattuor eſſe differentias etiam in uno homine, quibus gradatim peractis in uita æterna manebitur. Et quia enim oportebat atq; id iuſtum erat, ut poſtea q̃ natura noſtra peccauit amiſſa beatitudine ſpiritali, quæ paradiſi nomine ſignificatur, animales carnalesq; naſceremur, Prima eſt actio ante legem, Secunda ſub lege, Tertia ſub gratia, Quarta in pace. Ante legem actio eſt, cum peccatum ignoramus & ſequimur carnales concupiſcentias. Sub lege eſt, cum iam prohibemur à peccato, & tamen conſuetudine eius uicti peccamus, quoniam nos nondum adiuuat fides. Tertia actio eſt, quando iam pleniſſime credimus liberatori noſtro, nec meritis noſtris aliquid tribuimus, ſed eius miſericordiã diligendo, iam non uincimur delectione conſuetudinis malæ, cum ad peccatũ nos ducere nititur, ſed tamen adhuc eam interpellantem patimur, quamuis ei non tradamus. Quarta eſt, cum omnino nihil eſt in homine quod reſiſtat ſpiritui, ſed omnia ſibimet concorditer iuncta & connexa unum aliquid firma
1 Cor. 15 pace cuſtodiunt. Quod fiet mortali corpore uiuificato, cũ corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem, Ad primam actionem demonſtrandam iſta teſtimonia interim occurrunt. Per u-
Roma. 5 num hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ſic per omnes homines pertranſiit, in quo omnes homines peccauerunt. Vſq; ad legem enim peccatum in mundo fuit, Peccatum autem non deputabatur cum lex non eſſet. Et iterum, Sine lege enim
Roma. 7 peccatum mortuum eſt, ego autem uiuebam aliquando ſine lege. Quod autem hic dicit, mortuum eſt, hoc eſt quod ſuperius dicit, nõ deputabatur, id eſt, latebat, Quod manifeſtat in conſequentibus dicens, Sed peccatum ut appareat peccatum per bonum operatum eſt mihi mortem, id
1. Timoth. 1 eſt, per legem, quia bona eſt lex ſi quis ea legitime utatur. Si ergo hic ait, ut appareat peccatum, manifeſtum eſt q̃ ſuperius ideo dicebat mortuum & non deputari, quia non apparebat anteq̃ lege prohibente oſtenderetur. Ad
Roma. 5 ſecundam actionem, iſta teſtimonia conueniunt, Lex autem ſubintrauit ut abũdaret delictũ, Acceſſit enim et præuaricatio quæ non erat. Et illud quod iam commemora-
Roman. 7 tum eſt, Cum eſſemus enim in carne paſſiones peccatorũ quæ per legem ſunt operabantur in membris noſtris ut fructũ ferrent morti. Et illud, Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt? Abſit. Sed peccatum non cognoui niſi per legem, Nam concupiſcentiam neſciebam niſi lex diceret,
Exo. 20. Non concupiſces. Occaſione autem accepta peccatum p mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam. Et paulopoſt, Adueniente (inquit) mandato peccatum reuixit, Ego autem mortuus ſum, & inuentum eſt mihi mandatum quod erat ad uitam, hoc eſſe ad mortem. Peccatum enim occaſione accepta per mandatum ſeſellit me, & per illud occidit. Quid ergo ait, mortuus ſum, uult intelligi, mortuum me eſſe cognoui, quia iam etiam præuaricatione peccat qui uidet per legem quid facere non debeat, & tamen facit. Quod autem ait, Seſellit me peccatum occaſione accepta per mandatum, ſiue quia ſuaſio delectationis ad peccandũ uehementior eſt cum ad eſt prohibitio, ſiue quia etiam ſi quid homo fœcerit ſecundũ iuſſa legis, ſi adhuc non ſit fides quæ in gratia eſt, uult ſibi hoc tribuere non deo, ſuperbiendo plus peccat,. Sequitur ergo & dicit, Itaq; lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum & iuſtum & bonum. Quod ergo bonũ eſt mihi factum eſt mors? Abſit, Sed peccatum ut appareat peccatum per bonum operatum eſt mihi mortem, ut fiat ſupra modum peccator, aut peccatum delinquens per mandatum. Scimus autem quia lex ſpiritalis eſt, ego autem carnalis ſum, id eſt carni conſentio, nondum ſpiritali gratia liberatus, uenundatus ſub peccato, id eſt, peccans præuaratione temporalium uoluptatum. Quod enim operor ignoro, id eſt, non agnoſco eſſe in præceptis ueritatis, ubi
Matth. 7 eſt uera ſcientia. Secundum hanc locutionem dicit dominus peccatoribus, Non noui uos. Non enim eum aliquid latet, ſed quia peccata non inueniuntur in regulis præceptorum quas habet ueritas, ideo ipſa ueritas peccatoribus dicit, Non noui uos. Sicut enim tenebræ oculis non uidendo, ita peccata mente ignorando ſentiuntur. Ex iſta
Pſalm. 18 Roma. 7 locutione dictum arbitror in Pſalmis, Delicta quis intelligit? Non eim quod uolo hoc ago, ſed quod odi illud facio. Si autem quod uolo hoc ago conſentio legi quoniam bona eſt: Nunc autem iam non ego operor illud, ſed id quod in me habitat peccatum, Scio enim quia non habitat in me, hoc eſt in carne mea bonum. Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Nõ enim quod uolo facio bonum, ſed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo hoc facio, iam non ego operor illud, ſed id quod habitat in me peccatum. Inuenio ergo legem mihi uolenti facere bonum, quoniam malum mihi adiacet. Condelector enim legi dei ſecundum interiorem hominem. Video autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ eſt in membris meis. Hucuſq; ſunt uerba hominis ſub lege conſtituti, nondum ſub gratia, qui etiam ſi nolit peccare, uincitur à peccato, Inualuit enim conſuetudo carnalis & naturale uinculum mortalitatis quo de Adam propagati ſumus. Imploret ergo auxilium qui ſic poſitus eſt, & nouerit ſuum fuiſſe q̃ cæcidit, non ſuum eſſe q̃ ſurgit. Iam enim liberatus agnoſcens gratiam liberatoris ſui dicit, Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iẽſum Chriſtum dominum noſtrum. Et incipiunt iam uerba dici hominis ſub gratia conſtituti, in actione quam tertiam demonſtrauimus, quæ habet quidem reluctantem mortalitatem carnis, ſed non uincentem at q̃ captiuantem ad conſenſionẽ peccandi, Sic enim dicit,

dicit: Igitur ipse ego mente seruio legi dei, carne autem le-
Roma.7 gi peccati. Nulla ergo condemnatio est nunc his qui sunt
in Christo Iesu. Lex enim spiritus uitæ in Christo Iesu, li
berauit me à lege peccati & mortis. Quòd enim impossi-
bile erat legi in quo infirmabatur per carnem, id est per
desideria carnalia, ideo enim non implebatur lex, quia
ipsius iusticiæ nondum erat charitas quæ interiore dele-
ctatione teneret mentem, ne ad peccatum delectatione re-
rum temporalium traheretur. Ergo infirmabatur lex p
carnem, id est non efficiebat iustos debitos carni. Sed deus
filium suum misit in similitudinem carnis peccati. Non
enim caro peccati erat, quæ non de carnali delectatiõe na
ta erat, sed tamen inerat ei similitudo carnis peccati, quia
mortalis caro erat. Mortem autem non meruit Adam nisi
peccando. Sed quid fœcit dominus? De peccato damnauit
peccatum in carne, id est suscipiendo carnem hominis pec
catoris, & docendo quemadmodum uiueremus, peccatũ
in ipsa carne damnauit, ut æternorum charitate spiritus
flagrans non duceretur captiuus in consensione libidinis,
ut iusticia inquit, legis impleretur in nobis qui non secun
dum carnem ambulamus, sed secundũ spiritum. Itaq; præ
cepta legis per charitatem impleta sunt, quæ per timorẽ
non poterant. Qui enim secundum carnẽ sunt, quæ car-
nis sunt sapiunt, id est carnalia bona pro summis bonis
concupiscunt: Qui autem secundum spiritum, quæ sunt
spiritus sentiunt. Prudentia enim carnis mors est, pruden
tia autem spiritus uita & pax, quia prudentia carnis ini-
mica est in deum. Ipse ostendit cur dixerit inimica, ne qs
putaret ex aduerso aliud uenire principium. Subiungit
enim et dicit: Legi enim dei nõ est subiecta, nec enim po-
test. Ergo facere contra legem, hoc est inimicum esse in
deum, non quia deo aliquid nocere potest, sed sibi nocet
quisquis resistit uoluntati dei, hoc est enim aduersus stimu
Act.9 lum calces mittere, ut Paulo Apostolo cum adhuc eccle-
siam persequeretur, diuinitus dictum est. Sic est autem di-
ctum: Legi enim dei non est subiecta, nec enim potest, tã-
q̃ si diceretur: Nix non calefacit, nec enim potest. Quam-
diu enim nix est, non calefacit, sed resolui potest & feruе
re ut calefaciat. Sed cum hoc facit, iam nix non est. Sic &
prudentia carnis dicitur, cum anima pro magnis bonis tẽ
poralia bona concupiscit. Quamdiu enim appetitus talis
inest animæ, legi dei subiecta esse non potest, id est nõ po
test implere quæ lex iubet: Sed cum spiritalia bona desi-
derare cœperit, et temporalia contẽnere, desinet esse car-
nis prudentia, & spiritui non resistet. Eadem nãq; anima
cum inferiora appetit, prudentiã carnis habere dicitur, cũ
superiora, prudentiam spiritus, non quia prudentia car-
nis substãtia est qua induitur anima uel exuitur, sed ipsi-
us animæ affectio est, quæ omnino esse desinet, cum se to-
tam ad supna cõuerterit. Qui aũt in carne sunt inqt, deo
placere nõ possunt, id est q uoluptatibus carnis acqescũt.
Ne quis enim de his dictum putaret q de hac uita nondũ
excesserunt, opportunissime subiunxit: Vos autem non
estis in carne, sed in spiritu. Vtiq; adhuc in hac uita cõsti-
tutis loqtur. In spiritu enim erant, qa in fide, spe & cha-
ritate spiritalium rerum acqescebant. Si tamen inqt spi-
ritus dei habitat in uobis: Si quis aũt spiritum Christi nõ
habet, hic non est eius. Si aũt Christus in uobis, corpus q-
dẽ mortuum est ppter peccatum, spiritus aũt uita est, p-
pter iusticiã. Mortuum corpus dicit, q̃diu tale est, ut indi
gentia rerum corporalium molestat animam, & q̃busdã
motibus ex ipsa indigentia uenientibus, ad appetẽda ter-
rena sollicitet. Quibus tamen q̃uis existentibus mens ad
illicita faciẽda nõ consentit, quæ iã seruit legi dei, & sub
gratia cõstituta est. Ad hoc enim ualet quod supra dictum
Roma.7 est: Mẽte seruio legi dei, carne aũt legi peccati. Et ille ho-
mo nunc describitur esse sub gratia, qui nõdum habet p-
fectam pacẽ, quæ corporis resurrectione & immutatio-
ne est futura. Restat ergo ut de ipsa pace dicat resurrecti
onis corporis, quæ quarta est actio, si tamen eã actionẽ di
ci oportet quæ summa requies est. Seqtur enim & dicit:
Si ergo spiritus eius q suscitauit Iesum à mortuis habitat
in uobis, qui suscitauit Iesum Christum à mortuis uiuifi-
cabit & mortalia corpora uestra per inhabitantem spiri
tum eius in uobis. Hic & de resurrectione corporis eui-
dentissimum testimonium est, & satis apparet q̃diu in
hac uita sumus non deesse molestias per mortalem carnẽ,
neq; titillationes quasdam delectationum carnalium.
Quamuis enim non cedat qui sub gratia constitutus mẽ-
te seruit legi dei, tamen carne seruit legi peccati. His gra-
dibus homine perfecto nulla substantia inuenitur malum.
Neq; lex mala est quæ ostendit homini in quibus pecca-
torum uinculis iaceat, ut per fidem implorata liberatoris
auxilio, & solui & erigi, & firmissime cõstitui merea-
tur. In prima ergo actione quæ est ante legem, nulla pu-
gna est cum uoluptatibus huius sæculi. In secunda quæ
sub lege est, pugnamus, sed uincimur. In tertia pugna-
mus & uincimus. In quarta non pugnamus, sed perfecta
& æterna pace requiescimus. Subiugatur enim nobis qđ
inferius nostrum est, quòd propterea non subiugabatur,
quia superiorem nobis deseruerat deum.

De eo quod scriptum est: Existimo enim
q̃ non sint condignę passiones huius tem Roman.8
poris ad futuram gloriã quæ reuelabitur
in nobis: Nam expectatio creaturæ reuela
tiõem filiorum dei expectat. Vanitati em̃
creatura subiecta est, nõ sponte, sed ppter
eum qui subiecit eã in spe, quia & ipsa crea
tura liberabitur a seruitute interitus ī liber-
tatem glorię filiorum dei. Scimus enim qa
oĩs creatura congemiscit & dolet usq; ad-
huc. Non solum autem illa, sed & nosipsi
primitias spiritus habentes, & ipsi in nobis
ingemiscimus adoptionem expectãtes re-
demptionis corporis nostri, spe enim
salui facti sumus.

Quæst. LXVII.

HOc capitulum obſcurum eſt, quia non ſatis hic apparet, quam nunc uocet creaturam. Dicitur autẽ ſecundum catholicam diſciplinam creatura, quicquid fecit & condidit deus pater, per unigenitum filium, in unitate ſpiritus ſancti. Ergo non ſolum corpora, ſed etiam animæ noſtræ & ſpiritus creaturæ nomine continentur: Sic autem dictum eſt: Ipſa creatura liberabitur à ſeruitute interitus in libertatem gloriæ filiorum dei, quaſi nos nõ ſimus creatura, ſed filij dei, in quorum gloriæ libertatem liberabitur à ſeruitute creatura. Item dicit: Scimus enim qa omnis creatura congemiſcit & dolet uſq; adhuc, non ſolum autem illa, ſed & noſipſi, tanq̃ aliud ſimus nos, aliud creatura. Totum ergo capitulum particulatim conſiderãdum eſt. Exiſtimo enim inquit, q̃ indignæ ſint paßiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, hoc manifeſtum eſt. Dixerat enim ſuperius. Si autẽ ſpiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis: Quod fieri nõ poteſt ſine moleſtia, cui patiẽtia neceſſaria eſt. Quo pertinet & quod paulo ante ait: Si tamen compatimur, ut & glorificemur: Quod utiq; ait: Nam expectatio reuelationem filiorum dei expectat, hoc eum puto dicere: Nam & hoc ipſum quod in nobis dolet, cum facta carnis mortificamus, id eſt cum eſurimus aut ſitimus per abſtinentiam, dum frenamus delectationem concubitus p caſtitatem, dum iniuriarum lacerationes, & contumeliarũ aculeos per patientiam ſuſtinemus, dum neglectis atq; relectis uoluptatibus noſtris pro fructu matris eccleſiæ laboramus, quicquid in nobis in hac atq; huiuſmodi attritione dolet, creatura ẽ. Dolet enim corpus & anima, quæ utiq; creatura eſt, & expectat reuelatiõem filiorum dei, id eſt expectat quando appareat quod uocatum eſt in ea gloria ad quam uocatum eſt. Quia enim filius dei unigenitus non poteſt appellari creatura, quandoquidem per ipſum facta ſunt omnia quæcũq; deus fecit. Diſtincte etiam nos uocamur creatura ante illam euidentiam gloriæ, & diſtincte uocamur filij dei, q̃uis hoc adoptione mereamur, nam ille unigenitus natura filius eſt, ergo expectatio creaturæ, id eſt expectatio noſtra reuelationẽ filiorũ dei expectat, id eſt expectat quando appareat quod promiſſum eſt, quando re ipſa manifeſtum fit quod nunc ſpe ſumus: Filij enim dei ſumus, & nondũ apparuit quid erimus. Scimus autem quoniam cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam uidebimus eum ſicuti eſt. Ipſa eſt reuelatio filiorum dei, quam nunc expectat expectatio creaturæ, non q̃ creatura reuelationem expectet alterius naturæ, quæ non ſit creatura, ſed ipſa qualis nunc eſt, expectat quando ſit qualis futura eſt, tanq̃ ſi diceretur: Operante pictore ſubiectis ſibi coloribus, & ad opus eius paratis, expectatio colorum manifeſtationẽ imaginis expectat. Nõ quia tunc ſunt alij, & alij erunt, aut nõ colores erunt, ſed tãtum q̃ aliã dignitatẽ habebũt. Vanitati enim inqt creatura ſubiecta eſt, hoc eſt illud: Vanitas uanitatũ, & oĩa uanitas. Quæ abundãtia eſt homini in omni labore ſuo, quẽ ipſe laborat ſub ſole? Cui dictum eſt: In labore manducabis panẽ tuũ. Vanitati ergo creatura ſubiecta eſt, nõ ſpõte. Bene additum eſt, nõ ſponte, homo qppe ſpõte peccauit, ſed nõ ſpõte dãnatus eſt. Peccatum itaq; fuit ſpõtaneum cõtra præceptum facere ueritatis, peccati aũt pœna ſubijci fallaciæ. Nõ ergo ſpõte creatura ſubiecta eſt uanitati, ſed ꝓpter eum q̃ ſubiecit eã in ſpe, id eſt ꝓpter eius iuſticiã atq; clementiã, q̃ neq; impunitum reliqt peccatum, neq; inſanabilẽ uoluit eſſe peccantẽ. Quia & ipſa creatura, id eſt ipſe homo, cum tã ſignaculo imaginis ꝓpter peccatum amiſſo remanſit tantummodo creatura, & ipſa itaq; creatura, id eſt ipſa quæ nõdum uocatur filiorum forma pfecta, ſed tantum uocãtur creatura, liberabitur à ſeruitute interitus. Quòd itaq; ait, & ipſa liberabitur, facit intelligi, & ipſa quemadmodum et nos, id eſt, & de ipſis non eſt deſperandũ q̃ nõdum uocãtur filij dei, quia nõdum crediderunt, ſed tantum creatura, q̃a & ipſi crediturí ſunt, & liberabuntur à ſeruitute interitus, quẽadmodum nos qui filij dei ſumus, q̃uis nõdum apparuerit quid erimus. Liberabuntur ergo à ſeruitute interitus in libertatẽ gloriæ filiorum dei, id eſt et ipſi cr̃ũt ex ſeruis liberi, & ex mortuis glorioſi in uita pfecta quã habebunt filij dei. Scimus enim quia omnis creatura congemiſcit & dolet uſq; adhuc. Omnis creatura in homine numeratur, nõ q̃ in eo ſint omnes angeli, & ſupeminẽtes uirtutes ac poteſtates, aut cœlum, & terra, & mare, & oĩa quæ in eis ſunt, ſed quia omnis creatura partim ſpiritalis eſt, partim animalis, partim corporalis. Quod ut ab inferioribus cõſideremus, corporalis creatura p loca tẽditur, animalis aũt uiuificat corporalẽ, ſpiritalis animalẽ regit, et tunc bene regit, cum ipſa regendã ſe ſubijcit deo. Cum aũt trãſgreditur præcepta eius, laboribus & ærũnis p eadẽ ipſa quæ regere poterat implicatur. Qui ergo uiuit ex corpore, carnalis homo uel animalis uocatur, carnalis, quia carnalia ſectatur, aĩalis aũt, quia fertur diſſoluta laſciuia aĩæ ſuæ, quam nõ regit ſpiritus, neq; coërcet intra metas naturalis ordinis, quia & ipſe ſe nõ ſubdit regendum deo. Qui aũt ſpiritu animam regit, & p animã corpus, quod facere nõ poteſt, niſi deum habeat & ipſe rectorẽ, quoniam ſicut caput mulieris uir, ita caput uiri Chriſtus eſt, uocatur ſpiritalis. Quæ uita cum aliqua moleſtia nunc agitur, poſt aũt nullã patietur. Et quoniã ſummi angeli ſpiritaliter uiuunt, infimi aũt aĩaliter, beſtiæ uero & omnia pecora carnaliter, corpus aũt nõ uiuit, ſed uiuificatur, omnis creatura in homine eſt, quia & intelligit ſpiritu, & ſentit anima, & localiter corpore mouetur. Omnis itaq; creatura in homine congemiſcit & dolet: Non enim totam, ſed omnem dixit, tanq̃ ſi quis dicat, quoniam ſolem omnes homines uident qui ſunt incolumes, ſed non toti uident, quia tantum oculis uident: Ita in homine, omnis creatura eſt, quia & intelligit, & uiuit, et corpus habet, ſed non tota creatura in ipſo eſt, quia ſunt præter ipſum & angeli, qui intelligant & uiuant & ſint, & pecora quæ uiuant & ſint, & corpora quæ tantummodo ſint, cum ipſum uiuere magis ſit quàm non uiuere,

Roman. 8

Iohan. 1

1. Iohan. 3

Eccleſi. 1

Gene. 3

1. Iohan. 3

1. Corin. 11

uere, & ipsum intelligere magis sit, quàm sine intellectu uiuere. Cum ergo miser homo cõgemiscit & dolet, omnis creatura congemiscit & dolet usq; adhuc. Vsq; adhuc aũt recte dixit, quia etiam si sunt aliqui iam in sinu Abrahæ,
Luce. 23 & latro ille cum domino in Paradiso constitutus, illo die quo credidit dolere desiuerit, tamen usq; adhuc omnis creatura congemiscit & dolet, quia in his qui nondum liberati sunt, omnis est, propter spiritum & animam & corpus. Non solum autem inquit, omnis creatura congemiscit & dolet, sed & nosipsi, id est non solum in homine corpus & anima & spiritus simul dolent ex difficultatibus corporis, sed & nosipsi, exceptis corporibus in nobisipsis, congemiscimus primitias habentes spiritus. Et bene dixit, primitias habentes spiritus, id est quorum iam spiritus tanq̃ sacrificium oblati sunt deo, & diuino charitatis igne comprehensi sunt. Et sunt primitiæ hominis, qa ueritas primum spiritum nostrũ obtinet, ut per hunc cætera comprehendentur. Iam ergo habet primitias oblatas
Roma. 7 Roman. 1 Matth. 26 deo qui dicit: Mente seruio legi dei, carne autem legi peccati. Et qui dicit: Deus cui seruio in spiritu meo. Et de quo dicitur: Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma. Sed quoniam adhuc dicit: Infœlix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et adhuc talibus dici-
Roma. 8 tur: Viuificabit & mortalia corpora uestra propter manentem spiritum in nobis, nondum est holocaustum, erit autem cum absorbebitur mors in uictoriam, cum ei dicetur: Vbi est mors contentio tua, ubi est mors aculeus tuus?
1 Corin. 15 Nunc ergo inquit non solum omnis creatura, id est cum corpore, sed etiam nosipsi primitias habentes spiritus, id est nos animæ, qui & iam primitias mentes nostras obtulimus deo, in nobisipsis congemiscimus, id est præter corpus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri, id est ut & ipsum corpus accipiens beneficium adoptiõis filiorũ, qua uocati sumus tocos nos liberatos, trãsactis omnibus molestijs ex omni parte dei filios esse ma-
Roman. 8 nifestet. Spe enim salui facti sumus, spes autem quæ uidetur non est spes, tunc ergo erit res quæ nunc spes est cum
1. Ioha. 3 apparuerit quid erimus, id est similes illi, quoniam uidebimus eum sicuti est. Hoc capitulum si hoc modo ut tractatum est aperitur, non incidimus in illas molestias quibus plerique homines dicere coguntur, omnes angelos, sublimes q; uirtutes in dolore & gemitibus esse, anteq̃ nos penitus liberemur, quoniam dictum est: Omnis creatura cõ-
Roman. 8 gemiscit & dolet. Quamuis enim adiuuent nos pro sua sublimitate dum obtemperant deo, qui pro nobis etã unicum filium suum dignatus est mittere, tamen sine gemitu & doloribus id facere credendi sunt, ne miseri existimentur, fœliciorq; sit de numero nostro Lazarus ille qui iã
Luc. 16 in Abrahæ sinu requiescit, præsertim quia dixit esse eandem creaturam quæ cõgemiscit & dolet uanitati esse subiectam, quod de summis & excellentibus uirtutum potestatumq; creaturis nefas est credere. Deinde liberari eam dixit à seruitute interitus, quo illos cecidisse qui in cœlis agunt uitam beatissimam, non possumus credere, tamen nihil temere confirmandum est, sed pia diligentia etiam atq; etiam uerba diuina tractanda sunt, ne forte congemiscit & dolet, & uanitati subiecta est, possit aliquo modo alio intelligi: Vt de summis angelis q̃diu nostræ infirmitati iussu domini nostri opitulantur, nõ impie possit existimari: Sed siue illa quam executi sumus, siue alia aliqua huius capituli expositio proferatur, id tantum cauendum est, ne uiolet aut uulneret catholicam fidem. Scio enim uanos hæreticos de hoc capitulo multa impia & inepta iactasse.

De eo quod scriptũ est: O homo, tu quis es qui respondeas deo. Quæst. LXVIII.

CVm uideatur Apostolus corripuisse curiosos, dicendo: O homo tu quis es qui respondeas deo? De Roman. 9
hoc ipso illi quæstionem mouent, & in ea sententia non desinunt esse curiosi, qua obiurgata est ipsa curiositas: Et impia quidem contumelia, ut dicant Apostolum in soluenda quæstione defecisse & obiurgasse quærentes, quia nõ poterat quod quærebatur exponere. Nonnulli autem hæretici qui non decipiunt nisi cum scientiam quam nõ exhibent pollicẽtur, & aduersantes legi & prophetis, quæcunq; de illis Apostolus sermoni suo inseruit falsa & à corruptoribus immissa esse criminantur, etiam hæc interipsa quæ interpolata dicunt, numerare maluerunt, et negare Paulum dixisse: O homo tu quis es qui respondeas deo? Quoniam si ipsis dicatur ad decipiendos homines calumniantibus, proculdubio tacebunt, nec audebunt ullam de uoluntate omnipotentis dei imperitis quos decipere cupiunt, scientiam polliceri. Quidam autem bona & pia mente scripturas legentes quærunt, quid hic possit uel maledicentibus uel calumniantibus responderi. Sed nos & auctoritati Apostolicæ salubriter inhærentes, & libros quos catholica disciplina custodit falsatos esse nequaq̃ existimantes, sentiamus quod uerum est, indignos nos et infirmos esse ad intelligenda diuina secreta quibus ista clauduntur, & eis murmurantibus & indignantibus q, consilia dei non discunt cum dicere cœperint. Ergo cui uult miseretur, & quem uult obdurat, quid adhuc quæritur? Nam uolũtati eius quis resistit? Cum his ergo uerbis aut calumniari scripturis, aut latebram peccatorum suorum quærere cœperint, ut præcepta contemnant quibus ad uitam bonam peruenitur, respondeamus fidentissime: O
homo, tu quis es qui respondeas deo? Nec eos reueriti sanctum canibus demus, aut proijciamus margaritas nostras ante porcos, si tamen iam ipsi canes & porci non sumus, & de meritis animarum reuelante spiritu sancto, sublime aliquid, & à uulgari coniectura remotissimum, uel ex parte atq; in ænigmate suspicemur. Non enim Apostolus hoc loco sanctos prohibuit à quærendo, sed eos
Ephe. 3 qui nondum sunt in charitate radicati & fundati ut pos-

sint comprehendere cum omnibus sanctis latitudinem, longitudinem, altitudinem & profundũ, & cætera quæ in eodem loco exequitur. Non ergo prohibuit à quæ-
1 Corin. 2 rendo qui dicit: Spiritalis autem omnia iudicat: ipse autẽ à nemine iudicatur. Et illud præcipue: Nos autem nõ spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex deo est, ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Quos ergo prohibuit nisi luteos atq; terrenos, qui nõdum intrinsecus regenerati atq; nutriti, imaginem illius hominis portant, qui primus factus est de terra terrenus? Et quia ei à
1. Corin. 15 quo factus est noluit obtemperare, in id lapsus est unde factus est, meruitq; post peccatum audire: Terra es & in
Genesis 3 terram ibis. Talibus igitur hominibus dicit Apostolus: O
Roman. 9 homo tu quis es qui respõdeas deo? Nũquid dicit figmẽtum ei qui se finxit, quare sic me fœcisti? Quamdiu ergo figmentum es, nondum perfectus filius, quia nondum hau
Iohan. 1 Ioan. 15. sisti plenissimam gratiam qua nobis data est potestas filios dei fieri, qua possis audire: Iam non dicam uos seruos, sed amicos, tu quis es qui respondeas deo, & uelis dei nosse consilium? Qui si homines tibi æquales nosse uoluisses imprudenter faceres, nisi prius in amicitiam recipereris.
1. Corin. 15 Sicut ergo portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem cœlestis, exuentes nos ueterem hominem et in-
Collo. 3 duentes nouum, ut non dicatur nobis quasi luteo figmento: Numquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare me sic fœcisti? Nam ut manifestum sit, non sanctificato spiritui, sed carnali luto ista dici, uide quid sequitur: Aut non habet potestatem figulus luti, ex eadem consperſione facere aliud quidem uas in honorem, aliud in contumeliam? Ex quo ergo in paradiso natura nostra peccauit, ab eadem diuina prouidentia, non secundum cœlum, sed secundum terram, id est, non secundum spiritum, sed secundum carnem mortali generatione formamur, & omnes una massa luti facti sumus, quod est massa peccati. Cum ergo meritum peccando amiserimus, & misericordia dei remota, nihil aliud peccantibus nisi æterna damnatio debeatur, q̃d sibi uult homo de hac massa, ut deo respondeat & dicat, quare me sic fœcisti? Si uis ista cognoscere, noli esse lu-
Ioh. 1 tum, sed efficere filius dei per illius misericordiã, qui dedit potestatem filios dei fieri credentibus in nomine eius, Non enim quod tu cupis anteq̃ credant, diuina datur nosse cupientibus: Merces enim cognitionis meritis redditur, credendo autem meritum comparatur. Ipsa autem gratia quæ datur per fidem, nullis nostris meritis præcedentibus data est. Quod est enim meritum peccatoris & im-
Roma. 5 pij? Christus autem pro impijs & peccatoribus mortuus est, ut ad credendum non merito, sed gratia uocaremur, credendo autem etiam meritum collocaremus. Peccatores igitur credere iubentur, ut à peccatis credendo purgentur: Nesciunt enim quid recte uiuendo uisuri sint. Quapropter cum uidere non possint, nisi recte uiuant, nec recte uiuere ualeant, nisi credant, manifestum est à fide incipiendum, ut præcepta quibus credentes à sæculo hoc auertuntur, cor mundum faciant ubi uideri deus possit.
Beati enim mundo corde, quia & ipsi deum uidebunt. Matt. 5
Et per prophetiam canitur: In simplicitate cordis quærite illum. Quapropter recte dicitur hominibus in uetu- Sapien. 1d
state uitæ manentibus, & propterea tenebrosum oculum animæ gerẽtibus: O homo tu quis es qui respõdeas deo? Roman. 9
Nũquid dicit figmentum ei qui se finxit, quare sic me fœcisti? Aut non habet potestatem figulus luti, ex eadem cõsperſione facere aliud quidem uas in honorem, aliud in contumeliam? Expurga uetus fermentum, ut sis noua cõsperſio, & in ea ipsa non adhuc paruulus in Christo ut 1 Cor. 5.
lacte potandus sis, sed perueni ad uirum perfectum, ut sis 1 Corin. 3.
inter illos de quibus dicitur: Sapientiam loquimur inter 1. Corin. 2
perfectos. Tunc demum recte & non præpostere audias, si qua sunt de animarum occultissimis meritis, & de gratia uel iustitia secreta omnipotentis dei: Nam de Pharaone facile respondetur prioribus meritis, quibus afflixit in regno suo peregrinos, dignum effectum cui obdu- Roman. 9
raretur cor, ut nec manifestissimis signis iubentis dei crederet. Ex eadem ergo massa, id est, peccatorum, & uasa Exo. 9
misericordiæ protulit, quibus subueniret cum eum deprecarentur filij Israël, & uasa iræ quorum supplicio illos erudiret, id est, Pharaonem & populum eius, quia q̃uis essent utriq; peccatores, & propterea ad unam massam pertinerent, aliter tamen tractandi erant, qui uni deo ingemuerant ut eis subueniret, & aliter illi quorum iniustis oneribus ingemuerant. Protulit ergo in multa patientia uasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionem: Et eo ipso quo ait, in multa patientia, satis significauit priora eorum peccata in quibus eos pertulit, ut opportune tunc uindicaret, quando de illorum uindicta subueniendum erat his qui liberabantur, & ut notas faceret diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriã. Hic fortasse conturbatus ad illam quæstionem redis: Cuius uult miseretur, & quem uult obdurat, quid adhuc cõ Roma. 9
queritur? Voluntati eius quis resistit? Prorsus cuius uult miseretur, & quem uult obdurat. Sed hæc uoluntas dei iniusta esse non potest: Venit enim de occultissimis meritis, quia & ipsi peccatores cum propter generale peccatum unam massam fœcerint, non tamen nulla est inter illos diuersitas. Præcedit ergo aliquid in peccatoribus, quo q̃uis nondum sint iustificati, digni efficiantur iustificatione, & item præcedit in alijs peccatoribus, quo digni sint obtusione. Habes eundem Apostolum alibi dicentem: Roman. 1
Quoniam non probauerunt deum habere in noticia, dedit illos deus in reprobum sensum. Quòd eos dedit in reprobũ sensum, hoc est q̃ induraxit cor Pharaonis. Quòd autem illi non probauerunt deum habere in noticia, hoc est q̃ digni extiterunt qui darẽtur in reprobum sensum, tamen uerum est QVIA NON VOLENTIS Roma. 9
NEQVE CVRRENTIS, SED MISERENTIS EST DEI: Quia etiam si leuioribus quisq; peccatis, aut certe q̃uis grauioribus & multis, tamen magno

men magno gemitu & dolore pœnitendi misericordia dei dignus fuerit, non ipsius est, qui si relinqueretur, interiret, sed miserentis dei qui eius precibus doloribusq; subuenit: Parum est enim uelle, nisi deus misereatur, sed deus non miseretur qui ad pacem uocat, nisi uoluntas
Lucę.2 præcesserit, quia in terra pax hominibus bonæ uoluntatis. Et quoniam nec uelle quisq; potest nisi admonitus & uocatus, siue intrinsecus, ubi nullus hominum uidet, siue extrinsecus per sermonem sonantem, aut per aliqua si-
Philip.2 gna uisibilia, efficitur ut etiam ipsum uelle deus operetur
Lucæ 14 in nobis. Ad illam enim cœnam quam dominus dicit in Euangelio præparatam, nec omnes qui uocati sunt uenire uoluerunt, neq; illi qui uenerunt, uenire possent nisi uocarentur. Itaq; nec illi debent sibi tribuere qui uenerunt, quia uocati uenerunt, nec illi qui noluerunt uenire debent alteri tribuere, sed tantum sibi, quoniam ut uenirent, uocati erant in libera uoluntate. Vocatio ergo ante meritum uoluntatem operatur: Propterea & si quis q̃ sibi tribuit q, ueniat uocatus, non sibi potest tribuere q, uocatus est, qui autem uocatus non uenit, sicut non habuit meritum præmij ut uocaretur, sic inchoat meritum supplicij
Psalm.100 cum uocatus uenire neglexerit. Ita erunt duo illa: Misericordiam & iudicium, cantabo tibi domine. Ad misericordiam pertinet uocatio, ad iudicium pertinet beatitudo eorum qui uenerunt uocati, & supplicium eorum qui uenire noluerunt. Numquid ergo latebat Pharaonē quantum boni consecutæ fuerint terræ illæ per aduentum Ioseph? Illius ergo rei gestæ cognitio, uocatio eius fuit, ut populum Israël misericorditer tractans non esset ingratus. Quòd autem huic uocationi obtemperare noluit, sed exercuit crudelitatem in eis, quibus humanitas & misericordia debebatur, meruit pœnam ut indurareturilli cor, & tantam cæcitatem mentis pateretur, ut tot & tantis, tamq; manifestis dei signis non crederet, quo posset eius supplicio, siue obdurationis, siue ultimæ uisibilis submersionis erudiri populus, cuius afflictione ille & occultæ obtusionis, & manifestæ submersionis meritum sibi compararet. Hæc autem uocatio, quæ siue in singulis hominibus, siue in populis, atq; in ipso genere humano per temporum opportunitates operatur, altæ & profundæ ordinationis est. Quo pertinet etiam illud: In utero sanHiere.1 Malac.1 Roman.9 ctificaui te: Et cum esses in renibus patris tui, uidi te. Et, Iacob dilexi, Esau autem odio habui, cum dictum sit anteq̃ nascerentur: Nec comprehendi potest, nisi forte ab
Deute.6 Leuit.19 Matth.22 eis qui diligunt deum ex toto corde, & ex tota anima, & ex tota mente sua, & diligunt proximos suos tanq̃ seEphes.3. ipsos. Tanta enim charitate fundati, possunt iam fortasse cum sanctis comprehendere longitudinem, latitudinem, altitudinem & profundum. Illud tamen constantissima fide retinendum, neq; quicquam deum iniuste facere, neq; ullam esse naturam quæ non deo debeat id quod est, quia deo debetur omne decus & pulchritudo & congruentia partium. Quam si penitus prosecutus fueris, et usq; ad omnes reliquias de rebus detraxeris, remanet nihil.

De eo quod scriptũ est: Tunc & ipse filius subiectus ei erit, qui illi subiecit omnia. Quæst. LXIX.

QVi filium dei patri æqualem non esse contendunt, solent usurpare familiarius hoc testimonium, ubi ait Apostolus: Cum autem ei omnia subiecta fuerint, tunc & ipse filius subiectus erit ei qui illi subie-1. Corin. 15 cit omnia, ut sit deus omnia in omnibus. Non enim posset error oboriri palliatus nomine Christiano, nisi de scripturis non intellectis. Dicunt enim: Si æqualis est, quomodo subiectus erit? Quod utiq; simile est illi Euangelicæ quæstioni: Si æqualis est, quomodo maior est pater? Ipse enim Iohan.14 dominus ait: Quoniam pater maior me est. Regula aũt catholicæ fidei sic se habet, ut cum aliqua in scripturis dicuntur de filio, q, sit minor patre, secundum susceptionem hominis intelligantur. Cum uero ea dicuntur q̃bus demõstratur æqualis, secundũ id q, deus est accipiuntur. Apparet ergo quemadmodum dictum sit: Pater maior me est. Et, Ego & pater unum sumus: Et, Deus erat uer- Iohan.14. Ioha.10. bum, & uerbum caro factum est: Et, Non rapinam arbi- Iohan.1. tratus est esse æqualis deo, & semetipsum exinaniuit for- Philip.2 mam serui accipiens. Sed quoniam multa etiam secundum proprietatem personæ, excepto quod attinet ad susceptionem hominis, de illo ita dicuntur, ut patrem non aliud quàm patrem, & filium non aliud quàm filium intelligi oporteat, putant hæretici in his quæ ita dicuntur atq; intelliguntur, æqualitatem esse non posse. Scriptum Ioha.1 est enim: Omnia per ipsum facta sunt, utiq; per filium, hoc est uerbum dei: A quo, nisi à patre? Nusq̃ autem scriptum est, q, filius per patrem aliquam creaturam operatus sit. Item scriptum est, q, imago patris sit filius, nusquam autem scriptum est, q, imago filij sit pater. Deinde Collo.1. q, ille genitor, ille genitus, & cætera huiusce modi, quæ nõ ad æqualitatem substantiæ, sed ad proprietatem pertinent personarum, in quibus illi æqualitatem cum dicunt esse non posse, quoniam ad hæc penetranda grossiores mentes adhibent, pondere auctoritatis urgendi sunt. Si enim in his non possit intelligi æqualitas eius per quem facta sunt, & eius à quo facta sunt, imaginis & eius cuius imago est, geniti & genitoris, nullo modo Apostolus contentiosorum hominum ora concludens ipsum etiam uerbum poneret dicens: Non rapinam arbitratus est es- Philip.2 se æqualis deo. Cum ergo ea quæ ad distinctionem patris & filij scripta sunt, partim propter personarum proprietates, partim propter susceptionem hominis ita scripta sint, dum tamen diuinæ substantiæ patris & filij deitas & unitas & æqualitas maneat, recte quæritur in hoc loco, utrũ secundum personarum proprie-1. Corin.15 tates, an secundum hominis susceptionem Apostolus di-

xerit: Tunc & ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia. Solet circumstantia scripturæ illuminare sententiam, cum ea quæ circa scripturam sunt, præsentem quæstionem contingentia, diligenti discussione tractantur. Inuenimus itaq; ita uentum esse ad hunc locum, ut supra diceret: Nunc autem Christus surrexit à mortuis primitiæ dormientium. Agebat enim de resurrectione mortuorum, quod in domino secundum susceptionem hominis factum est, quanq̃ apertissime sequatur & dicat: Quoniamquidem per hominem mors, & per hominem resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes uiuificabuntur: Vnusquisq; autem in suo ordine, initium Christus. Deinde hi qui sunt Christi in præsentia eius, deinde finis, cum tradiderit regnum deo & patri, cum euacuauerit omnem principatum, & omnem potestatem & uirtutem. Oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis. Nouissime inimica destruetur mors: Omnia enim subcit sub pedibus eius. Cum autem diceret, q̃ omnia subiecta sunt, manifestum est quia præter eum qui subiecit ei omnia: Cum autem ei omnia subiecta fuerint, tunc & ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia, ut sit deus omnia in omnibus. Manifestum est ergo hoc secundum susceptionem hominis dictum. Sed alia in hoc capitulo, cuius totum textum commemoraui, solent habere quæstionẽ, primo quod dictum est, cum tradiderit regnum deo & patri, quasi nunc non teneat regnum pater, deinde quod dictum est: Oportet enim illum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis, quasi postea non sit regnaturus. Et ad hoc ualeat quod supra dictum est. Deinde finis: Quod sacrilega opinione sic accipiunt, quasi finem dixerit consummationem regni eius, cum scriptum
Luc. sit in Euangelio: Et regni eius non erit finis. Postremo quod dictum est: Cum autem ei omnia subiecta fuerint, tunc & ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia, sic uolunt intelligi, quasi nunc aut aliquid filio nõ sit subiectum, aut patri non sit ipse subiectus. Genere igitur locutionis soluitur quæstio. Sic enim plærumq; scriptura loquitur, ut quod semper est, tunc fieri dicatur in aliquo, cũ
Matthæ. 6 ab eo cognosci cœperit. Ita enim dicimus in oratione: Sanctificetur nomen tuum, quasi aliquando sanctum non sit. Ergo sicut sanctificetur est, sanctum esse innotescat, ita quoq; cum tradiderit regnum deo & patri, id est cũ patrem regnare monstrauerit, ut per speciem manifestationemq; clarescat, quod nunc à fidelibus creditur, & ab infidelibus non putatur. Euacuabit autem omnem principatum & potestatem, manifestando utiq; regnum patris ut omnibus notum sit, nullum principum & potestatũ, siue cœlestium siue terrestrium, per se habuisse aliquid principatus & potestatis, sed ab illo ex quo sunt om
Roman, 11 nia, non solum ut sint, uerumetiam ut ordinata sint. In ila enim manifestatione nulli spes aliqua remanebit in quoq̃ principe, aut in quoq̃ homine, quod etiã nunc prophetice canitur: Bonum est sperare in domino, quàm sperare in homine: Bonum est sperare in domino, quàm spe- Psalm. 117
rare in principibus, ut ista meditatione anima iam in regnum patris assurgat, nec cuiusq̃ potestatem præter illum magnificiens, nec sua sibi ipsa pernitiosissime blandiens. Tradet ergo regnum deo & patri, cum per illum per speciem cognoscetur pater: Regnum enim eius sunt in quibus nunc regnat per fidem. Aliter enim dicitur regnum Christi secundum potestatem diuinitatis, secundũ q̃ ei cuncta creatura subiecta est, & aliter regnum eius dicitur ecclesia, secundum proprietatem fidei quæ in illo est, secundum q̃ orat qui dicit: Posside nos: Neq; enim nõ ipse possidet omnia, secundum q̃ dicitur etiam illud: Cum Rom. 6
serui essetis peccati, liberi eratis iusticiæ. Euacuabit ergo omnem principatum, & omnem potestatem, & uirtutẽ, ut nulli patrem intuenti per filium, opus sit aut libeat in cuiusq̃ creaturæ, uel in sua conquiescere potestate. Oportet enim eum regnare, donec ponat omnes inimicos suos Psalm. 109
sub pedibus suis, id est oportet regnum eius intantum manifestari, donec omnes inimici eius ipsum regnare fateantur. Hoc enim intelligitur sub pedibus eius futuros inimicos. Quod si de iustis acceperimus, ideo dictum est inimicos, quia ex iniustis iustificantur, & ei credendo subduntur. De iniustis autem qui ad iustorum beatitatem futuram non pertinent, sic accipiendum est, quoniam & ipsi eum regnare, ipsa regni eius manifestatione confusi fatebuntur. Ergo oportet eum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis, non ita dictum est quasi cum posuerit inimicos suos sub pedibus suis, non sit postea regnaturus, sed oportet eum regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis: Oportet eum inquit, ad tantam euidentiam regnum suum perducere, donec inimici eius nullo modo audeant negare quòd regnet. Nam scriptum est: Ita oculi no- Psalm. 122
stri ad dominum deum nostrum, donec misereatur nostri. Nec ideo tamen cum misertus nostri fuerit, oculos ab eo debemus auertere. Intantum enim est beatitudo nostra, inquantum eius contemplatione perfruimur. Sic ergo & hoc dictum est: Oculorum nostrorum intentio ad dominum non porrigitur, nisi usq; ad impetrationem misericordiæ ipsius, non ut postea inde auertatur, sed ut nihil inde amplius requirat.

Donec ergo pro eo positum est, ut non amplius intelligas. Quo enim amplius, id est, usq; ad quam maiorem manifestationem manifestabitur regnum Christi, nisi quousq; omnes inimici eum regnare fateantur? Aliud est ergo non amplius manifestari, aliud amplius non permanere. Non amplius manifestari, est non fieri manifestius, non amplius permanere, non

nere, non fieri perseuerantius. Quando autem manifestius erit regnum Christi, quàm cum omnibus claruerit inimicis? Nouissime inimica destruetur mors. Nõ enim erit aliud quod destruatur, posteaq̃ mortale hoc induerit immortalitatem. Omnia enim subiecit sub pedibus eius, hoc est ut etiam mortem destruat. Cum autem dixerit, quia omnia subiecta sunt, dixit utiq; Propheta in psalmis. Manifestum est quia præter eum qui subiecit illi omnia, partem ualt intelligi omnia filio subiecisse, sicut multis locis idē dominus in Euangelio cõmendat & prædicat, non solum propter formam serui, sed etiam propter principium, de quo æqualis est ei de quo est. Amat enim ad unum principium referre omnia tanquam imago eius, sed in quo inhabitat omnis plenitudo diuinitatis. Cum autem ei omnia subiecta fuerint, tunc & ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia: Non quasi modo non ita sit, sed tunc manifestum erit secũdum locutionem superius tractatam, ut sit deus omnia in omnibus. Ipse est finis quē superius cõmemorauit, cũ totum primo breuiter uellet concludere, deinde quasi mẽbrati explicare et exponere. Loquebatur enim de resurrectione ubi ait: Initium Christus, deinde hi qui sunt Christi in præsentia eius, deinde finis. Ipse scilicet, finis est, ut sit deus omnia in omnibus. Aliter enim dicitur finis qui pertinet ad consummationem, aliter qui pertinet ad consumptionem. Aliter enim finitur tunica texendo, aliter cibus comedẽdo. Deus autem omnia in omnibus dicitur, ut nemo eorum qui ei cohærent, amet aduersus eum suam propriam uoluntatem: Manifestumq; sit omnibus quod idem Apostolus alio loco dicit: Quid autem habes quod non accepisti? Sunt item qui sic intelligant hunc locum: Oportet eum regnare donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis, ut sub alia significatione positum hic dicant, regnare, non sub ea qua positum est regnum, de quo ait: Cum tradiderit regnum deo & patri, ut illud sic appellauerit regnũ, quo uniuersam creaturã deus regit, hoc autẽ sic appellauerit regnare, ut intelligatur tanq̃ aduersus hostẽ exercitum ducere, uel defendere ciuitatem: Vt ideo dixerit: Oportet eum regnare, donec ponat omnes inimicos suos sub pedibus suis, quia talis regni quale habent principes armatorum nulla erit causa, hoste ita subiecto ut rebellare non possit: Nam utiq; dictum est in Euangelio: Et regni eius non erit finis, secundũ q̃ regnat in æternum: Secundum autem id quod aduersus diabolum sub eo militatur, tamdiu erit utiq; ista militia, donec ponat inimicos suos sub pedibus suis, postea uero non erit, cum pace perpetua perfruemur. Hæc autem ita dicta sint, ut nouerimus diligentius etiam illud considerari oportere, secundum quid regnet nunc dominus dispensatione sacramenti sui per incarnationem atq; passionem: Nã secundum id quod uerbum dei est, tam sine fine quàm sine initio, & sine intermissione est regnum eius. Secundum id autem quòd uerbum caro factum est, cœpit regnare in credentibus per fidem incarnationis suæ. Vnde est etiam illud: Dominus regnauit à ligno. Hinc autem euacuauit omnem principatũ, & potestatem, & uirtutem, dum non per claritatem eius, sed per humilitatem salui fiunt credentes in eum: Hoc est absconditum à sapientibus & prudentibus, & reuelatum paruulis, quoniam placuit deo per stulticiam prædicationis saluos facere credentes. Neq; quicquã se inter paruulos scire dicit Apostolus, nisi Iẽsum Christum & hunc crucifixum: Qua prædicatione tamdiu opus est, donec ponantur omnes inimici sub pedibus eius, id est ipsi humilitati eius, quam pedum nomine significari arbitror, cedat atq; subdatur omnis superbia sæcularis, sicut ex maxima parte iam factum est, & quotidie fieri uidemus. Sed quo fine ista fiunt, ut tradatur regnum deo et patri, id est ut nutritos fide incarnationis suæ, perducat ad speciem qua æqualis est patri? Iam enim eis qui crediderant, loquebatur cum diceret: Si manseritis in uerbo meo, uere discipuli mei estis, & cognoscetis ueritatem, & ueritas liberabit uos. Regnum enim tradet patri, cũ per id regnabit in cõtemplantibus ueritatẽ, quo æqualis est patri, & per se unigenitum, per speciem faciet uideri patrem. Nunc enim per hoc regnat in credentibus, quo seipsum exinaniuit formam serui accipiens: Tunc autẽ tradet regnum deo & patri, cum euacuauerit omnem principatum & potestatem & uirtutem. Vnde euacuauit, nisi humilitate, & patientia et infirmitate? Quis enim principatus non euacuetur, cũ filius hominis propterea regnet in credentibus, quia eum principes sæculi iudicauerunt? Quæ potestas non euacuetur, cum ipse per quem facta sunt omnia, propterea regnat in credẽtibus, quia ita subiectus est potestatibus, ut diceret homini: Non haberes in me potestatem, nisi data tibi esset desuper? Quæ uirtus non euacuetur, cum ipse per quem cœli solidati sunt, ideo regnat in credentibus, quia usq; ad crucem mortemq; infirmatus est? Hoc autem modo filius regnat proprie in fide credentium. Non enim pater dici aut credi potest, uel incarnatus uel iudicatus, uel crucifixus.

Per speciem autem qua æqualis est patri, cum patre regnat in contemplantibus ueritatem. Quòd autem tradet regnum deo & patri, à fide incarnationis suæ ad speciem deitatis perducens eos, qui sibi nunc credunt, non ipse amittet, sed uterq; se unum ad fruendum contemplantibus præbet. Tamdiu autem opus est, ut in hominibus nondum ualentibus æqualitatem patris et filij perspicua mentis luce cõtueri, p hoc regnet Christus qđ tales capere possunt, & qđ proprie ipse suscepit, id est incarnationis humilitatem, donec ponat omnes inimicos sub pedibus suis,

Psalm. 109
Colo. 2
1. Corin. 4
1. Corin. 15
Lucæ. 1.
Psalm. 95.
Matth. 11
1 Cor. 1.
1 Corin. 2
Iohan. 8.
Philip. 2.
Ioh. 19.

id est donec omnis superbia sæcularis incarnatiõis eius humilitati subdatur. Sane quod dictum est: Tunc et ipse filius subiectus erit ei q illi subiecit omnia, q̃uis secundum susceptionem hominis dicatur, quia inde est quæstio nata cum ageret de resurrectione mortuorũ, tamen recte quæritur utrũ secundũ ipsum tantũ dictũ sit, qd' est caput ecclesiæ, an secũdum uniuersum Christum, annumerato corpore & membris eius. Cum enim ait ad Galathas: Non dicit & seminibus, tanq̃ in multis, sed tanq̃ in uno, & semini tuo quod est Christus, ne ipsum hoc loco solũ intelligeremus Christum, qui de Maria uirginе est natus, postea dicit: Omnes enĩ uos unũ estis in Christo Iesu: Si autem uos Christi, ergo Abrahæ semen estis. Et ad Corinthеos cũ de charitate diceret, de membris corporis similitudinem ducens: Sicut enim corpus unum est inquit, & membra habet multa, omnia autem membra corporis cum sint multa, unum est corpus, ita & Christus: Non dixit, ita & Christi, sed ita & Christus, ostendens Christũ recte appellari etiam uniuersum hoc est caput cũ corpore suo, quod est ecclesia. Et multis scripturarum locis inuenimus Christum etiam hoc modo appellari, ut cũ omnibus suis mẽbris intelligatur, quibus dictum est: Vos estis corpus Christi et membra. Non ergo absurde sic intelligimus: Tunc & ipse filius subiectus erit ei qui illi subiecit omnia, ut filiũ non solum caput ecclesiæ, sed omnes cũ eo sanctos intelligamus, qui sunt unum in Christo, unum semen Abrahæ. Subiectum autem secundum contemplationem sempiternæ ueritatis ad obtinendam beatitudinem nullo motu animi, nulla parte corporis resistente, ut in illa uita nemine amante propriam potestatem, sit deus omnia in omnibus.

Galata. 3

1 Corin. 12

De eo quod Apostolus dicit: Absorpta est mors in uictoriã, ubi est mors contentio tua &c. Quæstio. LXX.

1. Corin. 15

QVæri solet quid sit: Tũc fiet illud qd' scriptũ est: Absorpta est mors in uictoriã: Vbi est mors cõtẽtio tua? Vbi est mors aculeus tuus? Aculeus autẽ mortis peccatum, uirtus autẽ peccati lex. Mortẽ significari arbitror hoc loco carnalẽ cõsuetudinẽ quæ resistit bonæ uolũtati delectatione bonorũ tẽporaliũ fruendorũ. Nõ enĩ diceretur, ubi est cõtentio tua, si nõ restitisset & pugnasset. Ipsius contentio etiam illo loco describitur: Caro concupiscit aduersus spiritum, et spiritus aduersus carnẽ: Hæc enĩ inuicẽ sibi resistũt & aduersantur, ut nõ quæcumq; uultis illa faciatis. Fit ergo per sanctificationẽ perfectam, ut omnis carnalis appetitus spiritui nostro illuminato & uiuificato, id est bonæ uoluntati subijciatur. Et sicut nunc uidemus multis puerilibus delectationibus nos carere, quæ nos pueros si denegarentur, acerrime cruciabant: Ita credendum est de omni carnali delectatione futurum esse, cũ perfecta sanctitas totũ hominẽ repauerit. Nũc autẽ q̃diu est in nobis qd' resistat bonæ uoluntati, auxilio dei p bonos homines & bonos angelos indigemus, ut donec sanetur uulnus nostrũ, nõ ita molestet ut perimat etiam bonam uoluntatem. Hanc autẽ mortem peccato meruimus, qd' peccatum erat ante omnimodo in libero arbitrio, cũ in paradiso nullus dolor denegata delectatione uoluntati bonæ hominis resistebat sicuti nũc. Verbi gratia, si quisq̃ existat quem nunq̃ delectauit uenatio, omnimodo liber est utrum uenari uelit an nolit, nec eũ cruciat quisquis hoc prohibet: At si ista libertate male usus uenatus fuerit, contra prohibentis imperium paulatim surrepens delectatio, mortificat animam, ut si se abstinere uelit, absq; molestia et sine angore non possit, cum id ante tota sanitate non ageret. Ergo aculeus mortis peccatum est, quia peccato facta est delectatio, quæ iã possit resistere bonæ uoluntati, & cum dolore cohiberi: Quam delectationẽ quia indefectu est animæ deterioris effectæ, iure mortẽ uocamus. Virtus autem peccati lex est, quia multo sceleratius & flagitiosius quæ lex prohibet committuntur, quàm si nulla lege prohiberentur. Tunc itaq; absorpta erit mors in uictoriã, cũ p sanctificationẽ in omni parte hominis perfecta, delectatione spiritaliũ delectatio carnalis obruetur.

Galla. 5.

De eo quod scriptum est: Inuicem onera uestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Quæstio. LXXI.

QVia ueteris testamenti custodia timorem habebat, non potuit apertius significari noui testamenti donum esse charitatem, quàm hoc loco ubi Apostolus dicit: Inuicem onera uestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Hanc enim Christi legem dicere intelligitur, qua ipse dominus præcepit, ut nos inuicem diligamus tantum in eam sententiã præcepti pondus constituens ut diceret: In hoc cognoscitur quoniam discipuli mei estis, si uos inuicem diligatis. Huius autem dilectionis officium est, inuicem onera nostra portare. Sed hoc officium quod sempiternum non est, perducet sane ad beatitudinem æternam, in qua nulla erunt nostra onera, quæ inuicem portare iubemur. Nunc uero cũ in hac uita, id est in hac uia sumus, onera inuicem nostra portemus, ut ad eam uitã quæ caret omni onere peruenire possimus. Sicut enim de ceruis nonnulli talium cognitionum studiosi scripserunt, cum fretum ad insulã trãseunt pascuarum gratia, sic se ordinant, ut onera capitum suorum quæ gestant in cornibus, super inuicẽ poretent, ita ut posterior super anteriorem ceruice proiecta caput collocet. Et quia necesse est unum esse qui cæteros præcedens, non ante se habeat cui caput inclinet, uicibus id agere dicuntur, ut lassatus sui capitis onere, ille q præcedit, post omnes redeat, et ei succedat cuius ferebat caput, cũ ipse præiret: Ita inuicẽ onera sua portãtes, fretum trãseunt, donec ueniant ad terræ stabilitatẽ. Istã fortasse ceruorũ naturã intẽderat Salomon cũ ait: Ceruus amicitiæ et pullus gratiarũ tuarũ colloquatur tecũ. Nihil enĩ sic ꝓbat amicũ, quẽ admodũ oneris amici portatio. Nec tĩ inuicẽ onera nostra portaremus, si unum

Galat. 6.

Iohañi. 15

Iohan. 13.

Prouc. 5.

tempus

tempus esset infirmitatis amborum qui onera sua sustinent, aut unũ infirmitatis genus, sed diuersa tẽpora & diuersa genera infirmitatis faciũt, ut onera nostra portare inuicẽ ualeamus. Verbi gratia: Iram fratris tui tunc portabis, cum aduersus eum non iraſceris, ut rursus eo tempore quo te ira præoccupauerit, ille te lenitate & tranquillitate sua supportet. Hoc exemplum ad id pertinet, cum diuersa sunt tempora portantium onera sua, q̃uis ipsa diuersa non sit infirmitas: In ambobus enim ab inuicem ira portatur. Ad diuersum autem infirmitatis genus aliud exemplum uidendum est: Veluti si quis loquacitatem in se uicerit, & pertinaciam nondum uicerit, alius uero adhuc loquax sit, sed iam pertinax nõ sit, debet ille huius loquacitatem, & iste illius pertinaciã, donec illud in illo, & hoc in isto sanetur, charitate portare: Par quippe infirmitas in duobus, si uno accidat tempore, tolerare se inuicem non ualent, cum aduersum se intenditur: Nam aduersus aliquem tertium, & duo irati sibi conueniunt, & se tolerant, quanq̃ nec tolerare se inuicem dicendi sint, sed potius se mutuo consolari, sicut & tristes de re una magis se portant, & quasi incumbunt sibi, quàm si unus tristis esset & alius gauderet. Si autem aduersus se tristes sint, prosus se tolerare non possunt. Et ideo in huiusmodi affectionibus suscipienda est aliquantulum ipsa ægritudo, de qua uis alium per te liberari, & sic suscipienda ut ad auxilium, nõ ad æqualitatem miseriæ ualeat: Quemadmodum se inclinat qui manum iacenti porrigit. Non enim se proiicit ut ambo iaceant, sed incuruat tantũ ut iacentem erigat: Neq; ulla res ad officiosum istum laborem ad portanda onera aliorum facit libenter impendi, nisi cũ cogitamus quanta pro nobis pertulerit dominus. Hinc enim admonens Apostolus ait: Hoc sentite in uobis qd' & in Christo Philip. 2 Iẽsu, qui cum in forma dei esset, non rapinam arbitratus est esse se æqualẽ deo, sed semetipsũ exinaniuit formam serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus ut homo, humiliauit semetipsum factus obediens usq; ad mortem, mortem autem crucis. Superius enim dixerat: Non quæ sua sunt unusquisq; intendens, sed ea quæ aliorum. Huic sententiæ contexuit quod dictum est: Nam ita sequitur: Hoc sentite in uobis quod et in Christo Iẽsu. Ad hoc dũtaxat, ut quemad- Ioh. 1 modum in eo quòd uerbum caro factum est, & habitauit in nobis, & sine peccato cum esset, peccata nostra susceperit, non attendit sua, sed nostra, ita & nos libenter ad eius imitationem, inuicem onera nostra portemus. Huic cogitationi accedit etiam illa cogitatio, quia ille suscepit hominẽ, nos autẽ hoïes sumus, et cõsiderare debemus quòd ægritudinem siue animæ siue corporis quam in alio homine uidemus, etiam nos habere potuimus aut possumus. Hoc ergo exhibeamus illi cuius infirmitatẽ portare uolumus, quod ab illo nobis uellemus exhiberi, si forte nos in ea essemus, & ipse non esset. Ad hoc pertinet quod ipse Apostolus ait: Omnibus omnia factus sum, ut omnes lucrifacerem: Omnibus omnia factus est, cogitando scilicet etiam in eo uitio se esse potuisse unde cupiebat alium liberari. Compatiendo enim potius id agebat, non mentiendo, sicut quidam suspicantur: Et hi maxime qui suis mendacijs defendendis quæ negare non possunt, alicuius magni exempli patrocinũ quærunt. Deinde etiam illud cogitandum, nullum esse hominem qui nõ possit habere aliquod bonũ quod tu nondũ habes, etiam si lateat, in quo sine dubio possit te esse superior. Quæ cogitatio ad contundendam edomandamq; superbiam ualet, ne arbitreris, quoniã tua bona quidem eminent & apparent, ideo alterum nulla habere quæ lateant, & fortaßis maioris ponderis bona quibus te superat nescientem. Non enim fallit nos, aut adulatione po- Philip. 2 tius uti Apostolus iubet cum dicit: Nihil per contentionem neq; per inanem gloriam, sed in humilitate mentis alter alterum existimantes superiorem sibi. Non hoc ita debemus existimare ut non existimemus, sed nos existimare fingamus, sed uere existimemus aliquid occultum esse posse in alio quo nobis superior sit, etiam si bonum nostrum quo illo uidemur superiores esse non sit occultum. Istæ cogitationes deprimentes superbiam, & acuentes charitatem, faciunt onera fraterna inuicem nõ solum æquo animo, sed etiam libentißime sustineri. Nullo modo autem de quoq̃ homine incognito ferenda sententia est, & nemo nisi per amicitiam cognoscitur: Et ideo amicorum mala firmius sustinemus, quia bona eorũ nos delectant & tenent. Nullius itaq; repudianda est amicitia sese ingerentis ad amicitiam copulandam, non ut statim recipiatur, sed ut recipiendus optetur, atq; ita tractetur, ut recipi possit. Illum enim receptum in amicitiam possumus dicere, cui omnia consilia nostra refundere audeamus: Et si quisq̃ est qui se nõ audet ingerere ad amicitiam faciendam, cũ aliquo nostro temporali honore aut dignitate reuocetur, descendendũ est ad eũ, & offerendum illi quadam comitate & submißione animi quod petere per semetipsum non audet. Sane quamuis rarius, tamen aliquando accidit, ut eius quem uolumus in amicitiam recipere, prius nobis innotescant mala quàm bona, quibus offensi & quodãmodo repercußi relinquimus eum, & ad bonorum eius quæ forte occultiora sunt indagationem non peruenimus. Admonet itaq; dominus noster Iẽsus Christus, qui nos uult effici imitatores suos, ut eius infirma toleremus, ut ad quædam sana in quorũ delectatione acquiescamus, per charitatis tolerantiam perducamur. Ait enim: Non est opus sanis Math. 9 medicus, sed ægrotãtibus. Ideoq; si propter Christi charitatem, etiam eum qui ex parte uel omnino fortaßis ægrotat, repellere ab animo non debemus, quoniam sanari potest per uerbum dei, quanto minus eum qui propter nos uideri potest totus ægrotus, quia quædã eius saucia in primo ingreßu amicitiæ non potuimus sustinere, &

1. Corint. 9

quod

quod est grauius, cum offensione animi de toto homine ausi sumus temerariam præiudicij ferre sententiam, non
Matth. 7 timentes quod dictum est: Nolite iudicare ut non iudicemini. Et in qua mensura mensi fueritis, in eadem remetietur uobis. Sæpe autem illa quæ bona sunt prius apparent, in quibus etiam temerarium beniuolentiæ iudicium cauendum est, ne cum totum bonum putaueris, ea quæ postea mala apparuerint, securum & imparatum te inueniant & grauius offendant, ut eum quem temere dilexeras, acerbius oderis, quod nefas est, quia etiã si nulla eius bona præcederent, & hæc quæ postea apparuerunt mala prius eminerent, toleranda tamen erant donec omnia cũ illo ageres, quibus talia sanari solent, quanto magis cum ea bona præcesserunt, quæ tanq̃ pignora nos
Gala. 6 debent ad posteriora toleranda constringere. Ipsa est ergo lex Christi, ut inuicem onera nostra portemus. Christum autem diligendo facile sustinemus infirmitatem alterius, etiam quem nondum propter bona sua diligimus. Cogitamus enim quia ille quẽ diligimus, dominus propter eum mortuus est. Quam charitatẽ Apostolus Paulus nobis ingessit, cum diceret: Et peribit infirmus in
1 Cor. 8. tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est, ut si illum infirmum propter uitium quo infirmus est, minus diligimus, in eo Christum considerimus qui mortuus est propter illum. Christum autem non diligere, nõ infirmitas, sed mors est. Quapropter ingenti cura et implorata dei misericordia cogitandum est, ne Christum negligamus propter infirmum, cum infirmum debeamus diligere propter Christum.

De temporibus æternis. quæst. LXXII

Titum. 1. QVeri potest, quomodo ab ipso Apostolo Paulo dictum sit: Ante tempora æterna. Si enim tempora quomodo æterna? Nisi si forte ante omnia tempora intelligi uoluit, quia si dixisset ante tempora, neq; addidisset æterna, posset accipi, ante quædã tempora, quæ ante se haberent alia tempora. Aeterna autem maluit dicere quàm omnia, fortasis ideo, quia tempus non incepit ex tempore. An tempora æterna æuum significauit, inter qd & tempus hoc distat, q̃ illud stabile est, tempus autem mutabile?

De eo quod scriptum est: Et habitu inuentus ut homo. quæst. LXXIII.

Philip. 2. MVltis modis habitum dicimus: Vel habitum animi, sicut est cuiuscumq; disciplinæ perceptio, usu roborata & firmata. Vel habitum corporis, secundũ quem dicimus alium alio esse succulentiorem et ualidiorem, quæ magis proprie habitudo dici solet. Vel habitũ eorum quæ membris nostris accõmodantur extrinsecus secundum quem dicimus uestitum, calciatum, armatum, & si qd huiusmodi est. In quibus omnibus generibus siquidem nomen hoc dictum est ab illo uerbo quod est habere, manifestum est in ea re dici habitum, quæ accedit alicui ita ut eam posit etiam nõ habere: Nã & doctrina accidit animo, & succus ac robur corpori, & uestis atq; arma, non dubium est quin accidant membris nostris, ita ut & imperitus posit esse animus, si ei doctrina non accideret, & exile atq; languidum corpus, sine succo uiscerum & robore, & nudus sine uestr, & inermis sine armis, et pede nudo sine calciamentis esse homo potest. Habitus ergo in ea re dicitur, quæ nobis ut habeatur accidit. Veruntamen hoc interest, quòd quædã eorum quæ accidunt nobis ut habitum faciant, non mutantur à nobis, sed ipsa nos mutant in seipsa integra & inconcussa manentia, sicuti ipsa sapiẽtia cũ accidit homini, non ipsa mutatur, sed hominem mutat, quem desulto sapientem facit. Quædam uero sic accidunt, ut & mutent & mutẽtur, sicuti cibus ipse amittens speciem suam, in corpus nostrũ uertitur, & nos refecti cibo, ab exilitate atq; languore in robur atq; ualentiam cõmutamur. Tertium uero genus est, cum ipsa quæ accidunt mutantur ut habitum faciant, & quodammodo formantur ab eis quibus habitum faciunt, sicuti est uestis: Nam cum reposita uel proiecta est, non habet eam formam quam sumit cum induitur atq; inducitur membris. Ergo induta accipit formam quam non habebat exuta, cũ ipsa membra, & cum exuuntur, & cum induuntur, in suo statu maneãt. Potest esse et quartũ genus, cũ ea quæ accidunt ad faciendũ habitũ, nec ea mutant quibus accidũt, nec ab eis ipsa mutantur, sicut annulus indigito, si non nimis subtiliter attendatur. Veruntamen hoc genus aut nullum est, si diligenter discutias, aut omnino rarissimũ. Cum ergo Apostolus de unigentio dei filio loqueretur, quantum pertinet ad eius diuinitatem, secundũ id q̃ uerissimus deus est, æqualem dixit esse patri, qd' nõ ei fuit tanq̃ rapinã id est quasi alienũ appetere, si semper manens in ea æqualitate, nollet hominem indui, & hominibus ut homo apparere, sed semetipsum exinaniuit, non formam suam mutãs, sed formam serui accipiens, neq; cõuersus aut transmutatus in hominem amissa incõmutabili stabilitate, sed tanq̃ uerũ hominem suscipiendo, ipse susceptor in similitudinem hominũ factus, nõ sibi, sed eis quibus in homine apparuit, habitu inuentus est ut homo id est habendo hominem inuentus est ut homo. Nõ enim poterat inueniri deus ab his qui cor imundũ habebant, & uerbũ apud patrem uidere nõ poterãt, nisi hoc susciperẽdo qd' possent uidere, & p qd' ad illud lumẽ interius ducerentur. Iste autẽ habitus nõ est ex primo genere: Nõ enim manens in se natura hominis, naturam dei cõmutauit. Neq; ex secundo, non enim immutauit homo deũ, & mutatus est ab illo. Neq; ex quarto, non enim sic assumptus est homo, ut neq; ille mutaret deum, nec ab ipso mutaretur. Sed potius ex tertio, sic enĩ assumptus est ut cõmutaretur in melius, et ab eo formaretur ineffabiliter excellentius atq; coniunctius quàm uestis cũ ab homine induitur. Hoc ergo nõie habitus satis significauit Apostolus quẽadmodũ dixerit, in similitudinẽ hoim factus, qa nõ trãsfiguratione in hominẽ, sed habitu inuẽtus est,

Philip. 2

cum

cum indutus est hominem quem sibi uiuens quodammodo atq; cõformans, immortalitati æternitatiq; sociaret. Sed illum habitum qui est in perceptione sapientiæ & disciplinæ, græci σκεῦος uel σχέσις uocant. Hunc autem secundum quem dicimus uestitum, uel armatum σχῆμα potius uocant. Ex quo intelligitur de isto genere habitus locutum Apostolum, quandoquidem in græcis exemplaribus σχήματος scriptum est, quod nos in latinis habitum habemus. Quo nomine oportet intelligi nõ mutatũ esse uerbũ susceptione hoïs, sicuti nec membra ueste induta mutantur, quanquam illa susceptio ineffabiliter susceptum suscipienti copulauerit, sed quãtũ uerba humana rebus ineffabilibus coaptari possunt, ne mutatus intelligatur deus humãæ fragilitatis assumptor, electum est ut græce σχῆμα & latine diceretur habitus illa susceptio

De eo quod scriptũ est in Epistola Pauli ad Colossenses: In quo habemus redẽptionẽ et remissionẽ pecatorũ, qui est imago dei inuisibilis. Quæstio. LXXIIII.

Colo. 1

IMago & æqualitas & similitudo distinguenda sunt, quia ubi imago, cõtinuo similitudo, nõ cõtinuo æqualitas. Vbi æqualitas, continuo similitudo, non continuo imago. Vbi similitudo, continuo imago, non continuo æqualitas, ut in speculo est imago hominis, quia de illo expressa est, est etiam necessaria similitudo, non tamen æqualitas, quia multa desunt imagini, quæ tamẽ insunt illi rei de qua expressa est. Vbi æqualitas, continuo similitudo, non continuo imago, uelut in duobus ouis paribus, quia inest æqualitas, inest & similitudo, quæcũq; enim assunt uni, assunt & alteri, imago tamen non est, quia neutrum de altero expressum est. Vbi similitudo, nõ cõtinuo imago, non continuo æqualitas, omne quippe ouũ omni ouo inquantum ouum est, simile est, sed ouum perdicis q̃uis inquantum ouum est, simile est ouo gallinæ, nec imago tamen eius est, quia de illo expressum nõ est, nec æquale, quia breuius est, & alterius generis animãtium, Sed ubi dicitur non continuo, utiq; intelligitur, quia esse aliquando potest. Potest ergo esse aliqua imago in qua sit etiam æqualitas, ut in parentibus & filijs inueniretur imago & æqualitas & similitudo, si interuallũ temporis defuisset: Nam & de parente expressa est similitudo filij, ut recte dicatur imago, et potest esse tanta, ut recte etiam dicatur æqualitas, nisi q, parens tempore præcessit. Ex quo intelligitur & aliquando æqualitatem, non solum similitudinem habere, sed etiam imaginem, quod in superiori exemplo manifestum est. Potest etiam aliquando similitudo esse & æqualitas, quamuis non sit imago, ut de duobus ouis paribus dictum est. Potest etiam similitudo & imago esse, q̃uis nõ sit æqualitas, ut in speculo ostendimus. Potest & similitudo esse ubi & æqualitas & imago sit, sicut de filijs cõmemorauimus, excepto tempore quo præcedunt parentes. Sic enim æqualem syllabam syllabæ dicimus, q̃uis altera præcedat, altera sequatur. In deo autẽ quia conditio temporis uacat, non enim potest recte uideri deus in tempore genera̅sse filium, per quem cõdidit tempora: Consequens est ut nõ solũ sit imago eius, quia de illa est & similitudo, qa imago, sed etiam æqualitas tanta, ut nec temporis quidẽ interuallũ impedimentum sit.

De hæreditate dei. Quæstio. LXXV.

SIcut Apostolus ad Hebræos dicit: Testamentum te- Hebre. 9
statoris morte firmatur, propterea mortuo pro nobis Christo nouum testamentum firmatum esse asserit, cuius similitudo uetus testamentum erat, in quo mors testatoris per uictimam præfigurabatur. Si ergo quæratur quomodo simus secundũ eiusdem Apostoli uerba cohæredes Christi, & filij atq; hæredes dei, cum hæreditas morte decessoris firma teneatur, nec ullo alio modo possit hæreditas intelligi? Respondetur, ipso quidẽ mortuo factos nos esse hæredes, quoniam filij eius etiam dicti sumus. Non ieiunant inquit filij sponsi quamdiu cum illis Matth. 9
est spõsus. Hæredes ergo eius dicimur, quia reliquit nobis pacis ecclesiasticæ possessionem per fidem, temporalis dispensationis, quam in hac uita possidemus, quod testatus est dicens: Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis. Cohæredes autem eius efficimur cum in fine sæ- Iohan. 14
cuil mors absorbebitur in uictoria, tunc enim similes 1. Corin. 15
ei erimus, quando uidebimus eum sicuti est. Quam hæ- 1 Ioh. 3.
reditatem non eis patris morte adipiscimur, qui mori nõ potest, quãdoquidẽ ipse sit hæreditas nostra, secundũ illud quod scriptum est. Dominus pars hæreditatis meæ, Psalm. 15.
Sed quoniam cũ uocati sumus adhuc paruuli, & ad spiritalia contemplanda minus idonei, usq; ad humillimas nostras cogitationes se diuina miseratio porrexit, ut quomodocũq; cernere niteremur qd' nõ euidẽter atq; p- 1. Corin. 13
spicue cernebamus, idipsum moritur quod in ænigmate cernebamus, cũ facie ad faciẽ cernere cœpimus. Cõuenienter ergo dicitur moriturũ esse qd' auferetur: Cũ autem uenerit quod perfectum est, auferetur quod ex parte est. nobis quodãmodo moritur pater in ænigmate, & idem ipse sit hæreditas, cũ facie ad faciem possidetur, non quia ipse moritur, sed imperfecta in eũ nostra uisio perfecta uisione perimitur: Et tamẽ nisi illa prior nos nutriret, ad illam plenissimam & euidentissimam non efficeremur idonei. Quod si etiam de dño Iesu Christo, non secundũ uerbũ in principio deũ apud deũ, sed secundũ puerũ qui Ioh. 1.
proficiebat ætate ac sapiẽtia, pius intellectus admittit, p- Luce. 2
pria illa susceptione seruata, quæ cõmunis ei cũ cæteris hominibus non est, manifestũ est, cuius tanq̃ morte possideat hæreditatem: Nõ enim nos cohæredes eius esse possumus, nisi & ipse hæres sit. Si autem pietas hoc nõ admittit, ut primo ex parte uideret homo dominicus, deinde ex toto, quanq̃ in sapientia proficere dictus sit, in corpore suo intelligatur hæres, id est ecclesia, cuius cohæredes sumus, q̃uis ex nobis constet quemadmodum filij eius matris dicimur. Sed rursum quæri potest,

cuius

cuius morte facti simus, & nos etiam hæreditas dei, secundum illud: Dabo tibi gentes hæreditatem tuam. Hæreditatem autem tuam, nisi forte huius mundi, quo prius tanq̃ dominante tenebamur. Post autem cum dicimus: Mihi mundus crucifixus est et ego mundo, possidet nos Christus mortuo illo qui nos posidebat, cum ei renũciamus, morimur illi & ipse nobis.

Psalm. 2.

Galata. 6

Iacob. 2

De eo quod Apostolus Iacobus dicit: Vis autẽ scire o homo inanis, quia fides sine operibus ociosa est. Quæst. LXXVI

Roman. 3

QVoniam Paulus Apostolus prædicans iustificari hominem per fidem sine operibus, nõ bene intellectus est ab eis qui sic acceperunt dictum, ut putarent cum semel in Christum credidissent, etiã si male operarentur & facinorose flagitioseq; uiuerent, saluos se esse posse p fidẽ. Locus iste huius Epistolæ eundem sensum Pauli Apostoli quomodo sit intelligendus expõit. Ideoq; magis Abrahæ utitur exẽplo, uacuã esse fidem si nõ bene operetur, quoniam Abrahæ exemplo etiam Paulus Apostolus usus est, ut probaret iustificari hominem sine operibus legis. Cum enim bona opera cõmemorat Abrahæ, quæ eius fidẽ comitata sunt, satis ostendi Paulum Apostolum nõ ita per Abraham docere iustificari hominem per fidem sine operibus, ut si quis crediderit nõ ad eum pertineat bene operari, sed ad hoc potius ut nemo meritis priorum bonorũ operum arbitretur se peruenire ad donum iustificationis, quæ est in fide. In hoc enim se gentibus in Christum credentibus Iudæi præferre cupiebant, quòd dicebant se meritis bonorum operum, quæ in lege sunt, ad euangelicam gratiam peruenisse, ideoq; scandalizabantur multi qui ex eis crediderant, q̃ incircumcisis gentibus Christi gratia traderetur. Vnde Apostolus Paulus dicit posse hominem sine operibus se præcedentibus iustificari per fidem: Nam iustificatus per fidem, quomodo potest nisi iuste operari, q̃uis antea nihil operatus iuste ad fidei iustificationem peruenerit, non merito bonorum operum, sed gratia dei quæ in illo iam uacua esse non potest, cum iam per dilectionem bene operatur, Quòd si cum crediderit, mox de hac uita decesserit, iustificatio fidei manet cum illo, nec præcedentibus bonis operibus, quia non merito ad illam, sed gratia peruenit, nec consequentibus, quia in hac uita esse non sinitur. Vnde manifestum est quod Paulus Apostolus dicit: Arbitramur enim hominem iustificari per fidem sine operibus. Non tamen ita intelligendum est, ut accepta fide si uixerit, dicamus eum iustum, etiam si male uixerit. Ideo exemplo Abrahæ & Apostolus Paulus utitur, quia sine operibus legis quam non acceperat, per fidẽ iustificatus est: Et Iacobus, quia fide ipsius Abrahæ opera bona consecuta esse demonstrat, ostendens quẽadmodum intelligendum sit quod Paulus Apostolus prædicauit. Nã q̃ putant istã Iacobi Apostoli sententiã cõtrariã esse illi Pauli Apostoli sentẽtiæ, possunt arbitrari etiam ipsum Paulum sibi esse contrarium, quia dicit alio loco: Non enim auditores legis iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Et alio loco: Sed fides quæ per dilectionem operatur. Et iterum: Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini, si autẽ spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Quæ sint autem facta carnis quæ operibus spiritalibus mortificãda sunt, alio loco manifestat dicens: Manifesta autem sunt opera carnis, quæ sunt fornicationes, immundiciæ, impudicitia, simulacrorũ seruitus, ueneficia, inimicitiæ, cõtentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessatiões, et his similia, quæ prædico uobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum dei non possidebunt. Et ad Corinthios ait: Nolite errare, neq; fornicatores, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnum dei possidebunt. Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctificati estis, sed iustificati in nomine domini nostri Iesu Christi, & in spiritu dei nostri. Quibus sentẽtijs manifestissime docet, nõ eos præterito bono opere ad fidei iustificationem peruenisse, nec meritis eorum istam gratiã datam, quando dicit, & hæc quidem fuistis: Sed cũ dicit, qui talia agunt regnum dei non possidebunt, satis ostẽdit iam ex quo crediderunt bene operari debere. Quod & Iacobus dicit, & multis omnino locis idem Apostolus Paulus satis aperteq; prædicat, recte uiuendum omnibus qui in Christo crediderunt ne ad pœnas perueniant. Quod & ipse dominus cõmemorat dicens: Non omnis qui dicit mihi, domine domine, intrabit in regnũ cœlorum, sed qui facit uoluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Et alibi: Vt quid dicitis mihi, domine domine, & non facitis quæ dico uobis? Et omnis qui audit uerba mea hæc et facit ea, similabo eum uiro prudenti, qui ædificauit domum suam supra petram &c. Et qui audit uerba mea hæc & non facit ea, similabo eum uiro stulto, qui ædificauit domũ suã supra arenam &c. Quapropter non sunt sibi contrariæ duorum Apostolorum sententiæ, Pauli & Iacobi, cũ dicit unus iustificari hominem per fidem sine operibus, & alius dicit inanem esse fidem sine operibus: Quia ille dicit de operibus quæ fidẽ præcedũt, iste de his quæ fidẽ sequuntur, sicut etiam ipse Paulus multis locis ostendit.

Roman. 4 Galat. 5 Roma. 8

Gala. 5

1. Corint. 6

Mathei. 7

Lucæ. 6.

Roma. 3 Iacobi. 2

De timore utrum peccatum sit. Quæstio. LXXVII.

OMnis pturbatio passio, oĩs cupiditas pturbatio, oĩs igitur cupiditas passio. Omnis autem passio cum est in nobis, ipsa passione patimur, & inquantum passio est patimur. Omnis igitur cupiditas cum est in nobis, ipsa cupiditate patimur, & inquantum cupiditas est patimur. Omnis autem passio, inquantum ipsa passione patimur, non est peccatum: Sic & si patimur timorem, non est peccatum, tanquam si diceretur, si bipes est, non est pecus. Si ergo propterea hoc non est consequens, quia multa sunt pecora bipedia, propterea & illud

illud non est consequens, quia multa sunt peccata quæ patimur. Hoc enim contradicitur, non esse consequens, ut si patimur timorem, ideo non sit peccatum. Tu autem dicis consequens esse, ut si patimur timorem non sit peccatum. cum tamen concedas aliqua esse peccata quæ patimur.

De pulchritudine simulachrorum. Quæstio LXXVIII.

ARS illa summa omnipotentis Dei, per quem ex nihilo facta sunt omnia, quæ etiam sapientia eius dicitur, ipsa operatur etiam per artifices, ut & pulchra atq; congruentia faciant, quamuis non de nihilo, sed de aliqua materia operẽtur, uelut ligno, aut marmore, aut ebore, & si quid aliud materiæ genus manibus artificis subditur. Sed ideo isti non possunt de nihilo aliquid fabricare, quia per corpus operantur. Cum tamen eos numeros & liniamentorum conuenientiam, quæ per corpus corpori imprimunt, in animo accipiãt ab illa summa sapiẽtia, quæ ipsos numeros & ipsam conuenientiam longe artificiosius uniuerso mundi corpori impresserit, quod de nihilo fabricatum est, in quo sunt etiam corpora animalium, quæ iam de aliquo, id est, de elementis mundi fabricantur. Sed longe potentius excellentiusq; quam cum artifices homines easdem figuras corporum & formas in suis operibus imitantur. Non enim omnis numerositas humani corporis inuenitur in statua, sed tamen quæcunq; ibi inueniuntur ab illa sapientia, per artificis manum traijciuntur, quæ ipsum corpus humanum naturaliter fabricat. Nec ideo tamen pro magno habendi sunt qui talia opera fabricant, aut diligunt, quia minoribus rebus intenta anima, quas per corpus corporaliter facit, minus inhæret ipsi summæ sapientiæ, unde istas potentias habet, quibus male utitur dũ foris eas exercet. Illa enim in quibus eas exercet, diligens interiorẽ earum formam stabilem negligit, & inanior infirmiorq; efficitur. Qui uero talia opera etiam coluerunt, quantum deuiauerint à ueritate hinc intelligi potest, quia si ipsa animalium corpora colerent, quæ multo excellentius fabricata sunt, & quorum sunt illa imitamenta, quid eis infœlicius diceremus? 1. Corin. 1.

Quare Magi Pharaonis fœcerunt quædam miracula, sicut Moyses famulus Dei. quæstio LXXIX.

OMnis anima partim priuati cuiusdam iuris sui potestatẽ gerit, partim uniuersitatis legibus sicut publicis coërcetur et regitur. Quia ergo unaquæq; res uisibilis in hoc mũdo habet potestatẽ angelicã sibi præpositam, sicut aliquot locis diuina scriptura testatur, de ea re cui præposita est, aliter quasi priuato iure agit, aliter tanquam publice agere cogitur. Potentior est enim pars uniuersitas, quoniam illud quod priuatim agit, tantum agere sinitur, quantum lex uniuersitatis sinit. Sed unaquæq; anima tanto est pietate purgatior, quanto priuato suo minus delectata legem uniuersitatis intuetur, eiq; deuote ac libenter obœmperat. Est enim lex uniuersitatis, diuina sapientia. Quanto aũt amplius priuato suo gaudet, & neglecto deo, qui omnibus animis utiliter ac salubriter præsidet, ipsa sibi uel alijs quibus potuerit uult esse pro Deo, suam potius in se uel in alios quàm illius in omnes diligens potestatem, tanto est sordidior, tantoq; magis pœnaliter diuinis legibus tanquam publicis seruire cogitur. Quanto igitur etiam humana anima deserto Deo, suis honoribus, uel sua potestate fuerit delectata, tanto magis subditur talibus potestatibus, quæ priuato suo gaudent, & honorari ab hominibus sicut dij cupiunt, quibus diuina lege sæpe conceditur, ut eos quos sibi secundum eorum merita subiugauerint, priuato illo iure etiam miraculorum aliquid præstent in his rebus exhibendorum quibus sunt infimo, sed tamen ordinatissimo potestatum gradu præpositæ. Sed ubi diuina tanquam publica lex iubet, uincit utiq; priuatam licentiã, quanquam & ipsa priuata licentia nisi uniuersalis potestatis diuinæ permissione nulla esset. Ideoq; fit ut sancti Dei serui, quando hoc donum eos habere utile est, secundũ publicam & quodãmodo imperialem legem, hoc est, summi Dei potestatem impereut infimis potestatibus ad quædã uisibilia miracula facienda. In illis enim Deus ipse imperat, cuius templum sunt & quem contempta sua priuata potestate, ardentissimè diligunt. In Magicis autem imperationibus ad illecebram deceptionem, ut sibi subiugẽt eos quibus talia concedunt, præstant effectum precibus & ministerijs eorũ, priuato illo iure largientes, quod sibi licet largiri honorantibus se sibiq; seruientibus, & quædam secum in sacramentis suis pacta seruantibus. Et quando uidentur imperare Magi per sublimiorum nomina, inferiores terrent, & nonnulla uisibilia, quæ propter infirmitatẽ carnis magna uidentur hominibus non ualentibus æterna cõtueri, quæ per seipsum præstat dilectoribus suis, uerus deus mirantibus exhibeant. Hæc autẽ permittit Deus iuste omnia moderans, ut pro cupiditatibus et electionibus suis, seruitutes eorum libertatesq; distribuat. Et si quando inuocatione summi dei aliquid pro suis malis cupiditatibus impetrant, uindicta est illorum, non gratia. Non enim frustra dicit Apostolus: Tradidit illos Deus in desideria cordis eorum. Quorundam enim peccatorum perpetrandorum facilitas, pœna est aliorum præcedẽtium. Quod aũt dominus dicit: Non potest Sathanas sathanam expellere, ne forte quisquam utens nominibus aliquarum infimarum potestatum cum dæmonum excluserit, falsam putet esse istam Domini sententiam, ad hoc intelligat dictũ, quia hoc modo Sathanas etiã, si corpori aut corporis sensibus parcit, ideo parcit ut ipsius hominis uoluntati per impietatis errorem triumpho maiore dominetur. Hoc autẽ modo non exit Sathanas, sed potius in intima ingreditur ut in eo sic operetur, quemadmodum dicit Apostolus: Secundum principem potestatis aëris huius, qui nunc operatur in filijs diffidentiæ. Non enim sensus corporis eorũ turbabat atq; torquebat, aut eorum corpora collidebat, sed in eorum uoluntate uel potius cupiditate regnabat. Quod autem dicit pseudoprophetas multa signa & prodigia fã- Rom. 1. Marci. 3 Ephes. 2 Matth. 24

cturos, ita ut fallant etiam si fieri potest electos. Admonet utiq; ut intelligamus quædam miracula etiã sceleratos homines facere, qualia sancti facere non possunt, nec tamen ideo potioris loci apud Deum esse arbitrandi sunt. Non enim acceptiores erant Deo quàm populus Israël Magi Aegyptiorum, quia non poterat ille populus facere quod illi faciebant, quamuis Moyses in uirtute Dei maiora potuerit. Sed ideo nõ omnibus sanctis ista tribuuntur, ne per nicioſiſſimo errore decipiantur infirmi, exiſtimantes in talibus factis maiora dona esse quàm in operibus iustitiæ quibus æterna uita comparatur. Propterea Dominus prohibet hinc gaudere discipulos, cum ait: Nolite in hoc gaudere, quoniam ſpiritus uobis ſubijciuntur, ſed in hoc gaudere, quoniam nomina uestra ſcripta ſunt in cœlis. Cum ergo talia faciunt Magi, qualia nonnunquam sancti faciunt, talia quidem uiſibiliter esse apparẽt, ſed diuerſo fine & diuerſo iure fiunt. Illi enim faciunt quærentes gloriam ſuã, iſti quærentes gloriam dei, & illi faciunt per quædam potestatibus conceſſa in ordine ſuo, quaſi priuata commertia uel beneficia, iſti autem publica administratione iuſſu eius, cui cuncta creatura ſubiecta est. Aliter enim cogitur poſſeſſor equum dare militi, aliter eũ tradit emptori, uel cuilibet donat aut commodat. Et quemadmodum plerique mali milites, quos imperialis diſciplina condemnat, ſignis imperatoris ſui nonnullos poſſeſſores territant, & ab eis aliquid quod publice non iubetur extorquent. Ita nõnunquã mali Chriſtiani uel ſciſmatici uel hæretici, per nomen Chriſti, aut uerba, aut ſacramenta Chriſtiana exigunt aliquid à potestatibus, quibus honori Chriſti cedere indictum est. Cum autem malis iubentibus cedunt uoluntate, ad ſeducendos homines cedunt, quorum errore lætantur. Quapropter aliter Magi faciunt miracula, aliter boni Chriſtiani, aliter mali Chriſtiani. Magi per priuatos contractus, boni Chriſtiani per publicam iuſtitiam, mali Chriſtiani per ſigna publicæ iuſtitiæ. Nec mirum est quòd hæc ſigna ualent, cum ab eis adhibentur, quando etiam cum uſurpantur ab extraneis, qui omnino ſuum nomen ad iſtam militiã non dederunt, propter honorem tamen excellentiſſimi imperatoris ualent. Ex quibus fuit ille de quo diſcipuli domino nunciauerũt, q. in nomine eius eijceret dæmonia, quãuis cum eis eum non ſequeretur. Cum autem non cedunt his ſignis huiuſmodi potestates, Deus ipſe probibet occultis modis, cum id iuſtum atq; utile iudicat. Nam nullo modo ulli ſpiritus audent hæc ſigna contemnere. Contremiſcunt enim bi ubicunq; illa proſpexerint. Sed neſcientibus hominibus aliud iubetur diuinitus, uel ad confundendos malos cum eos oportet confundi, ſicut de Sceuæ filijs, in actibus Apoſtolorum legimus, quibus ait immũdus ſpiritus: Iẽſum ſcio, & Pauũ noui, uos autem qui eſtis? Vel ad admonendos bonos ut proficiant in fide, atq; iſta non iactanter, ſed utiliter poſſint. Vel ad diſcernenda dona membrorum Eccleſiæ, ſicut Apoſtolus ait: Nunquid omnes uirtutes? nunquid omnes habent dona curationum? Propter has igitur cauſas plerunq;, ut dictum est, neſcientibus hominibus iubetur diuinitus. i. ut bis ſignis adhibitis huiuſmodi potestates uoluntati hominũ non obtemperent. Vt aũt mali bonis ſæpe temporaliter noceant, potestatem in eos accipiunt, ad maiorem ſit bonorum utilitatem propter exercitationẽ patientiæ. Itaq; anima Chriſtiana ſemper inuigilet in tribulationibus ſuis ſequi uoluntatem domini ſui, ne ordinationi dei reſiſtendo acquirat ſibi grauiãs iudicium. Quod enim ipſe Dominus agens hominem Pontio Pilato dixit, hoc & Iob diabolo poſſet dicere: Non haberes in me potestatem, niſi data eſſet tibi deſuper. Non ergo eius uoluntas, cuius malitiæ potestas in bonos datur, ſed eius uolũtas, à quo hæc potestas datur, debet nobis esse chariſſima, Quoniam tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio uero ſpem, ſpes aũt non cõfundit, quia charitas dei diffuſa est in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctum, qui datus est nobis.

Exodi, 7

Lucæ, 10

Ioannis, 8. Iob. 1

Roman. 5

Aduerſus Apollinariſtas, quæſt. LXXX

CVM quidam hæretici qui Apollinariſtæ ex Apollinari quodam auctore ſuo dicti esse perhibentur, aſſererent dominũ noſtrum Iẽſum Chriſtum, inquantum homo fieri dignatus est, non habuiſſe humanam mentem. Inhærentes eis nonnulli, et eos ſtudioſe audientes, delectati ſunt quidem ea peruerſitate, qua ille hominem in Deo minuebat, dicens eum non habuiſſe mentem, hoc est, rationalem animam, qua homo à pecoribus ſecundum animum differt. Sed cum ſecum ipſi cogitarent fatendum esse, ſi ita est, ut unigenitus Dei filius, ſapientia, & uerbum patris, per quem facta ſunt omnia, beluam quandam cum figura humani corporis ſuſcepiſſe credatur, diſplicuerunt ſibi, nõ tamen ad correctionẽ, ut redirent ad ueritatis uiam, totũq; hominem à ſapientia Dei ſuſceptũ esse confiterentur, nulla diminutione naturæ, ſed ampliori uſi audacia, ipſi etiã animã totumq; utile hominis alienantes ab eo, ſolam carnem humanam eum ſuſcepiſſe dixerunt. Adhibentes etiã teſtimoniũ ex Euangelio, imò illam domini ſententiam non intelligẽdo puerſi cõfligere audẽt aduerſus catholicã ueritatem, dicentes ſcriptum esse: Verbum caro factum est, & habitauit in nobis. Sub his enim uerbis ita uerbum uolunt carni esse copulatũ atq; concretũ, ut nulla ibi non ſolum mens, ſed nec anima humana interſiſtat. Quibus primo reſpondendum est, ideo ſic esse illud in Euangelio poſitum, quia uſq; ad uiſibilem carnem, aſſumptio illa humanæ naturæ à domino facta est, atq; in tota illa unitate ſuſceptionis principaliter uerbum est, extrema aũt atq; ultima caro. Volens itaq; Euangeliſta commendare pro nobis dilectionem humilitatis Dei, qui ſeſe humiliauerit, & quouſq; humiliauerit, exprimens uerbũ, carnemq; nominauit, prætermittens animæ naturam quæ uerbo inferior est, carne uero præſtantior. Magis enim cõmendat humilitatẽ, quia dictum est: Verbũ caro factum est, quàm ſi diceretur, uerbum homo factum est. Nam ſi nimis hæc intuentur uerba, potest alius nõ minus peruerſus ex iſtis rerbis ita calumniari fidei noſtræ, ut dicat ipſum uerbum conuerſum & cõmutatũ esse in carnem, & uerbum eſſe deſtitiſſe, quia ſcriptum

Ioan. 1.

Ioannis, 1.

Lucæ, 9

Actorũ, 19.

1. Cor. 12

ſcriptum eſt: Verbum caro factum eſt, ſicut caro humana cum ſit cinis, non eſt caro & cinis, ſed ex carne cinis eſt. Et ſecundum loquẽdi modum conſuetudinemq; celebrio-rem, quicquid fit quod nõ erat, deſinit eſſe quod erat. Nec tamen ita hæc uerba intelligimus, ſed etiam ipſi nobiſcum, ita intelligunt, ut manens uerbum quòd eſt, ex eo q; acce-
Philip. 2. pit formam ſerui, non ex eo quod in illam formam aliqua mutatione conuerſum eſt, dictum ſit: Verbum caro factũ eſt. Deinde, ſi ubicunq; caro fuerit nominata & anima ta-cita, ſic intelligendum eſt, ut anima ibi non eſſe credatur,
Luc. 3 nec illi habebant animam de quibus dictum eſt: Et uidebit
Pſalm. 64 omnis caro ſalutare dei. Et illud in Pſalmo: Exaudi preces
Ioannis. 17 meas, ad te omnis caro ueniet. Et illud in Euangelio: Sicut dediſti ei poteſtatẽ omnis carnis, ut omne qđ dediſti ei non pereat, ſed habeat uitam æternam. Vnde intelligitur ſolere homines per nominationem ſolius carnis ſignificari, ut ſe-cundum hanc locutionẽ etiam illud poſſit intelligi, ut quod dictum eſt: uerbum caro factum eſt, nihil ſit dictum, niſi uerbum homo factum eſt. Sicut enim à parte totum ple-runq; nominata ſola anima homo intelligitur, ſicut eſt illud: Tot animæ deſcenderunt in Aegyptum, ſic rurſus à
Geneſi. 46 parte totum etiam nominata ſola carne homo intelligitur, ſicut ſunt iſta quæ poſuimus. Proinde quemadmodũ nos huic obiectioni eorum quam ex Euangelio proponunt ita reſpondemus, ut nullus hominum ita deſipiat, ut putet nos
1. Timot. 2 per hæc uerba eos ad credendum & confitendum, q; me-diator Dei & hominum homo Chriſtus Iẽſus animam hu-manam non habuit, ſic quæro quomodo ipſi reſpondeant tam manifeſtis obiectiõibus noſtris, quibus oſtendimus per innumerabiles locos Euangelicæ ſcripturæ narratum, de illo ab Euangeliſtis, q; in his affectionibus fuerit quæ ſine anima eſſe non poſſunt. Non enim ea profero quæ ipſe do-
Matth. 26 minus tam multa cõmemorat: Triſtis eſt anima mea uſque
Ioannis. 10 ad mortem. Et: Poteſtatem habeo ponendi animam meam,
Ioann. 15 & iterum ſumendi eam. Et: Maiorem dilectionẽ nemo ha-bet, quàm ut animã ſuam ponat quis pro amicis ſuis. Quæ mihi peruicax contradictor poteſt dicere figuratè à Do-mino dicta, ſicut multa in parabolis eum locutum eſſe ma-niſeſtum eſt. Nam etſi iſta non ita ſunt, non tamen opus eſt pugnaciter agere, ubi habemus Euangeliſtarum narratio-nes, per quas eum & natũ de Maria uirgine cognouimus, & comprehenſum à Iudæis, & flagellatum, & crucifixũ, atq; interfectum, & ſepultum in monumento, quæ omnia ſine corpore intelligere facta nemo poteſt. Nec fictè aut figuratè accipienda quiſquam uel dementiſſimus dixerit, cum dicta ſint ab eis qui res geſtas ut meminerãt narra-uerunt. Sicut ergo iſta corpus eum habuiſſe teſtantur, ſic eum indicant habuiſſe animam affectiones illæ, quæ non poſſunt eſſe niſi in anima, quas nihilominus eiſdem Euan-
Matth. 4 geliſtis narantibus legimus. Et miratus eſt Iẽſus, & iratus, & contriſtatus, & exhilaratus, & multa talia innumera-bilia. Sic etiam illa quæ conuncta ſimul officia & corpo-ris & animæ oſtendũt, ſicuti ſunt quòd eſuriuit, quòd dor-miuit, quòd fatigatus ab itinere ſedit, & alia huiuſcemodi.

Non enim poſſunt dicere etiam in ueteribus libris non di- Ioannis. 4
ctam eſſe iram Dei & læticiam, & nonnullos huius gene-ris motus, nec ideo tamen eſſe conſequẽs, ut deum habuiſſe animã credendum ſit. Dicta ſunt enim illa propheticis i-maginationibus, non narratoria manifeſtatione. Nam & membra Dei dicta ſunt, & manus, & pedes, & oculi, & facies, & ſimilia. Et quemadmodum iſta non indicant eũ habere corpus, ſic nec illa animam. Quemadmodum autẽ narratum aliquid, ubi nominata ſunt manus Chriſti & ca-put, &c. quæ indicant corpus, ita etiam quæ de animi affe-ctionibus eodem narrationis tenore nominata ſunt, indi-cant eius animam. Stultum eſt autẽ credere narranti Euã-geliſtæ q; manducauerit, & non ei credere quòd eſurierit. Etſi enim non eſt conſequens, ut omnis qui manducauerit eſuriat, nam & angelum legimus manducaſſe, ſed eſuriſſe non legimus, neq; ut omnis qui eſurit manducet, ſi aut of-ficio aliquo ſe cohibeat, aut deſit ei cibus facultasq; man-ducandi, tamen cum utrunq; narrat Euangeliſta, utrũq; credendum eſt, quia utrunq; ſicut rerum geſtarum in-dex factum geſtumq; conſcripſit. Sicut aũt qui manduca-uit ſine corpore intelligi non poteſt, ſic quia eſuriuit ſine anima fieri non potuit. Nec illa nos terret inanis atq; ine-pta calumnia, qua inuidioſe reſiſtentes aiunt: Ergo ſub ne-ceſsitate poſitus fuit, ſi has affectiones animi ueras habuit. facile quippe reſpondemus: Ergo ſub neceſsitate poſitus fuit, quia comprehenſus, flagellatus, crucifixus et mortuus eſt, ut tandem ſine pertinacia ſi uolunt intelligant, ſic eũ paſsiones animi, hoc eſt, affectiones uoluntatis diſpenſa-tione, ueras tamen ut placuit ſuſcepiſſe, quemadmodum paſsiones corporis eadẽ diſpenſationis uoluntatæ ſine ulla neceſsitate ſuſcepit. Quemadmodum nos non uolũtate mo-rimur, ſic & non uoluntate naſcimur. Ille aũt uoluntate utrunq; ut oportebat exhibuit, & tamen ueriſsime exhi-buit. Sicut ergo neceſsitatis nomine, nec nos nec illos quiſ-quam auellit à fide ueriſsimæ paſsionis, per quam corpus eius oſtenditur, ſic & nos ipſo nomine neceſsitatis nemo deterret à fide ueriſsimæ affectionis, per quam animam ei-us agnoſcimus. Nec ipſos debet deterrere à conſentiẽdo ca-tholicæ fidei, ſi non eos deterret exitiabilis pudor muran-dæ, q̃uis falſæ, diu tamẽ & cũ temeritate defenſæ ſententiæ.

De quadrageſima & quinquageſima. Quæſtio LXXXI.

OMnis ſapientiæ diſciplina eſt quæ ad homines erudiendos pertinet, creatorẽ creaturamq; di-noſcere, & illum colere dominantem, iſtam ſubiectam fa-teri. Eſt aũt creator Deus, ex quo omnia, per quem om- Rom. 11
nia, in quo omnia, & ideo trinitas pater & filius et ſpiri-tuſsanctus. Creatura uero partim eſt inuiſibilis, ſicut ani-ma, partim uiſibilis, ſicut corpus. Inuiſibili ternarius nu-merus tribuitur, quare diligere deum tripliciter iubemur, Deut. 6.
ex toto corde, ex tota anima, & ex tota mente. Corpori quaternarius numerus, propter euidentiſsimam naturam eius. i. calidam & frigidam, humidam & ſiccam. Vniuer-ſæ ergo creaturæ tribuitur ſeptenarius, Quapropter om-

nis disciplina dinoscens & discernens creatorē atq; creatu
ram denario numero insinuatur. Quæ disciplina, quam-
diu corporeis motibus temporaliter significatur, creden-
do constat, & rerum gestarum uenientiū atq; transeun-
1. Corin. 3. tium auctoritate quasi lacte parulos nutrit, ut idoneos
faciat contemplationi, quæ non uenit et transit, sed semper
manet, in qua quisq; narratis sibi rebus diuinitus tēporas-
liter pro salute hominum gestis siue gerendis, quæ adhuc
futura prædicātur, si permanserit in fide et promissa spe
rauerit, & quæ diuina auctoritas præcepit in fūgabili cha
ritate implere curauerit, recte agit uitam huius necessita-
tis & temporis, quæ numero quadragenario commenda-
tur. Quoniam denarius numerus, qui totam insinuat dis
ciplinam, quater ductus. i. numero qui corpori tribuitur
multiplicatus, quia per motum corporalis administratio
geritur, quo dictum est, fide constare quadragenariū nu-
merū conficit. Ita impetrat etiam stabilem & nullius tem-
poris indigentem sapientiam, quæ denario numero com-
mendatur, ut ad quadraginta addātur decem quia & par
tes æquales quadragenarij numeri simul ductæ ad quinqua
ginta perueniunt, partes aūt æquales habet quadragena-
rius numerus. Primo quadraginta in singulis, deinde ui-
ginti in binis, decem in quaternis, octo in quinis, quinq; in
octonis, quatuor in denis, duas in uicenis. Vnum ergo &
duo, & quatuor, & quinq;, & octo, & decem, & uiginti
simul ducta efficiūt quinquaginta. Quapropter sicut qua-
dragenarius numerus æqualibus suis partibus computatis
parit amplius denarium numerum, & fit quinquagenariu-
us: sic tempus fidei rerum pro salute nostra gestarum &
gerendarum cum æquitate uitæ actum impetrat intelle-
ctum stabilis sapientiæ, ut non solum credendo, sed etiam
intelligendo disciplina firmetur. Et ideo ea quæ nunc est
1. Ioann. 3 Ecclesia, quamuis filij Dei simus, ante tamen q̄ appareat
Abacuk. 2. quid erimus, in laboribus & afflictionibus agit, & in ea
Esaiæ. 7. iustus ex fide uiuit. Nisi enim credideritis, inquit, non in-
telligetis. Et hoc est tempus quo ingemiscimus & dole-
mus, expectantes redemptionē corporis nostri, quod qua-
2. Ioannis 3 dragesima celebratur. Scimus aūt quoniam cum apparue
rit, similes ei erimus, quoniā uidebimus eum sicuti est. Cū
additur denarius quadragenario, ut nō solum credere quæ
pertinent ad fidem, sed etiam perspicuam ueritatem intel-
ligere mereamur. Talis ecclesia in qua nullus erit mœror,
nulla permixtio malorum hominum, nulla iniquitas, sed
lætitia, & pax, & gaudium quinquagesimæ celebratione
Actorum. 1 præfiguratur. Propterea posteaquam dominus noster
Iesus Christus resurrexit à mortuis, quadraginta diebus
peractis cū discipulis suis, eadem ipsa scilicet per hunc nu-
merum insinuata temporali dispensatione, quæ ad fidē per
Actorum 2 tinet, ascendit in cœlum, & decem alijs diebus peractis mi
sit spiritum sanctū, id est, ut non ad humana & tempora-
lia, sed ad diuina & æterna contuenda quodam amoris et
charitatis sp̄amento & incendio quadragenario denari
us adderetur. Et ideo iam hoc totum. i. quinquagenarius
numerus dierum læticiæ celebratione signandus est. Hæc
autem duo tempora, id est, unum laboris & sollicitudinis,
alterum gaudij & securitatis, etiā retibus missis in mare do
minus noster significat. Nam & ante passionē de reticulo
dicitur missio in mare, quia tantum piscium ceperunt, ut
uix ad littus trahendo perducerem, ut & retia rumpe-
rentur. Nō enī missa sunt in dexteram partem, habet enī
multos malos ecclesia huius tēporis, neq; in sinistrā, habet
enim etiam bonos, sed passim, ut permixtiones bonorum
malorumq; significaret. Quòd autē rupta sunt retia cha- Ioannis. 21
ritate uiolata, multas hæreses extitisse significat. Post re-
surrectionem uero cum uellet Ecclesiam futuri temporis
præmonstrare, ubi omnes perfecti atq; sancti futuri sunt,
iussit mitti etiam retia in dexteram partem, & capti sunt
ingentes pisces, centum quinquagintatres, mirantibus di-
scipulis, quòd cum tam magni essent retia non sunt diru-
pta. Horum magnitudo imaginem sapientiæ iustitiæq; sig
nificat, numerus uero, ipsam disciplinam, & temporali
dispensatione, & æterna regeneratione perfectam, quam
diximus quinquagenario numero commendari, quia enim
tunc non erit opus corporalibus adiumentis, & animo cō
tinebitur fides atq; sapientia. Quia animo ternarium nu-
merum tributum diximus, quinquaginta ducimus ter, &
fiunt centum quinquaginta, cui numero trinitas additur,
quia omnis illa perfectio in nomine patris & filij & spiri-
tussancti cōsecrata est, ita fiunt centū quinquaginta tres,
qui numerus piscium ad dexterā partem captorū inuenitur. Proner. 3
Hebræ. 12

De eo quod scriptum est: Quem enim diligit Dominus corripit, flagellat autem omnē filium quē recipit. Cap. LXXXII.

MVlti murmurantes sub disciplina Dei, quæstionē
mouent, cum uident iustos sæpe graues molestias
secundum hanc uitam pati, quasi propterea nihil eis prosit
quòd deo seruiunt, quia uel communes labores atq; indif-
ferenter corporum atq; damnorum, & contumeliarum,
cæterorumq; omnium, quæ mala mortales putant, uel eti
am cæteris ampliores patiuntur propter uerbum Dei at-
q; iustitiam, quæ onerosa peccantibus in eius prædicatores
tumultuosas seditiones aut insidias aut odia cōcitant. Qui-
bus responderetur, quia si uita ista sola esset hominū, aut ni
hil prodesse, aut etiam nocere iustam uitam non usq; quaq;
absurde uideretur. Quanquam non defuerint qui iustitiæ
suauitatem & inæternum eius gaudium, cum corporali-
bus omnibus laboribus et molestijs, quas genus humanum
pro conditione suæ mortalitatis patitur, cum omnibus e-
tiam quæ propter ipsam iustitiam in eos qui iustè uiuunt,
iniurioßimè cogitantur, ita compensarent, ut sequæstra-
ta spe, futuræ uitæ iocundius & lætius præ amore ueritā-
tis torqueretur, quàm luxurioßi præ cupiditate ebrietatis
epulentur. Sed his tamen qui putant iniustum Deum, cū
iustos in doloribus & laboribus uident, aut certe si non au
dent iniustum Deum dicere, uel res humanas non curare
arbitrantur, uel semel statuisse necessitates fatorum, cōtra
quas nec ipse aliquid facit, ne ordinem rerum à se dispoßi-
tum inconstantia turbare credatur, aut aliquid aliud opi-
nantur

uantur, quod Deus in aliquo inualidas nõ possit à iustitia mala prohibere. Dicendum est, nullam fuisse futuram iustitiam in hominibus, si res humanas non curat Deus, quia omnis ista hominum iustitia, quam & tenere animus humanus recte faciendo potest, & peccando amittere, non imprimeretur animæ, nisi esset aliqua incommutabilis iustitia, quæ integra inueniretur à iustis, cum ad eam conuerterentur, integra relinqueretur à peccantibus, cum ab eius lumine auerterentur: Quæ iustitia incõmutabilis utiq; dei est, nec eam porrigeret ad illustrandos ad se conuersos si res humanas non curaret. Si uero propterea grauia perpeti iustos non sineret, quia contra ordinem rerum à se dispositum nollet uenire, nec ipse iustus esset, non quia dispositionẽ suam seruare non uult, sed quia ita disposuit ipsum ordinem rerum, ut immeritis pœnis iusti affligantur. In aliquo autem deum esse inualidum ad repellenda mala quæ iusti patiuntur, quisquis opinatur, ideo desipit, quia non intelligit, sicut nephas est iniustum Deum dicere, ita nefas est omnipotentem negare: Quibus pro tempore susceptæ quæstionis breuiter constitutis, quia & esse Deum & iustum, atq; omnipotentẽ esse, pernicioſissimæ iniquitatis est dubitare, nulla causa probabilior occurrit, cur iusti homines laborent pleruńq; in hac uita, nisi quia hoc eis expedit. Alia est enim quæ nunc est iustitia hominum ad recipiendam sempiternam salutem, alia tunc in paradiso constituti hominis esse debuit ad retinendam, & non amittendam eandem sempiternam salutem. Sicut enim iustitia Dei est ut illa præcipere, & inobedientibus pœnas, obedientibus autem præmia distribuere, ita iustitia est hominis, præceptis utilibus obedire. Sed quoniam sic est in animo beatitudo, ut in corpore sanitas. Quemadmodum in ipso corpore alia præcipitur medicina, ne bona ualitudo amittatur, alia uero ut amissa recuperetur, sic in toto statu hominis, alia tunc præcepta data sunt, ne amitteret immortalitatem, alia nunc præcipiuntur ut eam recipiat. Et sicut in ualitudine corporis, si quis præceptis medici, quibus eadẽ bona ualitudo custodienda est, non obtemperando in aliquem morbum inciderit, accipit alia præcepta ut sanari possit, quæ sæpe non sufficiunt, si talis est morbus, nisi adhibeantur à medico quædam adiutoria pleruńq; aspera, et dolores importantia, quæ tamen ualent ad recuperandam salutem. Vnde fit ut homo quamuis iam obtemperans medico, patiatur tamen adhuc dolores, non solũ de ipso morbo nondum sanato, uerumetiam de adiutorio medicinæ. Ita homo per peccatum lapsus in huius uitæ morbidam & calamitosam mortalitatem, quia primo præcepto obtemperare noluit, quo sempiternam custodiret ac teneret salutem, secunda præcepta æger accepit, quibus obtemperans iam quidẽ non absurde dicitur iustè uiuere, sed tamen molestias quas patitur, uel de ipso morbo nondum sanato patitur, uel de adiutorio medicinæ. Cui adiutorio deputatur qđ scriptum est: Quem enim diligit Dominus, corripit: flagellat autem omnem filium quem recipit. Qui uero non obtemperantes præceptis saluberrimis inique uiuunt, augent etiam atq; etiam morbos suos, & aut ex ipsis patiuntur innumerabiles miseriarum labores doloresq; etiam in hac uita, aut pœnis quoq; adhibitis, ut quod sanum non est, tangatur & doleat, In quo malo sint, misericorditer admonentur, ut ad medicinam conuersi per gratiam Dei sani fiant. Quæ omnia si contempserint .i. præcepta uerborum & dolorum, iustam post hanc uitam sempiternam damnationem merebuntur. Ideoq; ille potest dicere iniustè ista fieri, qui solam uitam mortalem quam nunc agimus esse existimans, quæ diuinitus prædicta sunt futura non credit, pensurus grauissima supplicia perseuerantiæ peccatorum atq; infidelitatis suæ.

Hebr. 12.

De coniugio in eo quod Dominus ait: Si quis dimiserit uxorẽ suam excepta causa fornicationis, quæstio LXXXIII.

Matth. 5

SI dominus dimittendæ coniugis solam causam fornicationis admittit, & Paganũ coniugium dimitti prohibet, consequens est ut paganismus fornicationi non deputetur. Solã autem fornicationis causam exceptam facere Dominum, cum de dimittenda coniuge loquitur in Euangelio manifestum est. Paganum ergo coniugium hinc non prohibetur dimitti, quia cum Apostolus de hac re consiliũ daret, ut fidelis uolentem secum esse coniugem infidelem, non dimittat, ait: Ego dico, non Dominus, ut Dominus intelligatur nõ quidem iubere ut dimittatur, ne cõtra iussum eius consilium dare uideatur Apostolus, sed tamen permittere, ut nemo in ea re iussionis necessitate teneatur, sed consilij uoluntate libere faciat. Veruntamen si quisquam asserat solam illam fornicàtionem Dominũ admittere ad causam relinquendæ coniugis, quæ uulgo dicitur fornicatio. i. quæ concubitu illicito perpetratur, hoc potest dicere, Dominum cum de hac re loqueretur de utroq; fideli dixisse, & marito & uxore, ut si ambo fideles sint, neutri liceat alterũ relinquere nisi causa fornicationis, ubi non potest paganismus intelligi, quia uterq; fidelis est. Sic enim & Apostolus uidetur distinguere cũ ait: His aũt qui matrimonio iuncti sunt, præcipio, non ego, sed Dominus, uxorem à uiro non discedere, q; si recesserit manere innuptã, aut uiro suo reconciliari. Vbi etiã intelligitur, quòd si una illa causa, qua sola relictio coniugij permittatur, mulier à uiro receſſerit, innupta perseuerare debet, aut si se non continet, uiro potius reconciliari uel correcto uel certe tolerando, quàm alteri nubere. Sequitur autem, & dicit: Et uir uxorem non dimittat, breuiter eandem formam instituens in uiro quam præcipiebat in fœmina. Quibus ex præcepto Domini insinuatis ita sequitur: Cæteris aũt ego dico, non Dominus: Si quis frater habet uxorem infidelẽ, & hæc cõsentit habitare cũ illo, non dimittat illam, Et mulier si habet uirum infidelem, & hic consentit habitare cũ illa, non dimittat uirum. Vbi dat intelligi Dominũ de his locutũ, ut neuter alterũ dimitteret, si fideles ambo essent.

1. Corin. 7

LIBER OCTOGINTATRIVM Quæstionum explicit.

DIVI AVRELII AVgustini Episcopi, liber ad Deogratias de sex quæstionibus contra Paganos expositis, incipit.

Quæst. 1

Vtrum Christi an Lazari resurrectio conueniat promissæ futuræ resurrectioni.

MOVET QVOSDAM, ET requirunt de duabus resurrectionibus, quæ conueniat promissæ resurrectioni, utrum nam Christi, an Lazari. Si Christi, inquiunt, quomodo potest hæc conuenire resurrectioni natorum ex semine eius, qui nulla seminis conditione natus est? Si autem Lazari resurrectio conuenire asseritur, ne hæc quidem congruere uidetur. Siquidem Lazari resurrectio facta sit de corpore nondum tabescente, de eo corpore quo Lazarus dicebatur, nostra autem multis sæculis post ex confuso eruetur. Deinde si post resurrectionem status beatus futurus est, nulla corporis iniuria, nulla necessitate famis, quid sibi uult cibatum Christum
Ioannis. 20 fuisse, & uulnera monstrauisse? Sed si propter incredulũ fecit, finxit. Si autem uerum ostendit, ergo in resurrectione accepta futura sunt uulnera. Quibus respondetur,
Ioan. 11. ideo non Lazari resurrectionem, sed potius Christi congruere promissæ resurrectioni, quia Lazarus ita resurrexit, ut iterum moreretur. Christus autem (sicut de illo
Rom. 6 scriptum est) surgens à mortuis iam nõ moritur, & mors illi ultra non dominabitur. Quod etiam promissum est resurrecturis in fine sæculi, & cum illo regnaturis in æternum. Sic autem non pertinet ad resurrectionem, differentia natiuitatis Christi & nostræ, quòd ille sine uirili semine, nos autem non sine uiro & fœmina creati sumus, sicut etiam non pertinet ad ipsius mortis differentiam. Non enim propterea illius non uera mors fuit, quia sine uirili semine natus est, sicut nec ipsius primi hominis aliter exorta caro quàm nostra, quandoquidẽ ille sine parentibus de terra creatus est, nos uero ex parentibus, aliquid attulit ad differentiam mortis, ut aliter ille moreretur, aliter nos. Sicut autem ad mortis, sic nec ad resurrectionis differẽtiam ualet diuersa natiuitas. Sed si nec hoc quod scriptum est de primo homine, similiter infideles homines uolunt credere, quærant uel animaduertant, si uel hoc possunt, quàm multorum animalium genera sine parentibus ex terra procreentur, quæ tamen coëundo pariant, etiam ipsa sui simile, nec propter diuersitatem natiuitatis interfit aliquid ad naturam eorum quæ procreata sunt ex terra, & eorum quæ illis coëuntibus orta sunt. Similiter enim uiuunt, similiterq; moriuntur, quamuis dissimiliter nata sint. Ita non est absurdũ, ut similiter resurgant corpora, quæ dissimiliter orta sunt. Huiusmodi aũt homines non ualentes intueri, ad quã rem interfit aliquid diuersum, & ad quã non interfit, ubi non aduerterit aliquam distantiã primordiorum, etiam omnia consequentia distare oportere contendunt. Possunt tales putare oleum ex adipibus non debere natare super aquam, sicut illud quod ex oliua est, quoniam longe est utriusq; origo dissimilis, quãdo illud ex ligno, hoc est, carne profluxerit. Quantum aũt attinet ad illam differentiam, q; Christi corpus nõ dissolutũ tabe atq; putredine, die tertio resurrexit: nostra uero post longum tempus, ex quo soluta discesserant confusione, reparabuntur, humanæ facultati utrunq; impossibile est, diuinæ autem potestati utrũq; facillimum.
1. Corin. 15 Vt enim radius oculi nostri, non citius peruenit ad propinquiora q̃ ad longinquiora, sed utraq; interualla pari celeritate contingit, ita cum in ictu oculi (sicut Apostolus dicit) fit resurrectio mortuorum, omnipotentiæ Dei & ineffabili nutui tam facile est quæq; recentia, q̃ diuturno tempore dilapsa cadauera suscitare. Incredibilia sunt hæc quibusdam, quia inexperta, cum omnis natura rerum tam sit plena miraculis, ut non quasi facili peruestigatione rationis, sed uidendi consuetudine mira nõ sint, atq; neq; ob hoc, nec cõsideratione, nec inquisitione digna uideãtur.
Roman. 1. Nam ego & mecum quicunq; inuisibilia Dei per ea quæ facta sunt intelligere molũtur, aut nõ minus aut amplius admiramur, in uno seminis tã paruulo grano, omnia quæ laudamus in arbore tanquam liciata latuisse, q̃ mundi huius tam ingentẽ sinũ, quæ de corporibus humanis dum dilabũtur assumit resurrectioni futuræ tota & integra redditurum. Quomodo aũt contrariũ est, & Christum post
Lucæ. 24 Ioannis. 21 resurrectionẽ cibatum, & in resurrectione quæ promittitur ciborum indigentiam non futurã, cum & angelos legamus eiusdem modi escas eodemq; modo sumpsisse, non
Tobiæ 12. ficto & mani fantasmate, sed manifestissima ueritate, nec tamen necessitate, sed potestate. Aliter enim absorbet terra aquam sitiens, aliter solis radius candens, illa indigentia, iste potentia. Futuræ ergo resurrectionis corpus imperfectæ fœlicitatis erit, si cibos sumere non potuerit: imperfectæ fœlicitatis si cibos egerit. Possem hic de cõmutationibus corporalium qualitatũ, & de præpotenti ualentia in inferiora corpora corporũ superiorũ latius disputare, sed breuiter mihi respondere propositũ est, & talibus ingenijs hoc scribitur, quæ admonere suffecerit. Sciat
Lucæ. 24 sanè qui has proposuit quæstiones, Christum post resurrectionem cicatrices, non uulnera demonstrasse dubitantibus, propter quos etiam cibum ac potum sumere uoluit, nõ semel sed sæpius, ne illud non corpus, sed spiritum esse arbitrarẽtur, & sibi nõ solidè, sed imaginaliter apparere. Tũc aũt illæ falsæ cicatrices fuissent, si nulla uulnera præcessissent, & tamen nec ipsæ essent, si eas esse noluisset.

Voluit

Voluit autem certæ dispensationis gratia, ut eis quos ædificabat in fide non ficta, non aliud pro alio, sed hoc qđ crucifixum uiderant, resurrexisse monstraret. Quid est ergo quod dicitur: Si propter incredulum fecit, finxit, quasi uero si quisq; uir fortis pro patria dimicans, multa aduersa uulnera exciperet, & peritissimo medico qui hæc ita curare ualeret, ut cicatrices nullæ apparerent, ipse potius diceret, sic se uelle sanari, ut magis essent in corpore suo uestigia uulnerum tanq; tituli gloriarum. Ideo ille medicus cicatrices finxisse diceretur, quia cum per artem efficere potuerit ut non essent, certa existente caussa, per artem effecit potius ut essent, quæ uno solo modo (sicut superius dixi) falsè conuincerentur, si nulla uulnera sanarentur.

Cum solus Christus sit via, veritas & uita, quid ante eius aduentum egerint tot sæculorũ homines.

Quæstio 2

Ioan. 14.

ITem alia proposuerunt, quæ dicerent de Porphyrio contra christianos, tanq; ualidiora decreta: Si Christus se inquiunt, salutis uiam dixit, gratiam & ueritatem, in seq; solo ponit animis sibi credentibus reditum, quid egerint tot sæculorum homines ante Christum? Vt dimittam inquit, tempora ante Latium regnatum, ab ipso Latio quasi principium humani nominis sumamus. In ipso Latio ante Albam dij culti sunt, in Alba æquæ religiones rituq; ualuere templorum, Non paucioribus sæculis ipsa Roma, longo sæculorum tractu, sine Christiana lege fuit. Quid inquit, actum de tam innumeris animis, qui omnino in culpa nulla sunt, siquidem is cui credi posset, nondum aduentum suum, hominibus commodarat? Orbis quoq; cum ipsa Roma in ritibus templorum caluit: Quare inquit, saluator qui dictus est, sese tot sæculis subduxit? Sed ne inquit, dicant lege Iudaica hominum uetere curatum genus, longo post tempore lex Iudæorum apparuit ac uiguit angusta Syriæ regione, postea uero prorepsit etiam in fines Italos, sed post Cæsarem Caium, aut certe ipso imperante: Quid igitur actum de Romanis animis uel Latinis, quæ gratia nondum aduenientis Christi uiduatæ sunt, usq; in Cæsarum tempus? Huic propositioni respondetur, ut primo ipsi dicant, utrum profuerint hominibus deorum suorum sacra, quæ constat certis temporibus instituta? Quæ si negant aliquid profuisse ad animarum salutem, nobiscum ea destruunt, & esse inania confitentur. Nos quidem etiam perniciosa monstramus, sed paruum non est, ut ipsi interim prius inania fateantur. Si uero ea defendunt, & sapienter atq; utiliter asserunt instituta, quæro quid actum sit de his qui anteq; hæc instituta essent morte obierunt, hac enim utiq; salute atq; utilitate fraudati sunt. Si autem potuerunt alio modo purgari, cur non idem modus perseuerauit in posteros? Quid opus erat instituere nouitias consecrationes, quæ antiquitus non fuerunt? Hic si dicunt, deos quidem ipsos semper fuisse, & ad liberandos cultores suos pariter ubiq; ualuisse, sed pro uarietate rerum temporalium ac terrenarum, quæ scirent certis temporibus locisq; congruere, in his alias atq; alias, alibi atq; alibi, aliter atq; aliter sibi uoluisse seruiri. Cur hãc quæstionẽ Christianæ religioni ingerunt, in qua nobis ipsi pro dijs suis aut respondere non possunt, aut si possunt, in eo ipso sibi etiam pro nostra religione respondeant. Ita nihil interesse pro diuersa temporum locorumq; congruentia, quàm diuersis sacramentis colatur, si quod colitur sanctum est, Sicut nihil interest pro diuersa linguarum auditorumq; congruentia, quàm diuersis sonis dicatur, si quod dicitur uerum est, dum hoc sane interfit, quod linguæ sonos, quibus inter se sua sensa communicent, etiam homines pacto quodam societatis sibi instituere possunt. Quibus autem sacris diuinitati congruerent, uoluntatem dei secuti sunt, qui rectè sapuerunt. Quæ omnino nunq; defuit ad salutem iusticiæ, pietatiq; mortalium, & si qua in alijs atq; alijs populis una eademq; religione societatis uarie celebrantur, quatenus fiat plurimum refert, quo & humana exhortetur uel coleretur infirmitas, & diuina nõ oppugnetur auctoritas. Quamobrem cum Christum dicamus uerbum dei, per quod facta sunt omnia, & ideo filium quia uerbum, nec uerbum dictum atq; transactum, sed apud incommutabilem patrem incommutabile ipsum atq; incommutabiliter manens, sub cuius regimine uniuersa creatura spiritalis & corporalis, pro congruentia temporum locorumq; administratur, cuius moderandæ & gubernandæ, quid, quando & ubi, circa eam fieri oporteat, sapientia & scientia penes ipsum est. Profecto & anteq; propagaret Hebræorum gentem, per quam sui aduentus manifestationem congruis sacramentis præfiguraret, & ipsis temporibus Israëlitici regni, & deinde cũ se in carne de uirgine accepta mortalibus mortaliter monstrauit, & deinceps usq; nunc cum implet omnia quæ per prophetas ante prædixit, & abhinc usq; in finem sæculi, quo sanctos ab impijs direpturus est, & sua cuiq; retributurus, idem ipse est filius dei, patri coëternus, & incommutabilis sapientia, per quam creata est uniuersa natura; & cuius participatione omnis rationalis anima fit beata. Itaq; ab exordio generis humani, quicunq; in eum crediderunt, eumq; utcunq; intellexerunt, & secundum eius præcepta pie & iuste uixerũt, quandolibet & ubilibet fuerint, per eum procul dubio salui facti sunt. Sicut enim nos in eum credimus, & apud patrem manentem, & qui in carne iam uenerit, sic credebant in eum antiqui, & apud patrem manentem, & in carne uenturum. Nec quia pro temporum uarietate nunc factum annunciatur, quod tunc futurum prænunciabatur, ideo fides ipsa uariata, uel salus ipsa diuersa est. Nec quia una eadẽq; res alijs atq; alijs sacris & sacramentis, uel prædicatur, uel prophetatur, ideo alias atq; alias res uel alias atq; alias salutes

Ioan.

oportet intelligi. Quid autem quando fiat quod ad unam eandemq; fidelium & piorum liberationem pertineat, consilium deo tribuamus, nobis obedientiam teneamus. Proinde alijs tunc nominibus & signis, alijs autem nunc & prius occultius, postea manifestius, & prius à paucioribus, & postea à pluribus, una tamen eademq; religio uera significatur & obseruatur. Nec nos eis obijcimus quod aliter Numa Pompilius deos colendos Romanis instituit, atq; aliter ab eis, uel Italis antea colebantur: Nec quod Pythagoreis temporibus illa philosophia celebrata est, quæ antea uel omnino non erat, uel in paucissimis eadem sentientibus, non tamen eodem ritu uiuentibus fortasse latitabat: Sed utrum illi dij ueri aut colendi sint, & utrum illa philosophia animarum saluti aliquid prosit, hoc cum eis agimus, hoc in quæstionem uocamus, hoc disputando conuellimus. Desinant igitur obijcere nobis, quod omni sectæ, & omni nomini religionis obijci potest. Cum enim non fortuito labi, sed diuina prouidentia tempora ordinari fatentur, quid cuiq; tempori aptum & opportunum sit, humanum consilium prætergreditur, & illinc dispertitur, unde ipsa prouidentia rebus consulit. Si enim dixerint propterea non semper nec ubiq; fuisse Pythagoricam disciplinam, quia Pythagoras homo fuit, neq; hoc in potestate habere potuit: Numquid hoc etiam dicere possunt, eo ipso tempore quando fuit, & in his terrarum locis ubi illa philosophia uiguit, omnes qui eum audire potuerunt, etiam credere sectariq; eum uoluisse? Ac per hoc magis si tantæ potestatis fuisset Pythagoras, & ubi uellet, & quando uellet, sua dogmata prædicaret: Et si haberet etiam cum ea potestate summam rerum præscientiam, nusq; & nunq; appareret, nisi ubi & quando sibi homines credituros esse prænosceret. Proinde cum Christo obijciant, quòd eius doctrinam non omnes sequuntur: Sentiunt enim & ipsi, nequaq; hoc recte obijci posse, uel philosophorum sapientiæ, uel etiam numini deorum suorum. Quid respondebunt si excepta illa altitudine sapientiæ & scientiæ dei, ubi fortassis aliud diuinum consilium longe secretius latet, sine præiudicio etiam aliarum forte causarum, quæ à prudentibus inuestigari queunt, hoc solum eis breuitatis gratia, in huius quæstionis disputatione dicamus, tunc uoluisse hominibus apparere Christum, & apud eos prædicari doctrinam suam, quando sciebat & ubi sciebat esse, qui in eum fuerant crediturí? His enim temporibus & his locis, quibus euangelium eius non est prædicatum, tales omnes in eius prædicatione futuros esse præsciebat, quales non quidem omnes, sed tamen multi in eius corporali præsentia fuerunt, qui in eum nec suscitatus ab eo mortuis credere noluerunt, quales etiam nunc multos uidemus, cum tanta manifestatione de illo compleantur præconia prophetarum, nolle adhuc credere, & malle humana astutia resistere, quàm tam præclare atq; perspicue, tamq; sublimi & sublimiter diffamatæ diuinæ credere auctoritati. Quàmdiu paruus & infirmus est intellectus hominis, diuinæ debet credere ueritati. Quid ergo mirũ si tam infidelibus plenũ orbem terrarũ Christus prioribus sæculis nouerat, ut eis apparere uel prædicare merito nollet, quos nec uerbis nec miraculis suis credituros esse præsciebat? Neq; enim incredibile est tales fuisse tunc omnes, quales ab eius aduentu, usq; ad hoc tempus, tam multos fuisse & esse miramur, & tamen ab initio generis humani, aliâs occultius, aliâs euidentius, sicut congruere temporibus diuinitus uisum est, nec prophetari destitit, nec qui in eum crederent defuerunt, ab Adam usq; ad Moysen, & in ipso populo Israël, qui speciali quodam mysterio gens prophetica fuit, & in alijs gentibus antèq; uenisset in carne. Cum enim nonnulli commemorantur in sanctis hebraicis libris, iam ex tempore Abrahæ, nec de stirpe carnis eius, nec ex populo Israël, nec ex aduenticia societate in populo Israël, qui tamen huius sacramenti participes fuerunt, cur non credamus etiam in cæteris hac atq; illac gentibus, aliâs alios fuisse, quamuis eos commemoratos in eisdem auctoritatibus non legamus? Ita salus religionis huius, per quam solam uera salus uera uera-citerq; promittitur, nulli unq; defuit qui dignus fuit, & cui defuit dignus non fuit. Et ab exordio propagationis humanæ usq; in finem, quibusdam ad præmium, quibusdam ad iudicium prædicatur: Ac per hoc & quibus omnino annunciata non est, non crediturí præsciebantur, & quibus non crediturís tamen annunciata est, in illorum exemplo demonstratur. Quibus autem crediturís annunciatur, hi regno cœlorum & sanctorum angelorum societati præparantur.

Rom. 11

Quare fides catholica reprehendat ritus sacrorum, hostias, thura, & cætera quæ templorum cultus exercuit, cum idem cultus a deo videatur primitus exorsus & institutus.

Quæst. 3.

IAm uideamus eam quæ sequitur quæstionem. Accusam inquit, ritus sacrorum, hostias, thura, & cætera quæ templorum cultus exercuit, cum idem cultus ab ipsis inquit, uel à deo quem colunt exorsus est temporibus priscis, cum inducitur deus primitus eguisse. Huic respondetur, quoniam ex illo scripturarum nostrarum loco hæc quæstio proposita agnoscitur, ubi scriptum est: Cain ex fructibus terræ, Abel autem ex primitijs ouiũ obtulisse munus deo: Hinc potius esse intelligendũ quàm sit res antiqua sacrificiũ, qd' non nisi uni deo uero offerri oportere, ueraces & sacræ literæ monent, nõ q; illo egeat deus, cum in eisdem ipsis literis apertissimè sit scriptum:

Genes. 4.

Dixi domino

Psalm. 15 Dixi domino, deus meus es tu, quoniam bonorum meorum non eges: Sed quòd etiam in his uel acceptandis, uel reprobandis, uel percipiendis, non nisi hominibus consulat: Nobis enim prodest colere deum, non ipsi deo. Cum ergo inspirat & docet quomodo colendus sit, non solum sua nulla indigentia facit, sed nostra maxima utilitate. Significatiua sunt autem omnia talia sacrificia, & quarundam rerũ similitudines, quibus admoneri nos oportet ad ea ipsa quorum similitudines sunt, siue scrutanda, siue noscenda, siue recolenda. De qua re quantum satis est differenda, non breuis sermo flagitandus est, pro nunc respondere nobis propositum non est, præsertim quia in alijs opusculis nostris, de hac re multa iam diximus. Et qui ante nos dei eloquia tractauerunt, de similitudinibus sacrificiorum ueteris testamenti, tanq; umbris figurisq; futurorum copiose locuti sunt. Hoc sane nec in ista breuitate prætereundum est, quòd templum, sacerdotem, sacrificium, & alia quæcunq; ad hæc pertinentia, nisi uni uero deo deberi nossent dij falsi, hoc est dæmones, qui sunt præuaricatores angeli, nunq; hæc sibi à cultoribus suis quos decipiunt expetissent. Verum hæc cum exhibentur deo, secundum eius inspirationem atq; doctrinam, uera religio est: Cum autem dæmonibus secundum eorum impiam superbiam, noxia superstitio: Quapropter qui Christianas literas utriusq; testamenti sciunt, non hoc culpant in sacrilegis ritibus paganorum, quòd construant templa & instituant sacerdotia, & faciant sacrificia, sed quòd hæc idolis & dæmonijs exhibeant. Et idola quidem omni sensu carere quis dubitet? Verumetiam cum his locantur sedibus honorabili sublimitate, ut à precantibus atq; immolantibus attendantur, ipsa similitudine animatorum membrorum atq; sensuum, quamuis insensata & exanimata afficiunt infirmos animos, ut uiuere ac spirare uideantur, accedente præsertim ueneratione multitudinis, qua tantus eis cultus dei impenditur. Quibus morbidis & pestilentiosis affectibus medetur scriptura diuina, quæ rem quidem notam, sed tamen salubri remedio admonitionis inculcat, dicens: Oculos habent et
Psalm. 113. non uident, aures habent & non audiunt, & cætera talia. Hæc enim uerba quo magis aperta & populariter uera sunt, eo magis incutiunt salubrem pudorem illis, qui cum talibus simulacris diuinum cum timore cultum exhibent, eaq; uiuentibus similia uenerantes, adorantes quæ contuentur, eisq; uelut præsentibus preces allegant, uictimas immolant, uota persoluunt, sic afficiuntur omnino, ut ea sensu carentia putare non audeant. Ne arbitrentur autem isti hoc solum nostros libros uelle sonare, quòd huiuscemodi affectus humano cordi ex i-
Psalm. 95. dolis innascitur, apertißime scriptum est: Quoniam
1. Ioan. 5 omnes dij gentium dæmonia. Vnde & apostolica disciplina non solum dicit quod apud Iohannem legitur: Fratres cauete à simulacris, uerumetiam quod apud Paulum. Quid ergo? Dico quòd idolis immolatum sit aliquid? 1. Corin. 10 aut idolum sit aliquid? Sed quæ immolant gentes dæmonijs, & non deo immolant, nolo autem uos socios fieri dæmoniorum. Vnde satis intelligi potest, non tam ipsam immolationem (nam uero deo prisci sancti immolauerũt) sed quòd dijs falsis & impijs dæmonijs immolatur, reprehendi à uera religione, in superstitionibus gentium. Sicut enim ueritas hortatur homines fieri socios sanctorum angelorum, ita seducit impietas ad societatem dæmoniorũ cui præparatus ignis æternus, sicut regnum æternum societati sanctorum. Neq; illinc excusant impij sua sacrilega sacra & simulacra, qd' eleganter interpretantur quid quæq; significẽt. Omnis quippe illa interpretatio ad creaturam refertur, non ad creatorem, cui uni debetur seruitus religionis, illa quæ uno nomine latria græcè appellatur. Nec nos dicimus terram, maria, cœlum, solem, lunam, stellas, & quasdam non in promptu sitas cœlites potestates esse dæmonia, sed cum omnis creatura, partim corporalis sit, partim uero incorporalis, quam etiam spiritalem uocamus, manifestum est id quòd à nobis pie ac religiose fit, à uoluntate animi proficisci, quæ creatura spiritalis est, & omni corporali præponenda. Vnde colligitur corporali creaturæ non esse sacrificandum. Restat spiritalis, quæ uel pia uel impia est: Pia scilicet in hominibus & angelis iustis, & deo rite seruientibus: impia uero in hominibus & angelis iniquis, quos etiam dæmones dicimus: Ac per hoc nec spiritali, quàmuis iustæ creaturæ sacrificandum est: Quoniam quanto magis pia est & subdita deo, tanto minus se tali honore dignatur, quem scit non deberi nisi deo. Quanto ergo pernitiosius est sacrificare dæmonijs, hoc est iniquæ spiritali creaturæ, quæ in hoc proximo et caligin oso cœlo inhabitans, tanq; in ae- Iudæ. 6
reo carcere suo prædestinata est supplicio sempiterno.
Quàmobrem etiam cum se homines superioribus cœlestibus potestatibus, quæ non sunt dæmonia, sacrificare dicũt, & solius nominis interesse arbitrantur, quod illi deos, nos eos angelos appellamus, non se opponunt eis ludificandis multiplici fallacia, nisi dæmones qui errore delectantur, & quodammodo pascuntur humano, quoniam sancti angeli non approbant sacrificium, nisi quod ex doctrina ueræ sapientiæ, ueræq; religionis offertur uni uero deo cui sancta societate deseruiunt. Proinde sicut impia superbia, siue hominum siue dæmonum, sibi hos diuinos honores exhiberi uel iubet uel cupit, ita pia humilitas uel hominum uel angelorum sanctorum, hæc sibi oblata recusauit, & cui deberentur ostendit. Cuius rei manifestißima in sacris literis nostris exempla monstrantur. Distertia autem diuinis eloquijs sacrificia pro temporum congruentia, ut alia fierent ante manifestationem noui testamenti, quod ex ipsa uera & in unius sacerdotis uictima, hoc est effuso Christi sanguine ministratur, & aliud nunc quod huic manifestationi est congruum, qui iam declarato nomine Christiani appellamur, offeri-

appellamur, offerimus, non solum euangelicis, uerumetiam propheticis literis demonstratur. Mutatio quippe non dei, non ipsius religionis, sed sacrificiorum & sacramentorum impudenter nunc uideretur prædicata, nisi fuisset ante prædicta. Quemadmodum enim unus idemq; homo, si deo mane aliud offerat, aliud uespere, pro congruentia diurni temporis, non deum mutat, non religionem, sicut nec salutem, qui alio modo mane, alio uespere salutat: Ita in uniuerso tractu sæculorum cum aliud oblatum est ab antiquis sanctis, aliud ab eis qui nunc sunt offertur, non humana præsumptione, sed auctoritate diuina temporibus congrua sacra mysteria celebrantur, non deus aut religio commutatur.

Quæstio 4

Quomodo Christus cum in Euangelio dixerit, Qua mensura mensi fueritis, remetietur & uobis, Alio loco minetur sibi non credentibus æterna supplicia & sic pœnã infinitã pro temporali peccato.

IAm nunc deinde uideamus, quale sit quod de mensura peccati atq; supplicij proposuit, sic euangelio calumnatus. Minatur inquit Christus sibi nõ credentibus æterna supplicia. Et alibi ait: In qua mensura mensi fueritis remetietur uobis: Satis inquit ridicule atq; contrarie. Nam si ad mensuram redditurus est pœnam, & omnis mensura circumscripta est fine temporis, quid sibi uolunt minæ infiniti supplicij? Istam quæstionem à qualicunq; philosopho esse obiectam atq; propositam, difficile est credere. Quippe qui ait: Omnis mensura circumscribitur tempore, quasi non soleat nisi temporum esse mensura, sicut horarũ, & dierũ, & annorũ. Vel sicut dicimus breuẽ syllabã simplũ habere tẽporis ad syllabã longã. Puto enĩ modios, artabões, urnas & amphoras, nõ tẽporũ esse mensuras quõ ergo omnis mensura circumscribitur tempore? Nõne ipsi dicunt, solem istum sempiternum esse, qui tamen quantus sit ad terram, mensuris geometricis perscrutari audent & enunciare? Quod siue possint siue non possint, constat eum tamen propriam sui orbis habere mensuram. Quia & si comprehendunt quantus sit, mensuram eius comprehendunt, & si hoc non assequuntur, mensuram eius utiq; non comprehendunt, nec ideo nulla est, quia homines eam nosse non possunt. Potest igitur aliquid & sempiternum esse, & certam sui modi habere mensuram, Secundum ipsos enim de solis æternitate locutus sum, ut sua sententia conuincantur atq; concedant esse posse aliquid cum mensura sempiternum: Ac sic non ideo putent non esse credendum de supplicio sempiterno, quod minatus est christus, quia idem dixit: In qua mensura mensi fueritis remetietur uobis. Si enim dixisset, quod mensi fueritis, hoc metietur uobis, etiam sic non omnino ad eandem rem ex omni parte necesse esset referre sententiam. Possumus enim recte dicere, quod plantaueris, hoc decerpes, quamuis nemo plantet pomum sed lignum, decerpit autem pomum magis quàm lignum, sed illud dicimus secundum arboris genus, quia non ficum plantat unde nucem decerpat. Ita dici posset, quod fœceris patieris, non ut si stuprũ fœcerit, stuprum patiatur, sed quod peccato isto fœcit legi, hoc ei lex faciat, id est, quia legem talia prohibentem de sua uita abstulit, auferat eum etiam ipsa lex de hominum uita quam regit, Item si dixisset, quantum mensi fueritis, tantum remetietur uobis, nec sic esset consequens, ut omnimodo æquales peccatis pœnas intelligere deberemus, neq; enim æqualia sunt. Verbi gratia, triticum & hordeum, & profecto dici posset, quantum mensi fueritis, tantum remetietur uobis, hoc est, quantum tritici, tantum hordei. Quod si de doloribus ageretur atq; diceretur, quantum dolorem ingesseritis, tantus ingeretur uobis, fieri posset ut tantus dolor esset, quamuis tempore diuturnior, hoc est, mora maior, ui par. Neq; enim si de duabus lucernis dicamus, tantum ignis iste caluit, quantum ille, ideo falsum erit, quia una earum forte citius extincta est. Non itaq; si aliquid secundum aliud tantum est, secundum aliud non est tantum, quia non omnino tantum est, ideo falsus est modus in quo tantum est. Cum uero dixerit: In qua mensura mensi fueritis, remetietur uobis: Cunq; manifestum sit, aliud esse mensuram in qua metitur aliquid, aliud ipsam rem quæ metitur, iam fieri potest, ut in qua mensura homines mensi essent: Verbi gratia, modium tritici in ea illis metientur milia modiorum, ut & tam multum interesset in quantitate frumenti, & nihil in mensura, ut taceant de ipsarum rerum diuersitate, quia non solum fieri potest ut in qua mensura quisquis mensus fuerit hordeum, in ea illi metiatur triticum, sed qua mensus fuerit frumentum, in ea illi metiatur aurum, & frumenti sit unus modius, auri autem quamplurimi. Ita cum sine comparatione rerum ipsarum, & genus & quantitas differat, dici tamen rectissime potest: In qua mensura mensus est, in ea illi metitum est. Vnde autem hoc dixerit Christus, paulo superius satis elucet. Nolite inquit iudicare, ut non iudicemini: In quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Nunquid si iniquo iudicio iudicabunt iniquo iudicabuntur? Absit. Nulla quippe iniquitas apud deum. Sed ita dictum est: In quo iudicio iudicaueritis, in eo iudicabimini, tanq; diceretur: In qua uoluntate benefœceritis, in ipsa liberabimini, uel in qua uoluntate malefœceritis, in ea puniemini. Velut si quispiam ad turpem concupiscentiam oculis utens excœcari iuberetur, recte utiq; audiret, In quibus oculis peccasti, in eis supplicium meruisti. Iudicio enim quisq; animi sui, seu bono seu malo utitur, uel ad benefaciendũ, uel ad peccandum, Vnde non iniquum est, ut in quo iudicat in eo iudicetur, hoc est ut in

Matth. 7.

Matth. 7.

Matthæi 7

Roman. 9. Matth. 7

est ut in ipso animi sui iudicio pœnas luat, cum ea mala patitur, quæ male iudicantem animum consequuntur. Alia namq; sunt manifesta tormenta, quæ post futura præparantur, etiam ipsa ex eodem malæ uoluntatis cardine extracta: In ipso autem animo, ubi appetitus uoluntatis hominum est, humanorum mensura factorum cantumo pœna sequitur culpam, plærunq; maior non sententis cœcitate grauiore. Ideo cum dixisset: In quo iudicio iudicaueritis, iudicabimini, secutus adiunxit: Et qua mensura mensi fueritis, metietur uobis. In uoluntate quippe propria metietur bonus homo bona facta, & in ea metietur ei beatitudo. Itemq; in uoluntate propria metietur malus homo mala opera, & in ea metietur ei miseria, quoniam ubi quisq; bonus est cum bene uult ibi etiam malus cum male uult. Ac per hoc ibi etiam fit uel beatus uel miser, hoc est in ipso suæ uoluntatis affectu, quæ omnium factorum meritorumq; mensura est. Ex qualitatibus quippe uoluntatum, non ex temporum spacijs, siue recte facta, siue peccata metimur: Alioquin maius peccatum haberetur, arborem deijcere quàm hominem occidere. Illud enim fit longa mora, ictibus multis, hoc uno ictu breuissimo tempore, pro quo tamen exigui temporis tam grandi peccato, si perpetua deportatione homo puniretur, etiam mitius cum illo actum q̃ dignus fuerat diceretur, quàmuis in spacio temporali longitudo pœnæ, cum breuitate facinoris nullo modo sit comparanda. Quid ergo contrarium est, si erunt pariter longa, uel etiam pariter æterna supplicia, sed alijs alia mitiora uel acriora, ut quibus tempus æquale est, non sit æqualis asperitas, propter mensuram etiam peccatorum, non in productione temporum sed in uoluntate peccantium? Voluntas quippe ipsa punitur, siue animi supplicio siue corporis, ut quæ delectatur in peccatis, ipsa plectatur in pœnis, & ut qui iudicat sine misericordia, sine misericordia iudicetur. Et in hac quippe sententia, ad hoc solum eadem mensura est, ut quod non præstitit, non ei præstetur: Atq; ita quòd ipsa iudicatur, æternum erit, quàmuis quod iudicauit, æternum esse nequiuerit. In eadem igitur mensura, quàmuis non æternorum malefactorum æterna supplicia remittuntur, ut quia æternam uoluit habere peccati perfruitionem, æternam uindictæ inuenat sæueritatem. Non autem finit proposita breuitas responsionis meæ, ut colligam omnia uel certe quàmplurima quæ de peccatis, & de peccatorum pœnis sancti libri habent, atq; ex his unam eruam sine ulla ambiguitate sententiam, si tamen id ualeam uiribus meneis, etiam si congruum nanciscar ocium. Nunc tamen arbitror satis esse monstratum, non esse contrarium æternitati suppliciorum, quòd in eadem mensura reddantur, in qua peccata commissa sunt.

An Salomon deum habuisse filium dixerit.

Post hanc quæstionem, qui eas ex Porphyrio proposuit, hoc adiunxit: Sane etiam de illo inquit me dignaberis instruere, si uere dixit Salomon: Filium deus non habet. Cito respondetur. Non solum hoc non dixit uerumetiam dixit quòd deus habeat filium. Apud eum enim sapientia loquens ait: Ante omnes colles genuit me. Et quid est Christus nisi dei sapientia? Item quodam loco prouerbiorum: Deus inquit, docuit me sapientiam, & scientiam sanctorum cognoui. Quis ascendit in cœlum & descendit? Quis collegit uentos in sinum? Quis contuertit aquam in uestimento? Quis tenuit fines terræ? Quod nomen est ei, aut quod nomen est filij eius? Horum duorum quæ in extremo commemoraui, unum retulit ad patrem, id est, quod nomen est ei, propter quod dixerat, Deus docuit me sapientiam. Et alterum euidenter ad filium, cum ait: Aut quod nomen est filij eius, propter cætera quæ de filio magis intelliguntur, hoc est, Quis ascendit in cœlum, & descendit? Quod Paulus ita commemorat: Qui descendit, ipse est & qui ascendit super omnes cœlos. Quis collegit uentos in sinum, id est animas credentium in occultum atq; secretum? Quibus dicitur: Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in deo. Quis conuertit aquam in uestimento, ut dici posset: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis? Quis tenuit fines terræ? Qui dixit discipulis suis: Eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudæa & Samaria, & usq; in fines terræ.

Quæst. 5.

Prouerb 8 1. Corin. 1. Prouer. 30

Ephes. 4.

Collos. 3

Galatas. 3 Actor. 1.

Quomodo Ionas in corde piscis dicatur fuisse. Quid etiam sibi uelit, supra euomitum Ionam cucurbitã natam, & quid causse fuerit vt hæc nasceretur.

Quæstio 6

Postrema quæstio proposita est de Iona, nec ipsa quæ si ex Porphyrio, sed tanq̃ ex irrisione paganorum. Sic enim posita est. Deinde quid sentire inquit, debemus de Iona, qui dicitur in uentre ceti triduo fuisse, quod satis ἀπιθάνως: est & incredibile, transuoratum cum ueste hominem fuisse in corde piscis: Aut si figura est, hanc dignaberis pandere. Deinde quid sibi etiam illud uult, supra euomitum Ionam cucurbitam natam, quid causse fuit ut hæc nasceretur. Hoc enim genus quæstionis, multo cachinno à paganis grauiter irrisum animaduerti. Ad hoc respondetur, quòd aut omnia diuina miracula credenda non sint, aut hoc cur non credatur caussa nulla sit. In ipsum autem Christum quòd tertio die resurrexit non crederemus, si fides Christianorum cachinnum metueret paganorum. Cum autem hinc quæstionem non proposuerit amicus noster, utrum credendum sit uel Lazarum resuscitatum esse quarto die, uel ipsum Christum tertio die resurrexisse, multum miror hoc quod factum est de Iona, eum pro incredibili posuisse, nisi forte facilius putat moratum de sepulchro resuscitari quàm uiuum in tam nasto uentre

Ione 2. Matth. 12.

Ione 4

Ioan. 11.

uentre beluæ potuisse seruari. Vt enim omittam commemorare quanta magnitudo beluarum marinarum ab eis, qui experti sunt iudicetur, uenter quem costæ illæ muniebant, quæ Carthagine in publico fixæ populo notæ sunt, quot homines in spacio suo capere posset, quis non conijciat quanto hiatu patebat os illud, quod uelut ianua speluncæ illius fuit, nisi forte ut posuit, uestis esset impedimento ne Ionas deuorari posset illæsus, quasi per angusta sese coartauerit, qui per abruptum aëris præcipitatus, sic exceptus est, ut prius reciperetur uentre bestiæ, quàm dente lacerare-
Danielis 3 tur. Quanq̃ scriptura neq; nudum neq; uestitum in illud antrum deiectum esse dixerit, ut possit intelligi illuc etiam nudus irruisse, si forte opus erat tanq̃ oui corium, ita illi uestem detrahi, quo facilius sorberetur. Sic enim sunt homines de prophetæ huius ueste sollicitu, quasi aut per fenestram paruam repsisse, aut in balneas intrasse dicatur, quo etiam si necesse esset intrare uestitum, uix molestum esset, non tamen mirum. Sed habent reuera quod non credant, in diuino miraculo uaporem uentris quo cibi madescunt, potuisse ita temperari, ut uitam hominis conseruaret. Quanto incredibilius ergo proponerent tres illos uiros, ab impio rege in caminum missos, deambulasse in medio ignis illæsos? Quapropter si nulla isti diuina miracula uolunt credere, alia disputatione refellendi sunt. Neq; enim debent unum aliquid tanq̃ incredibile proponere, & in quæstionem uocare, sed omnia quæ uel talia, uel etiam mirabiliora narrantur. Et tamen si hoc quod de Iona scriptum est, Apuleius Maudarensis uel Apollonius Tyaneus fœcisse diceretur, quorum multa mira nullo fideli auctore iactitant, quamuis & dæmones nonnulla faciant angelis sanctis similia, non ueritate, sed specie, non sapientia, sed plane fallacia, tamen si de istis ut dixi, quos magos uel philosophos laudabiliter nominant, tale aliquid narraretur, non iam in buccis crepare risus, sed typhus. Ita rideant scripturas nostras, quantum possunt rideant, dum per singulos dies rariores paucioreśq; se uideant, uel moriendo, uel credendo, dum implentur omnia quæ prædixerunt, qui hos contra ueritatem inaniter pugnaturos, uane latraturos, paulatim defecturos, tanto ante riserunt, nobiśq; posteris suis, non solum ea legenda dimiserunt, uerum experienda promiserunt. Non sane absurde, neq; importune requiritur, quid ista significent, ut cum hoc expositum fuerit, non tantum gesta, sed etiam propter aliquam significationem conscripta esse credantur. Prius ergo non dubitet, Ionam prophetam in aluo immanis marinæ beluæ triduo fuisse: Qui uult scrutari, cur nam hoc factum sit: Non enim frustra factum est, sed tamen factum est. Si enim mouent ad fidem quæ figurate tamen dicta non facta sunt, quanto magis mouere debent, quæ figurate non tantum dicta sed facta sunt. Nam sicut humana consuetudo uerbis, ita diuina potentia etiam factis loquitur. Et sicut sermoni humano uerba noua, uel minus usitata, moderate ac decenter aspersa, splendorem addunt, ita in factis mirabilibus congruenter aliquid significantibus, quodammodo luculentior est diuina eloquentia. Proinde quid figurauerit quòd prophetam belua illa deuoratum, tertio die uiuum reddidit, cur à nobis quæritur, cum hoc Christus exponat? Generatio inquit praua & adultera signum quæ- Matth. 12.
rit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ: Sicut enim Ionas fuit in uentre cœti, tribus diebus, & tribus noctibus, sic erit filius hominis in corde terræ, tribus diebus & tribus noctibus. De ipso autem triduo mortis domini nostri Iesu Christi, quomodo ratio reddatur, cum à parte totum intelligitur, in die primo & nouissimo, ut toti tres dies idem cum suis noctibus computentur, longum est disserere, & in alijs sermonibus iam sæpissime dictum est. Sicut ergo Ionas ex naui in aluum cœti, ita Christus ex ligno in sepulchrum, uel in mortis profundum. Et sicut ille pro his qui tempestate periclitabantur, ita Christus pro his qui in hoc sæculo fluctuant: Et sicut primo usum est, ut prædicaretur Niniuitis à Iona, sed nõ ad eos peruenit prophetia Ionæ, nisi postraq̃ eum cœtus euomuit: Ita prophetia præmissa est ad gentes, sed nisi post resurrectionem Christi non peruenit ad gentes. Iam Ione. 4.
uero quòd tabernaculum sibi constituit, & consedit ex aduerso ciuitatis Niniuæ, quid ei futurum esset expectans, alterius significationis personam propheta gestabat, Præfigurabat enim carnalem populum Israel: Nam huic erat & tristicia de salute Niniuitarum, hoc est de redemptione & liberatione gentium. Vnde uenit Christus uocare non Lucæ 5
iustos, sed peccatores in pœnitentiam. Vmbraculum ergo Ione. 4.
cucurbitæ super caput eius, promissiones erant ueteris testamenti, uel ipsa iam munera, in quibus erat utiq; (sicut Colloss. 2
dicit Apostolus) umbra futurorum, tanq̃ ab æstu temporalium malorum in terra promissionis defensaculum præbens. Vernis autem matutinus quo redeunte cucurbita ex Ione. 4
aruit, idem ipse rursus Christus occurrit, ex cuius ore euangelio diffamato, cuncta illa quæ temporaliter apud Israëlitas uelut umbratili prius significatione uigucrunt, euacuata marcescunt. Et cunctis ille populus amisso Hierosolymitano regno, & sacerdotio & sacrificio (quod totum umbra erat futuri in captiua dispersione) magno æstu tribulationis aduritur, sicut Ionas, quod scriptum est, á solis ardore, & dolet grauiter, & tamen dolori eius atq; umbræ, quam diligebat, salus gentium pœnitentium q; præponitur. Adhuc cachinnent pagani, & iam uermem Christum, & hanc interpretationem prophetici sacramenti superbiore garrulitate derideant, dum tamen & ipsos sensim paulatimq; consumat. Nam de omnibus talibus Esaias prophetat, per quem nobis dicit deus: Audite me qui Esaiæ. 51
scitis iudicium populus meus, in quorum corde lex mea est: Opprobria hominum nolite metuere, & detractione eorum ne superemini, nec quòd uos spernant magniduxeritis, Sicut enim uestimentum, ita per tempus absumentur,

& sicut

& sicut lana à tinea comedentur, iusticia autem mea in
Psalm. 2 eternum manet. Nos ergo agnoscamus uermem matutinum, quia & in illo Psalmo cuius titulus inscribitur: Pro susceptione matutina, hoc seipso nomine appellare dignatus est: Ego inquit sum uermis & non homo, opprobrium hominum & abiectio plebis. Hoc opprobrium de illis opprobrijs est, quæ iubemur non metuere, per Esaiam dicentem: Opprobria hominum nolite metuere. Ab isto uerme tanquàm á tinea comeduntur, qui sub eius dente Euangelico, per singulos dies paucitatem suam deficiendo minorantur. Nos hunc agnoscamus, & pro salute diuina humana opprobria sufferamus. Vermis est propter humilitatem carnis, fortasis etiam propter uirginis partum: Nam hoc animal plærunq; de carne, uel de quacunque re terrena, sine ullo concubitu nascitur. Matutinus est, quia diluculo resurrexit: Poterat utique illa cucurbita & sine ullo uermiculo arescere. Postremo si habebat deus adhuc uermem necessarium, quid opus erat addere matutinum, nisi ut ille uermis agnosceretur, qui cantat pro susceptione matutina: Ego autem sum uermis & non homo? Quid ista prophetia, iam ipso rerum effectu & adimpletione lucidius? Si irrisus est uermis iste cum penderet in cruce, sicut in eodem Psalmo scriptum est: Locuti sunt labijs & mouerunt caput: Sperauit in deum, eruat eum, saluum faciat eum quoniam uult eum. Cum completa sunt quæ prædixit: Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea: Ipsi uero considerauerunt & conspexerunt me, diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestem meam miserunt sortem, quod tanta manifestatione futurum in libro antiquo prophetatur, quanta manifestatione factum in nouo Euangelio recitatur. Sed si in hac humilitate (ut dicere cæperam) iste uermis irrisus est, nunquid adhuc irridendus est, cum ea compleri cernimus, quæ consequentia Psalmus ipse habet: Commemorabuntur & conuertentur ad dominum, uniuersi fines terræ: Et adorabunt in conspectu eius, uniuersæ patriæ gentium: Quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium? Sic commoniti sunt Niniuitæ, & conuersi sunt ad dominum. Hanc salutem pœnitentiæ gentium, tanto ante præfiguratam in Iona, dolebat Israël, sicut nunc dolet umbra nudatus & æstu sauciatus. Liceat sane cuilibet quamlibet aliter, dum tamen secundum regulam fidei, cætera omnia quæ de Iona propheta mysterijs operta sunt, aperire. Illud plane quòd in uentre
Iona. 2 ceti triduo fuit, fas non est aliter intelligere, quàm ab ipso cœlesti magistro im Euangelio commemorauimus re-
Matth. 2 uelatum. Proposita exposuimus ut potuimus: Sed ille qui proposuit, iam sit Christianus, ne forte cum expectat ante librorum sanctorum finire quæstiones, prius finiat uitam istam, quàm transeat à morte ad uitam. Fieri enim potest, quòd antequàm Christianis sacramentis imbuatur, quærit de resurrectione mortuorum. Concedendum etiam fortasis quod de Christo quæsiuit, cur tanto post uenerit, uel si quæ sunt aliæ paucæ & magnæ quæstiones, quibus cætera inseruiunt. Si autem qualis est illa: In qua mensura mensi fueritis, metietur uobis: Matth. 7
Vel qualis ista de Iona, etiam omnes tales antequàm sit Christianus, finire cogitat, per parum cogitat uel conditionem humanam, uel ætatem iam suam. Sunt enim innumerabiles quæ non sunt finiendæ ante fidem, ne finiatur uita sine fide. Sed plane retenta iam fide, ad exercendam piam delectationem mentium fidelium studiosissime requirendæ, & quod in eis eluxerit, sine typo arrogantiæ communicandum, quòd autem latuerit, sine salutis dispendio tolerandum.

Sancti Augustini episcopi, liber de sex quæstionibus contra paganos expositis, explicit.

DIVI AVRELII AVGVstini Hipponensis episcopi, in libros ad inquisitiones Ianuarij, ex secundo libro retractationum, Argumentum.

LIBRI DVO QVORVM EST titulus ad inquisitiones Ianuarij, multa de sacramentis continent disputata, siue quæ uniuersaliter, siue quæ particulariter, id est, non per ea quæ in omnibus locis obseruat Ecclesia, nec tamen omnia commemorari potuerunt, sed satis ad inquisita responsum est. Quorum librorum prior Epistola est: Habent quippe in capite quis ad quem scribat, sed ideo inter libros annumeratur hoc opus, quoniam sequens qui nomina nostra non habet, multo est prolixior, & in eo multa plura tractantur. In primo igitur quod de manna dixi, quoniam unicuiq; secundum propriã uoluntatem in ore sapiebat, non mihi occurrit unde possit probari, nisi ex libro Sapientiæ, Sapie. 16
quem Iudæi non recipiunt in auctoritatem canonicam, Exodi. 19
quod tamen fidelibus potuit prouenire, non illis aduersus Numer. 11
deum murmuratoribus, qui profecto alias escas non desiderarent, si hoc eis saperet manna quod uellent.

EIVSDEM DIVI AVRELII Augustini ad inquisitiones Ianuarij primus liber incipit, cuius prænotatio talis est: Dilectissimo filio Ianuario, Augustinus in domino salutem.

Quod Christus societatem noui populi sacramentis numero paucissimis colligauit, illa autem quæ non scripta, sed tradita custodimus, uel ab ipsis Apostolis, uel plenarijs conciliis institutа esse. Cap. I.

ADEA QVAE MEINTERrogasti, mallem prius nosse quid interrogatus ipse responderes: Ita enim uel approbando uel emendando responsiones tuas multo breuius possem respondere, & te facillime aut confirmare aut corrigere. Hoc quidem ut dixi mallem: Sed tamen ut nunc responderem, malui longiorem facere sermonem quàm dilationem. Primo itaq; tenere te uolo, quod est huius disputationis caput, dominum nostrum Iesum Christum, sicut ipse in Euangelio loquitur, leni iugo suo nos
Matth. 11 subdidisse & sarcinæ leui: Vnde sacramentis numero pauciβimis, obseruatione facillimis, significatione præstantiβimis, societatem noui populi colligauit, sicuti est baptiβmus trinitatis nomine consecratus; communicatio corporis & sanguinis ipsius, & si quid aliud in scripturis canonicis commendatur, exceptis his quæ seruitutem populi ueteris pro congruentia cordis illorum, & prophetici temporis onerabant, quæ & in quinq; libris Moysi legũtur. Illa autem quæ non scripta, sed tradita custodimus, quæ quidem toto terrarum orbe obseruantur, datur intelligi, uel ab ipsis Apostolis, uel plenarijs conciliis, quorum est in Ecclesia saluberrima auctoritas commendata atque statuta retineri, sicuti quòd domini passio, & resurrectio, & ascensio in cœlum, & aduentus de cœlo spiritus sancti, anniuersaria solennitate celebrantur, & si quid aliud tale occurrerit quod seruatur ab uniuersis quacunque se diffundat Ecclesia.

Quod illa quæ per loca terrarum regionesq; uariantur, ut q̃ alij ieiunent Sabbato alij non &c̃. liberas habent obseruationes pro eorum inter quos uiuitur societate seruanda. Cap. II.

ALia uero quæ per loca terrarum regionesq; uariantur, sicut est quòd alij ieiunant Sabbato, alij uero non, alij quotidie communicant corpori & sanguini dominico, alij certis diebus accipiunt, alibi nullus dies intermittitur quo non offeratur, alibi Sabbato tantum & dominico, alibi tantum dominico, & si quid aliud huiusmodi animaduerti potest, totum hoc genus rerum liberas habet obseruationes: Nec disciplina ulla est in his melior graui prudentiq; Christiano, quàm ut eo modo agat quo agere uiderit Ecclesiam ad quamcunq; forte deuenerit. Quod enim neq; contra fidem, neq; contra bonos mores iniungitur, indifferenter est habẽdum, & pro eorum inter quos uiuitur societate seruandum est. Credo te aliquando ex me audisse, sed tamen etiam nunc commemoro: Mater mea Mediolanum me cõsecuta, inuenit Ecclesiam Sabbato nõ ieiunantem, cœperat perturbari & fluctuare quid ageret. Tunc ego talia non curabam, sed propter ipsam consului de hac re beatissimæ memoriæ uirum Ambrosium: Respõdit se nihil docere me posse nisi quod ipse faceret, quia si melius nosset id potius obseruaret. Cunq; ego putassem nulla reddita ratione, auctoritate sola sua nos uoluisse admonere, ne Sabbato ieiunaremus, subsecutus est & ait mihi: Cũ Romam uenio ieiuno Sabbato, cum hic sum non ieiuno: Sic & tu, ad quam forte Ecclesiam ueneris eius morem serua, si cuiquam non uis esse scandalo nec quenquam tibi. Hoc cum matri renuntiassem, libenter amplexa est. Ego uero de hac re etiam atque etiam cogitans, ita semper habui tanquam eam cœlesti oraculo susceperim. Sensi enim sæpe dolens & gemens multas infirmorum perturbationes fieri, per quorundam fratrum contentiosam obstinationem & superstitiosam timiditatem, qui in rebus huiusmodi quæ neque scripturæ sanctæ auctoritate, neque uniuersalis Ecclesiæ traditione, neq; uitæ corrigendæ utilitate ad certum possunt terminum peruenire, tãtum quia subest qualiscunq; ratiocinatio cogitantis, aut quia in sua patria sic ipse consuevit, aut quia ibi uidit ubi peregrinationem suam, quo remotiorem à suis, eo doctiorem factum putat, tam litigiosas excitant quæstiones, ut nisi quod ipsi faciunt nihil rectum existiment.

De Eucharistia, an quotidie an rarius sit accipienda, faciat unusquisq; quod secundum suam fidem pie credit esse faciendum. Cap. III.

DIxerit aliquis, non quotidie accipiendam Eucharistiam. Quæsieris quare? Quoniam inquit, eligendi sunt dies quibus purius homo continentiusq; uiuit, quo ad tantum sacramentum dignus accedat. Qui enim manducauerit indigne, iudicium sibi manducat & bibit.
1. Corin. 11 Alius contra: Immo inquit, si tanta est plaga peccati atq; impetus morbi, ut medicamenta talia differenda sint, auctoritate antistitis debet quisq; ab altario remoueri ad agẽdam pœnitentiam, & eadẽ auctoritate reconciliari. Hoc est enim indigne accipere, si eo tẽpori accipiat quo debet agere pœnitentiã, non ut arbitrio suo cũ libet uel auferat se cõmunioni uel reddat. Cæterũ si peccata tanta nõ sunt ut excõmunicandus quisq; homo iudicetur, nõ se debet á quotidiana medicina dñici corporis separare. Rectius inter eos

ter eos fortasse quisq; dirimit litem, qui monet ut præcipue in Christi pace permaneant. Faciat autem unusquisq; quod secundum fidē suam pie credit esse faciendum. Neuter enim eorum exhonorat corpus & sanguinem domini, si saluberrimum sacramentum certatim honorare contendunt. Neq; enim litigauerunt inter se, aut quisquám eorū se alteri proposuit, Zachæus & ille Centurio, cum alter eorum gaudens in domum suam suscepit dominum, alter dixit: Non sum dignus ut intres sub tectum meum: Ambo saluatorem honorificantes diuerso & quasi contrario modo, ambo peccatis miseri, ambo misericordiam consecuti. Valet etiam ad hanc similitudinem, quòd in primo pplo unicuiq; māna secundum propriam uoluntatem in ore sapiebat, sic in ore cuiusq; Christiani sacramentum illud quo subiugatus æstimandus: Nam & ille honorando non audet quotidie sumere, & ille honorando non audet ullo die prætermittere. Contemptum solum non uult cibus ille, sicut manna fastidium. Inde enim & Apostolus indigne dicit acceptum ab eis qui non discernebant à cæteris cibis uenerationē singulariter debita. Continuo quippe cum dixisset: Iudicium sibi manducat & bibit, addidit ut diceret: Nō dijudicans corpus domini, quod satis toto ipso loco in Epistola ad Corinthios prima, si diligenter attēdatur, adparet.

Luce. 19
Matth. 8
1. Cor. 11

Quid faciendum sit peregrino qui uidet in alieno loco perseuerantes in obseruatione quadragesimæ, nec quinta Sabbati lauare relaxareq; ieiunium quod in patria sua non uidit. Cap. III.

SIt aliquis peregrinus ī eo fortè loco ubi perseuerantes in obseruatione quadragesimæ, nec quinta Sabbati lauant, relaxantq; ieiunium. Non inquit hodie ieiunabo. Quæritur causa: Quia non sit inquit in patria mea. Quid aliud ille nisi consuetudinem suam consuetudini alterius præponere conatur? Non enim mihi de libro dei hæc recitaturus est, aut uniuersæ quacunque dilatatur Ecclesiæ plena uoce certabit, aut ostendet istum contra fidem facere, se auttem secundum fidem, moresq; hunc optimos aut illum uiolare, aut se custodire cōuincet: Violant sane quietem & pacem suam desuperflua quæstione rixando. Mallem tamen in rebus huiusmodi, ut & ille in huius, & hic in illius patria, ab eo quod cæteri faciūt nō abhorreret. Si uero etiam in aliena patria cum peregrinetur, ubi maior & frequentior est populus dei, uidit, uerbi gratia, bis offerre quinta Sabbati hebdomadæ ultimæ quadragesimæ & mane & ad uesperam, ueniensq; in patriam suam, ubi in fine diei mos est offerri, male illiciteq; fieri contendat, quoniam alibi aliter ipse uiderit, puerilis est sensus ille cauendus in nobis, tolerandus & corrigendus in nostris.

Respondet ad quæstionem, an quinta feria ultimæ hebdomadę Paschæ offerendū sit mane & rursus post cœnam, an ieiunādum & post cœnam tantummodo offerendum, an etiam ieiunandum & post oblationē cœnandum. Cap. V.

PRima ergo inquisitio tua quā ī cōmonitorio posuisti, ex quo triū istorum genere sit attende. Quæris enim his uerbis, quid per quintam feriam ultimæ hebdomadis Paschæ fieri debeat: An offerendum sit mane, & rursus post cœnam, propter illud quod dictum est: Similiter postq; cœnatum est: An ieiunandum, & post cœnā tantummodo offerendū: An etiam ieiunandum, & post oblationem sicut facere solemus cœnandum. Ad hæc itaq; ita respondeo, ut quid horum sit faciendū, si diuinæ scripturæ præscribit auctoritas, nō sit dubitandū quin ita facere debeamus ut legimus, ut iam non quomodo faciendū, sed quomodo sacramentum intelligendū sit disputemus. Similiter etiam si quid horū tota die per orbem frequentat Ecclesia: Nam hoc quin ita faciendū sit disputare, insolentissimæ insaniæ est. Sed neq; hoc neq; illud est in eo quod tu quæris. Restat igitur ut de illo tertio genere sit q, per loca regionesq; uariatur. Faciat ergo quisq; quod in ea Ecclesia in quam uenit inuenerit. Non enim quicquám eorum contra fidem est, aut contra bonos mores, si hinc uel inde meliores. His enim causis, id est, aut propter fidem, aut propter mores, uel emendari oportet quod perperam fiebat, uel instituī quod non fiebat. Ipsa quippe mutatio consuetudinis, etiam quæ adiuuat utilitate, nouitate perturbat. Quapropter quæ utilis non est, perturbatione infructuosa consequenter noxia est. Nec ideo putari debet institutū esse multis locis, ut illo die post refectionē offeratur, quia scriptum est idemidem: Et calicem accipiens post cœnam dicens &c. Ipsam enim potuit appellare cœnam, quia iam corpus acceperant, ut deinde calicem acciperent. Apostolus namq; alibi dicit: Conuenientibus ergo uobis in unum, non est dominicam cœnam manducare, hanc ipsam acceptionem Eucharistiæ dominicam cœnam uocans.

Luce. 22
1. Cor. 11
Luce. 22

Non ideo calumniandum esse uniuersæ Ecclesiæ, q̄ a ieiunis corpus Christi semper accipitur, cum primum illud discipulos non ieiunos accepisse constet. Cap. VI.

ILlud magis mouere potuit homines, utrum iam refecti die illa uel offerrent uel sumerent Eucharistiam, quod in Euangelio dicitur: Cum autem illi manducarent, accepit Iesus panem & benedixit, cū etiam superius dixisset: Cum sero factum esset, recumbebat cum duodecim, & manducantibus eis dixit: Quoniam unus ex uobis me tradet. Post enim tradidit sacramentum. Et liquido apparet, quando primum acceperunt discipuli corpus & sanguinem domini, non eos accepisse ieiunos: Nū quid tamen propterea calumniandū est uniuersæ Ecclesiæ, quòd à ieiunis semper accipitur? Ex hoc enī placuit

Matth. 29

ſpiritu ſancto, ut in honore tanti ſacramenti in os Chriſtiani prius dominicũ corpus intraret quàm exteri cibi: Nam ideo per uniuerſum orbem mos iſte ſeruatur. Neq; enim quia poſt cibos dedit dominus, propterea prãſi aut cœnati fratres ad illud ſacramentum accipiendum conuenire debent, aut ſicut faciebant quos Apoſtolus arguit & emendat, menſis ſuis iſta miſcere. Namq; ſaluator quo uehementius cõmendaret myſterij illius altitudinem, ultimũ hoc uoluit infigere cordibus & memoriæ diſcipulorum, á quibus ad paßionem digreſſurus erat. Et ideo non præcepit quo deinceps ordine ſumeretur, ut Apoſtolis per quos Eccleſias diſpoſiturus erat, ſeruaret hunc locũ: Nã ſi hoc ille monuiſſet, ut poſt cibos alios ſemper accipere-

1. Corin. 11 *tur, credo quòd eum morem nemo uariaſſet. Cum uero ait Apoſtolus de hoc ſacramento loquens. Propter quod fratres cum cõuenitis ad manducandũ inuicem expectate: Si quis eſurit, domi manducet, ut non ad iudicium cõueniatis, ſtatim ſubtexuit: Cætera autem cum uenero ordinabo. Vnde intelligi datur, quia multum erat ut ĩ Epiſtola totum illum agendi ordinem inſinuaret, quem uniuerſa per orbem ſeruat Eccleſia, ab ipſo ordinatum eſſe, quod nulla morum diuerſitate uariatur.*

Dicit nonnullorum eſſe probabilem rationem, ut uno certo die per annum poſt cibos offerri & accipi corpus & ſanguinem domini liceat, ipſe tamen arbitretur ea honeſtius fieri ieiunando: Oſtendit etiam unde mos lauandi in quinta feria ortus ſit. Cap. VII.

Sed nonnullos probabilis quædam ratio delectauit, ut uno certo die per annum quo ipſam cœnam dominus dedit, tanq; ad inſigniorem commemorationem, poſt cibos offerri & accipi liceat corpus & ſanguis domini: Honeſtius autem arbitror ea hora fieri, ut qui etiam ieiunauerit poſt refectionem quæ hora nona fit, ad oblationẽ poßit occurrere. Quapropter neminẽ cogimus dominica illa cœna prandere, ſed nulli etiam contradicere audemus. Hoc tamen non arbitror inſtitutum, niſi quia plures & prope omnes in plæriſq; locis eo die cœnare conſueuerunt. Et quia nonnulli etiam ieiunium cuſtodiunt, mane offertur Chriſto propter prandentes, quia ieiunia ſimul & lauacra tolerare non poſſunt, ad ueſperam uero ſemper ieiunantes. Si autem quæris, cur etiam lauandi mos ortus ſit. Nihil mihi de hac re cogitanti probabilius occurrit, niſi quia baptizandorum corpora per obſeruationem quadrageſimæ ſordidata, cum offenſione ſenſus ad fontem tractarẽtur, niſi aliqua die lauarentur. Iſtum autem diem potius ad hoc electum quo cœna dominica annuerſarie celebratur. Et quia conceſſum eſt hoc baptiſmũ accepturis, multũ cum his lauare uoluerunt ieiuniumque relaxare. His ut potui diſputatis, moneo ut ea quæ præ-

locutus ſum ſerues quantum potes, ut decet Eccleſiæ prudentem ac pacificum filium. Alia quæ interrogaſti, ſi deus uoluerit alio tempore expediam.

Sancti Auguſtini epiſcopi, ad inquiſitiones Ianuarij liber primus explicit.

EIVSDEM DIVI AVRELIJ Auguſtini epiſcopi, ad inquiſitiones Ianuarij liber ſecundus incipit.

Soluit quæſtionem, cur anniuerſarius Paſchæ dies, qui tranſitus de morte ad uitam interpretatur, nõ ad eundem anni diem redeat, ſicut dies qua traditur natus. Cap. I.

Lectis literis tuis, ubi me cõmonuiſti, ut debitum redderem de reſiduis enodandis quæſtionibus, quas iam longe ante quæſieras, gratiſſimum mihiq; chariſſimũ deſideriũ ſtudij tui amplius differri tolerare non potui. Et quamuis in mediis aceruis occupationũ mearum hãc fœci præcipuam, ut ad ea quæ me interrogaſti reſpondẽrẽ tibi. Diutius aũt de tua Epiſtola diſputare nolo, ne hoc ipſum me impediat, iam tãdem redhibere quod debeo. Quæris quæ cauſa ſit, cur anniuerſarius dies celebrandæ dominicæ paßionis, non ad eundem redeat anni diem, ſicut dies qua traditur natus. Et deinde ſubiungis, ſi hoc ſit propter Sabbatum & Lunam, quid ſibi uelit in hac re obſeruatio Sabbati & lunæ. Hic primum oportet, ut noueris diem natalem domini, non in ſacramento celebrari, ſed tantum in memoriam reuocari quòd natus ſit, ac per hoc nihil opus erit, niſi reuolutum anni diem, quo ipſa res acta eſt, feſta deuotione ſignificari. Sacramentum eſt autem in alia celebratione, cum rei geſtæ ita rememoratio fit, ut aliquid etiam ſignificari intelligatur, quod ſanctè accipiendum eſt. Eo itaq; modo agimus Paſcha, ut non ſolum in memoriam quod geſtum eſt reuocemus, id eſt quòd mortuus eſt Chriſtus & reſurrexit, ſed etiam cætera quæ circa ea atteſtantur, ad ſacramenti ſignificationem non omittamus. Quia enim ſicut dicit Apoſtolus: Mortuus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram. Roma. 4

Tranſitus quidem de morte ad uitam in illa paßione domini & reſurrectione ſacratus eſt. Nam etiam uocabulum ipſum quod Paſcha dicitur, non græcum, ſicut uulgo uideri ſolet, ſed hebræum eſſe dicunt, qui linguam utranque nouerunt. Neq; enim á paßione, quoniam græce

πάθος

πασχα dicitur pati, sed ab eo quòd transitur ut dici de morte ad uitam hebræo uerbo res appellata est. In quo eloquio Pascha transitus dicitur, sicut perhibent qui hoc
Iohan. 5 sciunt. Quod uoluit & ipse dominus tangere cum dicit: Qui credit in me transiet de morte ad uitam. Et maxime idem Euangelista hoc exprimere uoluisse intelligitur, cum celebraturo domino Pascha cum discipulis
Iohan. 13 suis, ubi cœnam eis mysticam dedit: Cum uidisset inquit, Iesus quia uenit eius hora ut transiret de mundo ad patrem. Transitus ergo de hac uita mortali in aliam uitam immortalem, hic est enim de morte ad uitam, in passione & in resurrectione domini commendatur.

Quod transitus noster de morte ad uitam, spe peragitur futuræ resurrectionis, quæ in Christi corpore præmõstrata est. Cap. II.

Hic transitus à nobis modo agitur per fidem, quæ nobis est in remissionem peccatorum, in spem uitæ æternæ diligentibus deum & proximum, quia fides p
Galatas 5 Abacuk. 2 dilectionem operatur, & iustus ex fide uiuit. Spes autem
Roman. 8 quæ uidetur non est spes: Quod enim uidet quis quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. Secundũ hanc fidem & spem et dilectionem qua cœpimus esse sub gratia, iam cum mortui sumus cum Christo, & consepulti illi per baptismum, sicut
Roma. 6 dicit Apostolus: Quia & uetus homo noster simul con-
Ephe. 2 fixus est cruci cum illo, & resurreximus cum illo, quia
Collo. 3 simul nos excitauit, & simul sedere fecit in cœlestibus. Vnde est illa exhortatio: Si autem resurrexistis cum Christo, quæ sursum sunt quærite, ibi Christus est ad dexteram dei sedens, quæ sursum sunt sapite, non quæ super terram. Sed quia sequitur & dicit: Mortui enim estis, & uita uestra abscondita est cum Christo in deo, cum Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum illo in gloria, satis indicat quid uelit intelligi, quia tunc
1. Corin. 15 transitus noster de morte ad uitam qui fit per fidem, spe peragitur futuræ in fine resurrectionis & gloriæ, cum corruptibile hoc, id est caro ista in qua gemimus modo, induet incorruptionem, & mortale hoc induet immortalitatem. Nunc enim quidem iam habemus primitias spũs
Roma. 8 per fidem, sed adhuc in nobisipsis ingemiscimus adoptionem expectantes redemptionem corporis nostri: Spe enim salui facti sumus. In hac spe cum simus, corpus quidem
Roman. 8 mortuum est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iustitiam. Sed uide quod sequitur: Si autem spiritus eius inquit, qui suscitauit Christum á mortuis habitat in uobis, qui suscitauit Christum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritũ eius in uobis. Hic igitur uniuersa Ecclesia quæ in peregrinatione mortalitatis inuenta est, expectat in fine sæculi quod in domini nostri Iesu Christi corpore præmon-
Collo. 1. stratũ est, qui est ex mortuis primogenitus, quia & corpus eius cuius caput est ipse, non nisi Ecclesia est.

Q2 propter uitæ nouitatem, quæ quidem transitus est de morte ad uitam, primus mensis in anni mensibus celebrationi Paschæ attributus sit.

Cap. III.

Nonnulli enim attendentes uerba quæ assidue dicit Apostolus: Quia & mortui sumus cũ Christo, & resurreximus cum eo, nec intelligentes quatenus dicatur, arbitrati sunt iam factam esse resurrectionem, nec ullam ulterius in fine temporum esse sperandam: Ex qui 2. Thim. 2
bus est inquit Hymenæus & Philetus, qui circa ueritatẽ aberrauerunt, dicentes resurrectionem iam factam esse & fidem quorundam subuerterunt. Idem Apostolus eos arguens detestatur, qui tamen dicit nos resurrexisse cum Christo. Vnde, nisi quia hoc per fidem & spem & dilectionem factum esse dicit in nobis secundum primitias spiri Roman. 8
tus? Sed quia spes quæ uidetur non est spes, & ideo si quod nõ uidemus speramus, per patientiam expectamus: Restat utiq; redemptio corporis nostri quam expectantes in nobismetipsis ingemiscimus. Vnde est illud: Spe gaudentes, i tribulatiõe patientes. Hæc igitur inouatio uiRoman. 12
tæ nostræ, est quidam trãsitus de morte ad uitã, qui primo fit p fidẽ, ut ĩ spe gaudeamus & in tribulatione patiẽtes simus, dũ adhuc exterior noster homo corrũpitur, sed 2. Corin. 4
interior renouatur de die in diem propter initium nouæ uitæ, propter nouum hominem quem iubemur induere et exuere ueterem, expurgantes uetus fermentum ut simus noua cõsperſio, quoniam Pascha nostrum immolatus est 1. Corin. 5
Christus. Propter hanc ergo uitæ nouitatem, primus mẽsis in anni mensibus, celebrationi huic attributus est. Nã & ipse dicitur mensis nouorum: Quia uero in toto tempore sæculi nunc tertium tempus apparuit, ideo resurrectio domini triduana est. Primum enim tempus est ante legem, secundum sub lege, tertium sub gratia, ubi iam manifestatio est sacramenti prius occulti ĩ prophetico ænigmate. Hoc ergo & in lunari numero significatur, quia enim septenarius numerus solet in scripturis ad quandã perfectionem mysticus apparere, tertia hebdomada lunæ Pascha celebratur, id est qui dies occurrerit á quartadecima in uicesimam primam.

Vnde incrementum & decrementum lunæ causetur, & de stulta opinione Manicheorum de Luna. Cap. IIII.

Est illic & aliud sacramentum, quod si tibi obscurũ fuerit, quia in talibus inquisitionibus minus eruditus es, nõ cõtristeris: Nec ideo me putes meliorẽ, quia hæc in studijs puerilibus didici. Qui enĩ gloriatur, ĩ eo glorietur inquit scire & intelligere, quoniã ego sum dominus. Nõnulli ergo studiosi talium rerũ, quæsiuerunt multa de numeris & motibus syderum: Et qui subtilius ista scrutati sunt, incrementa & decrementa lunaria ex conuersione globi eius coniecerunt, non quòd aliquid substantiæ uel accedat ad eam cum augetur, uel decedat cum minui-

tur, quod deliramentum imperiti Manichæi opinantes repleri eam dixerunt, ſicut repletur nauis ex fugitiua dei parte, quam cõmixtam principibus tenebrarũ & eorum ſordibus inquinatam corde ac ore ſacrilego, & credere et loqui non dubitant. Hinc ergo impleri Lunam dicunt, cum eadem magna pars dei magnis laboribus ab inquinamento purgata, de toto mundo atq; omnibus cloacis fugiens, redditur deo lugenti dum redeat: Repleri uero p menſem dimidium, & alio dimidio in ſolem refundi uelut in aliam nauem. Nec tamen inter iſtas anathematizantes blaſphemias aliquid unquam fingere potuerunt, cur uel incipiens lucere, uel deſinens corniculato lumine fulgeat, aut cur à dimidio menſe incipiat minui, & non ad refundendum plena perueniat. Illi autem qui hoc certis numeris indagarunt, ita ut & defectus Solis & Lunæ nõ ſolum cur fierent, ſed etiam quando futuri eſſent longe ante prædicerent, & eos determinatis interuallis temporum canonica ſupputatione præfigerent, literisq; mandarent, quas modo qui legunt atq; intelligunt, nihilominus eos prædicunt, nec aliter aut aliàs accidunt quám prædicũt. Tales ergo (quibus non eſt ignoſcendũ, ſicut ſancta ſcriptura dicit, quia cum tantum ſcire ualerent ut poſſent æſtimare ſæculum, quomodo dominum eius ſupplici pietate non facilius inuenerunt) ex ipſis cornibus Lunæ quæ á Sole auerſa ſunt, ſiue creſcentis ſiue decreſcentis, coniecerunt eã uel à ſole illuſtrari, & quanto magis ab eo recederet, tanto magis ab ea parte quæ terris apparet radios eius excipere, quanto autem ad eum magis poſt dimidium menſem ex alio ſemicirculo propinquaret, tanto magis à ſuperiori parte illuſtrata ab ea parte quam terris aduerteret non poſſe excipere radios, & propterea uideri decreſcere, uel ſi haberet ſuum lumẽ, illud haberet ex una parte in hemiſpærio, quam partem cũ recedens á ſole paulatim terris oſtenderet, donec coram oſtenderet quaſi augmenta monſtrare, dum nõ addatur quod decerat, ſed ꝙdatur qd' inerat, ac rurſus pau'atim abſcõdere qd' patebat, & ideo uideri decreſcere. Sed quodlibet horum ſit duorum, illud certum atq; manifeſtum eſt, & cuiuis aduertenti facile cognitu, quòd Luna non augeatur ad oculos noſtros, niſi á ſole recedendo, neque minuatur niſi ad ſolem ex parte alia propinquando.

Sapie. 13

Quid ſignificet: Sapiens ſicut ſol permanet, ſtultus autem ut luna mutatur, & cur tranſitus ille de morte ad uitam quod Paſcha nominatur, a quartadecima luna præcipitur obſeruari. Cap. V.

Eccleſ. 27

ATtende nunc quod in prouerbijs legitur: Sapiens ſicut ſol permanet, ſtultus autem ſicut luna mutatur. Et quis eſt ſapiens qui permanet, niſi ſol ille iuſtiMalach. 4 ciæ, de quo dicitur: Ortus eſt mihi ſol iuſticiæ, & quem ſibi non fuiſſe ortum in die nouiſſima plangentes impij dicturi ſunt: Et iuſticiæ lumen non luxit nobis, & ſol nõ ortus eſt nobis? Nam iſtum carnis oculis uiſibilem ſolem oriri facit ſuper bonos & malos deus, qui etiam pluit ſuper iuſtos & iniuſtos. Ducuntur autem ſæpe ex rebus uiſibilibus inuiſibilium congruæ ſimilitudines. Quis eſt ergo ille ſtultus qui tanquam Luna mutatur, niſi Adam in quo omnes peccauerunt? Anima quippe humana recedens á ſole iuſticiæ, ab illa ſcilicet interna contemplatione incommutabilis ueritatis, omnes uires ſuas in terrena cõuertit, & eo magis magis q; obſcuratur in interioribus ac ſuperioribus ſuis: Sed cum redire cœperit ad illam incommutabilem ſapientiam, quanto magis ei appropinquat affectu pietatis, tanto magis exterior homo corrumpitur, ſed interior renouatur de die in diem, omnis q; lux illa ingenij quæ ad inferiora uergebat, ad ſuperiora conuertitur, & à terrenis quodammodo auſertur, ut magis magis q; huic ſæculo moriatur, & uita eius abſcondatur cum Chriſto in deo. Mutatur ergo in deterius ad exteriora progrediens, & in uita ſua proijciens intima ſua, & hoc terræ, id eſt, eis qui terrena ſapiunt, melius uidetur, cum laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & qui inique gerit benedicitur. Mutatur autem in melius, cum intentionem ſuam & gloriam á terrenis quæ in hoc ſæculo apparent, paulatim auertit, & ad ſuperiora ab inferioribus conuertit, & hoc terræ, id eſt, eis qui terrena ſapiunt deterius uidetur. Vnde illi impij poſtremam infructuoſam agentes pœnitentiam, etiam hoc inter multa dicturi ſunt: Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum & in ſimilitudinem improperij: Nos inſenſati uitam illorum æſtimabamus inſaniam. Ac per hoc ſpiritus ſanctus de uiſibilibus ad inuiſibilia, & de corporalibus ad ſpiritalia ſacramenta ſimilitudinem ducens tranſitum illum de alia uita in aliam uitam, quod Paſcha nominatur, á quartadecima Luna uoluit obſeruari, ut non ſolum propter tempus tertium quod ſupra commemoraui, quia inde incipit hebdomada tertia, ſed etiam propter ipſam tertiam conuerſionem ab exterioribus ad interiora de Luna ſimilitudo aſſumeretur, uſq; ad uicesimam uero & primam propter ipſum numerum ſeptenarium, quo uniuerſitatis ſignatio ſæpe figuratur, qui etiam ipſi Eccleſiæ tribuitur propter inſtar uniuerſitatis.

Sapie. 5

Quod per mutabilitatem lunę, Eccleſia in ſcripturis ſignificatur, quæ in iſta mortalitate peregrinatur, quæ tamen luna non eſt adoranda, quia ducitur ex ea aliqua ſimilitudo ad diuina myſteria ſignificanda. Cap. VI.

IDeo Iohannes Apoſtolus in Apocalypſi, ad ſeptem ſcribit Eccleſias. Eccleſia uero adhuc in iſta mortalitate carnis conſtituta, propter ipſam mutabilitatem lunæ nomine in ſcripturis ſignatur. Vt eſt illud, Paratæ ſunt ſa-

Apoco. 1 Pſal. 10

runt sagittas suas in pharetra, ut sagittent in obscura Luna rectos corde. Prius enim quàm fiat illud quod dicit Apostolus, Cum Christus apparuerit uita uestra, tunc & uos apparebitis cum ipso in gloria, obscura uidetur ecclesia in tempore peregrinationis suæ, inter multas iniquitates gemens, & tunc sunt timendæ insidiæ fallacium seductorum, quas nomine sagittarũ intelligi uoluit. Vnde alio loco propter nuncios fidelissimos ueritatis quos ubiq; parit ecclesia, dicitur, Luna testis in cœlo fidelis. Et cum de regno domini Psalmus cantaret, Orietur inquit in diebus eius iustitia & abundantia pacis, donec auferatur Luna, id est, abundantia pacis intantum crescet, donec omnem mutabilitatem mortalitatis absumat. Tunc nouissima inimica destruetur mors, & quicquid nobis resistit ex infirmitate carnis. Vnde nobis perfecta pax nondum est, consumetur omnino, cum corruptibile hoc induerit incorruptionem, & mortale hoc induerit immortalitatem. Vnde & illius ciuitatis muri quæ Hiericho appellatur, quod in Hebræo eloquio Luna interpretari dicitur, septimo circumitu testamenti arcæ corruerunt. Quid enim nunc aliud agit annunciatio regni cœlorum, quàm circumitio arcæ significauit, nisi ut omnia munimenta mortalis uitæ, id est, omnis spes huius sæculi quæ resistit spei futuri sæculi, in dono septenario spiritus sancti, per liberum arbitrium destruatur? Ob hoc enim circumeunte arca, non impulsu uiolento illi muri ceciderunt, sed sponte. Sunt & alia testimonia scripturarum, quæ nobis ingerũt per commemorationem Lunæ ecclesiæ significationem, quæ in ista mortalitate ab illa Hierusalem, cuius ciues angeli sunt, in ærũnis & laboribus peregrinatur. Non uideo tamen putare debere stulti, qui nolunt in melius commutari, adoranda esse illa luminaria, quia ducitur ex eis aliquando similitudo ad diuina mysteria figuranda. Ex omni enim creatura ducitur. Nec ideo debemus in sententiam damnationis irruere, quæ ore Apostolico de quibusdam profertur, qui coluerũt et seruierunt creaturæ potius q̃ creatori, qui est benedictus in sæcula. Sicut enim non adoramus pecora, q̃uis dictus sit Christus & agnus et uitulus, nec ferã, quia dictus est Leo de tribu Iuda, nec lapidem, quia petra erat Christus, nec montem Sion, quia in ipso figuratur ecclesia, sic nec Solem nec Lunam, q̃uis ex ea cœlesti creatura sicut ex multis terrestribus sacramentorum figuræ ad informationes mysticas assumantur.

Collo. 3.
Psalm. 88
Psalm. 71
Iosuę. 6
Rom. 1
Iohan. 1. Apoc. 5 1 Cor. 10

Q3 cum ad Solis & Lunæ computationẽ pascha celebramus, non obseruamus dies, & annos, & menses, & tẽpora, sic̃ Manichęi & Mathematici nobis obijciunt. Cap. VII.

QVapropter Manichæorum uel Mathematicorum deliramenta cum detestatione irridenda sunt, quibus cũ obiecerimus uana cõmenta, unde homines in errorem præcipitant, quo prius præcipitati sũt garruli sibi uidentur, cum dicunt nobis, Cur et uos ad Solis & Lunæ computationem pascha celebratis? Quasi nos ordines syderũ ac uicissitudines temporum à summo atq; optimo deo conditas arguamus, & non eorum peruersitatem quæ rebus sapientissime conditis ad stultissimas opiniones abutitur? Nam etsi Mathematicus nobis contradicturus est de syderibus & luminaribus cœli ad sacramenta mystice figuranda similitudines ducere, Contradicant & Augures, ne dicatur nobis, Estote simplices ut columbæ. Contradicant & Marsi, ne dicatur nobis, Astuti sicut serpentes, Contradicant Histriones, ne in Psalmis citharam nominemus. At quid ex his rebus ad mysteria uerborũ dei similitudinũ signa sumuntur? Dicant si placet, uel auspicia nos captare, uel uenena conficere, uel theatricas affectare luxurias, quod dementissimũ est dicere. Non igitur nos de Sole & Luna annuis menstruisue temporibus actionũ nostrarũ euenta conijcimus, ne in uitæ humanæ periculosissimis tempestatibus tanq̃ in scopulos miseræ seruitutis illisi à libero arbitrio naufragemus, sed ad rem sacratæ significandã similitudines aptas religiosissima deuotione suscipimus, sicut de cætera creatura, de uentis, de mari, de terra, de uolatilibus, de piscibus de pecoribus, de arboribus, de hominibus. Ad sermonem quidem multipliciter, ad celebrationem uero sacramentorũ iam Christiana libertate parcissime, sicut de aqua, de frumento, de uino, de oleo. In seruitute autem ueteris populi etiam multa celebrari imperata sunt, quæ nobis tantũmodo intelligenda traduntur. Non itaq; dies obseruemus, & annos, & menses, & tempora, ne audiamus ab Apostolo, Timeo ne forte sine caussa laborauerim in uobis. Eos enĩ inculpat qui dicunt, nõ ꝓficiscar, quia posterus dies est, aut quia Luna sic fertur, uel proficiscar ut ꝓspera cedant, quia ita se habet positio syderũ. Non agam hoc mense cõmerciũ, quia illa stella mihi agit mensem, uel agam, quia illa stella mihi suscipit mensem. Non plantem hoc anno uineam, quia bisextus est. Non autem quisq̃ sapiens arbitretur obseruatores tẽporũ reprehendẽdos qui dicunt, Non proficiscar hodie, quia tempestas exorta est, aut non nauigem, quia adhuc sum hybernæ reliquiæ, aut tẽpus seminandi est, quia imbribus autũnalibus terra satiata est, uel si qui forte alij naturales effectus circa motũ aẽris & humoris ad uariãdas tẽporũ qualitates in syderũ ordinatissima conuersione notati sunt, de quibus dictum est cũ conderentur, Et sint in signis, & temporibus, & diebus, & in annis. Si quæ aũt figuræ similitudinũ, non tantũ de cœlo & de syderibus, sed etiam de inferiori creatura ducuntur ad dispensationẽ sacramentorũ, eloquentia quædã est doctrinæ salutaris monendi affectui discentiũ accõmodata à uisibilibus ad inuisibilia, à corporalibus ad spiritalia, à temporalibus ad æterna.

Galla. 4
Genes. 1

Quid significet, q eo tpe pascha celebramus, quo Sol est in Ariete. Cap. VIII.

NEc quisquàm nostrum attendat quòd eo tempore quo pascha celebramus Sol in ariete est, sicut illi appellant quendam syderum locum, ubi reuera mense nouorum sol inuenitur, sed siue illi arietem, siue aliquid aliud eandem partem cœli uocare uolucrint, nos de scripturis sanctis hoc didicimus, quòd omnia sydera deus condidit, & locis cœlestibus quibus uoluit, ordinauit, quæ stellis distincta & ordinata in quaslibet partes diuidant, quibuslibet uocabulis uocent, ubicumq; Sol esset mense nouorum, illic eum reperiret hæc celebratio, propter similitudinem sacramenti renouandæ uitæ, de qua satis supra diseruimus. Quòd si etiam locus ille syderum Aries uocari posit propter aliquam figuræ congruentiam, neque huiusmodi timeret sermo diuinus aliquam sacramenti similitudinem ducere, sicut de alijs non solum cœlestibus, sed etiã terrestribus creaturis, sicut de Orione uel Pliadibus, sicut de monte Sina, & de monte Sion, sicut de fluminibus quæ uocantur Geon, Phison, Tigris, Euphrates, sicut de ipso totiens in sanctis mysterijs nobilitato fluuio Iordane rerum figurate insinuandarum mysticas similitudines adduxit. Sed quantum interfit inter syderum obseruationes ad aëreas qualitates accommodatas, sicut agricolæ uel nautæ obseruant, aut ad notandas partes mũdi, cursumq; aliquo & aliunde dirigendum, quod gubernatores nauiũ faciunt, & hi qui p solitudines arenosas in interiora austri nulla semita certa, uel recta gradiuntur, aut cum ad aliquid in doctrina utili figurate significandum fit nonnullorum syderum aliqua commemoratio. Quantum ergo interfit inter has utilitates & uanitates hominum ob hoc obseruantium sydera, ut nec aëris qualitates, nec regionum uias, nec solis temporũ numeros, nec spiritalium similitudines, sed quasi fatalium rerum euenta perquirant, quis non intelligat?

Soluit quæstionem, cur id obseruetur cũ pascha celebratur, vt sabbatum occurrat. Cap. IX.

SEd iam deinceps uideamus, cur etiam id obseruetur cum pascha celebratur. ut sabbatum occurrat. Hoc enim propriũ Christianæ religionis est, Nam Iudæi mensem nouorum tantummodo & Lunam obseruant à quartadecima usq; ad uicesimamprimam. Et quia illud eorum pascha quo passus est dominus ita occurrit, ut inter mortem eius & resurrectionem medius esset sabbati dies addendum patres nostri censuerunt, ut & nostra festiuitas à Iudæorum festiuitate distingueretur, Et quod non frustra factum esse credendum est ab illo qui est ante tempora, & per quem facta sunt tempora, & qui uenit in plenitudnie temporum, & qui potestatem habebat ponendi animam suam, & iterum recipiendi eam, et ideo non fatalem, sed opportunam sacramento, quod commendare instituerat, horam expectabat cum diceret, Nondũ uenit hora mea. Vt igitur anniuersaria passionis eius celebratione à posteris seruarentur, quod enim nunc ut superius dixi, fide ac spe gerimus, atq; ut ad id perueniamus dilectione satagimus, requies est quædam ab omni labore omniũ molestiarum sancta atq; perpetua, in eadem nobis ex hac uita fit transitus, quem dominus noster Iësus Christus sua passione demonstrare ac consecrare dignatus est. Ineſt autem in illa requie non desidiosa segnicia, sed quædam ineffabilis tranquillitas actionis ociosæ. Sic enim ab huius uitæ operibus in fine requiescitur, ut in alterius uitæ actione gaudeatur. Sed quia talis actio in dei laude agitur, sine labore membrorum, sine angore curarum, non ad eam sic transitur per quietem, ut ipsi labor succedat, id est non sic esse incipiat actio ut esse desinat quies. Neq; enim reditur ad labores & curas, sed permanet in actione, quod ad quietem pertinet, neq; enim in opere laborare, neq; in cogitatione fluctuare. Quia ergo per requiem ad primam uitam reditur, unde anima lapsa est in peccatum, propterea sabbato requies significatur. Illa autem uita prima quæ de peregrinatione redeuntibus, & primã stolam accipientibus redditur, per unam sabbati, quem diem dominicum dicimus figuratur, Quære septem dies Genesim legens, inuenies septimum sine uespera, quia requiem sine fine significat. Prima ergo uita non fuit sempiterna requies peccanti, requies autem ultima sempiterna est, ac per hoc & octauus sempiternam beatitudinem habebit, quia requies illa quæ sempiterna est excipitur, ob octaua non extinguetur, Neq; enim aliter sempiterna esset. Ita ergo erit octauus qui primus, ut prima uita non tollatur, sed reddatur æterna.

Exo. 12

Galla. 4
Iohan. 10

Iohan. 2

Gnece

Q; sabbatum cõmendatum sit priori populo in ocio corporali temporaliter, vt figura esset sanctificationis in requiem spiritussancti. Cap. X.

SAbbatum tamen commendatum est priori populo in ocio corporali temporaliter celebrando, & ut figura esset sanctificationis in requiem spiritussancti. Nusquam enim legimus in Genesi sanctificationem per omnes priores dies, sed de solo sabbato dictum est, Et sanctificauit deus diem septimum. Amant enim requiem siue piæ animæ siue iniquæ, sed an perueniant ad illud quod plurimum amant nescium, nec appetunt etiam ipsa corpora ponderibus suis nisi quiescere à motibus suis Nam sicut corpus tamdiu nititur pondere, siue deorsum uersus, siue sursum uersus, donec ad locũ quo nititur ueniens conquiescat. Pondus quippe olei si dimittatur in aëre, deorsum, si aũt sub aquis sursum nititur, Sic animæ ad ea quæ amant propterea nituntur ut perueniendo requiescãt.

Gene. 2

Et multa quidem per corpus delectantur, sed non est in eis æterna requies, nec saltem diuturna, & propterea magis sordidant animam, & aggrauant potius ut syncerũ eius pondus quo in superna fertur impediant. Cum ergo anima in seipsa delectatur, nondum re incommutabili delectatur, & ideo adhuc superba est, quia se pro summo habet cũ superior sit deus. Nec in tali peccato impunita relinquitur, quia deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam. Cum autem deo delectatur, ibi ueram, certã, æternam inuenit requiem, quam in alijs quærebat nec inueniebat. Proinde admonetur in Psal. Delectare in domino & dabit tibi petitiones cordis tui. Quia ergo charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, ideo sanctificatio in septimo die commemorata est, ubi requies commendatur. Quia uero nec benè operari possumus nisi dono eius adiuti, sicut dicit Apostolus, Deus enim est qui operatur in nobis & uelle & operari pro bona uoluntate. Nec agere nec requiescere poterimus post omnia bona opera nostra quæ in hac uita gerimus, nisi eius dono ad æternitatem sanctificati atq; perfecti. Propterea de ipso deo dicitur, Cum fecisset omnia opera ualde bona, septimo die requieuit ab operibus omnibus suis quæ fœcit, Futuram enim requiem significabat quam post bona opera daturus erat nobis hominibus. Sicut enim cum benè operamur, ipse dicitur operari in nobis cuius munere operamur, ita cum requiescimus ipse requiescere dicitur, quo donante requiescimus.

Iacob. 4

Psalm. 36

Roma. 5

Philip. 2

Genes. 1 &. 2

Cur in tribus primis præceptis quæ ad deũ pertinẽt, tertium ibi de obseruatione sabbati positum sit. Cap. XI.

Hinc est q; etiam in tribus primis præceptis decalogi quæ ad deum pertinent, Cætera enim septem ad proximum pertinent, id est ad hominẽ, quia in duobus præceptis tota lex pendet, tertium ibi de obseruatione sabbati positum est, Vt in primo præcepto patrem intelligamus, ubi prohibetur coli aliqua in figmentis hominum dei similitudo, non quia non habet imaginem deus, sed quia nulla imago eius coli debet, nisi illa quæ hoc est quod ipse, nec ipsa pro illo sed cum illo. Et quia creatura mutabilis est, ac propterea dicitur, Omnis creatura uanitati subiecta est, quoniam natura etiam uniuersa in parte demonstratur, ne quisq; filium dei uerbum per qd' facta sunt omnia, putaret esse creaturam, sequitur aliud præceptum, Non accipies inuanum nomen dei tui. Spiritus autem sanctus in quo nobis illa requies tribuitur quã ubiq; amamus, sed nisi deum amando non inuenimus, cũ charitas eius diffunditur in cordibus nostris per spiritũ sanctum qui datus est nobis. Quia ergo sanctificauit deus diem septimũ in quo requieuit, tertio præcepto legis insinuatur quod scriptum est de obseruatione sabbati, non ut iam in ista uita nos quiescere existimemus, sed ut omnia quæ benè operamur, non habeant intentionem, nisi in futuram requiem sempiternam. Memento enim maxime quod iam supra commemoraui, qua spe salui facti sumus, spes enim quæ uidetur non est spes, ad ipsum autem ignẽ amoris nutriendum & flamandum quodammodo, quo tanq̃ pondere sursum uel introrsum referamur, ad requiẽ hæc omnia pertinent, quæ insinuantur nobis figurate. Plus enim mouent & accendunt amorem, quàm si nuda & sine ullis sacramentorum similitudinibus ponerentur. Cuius rei causam difficile est dicere. Sed tamen ista ita se habet, ut aliquid per allegoricam significationem intimatum plus moueat, plus delectet, plus honoretur, quàm si uerbis proprijs diceretur apertißime, Credo q; ipse animi motus quamdiu rebus adhuc terrenis implicatus pigrius inflammatur, si uero feratur ad similitudines corporales, & inde feratur ad spiritalia, quæ illis similitudinibus figurantur, ipso quasi transitu uegetatur, & tanq̃ in facula ignis agitatus accenditur, & ardentiore dilectione rapitur ad requiem & quietem.

Matth. 22

Roma. 8

Exo. 20 Deuter. 5

Roma. 5

Roma. 8

Q; inter omnia decem præcepta, solum quod de sabbato positum est, figurate obseruandum præcipitur. Cap. XII.

Ideoq; inter omnia illa decem præcepta, solum ibi qđ de sabbato positum est, figurate obseruandum præciptur, quam figuram nos intelligendam, non etiam per ocium corporale celebrandum suscepimus. Cum enim sabbato significetur spiritalis requies, de qua dictum est in Psalmo, Vacate & uidete quoniam ego sum deus, & qua uocantur homines ab ipso domino dicente, Venite ad me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego uos reficiam. Tollite iugum meũ super uos, & discite à me, quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris, Cætera tamen ibi præcepta proprie sicut præcepta sunt, sine ulla figurata significatione obseruamus, Nam & idola non colere manifeste didicimus, et nõ accipere inuanum nomen domini dei nostri, & honorare patrem & matrem, & non mœchari, non occidere, non furari, non falsum testimonium dicere, non concupiscere uxorem aut rem proximi, non figurate aliud prætendunt, & mystice aliud significant, sed sic obseruantur ut sonant. Obseruare tamen diem sabbati, non ad literam iubemur secundum ocium ab opere corporali, sicut obseruant Iudæi. Et ipsa eorum obseruatio quia ita præcepta est, nisi aliam quandam spiritalem requiem significet, ridenda iudicatur. Vnde non inconuenienter intelligimus ad amorem excitandum, quo ad requiem tendimus ualere omnia quæ figurate in scripturis dicuntur, quandoquidem non solum in decalogo figurate præcipitur, ubi requies commendatur, quæ ubiq; amatur, sed in solo deo certa & sancta inuenitur.

Psalm. 45.

Matth. 11

Exo. 20 Deute. 5

Quód

Q; dies dominicus non Iudæis ſed Chriſtianis reſurrectione domini declaratus ſit, & ex illo habere cœpit feſtiuitatem ſuã. Cap. XIII.

Dles tamen dominicus non Iudæis, ſed Chriſtianis reſurrectione domini declaratus eſt, & ex illo habere cœpit feſtiuitatem ſuam. Animæ quippe omnium ſanctorum ante reſurrectionem corporis ſunt quidem in requie, ſed in ea non ſunt actione qua corpora recepta uegetantur. Talem quippe actionem ſignificat dies octauus, qui & primus, quia non aufert illam requiem, ſed glorificat. Non enim redit cum corpore difficultas ex
1. Corin. 15 *corpore, quia nec corruptio. Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatem. Quapropter ante reſurrectionem domini, quamuis ſanctos patres plenos ſpiritu prophetico octaui ſacramentum nequaquam lateret, quo ſignificatur reſurrectio, Nam & pro octaua Pſalmus in-*
Pſalm. 11 Gene. 17 *ſcribitur, & octauo die circumcidebantur infantes. Et in Eccleſiaſte, ad duorum teſtamentorum ſignificationem dicitur, illis ſeptem & illis octo reſeruatum eſt, tamen illis eſt occultatum, & ſolum celebrandum ſabbatum*
Eccleſ. 11 *traditum eſt, quia erat antea requies mortuorum, reſurrectio autem nullius erat donec ueniret Chriſtus, qui reſurgens ex mortuis iam non moreretur, & mors illi ultra non dominaretur. Sed poſt quàm facta & talis re-*
Rom. 6 *ſurrectio in corpore dominico, ut præiret in capite eccleſiæ, quod corpus eccleſiæ ſperaret in fine, iam etiam dies dominicus, id eſt octauus, qui & primus inciperet celebrari. Ipſa etiam cauſſa intelligitur cur obſeruandum paſcha, ubi agnum occidere & comedere iubentur, quod manifeſtiſſime paſſionem domini præfigurat, non eis ita præceptum eſt ut attenderent occurrere ſabbatum, & cũ menſe nouorum, & tertiam Lunæ hebdomadam concurrere, ut eundem quoq; diem dominus potius ſua paſſione ſignaret, qui etiam dominicum, id eſt octauũ, qui & primus eſt, declaraturus aduenerat.*

Quid myſtice ſignificet triduum crucifixi ſepulti & reſuſcitati. Cap. XIIII.

Attende igitur ſacratiſſimum triduum crucifixi, ſepulti, ſuſcitati. Horum trium quod ſignificat crux, in præſenti agimus uita, quod autem ſignifi-
Matth. 16 Col. 3 *cat ſepultura & reſurrectio, fide ac ſpe gerimus. Nunc enim dicitur homini: Tolle crucem tuam & ſequere me. Cruciatur autem caro cum mortificantur membra noſtra quæ ſunt ſuper terram, fornicatio, immundicia, luxuria,*
Roma. 8 *auaricia, & cætera huiuſmodi, de quibus idem dicit: Si*
Galla. 6 *ſecundum carnem uixeritis, moriemini, ſi autem ſpiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Hinc etiam de ſeipſo dicit, Mundus mihi crucifixus eſt & ego mundo. Et in alio loco: Scientes inquit, quia uetus homo* Roman. 6 *noſter ſimul confixus eſt cruci cum illo, ut euacuetur corpus peccati, ut ultra non ſeruiamus peccato. Quamdiu ergo id agunt opera noſtra, ut euacuetur corpus pec-* 2. Cor. 4 *cati, quamdiu exterior homo corrumpitur ut interior renouetur de die in diem, tempus eſt crucis. Hæc ſunt etiam bona opera quidem, tamen adhoc laborioſa, quorũ merces eſt requies. Sed ideo dicitur: Spe gaudentes,* Roma. 12 *ut cogitantes requiem futuram cum hilaritate in laboribus operemur. Hanc hilaritatem ſignificat crucis latitudo in tranſuerſo ligno ubi figuntur manus. Per manus enim opera intelligimus: Per latitudinem hilaritatem operantis, quia triſticia facit anguſtias: Per altitudinem uero cui caput adiungitur, expectationem retributionis de ſublimi iuſticia dei, qui reddet unicuique ſe-* Matth. 16 Roma. 2 *cundum opera ſua, in his quidem qui ſecundum tolerantiam boni operis gloriam & honorem, & incorruptionem quærentibus uitam æternam. Itaque etiam iongitudo qua totum corpus extenditur, ipſam tolerantiam ſignificat, unde longanimes dicuntur qui tolerant. Profundum autem quod terræ infixum eſt, ſecretum ſacramenti præfigurat. Recordaris enim niſi fallor, quæ uerba apoſtolica in iſta deſignatione crucis expediam, ubi ait: In charitate radicati atque fundati, ut poſſitis cõ-* Ephe. 3 *prehendere cum omnibus ſanctis, quæ ſit longitudo, latitudo, ſublimitas & profundum. Ea uero quæ nondum uidemus & nondum tenemus, ſed fide & ſpe gerimus, in alio biduo figurata ſunt. Hæc enim quæ nunc agimus, tanquam clauis præceptorum in dei timore confixi, ſicut ſcriptum eſt, Confige clauis à timore tuo car-* Pſalm. 118 *nes meas, in neceſſarijs deputantur, non in eis quæ per ſeipſa appetenda & concupiſcenda ſunt. Vnde illud quod eſt optimum ſe dicit concupiſcere: Diſſolui & eſſe* Philip. 1 *cum Chriſto, manere autem in carne, neceſſarium inquit propter uos. Quod ergo inquit: Diſſolui & eſſe cum Chriſto, inde incipit requies quæ non interrumpitur reſurrectione, ſed clarificatur, quæ tamen nunc fide retinetur: Quia iuſtus ex fide uiuit. An ignoratis inquit,* Abacuk. 2 Roma. 6 *quoniam quicunq; baptizati ſumus in Chriſto Iẽſu, in morte ipſius baptizati ſumus? Conſepulti ergo illi ſumus per baptiſmum in mortem. Vnde niſi fide? Ne-* Roma. 6 *que enim iam in nobis perfectum eſt, adhuc in nobiſmetipſis ingemiſcentibus, & adoptionem expectantibus redemptionem corporis noſtri. Spe enim ſalui facti ſumus: Spes autem quæ uidetur non eſt ſpes, Quod enim uidet quis, quid ſperat? Si autem quod non uidemus ſperamus, per patientiam expectamus. Quod memento quàm ſæpe commemorem, nec iam nunc in iſta uita nos beatos fieri debere arbitremur, & ab omnibus difficultatibus liberos, ac ſic in anguſtijs rerum temporalium aduerſus deum ore ſacrilego murmuremus, quaſi non exhibeat quod promiſit.*

Promiſit

Promisit quidem etiam huic uitæ necessaria, Sed alia sũt solatia miserorum, alia gaudia beatorum. Domine inquit Psalm. 93 secundum multitudinem dolorum meorum in corde meo, exhortationes tuæ iocundauerunt animã meam. Non ergo murmuremus in difficultatibus, ne perdamus latitudinem hilaritatis, de qua dicitur: Spe gaudentes, quia Roma. 12 sequitur, In tribulatione patientes. Noua ergo uita in fide nunc inchoatur & spe geritur, Nam tunc perfecta erit, cum absorbebitur mortale à uita, cum absorbebitur 1. Cor. 15 mors in uictoriam, cum illa nouissima inimica destruetur mors, cum immutati fuerimus & æquales angelis facti. Omnes enim inquit resurgemus, sed non omnes immutabimur. Et dominus, Erunt inquit æquales angeLucæ. 20 lis dei. Apprehensi enim sumus modo in timore per fidem, tunc autem apprehendemus in charitate per speciem. Quamdiu enim sumus in corpore peregrinamur 2. Cor. 5 à domino, per fidem enim ambulamus non per speciem. Ipse itaq; Apostolus qui dicit, Tunc apprehendam sicut Philip. 3 apprehensus sum, aperte se non apprehendisse confitetur. Fratres inquit, ego me non arbitror apprehendisse. Sed tamen quia ipsa spes ex promissione ueritatis certa nobis Roma. 6 est cum diceret: Consepulti igitur sumus illi per baptismũ in mortem, subiunxit & ait, Vt quemadmodum surrexit Christus ex mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitæ ambulemus. Ambulamus ergo in re laboRoma. 8 ris, sed in spe quietis, in carne uetustatis, sed in fide nouitatis. Dicit enim, Corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus autem uiuit propter iusticiam. Si autem spiritus eius qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit Christum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis. Hoc ex auctoritate diuinarum scripturarum in uniuersæ ecclesiæ quæ toto orbe diffunditur, consensione, per anniuersarium pascha celebratur.

Quod ex auctoritate diuinarũ scripturarum & consensione ecclesiæ celebretur per anniuersarium pascha, & per patrum concilia institutum, ꝙ obseruatio q̃dragesi mę sit cõtigua dñi cę passioni. Ca. XV.

Exo. 12 IN magno utiq; sicut iam intelligis sacramento, & in scripturis quidem ueteribus ad agendum pascha non est præceptum tempus, nisi ex mense nouorum, à luna quartadecima usque ad uicesimamprimam. Ex EuanIohan. 19 gelio tamen quia iam manifestum est, quo etiam die dominus crucifixus sit, & in sepultura fuerit, & resurrexit, Adiuncta est etiam ipsorum dierum obseruatio per patrum concilia, & orbi uniuerso Christiano persuasum est, eo modo pascha celebrari oportere. Quadragesima sane ieiuniorum habet auctoritatem, & in ueteribus libris ex ieiunio Moysi & Heliæ, & ex Euangelio, quia Exo. 24 totidem diebus dominus ieiunauit, demonstrans Euan- 3. Reg. 19 gelium non dissentire à lege & Prophetis. In perso- Matth. 4 na quippe Moysi lex, in persona Heliæ prophetæ accipiuntur: Inter quos & in monte gloriosus apparuit, ut Matth. 17 euidentius emineret quod de illo dicit Apostolus, testimonium habens à lege & à Prophetis. In qua ergo parte Roma. 8 anni congruentius obseruatio quadragesima constitueretur, nisi confinis atque contigua dominicæ passioni? Quia in ea significatur hæc uita laboriosa, cui opus est continentia, ut ab ipsius mundi amicitia ieiunetur, quæ utique fallaciter blandiri, & illecebrarum sucos circumspergere atque iactare non cessat. Numero autem quadragenario uitam istam propterea figurari arbitror, quia denarius in quo est perfectio beatitudinis nostræ, sicut in octonario, quia redit ad primum, ita in hoc mihi uidetur exprimi, quia creatura quæ septenario figuratur adhæret creatori, in quo declaratur unitas trinitatis per uniuersum mundum temporaliter annuncianda, quia mundus & à quattuor uentis delimatur, & quattuor elementis erigitur, & quattuor anni temporum uicibus uariatur. Decem autem quater in quadraginta consumuntur, quadragenarius autem partibus suis computatus, addit ipsum denarium, & fiunt quinquaginta tanquàm merces laboris & continentiæ. Neq; enim frustra ipse dominus & quadraginta dies post resurrectionem in hac uita & terra cum discipulis conuersatus est, & posteaquàm ascendit in cœlum, decem diebus interpositis misit spiritumsanctum. Completo die pentecostes, qui dies quinquagenarius habet alterum sacramentum, quòd septies septem quadragintanouem fiunt, & cũ reditur ad initiũ quod est octauus, qui et primus dies quinquaginta complentur, qui celebrantur post domini resurrectionem, iam in figura non laboris, sed quietis & læticiæ, propter hoc & ieiunia relaxantur, & stantes oramus, quod est signum resurrectionis. Vnde etiam omnibus diebus dominicis id ad altare obseruatur, & alleluia canitur, quod significat actionem nostram futuram non esse nisi laudare deum, sicut scriptum est, Beati qui habi- Psalm. 83 tant in domo tua domine, in sæcula sæculorum laudabunt te.

Quod quinquagesimus dies non tantum in Euangelio, sed etiam in ueteribus libris cõmendetur. Cap. XVI.

SEd dies quinquagesimus & in scripturis commendatur, non tantum in Euangelio, quia tunc spiritus sanctus aduenit, sed etiam in ueteribus libris. Nam & ibi posteaq̃ pascha occiso agno celebrauerunt, dies quinquaginta numerantur usq; ad diem quo lex data est in mon- Exo. 31 te Sina famulo dei Moysi, digito dei scripta. In libris aũt Lucæ. 11 Euangelij apertissime declaratur digitum dei significare spiritumsanctum. Cũ enim unus Euangelista dixisset,

In

In digito dei eijcio dæmonia, alius hoc idem ita dixit, In
Matth. 12 spiritu dei eijcio dæmonia. Quis hanc læticiam diuinorũ
sacramentorum, cum sanæ doctrinæ luce clarescunt, non
præferat uniuersis mundi huius imperijs etiam inuisita-
ta fœlicitate placatis? Nonne tanq̃ duo Seraphin clamãt
adinuicem concinentiam laudis altissimo, Sanctus, sanctus,
Esaie. 6 sanctus, dominus deus sabaoth? Ita duo testamenta fide-
liter concordantia sacratam concinunt ueritatem deo.
Occiditur ouis, celebratur pascha, & interpositis quin
quaginta diebus datur lex ad timorem scripta digito dei.
Esaiæ, 53 Occiditur Christus qui tanquam ouis ad immolandum
ductus est, sicut Esaias testatur, Celebratur uerum pa-
scha, & interpositis quinquaginta diebus datur ad chari
tatem spiritus sanctus qui est digitus dei, contrarius homi
nibus sua quærentibus, & ideo iugum asperum & farci-
nam grauem portantibus, nec inuenientibus requiem a-
nimabus suis, quia charitas non quærit quæ sua sunt. Ideo
1 Cor. 13 animositas hæreticorum semper inquieta est, quos mago
rũ Pharaonis habere conatum, declarat Apostolus dicẽs
Sicut enim Iamnes & Mambres restiterunt Moysi, sic et
2 Timot. 3 Exod. 7 isti resistunt ueritati, homines mente corrupti, reprobi cir
ca fidem, sed ultra non proficient. Dementia uero eorum
erit manifesta omnibus, sicut & illorum fuit. Quia enim
per ipsam corruptionem mentis inquietissimi fuerunt, in
signo tertio defecerunt, fatentes sibi aduersum esse spi-
ritum sanctum qui erat in Moyse, Nam deficientes dixe-
Exo. 8 runt, Digitus dei est hic. Sicut autem conciliatus & pla-
catus spiritus sanctus requiem præstat mitibus & humi-
libus corde, ita contrarius & aduersus immites ac super-
bos inquietudine exagitat: Quum inquietudinem muscæ
illæ grauissimæ significauerunt, sub quibus magi Pha-
raonis defecerunt dicentes, Digitus dei est hic. Exodum
lege & uide ubi pascha celebrauerunt, post quot dies da
ta sit lex. Loquitur deus ad Moysen in monte Sina de ter
tij mensis die. Nota ergo unum diem egressus ipsius ter-
Exo. 19 tij mensis, & uide quid dicat inter cætera, Descende in-
quit testare populo & purifica illos hodie & cras, & la-
uent uestimenta sua, & sint parati in diem tertium. Ter-
tia enim die descendit dominus in monte Sina coram om-
ni populo, tunc data est lex tertio scilicet die tertij men
sis. Numera itaq; à quartodecimo primi mensis die quo
factum est pascha, usq; ad diem tertium tertij mensis, &
inuenies decem & septem dies primi mensis, triginta se-
cundi, tres tertij, qui fiunt quinquaginta. Lex in arca est,
sanctificatio in corpore domini, per cuius resurrectionẽ
nobis requies futura promittitur, ad quam percipiendam
Iohan. 7. spiritus sancto charitas inspiratur. Spiritus autem nondũ
erat datus, cum Iesus nondum erat clarificatus. Vnde Pro
Psalm. 131. phetia illa cantata est, Exurge domine in requiem tuam,
tu & arca sanctificationis tuæ, Vbi requies, ibi sanctifi-
catio. Vnde nunc ut amemus & desideremus, pignus ac-
cepimus. Vocantur autem ad requiem alterius uitæ quo
ab ista transitur, quod pascha significat omnes in nomi-
ne patris & filij & spiritus sancti.

De numero quinquagenario quid significet. Cap. XVII.

PRopterea quinquagenarius numerus ter multipli-
catus, addito ad eminentiam sacramenti ipsi terna-
rio, in illis magnis piscibus inuenitur quos iã dñs post
resurrectionem nouam uitam demonstrans à dextera par Iohan. 20
te leuari imperauit, nec retia dirupta sunt, quia tunc hæ
reticorum inquietudo non erit. Tunc homo perfectus &
quietus, purificatus in anima & in corpore per eloquia Psalm. 11
domini casta, argentum igne examinatum terræ purga-
tum septuplum, accipiet mercedem denarium ut sint de-
cem & septem. Nam & in hoc numero sicut in alijs mul
tiplices figuras exhibentibus, sacramentum mirabile re- Psalm. 17.
peritur. Nec immerito etiam Psalmus septimusdecimus 2. Reg. 22
in regnorum libris solus integer legitur, quia regnum il
lud significat ubi aduersarium non habebimus. Titulus
enim eius est, In die qua eruit eum dominus de manu om-
nium inimicorum eius & de manu Saul. Quis enim fi-
guratur in Dauid, nisi ille qui uenit secundum carnem ex
semine Dauid? Qui utiq; in corpore suo quod est eccle-
sia adhuc patitur inimicos. Vnde illi persecutori quem uo
ce mactauit, & in suum corpus traijciens quodammodo
manducauit, sonuit de cœlo, Saule Saule quid me perse- Acto. 9
queris? Quando autem eruetur hoc corpus de manu om
nium inimicorum eius, nisi cum & illa nouissima ini-
mica destruetur mors? Ad hoc tempus pertinet numerus 1. Cor. 15
ille centum quinquaginta trium piscium. Nam & ipse
numerus septimusdecimus surgens in trigonum, centum
quinquagintatrium summam complet, Ab unoquoq; usq;
ad decem & septem surgens, omnes medios adde, & in-
uenies centum quinquagintatria, ad unum scilicet, adde
duo fiunt utiq; tria, adde tria fiunt sex, adde quattuor fi-
unt decem, adde quinq; fiunt quindecim, adde sex fiunt ui
gintiunum, adde ita & cæteros & ipsum decimumsepti-
mum, fiunt centum quinquagintatria. Hæc de scripturis
firmissime tenentur, id est, pascha & pẽtecoste. Nam ut
quadraginta illi dies ante pascha obseruentur, ecclesiæ cõ
sensio roborauit. Sic etiam ut octo dies neophytorum di-
stinguantur à cæteris, id est, ut octauus primo concinat.
Vt aũt alleluia p illos solos dies q̃nquaginta in ecclesia cã
tetur, nõ usq; quaq; obseruetur, Nã & in alijs diebus ua-
rie cantatur alibi atq; alibi, ipsis tamen diebus ubiq;. Vt
autem stantes in illis diebus & omnibus dominicis ore-
mus, utrum ubiq; seruetur ignoro, tamen quid in eo sequa
tur ecclesia dixi ut potui, & arbitror esse manifestum.

In consuetudinibus de lauandis pedibus in cœna domini, aut de Psalmis aut Hymnis cantandis in ecclesia, quæ regula tenenda sit. Cap. XVIII.

DE lauandis uero pedibus, cum dominus hoc pro-
pter formamhumilitatis, propter quam docendã
uenerat commendauit, sicut ipse consequenter exposuit,
quæsitum

quæsitum est quonam tempore potissimum res tanta etiam facto doceretur, & illud tempus occurreret, quo ipsa cõmẽdatio religiosius inhæreret. Sed ne ad ipsum sacramentũ baptismi uideretur pertinere, multi hoc in cõsuetudinem recipere noluerunt. Nonnulli etiam de consuetudine auferre dubitauerunt: Aliqui autem ut hoc sacratiore tempore cõmendaretur, & à baptismi sacramẽto mutaretur, uel diem tertium octauarum, quia ternarius numerus in multis sacramentis maxime excellit, uel etiã ipsũ octauũ ut hoc facerent elegerũt. Miror sane qd ita uolueris, ut de his quæ uarie p diuersa loca obseruantur, tibi aliqua conscriberem, cum & non sit necessarium, & una in his saluberrima regula retinenda sit, ut quæ non sunt contra fidem, neq; contra bonos mores, & habent aliquid ad exhortationem uitæ melioris, ubicumq; instituì uidemus uel instituta cognoscimus, non solum non improbemus, sed etiam laudando & imitando sectemur, si aliquorum infirmitas non ita impedit ut amplius detrimentum sit. Si enim eo modo impediat ut maiora studiorum lucra speranda sint, quàm calumniatorum detrimenta metuenda, sine dubitatione faciendum est, maxime illud quod etiã de scripturis defendi potest, sicut de hymnis & psalmis canendis, cum & ipsius domini & Apostolorum habeamus documenta, & exempla, et præcepta de hac re tam utilia. Ad mouendum pie animum & accendendum diuinæ lectionis affectum, uaria consuetudo est, et plærumq; in Aphrica ecclesiæ mẽbra pigriora sunt, ita ut Donatistæ nos reprehẽdant q̃ sobrie psallimus in ecclesia diuina cantica prophetarum, cum ipsi ebrietates suas ad canticum psalmorum humano ingenio compositorum quasi tubas exhortationis inflamment. Quando autem non est tempus cum in ecclesia fratres congregantur sancta cantandi, nisi cũ legitur aut disputatur, aut antistes clara uoce deprecantur, aut communis oratio uoce diaconi indicitur.

Quod resecanda sint omnia quæ auctoritate sanctæ scripturæ uel consuetudine uniuersæ ecclesiæ non sint roborata. Cap. XIX.

ALijs uero particulis temporum quid melius à cõgregatis Christianis fiat, qd utilius quid sanctius omnino non uideo. Quod autem instituitur præter consuetudinem, ut quasi obseruatio sacramenti sit, approbare non possum: Etiam si multa huiusmodi propter nõnullarum uel sanctarum uel turbulentarum personarum scandala deuitanda liberius improbare non audeo. Sed hoc nimis doleo, quia multa quæ in diuinis libris saluberrima præcepta sunt, minus curantur, & tã multis præsumptionibus sic plena sunt omnia, ut grauius corripiatur qui per octauas suas terrã nudo pede tetigerit, quàm qui mentem uinolentia sepelierit. Omnia itaq; talia quæ neq; sanctarum scripturarum auctoritatibus continentur, nec in cõcilijs episcoporum statuta inueniuntur, nec cõsuetudine uniuersæ ecclesiæ roborata sunt, sed diuersorũ locorũ diuersis moribus innumerabiliter uariãtur, ut ita uix aut oĩno nunq̃ inueniri possit causæ quas in eis instituendis homines secuti sunt, ubi facultas tribuitur sine ulla dubitatione resecanda existimo. Quamuis enim neq; hoc inueniri possit quomodo contra fidem sint, ipsam tamen religionem quam paucissimis & manifestissimis celebrationum sacramentis misericordia dei esse liberam uoluit, seruilibus oneribus præmunt, ut tolerabilior sit conditio Iudæorum, qui etiam si tempus libertatis non agnouerint, legalibus tamen sarcinis, non humanis præsumptionibus subijciuntur. Sed ecclesia dei inter multam paleam multaq; zizania constituta multa tolerat, & tamen quæ sunt contra fidem uel bonam uitam, non approbat, nec tacet, nec facit.

Reprehendit illos qui ita se temperant à carnibus edendis, ut immundos estiment quia comederint, & qui de paginis euãgelicis sortes legunt. Cap. XX.

ITaq; illud qđ scripsisti, quosdã fratres ita temperare à carnibus edendis, ut ĩmundos qui comederint arbitrentur, apertissime contra fidem sanamq; doctrinã est. Sed hic ego si diutius disputare uoluero, possit putari à nonnullis obscurì aliquid hinc Apostolum præcepisse, qui etiam inter multa quæ de hac re dixit, sic detestatus est hæreticorum impiam opinionem ut diceret: Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus recedent quidam à fide, intendentes spiritibus seductoribus & doctrinæ dæmoniorum in hypocrisi mendaciloquorum, cauteriatam habentes conscientiam suam, prohibẽtes nubere, abstinentes à cibis quos deus creauit, ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus, & his qui cognouerunt ueritatem, quia omnis creatura dei bona est, & nihil abijciendum est quod cum gratiarum actione percipitur: Sanctificatur enim per uerbum dei & orationem. Et alio loco de his rebus loquitur: Omnia inquit, munda mundis: ĩmundis autem & infidelibus nihil est mundum, sed polluta sunt eorũ & mens & conscientia. Tuipse lege cætera, & recita quibus potes, ne in se irritam faciant gratiam dei, quia in libertatem uocati sunt, tãtum ne libertatem in occasionem carnis assumãt: Et ideo iam uoluit refrenandæ carnalis concupiscentiæ causa à quibuslibet cibis temperari, quia nõ eis hoc permittitur superstitiose atq; infideliter facere. Hi uero qui de paginis euangelicis sortes legunt, & si optandum est ut hoc potius faciant, quàm ut dæmonia consulenda cõcurrant, tamẽ etiam ista mihi displicet cõsuetudo, ad negocia sæcularia & ad uitæ huius uanitatem propter aliam uitam loquentia, oracula diuina uelle conuertere. 1 Thimo. 4

Concludit librũ, & dicit q; nullum sacramentum aut sermo obscurus de sacris literis aperiatur, ubi nõ duo præcepta charitatis reperiantur. Cap. XXI.

HAec tibi si satis esse ad ea quæ requisisti nõ putaueris, nimis ignoras & uires & occupationes

tneas: Tamẽ enĩ absum ab eo q; putasti nihil me latere, ut nihil in epistola tua legerim tristius, quia et aptissime falsum est. Et miror quia hoc te latet, quod nõ solũ in alijs innumerabilibus rebus multa me lateant, sed etiam in ipsis sanctis scripturis multo nesciam plura quàm sciam. Et ideo spem in nomine Christi non infructuosam gero, quia nõ solum credidi deo meo in illis duobus præceptis totam legem prophetas q; pendere, sed etiam expertus sum experiorq; quotidie, quandoquidem nullum mihi sacramentum, aut aliquis sermo admodum obscurior de sacris literis aperitur, ubi nõ eadem præcepta reperiã, Finis enim præcepti est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta: Et plenitudo legis charitas. Itaq; & tu charissime, siue ista, siue alia sic lege, sic disce ut memineris uerissime dictum: Scientia inflat, charitas ædificat: Charitas autem non æmulatur, non inflat. Sic itaq; adhibeatur scientia tanq̃ machina quædam, per quam structura charitatis assurgat quæ maneat in æternum, etiam cum scientia destruetur quæ ad finẽ charitatis adhibita multum est utilis, per se autem ipsam sine tali fine, non modo superflua, sed etiam permitiosa probata est. Scio autem quàm te cogitatio sancta custodiat sub umbraculo alarum domini dei nostri. Sed ideo hæc etsi breuiter monui, quoniam noui eandemipsam charitatem tuam, quæ non æmulatur, hanc Epistolam multis daturam atq; lecturam.

Math. 22.

1. Timot. 1

Roma. 13

1. Corint. 8
2. Corin. 13

DIVI AVRELII AVGVstini Hipponensis episcopi, liber de inquisitione trinitatis, & de alijs quibusdam sententijs, incipit.

Interrogatio.

QVOMODO DEVS VERE sit unitas & uere trinitas. Responsio. Vnitas in substãtia, trinitas in pſonis. Interrogatio. Quid sit ꝓpriũ uniuscuiusq; pſonæ in sancta trinitate. Responsio. Propriũ est patris q; solus est pater, & q; ab alio nõ est nisi à se. Proprium est filij, q; à patre genitus est solus à solo, coæternus & cõsubstantialis genitori. Propriũ est spiritusſancti, q; nec ingenitus, nec genitus est, sed à patre & filio æqualiter procedens. Interrogatio Quare spiritusſanctus non debet ingenitus uel genitus dici? Responsio. Quia si ingenitus diceretur sicut pater, duo patres, si genitus, duo filij æstimari possent in sancta trinitate. Interrogatio. Vtrũ solus pater, aut solus filius, aut solus spiritusſanctus per se plenus deus & pfectus dici debeat? Responsio. Vtiq; pater p se est plenus deus, similiter & filius plenus deus, & spiritusſanctus plenus deus creditur. Interrogatio. Si una quæq; pſona p se plenus deus dicitur, quare nõ tres deos dicimus patrẽ & filiũ & spiritumsanctũ? Responsio. Quia una substãtia est pater et filius & spiritusſanctus, nõ tres substãtiæ. Proinde unitas substãtiæ tres deos ꝓhibet dicere uel credere. Interrogatio. Dũ tres personas dicimus, patrẽ & filiũ & spiritumsanctum, quare non tres deos, nec tres omnipotẽtes, nec tres bonos, nec tres magnos dicere fas est? Responsio, Quia deus & omnipotens, et magnus, & bonus, & æternus substantialia nomina sunt, & ad se dicuntur, ideo nõ licet ea plurali nũero dicere, sed singulari: Et omne nomen qđ substantiam dei uel essentiã significat, semp singulari numero proferendum est: Pater autem & filius et spiritusſanctus relatiua sunt nomina, & ideo tres pſonæ recte dicuntur. Interrogatio. Quomodo relatiuo? Respõsio. Secundũ dialecticam, relatiua nomina sunt, quæ ad aliud aliquid referuntur, sicut dominus ad seruũ, & seruus ad dominũ, pater ad filiũ, filius ad patrẽ. Prorsus cum dico patrem, filium significo, quia non est pater, nisi filius sit cui sit pater: Item nõ est filius, nisi pater sit cui sit filius. Interrogatio. Vtrum spiritusſanctus relatiue uel substantialiter dicatur? Respõsio. Vtiq; relatiue: quia spiritus alicuius spiritus est: Sed non sicut in patre et filio relationis regula tenetur in eo. Interrogatio. Quare æqualem non habet relationis regulam spiritusſanctus, sicut pater & filius? Responsio. Quia circumferri potest patris & filij nomen ad inuicem, ut si dicamus, pater filij pater, et filius patris filius, non ita duplicem relationis circumuersionem in nomine sancti spiritus inueniri potest. Interrogatio. Qua necessitate accidit, ut ita non circumferri posſit spiritusſancti relatio? Responsio. Quia recte dicere possumus, spiritumsanctum patris & filij spiritum, sed conuerso ordine non possumus dicere, patrem spiritusſancti, sicut dicimus patrem filij, ne duo filij in sancta trinitate æstimarentur. Item non possumus dicere, filium spiritusſancti, sicut dicimus filium patris, ne duo patres in sancta trinitate intelligantur. Dicimus itaq; spiritumsanctum patris & filij sine reciprocatione conuersionis nominũ relatiuorum. Interrogatio. Vtrum inseparabilia sint opera sancte trinitatis? Responsio Vtiq; quicquid opatur trinitas sancta inseparabiliter hæc eadem operatur, quia una est trinitatis operatio, sicut una est substantia, essentia & uoluntas. Interrogatio. Vtrum sancta trinitas in personis separabilis siue inseparabilis dicenda est, dum alius est pater, alius filius, alius spiritusſanctus? Responsio. Vere alius est pater quàm filius in persona, sicut filius alius est in persona quàm pater, & spiritusſanctus alius est in persona quàm pater & filius, nõ tamen aliud ille uel ille in natura, uel in deitate, aut in essentia. Nec enim patrem potes dicere nisi filium intelligas, nec spiritumsanctum, nisi intelligas cuius spiritus sit: Quocirca omnimõ inseparabilis est sancta trinitas sicut in operibus, sic etiam in personis dicenda. Interrogatio. Si ad solam patris personam pertineat quod dicitur

Psalm. 7). Timot. 6

tur: Qui facit mirabilia magna solus. Et Apostolus: Qui solus habet immortalitatem? Responsio. Nullatenus ad solam patris personam pertinet, dum dicitur solus deus, siue in nouo, siue in ueteri testamento, & quòd deus solus siue hoc siue illud habeat uel faciat, sed ad totam trinitatẽ sanctã, quæ unus Deus est omnipotens omnia faciens quæ in cœlo & in terra. Interrogatio.

Ioh.) 1 Timot.), Mathei. 5

Quomodo beatus Ioannes Euangelista dicit: Deum nemo uidit unq̃: Et ipse dominus in alio loco. Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt. Et Apostolus inuisibilem deum dicit? Responsio. Videri enim potest deus, id est intelligi secũdũ suæ donũ gratiæ, siue ab angelis, siue ab animabus sanctorũ. Plenã uero diuinitatis naturam, nec angelus quilibet, nec sanctorum aliquis perfecte intelligere poterit: Ideo incomprehensibilis dicitur deus. Interrogatio. Quòd sanctis summum promittitur præmium æterna dei uisio, an æqualiter uidebunt uel intelligent? Responsio. Nullatenus æqualiter ommes uel angeli uel animæ sanctorum deum, uel nunc uident, uel post resurrectionem uidebunt, sed secundũ donatoris dispensationem & meritorum qualitatem. Vnusquisq; tamen sufficientem in eius uisione suis meritis habebit beatitudinem, nec plus quærere quàm habebit, nec se minus habere quàm uolet dolebit. Interrogatio. An aliquid distet in deo, esse, uiuere, intelligere, posse? Responsio, Nullatenus aliud est in deo, esse, aliud uiuere uel intelligere, uel aliud posse, quia deus eo ipso quo est, uiuit, & eo quo uiuit, intelligit, & eo quo intelligit, potest, & eo quo potest, est, quia simplex deitatis natura unum habet esse, uiuere, intelligere, & omnia potest. Sed non ita est in nobis, dum aliud est in natura nostra uiuere, aliud intelligere, aliud posse: In deo uero hæc omnia unum atq; idem sunt. Interrogatio. Vtrum de filio sicut dicitur, lumen de lumine, deus de deo, potest dici omnipotens de omnipotente, bonus de bono, magnus de magno, & cætera talia? Responsio. Regulariter utiq; tenere debemus, quòd omnia naturæ nomina æqualiter de filio dici possunt sicut de patre, id est, sicut dicitur deus de deo, lumen de lumine, ita dicendum est, omnipotens de omnipotente, bonus de bono, magnus de magno, sed non ita in relatiuis. Interrogatio. Sed quomodo in relatiuis nominibus dicendum est? Responsio. Non possumus dicere uerbum de uerbo, quia relatiuum nomen est uerbum, quod solus est filius, sicut dicimus, deũ de deo, qd̃ non est solus filius, nec imaginem de imagine, quia solus est filius imago, sicut dicimus lumen de lumine, quòd non est solus filius, quia substantiale nomen est lumen. Interrogatio. Nun quid aliud lumen est pater, & aliud filius? Responsio. Nequaq̃ aliud, sed unum lumen est pater & filius, sicut una substantia: Ideo recte dicitur lumen de lumine, sicut deus de deo. Sicut enim unus est deus pater & filius, ita unum lumen. Interrogatio.

) Cor.),

Legimus Apostolo dicente, Christum dei esse uirtutem & dei sapientiam: Nunquid pater nõ habet in se sapiẽtiam, uel uirtutem, nisi in filio quem Apostolus sapientiam dei & uirtutem nominauit? Responsio. Plurimi ita Arrianã destruunt impietatẽ, dicentes impium esse credere unquam deum patrem esse sine sua sapientia, aut sine sua uirtute. Sed melius est intelligere patrem esse sapientiam & uirtute, immò & spiritum sanctum sapientiam & uirtutem, non tamen tres uirtutes, nec tres sapientias, quia sapientia substantiale nomẽ est, sicut uirtus: Nec aliud est in deo esse, aliud sapere, aliud posse, sed unum est deo esse, sapere, posse. Interrogatio. Vtrum ad solam sancti spiritus personam pertineat charitas dum Apostolus dicit: Deus charitas est, qui dilectio patris & filij esse legitur? Responsio, Nullatenus ita spiritus sanctus charitas intelligitur, quasi non sit pater & filius charitas. Sicut spiritus sanctus est charitas, ita & pater est charitas, & filius est charitas, non tamen tres charitates, sed una charitas: Sed quia spiritus sanctus donum dei proprie dicitur, & nullum dei donum charitate maius est, immò sine eo nullum donũ ad perpetuam hominem deducere poterit beatitudinem, proinde spiritus sanctus proprie dicitur charitas. Interrogatio. Nunquid impij dona dei habent? Responsio. Habent utiq; per eum qui illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum: In eo enim sumus, mouemur, & uiuimus: Bona sunt enim dona dei eis qui bene utuntur illis: Ideo charitas singulare est in sanctis donum, in qua filij dei discernuntur à filijs impietatis. Interrogatio: Quare si deus totus ubiq; est, in cœlo dicitur magis habitare quàm in terra? Responsio. Quia maior est cognitio in sanctis angelis animabusq; sanctorum diuinitatis cum sint apud deum in cœlis quàm in terris, Sicut enim in hoc mortali corpore quidam magis intelligunt diuinam substantiam, quidam minus, ita & in cœlo magis dicitur deus esse quàm in terra, quia plenius eiusdem substantia intelligitur ab inhabitatoribus cœli quàm terræ incolis, Interrogatio. Si una substantia est pater & filius & spiritus sanctus, quare solus filius incarnatus dicitur? Responsio. Quia alia est persona filij, alia patris, alia spiritus sancti. Et sola quidem persona filij incarnata est, operante tamen eandem incarnationem tota sancta trinitate cuius opera sunt inseparabilia. Interrogatio. Dum in symbolo catholico cantari solet dei filium de spiritu sancto & Maria uirgine incarnatum, quare non dicitur filius spiritus sancti, sicut dicitur beate uirginis? Responsio. Nõ utiq; sic de illo sicut de illa natus est filius dei. De illa siquidem, id est sancta uirgine natus est filius dei sicut de matre, non de illo, id est, spiritu sancto sicut de patre, ne duo patres dicerentur in sancta trinitate. Interrogatio. Si una natura est patris & filij, & filius incarnatus plenus est deus & perfectus, quõ non pater incarnatus est? Responsio. Filius plenus est deus & perfectus qui solus in-

) Iohañis. 4.

Ioh.) Acto.) 5

carnatus est, & homo factus est. Nam ignis una substãtia est, sed aliud in igne facit calor, aliud lux: Lux illumĩnat, calor calefaciat, una tamen ignis natura utrumq; facit & calorem & lucem. Interrogatio. Vtrum diuinitas cum carne concepta & nata & passa est, & cætera quæ humanitatis propria esse noscuntur? Respõsio. Vtiq; diuinitas suæ carnis conceptione concepta est, & natiuitate nata, sensitq; participatione humani affectus mortẽ quam sponte susceperat, non naturæ suæ potentiam perdens per quam cuncta uiuificat. Et ipse auctor qui sponte natus est, sponte passus est. Est idem opus, quia utrumq; unus, licet non alio cogente, solus tamẽ ipse perpetitur, salus diuinitatis impassibilitate. Interro-
Iohan. 10. gatio. Ex qua natura dicit: Potestatem habeo ponendi animam meam? Responsio. Omnium quæ in Christo sunt operum auctoritas, ex diuinitate est, tamen carni conuenit dicere. Potestatem habeo ponendi animam meã non diuinitati. Diuinitas enim nõ dimisit animam postquam assumpsit eam in utero uirginis, caro dimisit dum emisit spiritum in cruce Christus. Interrogatio. Quo-
Gene. 2. Iohannis 5 modo conuenit quod in Genesi legitur: Requieuit deus die septimo ab omnibus operibus suis, & in Euangelio. Pater meus usq; modo operatur, & ego operor? Responsio, Requieuit à nouarum conditione creaturarum, non à conditarum gubernatione: Et ideo deus tunc creator in sex dierum creatione putandus est, nunc uero gubernator in totius mundi naturis. Interrogatio. Quot creaturas rationales condidit deus? Responsio. Duas, angelicam & humanam, & cœlum angelis, & terram hominibus habitationem. Interrogatio. Quare angelicũ peccatum silentio in genesi absconditum est, & hominis patefactum est? Responsio. Quia angelicum uulnus deus non prædestinauit curare, hominis uero sanare prædestinauit. Interrogatio. Cur summi angeli peccatum insanabile fuit, & hominis sanabile? Responsio. Quia angelus sui sceleris inuentor fuit, homo uero alterius fraude seductus. Item quanto sublimior angelus in gloria, tanto maior in ruina: Homo uero quanto fragilior in natura, tanto facilior ad uenią.

Interrogatio. Cur homo suæ potestatis creatus auctor est? Responsio. Vt ipse sibi auctor esset ad uitam, siue ad mortem. Si uero necessitati esset subiectus, tunc nec boni operis haberet gloriam, nec mali pœnam, sed esset quasi unus ex pecoribus.

Interrogatio de benedictionibus filiorum Iacob.

QVid intelligendum est de benedictionibus, quibus Iacob patriarcha benedixit filios suos, an historice, uel allegorice intelligendæ
Gene. 49. sint, dum dicit: Congregamini filij Iacobut, annunciem uobis quæ uentura sunt in nouissimis diebus, & si uidentur ex his uerbis magis allegoriam sonare quàm historiam? Responsio. Vtrum q; uero, & historiam, et allegoriam. Historiam de diuisione terræ promissionis, quæ diuisiones diuidendæ erat nepotibus eorum, Et allegoriam de Christo & de ecclesia in nouissimis temporibus futuram. Sed prius historiæ fundamenta ponenda sunt, ut aptius allegoriæ culmen priori structuræ supponatur. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, principium doloris mei, prior in donis, maior imperio: Effusus es sicut aqua, nõ crescas, quia ascẽdisti cubile patris tui, & maculasti stratũ eius. Est autem sensus hic. Tu es primogenitus meus, maior in liberis, & debebas iuxta ordinem natiuitatis tuæ hereditatem, quæ primogenitis iure debebatur, sacerdotium accipere & regnum. Hoc quippe in portando honore et præualido robore demõstratur: Verum quia peccasti, & quasi aqua quolibet uasculo non tenetur, uoluptatis effusus es impetu, idcirco præcipio tibi ut ultra non pecces, sisq; in fratrum numero, pœnas peccati luens, quòd primogeniti ordinem perdidisti. Principium autem doloris est omnis primogenitus, quia pro eo cõmouentur uiscera parentum. Simeon et Leui fratres uasa iniquitatis bellantia, in consiliũ eorum non ueniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea, quia in furore suo occiderunt uirum, & in uoluntate sua suffoderunt murum: Maledictus furor eorum, quia pertinax, & indignatio eorum, quia dura. Diuidam eos in Iacob, & dispergam illos in Israël. Significat autem non sui consilij fuisse, quòd Sichẽ & Emor interfecerunt fœderatos, & contra fas in pacis & Gene. 34
amicitiarum tempore sanguinem fuderunt innocentem, & quasi quodam furore sic crudelitate raptati muros hospitæ urbis euerterent. Vnde dicit: Maledictus furor eorum, quia pertinax, & relinquam & dispergam illos in Israël. Leui enim hæreditatem propriam nõ accepit, sed in omnibus sceptris paucas urbes ad inhabitandas habuit. De Simeon uero in libro Iesu scriptum est, quòd & ipse proprium funiculum non acceperit, sed de tribu Iuda quiddam acceperit. Iuda te laudabũt fratres tui, manus tuæ in ceruicibus inimicorũ tuorum, adorabunt te filij patres tui. Catulus leonis Iuda, ad prædam fili mi ascendisti, requiescens accubuisti ut Leo & quasi Leena. Quis suscitabit eum? Quia Iudas cõfessio siue laus interpretatur, recte scribitur de Iuda, confitebuntur tibi fratres, uel laudabunt te. Et licet de Christo grande mysterium sit, sed tamen secundum literam significat, quòd per Dauid stirpem generarentur reges, & quòd adorarent eum omnes tribus. Non enim ait filij matris tuæ, sed filij patris tui. Et quòd sequitur: Ad prædam fili mi ascendisti, ostendit eũ captiuos populos esse ducturum, & iuxta intelligentiam sacrationem ascendisse in altum, captiuam duxisse cap- Psalm. 67
tiuitatem. Siue quod melius puto, captiuitas passionem, ascensus resurrectionem significat. Alligans ad uineam pullum suum, & ad uitem asinam suam. Quod uidelicet pullum asinæ cui supersedit Iesus, hoc est gentilium populum uineæ Apostolorum qui ex Iu-

deis

dæis sunt copulauerit,& ad uitem, siue ut in Hebræo habetur soreth,id est electam uitem alligauerit asinam cui superſedit ecclesia ex nationibus congregata. Quod autem dicit: Fili mi: conuersionem ad Christum de ipso Iuda facit,eo quòd Christus sit uniuersa facturus.

Quod autem dicitur: Non auferetur sceptrum de Iuda & dux de femoribus eius,donec ueniat ille qui mittendus est,& ipse erit expectatio genitum,significat,q; non deficerent principes de tribu Iuda usq; ad tempus quo natus est Christus,qui missus à patre expectatio est gentium. Zabulon in littora maris habitauit,& in statione nauium pertingens usq; ad Sidonem. Isachar asinus fortis accubans inter terminos,uidit requiem q; esset bona,& terram quòd optima,& supposuit humerum suũ ad portandum.factusq; est tributis seruiens· Quia supra Zabulõ dixerat, q; maris magni littora esset possessurus,Sidonem quoq; et reliquas Phœnicis urbes cõtingeret,nunc ad mediterraneam prouinciam dedit & Isachar,qui iuxta Neptalim pulcherrimã in Galilæa regionem possessurus est, benedictione sua habitationem facit. Asinum autem osseum uel sortem uocat,& humerum dicit supposuisse ad portandum,quia in labore terræ et uchentis ad mare,quæ in finibus suis nascebantur, plurimum laboraret,regibus quoq; tributa comportans. Aiunt Hebræi per metaphoram significari,quòd scripturas sanctas die ac nocte meditans studium suum dederit ad laborandum,& idcirco ei omnes seruiunt quasi magistro dona portantes, Dan iudicabit populum suum,sicut & alia tribus in Israël. Fiat Dan coluber in uia,Cerastes in semita mordẽs ungulas equi,ut cadat ascensor eius retro,salutare tuum expectabo domine. Sãson iudex Israël de tribu Dan fuit. Hoc ergo dicit, nunc uidens in spiritu comã nutrire Sanſonem Nazareum cæsisq; hostibus triumphare,quod in similitudinem coluberi reguliq; obsidentibus uias nullum per terram Israël transire permittat: Sed etiam si quis temerarius uirtute sua quasi uelocitate equi confisus,eam uoluerit prædonis more populare,non effugere ualebit. Totum autem per metaphoram serpentis & equitis loquitur. Videns ergo tam fortem Nazareum quòd ipse propter meretricem mortuus est,& moriens nostros occidit inimicos, putaui ò deus ipsum esse Christum filium tuum uerum, quia mortuus est & non resurrexit,& rursum ductus est Israël in captiuitatem,alius mihi saluator mundi,& mei generis præstolandus est,ut ueniat cui repositum est & ipse esset expectatio gentium. Gad accinctus præliabitur ante eum,& ipse accingetur retrorsum: Significat,q; ante Ruben & dimidia tribus Manasse ad filios quos trans Iordanem in possessionem dimiserat, post quattuordecim annos reuertens prælium aduersum eos gentium uicinarum grande repererit,& uictis hostibus fortiter dimicauerit,Lege Iesum Naue et paralipomenõ. Neptalim,ceruus emissus dãs eloquia pulchritudinis,siue Neptalim ager irriguus. Vtrũq; significat Hebræũ uerbum,aiala. Significat autem,quòd aquæ calidæ in ipsa nascantur tribu,siue q; super lacum genesar fluento Iordanis esset irriguus. Hebræi autem uolunt propter Tyberiadem,quæ legis uidebatur habere noticiam, agrum irriguum eloquia pulchritudinis prophetari. Ceruus autem emissus temporaneas fruges & uelocitatem terræ uberioris ostendit. Sed melius si ad doctrinam saluatoris cuncta referamus,quod ibi uel maxime docuerit saluator,ut in Euangelio quoq; scriptum est. Filius meus Ioseph accrescens,filius meus accrescens & decorus aspectu,filiæ decurrerunt super murum,sed exasperauerũt eum,& iurgati sunt,inuiderunt q; illi habentes iacula. Sedit in forti arcus eius,& dissoluta sunt uincula brachiorum & manuum eius per manum potentis Iacob. Inde pastor egressus est lapis Israel. O fili Ioseph qui tam pulcher es,ut te tota de muris & turribus ac fenestris puellarũ Aegypti turba prospectet,inuiderunt tibi, & ad iracundiam te prouocauerunt fratres tui,habentes liuoris sagittas & zæli iaculis uulnerati. Verum arcum tuũ et armã pugnandi posuisti in deo,qui fortis est pugnator,et uincula tua quibus te fratres ligauerunt,ab ipso soluta sunt & dirupta,ut ex tuo semine tribus nascatur Ephraim fortis & stabilis,& instar lapidis durioris inuicta,imperans quoq; decem tribubus Israël. Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam & uespere diuidet spolia. Quia de Apostolo Paulo quæ dicta sunt manifestissima sit prophetia,omnibus patet,q; in adolescentia persecutus sit ecclesiam,in senectute prædicator Euangelij fuerit. Hebræi autem ita dixerunt. Altare in quo immolabantur hostiæ & uictimarum sanguis, ad basim illius fundebant in parte tribus Beniamin fiat: Hoc inquiunt significat, q; sacerdotes immolant mane hostias,ad uesperum diuidunt ea quæ sibi ex lege collata sunt,lupum sanguinarium,lupum uoracem super altaris interpretatione ponentes & spoliorum diuisorem super sacerdotibus,qui seruientes altari uiuunt de altari. Hæc autem historice. Spiritaliter autem in Rubẽ prioris populi Iudæorum ostendit esse personam,cui à domino dicitur: Israël primogenitus meus. Etenim iuxta qd' Exo. 4
primogenito debebatur ipsius erat accipere sacerdotiũ & regnum. Additur, tu uirtus mea: Vtiq; q; ex ipso populo fundamentum fidei, ex ipso uirtus dei quæ est Christus,aduenit. Quomodo autem ipse sit principium dolorum,nisi dum patri deo semper irrogauerit iniuriã dum conuertit ad eum dorsum & non faciem. Iste prior in donis,quia primum ipsis credita sunt eloquia dei & legislatio,& testamentum siue promissio. Iste maior imperio: Vtiq; pro magnitudine uirium,quia copiosius cæteris in hoc sæculo propter idem negauit. Effusus est autem sicut aqua,peccando in Christo,quæ uasculo non tenetur uoluptatis, effusus est impetu,& idcirco addidit,ultra nõ creſcas, Quapropter ipse postq; in uniuerso orbe dispersus est,ualde imminutus est. Sed quare talia meruit,ita subiecit,quia ascendisti cubile patris tui.

Primogenitæ autem plæbis audaciam prædicat: Quæ ascendit cubile patris sui, & maculauit stratum eius, quando corpus dominicum in quo plenitudo diuinitatis requiescebat raptum in cruce suspendit & ferro cõmaculauit. Simeon & Leui fratres uasa iniquitatis bellantia. Per Simeon & Leui scribæ & Pharisæi & sacerdotes Iudaici populi intelliguntur. De Simeone enim
Math.26 scribæ erant Iudæorum, & de tribu Leui principes sacerdotum qui cõsilium fœcerunt, ut Iesum dolo tenerent & occiderent. De quo consilio dicit: In consilium eorum ne ueniat anima mea. Horrebat enim tanta scelera, quæ nouissimis temporibus facturi erant Iudæi. Quia
Zach. 6 in furore suo occiderunt uirum, id est, Christum, de quo
Hiere.6. dicitur: Ecce uir oriens nomen eius. Et alibi: Fœmina circumdabit uirum. Suffoderunt murum, id est, illum spiritalem fortissimum murum qui custodit Israël, lancea confoderunt. Maledictus furor eorum quia pertiIohan,19. nax, utiq; quando furore accensi & ira, obtulerũt Christum Pilato dicentes: Crucifige crucifige. Et indignatio eorum, quia dura dum Barrabam latronem peterent & principem uitæ crucifigendum postularent. Diuidã eos in Iacob, & dispergam illos in Israël: Quia nonnulli ex ipsis crediderunt, quidam in infidelitate permanserunt. Dicuntur enim diuisi hi qui ab eis separantur & ueniunt ad fidem: Dispersi autem quorum patria temploq; subuerso per orbem terræ incredulorum genus spargitur, Iuda te laudabunt fratres tui. Per hunc Iudam uerus confessor exprimitur Christus, qui ex eius tribu secũdũ carne est genitus. Ipsum laudabũt fratres sui, Apostoli scilicet, & omnes cohæredes eius qui per adoptionem patris, filij dei effecti sunt, & Christi fratres per gratiam, quorum ipse est dominus per naturam. Manus tuæ in ceruicibus inimicorum tuorum. Eisdem enim manibus atq; eodem crucis tropheo, & suos texit, & inPsalm.109 micos, et aduersarias potestates curuauit, iuxta quod & pater promittit ei dicens: Sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellum pedũ tuorum. Adorabunt te filij patris tui: Quando multi ex filijs Iacob adorant eum, per electionem gratiæ salui facti. Catulus
Roma.11 Leonis Iuda: Quando nascendo factus est paruulus sicEsaie.9. cut scriptum est: Paruulus natus est nobis. Ad prædã fili mi ascendisti, id est, ascendens in crucẽ captiuos populos redemisti, & quos ille contrarius inuaserat, tu moPsalm.76 riens eripuisti. Deniq; rediens ab inferis, ascendisti in altum captiuã duxisti captiuitatem. Requiescens accubuisti ut leo: Manifestissime Christus in passione accubuit,
Iohañis.19 quando inclinato capite tradidit spiritum: Et quando in sepulchro positus fuit, uelut quodam corporis somno quieuit. Sed quare ut leo, et uelut catulus Leonis? In somno enim suo leo fuit, quando non necessitate, sed po-
Ioan.10. testate hoc ipsum compleuit, sicut ipse dicit: Nemo tollit à me animam meam, sed ego pono eam. Quod uero addit, & ut catulus Leonis, inde enim mortuus unde natus. Bene ergo Christus ut leo requieuit qui non solum mortis acerbitatem non timuit, sed & in ipsa morte mortis imperium uicit. Quod autem dicit: Quis susIoh.2 scitabit eum? Quia nullus nisi ipse, iuxta quod dicit: Soluite templum hoc, & in triduo suscitabo illud. Non deficiet dux de Iuda & reliqua. Hoc manifestissime ad Iudam refertur. Diu enim fuit ex semine illius intemerata apud Iudæos successio regni, donec Christus nasceretur, sicut supra diximus. Alligans ad uineam pullum suum. Pullus suus populus est ex gentibus, cui adhuc nunq̃ fuerat legis onus impositum: Hunc copulauit ad Esai,5 Iohan.15 uineam, ad Apostolos scilicet qui ex Iudæis sunt. Nam uinea domini sabaoth domus Israël est. Et ad uitem asinam suam, ipse dicit: Ego sum uitis uera. Ad hanc ergo uitem alligat asinam suam, synagogam tardigradam scilicet, & graui legis pondere depressam. Lauauit in uinoMath.27 stolam suam, siue carnem suam in sanguine passionis, sique sanctam ecclesiam illo uino, quod pro multis effundetur in remissionẽ peccatorũ. Et in sanguine uuæ pal-Gene.49. lium suum. Pallium gentes sunt quas corpori suo iunxit, sicut scribitur: Pulchriores oculi eius uino. Oculi Christi Apostoli sunt & Euangelistæ, qui lumen scientiæ ecclesiæ præstant, quorum præcepta austeritatem uini priscæ legis superant, quia longe leuiore sunt. Et dentes eius lacte candidiores. Dentes præceptores sunt sancti qui præcidunt ab erroribus homines, et eos quasi comedendo in Christi corpus transmittunt. Candidiores autem effecti sunt doctores ecclesiæ lacte ueteris legis, Zabulon habitabit in littore maris & in statione nauium. Zabulon interpretatur habitaculum fortitudinis, & ecclesiam significat. Hæc in littore maris habitat & statione nauium, cum credentibus refugium et periclitantibus demonstrat fidei portum. Hæc contra omnes turbines sæculi inconcussa firmitate solide expectat naufragium Iudæorum & hæreticorum procellas, qui circũferuntur omni uento doctrinæ, quorum & si tunditur fluctibus, non tamen frangitur. Pertendit autem usq; adMathei.4 Sidonẽ, hoc est usq; ad gentes. Legitur etiam in Euangelio inde assumptos esse Apostolos aliquos, & ipsis loEsaie.9. cis dominum sæpe docuisse, sicut scriptum est: Terra Zabulon, & terra Neptalim, populus qui sedebat in tenebris, uidit lucem magnam. Sidon interpretatur uenator, uel uenatrix. Venatores q sunt, nisi Apostoli? QuiaHiere.16. ut supra diximus, ex illis locis assumpti sunt, de quibus dicitur: Mittam uenatores multos, & uenabunt uos. Issachar asinus fortis. Issachar qui interpretatur merces refertur ad populum gentium, quem dominus sanguinis sui precio mercatus est. Hic Issachar asinus fortis scribitur, quia prius populus gentilis quasi brutum & luxuriosum animal nullaq; ratione subsistit, sed postmodum iugum disciplinæ Euangelicæ libenter portauit. Hic accubans inter terminos, uidit requiem quòd esset bona, et terram quòd optima. Inter terminos autem cubare est,

præstolato

præstolato mũdi fine requiescere, nihilq; de his quæ nunc uersantur in medio quærere, sed ultima desiderare. Et fortis asinus requiem & terram optimam uidet, cum simplex gentilitas se ad robur boni operis erigit, & ad æternæ uitæ patriam tendit. Vnde etiã apponit humerum suum ad portandum, quia cum ad promissam requiẽ peruenire desiderat, cuncta mandatorum onera libenter portat. Vnde factus est tributis seruiens, hoc est Christo regi suæ fidei dona & operum bonorum offerens munera. Dan iudicabit populum suum, sicut aliæ tribus in Israël. Fiat Dan coluber in uia, cerastes in semita, & reliqua. Dicunt quidam Antichristum per hæc prædici & de ista tribu futurum, pro eo q; hoc loco Dan, & coluber asseritur & mordens, et q; inter tribus Israël, primus Dan ad aq-
Esai.14. Hierc.8 lonem castrametatus est, illum significans qui se in lateribus aquilonis sedere dicit, & de quo figuraliter dicit Propheta. A Dan auditus est fremitus equorum. Qui nõ solum coluber, sed etiã cerastes uocatur, κέραστὰ enim Græce cornua dicuntur. Serpens ergo ille cornutus esse perhibetur: Per quem digne Antichristus asseritur, quia contra uitam fidelium cum morsu pestiferæ prædicationis armabitur etiam cornibus potestatis. Quis autem nesciat semitam angustiorem esse quàm uiam? Fit ergo Dan coluber in uia, quia in præsentis uitæ latitudine eos ambulare prouocat, quibus quasi parcendo blanditur, sed in uia mordet, quia eos quibus libertatem tribuit, erroris sui ueneno consumit. Fit cerastes in semita, quia quos fideles repperit & sese ad præcepti cœlestis itinera constringẽtes, non solum nequitia callidæ persuasionis impetit, sed etiam terrore potestatis præmit, & in persecutiones languore post beneficia fictæ dulcedinis, exercet cornua potestatis. Equus iste cuius ungulas cerastes mordere dicitur, hunc mundum insinuat, qui per elationem suam in cursu labentium temporum spumat. Et quia Antichristus extrema mundi huius apprehendere nititur, cerastes iste equi ungulas mordere perhibetur: Vngulas quippe equi mordere, est extrema sæculi feriendo contingere, ut cadat ascensor eius retro. Plebs infidelis Iudæa erroris sui laqueis capta, pro Christo antichristum expectat. Bene Iacob eodem loco repente in electorum uoce conuersus est dicẽs: Salutare tuum expectabo domine, id est non sicut infideles Antichristum, sed eum qui in redemptionem nostram uenturus est uerũ credo fideliter Christum. Amen.

Sancti Augustini Hipponẽsis episcopi, liber de inquisitione trinitatis, & quibusdam alijs sententijs, explicit.

DIVI AVRELII AVGVstini Hipponẽsis episcopi, tractatus de Epicureis & Stoicis, incipit.

Quario modo doctrinæ semina recipiantur. Cap. I.

ADVERTIT NOBISCVM charitas uestra cum legeretur liber actuum Apostolorum, Paulum locutum esse Atheniensibus, & ab eis qui prædicatiõem ueritatis irridebant dictum fuisse, uerborum seminatorem. Acto.17
Dictum est quidem ab irridentibus, sed non respuendum est à credentibus. Erat enim reuera ille seminator uerborum, sed messor morum. Et nos licet tantilli & nequaq̃ illius excellentiæ comparandi, in agro dei, quod est cor uestrum, uerba dei seminamus, & uberem messem de uestris moribus expectamus: Veruntamen unde admonemur loqui charitati uestræ quod ipsa locutione continetur, hortamur attentius aduertatis, si quo modo adiuuante domino deo nostro dicimus aliquid, quod nec facile, nisi dicatur ab omnibus possit intelligi, neq; cum intellectum fuerit debeat ab ullo contemni. Apud Athenas loquebatur. Athenienses in omni literatura atq; doctrina per alios populos magna fama pollebant. Ipsa erat patria magnorũ Philosophorum: Inde se per cæteras Græciæ atq; alias orbis terras uaria & multiplex doctrina diffuderat. Ibi Apostolus loquebatur, ibi annunciabat Christum crucifixum, Iudæis quidem scandalum, gentibus aũt stul-
1. Corin.1 ticiam, ipsis uero uocatis Iudæis & Græcis Christum dei uirtutem & dei sapiẽtiam. Hoc annunciare inter superbos & doctos quanti periculi fuerit, uestrum est cogitare. Deniq; sermone finito, audita illa resurrectione mortuorum, quæ præcipue fides est Christianorum, alij irridebant, dicebant autem alij: Audiemus te de hoc iterum. Nec defuerunt qui crediderunt, atq; in eis nominatur q̃dam Dionysius Areopagites, id est Atheniensium principalis. Areopagos enim Atheniensium curia uocabatur: Et mulier quædam nobilis, & alij. Facta est ergo loquente Apostolo tripertita illa multitudo, per quosdã gradus mira distinctione disposita, irridentium, dubitantium, credentium. Quidam enim ut scriptum esse audiuimus, irridebant. Quidam dicebant: Audiemus te de hoc iterum, isti dubitantes erant. Alij qui crediderunt: Inter irridẽtes & credentes, medij sunt dubitantes. Qui irridet, cadit, q credit, stat, qui dubitat, fluctuat. Audiemus te de hoc iterum inquiunt, incertum, an casuri essent cum irridentibus, an staturi cum credentibus.

Quapropter partialem seminis iacturã non sit a seminatione cessandum. Cap. II.

NVnquid tamen inaniter laborauit seminator ille uerborum? Ille uero si formidaret irridentes, non
Matth. 13 perueniret ad credentes, quomodo seminator ille Euangelicus quem commemorat dominus: Nam utiq; hoc erat Paulus, si trepidaret mittere semina, ne aliud caderet in uia, aliud inter spinas, aliud in loca petrosa, nunq̃ semen posset etiam ad terram optimam peruenire. Et nos seminemus, spargamus, corda præparate, fructum date. Hoc quoq; si meminit charitas uestra cum legeretur audiuimus, q, quidam ex Philosophis Epicureis & Stoicis conferebant cum Apostolo. Qui sint uel fuerint Philosophi Epicurei & Stoici, id est quid senserint, quid uerum esse putauerint, quid philosophando sectati sint, proculdubio multi uestrum nesciunt, sed quoniam Carthagini loquimur, multi sciunt. Adiuuent ergo modo nos dicturos uobis: Ad rem quippe ualde pertinet, quod puto esse dicendum. Audiant nos, & nescientes instruantur, scientes cõmoneantur: Illi cognoscant, illi recognoscant.

Q2 nedum Christianis, sed & Philosophis & omnibus hominibus communis sit beatæ vitæ, sed dispar appetitio. Cap. III.

PRimo generaliter audite omnium Philosophorum commune studium: In quo studio communi habuerunt quinq; diuisiones & differentias sentẽtiarum propriarum. Communiter omnes Philosophi studẽdo, quærendo, disputando, uiuendo appetiuerunt apprehendere uitam beatam. Hæc una fuit caussa philosophãdi, sed puto q, etiam hoc Philosophi nobiscum commune habent. Sed si enim à uobis quæram quare in Christum credideritis, quare Christiani facti fueritis? Veraciter mihi omnis homo respõdet, propter uitam beatam. Appetitio igitur beatæ uitæ Philosophis Christianisq; communis est. Sed res tam consona ubi inueniri possit, inde quæstio est, deinde discretio. Nam uitam beatam appetere, uitam beatam concupiscere, desiderare, sectari, omnium hominum esse arbitror. Vnde me uideo parum dixisse hũc appetitum beatæ uitæ Philosopis Christianisq; communem: Debui enim dicere, omnium hominum, prorsus omnium bonorum & malorum. Nam & qui bonus est, ideo bonus est ut beatus sit, & qui malus est, malus non esset, nisi inde se beatum esse posse speraret. De bonis facilis quæstio est, q, beatam uitam quærant ideo boni sint. De malis uero aliqui dubitant, utrum & ipsi beatam uitam quærãt. Sed si separatos malos & à bonis discretos interrogare possem & dicere: Vultis beati esse? Nemo diceret, nolo. Verbi gratia, pone aliquem furem, quæro ab illo: Quare furtum facis: Vt habeam inquit, quod nõ habebam. Quare uis habere quod non habebas? Quia miserum est non habere. Si ergo miserum est non habere, beatum putat habere. Sed in eo impudens est & errat, quia de malo uult beatus fieri: Bonum est enim beatum esse. Vnde ergo ille peruersus? Quia bonum quærit & malum facit. Quid quærit ergo? Quid aspirat cupiditas malorum, ad mercedem bonorum? Beata uita merces bonorum est, bonitas opus est, beatitudo merces est. Deus opus iubet, mercedem proponit. Dicit, hoc fac, & hoc accipies. Ille autem malus respondet nobis: Nisi male fœcero, beatus non ero. Tanq̃ dicat aliquis, ad bonum non peruenio, nisi malus fuero. Non uides, quia bonum & malum contraria sunt? Bonum quæris, & malum facis? In contrarium curris quãdo peruenis.

Quæ sit tam Epicureorum quam Stoicorum positio. Cap. IIII.

RElinquamus ergo istos, forte optimum erit ut ad eos redeamus, cum de Philosophis quod instituimus perægerimus. Non enim arbitror sine caussa per nescientes actum esse aliquid magnum dispensante diuina ipsa prouidentia, ut cum essent plurimæ Philosophorum sectæ in ciuitate Athenienſi, non contulerunt cum Apostolo Paulo nisi Stoici & Epicurei. Cum enim audieritis quid sentiant in sectis suis, uidebitis quàm non frustra factum sit ut ex omnibus Philosophis soli cum Paulo conferrent. Neq; enim eligere sibi potuit quibus altercantibus responderet, sed diuina sapientia omnia gubernans hos ei apposuit, in quibus dissensionis Philosophorum tota prope caussa consisteret. Breuiter ego dico: Indocti credant nobis, docti iudicent de nobis. Puto quia mentiri non audeo indoctis, iudicibus doctis maxime, qa dico aliquid ubi pariter & docti & indocti possint ueraciter iudicare. Hoc ergo prius dico, hominem constare ex anima & corpore. Hic non peto ut credatis, sed & uos peto ut iudicetis. Non enim timeo ne in hoc dicto male quisquam iudicet de me qui agnoscit se. Homo ergo, quod nemo ambigit, constat ex anima & corpore. Substantia ista, res ista, persona ista, homo dicitur. Beatam uitam quærit, & hoc nostis, nec insto ut credatis, sed admoneo ut agnoscatis. Homo inquam, id est, res ista non parua, præcedens, omnia pecora, omnia uolatilia, omnia & natatilia, & quicquid carnem gerit, & homo nõ est: Homo ergo constans ex anima & corpore, sed non qualicunq; anima: Nam & pecus constat ex anima & corpore: Homo ergo constans ex anima rationali & carne mortali, quærit beatam uitam. Quæ res faciat beatam uitam cum cognouerit homo, nisi hanc teneat, hanc sequatur, hanc sibi uendicet, assumat si potestas est, petat si difficultas est, beatus esse non potest. Tota igitur quæstio est, quid faciat beatam uitam: Constituite nunc ante oculos uestros Epicureos, Stoicos & Apostolum, quod etiam sic dicere potui, Epicureos, Stoicos, Christianos. Interrogemus prius Epicureos quæ res faciat uitam beatam. Respondent: Voluptas corporis. Hic iam credatis peto, quia iudices habeo, utrum enim hoc dicant, hoc sentiant Epicurei nescitis, quia

quia illas literas non legistis, sed sunt hic qui legerunt. Re deamus ad interrogandos. Quid dicitis Epicurei? Quæ res facit beatam uitam? Respondent: Voluptas corporis. Quid dicitis Stoici, quæ res facit uitam beatam? Respondent: Virtus animi. Intendat mecum charitas uestra, Christiani sumus, inter Philosophos disceptamus. Videte quare illæ duæ sectæ tantum procuratæ sunt cum Apostolo collaturæ. Nihil est in homine quod ad eius substantiam pertineat atq; naturam, præter corpus & animam. Horum duorum in uno, hoc est in corpore Epicurei posuerunt beatam uitam, in alio, id est anima Stoici posuerunt beatam uitam. Quantum ad hominem pertinet, si ab illo sibi est uita beata, nihil restat præter corpus & animam. Aut corpus est caussa beatæ uitæ, aut anima est caussa beatæ uitæ, si plus quæris, ab homine recedis. Hi ergo q beatam uitã hominis in homine posuerunt, alibi ponere omnino non potuerunt nisi aut in corpore, aut in anima. Horum qui in corpore posuerunt, principatum Epicurei tenuerunt. Horum qui in anima posuerunt, principatum Stoici tenuerunt.

Quam irrationabilis & fugienda Epicureorum estimatio. Cap. V.

ECce sunt, conferunt cum Apostolo: Aliquid ne plus habebat Apostolus? An uero uni harum duarũ sectæ necessario consentire deberet, ut etiam ipse caussam beatæ uitæ, aut in corpore, aut in anima poneret? Nunq̃ poneret Paulus in corpore, hoc enim magnum non est, cum ipsi minime ponant caussam beatitudinis in corpore, qui melius sentiunt de corpore. Nam Epicurei & de corpore & de anima hoc idem sentiunt, q, utrunq; mortale est. Et quod est gratuius & detestabilius, prius dicũt animam post mortem dissolui quàm corpus. Adhuc inquiunt post efflatum spiritum manente cadauere, & integris membrorum liniamentis aliquantum durantibus, anima mox ut exierit ueluti fumus uento deuerberata dissoluitur. Non ergo miremur q, summum bonum, id est beatitudinis caussam in corpore posuerunt quod se melius quàm animam habere senserunt. Nunquid hoc faceret Apostolus? Absit ut poneret in corpore summum bonum: Summum enim bonum est caussa beatitudinis, immò uero doluit Apostolus quosdam è numero Christianorum elegisse sententiam Epicureorum, non hominum, sed porcorum. Ex hoc enim numero erant illi corrumpentes mores bonos colloquijs malis, & dicentes: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur. Epicurei contulerunt cum Paulo Apostolo, sunt & Christiani Epicurei. Quid enim sunt aliud dicentes quotidie: Manducemus & bibamus, cras enim moriemur? Quo pertinet: Nihil erit post mortem: Vmbræ enim transitus est uita nostra. Dixerũt enim apud se cogitantes non recte inter cætera, coronemus nos rosis anteqũ marcescant: Nullum pratum sit quod nõ pertranseat luxuria nostra, ubiq; relinquamus signa lætitiæ, quoniam hæc est pars nostra, & hæc est sors.

1 Corin. 15

Sap. 2

Quam sibi Christiani sententiam eligant. Cap. VI.

HOc si atrocius obiurgemus, si his cupiditatibus uehementius resistamus, dicent & quod sequitur: Opprimamus pauperẽ iustum. Et tamẽ dicere uel in hoc loco positi nõ timemur: Nolite esse Epicurei. Cogitate qdẽ illud, qd̃ dictum est ab his non recte loquẽtibus: Cras enim moriemur, sed non omnimodo moriemur, manet enim post mortem qd̃ sequitur mortem. Comes moriẽti, aut uita erit, aut pœna. Nemo dicat: Quis huc inde reuersus est? Diues ille purpuratus fero redire uoluit, et pmitti nõ potuit. Stillã sitiẽs inq̃siuit, q esuriẽtem pauperẽ fastidiuit. Nemo ergo dicat: Mãducemus et bibamus, cras enim moriemur. Si uultis dicere, cras enim moriemur, non prohibeo, sed aliud ante dicite. Epicurei quippe uelut non uicturi post mortem, quasi aliud nihil habẽtes nisi qd̃ delectat carnẽ dicunt: Manducemus &c. Sed tenete qd̃ dicitur, cras enim moriemur. Christiani uero post mortẽ uicturi & fœlices potius futuri uel uicturi post mortẽ, non dicant: Mãducemus & bibamus, cras enim moriemur. Et dicite: Ieiunemus & oremus, cras enim moriemur. Addo plane aliud, addo tertium: Nec qd̃ præcipue obseruandum est prætermitto, ut de ieiunio tuo fames pauperis satietur: Aut si ieiunare non potes, magis pascas, cuius fauritate tibi uenia cõcedatur. Dicant ergo Christiani: Ieiunemus & oremus, & donemus, cras enim moriemur. Aut si duas res uolunt dicere, ego eligo ut dicant: Donemus & oremus quàm ieiunemus & non donemus. Absit ergo ut Apostolus in corpore poneret summum bonũ hominis, id est beatitudinis caussam.

Ibidem.

Luc. 16

Stoicorum opinio in quo deficiat. Cap. VII.

SEd cum Stoicis non indecens fortasse luctamen est. Ecce enim interroganti ubi ponant efficiens beatæ uitæ, id est quod facit in homine beatam uitam: Respondent, non corporis uoluptatem, sed animi esse uirtutem. Quid Apostolus annuit? Si annuit, annuamus. Sed non annuit: Reuocat enim scriptura eos qui confidunt in uirtute sua. Epicureus itaq; in corpore ponens summum hominis bonum, in se spem posuit: Sed enim Stoicus in animo ponens summum hominis bonum, in re quidem meliori hominis posuit, sed etiam ipse in se spem posuit. Homo est autem & Epicureus & Stoicus. Maledictus igitur omnis qui spem suam ponit in homine. Quid ergo iã constitutis ante oculos nostros tribus, Epicureo, Stoico, Christiano? Interrogemus singulos. Dic Epicuree quæ res faciat beatum. Respondet: Voluptas corporis. Dic Stoice: Virtus animi. Dic Christiane: Donum dei.

Psalm. 48.

Hiere. 17

Quæ sit beata uita, & quæ via perueniendi ad ipsam. Cap. VIII.

ITaq; fratres uelut ante oculos uestros Epicurei & Stoici cum Apostolo contulerunt, & collatione sua nos quid reijcere & quid deberemus eligere docuerunt.

Est uirtus

Est uirtus animi res laudabilis, prudentia, mala & bona discernens: Iusticia sua cuiq; distribuēs: Temperantia libidines: Fortitudo molestias æquanimiter sustinens. Magna res, laudabilis res: Lauda Stoice quantum potes, sed
Philip.2 dic unde habes? Non uirtus animi tui te facit beatum, sed qui tibi uirtutem dedit, qui tibi uelle inspirauit & posse
Actō.17 donauit. Scio quia fortassis irrisurus es me, & eris in eis de quibus scriptum est, quia Paulum irridebant. Si tu uia es, ego semino, seminator enim uerborum sum pro modulo meo. Quod fuit conuitium tuum, officium est meum. Ego semino quod cadit in te, tanq̄ in terram duram. Ego non sum piger & inuenio terram bonam. Quid tibi faciam? Reprehensus es, & oraculo diuino reprehensus es. Inter illos es, qui confidunt in uirtute sua, inter illos es qui spem ponunt in homine, uirtus te delectat, scio, sitis: Sed uirtutem tibi manare non potes. Si curæ sit, tibi ostendere fontem uitæ, forte deridebis. Dicis enim apud
1. Corin. 1 te, de ista rupe bibiturus sum. Accedit uirga & manauit aqua. Iudæi enim signa petunt, sed tu Stoice non es Iudæus: Scio Græcus es: Et Græci sapiētiam quærunt. Nos autem prædicamus Christum crucifixum. Scandalizatur Iudæus, subsannat Græcus. Iudæis enim scandalum, gentibus autem stultitiā, sed ipsis uocatis Iudæis & Græcis, hoc est ipsi Paulo ex Saulo & Dionysio Areopagitæ & talibus his talibus & illis Christum dei uirtutem & dei sapientiam. Iā non irrides rupem, agnosce uirgam crucem, Christum fontem, & si sitis, bibe uirtutem. Esto fonte saginatus, gratiarum actiones fortasse ructabis, & qd' ab illo habes iam non tibi dabis, sed in ructatione exclamabis: Diligam te domine uirtus mea. Iam non dices ani-
Psalm.17 mus meus facit beatum, non eris inter illos qui cognoscētes deum, non sicut deū glorificauerunt, aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitationibus suis & obscuratū
Roman.1. est insipiens cor ipsorum: Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt. Quid est enim, dicentes se esse sapientes, nisi à sese habere sibi sufficere, stulti facti sunt? Merito stulti: Stulticia uera est falsa sapientia. Sed eris inter illos
Psalm.88 de quibus dicitur: Domine in lumine uultus tui ambulabunt, & in nomine tuo exultabunt tota die, & in iusticia tua exaltabuntur, quoniam gloria uirtutis eorum tu es. Virtutem quærebas, dic, Domine uirtus mea. Beatam uitam quærebas, dic, Beatus homo quem tu erudieris do-
Psalmo.93 Psalm.143 mine. Beatus enim populus cuius non uoluptas carnis, cuius non uirtus propria, sed beatus populus cuius est dominus deus ipsius. Hæc est patria beatitudinis quam omnes uolunt, sed non recte quærunt. Nos autem ad talem patriam non nobis uiam quasi corde nostro machinemur & erraticas semitas moliamur: Venit inde & uia. Quid uult enim beatus, quid uult, nisi non falli, non mori, non dolere? Et quid quærit plus esurire, & plus manducare? Quid si melius est non esurire? Nemo beatus est nisi qui uiuit inæternum, sine ullo timore, sine ulla fallacia. Nam falli, odit anima. Quantum falli oderit anima naturaliter, hinc intelligi potest, quoniam qui mente alienata rident, plorantur à sanis: Et eligit homo utiq; ridere quam flere. Si duo ista proponantur: Ridere uis, an flere? Quis est qui respondeat nisi ridere? Iterum si proponantur ista duo: Falli si uis, an uerum tenere? Omnis homo respondet, uerum tenere. Et ridere eligit & uerum tenere, de duobus illis risu & fletu, ridere, de duobus istis fallacia & ueritate, uerum tenere. Sed tantum prævalet inuictissima ueritas ut eligat homo sāna mēte flere quam mente alienata ridere. Ibi ergo in illa patria ueritas erit, fallacia & error nusq̄. Sed & ueritas erit, & flere non erit. Erit enim & uerum ridere, & de ueritate gaudere, quia ibi uita erit. Nam si dolor erit, uita non erit: Neq; enim uita dicenda est sempiternus immortalisq; cruciatus. Ideo dominus non appellans uitam quam habituri
Matth.25 sunt impij, q̄uis in igne uicturi sunt, uitam non finiunt, ne pœnam finiant. Vermis enim eorum non morietur, et
Esaie.66 ignis eorum non extinguetur, tamen eam noluit appellare uitam, sed hanc appellauit uitam quæ beata & æterna est. Vnde interrogante illo diuite dominum: Quid boni faciam, ut uitam æternam consequar? Et ipse quidem ui-
Matth.19 tā æternam nō nominabat, nisi beatam: Nā habebunt impij æternam, sed non beatam uitam, quia cruciatibus plenam. Ergo ille ait: Domine, quid boni faciam ut uitā æternam consequar? Respondit illi dominus de mandatis. Ait ille hæc omnia fieri. Sed quando respondit de mandatis, quid ait: Si uis uenire ad uitam, non ei dixit beatam, quia misera, nec uita dicenda est, non ei dixit æternam, q̄a ubi mortis timor est, nec uita dicenda. Ergo uita, quæ hoc nomine digna est ut uita dicatur, non est nisi beata: Et beata non est, nisi æterna. Hanc uolunt omnes, hanc uolumus omnes ueritatem & uitam, sed ad tam magnam possessionem, ad tam grandem fœlicitatem qua itur, instruxerunt sibi uias erroris Philosophi. Alij dixerunt, hac, alij non hac, sed hac. Latuit eos uia, quia deus superbis resistit. Lateret & nos, nisi uenisset ad nos. Ideo dominus:
Iacob.4. Iohan.14 Ego inquit sum uia. Piger uiator, uenire nolebas ad uiā: Ad te uenit uia. Quærebas, qua ires: Ego sum uia. Quærebas, quo ires: Ego sum ueritas & uita. Non errabis q̄ is ad illum per illum. Hæc est doctrina Christianorum, non plane conferenda, sed incomparabiliter præferenda doctrinis Philosophorum, immundiciæ Epicureorum, superbiæ Stoicorum.

Sancti Augustini Hipponensis episcopi, tractatus de Epicureis & Stoicis, explicit.

Diui

DIVI AVRELII AVGVstini Hipponẽlis episcopi, in librum de hæresibus, ad Quoduultdeum, tandem petitionibus eius condescendentis, formamq; processus declarantis.

Præfatio.

QVOD PETIS SAEPISSIme atq; instãtissime sancte fili Quoduultdeus, ut de hæresibus aliquid scribam dignum lectioni, cupientium dogmata deuitare contraria, fidei Christianæ & Christiani nominis obumbratione fallentia, Scias me olim longe antẽq; peteres facere cogitasse atq; fuisse facturum, nisi diligenter considerans quale quantumq; id esse ultra uires meas esse sentirem. Sed quoniam fateor nullum mihi ut te institisse poscendo, in ipsa tamen molesta instantia tua etiam tuum nomen attẽdi & dixi, aggrediar et faciam Quoduultdeus. Hoc enim deum uelle confido, si me ad huius operis terminum misericordia fauore perduxerit, ut per ministerium linguæ meæ tanti huius rei difficultas, aut ostendatur tantummodo, aut ipso etiam plenius adiuuante tollatur: Quorum duorum quod priore loco posui, iamdiu est ut animo uoluo ac reuoluo, et quadam meditatione cõtueor. Quod autem postea dixi, non me accepisse confiteor, & utrum dum hoc ago, ut efficiam, dum peto, dum quæro, dum pulso sim fortasse accepturus ignoro, scio me tamen nec petiturum, nec quæsiturum, ac pulsaturũ quãtum sat est, nisi & hunc affectum munere diuinæ inspirationis accepero. In hoc igitur opere quod te uehementer urgẽte in dei uoluntate suscepi, cernis me ut id peragam non tam crebrescentibus ad me tuis petitionibus esse cogendum, quàm pijs ad deum non solum tuis, uerum & aliorum fratrum, quos tibi in hac re fideles socios potueris inuenire, orationibus adiuuandum. Quod ut fiat, hasipsas primas huius laboris mei partes, ubi est & ista prælocutio, curaui tuæ charitati in auxilio domini accelerare mittendas, ut propter illa quæ restant noueritis quantum pro me orare debeatis, quicunq; nosse potueritis, à me iam fuisse susceptum hoc tam grande negocium, quod à me desideratis impleri. Petis ergo quod tuæ indicaui literæ quas ad me dedisti, cum primum à me petere ista cœpisti, ut exponam breuiter, perstricte atq; summatim, ex quo Christiana religio promissæ hæreditatis nomen accepit, quæ hæreses fuerint, sint, quos errores intulerint, inferant, quid aduersus catholicam ecclesiam senserint, sentiant de fide, de trinitate, de baptismo, de pœnitentia, de homine Christo, de deo Christo, de resurrectione, de nouo & ueteri testamento. Istas autem inquisitiones tuas in immensum procedere cum uideres, putasti cuiusdam generalitatis adhibendum esse compendium atq; dixisti: Et omnia omnino quibus à ueritate dissentiunt. Deinde addidisti: Quæ etiam baptismum habeant quæ ue non habeant, & post quas baptizet, nec tamen rebaptizet ecclesia, qualiter suscipiat uenientes, & quid singulis lege, auctoritate atq; ratione respondeat. Hæc omnia cum quæris ut exponantur à me, miror luculentum ingenium tuum tot tantarumq; rerum, & sitire ueritatem, & fastidium iam timẽdo poscere breuitatem. Sed uidisti etiam ipse, quod hoc loco possem tuæ huius Epistolæ cogitare, & quasi uigilanter occurristi cogitationi meæ dicens: Nec me tantæ beatitudo tua credat ineptiæ, ut nõ inspiciam quantis & quàm ingenuis uoluminibus opus sit, ut posßint ista dissolui, uerum hoc ego fieri non expeto. Id enim multipliciter factum esse non dubito. Et tanq; consilium subijciens, quomodo posßit & seruari breuitas, & ueritas pandi, adiungis ea uerba quæ paulpante iam posui, & dicis, sed breuiter perstricte atq; summatim, & opiniones rogo cuiuslibet hæresis pone, & quid contra teneat ecclesia catholica, quantum instructioni satis est subdi. Ecce iterum mittis in longum, non quia dici ista breuiter siue non ualeant, siue non debeant, sed quia tam multa sunt ut quamlibet breuiter dicenda, multas literas flagitent, tu autem ut uelut quodam inquis, ex omnibus concepto commonitorio, si quis aliquam obiectionem aut coniunctionem uberius, plenius ac planius nosse uoluerit, ad opulenta & magnifica uolumina transmittatur, quibus aduersis & præcipue inquis, à ueneratione tua in hocipso constat elaboratum. Quæ cum dicis, unum quasi commonitorium de his omnibus te desiderare significas. Audi ergo unde commonearis, quid petas. Opiniones omnium Philosophorum, qui sectas uarias condiderunt, usq; ad tempora sua, neque enim plus poterat, sex non paruis uoluminibus quidam Celsus absoluit. Nec redarguit aliquem, sed tantum quid sentiret aperuit ea breuitate sermonis, ut tantum adhiberet eloquij quantum rei, nec laudandæ, nec uituperandæ, nec affirmandæ, aut defendendæ, sed aperiendæ, indicandæque sufficeret, cum fermè centum Philosophos nominasset, quorum non omnes instituerunt hæreses proprias, quoniam nec illos tacendos putauit, qui suos magistros sine ulla dissensione secuti sunt. Noster uero Epiphanius Cypriius episcopus, ab hinc non longe humanis rebus exemptus, de octoginta hæresibus loquens, sex libros etiam ipse conscripsit, historica narratione commemorans omnia, nulla disputatione aduersus falsitatem pro ueritate decertans. Breues sane sunt libelli, & si in unum librum redigantur, nec ipse erit nostris, uel aliorum quibusdam libris longitudine comparandus.

Huius breuitatem si fuero in commemorandis hæresibus

hæresibus imitatus, quid à me breuius postulare uel expectare debeas, non habebis. Sed non ibi huius mei laboris summa consistit, quod & tibi, uel me demonstrãte, uel etiam te præcurrẽte poterit apparere, cum hoc fœcero: Vi debis enim in eo quod supradictus episcopus fœcit, quãtum desit operi quod ipse uis fieri, quãto magis quod ego. Tu nanq; q̃uis breuiter perstricte atq; summatim, tamen uis etiam responderi commemoratis hæresibus, quod ille non fœcit. Ego uero hoc magis uolo facere, si & deus uelit unde posit omnis hæresis & quæ nota ẽ & quæ ignota uitari, & unde recte posit quæcunq; innotuerit iudicari. Non enim omnis error hæresis est, q̃uis omnis hæresis quæ in uitio ponitur, nisi errore aliquo hæresis esse non posit. Quid ergo faciat hæreticum, regulari quadã definitione comprehendi, sicut ego existimo, aut omninò non potest, aut difficillime potest, quod in processu huius operis declarabitur, si deus rexerit, atq; id quod intendo perduxerit disputationem meam. Quid autem prosit ipsa inquisitio, etiam si non potuerimus comprehendere, quomodo sit definiendus hæreticus, suo loco uidendum atq; dicendum est. Nam si hoc comprehendi potuerit, quis nõ uideat utilitas quanta sit? Erunt ergo primæ partes operis huius de hæresibus, quæ post Christi aduentum atq; ascensum aduersus doctrinam ipsius exstiterunt, & utcũq; nobis innotescere potuerunt. In posterioribus autem partibus, quid faciat hæreticum, disputabitur. Cum ergo dominus ascendisset in cœlum, hi hæretici exorti sunt.

Annotatio hæresum.

i Simoniani.
ij Menandriani.
iij Saturniniani.
iiij Basilidæ, uel Basilidiani.
v Nicolaitæ, uel Nicolaitani.
vi Gnostici.
vij Carpocratitæ, alias Carpocratiani.
viij Cerinthiani, uel Merinthiani.
ix Nazarei alias Nazorei
x Hebionitæ alias Hebionei
xi Valentiniani
xij Seuandiani alias Seuandriani
xiij Ptolomæi
xiiij Marcitæ alias Marciani
xv Colorbasij.
xvi Heracleonitæ
xvij Ophitæ.
xviij Caiani alias Caioni
xix Sethiani
xx Archontici.
xxi Cerdoniani.
xxij Marcionitæ
xxiij Appellitæ.
xxiiij Seueriani.
xxv Taciani.
xxvi Cataphryges.
xxvij Pepuziani alias Quintiliani.
xxviij Artotyritæ alias Artotoritæ
xxix Tessarescedecaticæ.
xxx Aliogiani alias Alogi
xxxi Aditæ alias Adamiani
xxxij Elcesaitæ alias Elceseitæ, et Samseitæ.
xxxiij Theodotij alias Theodotiani
xxxiiij Melchisedechitæ alias Melchisedechiani.
xxxv Bardesanitæ alias Bardesanistæ
xxxvi Noetiani.
xxxvij Valesij
xxxviij Catharoe, qui & Nouatiani.
xxxix Angelici.
xl Apostolici
xli Sabelliani
xlij Origeniastæ alias Origeniani
xliij Alij Origeniastę uel Origeniani
xliiij Paulonitæ alias Pauliani
xlv Fotiniaci alias Fotiniani
xlvi Manichęi.
xlvij Hierarchitæ uel Hieraclitæ
xlviij Melitiani.
xlix Arriani
l Vadiani siue Anthropomorphitæ.
li Semiarriani.
lij Macedoniani.
liij Aeriani.
liiij Aetiani, qui & Eunomiani
lv Apollinaristæ.
lvi Antidicomarianitæ vel Antidicomaritæ.
lvij Psalliani alias Massaliani, siue Euchitæ.
lviij Metangismonitæ.
lix Seleuciani uel Hermiani.
lx Proclianitæ.
lxi Patriciani.
lxij Ascitæ
lxiij Pattalorinchitæ
lxiiij Aquarij
lxv Coluthiani alias Colathiani
lxvi Floriniani
lxvij De mundi statu dissentientes.
lxviij Nudis pedibus ambulantes.
lxix Donatistæ, siue Donatiani
lxx Priscilliani alias Priscillianistæ
lxxi Cum hoibus non manducantes.
lxxij Rhetoriani.

lxxiij Christi diuinitatē passibilē dicētes
lxxiiij Triformem deum putantes.
lxxv Aquam Deo coetetnam dicētes.
lxxvi Imaginem Dei non esse animam dicentes Melitonij. (Ophei.
lxxvij Innumerabiles mūdos opinantes
lxxviij Animas conuerti in dæmones, et in quæcūq; animalia existimantes, Tertullij.
lxxix Liberationē omniū apud inferos factā Christi descēsiōe credētes
lxxx Christi de patre natiuitati initium a tempore dantes.
lxxxi Luciferiani.
lxxxij Iouinianistæ.
lxxxiij Arabici.
lxxxiiij Heluidiani.
lxxxv Paterniani, uel Venustiani.
lxxxvi Tertullianitæ, uel Tertullianistę.
lxxxvij Abeloitæ, uel Abeloini,
lxxxviij Pelagiani qui & Cœlestiani.

EIVSDEM DIVI AVrelij Augustini Hipponensis Episcopi, liber de Hęresibus ad Quodvultdeum, incipit.

Actorum 8

IMONIANI à Simone Mago, qui baptizatus à Philippo diacono, sicut in actibus Apostolorū legitur, pecunia uoluit emere à sanctis Apostolis, ut etiam per impositionem manuum eius daretur spiritussanctus. Hic magicis fallacijs deceperat multos. Docebat aūt detestandam turpitudinē, indifferenter utendi fœminis. Nec Deum mundum fœcisse dicebat. Negabat enim carnis resurrectionem, & asserebat se esse Christum. Itemq; Iouem se credi uolebat, Mineruam uero meretricē quandam Scelenen, quam sibi sociam scelerum fœcerat, imaginesq; & suam & eiusdem meretricis discipulis suis præbebat adorandas, quas & Romæ tanquam Deorum simulachra ad eloritate publica constituerat. In qua urbe beatus Apostolus Petrus eum uera omnipotentis Dei uirtute extinxit. Dixerat enī se in monte Syna legem Moysi in patris persona dedisse Iudæis. Tempore Tyberij in filij persona putatiue apparuisse, postea se in linguis igneis spiritumsanctum super Apostolos uenisse. Christum autem nec uenisse, nec à Iudæis quicquam pertulisse.

ij MEnandriani, à Menandro etiam ipso Magi discipulo eius, qui mundum asserebat non à Deo, sed ab angelis factum.

iij SAturniniani, à quodam Saturnino, qui turpitudinē Simonianam in Syria confirmasse perhibetur, qui etiā mundū solos angelos septem præter conscientiā Dei patris fœcisse dicebat.

iiij BAsilidiani, à Basilide, qui hoc distabat à Simonianis, quòd trecentos sexagintaquinq; cœlos esse credebat, quo numero dierum annus includitur. Vnde etiam quasi sanctum nomen commendabat, quod est ἀβραξας, cuius nominis literæ secundū græcam supputationem eundem numerum complent. Sunt enim septem α & β & ρ & α & ξ & α & ς, id est, unum & duo, & centū, & unum, & ducenta, & unum, & sexaginta, quæ fiunt in summa trecenta sexagintaquinq;. Mundum istum uel hominem non credunt à Deo factum, sed à trecentesimo sexagesimoquinto cœlo. Amatoria carmina studiose discunt. A Iudæis non credunt Christum crucifixū, sed Simonem Cyrenensem qui angariatus sustulit crucem eius.

v NIcolaitæ à Nicolao nominati sunt uno, ut perhibetur ex illis septem, quos Apostoli diaconos ordinauerant. Iste cum de cœlo pulcherrimæ coniugis culparetur, uelut purgandi se causa pmisisse fertur, ut ea qui uellet uteretur. Quod eius factum insectam turpissimam uersum est, qua placet usus indifferens fœminarū. Hi nec ab his quæ idolis immolantur cibos suos separant, & alios ritus Gentilium superstitionū non auersantur. Narrant etiam quædam fabulosa de mundo, nescio quæ barbara principum nomina miscētes disputationibus suis, quibus terreant auditores, quæ prudentibus risum potius faciunt quàm timorem. Intelliguntur aūt etiam isti non Deo tribuere creaturam, sed quibusdam potestatibus, quas mirabili, uel fingunt uanitate, uel credunt.

vi GNostici propter excellentiā scientiæ sic se appellatos esse uel appellari debuisse gloriatur. Cum sint superioribus omnibus uaniores atq; turpiores. Deniq; cā ab alijs atq; alijs per diuersas terrarum partes aliter atq; aliter nuncupentur, nonnulli eos etiam Borboritas uocāt quasi cœnosos, propter nimiam turpitudinē quam in suis mysterijs exercere dicūtur. Aliqui eos à Nicolaitis exortos putant. Alij à Carpocrate, de quo post loquemur. Tradunt aūt dogmata fabulosissimis plena figmentis. Etiam ipsi principum, uel angelorū nominibus terribilibus infirmas animas capiunt, & de Deo rerumq; natura fabulosa & à sanitate ueritatis aliena multa contexunt. Animarū substantiam Dei dicunt esse naturam, earumq; aduentum in hæc corpora cum alijs aëreis animalibus dicunt fieri, per quas peccata in corporibus committuntur. Nam illas animas quæ ex Dei procedunt substantia, reuerti ad Deū immaculatas. Dicuntur quoq; bonū Deum & malū Deū in suis habere dogmatibus.

vij CArpocratiani sunt à Carpocrate, qui docebat omnem turpem operationē, omnemq; admuentionem peccati, nec aliter euadi atq; transiri principatus & potestates quibus hæc placent ut possint ad cœlum superius peruenire. Hic etiam Iesum hominē tantūmodo, & de utroq; sexu natum putasse perhibetur, sed accepisse talem animam quæ sciret ea quæ superna essent atq; nunciaret. Resurrectionē corporis similiter cū lege abijciebat. Negabat mundū à Deo factum, sed nescio à qu'

mundū. Sectæ ipsius fuisse traditur socia quædā Marcellina, quæ colebat imagines Iesu, & Pauli, & Homeri, et Pythagoræ adorando, incensumq; ponendo.

viij CErinthiani aut Cerintho idemq; Merinthiani á Merintho, mūdum ab angelis factū esse dicentes, et carne circūcidi oportere, atq; alia huiusmodi legis præcepta seruari. Iesum tantūmodo fuisse hominē, nec resurrexisse, sed resurrecturū asseuerātes. Mille quoq; annos post resurrectionē in terreno regno Christi, secundum carnalis uentis & libidinis uoluptates, futuros fabulantur, unde etiam Chiliastæ sunt appellati,.

ix NAzarei cum dei filiū confiteātur esse Christū, omnia tamen ueteris legis obseruant, quæ Christiani per Apostolicam traditionem non obseruare carnaliter, sed spiritaliter intelligere didicerunt.

x HEbionæi Christum etiam tantūmodo hominem dicunt. Mandata carnalia legis obseruant, circuncisionē scilicet carnis, et cætera á quorū oneribus per nouū Testamentū liberati sumus. Huic hæresi Epiphanius Samsæos & Eleesæos ita copulat, ut sub eodem numero tanq; una sit hæresis ponat, aliqd tamē interesse significans, Quamuis & in consequentibus loquatur de illis ponens eos sub numero suo. Eusebius uero Eleesaitarum sectam commemorans, fidem in persecutione dicit negandā docuisse, & in corde seruandam.

xi VAlentiniani, à Valentino, qui de natura rerū multa fabulosa cōfinxit. Triginta æonos. i. sæcula asserens extitisse, quorū principiū esse profundū & silentiū, qđ profundū etiam patrē appellat. Ex quibus duobus uelut ex coniugio processisse perhibet intellectum et ueritatem, & protulisse in honorem patris æonos octo. De intellectu aūt & ueritate processisse uerbū & uitam, & protulisse æonos decem. Porrò de uerbo & uita processisse hominē & ecclesiam, & protulisse æonos duodecim. Itaq; octo & decem & duodecim fieri trigintā æonos habentes, ut diximus, primum principiū de profundo & silentio. Christū autē à patre missum. i. à profundo spirituale uel cœleste corpus secū attulisse nihilq; assumpsisse de uirgine Maria, sed per illam tanquā per riuū, aut per fistulam sine ulla de illa assumpta carne transisse. De tricesimo sæculo dicit diabolum genitū, & á diabolo alios natos qui fœcerint hunc mundum. Et ideo malicia non arbitrio tribuit, sed naturæ mundi. i. generi diabolico. Carnis resurrectionem negat. Animam tantum et spiritum affirmat per Christum saluari.

xij SEuandriani hoc à Valentinianis distare dicuntur, q̄ addunt operaturpitudinis.

xiij PTolomæus quoq; discipulus Valentini hæresim nouam condere cupiens, quatuor æonos & alios quatuor asserere maluit.

xiiij MArcus etiā nescio qui hæresem condidit, negans resurrectionē carnis, & Christum non uere, sed putatiue passum asseuerās. Duo quoq; opinatus est ex aduerso sibi esse principia. Quiddam tale etiam ipse de æonibus sicut Valentinus affirmans.

COlorbasus secutus est istos non multum aliter sentiens, Vtam omnium hominum & generationem in septem syderibus consistere affirmans. xv

HEracleonitæ ab Heracleone discipulo superiorū, duo asserūt principia, unum ex altero, & ex his duobus alia plurima. Feruntur aūt suos morientes nouo modo quasi redimere. i. per oleū, balsamū & aquā, & inuocatiōes quas Hebraicis uerbis dicūt super capita eorū. xvi xvij

OPhitæ à colubro nominati sunt, coluber enim græcē ophis dicitur. Hunc aūt Christū arbitrantur, Sed habent etiam uerum colubrū quem nutriūt et uenerantur. Qui & incantāte sacerdote egreditur de spelunca, & ascendit super altare innixum spelunceæ, & oblationes eorum lambit, & inuoluens se circa eas, regreditur ad spelunceam, & ita confringunt oblationes in eucharistiā quasi á serpente Christo, ut illi putant sanctificatas. Tradūt huius serpētis cultū à Nicolaitis ad istos deductū.

CAiani propterea sic appellati quoniā Cain honorant, dicentes eum fortissimæ esse uirtutis, simul et Iudam traditorē diuinū aliquid putant esse, & scœlus eius beneficiū deputant. Asserentes eū præscisse quantum esset generi humano Christi passio profutura ad occidendum Iudæis, propterea tradidisset illos etiam qui schisma facientes in primo populo Dei terra dehiscente, perierūt Choræ, Dathan, & Abiron, & Sodomitas, colere perhibentur. Blasphemant legem & deum, legis auctorem, carnisq; resurrectionem negant. xviij Numeri 16

SEthiani nomen acceperunt á filio Adæ, qui uocatus est Seth, eum quippe honorant, sed fabulosa & hæretica uanitate. Dicunt enim eum de superna matre natum, quam perhibent conuenisse cum superno patre, unde diuinum semen aliud nasceretur tanquam filiorum dei. Hi quoq; multa de principatibus et potestatibus uanissima fabulātur: Quidā eos dicūt Sē filiū Noe Christū putare. xix

ARchontici á principibus appellati, uniuersitatē, quam deus condidit opera esse principum dicūt: Operantur etiam quandam turpitudinem. Resurrectionē carnis negant. xx

CErdoniani à Cerdone nominati, qui duo principia sibi aduersantia dogmatizant, Deūq; legis ac prophetarū non esse patrē Christi, nec bonū deum esse, sed iustum. Patrem uero Christi bonū, Christumq; ipsum neq; natum ex fœmina, neq; habuisse carnem, nec uere mortuum uel quicquam passū, sed simulasse passionē. Quidam uero in duobus principijs suis duos Deos ita eum dixisse perhibēt, ut unus eorū esset bonus, alter aūt malus, resurrectionē mortuorū negāt. Spernūt etiā testamentū uetus. xxi

MArcion quoq;, á quo Marcionistæ sunt, qui Cerdonis secutus est dogmata de duobus principijs. Quāuis Epiphanius eum tria dicat asseruisse principia, bonum, iustum, prauum, sed Eusebius Synerū quendā nō Martionē, triū principiorū atq; naturarū scribit auctorē xxij

APpellitæ sunt, quorū Appelles est princeps, qui duos quidem introducit Deos, unū bonū, alterū malum xxiij

malum, non tamẽ in duobus diuersis atq; inter se aduersis esse principijs, sed unũ esse principiũ, Deum scilicet & bonũ & ab illo factũ alterũ, qui cũ malignus esset inuentus in sua mundũ natiuitate fœcisse. Hunc Appellem dicũt quidã etiam de Christo tam falsa sensisse, ut diceret eum, non quidem carnem deposuisse de cœlo, sed ex Elementis mundi accepisse quæ mundo reddidit, cũ sine carne resurgens in cœlum ascendit.

xxiiij Seueriani à Seuero exorti, uinũ non bibunt, eo quòd fabulosa uanitate de Sathana, & terra germinasse asserunt uitem. Etiam ipsi non sanã doctrinã suam, quibus uolunt inflant nominibus principum. Carnis resurrectionem cũ ueteri Testamento respuentes. Hic præterea Philomenem quãdam puellam dicebat inspiratã diuinitus ad prænuncianda futura, ad quam somnia, ad quæ æstus sui animi referens diuinationibus seu præsagijs eius, secretim erat solitus præmoneri eodem phantasmate eidem Philomenæ pueri habitu se demonstrante. Qui puer apparens Christum se aliquando, aliquando esse assereret Paulum. A quo phantasmate sciscitans, ea soleret respondere, quæ se audientibus diceret. Nonnulla quoq; illam miracula operari solitam, inter quæ illud præcipuũ, qd' in angustissimi oris ampullã uitreã panem grandẽ immitteret, eumq; extremis digitulis leuare soleret illæsum, eoq; solo quasi diuinitus sibi cibo dato fuisset contenta.

xxv Taciani à Taciano quodam, qui & Enchratitæ appellati sunt, nuptias damnant, atq; omnino pares eas fornicationibus alijsq; corruptionibus faciunt, nec recipiunt in suorum numerũ coniugio utentẽ, siue marem, siue fœminã, non uescuntur carnibus, easq; omnes abominantur, prolationes quasdam fabulosas sæculorũ etiã ipsi sapiunt, saluti primi hominis contradicunt. Epiphanius Tacianus & Enchratitas ita discernit, ut Enchratitas Taciani scismaticos dicant.

xxvi Cataphryges sunt, quorum auctores fuerũt, Montanus tanquam Paracletus, & duæ prophetissæ ipsius, Prisca & Maximilla. His nomen prouincia Phrygia dedit, quia ibi extiterũt ibiq; uixerũt, & etiam nunc in eiusdẽ partibus populos habent. Aduentũ spiritussancti à dño promissum in se potius q̃ in Apostolis eius fuisse asserunt redditũ. Secundas nuptias pro fornicationibus habent, Et ideo dicũt eas permisisse Apostolũ Paulũ, quia ex parte sciebat, & ex parte prophetabat, Nondũ enĩ uenerat quod perfectũ est. Hoc aũt perfectũ in Montanum & in eius prophetissas uenisse delirant. Sacramenta perhibentur funesta habere. Nam de infantis anniculi sanguine, quẽ de toto eius corpore minutis punctionũ uulneribus extorquent, quasi eucharistiã suam cõficere perhibentur, miscentes eũ farinæ, panemq; inde facientes, qui puer si mortuus fuerit, habetur apud eos pro martyre, si aũt uixerit, pro magno sacerdote.

xxvij Pepuziani à loco quodam nominati sunt, quam ciuitatem desertã dicit Epiphanius. Hanc aũt isti diuinũ aliquid esse arbitrantes, Hierusalem uocant. Tantum dantes mulieribus principatũ, ut sacerdotio quoq; apud eos honorentur. Dicunt enim Quintillæ & Priscillæ in eadem ciuitate Pepuza, Christum specie fœminæ reuelatũ. Vnde ab hac Quintiliani etiam nuncupantur. Faciunt & ipsi de sanguine infantis qd' Cataphryges facere supra diximus. Nã & ab eis perhibẽtur exorti. Deniq; alij hãc Pepuzam non esse ciuitatẽ, sed uillam dicũt fuisse Montani, & prophetissarũ eius Priscæ & Maximillæ, & quia ibi uixerunt, ideo locum meruisse appellari Hierusalem.

A Rotyritæ sunt, quibus oblatio eorũ hoc nomen dedit, offerunt enim panem et caseum, dicentes à primis hominibus oblationes de fructibus terræ & ouium fuisse celebratas. Hos Pepuzanis iungit Epiphanius. xxviij

Tesserescedecatitæ hunc appellati sunt, q, non nisi quartadecima luna mẽse Martio pascha celebrãt, quilibet septem dierum occurrat dies, & si dies dominicus occurrerit, ipso die ieiunant & uigilant. xxix

Alogiani propterea sic uocantur tanquam sine uerbo, logos enim græcè uerbũ dicitur, quia domini uerbum recipere noluerunt, Ioannis Euangeliũ respuentes, cuius nec Apocalypsim accipiunt, has uidelicet scripturas negant esse ipsius. xxx

Adamiani ex Adam dicti, cuius imitantur in paradiso nuditatem, quæ fuit ante peccatum. Vnde & nuptias auersantur, qui nec prius q̃ peccasset Adam, nec priusquã dimissus esset de paradiso cognouit uxorem. Credunt ergo qd' nuptiæ futuræ non fuissent, si nemo peccasset. Nudi itaq; mares fœminæq; conueniunt. Nudi lectiones audiũt, nudi orant, nudi celebrant sacramenta, & ex hoc paradisum suam arbitrantur ecclesiam. xxxi

Eleeseos & Samseos hic tanquam ordine suo commemorat Epiphanius, quos dicit à quodam pseudo propheta esse deceptos qui uocabatur Elci, ex cuius genere duas mulieres tanquam deas ab eis perhibet adoratas. Cetera Hebioneis tenere similia. xxxij

Theodotiani à Theodotione quodam instituti, hominem tantummodo Christum asseuerant. Quod dicitur quidem Theodotion propterea docuisse, quia in persecutione lapsus isto modo se casus sui deuitare putabat opprobrium, si non Deum negasse, sed hominem uideretur. xxxiij

Melchisedechiani, Melchisedech sacerdotem Dei excelsi, non hominem fuisse, sed uirtutem dei esse arbitrantur. xxxiiij

Bardesanistæ, à quodam Bardesane, qui in doctrina Christi prius extitisse perhibetur insignis, sed postea quãuis per omnia in Valentini hæresim lapsus est, Addens de suo, ut fato adscriberet cõuersationes hominũ. xxxv

Noetiani à quodam Noeto, qui dicebat Christum eundem ipsum esse patrem & spirtumsanctum. xxxvij

Alesij & seipsos castrant, & hospites suos, hoc modo existimantes Deo se debere seruire. Alia quoq; hæretica docere dicuntur & turpia, sed quæ illa xxxviij

sint, nec ipse commemorauit Epiphanius, nec uspiam potui reperire.

xxxviij CAtharoe q seipsos isto nomine quasi propter mũdiciam superbissime atq; odiosissime nominant, secundas nuptias non admittunt, pœnitentiam denegant. Nouatum sectantes hæreticum, unde etiam Nouatiani appellantur.

xxxix ANgelici, in angelorum cultu inclinati, quos Epiphanius iam omnino defeciße testatur.

xl APostolici, qui se isto nomine arrogantißimè uocauerunt, eo q; in suam communionem non reciperent uxentes coniugibus, & res proprias possidentes quales habet catholica ecclesia et Monachos & Clericos plurimos. Sed ideo isti hæretici sunt, quoniam se ab Ecclesia separantes, nullam spem putant eos habere qui utuntur his rebus quibus ipsi carent. Enchraticis isti similes sunt, nã & Apotactitæ appellantur. Sed alia nescio, qua propria hæretica docere perhibentur.

xli SAbelliani ab illo Noeto, quem supra memorauimus, defluxisse dicuntur. Nam & discipulum eius quidã perhibẽt fuisse Sabellium. Sed qua causa duas hæreses eas Epiphanius computet, nescio, cum fieri potuisse uideamus ut fieret Sabellius iste famosior, & ideo ex illo celebrius hæc hæresis nomen acceperit. Noetiani enim difficillime ab aliquo sciuntur, Sabelliani autem sunt in ore multorũ. Nam & Praxeianos à Praxea quidam uocant, & Hermogeniani uocari ab Hermogene potuerunt, qui Praxeas & Hermogenes eadem sentientes in Aphrica fuisse dicuntur, Nec tamen istæ plures sectæ sunt, sed unius sectæ plura nomina ex his hominibus, qui in ea maxime innotuerunt, sicut Donatistæ, iidem Parmenianistæ, sicut Pelagiani iidem Cœlestiani. Vnde ergo sit factum, ut Noetianos & Sabellianos, non unius hæresis duo nomina, sed tanquam duas hæreses supradictus Episcopus poneret liquido inuenire non potui. Quia si quid mœr se differunt, tam obscure dixit studio forsitan breuitatis, ut non intelligam loco quippe isto, quo & non tam longe à Noetianis Sabellianos cõmemorans. Sabelliani inquit similia Noeto dogmatizantes, præter hoc quod dicunt patrem non esse passum, quomodo de Sabellianis intelligi potest, cum sic innotuerint dicere patrem passum, ut Patripassiani q̃ Sabelliani crebrius nũcupentur? Aut si forte in eo quod ait: præter hoc quod dicunt patrem non esse passum, Noetianos hoc dicere intelligi uoluit, quis eos in hac ambiguitate discernat? Vel quomodo possunt intelligi quilibet eorum patrem passum fuisse non dicere, cum dicant eundem ipsum esse & patrem & filium & spiritumsanctum? Philaster autem Brixianus episcopus in prolixißimo libro quẽ de hæresibus condidit, & cxxviij hæreses arbitratus est, computandas, Sabellianos continuò post Noetianos ponens. Sabellius inquit discipulus eius, qui simulitudinẽ sui doctoris itidem secutus est, unde & Sabelliani posteà sunt appellati, qui & Patripassiani & Praxeiani à Praxea, & Hermogeniani à Hermogene, qui fuerunt in Aphrica, qui & ista sentientes abiecti sunt ab Ecclesia catholica. Certe iste eosdem postea Sabellianos dixit appellatos, qui ea quæ Noetus sentiebant. Et alia nomina eiusdem sectæ commemorauit, & tamen Noetianos & Sabellianos sub duobus numeris tanquam duas hæreses posuit, qua causa ipse uiderit.

xlij ORigeniani à quodam Origene dicti sunt, non ab illo qui fere omnibus notus est, sed ab alio nescio de quo uel sectatoribus eius Epiphanius loquens: Origeniani inquit cuiusdam Origenis, turpis aut sunt operationis, isti sunt nefanda facientes, sua corpora corruptioni tradentes.

xliij ALios autem Origenianos continuo subijciens. Origeniani inquit alij qui & Adamantij tractatoris illius qui & mortuorum resurrectionem negant, Christũ autem & spiritum sanctum creaturam dicunt, paradisum autem, & cœlos, & alia, non credunt esse secundum literam, sed in allegoria. Hæc quidem de Origene Epiphanius refert. Sed defensores eius dicunt Origenem patrem & filium & spiritumsanctum, unius eiusdemq; substantiæ docuisse, neq; resurrectionem repulisse mortuorũ, sed qui eius plura legerunt contradicunt. Sunt autem & alia huius Origenis dogmata quæ catholica ecclesia omnino non recipit, in quibus nec ipsum falso arguit, nec potest ab eius defensoribus excusari, maxime de purgatione & liberatione, ac rursus post longum tempus ad eadem mala reuolutione rationalis uniuersæ creaturæ. Quis enĩ catholicus Christianus uel doctus uel indoctus, non uehementer exhorreat, eam quam dicit purgationem malorũ, id est, etiam eos qui hanc uitam in flagitijs, et facinoribus, & sacrilegijs, atq; impietatibus, quamlibet maximis finierunt, ipsum etiam postremo diabolum atq; angelos eius, quamuis post longißima tempora purgatos atq; liberatos regno dei luciq; restitui, & rursus post longißima tempora omnes qui liberati sunt, ad hæc mala denuo relabi et reuerti, & has uices alternantes beatitudinẽ & miseriarum rationalis creaturæ semper fuisse, semper fore? De qua uanißima impietate aduersus philosophos, à quibus ista didicit Origenes, in libris de ciuitate dei diligẽtißime disputaui. Dicit præterea ipse Origenes, quod filius Dei sanctis hominibus comparatus, ueritas sit, patri collatus mendacium, & quantum distant Apostoli Christo, tantum filius patri. Vnde nec orandus est filius cum patre, quia non est auctor indulgendarum petitionum, sed supplicator.

xliiij PAuliani à Paulo Samosatheno, Christũ non semper fuisse dicunt, sed eius mutiũ ex quo de Maria natus est, asseuerant, nec eũ aliquid amplius q̃ hominem putãt. Ista hæresis aliquando cuiusdam Artemonij fuit, sed cum defecisset, instaurata est à Paulo, & postea sic à Fotino cõfirmata, ut Fotiniani quàm Pauliani celebrius nũcupẽtur.

Istos

Ipsos sanè Paulianos baptizandos esse in Ecclesia catholica Niceno concilio constitutum est. Vnde credendum est eos regulam baptismatis non tenere, quam secum multi hæretici, cum de catholica discederent, abstulerunt eamq; custodiunt.

xlv FOtinus ab Epiphanio non continuo post Paulum, siue pro Paulo, sed alijs interpositis ponitur, non tacetur sanè similia credidisse, secundum aliquid tamen aduersatus ei dicitur, sed quid sit ipsum aliquid, omnino non dicitur. Philaster aũt continuatim ponit ambos sub singulis & proprijs numeris, quasi hæreses duas, cum dicat Fotinum in omnibus Pauli secutum fuisse doctrinam.

xlvi MAnichæi, à quodam Persa extiterũt, qui uocabatur Manin, quamuis & ipsum cum eius insana doctrina cœpisset, nomen prædicari, nam antehac Vrbicus uocabatur. Sed in græcia discipuli eius, uitantes nomẽ insaniæ, quasi doctiores & eoipso mendaciores, geminato n, litera, Mannichæum quasi manna fundentem, pro Manichæo, id est, insano appellauerũt. Iste duo principia inter se diuersa, atq; diuersa eademq; æterna & coæterna, hoc est, semper fuisse composuit. Duasq; naturas atq; substantias boni scilicet & mali, sequens alios antiquos hæreticos opinatus est, quarum inter se pugnam & commixtionem, & boni á malo purgationem, & boni quod purgari non poterit, cum malo in æternam damnationem secundum sua dogmata asseuerans multa fabulatur, quæ curiosa intrxere huic operi nimis longum est. Ex his autem suis fabulis uanis atq; impijs coguntur dicere, animas bonas, quas censent ab animarum malarum naturæ scilicet contrariæ commixtione liberandas, eius cuius Deus est esse naturæ. Proinde mundum à natura boni, hoc est à natura Dei factum, confitentur quidem, sed de commixtione boni & mali, quæ facta est, quando inter se utraq; natura pugnauit. Ipsam uero boni á malo purgationem ac liberationem, non solum per totum mundum & de omnibus eius elementis uirtute Dei facere dicunt, uerum etiam electos suos per alimenta quæ sumunt, & eis quippe alimentis sicuti uniuerso mundo Dei substantiam perhibent esse commixtam, quam purgari putant in electis suis, eo genere uitæ quo uiuunt electi Manichæorum, uelut sanctius & excellentius auditoribus suis. Nam his duabus professionibus, hoc est, electorum & auditorum, Ecclesiam suam constare uoluerunt. In cæteris autem hominibus, etiam in ipsis auditoribus suis, hanc partem bonæ diuinæq; substantiæ, quæ mixta & colligata in escis & potibus detinetur, maximeq; in eis qui generant filios, artius & inquinatius colligari putãt. Quicquid uero undiq; purgatur luminis, per quasdam naues, quas esse Lunam & Solem uolunt, regno Dei, tanquam proprijs sedibus reddi. Quas itidem naues de substantia Dei pura perhibent fabricatas, Lucemq; istam corpoream animantium mortalium oculis adiacentem, non solum in his nauibus, ubi eam purissimam credunt, uerumetiam in alijs quibusq; lucidis rebus, ubi secundum ipsos tenetur, admixta creditur q; purganda, Dei dicunt esse naturam. Quinq; enim elementa, quæ genuerunt principes proprios, genti tribuunt tenebrarum, caq; elementa his nominibus nuncupant, fumum, tenebras, ignem, aquam, uentum. In fumo nata animalia bipedia. Vnde homines ducere originem censent. In tenebris serpentia. In igne quadrupedia. In aquis natatilia. In uento uolatilia. His quinq; elementis malis debellandis, alia quinq; elementa de regno & substantia Dei missa esse, & in illa pugna fuisse permixta, fumo aëra: tenebris lucem: igni malo, ignem bonum, aquæ malæ, aquam bonam: uento malo, uentum bonum. Naues autem illas, id est, duo cœli luminaria ita distinguunt, ut lunam dicant factam ex bona aqua, solem uero ex igne bono. Esse autem in eius nauibus sanctas uirtutes, quæ se in masculos transfigurant, ut illiciant fœminas gentis aduersæ, & per hanc illecebram commota eorum concupiscentia fugiat de illis lumen quod membris suis permixtum tenebant, & purgandum suscipiatur ab angelis lucis, purgatumq; illis nauibus imponatur ad regna propria reportandum. Qua occasione, uel potius execrabilis superstitionis, quadam necessitate coguntur electi eorum, uelut eucharistiam conspersam cum semine humano sumere, ut etiam inde sicut de alijs cibis, quos accipiunt substantia illa diuina purgetur. Sed hoc se facere negant, & alius nescio quos sub nomine Manichæorum facere affirmant. Detecti sunt tamen in Ecclesia, sicuti scis apud Carthaginem, iam te ibi Diacono constituto, quando instante Vrso tribuno, qui tũc domui regiæ præfuit, aliqui adducti sunt. Vbi puella illa nomine Margarita, istam nefariam turpitudinem prodidit. Quæ cum esset annorum nondum duodecim, propter hoc cœleste mysterium se dicebat esse uiolatam. Tunc Eusebiam quandã Manichæam quasi sanctimonialem, idipsum propter hoc ipsum passam, uix compulit confiteri. Cum primum illa se asseruisset, integrã, atq; ab obstetrice inspici postulasset, quæ inspecta, & quid esset inuenta, totum illud turpissimum scelus, ubi ad excipiendum & commiscendum concumbentium semen farina substernitur, quod Margarita indicante absens non audierat, similiter indicauit, & recenti tempore non nulli eorum reperti, & ad ecclesiam ducti, sicut gesta Episcopalia quæ nobis misisti ostendunt. Hoc non sacramentum, sed execramentum sub diligenti interrogatione confessi sunt. Quorum unus nomine uiator, eos qui ista faciunt, proprie Catharistas, id est, mundatores uel purgatores uocari dicens, cum alias eiusdem Manichææ sectæ partes in Macharios, & specialiter Manichæos distribui perhiberet. Omnes tamen has tres formas ab uno auctore propagatas, & omnes generaliter Manichæos esse negare non potuit. Ecce illi libri Manichæi

chæi, sunt omnibus sine dubitatiõe communes, in quibus libris illa portenta ad illiciendos, & per concupiscentiam dissoluendos utriusq; sexus principes tenebrarum, ut liberata fugiat ab eis quæ captiuata tenebatur in eis diuina substantia, de masculorum in fœminas, & fœminarum in masculos transfiguratione conscripta sunt. Vnde ista quamlibet eorum negant ad se pertinere turpitudo defluxit. Diuinas enim uirtutes quantum possunt imitari se putant, ut purgent Dei sui partem, quam profectò, sicut in omnibus corporibus cœlestibus & terrestribus, atque in omnium rerum seminibus, ita & in hominis semine teneri existimant inquinatum, Ac per hoc sequitur eos, ut sic eam etiam de semine humano, quemadmodum de alijs seminibus quæ in alimentis sumunt, debeant manducando purgare. Vnde etiam Catharistæ appellantur, quasi purgatores, tanta eam purgantes diligentia, ut nec se ab hac tam horrenda cibi turpitudine abstineant, Nec uescuntur tamen carnibus, tanquam de mortuis uel occisis fugerit diuina substantia, tantumq; ac tale inde remanserit, quod iam dignum non sit in electorum uentre purgari. Nec oua saltem sumunt, quasi & ipsa cum franguntur expirent. Nec oporteat ullis mortuis corporibus uesci, & hoc solum uiuat ex carne, quod in farina ne moriatur excipitur. Sed nec alimonia lactis utuntur, quamuis de corpore animantis uiuente mulgeatur siue sugatur, non quia putant diuinæ substantiæ nihil ibi esse permixtum, sed quia ipse sibi error non constat. Nam & uinum non bibunt, dicentes fel esse principum tenebrarum, cum uescantur uuis. Nec musti aliquid, uel recentissimi sorbeant. Animas auditorum suorum in electos reuolui arbitrantur, aut facliciore compendio in escas electorum suorum, ut iam inde purgatæ in nulla corpora reuoluantur. Cæteras autem animas & in pecora redire arbitrãtur, & in omnia quæ radicibus fixa sunt atq; aluntur in terra. Herbas enim atq; arbores sic putant uiuere, ut uitã quæ in illis est sentire credant, & dolere cum læduntur, nec aliquid inde sine cruciatu eorum quenquam posse uellere aut carpere. Propter quod agrum etiam spinis purgare nefas habent, Vnde agriculturam, quæ omnium artiũ est innocentissima, tanquam plurium homicidiorum ream dementes accusant, Suisq; auditoribus ideo hæc arbitrantur ignosci, quia præbent inde alimenta electis suis, ut diuina illa substantia in eorum uentre purgata, impetret eis ueniã, quorum traditur oblatione purganda. Itaq; ipsi electi, nec in agris operantes, nec poma carpentes, nec saltem fõlia ulla uellentes expectant, hæc afferri usibus suis ab auditoribus suis, uiuentes de tot ac tantis, secundum suam uanitatem homicidijs alienis. Monent etiam eosdem auditores suos, ut si uescuntur carnibus, animalia non occidant, ne offendant principes tenebrarum in cœlestibus colligatos, a quibus omnem carnem dicunt originem ducere. Etsi utuntur coniugibus, conceptum tamen generationemq; deuitent, ne diuina substantia, quæ in eos per alimenta ingreditur, uinculis carneis ligetur in prole. Sic quippe in omnem carnem, id est, per escas & potus uenire animas credunt, Vnde nuptias sine dubitatione condemnant, & quantum in ipsis est prohibent, quando generare prohibent, propter quod coniugia copulanda sunt. Adam & Euam ex parentibus principibus fumi asserunt natos, cum pater eorum nomine Saclas sociorum suorum fœtus omnium deuorasset, & quicquid inde commixtum diuinæ substantiæ cœperat, cum uxore concumbens in carne prolis tam quam tenacissimo uinculo colligasset. Christum autem fuisse affirmant, quem dicit nostra scriptura serpentem, à quo illũinatos eos asserunt, ut cognitionis oculos aperirent, & bonum malumq; dinoscerent, Eumq; Christum nouissimis temporibus uenisse ad animas, non ad corpora liberanda. Nec fuisse in carne uera, sed simulatam speciem carnis ludificandis humanis sensibus præbuisse. Vbi non solum mortem, uerum etiam resurrectionem similiter mentiretur. Deum qui legẽ per Moysen dedit, & in Hebræis Prophetis locutus est: non esse uerum Deum, sed unum ex principibus tenebrarũ. Ipsiusq; noui Testamenti scripturas tanquam infalsatas ita legunt, ut quod uoluerint, inde accipiant, quod nolunt reijciant, eisq; tanquam non totum uerum habentes nonnullas apocryphas anteponant. Promissionem domini Iesu Christi de paracleto spiritu sancto in suo Archimanicheo dicunt esse completam. Vnde in suis literis, Iesu Christi Apostolum dicit, eo quòd Iesus Christus se missurum esse promiserit, atq; in illo misserit spiritum sanctum. Propter quod etiam ipse Manichæus duodecim discipulos habuit instar Apostolici numeri, quem numerum Manichæi hodieq; custodiunt. Nã ex electis suis habent duodecim, quos appellant Magistros, & tertiumdecimum principem ipsorum. Episcopos autem septuaginta duos, qui ordinantur à Magistris, & Presbiteros, qui ordinantur ab Episcopis. Habent etiam Episcopi Diaconos. Iam cæteri tantummodo electi uocantur. Sed mittuntur etiam ipsi, qui uidentur idonei ad hunc errorem, uel ubi est sustentandum & augendũ, uel ubi non est etiam seminandum: Baptismum in aqua nihil cuiquam perhibent salutis afferre, nec quenquam eorum quos decipiunt baptizandum putant. Orationes faciunt ad Solem per diem quaquauersum circumit, Ad lunam per noctem si apparet, si autem non apparet, ad aquiloniam partem, qua Sol cum occiderit ad orientem reuertitur. stant orantes. Peccatorum originem non libero arbitrio uoluntatis, sed substantiæ tribuunt gentis aduersæ, quam dogmatizantes esse hominibus mixtam, omnem carnem non Dei, sed malæ uentis perhibent esse opificium, quã à contrario principio deo coæternã esse aiũt: Carnalem concupiscentiam, qua caro concupiscit aduersus spiritũ, non ex uitiata in primo homine natura nobis inesse infirmitatem, sed substantiã uolũt esse contrariã sic nobis adhærentem, ut quando liberamur atq; purgamur, separetur à nobis, & in sua natura etiam ipsa immortaliter

mortaliter uiuat: Easq; duas animas, uel duas mentes, unam bonam, alteram malam in uno homine inter se habere conflictum, quando caro concupiscit aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem. Nec in nobis sanatum hoc uitium, sicut nos dicimus nunq; futurum, sed á nobis sciũ-ctam atq; secluſam ſubſtantiam iſtam mali, & finito iſto ſæculo poſt conflagrationem mundi in globo quodã tanq; in carcere ſempiterno eſſe uicturam: Cui globo affirmant acceſſurum ſemper & adhæſurum, quaſi coopertorium atq; tectorium ex animabus, natura quidem bonis, ſed tamen quæ nõ potuerãt á naturæ malæ contagione purgari.

xlvij Hierachitæ quorum auctor Hieracha nuncupatur, reſurrectionem carnis negant, monachos tantum & monachas, & coniugia non habentes, in communionem recipiunt. Ad regnum cœlorum non pertinere parulos dicunt, quia non ſunt eis merita ulla certaminis quo uitia ſuperentur.

xlviij Meliãni à Melitio nuncupati, nolentes orare cum conuerſis, id eſt eis qui in perſecutione ceciderant, ſchiſma fœcerunt: Nunc autem dicuntur Arrianis eſſe coniuncti.

xlix Arriani ab Arrio, in eo ſunt notiſſimi erroris, quo patrem & filium, & ſpiritumſanctum nolunt eſſe unius eiuſdemq; naturæ atq; ſubſtantiæ, aut ut expreſſius dicatur eſſentiæ, quæ οὐσία græce appellatur, ſed eſſe filium creaturam, ſpiritum uero ſanctum creaturam creaturæ, hoc eſt ab ipſo filio creatum uolunt. In eo autem q; Chriſtũ ſine aĩa ſolã carnẽ ſuſcepiſſe arbitrãtur, minus noti ſunt. Nec aduerſus eos ab aliquo iueni de hac re aliqñ fuiſſe certatũ: Sed hoc uerũ eſſe & Epiphanius nõ tacuit & ego ex eorũ quibuſdam ſcriptis et collocutionibus certiſſimè comperi: Rebaptizari quoq; ab his catholicos nouimus, utrum & non catholicos, neſcio.

l Vadianos, quos appellat & Epiphanius ſchiſmaticos, nõ hæreticos uult uideri: Alij uocãt Anthropomorphitas, quoniã deũ ſibi fingũt cogitatiõe carnali in ſimilitudinẽ imaginis corruptibilis hoĩs, qđ ruſticitati eorũ tribuit Epiphanius, parcẽs eis ne dicãtur hæretici. Eos autẽ ſepãſſe ſe dicit à cõmuniõe noſtra culpando epiſcopos diuites, & paſcha cũ Iudæis celebrãdo, Quãmuis ſint qui eos in Aegypto eccleſiæ catholicæ cõmunicare aſſeuerent. De Fotinianis autem, quos iſto loco Epiphanius commemorat, iam ſuperius ſatis locutus ſum.

li Semiarrianos Epiphãius dicit, q ſimilis eſſentiæ dicũt filiũ, tãq; nõ plenos Arrianos quaſi Arriani, nec ſimule uelint cum hæc Eunomiani dicere celebrentur.

lij Macedoniãi ſunt à Macedonio Cõſtãtinopolitanæ eccleſiæ epiſcopo, quos et πνευματομάχους græci dicũt, eo q; de ſpiritu ſancto litigẽt: Nã de patre & filio recte ſentiũt q; unius ſint eiuſdẽq; ſubſtãtiæ uel eſſentiæ, ſed de ſpiritu ſancto hoc nolũt credere, creaturã eũ eſſe dicentes. Hos potius qdã Semiarriãos uocãt, q; in hac quæ ſtiõe ex parte cũ illis ſint, ex pte nobiſcñ: Quãuis à nõnullis phibeantur, nõ deũm, ſed deitatem patris & filij dicere ſpiritumſanctum, & nullam ppriam habere ſubſtantiã.

liij Ariani ab Aërio quodã ſunt, qui cũ eſſet preſbyter doluiſſe fertur q, epiſcopus nõ potuit ordinari, & in Arriãorũ hæreſim lapſus, ppria quoq; dogmata addidiſſe nõnulla, dicẽs, orare uel offerre p mortuis oblationẽ nõ oportere, nec ſtatuta ſolenniter celebrãda eſſe ieiunia, ſed cũ quiſq; noluerit ieiunandũ, ne uideatur eſſe ſub lege. Dicebat etiã preſbyterũ ab epiſcopo nulla differẽtia debere diſcerni. Quidã phibẽt iſtos ſicut Enchratitas uel Apotactitas nõ admittere ad cõmunionẽ ſuã, niſi cõtinẽtes, & eos qui ſæculo ita renũciauerit, ut ppria nulla poſſideant, ab eſca tamẽ carniũ nõ eos abſtinere dicitur Epiphanius: Philaſter uero & hanc eis tribuit abſtinentiam.

liiij Aetiani ab Aẽtio ſunt uocati, idemq; Eunomiani ab Eunomio Aẽtij diſcipulo, in quo nomine magis innocuerunt: Eunomius quippe in dialectica prævalens, acutius, & celebrius defendit hanc hæreſim, diſſimilem per omnia patri aſſerens filium, & filio ſpiritumſanctum. Fertur etiam uſq; adeo fuiſſe bonis moribus inimicus, ut aſſeueraret, quòd nihil cuiq; obeſſet quorumlibet perpetratio ac perſeuerantia peccatorum, ſi huius quæ ab illo docebatur fidei particeps eſſet.

lv Apollinariſtas Apollinaris inſtituit qui de anima Chriſti à Catholica diſſenſerunt, dicentes ſicut Arriani, deum Chriſtum carnem ſine anima ſuſcepiſſe. In qua quæſtione teſtimonijs euangelicis uicti, mentem, qua rationalis eſt anima hominis, non fuiſſe in anima Chriſti, ſed pro hac ipſum uerbum in ea fuiſſe dixerũt. De ipſa uero eius carne ſic á recta fide diſſenſiſſe perhibentur, ut dicerent carnẽ illã & uerbum unius eiuſdemq; ſubſtantiæ, cõtentioſiſſime aſſeuerantes, uerbũ carnem factum, hoc eſt uerbi aliquid in carnem fuiſſe conuerſum atq; mutatum, non autem carnem de Mariæ carne ſuſceptam.

lvi Antidicomarianitæ appellati ſunt hæretici qui Mariæ uirginitati uſq; adeo contradicunt, ut affirment eam poſt Chriſtum natum uiro ſuo fuiſſe commixtam.

lvij Pſallianorum, poſtremã ponit Epiphanius hæreſim Pſallianorum, quod nomen ex lingua Syra eſt, græce autem dicuntur εὐχῖται ab orando ſic appellati. Tantum enim orant, ut eis qui hoc de illis audiunt incredibile uideatur. Nam cum dominus dixerit: Oportet ſemper orare & non deficere: Et apoſtolus: Sine intermiſſione orate. Quod ſaniſſimè ſic accipitur, ut nullo die intermittantur certa tempora orandi. Iſti ita nimis hoc faciunt, ut hinc iudicentur inter hæreticos nominandi: Quamuis nõnulli eos dicãt de purgatione animarũ neſcio quam phantaſticã & ridiculam fabulã narrare, porcã ſcilicet cum porcellis ſuis uideri exire de ore hominis quando purgatur, & in eũ uiſibili ſimiliter ſpecie ignẽ qui non cõburat intrare. His adiũgit Epiphãius Euphemitas Martyrianos, & Satamanos, & hoc oẽs cum illis tanq; unam hæreſim ponit. Dicuntur Euchitæ opinari, monachis

Luce. 18. 1. Theſſa. 5

non licere sustentandæ uitæ suæ caussa aliquid operari, atq; ita seipsos monachos profiteri, ut omnino ab operibus uacent. Vsq; ad istos ergo de hæresibus opus suum supradictus episcopus Cyprius apud græcos inter magnos habitus, & à multis catholica fidei sanitate laudatus. Cuius ego in commemorandis hæreticis non modum, sed ordinem sum secutus: Nam & aliqua ex alijs posui quæ ipse non posuit, & aliqua non posui, quæ ipse potuit, itaq; alia latius quàm ipse, alia etiam breuius explicaui, parẽq; in nonnullis exhibui breuitatem, omnia moderans sicut intentionis meæ ratio postulabat. Proinde ille de octuaginta hæresibus, separatis uiginti, quas ante domini aduentum extitisse sicut ei uisum est computauit, reliquas post domini ascensum natas sexaginta breuissimis libris quinq; comprehendit, atq; omnes in sex libros totus eiusdem sui operis fœcit concludi. Ego autem quia secundum petitionem tuam eas hæreses memorare instituì, quæ post glorificationem Christi se aduersus doctrinam Christi, etiam sub uelamine Christiani nominis extulerunt, quin quagintaseptem ex Epiphanij ipsius opere in meum transtuli, duas in unam referens, ubi nullam differentiam potui reperire, & rursus ubi ille ex duabus unam facere uoluit, sub numeris suis singulas posui. Sed adhuc commemorare debeo, siue quas apud alios repperi, siue quas ipse reminiscor. Nunc ergo addo quas Philaster posuit, nec posuit Epiphanius.

lviij Metangismonitæ dici possent qui Metangismon asserunt, dicentes sic esse in patre filium, quomodo uas in uase, quasi duo corpora carnaliter opinantes, ita ut filius intret in patrem tanq; uas minus in uas maius: Vnde & tale nomen hic error accepit, ut μεταγγίσμος græce diceretur ἄγγειον quippe illa lingua uas dicitur, sed introitus unius uasis in alterum latine uno nomine nõ potest dici, sicut græce potuit μεταγγίσμος.

lix Seleuciãi uel Hermiani ab auctoribus Seleuco uel Hermia, qui elementorum materiam de qua factus est mũdus, non à deo factam dicunt, sed deo coæternam. Nec animam deo tribuunt creatori, sed creatores esse animarum angelos uolunt de igne & spiritu. Malum autem asserunt esse aliquando à deo, aliquando à materia. Negãt saluatorem in carne sedere ad dexteram patris, sed ea se exuisse perhibent, eamq; in sole posuisse, accipientes occasionem de psalmo ubi legitur: In sole posuit tabernaculũ suum. Psalm. 18 Negant etiam uisibilem paradisum. Baptismum in aqua non accipiunt. Resurrectionem non putant futurã, sed quotidie fieri in generatione filiorum.

lx Prochianitæ secuũ sunt istos, & addiderunt Christũ non in carne uenisse.

lxi Patriciani à Patricio nuncupati, substantiam carnis humanæ non à deo, sed à diabolo conditam dicunt, eamq; sic fugiendam & detestandam putant, ut quidã eorum perhibeantur, etiam morte sibi illata carere carne uoluisse.

lxij Scitæ ab utre sic appellati sunt, ἀσκὸς enim græce, latine uter dicitur, quem perhibentur inflatum & opertum circumire bacchantes, tanq; ipsi sint euãgelici utres noui, uino nouo repleti.

lxiij Pattalorinchitæ intantum silentio student, ut naribus & labijs suis digitum opponant, ne uel ipsam taciturnitatem uoce præripiant, quando tacendum sibi esse arbitrantur, unde etiam illis est nomen inditum, πάτταλος enim dicitur græce palus & ῥὶν χος nasus. Cur autem per palum digitum significare maluerint, à quibus hoc nomen compositum est, nescio: Cum græce dicatur digitus δακτῦλος, & possint utiq; Dactilorinchitæ multo euidentius nuncupari.

lxiiij Aquarij ex hoc appellati sunt, quòd aquam offerunt in poculo sacramenti, non illud quod omnis ecclesia.

lxv Coluthiani à quodam Colutho, qui dicebat deũ non facere mala, contra illud quod scriptum est: Ego deus creans mala. Esaiæ. 45

lxvi Floriniani à Florino, qui econtrario dicebat deum creasse mala, contra id quod scriptum est: Fœcit deus omnia, & ecce bona ualde. Ac per hoc quàmuis contraria inter se dicentes, tamen ambo diuinis eloquijs resistebant. Creat enim deus mala, pœnas iustissimas irrogando, quod Colluthus non uidebat, non autem malas creando naturas atq; substantias, inquantum sunt naturæ atq; substantiæ, ubi Florinus errabat. Genes. 2.

lxvij Haeresim quandam sine auctore, & sine nomine Philaster commemorat, qui dicit hunc mundum eam post resurrectionem mortuorum in eodem statu in quo nũc est esse mansurũ, neq; ita esse mutandũ, ut sit cœlum nouum & terra noua, sicut sancta scriptura præmittit, Apoc. 21

lxviij Est alia hæresis nudis pedibus semper ambulantium, in eo quod dominus dixerit ad Moysen uel ad Iosue Solue calciamentũ de pedibus tuis: Et q̃ propheta Esaias nudis pedibus iussus fuerit ambulare.

lxix Donatiani uel Donatistæ sunt, qui primũ propter Donatũ contra suã uoluntatem Cecilianũ ecclesiæ Carthaginensis episcopum factum, schisma fœcerũt, obijcientes ei crimina non probata, & maxime q̃ à traditoribus diuinarum scripturarum fuerit ordinatus. Sed post caussam cum eo dictam atq; finitam, falsitatis rei deprehensi pertinaci dissensione firmata in hæresim schisma uerterunt, tanq; ecclesia Christi propter crimina Ceciliani seu uera, seu quod magis apparuit iudicibus falsa de toto terrarum orbe perierit, ubi futura promissa est, atq; in Africa Donati parte remanserit, in alijs terrarum partibus quasi contagione cõmunionis extincta. Audent etiã rebaptizare catholicos. Vbi se amplius hæreticos esse firmarunt cum ecclesiæ catholicæ uniuersæ placuerit, nec in ipsis hæreticis baptisma commune rescindere. Huius hæresis principem accipimus fuisse Donatum, qui de Numidia ueniens & contra Cecilianum Christianam diuidens plebem, adiunctis sibi eiusdem factionis episcopis, ma-

episcopis, Maiorinum apud Carthaginem ordinauit episcopum. Cui Maiorino donatus alius eadem diuisione successit, qui eloquentia sua sic confirmauit hanc hæresim, ut multa existiment propter ipsum potius eos Donatistas uocari. Extant scripta eius, ubi apparet eum etiam non catholicam de trinitate habuisse sententiam: Sed quamuis eiusdem substantiæ, minorẽ tamen patre filium, & minorẽ filio putasse spiritum sanctum: Verum in hunc quem de trinitate habuit eius errorem Donatistarum multitudo intenta non fuit, nec facile in eis quisq; qui hoc illum sensisse nouerit, inuenitur. Isti hæretici in urbe Roma Montenses uocantur, quibus hinc ex Affrica solent episcopum mittere, aut hinc illuc Afri episcopi eorum pergere, si forte ibi eum ordinare placuisset. Ad hanc hæresim in Africa & illi pertinent, qui appellantur Circũcelliones, genus hominum agreste & famosissimæ audaciæ, non solum in alios immania facinora perpetrando, sed nec sibi eadem insana feritate parcendo. Nam per mortes uarias, maxime præcipitiorum & aquarum & ignium seipsos necare consueuerunt, & in istũ furorẽ alios quos potuerint sexus utriusq; seducere, aliquando ut occidantur ab alijs, mortẽ nisi fecerint comminantes. Veruntamen plærisq; Donatistarũ displicent tales, nec eorũ cõmunione cõtaminari se putant, qui Christiano orbi terrarũ dementes obijciunt ignotorũ crimen Afrorũ. Multa et inter ipsos facta sunt schismata, & ab eis se diuersi cœtibus alij atq; alij separarunt, quorum separationẽ cætera grandis multitudo non sensit. Sed apud Carthaginem Maximianus contra Primianum ab eiusdem erroris centum ferme episcopis ordinatus, & à reliquis trecentis decẽ cum eis duodecim, qui ordinationi eius etiã præsentia corpali interfuerunt, atrocissima criminatione damnatus, compulit eos nosse etiam extra ecclesiam dari posse baptismum Christi: Nam quosdam ex eis cum eis, quos extra eorum ecclesiam baptizauerant, in suis honoribus sine ulla in quoq; repetitione baptismatis receperunt, nec eos ut corrigerent per publicas potestates agere destiterũt. Nec eorũ crimnibus d̃ sui concilij sententiam uehementer exaggeratis cõmunionem suam cõtaminare timuerunt.

lxx PRiscillianistæ quos in Hispania Priscillianus instituit, maxime Gnosticorũ & Manichæorum dogmata permixta sectantur: Quamuis & ex alijs hæresibus in eos sordes, tanq̃ in sentinam quandam horribili confusione confluxerint. Propter occultandas autem contaminationes & turpitudines suas, habent in suis dogmatibus & hæc uerba: Iura, peiera, secretum prodere noli. Hi animas dicunt eiusdem naturæ atq; substantiæ, cuius est deus, ad agonem quendam spontaneum in terris exercendum p septem cœlos & per quosdam gradatim descendere principatus, & in malignum principem incurrere: A quo istũ mundum factum uolunt, atq; ab hoc principe per diuersa carnis corpora seminari. Astruunt etiam fatalibus stellis homines colligatos, ipsumq; corpus nostrum secundum duodecim signa cœli esse compositum, sicut hi qui mathematici uulgo appellantur: Constituentes in capite arietem, taurum in ceruice, geminos in humeris, cancrum in pectore, & cætera nominatim signa percurrentes, ad plantas usq; perueniunt, quas piscibus tribuunt, quod ultimum signum ab astrologis nuncupatur. Hæc & alia fabulosa, uana, sacrilega, quæ persequi longum est, hæresis ista contexit. Carnes tanq̃ immundas escas etiam ipsa deuitat. Coniuges quibus hoc malum potuerit persuadere distungens, & uiros à nolentibus fœminis, & fœminas à nolentibus uiris. Opificium quippe omnis carnis non deo bono & uero, sed malignis angelis tribuunt. Hoc uersutiores etiã Manichæis, quòd nihil scripturarum canonicarum repudiant, simul cum apocryphis legentes omnia & in auctoritatem sumentes, sed in suos sensus allegorizando uertentes quicquid in sanctis libris est quod eorum euertat errorem. De Christo Sabellianam sectam tenent, eundem ipsum esse dicentes, non solum filium, sed etiam patrem, & spiritum sanctum.

lxxi DIcit Philaster, esse alios hæreticos qui cum hominibus non sumunt escas, sed utrum cum alijs qui eiusdem sectæ non sunt, an etiam inter seipsos id faciant, nõ exprimit. Dicit etiam eos de patre & filio recte, de spiritu autem sancto non catholice sapere, quod eum opinentur esse creatum.

lxxij ARhetorio quodam exortum hæresim dicit ninium mirabilis uanitatis, quæ omnes hæreticos recte ambulare, & uera dicere affirmat, quod ita est absurdum, ut nihi incredibile uideatur.

lxxiij ALia est hæresis, quæ dicit in Christo diuinitatem doluisse, cum figeretur caro eius in cruce.

lxxiiij ESt alia, quæ triformen sic asserit deum, ut quædam pars eius sit pater, quædam filius, quædam spiritus sanctus, hoc est, quòd dei unius partes sunt, quæ istam faciunt trinitatem, uelut ex his tribus partibus compleatur deus, nec sic perfectus in seipso, uel pater, uel filius, uel spiritus sanctus.

lxxv ALia est, quæ dicit aquam non à deo creatam, sed ei semper fuisse coæternam.

lxxvi ALia dicit, corpus hominis, non animam esse imaginem dei.

lxxvij ALia dicit, innumerabiles mundos, sicut opinati sunt quidam philosophi gentium.

lxxviij ALia, sceleratorum animas conuerti in dæmones dicit, & in quæq; animalia suis meritis congrua.

lxxix ALia, descendente ad inferos Christo, credidisse incredulos, & omnes inde existimat liberatos.

lxxx ALia, sempiterne natum non intelligens filium, putat illam natiuitatem sumpsisse à tempore initium, & tamen uolens coæternum patri filium confiteri, apud illum fuisse anteq̃ de illo nasceretur existimat, hoc est, semper eum fuisse, ueruntamen semper eum

filium no n

filiũ non fuisse, sed ex quo de illo natus est, filiũ esse cœpisse. Has hæreses quæ absq; auctorũ nominibus sunt, putaui in hoc opus meũ de Philastri opere trãsferendas, & alias quidem ipse cõmemorat, sed mihi appellandæ hæreses non uidentur. Quascunq; autem sine nominibus posui nec ipse earum nomina memorauit.

lxxxi Luciferianos à Lucifero Caralitano episcopo exortus, & celebriter nominatos, nec Epiphanius, nec Philaster inter hæreticos posuit, credo tantũmodo schisma non hæresim cõdidisse, credentes, apud quendam tamen cuius nomen in eodem eius opusculo non inueni, in hæreticis Lucifer ianos positos legi. Per hæc uerba Luciferiani iquit cũ teneãt in omnibus catholicã ueritatẽ, in hoc errore stultissimo ,plebũtur, ut animã dicãt ex transfusione generari eandemq; dicũt & de carne, et carnis esse substantiã. Vtrũ ergo iste ,pter hoc qđ de anima ista sentiãt, si tamen uere ita sentiũt, eos inter hæreticos ponẽdos esse crediderit, rectq; crediderit, An etiã si id non sentirent, siue non sentiunt, ideo tamẽ sint hæretici, qui ad dissensionem suã pertinaci animositate firmarunt, alia quæstio est, neq; hoc loco mihi uidetur esse tractanda.

lxxxij Iouiniani stas quoq; apud istum repperi quos iam nouera m: A Iouiniano quodã monacho ista hæresis orta est ætate nostra cũ adhuc iuuenes essemus. Hic omnia peccata sicut Stoici philosophi, paria esse dicebat, nec posse peccare hominem lauacro regenerationis accepto, nec aliquid prodesse ieiunia uel à cibis aliquibus abstinentiam. Virginitatem Mariæ destruebat, dicens eam pariendo fuisse corruptam. Virginitatem etiam sanctimonialium, & continentiam sexus uirilis in sanctis eligentibus cœlibem uitam coniugiorum castorum atq; fidelium meritis adæquabat, ita ut quædã uirgines sacræ proiectæ iam ætatis in urbe Roma, ubi hæc docebat, eo audito nupsisse dicantur. Non sane ipse uel habebat, uel habere uolebat uxorẽ, quod propter aliquod apud deũ maius meritũ in regno uitæ perpetuæ profuturum, sed propter præsentem prodesse necessitatem, ne homo coniugalis patiatur molestias, disputabat. Cito tamen ista hæresis oppressa & extincta est, nec usq; ad deceptionem aliquorum sacerdotũ potuit peruenire.

lxxxiij. CVm Eusebij historiam perscrutatus essem, cui Rufinus, à se in latinam linguam translatæ, subsequẽtium etiam temporum duos libros addidit, non inueni aliquam hæresim, quam non legerim apud istos, nisi quam in sexto libro ponit Eusebius, narrans eam extitisse in Arabia. Itaq; hos hæreticos, quoniam nullum eorum ponit auctorem, Arabicos possumus nuncupare, qui dixerunt animas cum corporibus mori atq; dissolui in fine sæculi, utrunq; resurgere. Sed hos disputatione Originis præsentis, & eos alloquentis celerrime dicit fuisse correctos. Iam nunc illæ commemorandæ sunt hæreses quæ apud nos, nõ apud istos repertæ sunt, sed in recordationem nostrã quomodocunq; uenerunt.

lxxxiij HEluidiãi exorti ab Heluidio, ita uirginitati Mariæ contradicunt, ut etiam post Christum alios etiam filios de utero suo Ioseph peperisse contendant, sed mirum istos prætermisso Heluidij nomine, Antidicomariãitas Epiphanius appellauit.

lxxxv PAterniani, inferiores partes humani corporis nõ à deo, sed à diabolo factas opinantur, & omnium ex illis partibus flagitiorum licentiam tribuentes impurissime uiuunt: Hos etiam Venustianos quidam uocant.

lxxxvi TErtullianistæ, à Tertulliano, cuius multa leguntur opuscula eloquentissimè scripta, usq; ad nostrum tẽpus paulatim deficientes, in extremis reliquijs durare potuerunt in urbe Carthaginensi, me autem ibi posito ante aliquot annos, quod etiam te meminisse arbitror, omni ex parte consumpti sunt. Paucissimi etiam qui remanserãt in catholicam transierunt, suamq; basilicam quæ nunc etiam notissima est, catholicæ tradiderunt. Tertullianus ergo sicut scripta eius indicant, animam dicit immortalem quidem, sed eam effigiatum corpus esse contendit, neq; hãc tantũ, sed ipsum etiam deum corporeum esse dicit, licet non effigiatum. Nec tamen hinc hæreticus creditur factus. Posset enim quoquo modo putari ipsam naturã substantiamq; diuinam corpus uocare, non tale corpus cuius partes aliæ maiores, aliæ minores ualeam uel debeant cogitari, qualia sunt omnia quæ proprie dicimus corpora, quamuis de anima tale aliquid sentiat: Sed potuit ut dixi, propterea putari corpus deum dicere, quia non est nihil, non est inanitas, non est corporis uel animæ qualitas, sed ubiq; totus & per locorum spacia nulla partitus, in sua tamen natura atq; substantia immutabiliter permanet. Non ergo ideo est Tertullianus factus hæreticus, sed quia transiens ad Cataphryges, quos ante destruxerat, cœpit etiam secundas nuptias contra apostolicam doctrinam 1. Timot. 5 tanq; stupra damnare, & postmodum etiam ab ipsis diuisus, sua conuenticula propagauit. Dicit sane ipse animas hominum pessimas post mortem in dæmones uerti, statum autem animæ credit per traducem propagari, Hæresis Venustianorũ à quibusdam hæresis Paternianorũ uocatur

lxxxvij ESt quædam hæresis rusticana in cãpo nostro, id est Hipponensi, uel potius fuit, paulatim enim diminuta in una exigua uilla remãserat, in qua quidẽ pauciss imi, sed omnes hoc fuerunt: Qui omnes modo correcti & catholici facti sunt, nec aliquis illius supersedit erroris, Abelonij uocabãtur, punica declinatione nominis. Hos nonnulli dicũt ex filio Adæ nominatos qui est uocatus Abel, unde Abelianos uel Abeloitas eos nos possumus dicere. Non miscebantur uxoribus, & eis tamen sine uxoribus uiuere sectæ ipsius dogmate non licebat. Mares ergo & fœminas sub continentiæ professione simul habitantes, puerum & puellam sibi adoptabant in eiusdem coniunctionis pacto, successores suos futuros morte præuentis, quibusq; singulis alij subrogabantur, dum tamen duo duobus diuersis sexus in illius domus societate succederent. Vtrolibet quippe parente defuncto uno remanenti

usq; ad

usq; ad eius quoq; obitum filij seruiebant. Post cuius mortem etiam ipsi puerum & puellam similiter adoptabant, nec unq; eis defuit unde adoptarent, generantibus circumquaq; uicinis, & filios suos inopes ad spem hæreditatis alienæ libenter dantibus.

lxxxviij Ephes. j. Coloss. j. PElagianorum est hæresis hoc tempore omniū recentissima à Pelagio monacho exorta: Quē magistrū Cœlestius sic secutus est, ut sectatores eorū Cœlestianā etiā nūcupētur. Hi dei gratiæ qua prædestinati sumus in adoptionem filiorū per Iēsum Christū in ipsum, & qua eruimur de potestate tenebrarū, ut in eum credamus, atq; in regnū ipsius transferamur, propter quod ait: Nemo uenit ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo: Et quia diffunditur charitas in cordibus nostris, ut fides per dilectionē operetur: Intantum inimici sunt, ut sine hac posse hominē credant facere omnia diuina mandata, cum si hoc uerum esset, frustra dominus dixisse uideretur: Sine me nihil potestis facere. Deniq; Pelagius à fratribus increpatus, quòd nihil tribueret adiutorio gratiæ dei ad eius mandata faciēda, correptionū eorum hactenus cessit, ut non eam libero arbitrio præponeret, sed infideli calliditate supponeret dicens: Ad hoc eam dari hominibus, ut quæ facere per liberum iubentur arbitrium, facilius possint implere p gratiam. Dicendo utiq;, ut facilius possint, uoluit credi, etiā si difficilius, tamen posse homines sine gratia facere iussa diuina. Illā uero gratiā dei, sine qua nihil boni possumus facere, nō esse dicunt nisi in libero arbitrio, quod nullis suis præcedentibus meritis ab illo accepit nostra natura, ad hoc tamen ipso adiuuante per suam legem atq; doctrinam, ut discamus quæ facere & quæ sperare debeamus: Nō autem ad hoc per donū spiritus sancti, ut quæ dixerimus esse facienda faciamus: Ac per hoc diuinitus nobis dari scientiā 1. Corin. 8. cōfitentur, qua ignorātia pellitur: Charitatē autē dari negāt qua pie uiuitur, ut scilicet cū sit dei donū, scientia quæ sine charitate inflat, non sit dei donū ipsa charitas, quæ ut scientia nō inflet, ædificat. Destruūt etiā orationes quas facit ecclesia, siue pro infidelibus & doctrinæ dei resistentibus, ut conuertatur ad deū, siue pro fidelibus, ut augeatur eis fides & perseuerent in eo. Hæc quippe nō ab ipso accipere, sed à seipsis homines habere cōtendunt, gratiā dei qua liberamur ab impietate dicentes secūdū merita nostra dari: Quod quidē Pelagius in episcopali iudicio Palestino dānari metuēs, dānare cōpulsus est, sed in posterioribus suis scriptis hoc inuenitur docere. In id etiā progrediūtur, ut dicāt uitā iustorū in hoc sæculo nullū omnino habere peccatū, et ex his ecclesiā Christi hac mortalitate perfici, ut sit Matth. 6 omnino sine macula & ruga, quasi non sit Christi ecclesia quæ in tota terrarū orbe clamat ad deū: Dimitte nobis debita nostra. Paruulorū etiā negātes secundū Adā carnaliter natos cōtagiū mortis antiquæ prima natiuitate cōtrahere: Sic enim eos sine ullo peccati originalis uinculo asserūt nasci, ut prorsus nō sit quod de eis oporteat secunda natiuitate dimitti, sed eos propterea baptizari, ut regeneratione adoptati admittantur ad regnum dei, de bono in melius translati, non ista renouatione ab aliquo malo obligationis ueteris absoluti. Nam etiā si nō baptizentur, p̄mittūt eis extra regnū quidem dei, sed tamē æternā & beatā quandā uitā suā. Ipsum quoq; Adā dicūt etiā si nō peccasset, fuisse corpore moriturū, neq; ita mortuū merito culpæ, sed cōditione naturæ. Obijciuntur eis & alia nonnulla, sed ista sunt maxime ex quibus intelligantur etiam illa uel cuncta, uel penè cuncta pendere. Ecce quàm multas cōmemorauimus hæreses, nec tamen modū tuæ postulationis impleuimus. Ex quo enim Christiana religio, ut uerbis tuis utar, hæreditatis promisse nomen accepit, quæ hæreses ortæ sint, quomodo cōmemorare omnes potui qui omnes nosse non potui? Quod ideo existimo, quia nullus eorum quorū de hærese scripta legi, omnes posuit. Quando quidē inueni apud aliū, quas apud aliū nō inueni, & rursus apud istū quas ille nō posuit. Ego autem propterea plures quàm ipsi posui, quia collegi ex omnibus quas omnes apud singulos nō inueni. Additis etiā his quas ipse recolens apud nullū eorū inuenire nō potui. Vnde merito credo nec me posuisse omnes, quia nec omnes qui de hac re scripserant legere potui, neq; hoc quenq̄ eorum uideo fœcisse quos legi. Postremo etiā si omnes forsitan posui, quod nō puto, utrū omnes sint utiq;, nescio. Et ideo qd' uis me loquētē finiri, nō saltē potest me cognoscēte cōprehendi. Audiui scripsisse de hæresibus sanctū Hieronymū, sed ipsū eius opusculū nec in nostra bibliotheca inuenire potuimus, nec unde possit accipi scimus. Quod si tu scieris, perueniat illud, & forsitan habebis melius aliquid quàm hoc nostrum quāuis nec ipsū, licet hominē doctissimū omnes hæreses arbitror indagare potuisse. Et certe Abeloitas nostræ regionis hæreticos quātū existimo, ille nesciuit: Sic forte & alibi alios in obscurissimis locis recōditos, eiusq; noticiā ipsa locorū obscuritate fugientes. Iam uero illud quod habēt tuæ literæ, ut omnia omnino dicamus quibus hæretici à ueritate dissentiūt, etiā si omnia scirē, facere non possum, quanto minus possim qui omnia scire nō possum. Sunt enim hæretici qd' fatendū est, qui singulis uel non multo amplius dogmatibus oppugnāt regulā ueritatis, sicut Macedoniani uel Fotiniani atq; alij quicūq; ita sese habēt: Illi autem ut ita dixerim fabulones .i. qui fabulas uanas easdemq; lōgas pplexasq; cōtexerūt, tā multis falsis dogmatibus pleni sunt, ut ipsi quoq; illa numerare nō possint, aut difficilime possint: Nec ulli alieno ulla hæresis facile sic innotescit ut suis, unde nec earū quas cōmemorauī omnia dogmata me dixisse uel didicisse pfiteor. Quis enī nō uideat quātā res ista operā et q̄ multas literas flagitet? Nec ideo tamē parū pdest errores istos, quos huic opi intexui, lectos cognitosq; uitare: Quid enī cōtra istas sentiat catholica ecclesia qd' à me dicendū putasti, supfluo quæritur, cū ppter hoc scire sufficiat eā cōtra ista sentire, nec aliqd horū in fidē quēq̄ debere recipere. Quō autē quæ cōtra hæc ueritas habet, asserēda ue defendēda sint, modulū opis huius excedit: Sed multū adiuuat cor fidele nosse, qd credendum nō sit etiam si disputandi facultate id refutare non possit.

Omnis

Omnis itaq; Christianus catholicus ista non debet credere sed non omnis qui ista non credit, consequenter debet se Christianum catholicum iam putasse uel dicere: Possunt enim & hæreses aliæ quæ in hoc opere nostro commemoratæ non sunt, uel esse uel fieri, quarum aliquam quisquis tenuerit, Christianus catholicus non erit. Quid ergo faciat hæreticum deinceps requirendum est, ut cum hoc domino adiuuante uicamus, non solum ea quæ scimus, uerũ etiam quæ nescimus, siue quæ iam orta sunt, siue quæ adhuc oriri potuerunt hæretica uenena uitemus. Huius autem sit iam uoluminis finis: Quem propterea uobis antеq̃ totum hoc opus perficerem, credidi esse mittendum, ut cum quicunq; legeritis, ad id quod restat implendum, qđ tam magnum esse cernitis, me orationibus adiuuetis.

LIBER DE HAERESIBVS AD QVODuult deum, explicit.

DIVI AVRELII AVGVstini Hipponensis episcopi, liber de quinq; hæresibus incipit.

De quinq; hæresum erroribus Cap. I.

DEBITOR sum fateor, non necessitate cogente, sed quòd est uehementius charitate. Ad compellendum nõ potest esse molestus exactor, quando ad reddendum deuotus est debitor. Sed ut impleam quod promisi, adiuuate me sanctis orationibus uestris, ut dominus omnipotẽs det gratiam sermonibus meis, ut satisfaciam pijs mentibus & auribus uestris. Si meminisse dignamini, qui in tempore affuistis quinq; hostium genera esse diximus, cõtra quæ expugnanda inducias postulauimus, ut necessaria arma præparare posimus. Promissus dies illuxit, nos quoq; impigre ad certamen deo adiuuante processimus. Adiutorium nostrum à domino, qui fecit cœlum & terram. Pſalm.123. Donabit certanti uictoriam, qui certanti dedit audaciam. Non nos hostium turba, non bellantium reuocet forma, nõ quasi uitrea fulgentia terreant arma. Goliam magnum, robustum, armis terribilibus ingentiq; turba munitum, 1.Regũ.17. Dauid solus puer paruus atq; inermis uno lapidis ictu prostrauit, totaq; Allophylorum castra turbauit atq; fugauit, Quid autem aliud petra contra Goliam missa, nisi Christum contra diabolum ex semine Dauid uenturum esse significauit? Aggrediamur iam cæterorũ quæ diximus quinq; genera proponamus. Pagani dicunt: Quid est quòd Pagani. nos exhorretis atq; abijcitis tanq̃ multos colentes deos? Ecce & uos deum, quem prædicatis colendum, filium habere dicitis, et sine alterius commixtione sexus natum esse confingitis. Iudæi dicunt: Quomodo unũ colitis deum Iudæi. quando & hominem quem patres nostri crucifixerunt, deum dicentes, hominibus extorquetis ut tanq̃ filium dei uobiscum uenerentur & colant? Manichæi dicunt, phantasiam esse, quòd dicitur dominum Iesum Christum fœminео posse nasci ex utero: Non enim dignum est inquiunt, ut tanta maiestas per sordes et squalores fœminæ trãsisse credatur. Sabelliani dicunt. i. Patripaßiani, unus est deus pater & filius, quoniam qui pater, ipse & filius. Nã si aliter dixerimus, dicemur multicolæ. Arriani dicunt: Alius est pater, alius est filius, sed minor est filius: Quomodo enim fieri potest, ut genitori genitus extet æqualis? Manichæi. Sabelliani. Arriani.

De Christi militum armis, & confidentia habenda in certamine contra hæreticos. Cap. II.

ECce sunt errorum propositæ quæstiones, quasi hostium compositæ acies. Contra istas acies pestiferas Epheſ.6. sanctißimi fratres, assumite arma dei, ut posßitis resistere in die malo, & in omnibus perfecti stare: Accingimini lumbos in ueritate, nemo trepidet, nemo formidet: Est lorica iusticiæ, est scutum fidei, in quo sagittæ malignorum extinguãtur. Est galea salutis, est gladius spiritus, quod est uerbum dei. Quisquis fidelis Christi militum his armis fuerit munitus, non cuiusq̃ formidabit personam, nõ terrore temporis à certamine reuocabitur. Eia fratres, certamen in promptu est, feruet opus, urget aduersarius, spicula parat, iacere temptat, nemo expauescat. Plures sunt nobiscum quàm cum illis. Nobiscum est Moyses ille magnus 4. Regũ 6. amicus dei, qui ut hostem uinceret præliantem, manus ad Exodi.17. cœlum extendit, iam tunc figuram crucis ostendit, ipse diuino impio tumentis ponti uoluentis flexuosis sinibus undas, unius uirgæ percussu traijciendo populum aridos in- Exodi.14. terim uertit in campos. Nobiscum est Iesus post Moysen dux populi Israëlitici, fortißimus præliator, cuius etiam nomen indicat nomen saluatoris, ipse potentia sua & diuina fiducia, diem sui cursus metas ne perageret, statuit, Iosue.10 & nocti ne accederet imperauit. Ipse gentium reges non singillatim, sed gradatim superauit, captiuauit, humiliauit & occidit. Nobiscum est Dauid manu fortis: Quid dicam? Seruus dei, electus dei, amicus dei, parens dei, nouerat & bene nouerat, non solum parcere subiectis, sed et Æneid. 6. debellare superbos, uerumetiam uirtutes ostendere & patientiam custodire. Ipse inimicos suos cum persequeretur non pernicioſus, & cum uinceret non exiuit impius. Nobiscum sunt alij atq; alij uiri, qui omnia futura præuiderũt & prædixerunt. Non est ergo quod nos terreat, Tantum expectate, audite & orate, intentior & auctior circa me uestra sit oratio. Non diutius immoremur, iam quæ proposuimus prosequamur.

Paganici erroris improbatio ex Mercurio Hermete & Sibillynis testimoniis, Cap. III.

QVid dicis Pagane? Deus inquis si delectatus est filium, indiguit coniugio, si horruit coniugium solus est sine filio. Quid enim poterat inueniri simile deo, quod coniungeretur deo, ut pareret filium deo? Deinde sic dicitis: Si habet filium deus, iam nõ unum colitis

colitis deũ. Quid agimus? Ab Allophylo missum excepimus, quid remittimus? Quodlibet miserimus telum, licet perueniat ad illum, quid prodest? Quare? Quia Psalm.113 durus est, quia lapideus idola colit. Scriptũ est enĩ: Similes illis sunt omnes qui faciunt ea, & omnes qui cõfidunt in eis. Sanctas scripturas nõ accipit. Quæramus ergo lapidem quo percutiatur, ut percussus quassetur, quassatus cõminuatur, comminutus in puluerem conuertatur, conuersus in puluerem compluatur, complutus seratur, satus faciat fructum, non qui igne consumatur, sed qui in horreo recondatur. Hermes, qui latine Mercurius dicitur, scripsit librum qui Logoschelios appellatur, id est uerbũ perPsalm.87 fectum, magnum nomen libri huius, quia magnus est de quo scriptus est. Quid enim perfectius uerbo, qui solus est inter mortuos liber? Audiamus quid loquatur Mercurius de uerbo perfecto. Dominus inquit, & omnium factor deorum, secundum fœcit dominum. Et post pauca ut ostenderet quid dixerit repetijt & dixit: Quoniam ergo hunc fœcit primum & solum & unum. Bonus autem ei uisus est & plenißimus omnium bonorum. Quantum plenißimus Iohannes Euangelista dicat: De Iohan.1 plenitudine eius omnes accepimus gratiã pro gratia. Bonus autem ei uisus est, & plenißimus ominum bonorũ. Et sequitur: Lætatus est. Cui, uel cum quo lætatus est? Et ualde dilexit tanquam unigenitum suum. Quem primo factum dixit, postea unigenitũ appellauit. Itẽ alio loco sic dixit: Filius benedicti dei atq; bonæ uoluntatis, cuius nomẽ nõ potest humano ore narrari. Quærebas Pagane coniugem dei? Audi Mercurium, para fronte, excipe lapis lapidem, cade ut erigaris, frangere ut confirmeris, destruere ut ædificeris: Ictus lapidis non cutem aperiat frontis, non uenam rumpat sanguinis, non faciat foueam uulneris, sed signum faciat crucis. Coniugem dei quæris, abijciatur ex corde tuo improba prauitas. Coniunx dei bona uoluntas est. Quomodo & pater sit deus, & filius deus, nec tamen duo dij, sed unus deus, tecum disputare Esaie.7 non debeo, quia nisi credideris nullatenus intelligere potueris. Tamen filium dei dominum fatetur Mercurius. Hoc lapide percussus, lapideus desinat esse sacrilegus. Audiamus quid etiam Sibylla uates eorundem dicat. Aliũ inquit, dedit deus filium homini colendum. Quantũ apparet in his sententijs Mercurij & Sibyllæ, Sabellius etiam iudicatur. Mercurius & patrem deum dicit & filium, & Sibylla dicit alium: Sabellius dicit non alium, quia eundem patrem asserit quem filium: Optimum ualde est si modo non unum tantum, sed etiam ad quantoscunq; missus peruenire potuit aduersarios, hoc ictu percutiamus. Item Sibylla dicit: Ipsum tuum cognosce deum dei filium esse. Versus iste & Paganum increpat & Iudæum. Alio loco filium dei symbolum appellat, id est, Esaiæ.9 consilium uel consiliarium. Et propheta dicit: Vocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri sæculi. Hic Arrianus arguitur, qui cum dicat minorem dei filium, dicit aliquando deum non habuisse: Et si fuit sine filio, fuit sine consilio. Ecce ad quanta prouocamur. Sed quia deus nunquàm fuit sine consilio, etiam contradicente Arriano, nunquàm etiam pater potuit esse sine filio. Quid agis Pagane? Aperi aures, noli esse sicut aspis surda, quæ obdurat aurem ne audiat uocem incantantis. Non tibi meos auctores profero: Tuus est Psalm.57 Mercurius, cuius inter deos tantus honor cultusq; á uobis allatus est, ut eius nomine diem domini uocaretis. Ipsum audi, ipse te conuincat, ipse expugnet, ut cum te uicerit, illi cedas & mihi credas. Mercurius dixit: Dilexit deus unigenitum suum. Ipse dixit: Filius benedicti dei atq; bonæ uoluntatis. Et ne eius nomine tædium interrogationis sustineret, secutus adiunxit: Cuius nomen non potest humano ore narrari. Quid tu Mercuri ab hominibus dicis, nomen dei filij narrari non posse? A te narretur qui non homo, sed deus ab hominibus æstimeris. Loquitur autem ad filium suum dicens: Est enim quis filij inenarrabilis sermo sapientiæ spiritussanctus: Nonne hoc est: In principio erat uerbum? Dic Hermes, ser- Iohan.1 mo iste sapientiæ habet matrem? Sequitur de solo deo: Dominus est omnium dominante deo mortalibus. Et quia ab hominibus indagari non potest, addit & dicit: Super homines est. Nomen filij dei narrare non possum, quia non sum deus, dicant homines quasi homines quod non sum, ego agnosco quod sum. Sermo sapientiæ de solo deo est. Non ergo ibi Pagane humanum suspiceris aut fingas fuisse coniugum, de solo domino est, & super homines est. Increpat te Sibylla dicens: Ipsum tuum cognosce dominum dei filium esse: Ipsum, non alium, non Martem, non Iouem, non Mercurium, sed quem confitetur Mercurius. Quid miraris Christiane, quód talia de patre & filio dicant? Et dæmones credunt & contre- Iacobi.2 miscunt. Nempe in Euangelio transeunte domino dicunt: Marc.1 Nouimus quòd sis filius dei, ueniſti ante tempus perdere nos. Vtinam quomodo dæmones iudicem, sic homines agnoscerent saluatorem.

Contra Iudæorum uesaniam ex sacris literis disputatio. Cap. IIII.

QVid dicit Iudæus? Vnus est nobis deus pater, ipsum, non alium nouimus. Illum uero quem dicitis Christum, patres nostri non deum, sed hominem occiderunt. Nempe hoc est quod dixi: Vtinam quomodo dæmones iudicem, sic homines agnoscerent saluatorem. Ecce dæmones uiderunt & tremuerunt, homines uiderunt & occiderunt. Dæmones confessi sunt, homines persecuti sunt. Quæ infœlicitas & quanta miseria imparem dæmonibus inueniri? Item homines credunt, dæmones pereunt, homines sanantur, dæmones puniun- Psalm76 tur. Sed hæc immutatio est dexteræ excelsi, nõ præsumptio hominis de suis uiribus confidentis. Cõtra istum Iudæũ non laboro, pugnent cõtra illum codices sui, pugnent lex & prophetæ, & aut uictus & humiliatus saluabitur, aut superbus & pertinax punietur. Dixit dominus ad Moy- Exodi.23

[illegible]: Ecce ego mitto angelum meũ qui præcedat te, & cu[illegible]
[illegible]it in uia & introducat in locum quem paraui. Obe[illegible]
[illegible]ua cum & audi uocem eius, nec contemnendum putes.
[illegible]d si angelum, agnosce dominum. Nec contemnendum
[illegible]putes. Quare? Quia non remittet cum peccaueris, et
[illegible]nomen meum in illo. Quis est ille magnus cui deus, et
[illegible]testatem suam dedit, & nomen? Dominus uirtutum,
ipse est rex gloriæ. Et unde probamus quòd cum dici-
tur angelus, debeat intelligi deus? In libro qui appellatur
Genesis. Venerunt inquit duo angeli Sodomam uespere,
sedente Loth præ foribus ciuitatis, quos cum uidisset, sur-
rexit & iuit obuiam eis. Quid plura? Suscepit, & ob-
secutus est eis tanquàm peregrinis. Consuetudine hospi-
talitatis liberatus est à periculo ciuitatis, & temporale
euasit incendium, & æternum consecutus est præmium.
Discite Christiani, sine discretione hospites suscipere, ne
forte cui domum clauseritis, cui humanitatẽ negaueritis,
ipse sit deus. Non amplius euagemur à proposita actione.
Angeli uenerunt ad Loth & dixerunt: Videte & ad-
uertite, quia angeli loqui dicuntur. Quid dixerunt an-
geli? Salua animam tuam, noli respicere post tergum.
Hoc scriptum est in Euangelio, quia nemo ponens ma-
num super aratrum & tergo respiciens, aptus est regno
dei. Neq; stes in omni regione circa, terrenis non inhæ-
reas uoluptatibus, sed in monte saluum te fac. Spes tua de-
us sit, ne & tu simul pereas cum Sodomitis. Dixitque
Loth ad eos: Vide hominem uidentem, non cœcum, sicut
Iudæum & Sabellianum: Non lippientem, sicut Arria-
ni, sed oculos sanos habentem, sicut catholici Christiani.
Et angelos uidit & dominũ intellexit. Quid dixit ange-
lis? Dixitque Loth ad eos: Domine si inuenit seruus tuus
gratiam ante te, & magnificasti misericordiam tuam quã
fecisti mecum ut saluares animam meam. Magna res,
cum uolo Iudæum ferire, sicut Moyses fortissimus uir ha-
stam uerbi sui uibrauit, & misit ut per Iudæum ad Sabel-
lianum transiret, Arrianumq; percuteret. Quid agis
Loth sancte? Angelos uides, non unum, sed duos, & di-
cis: Domine. Ad unum uerbum facis, unum precaris, &
non mutuis ne alteri iniuriam facere uidearis? Absit.
Recedite Arriani, quia parum uidetis: Ego uideo, quod
uideo, nec contemno, nec erro. Duos uideo, æquales ui-
deo. Vnum rogo, nulli iniuriam facio, quia patrem &
filium non diuido. Nam ut intelligatis me non falli, cum
duos tanquàm unum deprecor, uidete utrũ duo, an unus
respondeat. Precibus petijt ut in modica ciuitate & pro-
xima refugium haberet & uiueret. Respondetur ei. Vi-
deamus quot sunt qui respondent. Verba libri subse-
quuntur. Dixitq; ad eum: Quasi responsio singularis.
Adhuc sequere, uideamus. Ecce etiam in hoc suscepi pre-
ces tuas, ut non subuertam urbem pro qua locutus es. Fe-
stina ergo & saluare ibi, quia non possum facere quic-
quàm donec ingrediaris illuc. Vide Iudæe, & dici ange-
lum & esse deum. Audis Arriane duos patrem & fi-
lium, propter Sabellianos, sed unum patrem & filium.
Audi quid dictum est? Suscepi preces tuas. Audis quid
dicit? Non subuertam urbem. Audis, non potero facere
quicq̃? Ergo Iudæus angelum intelligat deum, Sabellia-
nus legat duos uenisse, Arrianus legat unum respondisse,
et nõ contemnant, sed errorem fugant ne ad ignem æter-
num perueniant. Sed ut plenius ostendamus dictum an-
gelum debere intelligi deum, huius lectionis sequentia re-
citemus. Igitur inquit dominus pluit super Sodomam & Gene. 19
Gomorram sulphur & ignem à domino de cœlo. Quid
est, dominus à domino, nisi filius á patre? Sicut & alio
loco: Dixit dominus domino meo sede á dextris meis. Psalm. 109
Idem pater filio dicit: Donec ponam inimicos tuos sca-
bellum pedum tuorum. Item in Exodo. Apparuit Moysi Exo. 3
angelus domini in flamma ignis de rubo, & uidit quo-
niam rubus ardebat igni, rubus autem non cremabatur.
Et dixit Moyses: Vadam & uidebo hoc grande uisum,
quare non crematur rubus. Cum uidisset autem domi-
nus, quia accedit uidere, uocauit eum dominus de rubo.
Ecce angelus ipse dominus. Et sequitur dicens: Moyses,
Moyses. Et ille dixit: Quid est domine? Ait illi domi-
nus: Ne accesseris huc, nisi solueris calciamenta de pedi-
bus tuis: Locus enim in quo stas, terra sancta est. Ad-
huc audi quid dixerit ei: Ego sum deus patrum tuorum,
deus Abraham, deus Isaac, deus Iacob. Et ideo Iudæus sic
legat angelum ut intelligat deum & timeat dominum.
Sabellianus sic confiteatur patrem ut non neget filium.
Iesus etiam Naue sicut liber dicit qui eius nomine con-
scriptus est, cum hostibus cum dimicaret, in ipso consitu-
tus procinctu, uidit uirum stantem contra se & euagina-
tum tenentem gladium, perrexitq; ad eum & ait: No- Iosu. 5
ster es, an aduersariorum? Qui respondit: Nequaquàm,
sed sum princeps exercitus domini, & nunc aduenio. Ce-
cidit autem Iesus pronus in terram, & adorauit. Et nunc
sequere Iudæe ducem tuum. Videt, interrogat & ado-
rat. Visio communionem habet: Videtur enim & quod
agnoscitur & qd' nõ cognoscitur. Ergo uisio cõmunio-
nem habet: Interrogatio ignorationem: Adoratio fidem,
quia uidit hominem. Cuius est homo iste? Ipse est cuius
contra inimicas gentes prænunciabatur, desiderabatur,
expectabatur aduentus. Quis est princeps exercitus do-
mini? Nonne ipse est qui in Euangelio interrogatus, quis Iohan. 8
esset: Respondit: Principiũ qui & loquor uobis? Quid
turbaris Iesu Naue? Quare fremuerunt gentes & popu Psalm. 2
li meditati sunt inania, aduersus dominum & aduersus
Christum eius? Vides armatum, noli metuere. Non con-
tra te uenio, sed pro te, quia non sum missus nisi ad oues Matth. 15
perditas domus Israël. Quid est Iesus quod uides, inter-
rogas & adoras? Hominem uideo, interrogo quem ui-
deo, audio non quem uideo, adoro non quod uideo, sed qd' Roma. 10
credo: Quia fides ex auditu, auditus autem per uerbum
Christi. Quid ergo quæris? Aduerte & sequere. Ho mi-
nem uideo, sed præ filijs hominum est quod intelligo. Ne-
scio quid mihi corruscat, & de latebris fulgidum splen-
det. Vadam ad eum qui uenit ad me, scrutabor quod ui-
deo, hoc

deo, hoc grande uisum quod uideo, & non est homo: Imò & homo est, ꝓpter Manichæum, & plus quàm homo est, propter Iudæum. Perge Iësus meus, dux meus perge. Quare, nisi quia cum me inquiris, me acquiris? Ecce uenio, hominem inueni, intus nescio quid intelligo, obscurum est, nondum uideo, tecta est facies Moysi uelamine, impedit aciem, latet ueritas. Non agnosco quid sit, Exo. 34 opus est interrogatione. Dic tu homo: Noster es, an aduersariorum? Si aduersariorum, & homo es, & inimicus es. Si noster es, & homo es, & saluator es. Post me uenit, sed ante me factus est. Si saluator es, & Iësus es. Iohan. 1 Interroget priorem posterior, sed tamen minor maiorem, interroget deficiens crescentem, figura interroget ueritatem, ut lucescat dies & remoueantur tenebræ temporales. Luce. 24 Ecce uenio, scio, spiritus carnem & ossa non habet. Adhuc latet mysterium. Interrogo uirum, audio uerbum, remoueo uelum, adoro deum. In eo quòd Iësus uidit nec cognoscit, furiosam gentem Iudæorum significabat, quæ si uidens cognouisset nunquàm dominum gloriæ crucifixisset. 1. Cor. 2 In eo autem quòd audiendo credidit & adorauit, istum significabat populum de quo scriptum est: Populus quem non cognoui seruiuit mihi, in obauditu auris obediuit mihi. Audi adhuc. Quærebas deum genuisse filium, Esaiæ, 66 audi quod dicit pater per Esaiam: Pater nunquid ego qui alios parere facio, ipse non pariam dicit dominus? Ergo ego qui generationes cæteris tribuo, nunquid sterilis remanebo, dicit dominus deus tuus? Cui dictum est: Filius meus es tu ego hodie genui te. Quid me stimulas Arriane & rides, cum audis hodie? Apud deum nunquàm crastinus, nunquàm hesternus dies est, non succedentibus ac decedentibus transigitur mensis diebus, non horæ mutantur, non uariantur tempora uel momenta ubi deus est, nec termino includitur, nec initio inchoatur. Audiat adhuc Iudæus per prophetam quid adhuc dominus dicat, audiat Arrianus, audiant & omnes qui filium dei aut nõ Esai, 45 esse, aut esse minorem dicunt: Ego inquit deus, & non est alius. Et quid de filio domine, si tu solus es deus? Audi adhuc quid festinas? In memetipso iuraui. Vbi est iuratio, nulla est dubitatio. In memetipso iuraui: Egredietur de ore meo iusticiæ uerbum. Ecce habes filium: Egredietur de ore meo uerbum & non reuertetur. Quid est non reuertetur? Ne Sabellianus dicat, ipse est pater qui filius. Egressum uerbum non reuertetur, quia pater pater est, filius filius. Sileat aliquantulum Hæreticorum loquacitas, nullam habentes uerecundiam, impleant domini sententiam, & filio dei aut nullus aduersabitur, aut qui aduersus extiterit, confundetur. Egredietur inquit de ore meo iusticiæ uerbum & non reuertetur, quia mihi curuabitur omne genu, & per me iurabit omnis lingua deo. Et filius quid? Audi ergo in domino dici: Meæ sunt summæ iusticiæ & imperium. Age ergo. Et quid postea? Ad eum uenient, & confundentur omnes qui repugnant ei. Ite nũc omnes Pagani, Hæretici, Iudæi, aduersamini & repugnate filio dei. Ad eum uenietis, & confundemini omnes qui repugnatis ei. Non parua de filio dei secundum diuinitatem locuti sumus, & resistentibus inquantum potuimus aduersarijs, non pepercimus. Nũc uolo ad eius incarnationem accedere, et Manichæus insistit improbus. Quare? Quia dei filium non uult dici etiam hominis filium. Et ubi est quod scriptum est: Rorate Esaie. 45 cœli desuper & nubes pluant iustum, aperiatur terra & germinet saluatorem, & iusticia oriatur simul, ego dominus creaui eum? Item: Ecce paruulus natus est nobis, Esaie. 9 & filius datus est nobis, & factus est principatus eius super humeros eius, & uocabitur nomen eius admirabilis, consiliarius, deus fortis, pater futuri sæculi, princeps pacis. Item: Ecce uirgo concipiet in utero & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel. Dicit aliquis: Esaiæ. 7 Matth. 1 Cum Manichæo certare disposueras, non cum Iudæo: Cõtra Manichæum noua tela sunt necessaria, non antiqua, quia nouum, non uetus accipit testamentum. Sed mihi qui contra utrosq; susceperi certamen, undiq; arma sunt necessaria, maxime, quia ista noua ex ueteribus fabricata sunt, ergo nec illa abijcienda & ista portanda sunt. Diuersis enim telis diuersi cõciuntur aduersarij. Ordo itaq; iste seruandus est, ut loquens de Euangelio, non fleam de Prophetis.

Contra Manicheos. Cap. V.

SEd ego inquit Manichæus, nec Moysen accipio, nec prophetas: Quid agis de Paulo Apostolo, qui in exordio Epistolæ suæ ad Romanos scribens ait: Paulus Roma. 1 seruus Iësu Christi uocatus Apostolus, segregatus in Euãgelium dei, quod ante promiserat per prophetas suos in scripturis sanctis de filio suo qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem? Audis, quia Euangelium non exhiberetur, nisi p prophetas antea promitteretur? Audis, dei filius quia secundũ diuinitatem factus est filius hominis secundum carnem? Quid est enim in quo prophetæ contrarij sunt Euangelio? Dixit enim propheta: Rorate cœli desup & nubes pluant iustum. Veniat angelus, Esaie. 45 prædicet uerbum, aperiatur terra, audiat Maria, germinet saluatorem, pariat Iësum. Propheta dixit: Ecce uirgo in utero concipiet & pariet filium, & uocabitur nomen eius Emanuel. Hoc etiam Euangelista cum diceret, secutus est, & exposuit dicens: Nobiscum deus. Frustra Matth. 1 Manichæe conaris aduersari prophetis. Ecce Apostolus dicit: De filio qui factus est ei de semine Dauid secundũ Roma. 1 carnem. Quod prophetæ præuiderunt & prædixerunt, hoc Apostoli uiderunt & prædicauerunt: Quia erat, factus est. Quid erat? Quod factus est? Deus erat, homo factus est, suscepit humanitatem, nõ amisit deitatem, factus humilis, mansit sublimis, natus est homo, nõ destitit esse deus, natus est paruus, latens magnus, qui libenter amplectitur deum natum, non horret uirginis partum. Dicit deus creator hominis, filius hominis: Quid est quã te permouet in mea natiuitate? Nõ sum libidinis conceptus cupiditate. Ego matrẽ de qua nascerer, fœci, Ego uiam meo itineri præparaui atq; mundaui. Hãc quã despicis

Manichæe, mater est mea, sed manu fabricata est mea. Si potui inquinari cum eam facerem, potui inquinari cum ex ea nascerer. Sicut transitu meo illius non est corrupta uirginitas, sic & mea non est ibi maculata maiestas. Si solis radius cloacarum sordiciem desiccare nouit, inquinari non nouit, quanto magis splendor lucis æternæ, in quo nihil inquinamenti occurrit, quocunque radiauerit, mundare potest? Stulte, unde sordes in uirgine matre ubi non est concubitus cum homine patre? Vnde sordes in ea, quæ nec concipiendo libidinem, nec pariendo est passa dolorem? Vnde sordes in domo ad quam nullus hospes accesserit? Solus ad eam dominus & fabricator ue-
Psalm. 87 nit, uestem quam non habebat, induit, eam quam sicut inuenit, clausam reliquit. Sicut ille natus est solus inter mortuos liber, sic istius ex qua natus est matris pudor, solus est integer. Eua inobediens meruit pœnam, Maria obediendo consecuta est gratiam. Illa gustauit prohibitum, ma-
Gene. 3 Luce. 1 ledicta, hæc credens angelo, est benedicta. Illa nobis mortem contulit, hæc uitam nobis peperit. Quid agis manichæe? Christianum præmis, non Christum defendis. Taceat immunda uanitas, quia munda nata est diuinitas.

Contra Arrianos. Cap. VI.

VEllem adhuc Manichæum persequi, sed infestum
Psal. 48 patior Arrianum, qui confidit in uirtute sua, & in abundantia diuitiarum suarum gloriatur. Iam quidem cum alijs responderemus, nec ipsi tacuimus. Sed iam nunc seruato ipsius ordinis modo, uideamus quæ spicula iaciat.
Esai. 40 Nullius terreat persona potentis, omnis caro fœnũ. Vides quotidie fœnum crescere, uides florere, quid expauescis? Tales fructus deserta germinet terra. Agricolas non accuso, sed quæro. Vbi mihi estis o boni agricolæ? Quid agitis? Quare uacatis? Videtis quo malo ista plena sit terra? Hinc spinæ, hinc tribulus, hinc fœnum surgit. Spinas incendite, & tribulos eradicate, fœnum secate, noua
Matth. 24 semina spargite, non terreat hyems, & si abundat iniquitas, tamen ferueat uestra charitas. Serite hyeme, quod metatis æstate. Sed quibus dico? Vbi estis fontes lachrymarum? Quibus agricolis loquor? Alij sunt mor-
Iob. 9 tui, alij fugati: Terra tradita est in manu impij, tribulatio & necessitas inuenerunt nos domine. Da nobis auxi-
Psalm. 59 lium de tribulatione, ut salus hominis non sit uana, sed uera. Quid dicis Arriane? Interroganti quæso respondeas. Nolo despicias paruulum, non te grandis forma iuuabit, non magna protegunt arma, unius lapidis ictu frontem
1. Reg. 17 penetrat galeatum. Dic mihi ergo quód te interrogo: Credis in deum patrem omnipotentem? Credo inquis. Credis in filium eius Iesum Christum deum & dominum nostrum? Credo inquis. Credis deum & hominem Iesum Christum, conceptum de spiritu sancto, natũ ex uirgine Maria? Credo inquis. Benefacis. Adhuc interrogo: Sicut pater deus est, ita & filius deus est, an alius est pater, alius filius? Quàm maxime æqualis est patri filius? Aequalis inquis. Quid restat? Ecce ad omnia quæ interrogaui respondit. In eo quòd credere se dicit deum patrem & deum filium, contrarius est mecum Pagano. In eo quód Christum deum & hominem conceptum de spiritu sancto, natum ex uirgine Maria, mecum est contra Iudæum & Manichæum. In eo quòd credit patrem & filium, mecum est contra Sabellianum. Age si mecum est in omnibus, quare litigamus? Si una nobis est hæredi-
Psalm. 132 tas, simul possideamus. Ecce quàm bonum & quàm iocundum habitare fratres in unum. Si bonum & iocundum est habitare fratres in unum, quæ est noua fabrica ante murum? Simul ad custodiam nostræ hæreditatis
Psalm. 15 uigilemus. Ecce enim hæreditas mea præclara. Habemus inuidos, habemus inimicos. Ipsi possidere uolunt, non nobiscum, sed contra nos. Nemo sibi usurpet aliquid, Hæreditas ista sic est nobis dimissa, ut indiuisa possideatur, non partibus dissipetur. Simul colligamus ne diuidendo perdamus. Paupertas sollicitum me facit, rogo te noli foras præter te colligere, ne incipias spargere. Qui autem non colligere uult, spargit. Quia si oblitus sum cum quo agebam? Sed non sum oblitus, interrogo Arrianum quem desidero esse Catholicum Christianum. Dicit aliquis: Ad omnia quæ uoluisti respondit, in responsionibus illius nihil inuenitur aduersum. Quid amplius quæris? Expecta frater, noli facile iudicare, habeo adhuc qđ interrogem, noli cito te illi committere, responsio claret, uirtus latet. Quid dixisti? Aequalis est patri filius? Aequalis inquis. Eia modo uigila, modo manifestatur quod latebat. Quomodo dicis æqualem patri filium? Operatione, an origine? Potestate, an æternitate? An forte in utroq;? Absit inquis. Operatione & potestate æqualis est, non æternitate: Quomodo enim fieri potest ut genitus sit æqualis ingenito? O adesto in illo qui mecum quasi cohæres ambulabat, dolus apparuit qui latebat. Mecum possidere putabatur, uult diuidere, sed non permitto. Prorsus resisto, ut testatoris uoluntati in omnibus pareatur. Si quis contra uoluntatem testatoris facere uoluerit, caret hæreditate. Sed non silent leges sub armis. Ad hoc prorsus laboratur, ad hoc pugnatur ut seruiatur. Testamentum profero, uerba testatoris recito, si est quod diuidatur, ibi inuenio. Si non est quod diuidatur, de ipso testamento, ibi resisto. Audi quid habet testamentum: Pacem meam do uobis, pacem relinquo uo-
Iohan. 14 bis. Hæc est hæreditas qui est ipse saluator. Lege te-
Michæ. 5 stamentum & inuenis. Cum propheta de domino loqueretur ait: Magnificabitur usq; ad terminos orbis
Lucæ. 2 terræ, & erit ipse pax. Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ uoluntatis, non diuisoribus sanctæ unitatis. Ipse hæreditas, ipse testator, ipsum quæris diuidere. Quid partiris unum? Si unum diuiseris, integrum nihil habebis. O Arriana hæresis, ò crude-
3. Reg. 3 lis & impia. Meretrix ne unum uiuum, ne undecunq; conceptum iamq; partum perderet, non permisit diuidi filium suum, tu diuidis dominum deum tuum? Illa & si meretrix, tamen pia, quia mater, tu autem & meretrix

meretrix & impia, non ut mater quod paris præfocas, quod non paris congregas. Quomodo alienum lactas, quæ tuum necas? Viscera tua duruerunt, illius tremuerunt. Quid dixit? Date illi puerum, ne diuidatis eum, filius enim meus est. Sed melius apud illam gaudeo uiuum, quàm diuisum lugeam mortuum. Filius meus est inquit, sed prodero mater puero si uitam quam non confero, affero, uolo illius crudeles à paruulo afferre ubera, sed magis cogor iudicis timere macheram. Date illi filiũ meum, meus est natus, sed migret ad illam totus, apud me maneat affectus. Date illi puerum, ueruntamen non auferatur uita membrorum, non diuidatur integritas, mihi non eripitur pietas. Quid dixit: Date illi puerum, nolite diuidere eum? Ecce ego dico, totum posside & noli diuidere hæreditatem. Sine præiudicio quomodo habeo diuidere: Pater maior est, filius minor? O partes, ó iustitia, ò æquitas. Vna pars maior est, alia minor. Non consentio, non facio partem, non diuido pacem. Si enim facta fuerit pax, iam non est pax. Sed quomodo apud te pax illibata esse potest apud quem fides integra non est? Quare? Quia mecum non uis possidere, Hæreditatem non potes obtinere. Postremo si mortuo non parcis, sed perfidiæ studes, uade interpella iudicem, uideamus quid tibi dicturus est, Habes iudicem ordinarium, nolo mihi adducas ex diuersis partibus alias atque alias potestates. Non mihi armiger, sed legifer necessarius est. Et ubi inquisitum inuenio? Vbi autem eum inuenies? Audi prophetam dicentem: Dominus Iudex noster, dominus legifer noster. Nec contemnendum iudicem putes, audi quid sequitur: Dominus rex noster, dominus ipse saluabit nos. Ecce habes iudicem. Si parum est, & rex noster ante te est? Sic est in cœlo ut non deserat terram. Cœlum inquit & terram ego impleo. Vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem sæculi. Nobiscum est, & cum patre est, quia nec patrem dimisit, cum ad nos descendit, nec nos deseruit, cum ad patrem ascendit. Ipsum interpella, ipsi dic domino, dic fratri meo ut diuidat mecum hæreditatem. Audi responsum diuinum, audi iudicem iustum, audi pacem, fugientem litem, quid ait? Amice, quis me constituit iudicem, aut diuisorem inter uos? Vis diuidere pacem, & quæris adire iudicem pacem? Iudex tuus nolo esse: Ego pax sum, litigare non noui, consentientibus assideo, litigantes fugio. Si tu cum esses inimicus patri meo, reconciliaui te per me, quomodo ergo à patre separabis me? Ego cum esses longe ueni ut reducerem te: Cum inter montes & syluas errares quæsiui te: Inter lapides & ligna inueni te, in lapidibus offendebas, ipsis adhærebas, quia ligna & lapides adorabas. Et ne luporum ferarumque auido ore lanireris, collegi te, humeris meis portaui te, patri meo reddidi te, laboraui, sudaui, caput meũ spinis suppositi, manus meas clauis obieci, lancea latus meum aperuit, quantis non dicam inuerijs, sed & asperitatibus laceratus sum, sanguinem meum fudi, animam meam posui, ut mihi coniungerem te, & tu diuidis me. Audi quid respondeatur discipulo qui filium nouerat, & patrem quærebat. Ait Philippus domino: Domine ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Nunquid non & ipse filium separauit á patre? Iam te inquit nouimus, patrem tuum non nouimus. Et quid uis? Ostende nobis patrem, & sufficit nobis. Et dominus ad eum: Si uelis & tu Arriane audire cum Apostolo, errasti, redi cum Apostolo. Sit illius obiurgatio, etiam tua curatio. Quid ait dominus? Tanto tempore inquit uobiscum sum, & non cognouistis me: Philippe, ego ueni patri meo te applicare, & tu noli me separare. Quid quæris quasi alterum præter me? Qui me uidet, uidet & patrem, tanta in nobis est unitas tanta similitudo, tanta charitas, & ego in patre, & pater in me. Sentio Sabelliane quid mussitas, aut in Arriano me concludere, aut ab Arriano auocare festinas: Sed in nomine patris & filij & spiritussancti, non trium, sed unius dei, cum illi respondeo, te non prætereo. Quid dixit dominus? Qui me uidet, uidet & patrem. Nunquid dixit: Ego sum filius & pater? Sed dixit: Ego in patre, & pater in me, qui me uidet, uidet & patrem. Vnius substantiæ qui dicit, & patrem discernit, & filium, teque demonstrat nec patrem habere, nec filium. Dic mihi Arriane, patrem dicis deum, & maxime quid filium? Ipsum quoque deum profiteor, bene agnoscis, quia cum pronunciaretur in carne uenturus, de ipso propheta dixit: Dicite: Pusillanimes confortamini, nolite timere, ecce deus noster ultionem adducet retributionis, deus ipse ueniet & saluabit nos. Agnosce in eo quod te agnoscere dicis, prophetæ non aduerseris. Quid ergo dicis de patre? Deus est. Quid filius? Deus est. Coæternus est patri filius? Non ergo erat tempus, quando non erat filius secundum te. Si ergo tempus quando non erat filius, ergo fuit tempus quod non fecit filius. Si fuit tempus quod non fecit filius, non omnia per ipsum facta sunt: Iam enim erat tempus quando non erat filius. Si erat tempus, quando non erat tempus, Iohannes Euangelista non debuerat dicere: In principio erat uerbum, sed in principio erat tempus. Iohãnes dicit: Omnia per ipsum facta sunt, & Arrianus contradicit. Dic Arriane: Vnde scis quia erat tempus, quando non erat filius? An forte dicturus es, & Iohannes unde scit, quia in principio erat uerbum? Quia super pectus domini discumbebat, & inde hauriebat quod in conuiuio Christi bibebatur, quia in principio erat uerbum. Tamen dic mihi, quando in principio erat uerbum, uel quando Iohannes super pectus domini discumbebat, & á uerbo domini discebat, quia uerbum erat in principio, & uerbum deus erat, Arrius ubi erat? Nescio si audes dicere, ibi erat. Notum est enim, & legitur quo tempore natus est, meritoque sit damnatus. Notum est

Esaie. 33

Hiere. 23
Matth. 28

Luce. 12

Matth. 26 & 27

Iohan. 14

Iohan. 1

Esai. 35

Iohan. 1

tum est etiam quomodo mortuus fuerit, ideo non audes dicere de Arrio, sicut de uerbo & fuit, & est, quia nec tunc fuit Arrius, nec modo est. Sed ut in omnibus excludatur Arrianus, audi quid per Salomonem dicatur: Dominus fœcit regiones & fines inhabitabiles sub cœlo. Prouer. 8

Cum pararet cœlum, aderam illi. Et post pauca: Eram ego apud illum cuncta disponens. Ego eram quando faciebat fortia fundamenta terræ. Ego eram cui adgaudebat. Sed dicis, de tempore agitur, utrum fuerit filius antequàm esset tempus? Audi ipsum per prophetam dicentem: Ex tempore: Ex tempore inquit: Quid est ex tempore? Nunquid ex quo esse tempus cœpit? Non sic impie Arriane, non sic, sed ex tempore antequàm fieret tempus, ibi erat. Quære iam, quando non erat: In principio erat uerbum. Melius & græci dicunt λόγος. Logos quippe uerbum significat & rationem. Vides ergo quia semper erat de quo tu audes dicere, non erat. Aut si dicis deum aliquando sine uerbo, aut sine ratione fuisse, Eccle. 24 iam non filio tamen, sed & patri aduersarius eris. Ego inquit ex ore altissimi prodij, quis dicit uerbum, & uerbum, ergo uerbum, & cuius erat uerbum? Non duo, sed unum sunt. Non inquit, quia uerbum posterius est, eo cuius est uerbum, unde apparet filium esse minorem, negas itaque filium esse deum. Non nego inquis, & patrem deum dico, & filium deum, sed patrem maiorem, filium minorem. Quàmdiu pater maior, filius minor? Dic mihi, quia uideo te calculari uelle æternitatem, quot annis præcedit deus pater filium suum? Vbi diem natiuitatis filij dei legisti? Filij dico, non dico filij dei & hominis. Vbi ergo diem natiuitatis legisti? Cum quo Mathematico creationis syderum cõstellationem quæsisti atque tractasti? Quæ tempora, quas horas, quæ momenta, quos numeros, quas minutas momentorum natiuitatis illius qui ea condidit, collegisti? Quiescat ergo hæretica, non religio, sed superstitio, de Christi initio deficit calculatio. Quia cum auditur, sine initio æternitas, nulla ibi quæritur ætas. Si pater deus, & filius deus: Pater maior, filius minor, iam non unus deus, sed duo dij. Quid est Esai. 43 ergo quod dicit dominus per Prophetam: Ante me non est formatus deus, & post me non erit? Quid dicis Arriane? Cui istas deputas uoces? Si patris sunt, dicendo: Ante me non est formatus deus, & post me non est alius, aut ipse pater non erit, aut filius non erit deus. Si enim hoc diceret: Ante me non est formatus deus, nec adderet, post me non erit, liberum tibi erat hæc uerba patri tantummodo applicare: Cum autem sequitur & dicit: Post me non erit, secundum te ut dixit, & se patrem & filium negat deum. Item si filij sunt hæc uerba, patrem suum & deum negat & patrem. Si enim non diceret, ante, sed tantum diceret, post me non erit, posset forsitan dici filium illud fuisse locutum. Modo autem cum dicit: Ante me non est formatus deus, & post me non erit, patrem suum nec deum dicit esse, nec patrem. Item si patris sunt hæc uerba, quis dicit, cui dicit: Filius meus es tu ego hodie genuí te? An forte quod abest, mendacij arguendus est deus? Sed si filij uerba sunt, quis dicit, cui dicit: Pater meus usque modo operatur? An forte & iniuriosus patri iudicandus est & ingratus? Iohan. 5 Sed nunquid ingrato diceretur: Postula á me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam & possessionem tuam termi Psalm. 2 nos terræ? An forte Propheta, aut quid diceret nesciuit, aut fallere uoluit, aut ut mitius aliquid de Prophetis dicamus, finxisse credo sibi duos confabulantes, id est patrem dicentem & filium, patrem: Ante me non est formatus deus, adiunxit filius dicendo: Et post me non erit. Humana sunt quæ agimus, an diuina? Proh dolor, parce, parce hæretica impietas. Cũ tu deum non capias, nos quo q; ad blasphemiam prouocas Nũ hoc docet sancta Eccle sia. Pater, pater est, filius filius est, & ille nunquám non fuit pater, & iste nunquàm non fuit filius, ambo æterni, nec cœperunt esse, nec desierunt, quod pater loquitur, filius loquitur, quia uerbum patris est, & quod filius loquitur pater loquitur, quia pater uerbi est. Ipsum uer- Iohan. 14 bum dicit: Verba quæ ego loquor, á meipso non loquor. Concedite quæso creatori, & in creatura si potestis capite creatorem. Ecce ignis & splendor duo sunt, alter ex altero, nec sine altero alter est. Ignis pater, splendor filius. Ipse si posit dicit, quòd luceo, non á meipso luceo, sed qui me misit ipse mihi dedit ut luceam. Ignis enim splẽ dorem mittit. Et sicut filius de patre dicit: Pater mecum Ioha. 16. est, ita & splendor dicere potest, ignis mecum est. Extingue ignem, splẽdor nusquàm adparebit. Iste ergo ignis pater, et splendor filius, unus sine coniuge pater, alius sine matre filius. Nec diuidi alter ab altero potest, & cum sit alter ex altero, initium tamen alterius esse non potest sine altero. Hoc enim posse á creatore tributũ est creaturæ. Quid potest ipse creator? Accedat paganus, accedat Sabellianus, uideat Arrianus. Videant qđ i deo uidere nõ possunt. Nõ facio iniuriã, si aliqua pte tanti creatoris cupiens ostendere potestatẽ: Ignis siue lucernæ offerã ante illum sil'itudinẽ. Scriptum est enim: Lucerna pedibus me- Psalm. 118 is. Et de deo dictũ est: Ignis consumens. Accedite ergo et Deut. 4 lucernã diligenter cõsiderate, uestrasq; fatuas tenebras remouete. Paganus ituratur esse cõiugo esse patrẽ, & si cæcus nõ es, disce filiũ, & ibi uide, iter ignẽ & splendorẽ quære mediũ: Si nullũ est mediũ, nullũ est cõiugũ. Noli uelle scrutari mediũ, ne magnũ patiaris icendiũ. Accedat Sabellianus, uideat duos i unũ, ignẽ & splẽdorẽ. Nũquid nõ recte dicere põt splẽdor, ego i igne et ignis i me, sicut & filius dicit: Ego i patre et pater i me? Accedat Arrianus, uideat et ipse alterũ ex altero, nec tũ nasci posse alte Ioan. 14. rũ sine altero: Nemo eorũ prior, nemo posterior. Coæui sũt pater et filius, splẽdor et ignis: nec ignis sine splẽdore nec splẽdor sine igne. Aut certe si placet mitte manũ, diuide alterum ex altero, ostende mihi ignẽ sine splẽdore, uel splẽdorẽ sine igne. Absit, absit, ardere tamũmõ poteris, separe alterũ ab altero nõ poteris. Sicut enĩ ignis & splendor alter ex altero est, nec esse alter sine altero potest.

Non il-

Non illis ortus qui non est, sed æternitas una est, una substantia. Ignis & splendor temporales sunt, pater autem & filius æterni sunt. Sunt dico, qui patrem & filium deum dico. Dualitas in prole, unitas in deitate. Alterum facit unius natiuitas, sed unum ostendit esse diuinitas. Cum dico filius, alter est, Cum dico deus, unus est. Alius est, quia filius est, Aliud quidem non est, quia deus est, E-
Iohan. 19 rubescite Arriani, Tunicam hominis iam iudicati in cruce pendentis carnifices Pilati nō sunt ausi conscindere, et uos conamini charitatem dei in cœlo sedentis, immò deū ipsam charitatem diuidere? Sed conamini quantum potestis, uos iam in infernum ruistis, nam illam tunicam nū quàm rupistis. Item per Prophetam dominus dicit, Nō
Esaiæ. 45 est ultra absq; me deus. Deus iustus & saluans non est præter me.

Contra Sabellium. Cap. VII.

HIc Sabellianus exultat: Vt enim unum eundemq; patrem ostendat & filium, talibus se testimonijs credit muniri. Et contra Arriani, ut probent alium esse patrem, alterum filium, alia proferunt testimonia in quibus dicant, Alter est pater, alter est filius, alter maior, al-
Esaiæ. 42 ter minor, ut pater dicat filio, Dedi te in lucem gentium.
Iohan. 8 Et filius dicat, Pater misit me. Quantum intelligo, lucem istam gentium comprehendere non ualent atq; perspicere, unde cæcati non mecum possunt ambulare, sed potius oberrare, Arrianus aliud, Sabellianus aliud. Quale bellum? Quid ad hæc catholicus? Arma inquit quæ portāt mea sunt, mihi militant ambo, contra se pugnant, sed pro me, utinam ambo deficiant, & non alter ad alterum transeat, sed ad me properent, & ego aliquid unde utriq; percutiantur proferam. Tu Arriane dicis, maiorem esse qui mittit, minorem qui mittitur. Interrogo te & ego, Quis est maior? cui præparatur aliquid uenienti, an qui præparat? Cui exhibetur officium, an qui exhibet? Vtiq; si hominum genus interroges, respondebit illum esse maiorem cui præparatur. Tu autem inde uis probare minorē filium, quia missus est, & ego ostendā eum qui misit præcedere illum quem misit, nec unum dico eorum maiorem,
Esaie. 45 quia non audeo dicere uel minorem. Esaias propheta dicit, Hæc dicit dominus Christo domino meo cuius apprehendi dexteram, ut subijciam ante faciem eius gentes. Ecce iam filio misso quomodo præcursor est pater. Adhuc sequere, Et dorsa regum uertam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ nō claudentur. Ecce ille qui miserat præcursor factus est. Quis enim maior aut superior, ante minorem ianuas aperit, uel quomodo fiet nisi paululum præcesserit? Audi adhuc, Et portæ inquit non claudentur. Quomodo? Ego ante te ibo. Audis quia qui miserat, & comitatur, & præcedit, qui mittitur non discedit. Iam tu discerne qui sit maior, qui potior, ego enim nullam discretionem uideo, sed potius æqualitatem conspicio. Filius dicit de patre, Misit me. Pater filio dicit, Ego aū te ibo. Recedit de medio discordiosa calamitas, æqualitas hoc exhibet, non disparilitas. Adhuc sequere ut clarius appareat quis cui dicat, Ego ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo. Hic esto & tu Pagane, Audi quid dicat Propheta. Non mihi ego qđ uolui scripsi. Codex in quo hæc scripta sūt, in armario Iudæi habetur. Inimicus meus testis meus, ab ipso quære: Aperi, lege et crede. Dorsa inquit regū uertā, et glorioſos terræ humiliabo. Nōne reges terræ uides q aīi persequebātur Christianos, nūc integros esse Christianos? Nonne uides eos qui humiliabant ecclesiam, humiles introire in ecclesiam? Nonne ipsos habere defensores, quos ante habuit persecutores? Ego inquit ante te ibo, & glorioſos terræ humiliabo. Portas æreas conterā & uectes ferreos confringam, Et dabo tibi thesauros absconditos & arcana secretorum, ut scias quia ego sum deus, qui uoco nomen meum, quoniā deus Israël, Audiat Sabellianus. Deus dicit, homo dicit. Audiat & Arrianus, Ego deus & non est alius extra me. Diu est ex quo contra istas duas hæreses certando laboro, & pene sum fatigatus, Veni domine meus Iēsu prælior fortissime, princeps exercitus domini, qui diabolū uicisti & sæculū. Ap Psalm. 54.
prehende arma & scutum. & exurge in adiutorium mihi, Processurus ad prælium & uicturus in mūdo mūdū, orauit, nō tanq̄ uirtutis impotēs, sed ut nobis propter qđ uenerat humilitatis ministeriū exhiberet. Et quid dixit? Iohan. 17.
Pater clarifica filiū tuū. Modo Arrianus dicit, Vides quia minor est, & claritatē non haberet, nisi patrē petisset? Expecta hō, quid festinas? tu hominē uides, in qua forma nō solū patri, sed & angelis minor est, Hō adparet, deus latet. Tu mihi ostēdis hoiem humilē, api oculos & uide deū sublimē, nō angelis minorē, sed patri coæqualē. Pater inquit filiū tuū clarifica, ecce minorē. Adhuc sequere ut et filius tuus clarificet te. Ecce æqualē. Inuenimus filiū agnoscentē patrē, atq; orantē, eiq; cōiunctū, nō ut putabatur ingratū. Videamus qd de filio dicat & pater. Assū Matth. 17
pſit Iēsus Petrū et Iacobū & Iohānē frātrē eius, Euāgelij uerba sunt, & duxit illos in montē excelsū seorsū et trāsfiguratus est ante eos: Et resplenduit facies eius sicut sol, uestimēta aūt eius facta sūt alba sicut nix. Ecce apparuit illis Moyses & Helias cū eo loquētes. Qui sūt Moyses et Heliās, nisi lex & Prophetæ? Loquebantur cū illo, quia locuti erāt de illo, ostēdebāt quæ prædixerāt, manifestabāt quæ pphetauerāt. Loquebātur. Putas, quid loquebātur? Vt Iudæi cōuincerētur, Pagani cōuerterētur, Manichæi cōfūderētur, hæretici cōprimerētur, catholici cōfirmarē tur. Loquebatur lex et gratia, lenitas & asperitas, terror & māsuetudo, præceptū & adiutoriū, ser ramētū & medicus, umbra & lux, præco & iudex, sentētia & misericordia. Et quid postea? R ndēs Petrus dixit ad Iēsū, Dñe bonū est nobis hic esse, Si uis faciamus hic tria tabernacula, tibi unū, Moysi unū, & Heliæ unū. Quid dicis sancte Petre? Mūdus parturit et tu secretū petis? Vides tot gētes in unū cōuenisse, et tu requiē quæris? Vides tenebras mūdi, et tu lumē abscōdis? Nemo accēdit lucernā et ponit eā sub modio, sed sup cādelabrū, ut luceat oībus q in domo sūt, Ista domus totus est mūdus, lucernæ accensio, uerbi in Matth. 5
carnatio,

carnatio, Candelabrum autem crucis est lignum, Lucerna in candelabro lucens Christus in cruce pendens. Nemo accendit lucernam & ponit eam sub modio, sed super candelabrum ut luceat omnibus qui in domo sunt. Vides tu, uideamus & nos. Tenebræ sunt, non offendamus in Paganis, non erremus cum hæreticis, luceat nobis lucerna, doceat nos uerbum in carne. Videamus quid dicit Euangelista, uideamus si admissum est consilium Petri. Adhuc inquit eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos, Et ecce uox de nube dicens. Omnes audiamus nemo aures claudat. Audiant Pagani irrisores, audiant Iudæi persecutores, audiant Manichæi phantasma somniantes, audiant hæretici erronei litigatores, audiant & maxime, audiant etiam catholici, fideles dei cultores. Isti audiant ne seducantur, illi ut puniantur. Quid dicit uox de nube? Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacuit. Vbi estis qui aduersamini filio dei? Pater dicit, Hic est filius meus, & tu dicis, non habet filium deus. Tu Pagane, quid stas foras & murmuras? Intra huc in scholã Matth. 17. dei, aperi aures cordis tui, audi uocem domini tui & disce filium dei. Quo fugietis Iudæi qui occidistis filiũ dei? Quo fugietis, ubi uos abscondetis? Qui montes, quæ petræ super uos casuræ sunt? Et si in cauernis petrarum uos absconderitis, inde extraham uos dicit dominus. Sed & uos uenite, intrate, consilium meum audite, desperare nolite, quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. Sæuistis, Psalm. 36 occidistis, sanguinem Christi fundistis, incredduli fuistis, in periculo positi estis: Quid facere nunc habetis, nisi ut credentes baptizemini & uiuatis? Sanguinem quem fudistis non est quòd horreatis: Fusus est sanguis medici, factus est medicamentum phreneticis. Quid dubitatis? Gustate & uidete quoniam suauis est dominus. Quid tu Psalm. 33 Manichæe, quamdiu phantasma somniaberis? Vigila, & uide, nubila tonant, Quid tonant? Hic est filius meus Matth. 17 dilectus. Vide in terra hominem uerum, audi de cœlo deum uerũ. Vide in terra hominis filiũ, audi de cœlo, dei esse filium, Vtrumq; uerum esse cognosce, id est, deum & hominem, filium dei & filium hominis, unum eundemq; esse deum & hominem. Agnosce hominem, & placabis deum. Caue ne offendas in petra, ne mortis patiaris ruinam. quia quod tu somniaris, uanitas est, quod deus tonat, ueritas est. Audi tu Sabelliane, audi de cœlo patrem, uide in terra filium, & noli dicere, idem pater qui filius. Audi & tu Arriane, & in patre & in filio noli errare, sed sequere unitatem, & uide diuinitatem. Domine audiuimus, quid dicis de filio tuo, Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacuit. Et quid aliud? Ipsum audite. Gratias tibi deus æterna uirtus, gratias tibi pater omnipotens, qui & filium tuum ostendisti, & mihi doctorem dedisti. Recedat Sabellianus, recedat Arrianus, recedant cæteræ pestes, recedat iniqua doctrina. Doceat deus, non iniquus Arrianus, doceat dei filius, non aduersarij filius. Dic domine meus Iesus, doce, discã. Quid doceã? Sabellianus dicit, ipse est pater qui filius. Arrianus dicit, alius pater, alius filius, pater maior, filius minor: Aduersatur, clamat, litigat, contra Christum dimicat. Ille sanguinem fudit ut redimat, tu pecuniam spargis ut perimas. Speluncam fabricat, illic catholicum præfocat, Christianum uocat paganum, baptizato ingerit baptismum, contra id quod scriptum est, Qui semel lotus Iohan. 13 est, non indiget denuo lauari. Clamat homo, Christianus sum, quid me dicis esse quod non sum? Clamat, fidelis sũ, & ille dicit, accipe aurum. Quid das, aut quid aufers? Das pecuniam ut auferas gratiam, das precium ut auferas quod emptus sum. Quid emis ab empto? Precium meum non aurum, sed sanguis Christi est, non me seducis non me decipis, quantumcunq; mihi conferas, non mihi tollis precium meum, Pecunia tua tecum sit in perditionem: Nam precium meum non habet æstimationem. Act. 8 Clamat homo, fidelis sum, & exufflatur, clamat in nomine patris & filij baptizatus sum, & tu irritum facis. Quid ergo Christiano reseruas, in quo patrem & filium spiritum sanctum exufflas? An forte nouam fidem, nouũ baptisma, nouum deum de transmarinis partibus adduxisti? Dic meus sancte Paule, doce diuini iuris perite, spõsi amice, homo iste modo uenit, mundum subuertit, fidei unitatem scindit, trinitatem diuidit, sibi non consentientem rebaptizare contendit. Quid facit? In Christo iesu 1. Cor. 4 per Euangelium tuum me genuisti, in ipso baptizatus sũ. An forte est alia fides, aut aliud baptisma? Vna fides, unũ baptisma, unus deus & pater omnium. Si ergo una fides, immò quia & una fides, unum baptisma, unus deus Ephe. 4 & pater omnium, iam credidi, iam baptizatus sum, iam deum habeo patrem, quare homicidam patior Arrianũ? Subueni domine meus Iesu & accingere gladium tuum Psalm. 44 circa femur potentissime. Omnium potentissime egredere, occide eos in se, uiuant in te & desinant persequi te. Sabelliani te subtrahunt, Arriani te minuunt: Tu quid dicis de te? Pater dixit ut te audiamus: Cũ te audimus, ipsũ audimus, uno ictu utroq; percute aduersarios. Pereant inquit uaniloqui, & meis seductores, Arrianus & Sabellianus. Non ego & pater unus sum, sed ego & pater Iohan. 10 unum sumus. Quod dico, unum, audiat Arrianus, quod dico, sumus, audiat Sabellianus, non diuidat Arrianus unum, nõ deleat Sabellianus, sumus, sed ambo ueniant & sint etiam ipsi nobiscum in unũ, sicuti ego et pater unum Iohan. 17 sumus. Ergo si pater & filius unum sunt, immò quia indubitanter unum sunt, non duo, sed unus deus. Non iniquum aliquid Propheta scribit, sed uerum dixit deum dicentem: Ante me non est formatus deus, & post me non Esaie. 43 erit. Docuit ueritas ueritatem, & gladio sic acuto omnium peremit errorem. Si adhuc hæretici reluctantur, audiant catholici diffinitiuam sententiam, quam sequantur.

Libri conclusio de catholica contra prædicta sententia Cap. VIII.

Audistis

AVdistis patrem quid dixerit de filio, audistis filium quid de patre dixerit uel de se. Si quis uobis Euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema
Galat.1 sit. Diximus de patre & filio quod potuimus, & quantum potuimus, si tamen aliquid digne potuimus. De spiritu sancto tacuimus, sed non eum præteriuimus, Quicquid enim de patre & filio diximus, de spiritu sancto diximus. Est enim in illis & cum illis unus deus, non minor, aut tertius deus. Quid adhuc dicam fatigatis, fatigatus? Qui spiritum sanctum à patre & filio æternitate et substantia uel communione separant, eum qui negat spiritum sanctum non esse patris & filij, plenus est spiritu immundo, uacuus est à spiritu sancto. Ideo enim dicitur
1.Iohan.4 deus Charitas, quia partibus non diuidit unitatem, sed in
Psalm. 60. effabiliter coagulat trinitatem. Ipsa est enim trinitas unus deus, turris fortitudinis à facie inimici, qui in se credentes custodit in sæcula sæculorum, Amen.

Sancti Augustini Hipponensis Episcopi, liber de quinq; hæresibus, explicit.

DIVI AVRELII AVGVstini Hipponensis Episcopi, liber contra Iudæos, Paganos & Arrianos, incipit.

Quę fideles bona assecuti sint, quibusq; liberati malis. Cap. I.

INTER PRESSVRAS ATq; angustias præsentis temporis & nostræ officia seruitutis cogimur dilectissimi non tacere, cum potius expediat flere magis quàm aliquid dicere, ueruntamen ne quid minus lu-
Matth.25 cri arcæ dominicæ accedens, dicatur nobis, Serue nequã & piger, tu erogares pecuniam meam, & ego ueniens cum usuris exigerem eam, peto charitatem uestram, ut quæ ipse paterfamilias per nos uobis ministrauerit, liben-
Roma.13 ter accipere dignemini. Apostoli Pauli uerba sunt. Nox præcessit, dies autem appropinquauit, Deponentes ergo opera tenebrarum induite arma lucis. Expulsa itaq; noctis caligine effugatisq; tenebris peccatorum, radius ueri luminis fulgeat in cordibus uestris. Exigit enim à nobis ratio huius tantæ congregationis & noctis transactæ, uobis reddere rationem, & istius diei de tanto sacramento percepto ueram sempiternamq; demonstrare salutem. Si enim dilectissimi opera tenebrarum transactæ noctis consideremus, & quid ægerimus, domino donante explicare uoluerimus, inueniemus nos in nocte, non opera noctis, sed diei peregisse, Neq; enim delectatione somni sopitos sensus nostros agnouimus, neq; uanis phantasmatibus animas nostras illusas, nec ipsa corpora nostra stramentorum calore depressa in alto sopore requies inclinauit, sed uigilando, orando, psallendo, contra aduersarium diabolum dimicando, & magnam lucem infusam cordibus nostris sensimus, & in nocte opera dei peregimus. Quid enim ægimus in hac nocte? Captorem captiuauimus. Quid ægimus in hoc nocte? Tenebras diabolicas à cordibus uestris excussimus, lumen uerum hauriendum esse demonstrauimus. Quid enim actum est in Matth.12
hac nocte? Veniens uera fortitudo alligauit fortem, ut uasa eius domus eripiat. Quid actũ est in hac nocte? Extirpata est superbia, introducta est humilitas. Quid actũ est in hac nocte? Princeps omnium uitiorum expulsus est, fons omnium bonorum susceptus est. Videtis dilectissimi quæ bona habeatis præparata, & ex quo onere, uel quibus sarcinis peccatorum releuamini ab isto qui uos uocat ut suscipiatis iugum eius suaue, & sarcinam eius leuem. Deponentes itaq; opera tenebrarum, induite uos ar- Matth.13
ma lucis. Quid sit hoc, ex uerbis symboli quod modo ac- Roma.13
cepistis, uobis expositum esse cognoscitur. Quid est deponere opera tenebrarum, nisi renunciare diaboli pompis, & angelis eius? Et quid est: Induite uos arma lucis, nisi credite in deum patrem omnipotentem?

Qui sit vel quid sit diabolus vel quæ sint pompę eius. Cap. II.

PRius tamen dilectissimi discutiamus, qui sit, uel qd sit diabolus, uel quæ sint pompæ eius, quibus renũciantes, opera deponimus tenebrarum, tunc demum de deo patre omnipotente qui est uera lux quantum ipse donauerit charitati uestræ dicemus. Quid est diabolus? Angelus per superbiam separatus à deo, qui in ueritate Iohan.8
non stetit, auctor mendacij, à semetipso deceptus, alterũ decipere cõcupiuit. Iste aduersarius, effectus aduersarius humani generis, inuentor mortis, superbiæ institutor, radix maliciæ, scœlerum caput, princeps omnium uitiorũ, psuasor etiã turpium cogitationum. Hic dum illum primum hominem à deo factum, Adam scilicet patrem omnium nostrum intueretur, uideretq; hominem ex limo terræ ad imaginem dei factum, pudicitia ornatum, temperantia compositum, charitate circumdatum, immortalitate uestitum, æmulus atq; inuidus hoc hominem terrenũ accepisse, quod ipse dum esset angelus per superbiam cognoscitur amisisse, inuidit statim insatiabilis homicida eosq; nostros primos parentes illis donis ac tantis bonis expoliauit, insuperpemit. Nãq; dilectissimi cũ tãta bona hoi diabolus abstulisset, pudicitiã, cõtinẽtiã, charitatẽ, immortalitatẽ, eũq; turpẽ ac nudũ reddidisset, obsitũ suis pãnis deridens eũ, suo dñio obstrinxit, atq; ex illo uinculo omnẽ plem eius sibimet obligauit. Turpes enim pannos susceptt Adam, qñ à diabolo expoliatus pudicitia, accinctus est impudicitia, amissa temperantia intemperans effectus est, pdita charitate, malus inuentus est, expoliatus immortalitate, morti propinatus est. Quid perdidit, & quid accepit? Ad hoc enim per turpissimos pannos suos posteros obligauit.

Quomodo

Quomodo diaboli hereditas homo sit factus, qualiterq; rursus ad veram possit peruenire libertatem. Ca. III.

RE*N*unciemus huic damnosæ hæreditati, pupilli effecti sumus, Anteq̃ exactor ueniat, tam pessimæ hæreditati renunciemus. Si quis itaq; huic hæreditati, in qua sunt panni diaboli, pompæ scilicet & angelis eius renunciare neglexerit, cum iudex uenerit, sicut Euangeliũ loquitur, tradetur debitor exactori, exactor autem debitorem in carcerem trudet, Amen dico uobis ait dominus, non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Matth. 5

Omne itaq; genus humanum tanq̃ pauperem & pupillũ commendat scriptura diuina dicens deo: Tibi derelictus est pauper, pupillo tu eris adiutor. Pſalm. 9 Eiusq; aduersarium diabolum demonstrans secutus adiunxit, Conterens brachium peccatoris & maligni. Assit itaq; aliquis pius homo, & aliquam misericordiam huic pupillo & pauperi exhibeat. Ferocem enim atq; callidum aduersarium patitur, & hæc pupillus in causſa sua defecit, quoniam eum suus aduersarius prauis actibus obligauit. Adhibeamus huic pupillo idoneos defensores, & Apostolorum tanq̃ iurisperitorum cœlestium ei patrocinium subrogemus. Quid est agendum apud tales pro tali? Apud uos itaq; Petre, Paule, Iohannes, cæteriq; sancti cesiliarij ueri iudicis amici, summæ potestatis causſam exponimus, q̃ optime nostis huius pauperis & pupilli generis scilicet humani, qui ex paterno chirographo debitor inuentus est reus, atq; obstrictus ab aduersario detinetur, non est aliud quemadmodum huic subueniatur, nisi ex uestro consilio. Quid itaq; in hoc negocio serenitati uestræ uideatur pro huius miseri libertate ex communi tractatu, utinam pro eo dignam mihi proferte sententiam. Ei uos enim astrinxerat hæc obligatio, nisi uobis gratia Christi subueniret. Liberati libertate consilium quod à iudice accepistis, promite, ut hoc sequatur qui captiuus detinetur, atq; ex mala seruitute per uestram defensionem ad ueram perueniat libertatem. Hoc est, uox omnium quod fœcimus, faciat. Quid obsecro facturus est? Renunciet diabolo, pompis & angelis eius. Hæc illa damnosa hæreditas, cui renũciare compellimur. Videtis quam sententiam protulerunt nostri defensores.

De accusatione diaboli aduersus hominẽ in iudicio dei proponenda. Cap. IIII.

VIgilet unusquisq;, ne non ex toto renuncians post professionem apud eum diabolus suos pãnos recognoscat, & incipiat semper reus detineri, quem Christus uoluit sua gratia liberare. Nec sibi male blandiantur, qui post gratiam acceptam corrigi nolunt, atq; rursus ad illas suas pristinas redeant uoluntates. Expectatur enim dies iudicij, aderit ille æquissimus iudex, qui nullius potentis personam accipiet, cuius palatium auro uel argento nemo corrumpet. Astabunt omnes animæ, ut referat unaquæq; secundum ea quæ per corpus gessit siue bonũ, siue malum. Præsto enim erit aduersarius diabolus, recitabuntur uerbo professionis nostræ. Et si talis fuerit quisq;, ut debitor ex hac uita migret, exultabit ille aduersarius in conspectu serenissimi iudicis, superiorem se esse declamans, Agens q; talem causſam apud talem iudicẽ, Aequissime inquit iudex, iudica: Iusticia & iudicium præparatio sedis tuæ. Iudica meum esse qui tuus esse noluit, meus est, mecum damnandus est. Post renunciationem ut quid inuasit pannos meos? Quid apud eum impudicitia faciebat, cui ipse renunciauerat? Quid intemperantia, quid auaricia, quid ira, quid superbia, quid cætera mea? Postremo æquissime fugientem à me, confugientem ad te postea cum meis quibus renũciauerat apprehendi, inuasorem detinui. In ipsa quodammodo mea possessione apprehensus est. Quid enim in circo faciebat, atq; ibi furias lites, insanas uoces, inanesq; uictorias, cum iam à se alienus sibimet uidebatur? Quid in theatro renunciator turpium uoluptatum? Quid in amphitheatro crudelitates suas oculis suis intuendo? Thæsaurizauit sibi irã in die iræ. Hæc omnia mea post renunciationem inuasit, meus esse uoluit, & mea concupiuit. Iudica, iudica æquissime, quoniam quem tu non didignatus es tanto precio liberare ipse mihi se postmodum uoluit obligare. Poterit ne os aperire is qui post professionem suam talis inuenitur, ut iuste diabolo abdicet? Videte quid agitis filij mei, fratres mei, quomodo hanc professionem uestram custodiatis. Conteſtamur uobis ipsum iudicẽ omnesq; potestates cœlestes, & nos audiunt admonentes, & uos accipiũt profitentes, ne inuacuũ gratiam accipiatis, sed corde integro, tota uirtute, profecta fide renunciãtes atq; spernentes tã damnosam diaboli hæreditatẽ ne pupilli uel pauperes remaneatis. Rom. 2 2. Cor. 5 Psalm. 88 Roma. 2 2. Cor. 6

De summę deitatis vnitate cum personarum diuinarum pluralitate. Cap. V.

CRedit in deum patrem omnipotentem, mutantes patrem, mutate hæreditatẽ. Quis est iste pater omnipotens? Patrem quidem omnium quem credimus omniũ nostrũ, atq; totius mundi cognoscimus esse per gratiã sed & propriũ eius filiũ quærimus per substantiã, quoniã & anteq̃ ab illo mundus formaretur, pater erat, eratq; ei utiq; filius ex ipso, cum ipso, hoc quod ipse, sed nõ ipse quoniã ille pater, hic filius, quoniã omnipotens pater omnipotentẽ filium genuit de se, talẽ qualẽ se nouit, ut totus maneret in se & esset pater filij, & filius patris, deus ex deo, dies ex die, lumẽ de lumine, nõ tamẽ duo dij, aut duo dies, aut duo luminaria, sed unus deus, unus dies, unũ lumẽ. Nõ capis uidendo, intellige credendo, mũda oculum cordis, imò potius ipsa lux quã desideras uidere, mundet cor tuũ, ut sit à peccatorũ tenebris mũdatũ. Beati enĩ ait dñs mũdo corde, quia ipsi deũ uidebũt. Ecce extende aciẽ oculi cordis & uide, & aures cordis accõmoda et audi. Pater enim & filius duo sonant, sed cum ipse filius dicit, Ego in patre, & pater in me est. Verbũ enĩ patris est filius. Pater autẽ nunq̃ fuit sine uerbo, Quoniã in principio erat Matth. 5 Iohan. 14

pio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus e-
Iohan.1 rat uerbum, hoc erat in principio apud deum. Hoc ergo uerbum filius cum est in patre, & pater in filio suo uerbo suo. Non ergo duo dij, sed unus deus. Dies ex die, duos uidentur significare dies, sed cum ipse filius in Euangelio dicit Iudæis, Abraham pater uester exultauit ut uideret
Iohan.8 Gene.18 diem meum, & uidit & lætatus est. Abraham autem tres uiros uidēs sub quercu Mambre, nō tres appellauit dños, sed unum appellauit dominum, tanq̄ tres dies unū. Vnde ipse dominus in Euangelio unū uolens intelligi diem patrem & filium, Philippo requirenti patrem tanq̄ alterū diem, qui iam filium uidebat diem, ostendens quo oculo quærere deberet uidere dei unitatem, quia oculum car-
Iohan.14 nis fixerat in humanitatem, Philippe inquit, qui me uidet uidet & patrem. Ego enim & pater non duo dies, sed unus. Si potes capere, cape sempiternum diem.

De æqualitate patris & filij, & sapientiæ dei altitudine. Cap. VI.

LVmen de lumine duo sonare uidentur luminaria, sed absit à nobis ne nos error Manichæorum comprehendat, qui tantū solem æstimant esse Christū, sed nos solem iusticiæ credimus uerbū patris inseparabile, æqualē cum patre manentem, & omnia cum illo disponentem, patrem per filium omnia facientem, fabricam mundi per uerbum suum construentem, filium ad nos uenientem, nec patrem deserentem, semper cum illo, nusq̄ usq̄ esse sine illo illuminantem, & de se & de illo splendentem, radiantem, coruscantem, non duo luminaria, sed unum lumen.
Iohan.10 Ego enim ait & pater unū sumus. De ipso uerbo unigenito ait Propheta Dauid, Semel locutus est deus duo hæc
Psalm.61 audiui. Quō semel locutus est deus, & secundo sonuit, nisi quia uerbum intransgreßibile procedens de corde patris suscepit carnem, ut esset homo ex utero matris, uenit & mansit, ad nos uenit à patre non receßit? Ecce per hoc q̄ semel locutus est deus, surrexit omnis fabrica nostra,
Ephe.2 Per hoc q̄ secundo sonuit, factus est pax nostra, ut solueret inimicitias in carne sua. Hoc uerbū, hoc lumen nō respiciēs Arrianus audet dicere filium minorem, quem nos confitemur æqualem, & insana contumacia uult de uerbo in corde patris manente disputare, cū seipsum non ualeat intelligere. Insane hæretice prius redi ad te, considera te, totum si potes cōprehendere te, & tunc disputa
1.Reg.17 de illo qui fœcit te. Vide q̄ non altum sapiebat sed in simplicitate cordis deum nosse quærebat ille humilis Dauid, qui in uno lapide superbam frontem deiecit Goliæ. Vide q̄ non alte sapiebat, considerauit enim quid in seipso ageretur, considerauit animam suam, inspexit fabricam, discußit se intus quid esset, & ex qua parte istam tam pulchram molem gubernaret, atq; in uasculo luteo quo habitaret anima plena tantis thesauris sapientiæ & scientiæ & prudentiæ, ubi illic essent tanta, tam præciosa, tā grandia, quæ loca animæ obtinerent, in qua nullus est locus, atq; ex uno fonte quomodo procederent singulæ uirtutes sine diminutione & exeuntis et profundentis. Vidit hæc considerauit hæc, uoluit nec ualuit cōprehendere se, &
exclamauit deo dicens: Mirificata est scientia tua ex me, Psalm.138
inualuit, non potero ad illam. Hoc fuit dicere, Quando te possum cōprehendere tam magnum, qui me ipsum non ualeo explicare extremum & paruum? Vide & aliū humilem requirentem modulum suæ infirmitatis, & non excedentem, superbos ad humilitatem inclinantem: Arenā
Eccles.1 inquit maris, & pluuiæ guttas, & dies sæculi quis dinumerauit? Altitudinem cœli, & latitudinem terræ, & profunditatem abyßi quis mensus est? Sapientiam dei præcedentem omnia, quis inuestigauit? Ecce Propheta dicit,
1.Cor.1 immò ipse dominus qui loquebatur per Prophetam, q̄ sapientiam dei nullus inuestigauit, Christus est enim dei uirtus, & dei sapientia. Nullus secundū diuinitatem potuit inuestigare sapientiam, quia secundū id quod filius natus est de patre sine aliqua matre, natiuitatē eius quis enarrabit?

De Arrianorum Hereticorum præsumptione. Cap. VII.

DIc mihi hæretice, qui audes dicere q̄ minor sit dei sapientia, dic mihi, altitudo cœli quanta sit, latitudo terræ, profundū abyßi? Numera si potes pluuiæ guttas, arenam maris, dies sæculi, tuos etiā numera capillos:
Matth.10 Quoniam omnes capilli capitis uestri numerati sunt. Demonstra mihi atq; explica parua ista inferiora, & tunc tibi credam posse & inuestigare superiora. Sed non potes, non uales, Spiritus dei te cōuincat, qui uos hæreticos ante præuidit: Qui enim ista quæ superius diximus, conscripserunt atq; senserunt, spiritu agebantur ueritatis, nō erroris. Tu autem hæretice, cū hæc non uales explicare, audes de ipsa quæ inuestigari non potest, dei sapientia disputare, & magnus uideri tibi, quia disputas nullo altercante tecum, nullo iudice præsidente: Et dum suffragatur tēpus errori tuo, existimas te aliquid esse, cū sis nihil, & seductus multos seducere cupis, alios pecunia, alios potētia, tales tibi congregas, quos plurimū tecū simul pdas, Nō est tibi labor hic utilis ad salutē, sed potius ad pniciē. Talia enī docendo, imò nō docēdo, sed potius blasphemādo, nō cuilibet potēti, sed ipsi deo patri in eius filio facere demōstraris iniuriā. Maior est pater, minor est filius, melior est pater, inferior filius. Has cōtūelias nec ho quilibet sapiēs libēter accipiat, qui filiū meliorē seipso, aut parem habere cōtendit. Vnde etiā illud dictū pphetic̄ū, Lætatus
Eccles.30 est pater in filio sapiente, in uita sua uiuit, & in obitu nō est cōtristatus, Mortuus enī est pater, et tanq̄ nō sit mortuus. Quare nō est mortuus? Similē enī reliquit pro se. Ecce Propheta dicit, sapientē filiū hoīs esse similē patri, & tu hæretice audes dicere ipsam sapientiā dei filiū patri esse dißimilē. Propheta dicit, mortuū hominē patrē in eo q̄ filium similem reliquit uiuere in filio, et tu audes ipsam sempiternam uitam, quod est dei filius, separare ab illo qui nunq̄ moritur patre?

Expositio eius quod dictum est, Pater maior me est. Cap. VIII.

Iohan.14 ET quid inquit facturus sum? Ipse dixit, Pater maior me est. Quia non intelligis, ideo tibi male sonat quod dixit, Nam ipse dixit, immó & confirmauit. Prorsus ipse dixit, Pater maior me est, ipse filius dixit. Vide quando hoc dixit, In susceptione humanæ naturæ positus hoc dixit. Tunc dixit, Pater maior me est, quando dixit, Matth.26 Tristis est anima mea usq; ad mortem. Tunc dixit, Pater maior me est, quando fleuit, quando lassatus est, quando esuriuit, quando sitiuit. Tunc dixit, Pater maior me est, Psalm.8 quando & dicit scriptura, minoratum paulominus ab angelis. Nunquid etiam insana superbia ita irreuerens progreditur uestra, ut uerbum dei manens apud patrem audeatis dicere in illa diuinitate angelis esse minorem? Si non audes hæretice hoc dicere, serua hos gradus, & periet error tuus, Filius apud patrem æqualis cum patre, quoniam sempiternus cum sempiterno, semper manens cum sempiterno, manet æqualis, missus, & ueniens, in susceptione hominis minor, non solum patre, uerumetiam angelis, æqualis in forma dei, minor in forma serui. Aequalis cum patre, creans angelos, æqualis cum patre, homines faciens, æqualis cum patre, nouum constituens mundum, minor patre, perditum reparans mundum. Aequalis cum patre, uitam largiens æternam, minor patre, mortem susciens nostram.

De natiuitate Christi ex matre virgine, & ex spiritusancti conceptione. Cap. IX.

HVnc itaq; filium credimus in susceptione hominis minorem, in diuinitate patri æqualem factum, sicut Apostolus dicit, ex semine Dauid, Quem uirgo Maria de spiritusancto concipiens, & in cuius utero uerbum Roma.1 carnem suscepit, nobis factus est mediator homo totus & 1.Timot.2 deus, uerbum, anima & caro unus Christus. Hoc quippe nobis etiam ordo huius sacramenti declarat, q. postea credimus in deum patrem omnipotentem, credimus & in Iesum Christum filium eius conceptum de spiritusancto, natum ex uirgine Maria. Et hæc natiuitas perturbat omnem cogitationem humanam, quoniam uirtus est eam operata diuina. Nam quando admittit ratio nostræ generationis, ut uirgo concipiens, uirgo post partum permanens, filius uideatur, integritas inuiolata seruetur? Et hoc non potest implere quilibet natus homo, ille autē potuit, quia non erat solus homo, sed deus & homo, qui propterea uoluit nasci homo, quia perierat omnis homo. Primum itaq; miraculum magnum huius mediatoris ac singulare fuit, q. sic natus est, ut ille qui ueniebat multos docere, facere miracula, quia ipse per se et per illos faciebat, haberet tamen aliquid proprium qui nihil usurpauerat alienum. Solus enim de uirgine natus est, quia solus sine amplexu uiri & fœminæ de spiritusancto conceptus est, solus sine corruptione impleuit uterum matris, quia solus pro nobis super cœlos ascendit ut sederet ad dexteram patris. Acceperunt ab illo discipuli ut facerent multa & magna miracula, & fecerunt, nec tamen quispiam prædicatur aut creditur de uirgine natus, aut de spiritusancto conceptus, nisi ille unus qui creator temporum inuentus, in tempore est etiam ipse creatus, suscipiens quam integram formauerat humanam naturam, ut per ipsam quo dammodo redemptor nostram repararet ruinam. Et hic dei filius, & hominis filius, Dei filius de corde patris, hominis filius ex utero matris. Idem ipse unus Christus qui processit ex utero uirginali tanq; sponsus de thalamo suo Psalm.18 In quo utero spiritualis nuptiæ celebratæ, deus coniunctus est carni, & caro adhæsit deo ut esset unus Christus & totus homo.

De multiplici oborta iocunditate in Christi natiuitate, atq; præterea de Iudeorū trepidatione, Herodis quoq; crudelitate. Cap. X.

HIc ergo procedēs uelut sponsus de thalamo suo, ad cuius nuptias cōmota uniuersa exultare uisa est creatura. Namq; angelorū chorus ex his nuptijs pacem Lucæ.2 designat hoībus bonæ uoluntatis, quia qui erat dei filius, factus est hominis filius, suscipiens quod non erat, non Matth.2 amittens quod erat, His nuptijs cœli nouam stellam, æquum atq; splendidum lumen illo ipso sponso operante, producunt, ut lumen uerum sedentibus in umbra mortis nūciarent natū, et uelut in lingua sua laudarent hūc sponsū, procedentem, quem sciebant ad hoc suscepisse hominem mortalem ut faceret immortalem. Ad hunc sponsum Magi ab extremo terræ ueniunt uocati, munera offerunt, infantem natum necdum quidem uidentes, sed stella indice regem adorare cupientes. Ex his nuptijs regis nati, turbatur Herodes, perturbati Iudæi, & regem totius creaturæ non intelligentes, quærit Herodes quem audit regē natum infantem perdere, ne illo crescente posset regnum amittere. Iudæi nolentes habere dei filiū regem, ubi Christus nasceretur, Herodi produnt, atq; de unius infantis nece utrorumq; uoluntas astringitur. Postq; enim Herodes Iudæis narrantibus didicit ubi Christus occidendus posset inueniri, uocans ad se Magos, tempus ab eis requisiuit stellæ, missosq; in Bethleem ait, Ite, diligenter quæ- Matth.2 rite de puero, ut & ego ueniens adorem eum. Labia dolosa, quid in ore & corde loqueris mala? Aliud enim habet tua lingua, aliud clamat conscientia, Teipsum decipis talia cogitando, Erras, falleris & fallis. Frustra in malo uigilat falsitas, non à te sicut de te inquiritur ueritas. Ecce audiunt Magi, aliud quidem foris dicentem, sed nesciūt te intus aliud cogitantem, & pergunt ita ut amplius ad te non reuertentur. Ille enim eos admonebat qui sapientiam tuā deridens, hoc Magos facere præcepit quod rex iusserat uerus, non quod sub dolo persuaserat falsus, Per aliam inquit Euangelista, uiam regressi sunt in regionem suam. Verum cum te à Magis delusum sensisses Herodes, uoluisti omnes infantes terræ illius perdere, ut unum quē quærebas possis occidere. Sed ille sponsus noster qui pro- Psalm.18. Psalm.8 cessit de thalamo suo, ut ex ore infantum & lactentium perficeret laudem, finit implere uoluntatem tuam, ut ætas

quæ

quæ lingua propria Christum non poterat confiteri, testimonio mortis suæ, et crudelitas immanis demonstraretur tua, & ad nuptias cœlestis sponsi infantũ congregaretur turba. Dic Herodes, si te Christus ideo offendit, quia eius Magis annunciantibus audisti regnum? Quid te offenderunt hi qui tecum aduersus Christum sentiebant principes Iudæorum, quorum filios interficiens ipsos magis atrocißima pœna in suis filijs afflixisti? Nã Christum minime inuenire potuisti. Sed quid tecum diutius agam? Ipsos conueniam Iudæos, qui dum infantẽ Christum noluerunt agnoscere, filios suos pro illo compulsi sunt amittere, quos quidem occidit mortq; propinauit Herodes uester amicus: Sed his immortalitatem æternamq; uitam donauit Christus, quem uestrum etiam nunc dicitis inimicum.

Confutatio Iudaicę perfidię ex uaticinijs Esaię & Hieremię. Cap. XI.

Iohan. 10. VOs inq̃ conuenio ò Iudæi, qui usq; in hodiernum diem negastis filium dei. Nonne uox uestra illa est quando eum uidebatis miracula facientem, atq; temptantes dicebatis: Quousq; animas nostras suspendis? Si tu es Christus, dic nobis palàm. Ille autem ad considerationem miraculorum uos mittebat dicens: Opera quæ ego facio ipsa testimonium de me perhibent, ut Christo testimonium dicerent non uerba, sed facta. Vos autem nõ agnoscentes saluatorem, qui operabatur salutem in medio uestræ terræ, adijcientes in malo aistis: Tu de ipsò testimonium dicis, testimonium tuum non est uerum. Sed ad hæc ille quid uobis responderit, aduertere noluistis. Nonne scriptum est in lege uestra, q̃ duorum hominum uerum sit testimonium? Præuaricatoris legis, intendite legem. Testimonium quæritis de Christo, et in lege uestra scriptum est, q̃ duorum hominum testimonium uerũ sit, Procedant de lege uestra, non tantũ duo, sed etiam plures testes Christi, & conuincant audiuores legis, nec factores, Dic Esaia testimonium Christo: Ecce inquit, uirgo in utero cõcipiet & pariet filium, et uocabis nomen eius Emanuel, quod est interpretatum, nobiscum deus. Accedat & alius testis. Dic & tu Hieremia testimonium Christo. Hic est inquit deus noster, & non æstimabitur alius absq; illo, qui inuenit omnem uiam scientiæ, & dedit eam Iacob puero suo, & Israël dilecto suo. Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Ecce duo testes idonei ex lege uestra, ex quorũ testimonio non sunt compuncta corda uestra.

Pſalm. 73 Iohan. 8. Deut. 17 Esaie, 7 Baruch. 3

Ad idem ex Daniele. Cap. XII.

SEd alij atq; alij ex lege Christi testes introducantur ut frontes durißimæ inimicorum conterantur. Veniat & ille Daniel sanctus, iuuenis quidem ætate, senior uero scientia ac mansuetudine, cõuincat omnes falsos testes: Sicut conuicit seniores impudicos, ita suo testimonio Christi conterat inimicos. Dic sancte Daniel, dic de Christo quod nosti. Cũ uenerit inquit sanctus sanctorũ, cessabit unctio. Quare illo præsente cui insultantes dicebatis: Tu de te testimonium dicis, testimonium tuum nõ est uerũ, cessauit unctio uestra, nisi quia ipse est qui uenerat sanctus sanctorum? Si ut uos dicitis, nondum uenit, sed expectatur ut ueniat sanctus sanctorũ, demõstrate unctionem. Si autem quod uerum est, cessauit unctio uestra, agnoscite uenisse sanctum sanctorũ. Ipse est enim & lapis abscisus ille de monte sine manibus concidentium, id est, Christus natus de uirgine sine manibus complectentiũ, qui tantum creuit, ut mons magnus fieret, & impleret uniuersam faciem terræ. De quo monte dicit propheta: Venite ascendamus ad montem domini. Et de quo Dauid dicit: Mons dei, mons uberrimus, ut qd suspicamini montes incaseatos, montem in quo placuit deo habitare in eo? Cum enim ipse dominus Christus discipulos suos interrogaret quem dicerent esse homines filium hominis: Responderunt: Alij Heliam, alij Hieremiam, aut unum ex Prophetis. Et ille: Vt quid suspicamini montes incaseatos, montem in quo placuit deo habitare in ipso? Hũc cognouit Petrus dicens: Tu es Christus filius dei. Agnouit montem, & ascendit in montem. Testimonium dixit ueritati, & dilectus est à ueritate. Supra petram fundatus est Petrus, ut mortem susciperet illum amando, quem ter negauerat timendo.

Daniel 13, 9. Iohannis 8 Daniel. 2 Esaie, 2 Pſalm. 67 Matth. 16 Matth. 26

Ad idem testimonia ex lege et Prophetis reliquis. Cap. XIII.

DIc & tu Moyses legislator, dux populi Israël testimonium Christo. Prophetam uobis excitabit deus de fratribus uestris: Omnis anima quæ nõ audierit prophetam illum, exterminabitur de populo suo. Prophetam autẽ dictum Christum, ipsum audi in Euangelio Christum: Non est inquit Propheta sine honore, nisi in patria sua. Accedat autem Dauid sanctus, testis fidelis, ex cuius semine processit ipse, cui lex & prophetæ testimonium dicunt, dicat & ipse testimonium Christo. Adorabunt inquit eum omnes reges terræ, omnes gentes seruient illi. Cui seruient? Dic cui seruient? Vis audire cui seruient? Dixit dominus domino meo sede ad dexteram meam, donec ponam inimicos tuos scabellũ pedũ tuorũ. Et expressius atq; nominatim: Quare inquit tumultuatæ sunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerũt in unum, aduersus dominum, & aduersus Christũ eius. Accedat & alius testis. Dic & tu Abacuk testimonium Christo: Domine inquit audiui auditum tuum & timui, consideraui opera tua et expaui. Quæ opera dei iste miratus expauit? Nũquid fabricam mundi iste miratus expauit? Absit. Sed audi quid expauit. In medio inquit duum animalium innoteſceris. Opera tua deus: Verbum caro factum est. In medio duum animalium cognoſceris. Qui quousq; descendisti, expauescere me fœcisti, quia uerbum per quod facta sunt omnia, in præsepe incunisti.

Deute. 18 Matth. 13 Roma. 1 Pſalm. 71 Pſalm. 109 Pſalmo. 2 Abacuk. 3 Ioh. 1 Luce. 2

Esaie.1. Agnouit possessorem bos suum, & asinus præsepe domini sui. In medio duum animalium cognosceris. Quid est, in medio duum animalium cognosceris, nisi aut in
Luce.23 Matth.27 Ioha.1. medio duum testamentorum, aut in medio duorum latronum, aut in medio Moysi et Heliæ cum eo in monte sermocinantium? Ambulauit inquit uerbum, & exiuit in campis. Verbum caro factum est & habitauit in nobis. Hoc & Hieremias ait: Post hæc in terris uisus est, & cum hominibus conuersatus est. Ecce quomodo conueniunt sibi testes ueritatis, ecce quomodo conuincunt filios falsitatis, Sufficiunt uobis ista ò Iudæi. An adhuc ad uestram confusionem ex lege et ex gente uestra alios introducemus testes, ut illi testimoniũ perhibeant, cui per-
Iohan.8 dita mente insultantes dicebatis: Tu de teipso testimonium perhibes, testimonium tuum non est uerum? Quòd si uelim ex lege & ex prophetis omnia quæ de Christo dicta sunt, colligere, facilius me tempus quàm copia deserit.

De testimonijs pro aduentu Christi ex nouę legis primoribus Iudæis. Cap. XIIII.

VEruntamen senem illum ex gente uestra natum, sed in errore uestro non relictum, Simeon sanctum in medio introducam, qui meruit decrepitus teneri in hac luce, quoadusq; uideret ueram lucem. Quem
Lucæ.2 quidem iam ætas compellebat ire, sed expectabat suscipere quem sciebat uenire, Cum iste senex admonitus esset à sanctospiritu, quòd non ante moreretur quàm uideret Christum dei natum, quem cognoscens uenit ad templum. Vbi uero eum portari manibus matris uidit, & diuinam infantiam pia senectus agnouit, tulit infantem in manibus suis. Ille quidem Christum ferebat, sed senem Christus regebat. Regebat qui portabatur, ne ille ante promissum à corpore solueretur. Quid tamen dixerit, quem tamen confessus fuerit, aduertite inimici, non Chri-
Luce.2 sti, sed uestri. Benedicens deum exclamauit senex & dixit: Nunc dimittis domine seruum tuum secundũ uerbum tuum in pace: Quia uiderunt oculi mei salutare tuum. Illi etiam parentes Iohannis, Zacharias & Helisabet, iuuenes steriles, in senecta fœcundi, dicant etiam ipsi testimonium Christo. Dicant de Christo quid sen-
Lucæ.1. tiant, & testem idoneum Christo nutriant. Aiunt enim suo paruulo nato: Tu puer propheta altissimi uocaberis: Præibis enim ante faciem domini parare uias eius. Ipsiq; matri & uirgini Helisabet ait: Vnde mihi, ut ueniat mater domini mei ad me? Ecce enim ut facta est uox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infãs in utero meo. Intelligens enim Iohannes matrem domini sui uenisse ad suam matrem, inter ipsas anguistias uteri adhuc positus, motu salutauit, quem uoce non poterat. Qui postea ipse Iohannes præcursor & amicus, humilis & fidelissimus seruus, testis idoneus factus, tanto maior in natis mulierum, quanto existimabatur esse quod non erat. Christum enim eum esse Iudæi credebant, sed ille non se esse clamabat dicens: Quem me suspicamini esse Lucæ.3 non sum ego: Sed ecce uenit post me, cuius pedibus non sum ego dignus soluere corrigiam calciamenti eus. O fidelis testis & amice ueri sponsi, quanto te humiliauisses si ad corrigiam calciamenti eius soluendam dignum te esse dixisses. Sed dum hoc non te dignum dicis, Iudæis falsis testibus contradicis. Et hæc à te dicta sunt anteq̃ Christum uideres, qui cum ad te ipse uenit excelsus & humilis implendæ dispensationis suæ gratia, ut à te baptizaretur, qui nullum habebat omnino peccatum, quid responderis, quem cognoueris, quale testimonium protuleris, audiant inimici qui audire nolũt: Ecce (inquit) Ioh.1 agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi. Et adiecit: Tu ad me uenis baptizari? Ego à te debeo baptizari, Agnouit seruus dominum, agnouit peccati originalis uinculis obligatus ab omni nexu peccati liberum. Agnouit præco iudicem, agnouit creatura creatorem, agnouit para- Iohan.3 nymphus sponsum. Nam & hæc uox Iohannis est: Qui habet sponsam sponsus est: Amicus autem sponsi stat & audit eum, & gaudio gaudet propter uocem sponsi.

De prolatis Christo ex gentibus testimonijs, rege uidelicet Nabucho donosor, & poeta Virgilio. Cap. XV.

SVfficiunt uobis ista ò Iudæi, sufficiunt uobis tanti testes & testimonia ex lege uestra & ex gente uestra. An adhuc impudentia nimia audebitis dicere, quòd alterius gentis uel nationis homines Christo deberẽt testimonium perhibere? Sed si hoc dicitis, respondet quidem ille uobis: Non sum missus, nisi ad oues quæ perie- Matth.15
runt domus Israël. Sed sicut uos in actibus Apostolorũ Acto.13 increpat Paulus: Vobis primum oportuerat annunciari uerbum dei, sed quia repulistis illud, nec uos dignos ultæ æternæ iudicastis, ecce inquit conuertimus nos ad gentes. Demonstremus etiam nos ex gentibus testimonium Christo fuisse prolatum, quoniam ueritas non tacuit clamando etiam per linguas inimicorum suorum. Nonne quando Poëta ille facundissimus inter sua carmina: Iam noua progenies cœlo demittitur alto, dicebat, Christo testimonium perhibebat? In dubium hoc ueniet nisi alios ex gentibus idoneos testes pluraq̃ dicentes in medium introducam. Illum regem qui uestram superbiã captiuando perdomuit: Nabuchodonosor regem scilicet Babylonis non prætermittam. Dic Nabuchodonosor quid in fornace quo tres uiros iustos iniuste immiseris, dic, dic quid tibi fuerit reuelatum? Nonne inquit tres uiros misimus in fornacem ligatos? Et aiunt ei: Vere rex. Ecce inquit ego uideo quatuor uiros solutos deambulantes in medio ignis, & corruptio nulla est in eis, & aspectus quarti similis est filio dei. O alienigena, unde tibi hoc? Quis tibi annunciauit filium dei? Quæ lex, quis propheta annunciauit tibi filium dei? Nondum

quidem

quidem mundo naſcitur, et ſimilitudo naſcentis à te cognoſcitur. Vnde tibi hoc? Quis tibi iſtud annunciauit, niſi quia ſic te diuinus ignis intus illuminauit, ut cum illic apud te captiui tenerentur inimici Iudæi, ſic diceres teſtimonium filio dei?

De Sibyllinis in Chriſtum uaticiniis. Caput. XVI.

Deut. 17. SEd quia in ore duorum uel trium teſtium ſtat omne uerbum: Sicut ipſe dominus confutans ueſtram cõ Iohañis. 8 tumaciam: In lege inquit ueſtra ſcriptum eſt, quòd duorum hominum teſtimonium uerum ſit, etiam ex gentibus tertius teſtis introducatur, ut teſtimonium ueritatis omni exparte roboretur. Quid Sibylla uaticinando etiam de Chriſto clamauerit, in medium proferamus, ut ex u- 3. Regũ. 17 no lapide utrorumq; frontes percutiantur, Iudæorum ſcilicet atq; paganorum, atq; ſuo gladio (ſicut Golias) Chriſti omnes percutiantur inimici. Audite quid dixerit.

Iudicij ſignum, tellus ſudore madeſcet.
E cœlo rex aduenict per ſæcla futurus.
Scilicet in carne præſens, ut iudicet orbem.
Vnde deum cernent, incredulus atq; fidelis
Celſum cum ſanctis, æqui iam termino in ipſo.
Sic animæ cum carne aderunt quas iudicat ipſe.
Cum iacet incultus denſis in uepribus orbis.
Reijcient ſimulacra uiri, cunctam quoq; gazam.
Exuret terras ignis pontumq; polumq;
Inquirens, tetri portas effringet auerni.
Sanctorum ſed enim cunctæ lux libera carni
Tradetur, fontes æternaq; flamma cremabit.
Occultos actus detegens, tunc quisq; loquetur
Secreta, atq; deus reſerabit pectora luci.
Tunc erit & luctus, ſtridebunt dentibus omnes,
Eripitur ſolis iubar, & chorus interit aſtris.
Voluetur cœlum, lunaris ſplendor obibit.
Deijciet colles, ualles exhollet ab imo.
Non erit in rebus hominum ſublime uel altum.
Iam æquantur campis montes & cerula ponti.
Omni ceſſabunt, tellus confracta peribit.
Sic pariter fontes torrentur, fluminaq; igni.
Et tuba tunc ſonitum triſtem demittet ab alto
Orbe, gemens facinus miſerum uarioſq; labores:
Tartareumq; chaos monſtrabit terra dehiſcens.
Et coram hic domino reges ſiſtentur ad unum.
Recidet è cœlo, igniſq; & ſulphuris amnis.

Hæc de Chriſti natiuitate, paſſione & reſurrectione, atq; ſecundo eius aduentu ita dicta ſunt, ut ſi quis in græco capita horũ uerſuũ diſcernere uoluerit, inueniet ΙΗΣΟΥΣ ΧΡΙΣΤΟΥΣ ΥΙΟΣ ΘΕΟΥ ΣΩΤΗΡ, Id eſt, Ieſus Chriſtus filius dei ſaluator. Quod & in latinum tranſlatis eiſdem uerſibus adparet, præter quòd græcarum literarum proprietas non adeo potuit obſeruari.

Alios uerſus Sibyllinos Chriſti paſſionẽ apertius demonſtrantes intentiſſime audiamus.

In manus iniquas & infidelium poſtea ueniet.
Dabunt deo alapas manibus inceſtis.
Et oribus immundis expuent ſaluas uenenoſas.
Dabit autem in uerbera omnino innocens dorſum.
Et colaphos accipiens tacebit, ne quis agnoſcat
Quod uerbum, & unde uenit, ut mortuis loquatur.
Et coronam portabit ſpineam:
In cibum autem fel, & in ſitim acetum dederunt.
Inhoſpitalitatis hanc monſtrabant menſam.
Ipſa enim ſtulta, deum tuum non cognouiſti
Ludentem mortalibus membris, ſed & ſpinis
Coronaſti corona, horridumq; fel miſcuiſti.
Templi uero uelum ſcindetur, & die
Medio nox tenebroſa nimis tribus horis.
Et mortis fatum finiet triũ dierum ſomno ſuſcepto
Et tunc à mortuis regreſſus in lucem uenit.
Primus reſurrectionis initium reuocatus oſtendit.

Credo iam uos ò inimici Iudæi tantis teſtibus ita obrutos confutatosq; eſſe ipſa ueritate, ut nihil ultra repugnare, nihil quærere debeatis. Qui & ſi ipſa ueritate cui nimia inſipientia uel potius amentia, cum omnia noſtris quæ de Chriſto eſſent dicta atq; conſcripta, inuerecũda etiã fronte dicebatis: Tu de teipſo teſtimoniũ dicis, Iohannis 8 teſtimoniũ tuũ nõ eſt ueru. Verumtamẽ ut diuinæ maieſtatis ueritas luceſcat, ſupra tot teſtium præclaras uoces uniuerſa creatura teſtimonium dixiſſe uniuerſa proclamat. Nõne cœlum teſtimonium dixit, quando nouum ſidus in noua hominis progenie uelut lingua & digito quo potuit natum deum hominem gentibus demõſtrauit? Nonne mare teſtimonium dixit, quando oblitus quodãmodo natura ſui liquidus humor ſoliditate ſuſcepta, ſui domini portauit impreſſa, ut impleretur illud qđ Matth. 14. Pſalm. 76 dictum eſt: In mari enim uia tua, et ſemitæ tuæ in aquis multis, quando eleuatum ſeruum Chriſti ſupra ſe capientem, ut demonſtraret q̃tum intereſſet inter creaturã & creatorem, limphis unda Petrum abſorbuiſſet, niſi Matth. 14 dominus rerum mergenti Petro manum porrexiſſet? Iohan. 9. Nonne terra teſtimonium dixit, quando eius conſperſa ſaliua ex eã cæci nati oculos inungens, lumen non uidenti reſtituit, & fabrica quod minus habuit è limo terræ Gene. 1. artifex reparauit, qui totum hominem de terra ante formauit? Nonne inferna Chriſto teſtimonium perhibuerunt, quando uita ſua perdita Lazarum quem diſſoluendum acceperant, integrum per quatriduũ reſeruauerunt, ut incolumem redderent cum uocem domini ſui iubentis audirent? Quid in ipſa eius paſſione actum eſt? Nonne contra ueſtrã impudẽtiam ferocemq; amentiam ipſam quodammodo publicam lucem teſtem citabo? Sicut putabatis, homo tantũ à uobis interficiebatur Chriſtus. Quod & ſi tantũ eſſet, uobis parcere debuiſtis, ut manus ueſtras alienas redderetis à ſanguine innocentis. Quæ cæcitas infuſa eſt in cordibus ueſtris, ut nec illa tanta terreret medio die ſolis obſcuritas, & inter eius radios claros amputata lux, nox recondita in diem,

immò nox usurpauit in diem, nec cursum ordinis seruauit, & obtenebratur cœlum, luget terra, uelũ templi conscinditur, petræ rescinduntur, inferna reserantur, omnis penè creatura expauescit mortem Christi: Nec tũ in his tantis rebus aperti sunt oculi uestri? O Iudæi dæmones qui uestra corda possederũt dixerunt: Scimus Marc. 1 qui sis, quid ueneris ante tempus perdere nos? Et uos dixistis: Tu de teipso testimonium dicis, testimonium tuum Iohan. 8. non est uerum.

De testimonio Christi ex Iudeorũ obcęcatione & dispersione in gentibus. Cap. XVIII.

SEd non intelligentes actiones uestras, ægistis causas uestras. Deniq; nostræ saluti militabat uestra malicia. Luc. 23. Ille enim qui ad hoc uenerat ut pro nobis moreretur, insanas uoces: Crucifige crucifige clamantium ut homo non expauit, quia ut deus ante eas prænidit. Quãtum laborastis, ut discipulum Iudam pecunia corrumperetis, & à malo uendítore alij emptores Christum nõ poßidendum compararetis, nundinas malas agentes animæ uestræ quando fundebatis precium salutis nostræ. Matth. 27 Quantum laborastis, ut iudicem à uestro scelere manus lauantem, calumnijs Cæsaris nomine oppositio opprimeretis ut id impleret quod fieri uolebatis. Quantũ laborastis, ut Christus occideretur & latro dimitteretur, quantum laborastis ut Christus contumeliam pateretur, spinis coronaretur, in ligno suspenderetur, lancea perfóraretur, quantũ clamastis, quantum sudastis, quãtum laborastis, sed omnis iste labor uester fructus est noster. Deniq; à uobis Christus occiditur, nobis resurgit: A uobis in ligno suspẽditur, clauis confixus in cruce detinetur, & à ducibus nostris discipulis suis in medio eorũ clausis ianuis inueniitur. Pecunia milites corrumpendo Christi resurrectionem opprimere uoluistis: Et ecce eius resurrectio toto mundo iam celebratur, & quod dedistis, iam perdidistis. Implere nõ potuistis quod uoluistis, audite iã quod audire nõ uultis. Die tertio à mortuis resurgens, assumptus in cœlum, sedet ad dexteram patris, dispersit uos per nos per uniuersas terras, ut ubiq; prophetias de eius natiuitate, passione, quæcunq; dicta sunt uos perferatis, atq; lucernam legis tanq̃ lignea candelabra sensu carentia gentibus ministretis. Quod propterea factum esse cognoscite, ne gentes hæc omnia quæ aguntur dum prædicatur à nouis, dicerent fuisse conficta.

Hanc etiam ipsam uestrã dispersionem fuisse prædictã, Psalmo. 58 Dauid Propheta declarat dicens: Ne occideris eos, ne quando obliuiscantur legem tuã, sed disperge eos in uirtute tua. Dispersio hæc ergo uestra testimonium perhibet Christo cui dixistis: Tu de te testimonium dicis, testimonium tuum non est uerum &c. Vbi ex uestro testimonio inimicorum alij inimici confundantur, qui Christum magicis artibus fœcisse dicunt quæcunq; fœcit miracula: Nam & hoc quòd mortuus colitur, magicæ potentiæ deputanda esse contendunt. Proferæ codices propheticos: O Iudæi Christi inimici, ut ex ipsis alij pagani conuincantur inimici, Prophetas anteq̃ longe nascerentur ante se præmisit, qui omnia quæ superius diximus, prædixerunt. Hinc iam iudicate quæ recta sapitis. Nũquid si magicis artibus fœcit ut coleretur ut mortuus, magos miserat anteq̃ natus? Confundimini, corrigmini qui talia de Christo uel sentitis, uel creditis, uel dicitis. Confundimini & uos Iudæi, qui lucernam legis in manibus habentes, alijs lumen præbetis, & uos in sanctis intendere non curastis, sed expectatis quidem & uos ut ueniat qui uenturus est. Et ueniet, sed non sicut uultis ueniet, ueniet excelsus ille qui à uobis interfectus est nullius criminis reus, manifestus ueniet deus, & uidebitis iudicantem quem contempsistis miracula facientem. Qualis erit tunc & uestra conscientia, cum uobis ille nullam iam exhibet patientiam, quia uos inuenit in anima mortuos, qui uenturus est iudicare uiuos & mortuos.

De catholicorum fide, & hęreticorum in spiritumsanctum blasphemia. Cap. XIX.

CRedimus in spiritumsanctum, quem nos credimus deum, æqualem patri & filio, manentem in patre & filio, regnantem cum patre & filio, trinitas una & tertia in unitate persona spiritussanctus, qui operatur omnia in omnibus, Hũc & Arriani blasphemant, patri filioq; esse minorem. Hunc eorum errorem Matthęi. 12 ille Euangelista reuocat dicens: Si quis dixerit uerbum in filium, remittetur illi, si quis dixerit uerbum in spiritumsanctum, non remittetur illi, nec in isto, nec in futuro sæculo. Quid est Arriane, quo progressa fuerit immanitas tua? Dicis uerbũ in filiũ hoīs, qa secundum diuinitatẽ filiũ dei asseris esse minorẽ: Dicis uerbum in spiritũsanctũ, in ipsa illa indiuidua unitate etiam filio esse minorem: Dicendo tale uerbũ de uerbo, tale uerbũ de spiritusancto, non remittuntur nec hic nec in futuro sæculo peccata tua, & tu rebaptizando polliceris dimittere aliena? Donum spiritũssancti agnoscimus esse remissionem omnium peccatorum, suffragante nobis ipsa ueritate, quæ post resurrectionem suam ait discipulis suis: Ioha. 20 Accipite spiritũsanctum, si cui remiseritis peccata, remittuntur illi. Vos autem sacrilego ausu, quibus iam Christi dono & spiritussancti per baptismũ & originalia & propria cuncta dimisit omnino peccata, in iam baptizatis exufflastis Christum, respuistis spiritumsanctum, & renatum non abluere, sed sordidare, non liberare, sed obligare, non uiuificare, sed mortificare contendistis. Nec mirum si has ruinas quotidie fabricatis, qui petram integram Christum in fundamento habere noluistis, qui à uestro errore separat ueritatis filios, quos sic fouet ut nutriat, non sic ut tu blandiendo decipiat ut occidat.

De uera fide & mortuorum resurrectione. Cap. XX.

Apud

APud catholicam fidem dilectißimi noueritis tãtum esse ueram fidem, germanam pacem, perpetuam salutem. Non enim in angulo est, sed ubiq; tota est. Si quis ab ea discesserit, atq; in hæreticorum errorẽ se tradiderit, ut fugitiuus seruus iudicabitur, non ut filius adoptiuus, nec ad uitam æternam resurget, sed potius ad damnationẽ, quoniam bonis malisq; promittitur resurrectio. 1 Cor, 15. Omnes quidem resurgemus ait Apostolus, sed non omnes immutabimur. Et quid prodesset fratres mei resurgere, & non immutari? Qui enim in illa uita non fuerit immutatus, à iusto iudice inuenitur esse dãnatus. Damnatus autem æternam non consequitur uitam, qui de aduersario diabolo uictricem non ualuit accipere palmam. Quid enim prodest dilectißimi, q; uel illis uinculis in idolorum cultu inhærere, quæ diabolus & iuste hæreticorum caput non decenterq; poßidet? Qui uult ad æternam uitam peruenire, contra omnes diaboli laqueos debet fortiter muniri. Nam enim qualis cuiusq; hic est uita, ita inuenietur in illa.

De differentia temporalis uitæ ab æterna. Cap. XXI.

QVantum autem distat inter hanc & illam, debet nosse charitas uestra. Hic falsitas, ibi ueritas. Hic perturbatio, illic fida possessio. Hic pessima amaritudo, illic sempiterna dilectio. Hic periculosa elatio, illic est secura exultatio. Hic timetur ne qui erat amicus, efficiatur subito inimicus, illic semper manet amicus, quia nullus illuc admittitur inimicus. Hic quicquid est bonum, timetur ne pereat, illic quicquid acceperis, ab illo seruaberis qui fecit ut ne tu transeas, et quod acceperis non amittas. 1 Corin, 15. Hic mors, ibi uita. Hic omnia quæ creauit deus, illic ipse pro omnibus & in omnibus deus, & quæ digna dicuntur, si tamen aliquã dicuntur. 1. Corin, 2 Nõ enim sufficit humana lingua laudare quod sensus mortalium non ualet comprehendere. Veniemus illuc fratres, unde & ibi uidebimus q; oculus hic nõ uidit: Ibi audiemus q; auris hic non audiuit: Ibi intelligemus quòd cor humanum comprehendere hic nõ ualebit, uidentes sinientesq; exultabimus inenarrabili gaudio. 1. Petri. Et quale gaudium est ubi nullus timor erit? Quale gaudium erit cum te uideris esse socium angelorum, participem regni cœlorum, regnare cum rege, nihil concupiscendo omnia poßidere, sine auaricia diuitem, sine pecunia administrantem, sine successore iudicantem, sine metu Barbarorum regnantem, sine morte æterna uitã uiuentem?

De uia ad patriam. Cap. XXII.

SEd ut ad istam ueniamus, uiam tutißimam quæ illuc ducit non amittamus. Quæ est uia? Christus ex toto, ex capite, ex corpore. Ex capite æqualis filius in manente manens: Ex corpore minor, uiã istã, ut gigas uelociter transiens. Caput & corpus, Christus & ecclesia. Nec ab illo separemus aliquid, aliud de illo, sicut hæretici credendo, nec ab ista prauis nostris moribus declinando. Hæc est mater uera, pia mater & casta, intrinsecus sui uiri & dignitate ornata, non forinsecus mendacio fallente turpiter colorata. Non nos ab ista matre & nomen conflictum seducat alienum, ubi nos ecclesiæ & species aliena decipiat: Sponsa non est, quæ uiruum suũ non cognoscit, turpis est tanti uiri speciem suis sermonibus fuscare contendit. Fruſtra tunc ecclesiæ nomen impo suit Iudæo spelunca sub dolosa decipiens, quia decepta Iudæo quidem quòd captes formam tuam sub specie aliena quid te componis, quid tantum te exornas, quid sub fimbrias tuas expandis, quæ te contra uerã sponsam æquare contendis? Non te respicit sponsus, quia non es sponsa, sed pulchram te dicis esse & de auro atq; ornamentis plurimis gloriaris, respondet tibi sponsus: Forma præ filijs hominum species fornicariæ facta est tibi, Hiere. 3 irreuerens facta es in omnibus. Quòd si dixeris, quare? respondet, quia sub specie componis te et mentiris sponsum tuum esse me. Species fornicariæ facta est tibi, irreuerens facta es in omnibus, non sicut patrem, appellans me & principem uirginitatis tuæ. Verba sunt Christi per prophetam: Si ego essem princeps uirginitatis tuæ, seruares integritatem sic tuam, sicut integram seruaui matrem meam. Quia ergo nec principem uirginitatis tuæ, nec patrẽ, nec agnoscis æqualem, nec ego te agnosco uirginem. Noli te amplius iactare esse quod non es, agnosce turpitudinem tuam. Non es igitur sponsa, quia non es integra. Fruſtra enim illum sponsum uocas qui non est tuus. Turpem enim uiduã non accepit Christus. Redi, redi, redi, repudiata redi, confusa redi, serpentinis fraudibus uiolata redi, non diuinitate cœlesti composita, sed humanis assertionibus reconuẽta redi, fallere temetipsam potes. Nouit enim ille quam quærat, agnoscit enĩ quam uocat, semper enim uiuit mater nouerca: Quid te illi supponis? Nõ potes excludere pulchram. Nã cũ turpis sis ancilla, species fornicariæ facta est tibi. Non enim seruas uni uiro fidem, quæ catholicam non tenes unitatem, Ille enim sponsus matrem quærit ueram, quæ pie filios suos nutriat, non turpem quæ alienos fraudulenter occidat. Vide quæ sit hæc mater uera, quæ adhuc tolerat suos filios præfœtantẽ, toleratq; patientiam, exhibet sui sponsi si expectat auras libertatis, ut uindicetur ab eo eius humilitas, quoniam eam uiri sui obtinet charitas. Ipse est enim qui uiuit & regnat cum deo patre & cum spiritu sancto in sæcula sæculorum: Amen.

Sancti Augustini Hipponensis episcopi, liber contra Iudæos, Paganos & Arrianos, explicit.

DIVI AVRELII AVGVstini Hipponensis episcopi, liber aduersus Iudæos incipit.

De gentium illuminatione, & Iudeorum infidelitate, & obduratione. Cap. I.

BEATVS APOSTOLVS Paulus, doctor gentium, in fide & ueritate exhortans nos, ut in eadem fide cuius idoneus minister effectus est, stabiles firmiq; maneamus, præcepto admonet, terret exemplo. Vides inquit, bonitatem & sæueritatem dei: In eos quidem qui ceciderunt, sæueritatem, in te autem bonitatem dei, si permanseris in bonitate. Hoc dixit utiq; de Iudæis, qui tanq̃ rami ex illa olea quæ in sanctis patriarchis tanq̃ in radice fructifera Rom. 11. propter incredulitatem fracti sunt, ut gentium propter fidem insereretur oleaster, & fieret particeps pinguedinis oleæ, ramis naturalibus amputatis. Sed noli inquit gloriari aduersus ramos: Nam si gloriaris, non tu radicem portas, sed radix te. Et quoniam saluantur aliqui ex illis, continuo subiunxit: Alioquin & tu excideris: Sed & illi si non permanserint in infidelitate, inserentur: Potes est enim deus iterum inserere eos. Illi ergo qui permanet in infidelitate, ad illam sententiam domini pertinent ubi ait: Filij autem regni huius ibunt in tenebras exteriores, ibi erit fletus & stridor dentium. Gentes autem permanentes in bonitate ad illud quod superius ait: Multi ab o- Matth. 8 riente & occidente uenient, & recumbent cũ Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorum. Itaq; illis patriarchis in radice uiuentibus, & infidelis superbia naturalium ramorũ iusta dei sæueritate cõfringitur, & fidelis humilitas oleastri gratia diuinæ bonitatis inseritur. Sed quando Iudæis ista dicũtur, Euangeliũ apostolumq; cõtemnũt et qđ dicimus nõ audiũt, quoniã qđ legũt nõ intelligũt. Nã utiq; si intelligerẽt de quo prædixerit propheta, quẽ legũt: Dedite in lucẽ gentiũ, ita ut sis salus mea usq; in Esai. 49 fines terræ, nõ sic cæci essent, nõ sic ægroti, ut in domino Christo nec lucẽ agnoscerent, nec salutẽ. Itẽ si intelligerẽt, qđ infructuose atq; inaniter cantant de quibus sit Psalm. 18 prænũciatũ: In omnẽ terrã exuit sonus eorũ, & in fines orbis terræ uerba eorum, ad sonum Apostolorum uiglarent, & uerba eorum diuina esse sentirent.

Quõ in nouę legis ueritate ueteris mandata sint immutatę. Cap. II

DE sanctis ergo scripturis, quarum & apud ipsos magna habetur auctoritas, sumẽda sunt testimonia, quorũ et si nolint oblata utilitate sanari, apta possint ueritate cõuinci. Sed primo eorũ ille redarguendus est error, quo putãt ad nos ideo nõ ptinere instrumẽti ueteris libros, qa iã nõ uetera, sed noua sacramẽta seruamus, dicũt enĩ nobis: Quid apud uos facit lectio legis et ppheta- rũ, cuius præcepta seruare nõ uultis: Eo q carnẽ præputij nõ circũcidimus masculinã, et uescimur carnibus quæ lex dicit immũdas, nec sabbatã, et neomẽias, et dies festos eorũ carnaliter obseruamus, nec uictimis pecorũ sacrificamus deo, nec pascha in oue & azymis similiter celebramus, & si qua sunt alia uetera sacramenta, quæ generali uocabulo umbras futurorum appellat Apostolus, Colo. 2 qa ea significabãt suo tempore reuelanda quæ nos reuelata suscepimus, ut remota umbra Iudæorũ luce frueremur. De quibus singillatim nimis longũ est disputare, quẽadmodũ exuẽdo ueterẽ hominẽ circũcidimur in expoliatione corporis & carnis, & quos cibos uitãt in pe- Roma. 13 coribus, uitamus in moribus eis, et exhibemus corpa nostra hostiã uiuã sanctã, deo placentẽ, cui & animas nostras in desiderijs sanctis ꝑ sanguine intelligenter effundimus, & Christi uelut agni immaculati sanguine ab oĩ Gene. 49 iniqtate mũdamur. Qui ꝑpter similitudinẽ carnis peccati, etiã caprino pecore in ueteribus sacrificijs figuratus est, nec eũ negat in crucis cornibus taurũ, q in illo agnoscit maximã uictimã. In illo requiẽ cũ inuenimus, uere sabbatizamus, & lunæ nouæ obseruatio, uitæ nouæ est sanctificatio. Et pascha nostrũ immolatus est Christus, 1. Corint. 5 & azyma nostrũ est sinceritatis & ueritatis, fermentũ nõ habẽs uetustatis, & si qua alia sunt, in quibus nũc immorari opus nõ est, quæ illis ueteribus adũbrata sunt signis, in isto habẽt finẽ, cuius regni nõ erit finis, In illo qp Matth. 5 pe omnia oportebat impleri, qui uenit legem & Prophetas non soluere sed implere.

Quod ueteris testamenti signa Christus non arguendo euacuauerit sed implendo mutauerit. Cap. III.

PRoinde illa uetera signa rerum non euacuauit arguendo, sed implendo mutauit, ut alia essent quæ nunciarent uenisse iam Christum, quàm fuerant illa quæ prænunciabant esse uenturum. Quid sibi autẽ uult, q; sic prænotãtur quidã Psalmi, quos & ipsi legũt, & habẽt in literarum auctoritate sanctarũ, ut in eorũ titulis scriptũ sit: Pro his qui immutabũtur, textus uero eorundẽ psalmorũ prædicat Christũ, nisi qa eorũ mutatio ꝑ illũ futura prædicta est, ꝑ quẽ nũc apparet ipleta, ut populus dei q nũc est populus Christianus, iam nõ cogatur obseruare quæ ꝑpheticis temporibus obseruabãtur, nõ qa damnata, sed quia mutata sunt, nõ ut res ipsæ quæ significabantur perirent, sed ut rerũ suis quæq; tẽporibus cõuenirẽt.

Quomodo ex quadragesimo quarto psalmo Christus ostendatur. Cap. IIII.

DEniq; in psalmo quadragesimoquarto: Nam ipse primus est eorũ qui huiusmodi titulũ præferunt: Pro his quæ immutabuntur, ubi etiam legitur, cantieũ ꝑ dilecto, apertissime Christus ostenditur: Speciosus forma Psalm. 44 præ filijs hominum: Qui cũ in forma dei esset, nõ rapinã Philip. 2. arbitratus est, esse se æqualem deo. Ibi ei dicitur: Accingere gladio tuo iuxta femur. Quod in carne esset hoĩbus locuturus: Per gladiũ quippe sermo, ꝑ femur caro significatur, qa semetipsũ exinaniuit, formã serui accipiẽs, ut ille per diuinitatem speciosus forma præ filijs hominum,

etiam illud fieret per infirmitatem, quod de illo dicit alius Esaie. 53 Propheta: Vidimus eum, et non habebat speciem neq; decorem, sed uultus eius abiectus, & deformis positio eius. Nam in eodem Psalmo, q̃ nõ tantum homo, sed etiam deus sit Christus apertissime ostenditur, cum dicitur: Thronus tuus deus in sæculum sæculi, uirga directionis uirga regni tui. Dilexisti iusticiam & odisti iniquitatem, propterea unxit te deus, deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Ab unctiõe quippe quod græce χρίσμα dicitur, Christus est appellatus, ipse est deus unctus à deo, qui & ipsam cum cæteris sacramentis carnalem in spiritalem mutauit unctionem. Ibi ei de ecclesia dicitur: Astitit regina à dextris tuis in uestitu deaurato, circumamicta uarietate. Vbi significatur linguarum uarietas in omnibus gentibus, quarum tamen una & simplex fides est intus: Omnis enim pulchritudo filiæ regis intrinseca eius: Quam Psalmus alloquitur dicens: Audi filia & uide. Audi promissum, uide completum, & obliuiscere populum tuum & domum patris tui. Sic noua implentur, sic uetera commutãtur. Quoniam concupiuit rex speciem tuam. Speciem quam fecit ipse per se, non inuenit in te. Quomodo enim speciosa esses eius oculis, q̃n eras tuis fœdata peccatis? Ne tamen spem tuam arbitreris esse in hominibus sequitur & dicit: Quoniam ipse est dominus deus tuus: Ne formam serui spernas, ne potentis infirmitatem excelsiq; humilitatem derideas, ipse est deus tuus. In eo q̃ paruus apparet, magnus latet, in umbra mortis sol iusticiæ, in contumelia crucis dominus gloriæ. Quamuis eum persecutores necent, infideles negent, ipse est deus deus tuus, per huius corpus immutaneur, quæ antea per umbras figurabantur.

De Psalmo sexagesimooctauo, Cap. V.

PSalmus sexagesimusoctauus habet in titulo: Pro his qui commutabuntur: Et cantatur ibi passio domini nostri Iesu Christi, transfigurantis in se quasdam etiam uoces membrorum, hoc est fidelium suorum: Non enim ipse ulla delicta habuit, sed nostra portauit. Vnde dicit: Et delicta mea à te non sunt abscondita. Ibi scriptũ Psalm. 68 est & prænunciatũ qd' in Euãgelio legimus factũ. Dederũt in escã meã fel, et in siti mea potauerunt me aceto. Per hũc ergo imutata sunt uetera, quæ titulus psalmi prædixerat immutãda. Quod Iudæi legẽtes & nõ intelligẽtes, aliq̃d se dicere existimant, cũ requrunt à nobis quõ accipiamus auctoritatẽ legis et ꝓphetarũ, cũ sacramenta nõ obseruemus quæ ibi præcepta sunt. Nõ obseruamus quia mutata sunt. Mutata sunt aũt quæ mutãda prænunciata sunt, & in eũ credimus cuius reuelatiõe mutata sunt. Nõ ergo obseruamus sacramẽta quæ ibi præcepta sunt qa intelligimus quæ ibi prædicta sunt, & tenemus quæ ibi ꝓmissa sunt. Isti aũt q̃ hæc nobis obijciũt, adhuc amari sunt ex parẽtibus suis, q̃ dederũt in escã dño fel, & adhuc uetres ex aceto qd' ei potandũ obtulerũt. Et ideo non intelligunt qa in eis impletur qd' sequtur: Fiat mẽsa eorũ coram Iohan. 19 Psalm. 68. ipsis in laqueũ, & in retributionẽ, & in scandalum: Ipsi eni fel & acetũ facti sunt, felleas & acidas pani uiuo epulas miniſtrãdo. Quõ enim hæc uideãt de q̃bus ibi prædictũ est: Obscurẽtur oculi eorũ ne uideãt: Et quõ sint recti ut sursum corda habeãt, de q̃bus prædictũ est: Et dorsum eorum semp incurua? Nec de oĩbus dicta sint: Immo uero de oĩbus ad quos ptinẽt quæ prædicta sunt. Ad eos enim q̃ uel tũc crediderũt in Christũ, uel nũc usq; credunt, uel deinceps usq; in finẽ sæculi crediturí sunt, ista nõ ptinent aduersum Israël scilicet q uidebat dñm facie ad faciẽ. Ne- Roman. 9. q; enim oẽs q ex Israël sunt, hi Israël, neq; qa semen sunt Abrahã, oẽs filij, sed in Isaac inquit uocabitur tibi semen: Hoc ẽ, nõ q̃ filij carnis, hi filij dei, sed filij ꝓmissiõis deputãtur in semine: Sed hi ptinẽt ad spiritalẽ Siõ & ciuitatẽ Iudæ, id est ecclesiæ, de q̃bus Apostolus dicit: Erã aũt ignotus facie ecclesijs Iudæ quæ sunt in Christo: Quoniã, sicut Gala. 1. in eodẽ Psalmo paulopost ponitur, deus saluã faciet Sion, & ædificabũtur ciuitates Iudæ: Et inhabitabũt eã & hæreditatẽ acquirẽt eã: Et semen seruorũ eius posſidebit eã, et q̃ diligũt nomẽ eius, habitabũt in ea. Sed cũ hæc audiũt Iudæi, carnaliter accipiũt, & terrenã Hierusalẽ cogitãt, quæ seruit cũ filijs suis, nõ matrẽ nostrã æternã in cœlis. Galla. 4.

De Psalmo septuagesimonono, qui etiam intitulatur: Pro his qui immutabuntur. Cap. VI.

ITẽ Psalmus septuagesimusnonus similiter prænotatur: Pro his q̃ immutabũtur. In quo Psalmo inter cætera scriptum est: Respice de cœlo & uide & uisita uineã istã: Et ꝓfice eã quã plãtauit dextera tua, & sup filiũ ho- Psalm. 79 minis quẽ cõfirmasti tibi. Ipsa est enim uinea de qua dicitur: Vineã ex Aegypto trãstuliſti. Nõ enim Christus aliã plãtauit, sed ipsam ueniẽdo in melius cõmutauit. Sic et in Euangelio legitur: Malos male pdet, & uineã suam loca- Matth. 21 bit alijs agricolis. Nõ enim ait, eradicauit, aliãq; plantabit, sed eandẽ ipsam locauit alijs agricolis. Eadẽ nãq; est sanctorũ societatẽ ciuitas dei, & cõgregatio filiorũ ꝓmissiõis mortaliũ deceſſiõe ac succeſſiõe cõplenda, atq; in fine sæculi simul in oĩbus immortalitatẽ debitã recepturã, quæ alio mõ in alio Psalmo poliuã fructiferã significatur & dicit: Ego aũt sicut oliua fructifera in domo dei, speraui in misericordia dei in æternũ & in sæculũ sæculi. Ne- Psalm. 51 q; enim qa fracti sunt infideles et supbi, ac p hoc infructu Roma. 11 osi rami ut inſererẽtur oleaſter gentiũ, ideo pire potuit radix Patriarcharũ & Prophetarũ: Quia etsi fuerit inqt Esaias, numerus filiorum Israël sicut arena maris, reliquæ saluæ fiẽt, sed p eũ de quo dicitur: Et sup filiũ hoĩs quẽ cõ- Esaie. 10 firmasti tibi: Et de quo repitur: Fiat manus tua sup uirum Psalm. 79 dexteræ tuæ, et sup filiũ hoĩs quẽ cõfirmasti tibi. Et nõ discedimus à te. Per hũc filiũ hoĩs, id ẽ Christũ Iesũ, et de suis reliquijs, hoc ẽ Apostolis & alijs multis q ex Israëlitis in Christũ dñm crediderũt, accedẽte plenitudine gentiũ, uinea sancta pficitur, & remotiõe ueterũ atq; institutione nouorũ sacramentorũ titulus eius Psalmi: Pro his q̃ cõmutabũtur, impleatur. Aptioribus itaq; testimonijs cum eis agendũ est, quæ siue dissentiant, siue cõsentiãt, tñ sentiãt:

Hiere. 31 Ecce dies ueniunt dicit dominus, & confirmabo super domum Iacob testamentum nouum, non secundum testamentum quod constitui patribus eorum, in die qua apprehendi manum eorum ut educerem eos de terra Aegypti. Ista certe prædicta mutatio, non per Psalmorum titulos intelligentibus paucis significatur, sed manifesto præconio, prophetiæ uocis exprimitur. Aperte promissum est testamentum nouum, non secundum testamentum quod factum est ad populum quando eductus est de Aegypto. Cum ergo in illo ueteri testamento præcepta sint ista quæ nos ad nouum pertinentes obseruare non cogimur, cur Iudæi se potius in uetustate superuacua remansisse non cognoscunt, quàm nobis noua promissa tenentibus, q̃ uetera non obseruemus, obijciunt? Quoniam ergo sicut scriptũ Canti. 2 est in Cantico canticorum: Aspirauit dies, remoueantur umbræ, spiritalis significatio iam luceſcat, carnalis celePsalm. 49 bratio iam requiescat. Deus deorũ dominus locutus est, & uocauit terram, à solis ortu usq; ad occasum: Vtiq; Psalm. 95 omnem terram ad testamentum nouum, cui dicitur in alio Psalmo: Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Non ergo sicut antea ex monte Sina locutus est uni populo, quem uocauit ex Aegypto deus deorum, sed sic locutus est, ut uocaret terram, à solis ortu usq; ad occasum: Quam si Iudæus uellet intelligere locutionem, audiret hanc uocationem, & in eis Psalm. 49. esset quibus in eodem Psalmo dicitur. Audi populus meus & loquar tibi, Israël & testificabor tibi, deus deus tuus ego sum. Nam super sacrificia tua arguam te, holocausta autem tua in conspectu meo sunt semper. Non accipiam de domo tua uitulos, neq; de gregibus tuis hircos: Quoniam meæ sunt omnes bestiæ syluæ, pecora in montibus & boues. Cognoui omnia uolatilia cœli, & species agri mecum est. Si esuriero, non dicam tibi, meus est enim orbis terræ & plenitudo eius. Numquid manducabo carnes taurorum, aut sanguinem hircorum potabo? Immola deo sacrificium laudis, & redde altissimo uota tua. Inuoca me in die tribulationis, & eruam te, & glorificabis me. Certe & hic sacrificiorum ueterum aperta mutatio est. Illa enim deus acceptarum se non fuisse prædixit cultoribus suis, sacrificium laudis indixit: Et hoc non quod à nobis tanq̃ indigens expectat laudem, sed ut in ea nobis consulat ad salutem: Nam eundem Psalmum ita concluſit: Sacrificium laudis glorificauit me, & ibi uia est ubi ostendam illi salutare dei. Quid est salutare dei, nisi filius dei, saluator mundi, dies filius ex die patre, hoc est lumen ex lumine, cuius aduentus reuelauit testamentum nouum. Vnde etiam ibi Psalm. 95 dicitur. Cantate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra: cantate domino, benedicite nomini eius. Statim Euangelizandus ipse monstratur atq; additur: Bene nunciate de die in diem salutare eius. Ipse igitur sacerdos & uictima sacrificium laudis impleuit, malorum operum tribuens indulgentiam, & bene operandi largiens gratiam. Ad hoc enim domino sacrificium laudis ab eius cultoribus immolatur, ut qui gloriatur Hiere. 9 & 1. Corin. 1 in domino glorietur.

Q2 non sint Iudæi ueri Israel filij, sed fideles Christiani. Cap. VII.

SEd hoc Iudæi cum audiunt, erecta ceruice respondent: Nos sumus, de nobis hoc dictum est, nos enim sumus Israël populus dei: Nos in uerbis dicentis agnoscimus: Audi populus meus & loquar tibi, Israël & testificabor tibi. Quid sumus ad ista dicturi? Nouimus quidem Israël spiritalem, de quo dicit Apostolus: Et quicunq; hanc regulam sequuntur pax super illos & misericordia & super Israël dei. Istum autem Israël scimus esse carnalem de quo idem dicit: Videte Israël secundum carnem. Sed ista isti non capiunt, & eoipso seipsos carnales esse conuincunt. Quos paululum quasi præsentes alloqui libet: Ita ne uos ad eum populum pertinetis quem uocauit deos deorum à solis ortu usq; ad occasum? Nonne uos ex Aegypto in terram Chanaan translati estis? Non illuc uocati à solis ortu usq; ad occasum, sed inde dispersi in solis ortum & in occasum. Nõne uos ad eius inimicos potius pertinetis q̃ dicit in Psalmo: Deus meus misericordia eius præueniet me: Deus me Psalm. 58 us demonstra mihi inter inimicos meos, ne occideris eos, ne quando obliuiscantur legis tuæ: Disperge illos in ueritate tua? Vnde non obliuiscentes legem dei, sed eandem circumferẽtes, gentibus ad testimonium, uobis ad opprobrium, nescientes eam populo ministratis qui uocatus est à solis ortu usq; ad occasum. An uero negabitis & ea quæ tanta auctoritate prædicta, tanta manifestatone cõpleta sunt? Aut maiore cæcitate non intuemini, aut mirabili impudentia non fatemini? Quid ergo ad illud responsuri estis quod Esaias Propheta proclamat: Erit Esaiæ. 2 in nouissimis temporibus manifestus mons domus domini paratus in cacumine montium, & exaltabitur super colles, & uenient ad eum uniuersæ gentes & dicent: Venite ascendamus in montem domini, & in domum dei Iacob, & annunciabit nobis uiam salutis, & ingrediemur in eam: Ex Sion enim lex prodiet & uerbum domini ex Hierusalem? An & hic dicturi estis: Nos sumus? Quoniam audistis domum Iacob & Sion & Hierusalem, quasi nos negemus de semine Iacob esse Christum dominum secundum carnem, qui significatus est uocabulo montis parati super cacumen montium, q̃ omnes celsitudines eorum eius celsitudo transcendit: Aut negemus Apostolos & illas ecclesias Iudeæ, quæ post Christi resurrectionẽ in eũ cõtinuo crediderunt, ad domũ Iacob ptinere: Aut uero alius intelligẽdus sit spiritaliter Iacob q̃ ipse populus Christianus, q̃ cũ sit minor natu q̃ populus Iudæorũ, tamen eũ crescẽdo supauit, et subdidit, ut impleretur qd' de duobus illis fratribus in figura prædictũ ẽ: Et maior seruiet minori. Siõ aũt et Hierusalẽ q̃is spi- Gene. 25 ritaliter intelligatur ecclesia, magis tamen aduersus istos

idoneum

idoneum testimonium est, q, ex isto loco ubi Christum crucifixerunt & lex & uerbum domini processit ad gentes: Lex enim quæ illis per Moysen data est, de qua superbius extollunter, & de qua melius conuincuntur, nõ intelligitur prodisse de Sion & Hierusalem, sed de monte Sina: Ad terram quippe promissionis, ubi est quæ appellatur etiam Hierusalem, post quadringentos annos cum ipsa lege uenerunt: Non autem ibi eam uel deinde acceperunt: Euangelium uero Christi, & lex fidei, quod certum est, inde processit: Sicut etiam ipse dominus postquam resurrexit, loquens discipulis suis, & ostendens
Luc. 24 prædicta diuinorum eloquiorum in se esse completa: Quoniam sic scriptum est inquit, & sic oportet Christum pati, & resurgere à mortuis die tertio, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Ec-
Esai. 2 ce quod prophetauit Esaias dicens: Ex Sion enim lex prodiet, & uerbum domini ex Hierusalem: Ibi enim ue-
Actо. 2 niens desuper secundum domini promissionem spiritus sanctus, eos quos tunc una domus continebat, implenit, & loqui linguis omnium gentium fœcit, & inde exierunt prædicare Euangelium in noticia omnium gentium. Sicut enim lex illa quæ processit de monte Sina, quinquagesimo die post celebratum pascha, conscripta est digito dei, quo significatur spiritus sanctus, ita lex ista quæ pro-
2 Corin. 3 cessit de Sion & Hierusalem, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis sanctorum Euangelistarum scripta est per spiritum sanctum quinquagesimo die post uerum pascha passionis & resurrectionis domini Christi, quo die spiritus sanctus & missus, qui fideliter fuerat ante promissus. Ite nunc ò Israëlitæ secundum carnem, non se-
Esaiæ, 2. cundum spiritum: Ite nunc, & adhuc contradicite apertissimæ ueritati, & cum auditis: Venite ascendamus in montem domini, & in domum dei Iacob, dicite: Nos sumus cæci, ut offendatis in montem ubi collisa facie peius perditis frontem. Si uere uultis dicere, nos sumus, ibi hoc dicite, ubi auditis: Ob iniquitatem populi mei ductus
Esai. 53 est ad mortem. De Christo enim dictum est, quem uos in parentibus uestris duxistis ad mortem, qui sicut ouis ad immolandum ductus est, ut pascha quod nescientes in pecude celebratis, nobis per Christum, qui est agnus dei, cõsecraretur: Nam pascha nostrum immolatus est Chri-
1. Corin. 5 stus. Si uerè uultis dicere, nos sumus, tunc dicite quando
Esaiæ. 6. auditis: Incrassa cor populi huius, & aures eorum opila, & oculos eorum graua. Tunc dicite, nos sumus,
Esai. 65 quando auditis: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem, & contradicentem. Tunc dici-
Psalm. 68. te, nos sumus, quando auditis: Excæcentur oculi eorum ne uideant, & dorsa eorum semper incurua. In his atq; huiusmodi propheticis uocibus dicite, nos sumus, ubi sine ulla dubitatione uos estis, sed sic cæci estis, ut esse uos dicatis ubi non estis, & non uos agnoscatis ubi estis.

De dimissione Iudaicę plebis, & gentium uocatione, ex Esaia propheta ostenditur. Cap. VIII.

SEd in hæc manifestiora quæ dicturus sum, pauli-sper attendite. Certe cum auditis in bono Israël, dicitis: Nos sumus. Et cũ auditis in bono Iacob, dicitis: Nos sumus. Et cũ à nobis causſa requiritur, respondetis: Quoniam Iacob ipse est & Israël, ex quo Patriarcha propagati sumus, unde merito patris nostri appellatione censemur. Non ergo uos alto & graui somno dormientes, ad spiritalia quæ non capitis excitamus: Neq; nunc quomodo spiritaliter accipienda sint ista uocabula uobis in auditu, & uisu spiritali surdis & cæcis persuadere conamur. Nempe sicut & uos fatemini, & lectio libri geneseos manifeste declarat: Vnus homo erat Iacob & Israël, & unde gloriamini, ipsa est domus Iacob, quæ domus est Israël: Quid est ergo quod idem ipse propheta cum præ- Esaiæ. 2
nunciasset montem futurum paratum in cacumine montium, ad quem uenturæ essent uniuersæ gentes, quia non de monte Sina, sed de Sion & Hierusalem lex & uerbum domini processurum esset omnibus gentibus, quod manifestissime in Christo & Christianis uidemus completum, Paulo post dicit: Et nunc tu domus Iacob, uenite ambulemus in lucem domini? Hic profecto dicitis, ut soletis: Nos sumus. Sed quod sequitur paulisper attendite, ut cum dixeritis quod uultis, etiam quod non uultis, audiatis. Nam propheta coniungit & dicit: Dimisit enim plebem suam domum Israël. Hic dicite, nos sumus, hic uos agnoscite, & nobis quia ista comme nõramus, ignoscite. Si enim libenter auditis, ad uestrum dicuntur alloquium: Si uero indignanter auditis, dicuntur ad opprobrium. Dicantur tamen oportet, siue uolentibus, siue nolentibus uobis. Ecce non ego, sed propheta quem legitis, per quem deum locutum non potestis negare, quem de auctoritate diuinarum scripturarum non potestis auferre, quemadmodum illi dominus imperauit, exclamat uehementer, & sicut tuba exaltat uocem suam, uosquè increpat dicens: Et Esaiæ, 58
nunc tu domus Iacob, uenite ambulemus in lucem do- Esaiæ. 2
mini. Occidistis Christum in parentibus uestris.

Tamdiu non credidistis, & contradixistis, sed nondum petistis, quia nondum de corpore existis, & nunc habetis spacium pœnitendi, & nunc uenite: Olim quidem debuistis, sed & nunc uenite, nondum finiti sunt dies, cui non uenit ultimus dies. Aut si uos tanquam domum Iacob Prophetam secutos iam in lucem domini creditis ambulare, domum Israël quam dimisit, ostendite. Nos enim utroſq; monstramus, & quos ex illa domo uocando discreuerat, & quos illic remanentes dimiserit. Reuocauit enim inde non solos Apostolos, sed etiam post Christi resurrectionem populum magnum: Vnde superius iã diximus. Dimisit aũt illos, quos etiam uos nõ credendo imitamini, & uosipsos,

qui

qui eos imitando in eadem pernicie demoramini. Aut si uos estis quos inde reuocauit, ubi sunt quos dimisit? Non enim potestis dicere quod nescio, quam aliam gentem dimiserit, cum propheta clamet: Dimisit enim plebem suam domum Israël. Ecce quod estis, non quod uos esse iactatis. Dimisit enim & uineam, de qua expectauit ut faceret uuas, fecit autem spinas, & mandauit nubibus suis ne pluerent super eam imbrem: Sed etiam inde eos reuocauit quibus dicit: Iudicate inter me & uineam meam. De quibus & dominus ait: Si ego in beelzebub eijcio dæmonia, filij uestri in quo eijciunt? Ideo ipsi iudices erunt uestri. Quibus hoc promittens: Sedebitis inquit super duodecim sedes, iudicantes duodecim tribus Israël. Sedebit itaq; domus Iacob quæ in lucem domini uocata ambulabit, iudicare domum Israël, hoc est plebem ipsius quam dimisit. Quomodo enim iuxta eundem prophetam, lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, nisi q; ex circumcisione & præputio populi tanquam parietes de diuerso uenientes, in angulo sibimet tanquam in pacis osculo copulantur. Vnde dicit Apostolus: Ipse est enim pax nostra qui fecit utraq; unum. Qui ergo ex domo Iacob siue Israël uocantem secuti sunt, ipsi sunt lapidi angulari cohærentes, & in domini luce ambulantes: Quos uero ibi dimisit, ipsi sunt ruinam ædificantes, & angularem lapidem reprobantes.

Esaie, 5
Matth. 12
Matth. 19
Psalm. 117
Ephe. 2

Ex alio propheta idem demonstratur. Cap. IX.

Postremo si hæc uerba prophetica secundum cor uestrum in alium sensum detorquere conamini ò Iudæi, contra salutem uestram resistentes filio dei. Si hæc inquam uerba sic uultis accipere, ut eadem sit plebs & domus Iacob uel Israël, & uocata & dimissa, non in alijs uocata, in alijs dimissa, sed uniuersa propterea uocata, ut ambularet in lucem domini, quoniam propterea erat dimissa, q; non ambulabat in luce domini: Aut certe sic in alijs uocata, in alijs dimissa, ut nulla facta separatione mensæ dominicæ, ad Christi sacrificium pertineant, sub eisdem ueteribus sacramentis essent utiq;, scilicet qui in luce domini ambulantes eius præcepta seruarunt, & hi qui iusticiam respuentes, ab eo deseri meruerunt. Si hæc ergo sic intelligere uultis, quid dicturi estis, & quomodo alium prophetam intellecturi, qui uobis omnino hanc amputat uocem tanta manifestatione clamantem: Non est mihi uoluntas in uobis dicit dominus omnipotens, & sacrificium non accipiam de manibus uestris: Quia ab Oriente sole usq; in Occidentem nomen meum clarum factum est in gentibus, & in omni loco sacrificium offertur nomini meo, sacrificium mundum, quoniam magnum est nomen meum in gentibus, dicit dominus omnipotens. Qua tandem uoce tantæ rerum euidentiæ reclamatis? Quid uos amplius nimis impudenter extollitis, ut grauiore ruina miserabilius pereatis? Non est mihi uoluntas in uobis dicit, non quicunq;, sed dominus omnipotes. Quid tantum de Abrahæ semine gloriamini, qui ubicunq; auditis Iacob aut Israël, aut domum Iacob, aut domum Israël cum aliqua laude dici, contenditis hoc non potuisse dici nisi de uobis, cum dominus omnipotens dicat: Non est mihi uoluntas in uobis, & sacrificium non accipiam de manibus uestris? Certe hic negare non potestis, non solum illum non accipere sacrificium de manibus uestris, sed nec uos illi offerre manibus uestris. Sed quare hoc illi offerri de manibus uestris non uult? Locus enim unus est lege domini constitutus, ubi manibus uestris sacrificia iussit offerri, præter quem locum omnino prohibuit. Hunc ergo locum quoniam uestris meritis amisistis, etiã sacrificium quod ibi tantum licebat offerri, in locis offerre alijs non audetis. Ecce omnimodo impletum est quod ait propheta: Et sacrificium non accipiam de manibus uestris. Nam si in terrena Hierusalem maneret uobis templum & altare, possetis dicere in eis hoc esse completũ: Quorum iniquorum inter uos constitutorum sacrificia dominus non acceptat. Aliorum uero ex uobis atq; in uobis acceptare sacrificia qui dei præcepta custodiunt, hoc non est cur possit dici, ubi nullus omnino uestrum est qui secundum legem quæ de monte Sina processit, manibus suis sacrificium possit offerre. Neq; hoc ita prædictum & impletum est, ut uos Propheticæ sententiæ respondere permittat: Quia manibus non offerimus carnem, sed corde & ore offerimus laudem, secundum illud in Psalmo: Immola deo sacrificium laudis. Etiam hinc cõtradicit uobis qui dicit: Non est mihi uoluntas in uobis. Deinde ne existimetis non offerentibus uobis nec illo accipiente de manibus uestris deo sacrificium non offerri, quo quidem ille non eget, qui bonorum nostrorum nullius indiget, tamen q, sine sacrificio non est, quod non illi, sed uobis utile est, adiungit & dicit: Quia ab Oriente sole usq; in Occidentem nomen meum clarum est factum in omnibus gentibus, & in omni loco sacrificium offertur nomini meo, sacrificium mundum, quoniam magnum nomen meum in gentibus dicit dominus omnipotens. Quid ad hæc respondetis? Aperite oculos tandem aliquando & uidete, ab Oriente sole usq; in Occidentem, non in uno, sicut uobis fuerat constitutum, sed in omni loco offerri sacrificium Christianorum, non cuilibet deo, sed ei qui ista prædixit, deo Israël. Vnde & alibi dicit ecclesiæ suæ. Et qui eruerit te, ipse deus Israël uniuersæ terræ uocabitur. Scrutamini scripturas, in quibus putatis uos habere uitã æternam. Et profecto haberetis, si Christum in eis intelligeretis & teneretis: Sed perscrutamini eas, ipsæ testimonium perhibent de hoc sacrificio mundo, quod offertur deo Israël, non ab una gente uestra, de cuius manibus non se accepturum prædixit, sed ab omnibus gentibus quæ dicunt: Venite ascendamus in montem domini. Nec in uno loco, sicut uobis præceptum erat in terrena Hierusalem, sed in omni loco, usq; in ipsam Hierusalem. Nec secundũ ordinẽ Aaron, sed secundum ordinẽ Melchisedech. Christo enim dictum est, & de Christo tãto añ

Malac. 1
Psalm. 49
Psalm. 15
Esaie, 54
Iohan. 5.
Esaie, 2

prædictum

prædictum est: Iurauit dominus & non pœnitebit eum,
Psalm.109 tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. Quid est, iurauit dominus, nisi inconcussa ueritate firmauit? Et quid est, non pœnitebit eum, nisi hoc sacerdotium nulla omnino ratione mutabit? Neq; enim sicut hominem, pœnitet deum, sed dei dicitur pœnitentia, quamuis ab illo institutæ rei cuiusq; mutatio quæ credebatur esse mansura. Proinde cum dicit, non pœnitebit eum, tu es sacerdos in æternum secundum ordinem Melchisedech, satis ostendit eum pœnituisse, hoc est eum mutare uoluisse sacerdotium quod constituerat secundum ordinem Aaron, sicut de utroq; uidemus impletum. Nam & Aaron sacerdotium iam nullum est in aliquo templo, & Christi sacerdotium in æternum perseuerat in cœlo. Ad hanc ergo lucem domini uocat nos propheta cum dicit: Et nunc domus Iacob, uenite ambulemus in
Esai,2 luce domini: Tu domus Iacob quam uocauit & elegit, non tu quam dimisit. Dimisit enim plebem suam domum Israël. Quicunq; inde uenire uultis, ad hanc pertinebitis quam uocauit, illa carebitis, quam dimisit. Lux quippe domini in qua ambulant gentes, illa est de qua idem
Esai.49 Propheta dicit: Dedi te in lucem gentium, ut sis salus usq; in fines terræ. Cui hoc dictum est nisi Christo? De quo impletum est, nisi de Christo? Non est ista lux in uo-
Roman,11 bis, de quibus identidem dictum est: Dedit illis deus spiritum compunctionis, oculos ut non uideant, & aures ut non audiant usq; in hodiernum diem. Non est inquam
Psalm,117 Psalm.33. in uobis hæc lux, ideo omni cæcitate lapidem reprobatis, qui factus est caput anguli. Ergo accedite ad eum & illuminamini. Quid est accedite, nisi credite? Quo enim
Daniel.2 eatis ut ad eum accedatis? Cum ille sit lapis de quo Daniel Propheta dicit, quòd crescendo tam magnus mons
Esaie,2. factus sit, ut impleret uniuersam faciem terræ. Sic enim & gentes quæ dicunt: Venite ascendamus in montem domini, nusquam terrarum pergere & peruenire contendunt, ubi sunt, ibi ascendunt, quia in omni loco sacrificium offertur secundum ordinem Melchisedech. Et sicut alius Propheta dicit: Exterminat deus omnes deos gentium terræ, & adorant eum unusquisq; de loco suo. Cum ergo uobis dicitur: Accedite ad eum, non uobis dicitur, naues aut iumenta præparate, & uestris uictimis onerate, & de tam longinqua terra pergite ad locum, ubi deus sacrificia uestræ deuotionis acceptet, sed accedite ad eum qui in uestris auribus prædicatur: Accedite ad eum qui ante oculos uestros glorificatur. Ambulando non laborabitis, ibi enim acceditis ubi creditis.

Qualiter cum Iudæis differendum sit. Cap. X.

HAEc fratres charissimi, siue gratanter siue indignanter audiant Iudæi, nos tamen ubi possumus, cum eorum dilectione prædicemus. Nec superbe gloriemur aduersus ramos fractos, sed potius cogitemus cuius gratia & quanta misericordia, & in qua radice inserti sumus, ut non alta sapiamus, sed humilibus consentientes, non eis cum præsumptione insultando, sed cum tremore exultando dicamus: Venite ambulemus in luce domini, quoniam magnum est nomen eius in gentibus. Si enim audierint et obaudierint, erunt inter eos de quibus dictum est: Accedite ad eum & illuminamini, & Psalm.33. uultus uestri non erubescunt. Si autem audiunt & non obaudiunt, uident & inuident, inter eos sunt de quibus dictum est: Peccator uidebit & irascetur, dentibus suis frendet & tabescet. Ego autem dicit ecclesia Christo, uelut oliua fructifera in domo domini, speraui in misericordia dei in æternum, & in sæculum sæculi.

Rom.11
Roman,12
Psalm.111
Psalm.51

Diui Aurelij Augustini Hipponèsis episcopi, aduersos Iudæos, liber explicit.

Diui

DIVI AVRELII AVGVstini Hipponensis episcopi, in libros retractationum.

Prologus.

IAM DIV EST QVOD facere cogito atq; dispono, quod nunc adiuuante domino aggredior: Quia differendum esse non arbitror, ut opuscula mea, siue in libris, siue in Epistolis, siue in tractatibus, cum quadam iudiciaria seueritate recensem, & quod me offendit, uelut cesorio stilo denotem: Neq; enim quis q̃ nisi imprudens, ideo quia mea errata reprehendo, me audebit reprehendere. Sed si dicit non ea debuisse à me dici, quæ postea mihi etiam displicerent: Verum dicit, & mecum facit. Eorum quippe reprehensor est, quorum & ego. Neq; enim reprehendere deberem, si dicere debuissem. Sed ut uolet quisq; accipiat hoc quod facio. Me tamen illam Apostolicam sententiam & in hac re oportuit intueri, ubi ait: Si nosipsos iudicaremus, à domino non iudicaremur. Illud etiam quod scriptum est: Ex multiloquio non effugies peccatum. Terret me plurimum, non quia multa scripsi, uel quia multa etiam quæ dictata non sunt, tamen à me dicta, cõscripta sunt. Absit enim ut multiloquium deputetur quando necessaria dicuntur, quantalibet sermonum multitudine ac prolixitate dicantur. Sed istam sententiam scripturæ sanctæ propterea timeo, quia de tã multis disputationibus meis sine dubio multa colligi possunt, quæ si non falsa, aut certe uideantur, siue etiam conuincantur nõ necessaria. Quem uero Christus fidelium suorum non terruit, ubi ait: Omne uerbum otiosum quodcunq; dixerit homo, reddet pro eo rationem in die iudicij. Vnde & eius Apostolus Iacobus: Sit inquit omnis hõ uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Et alio loco: Nolite inquit plures fieri magistri fratres mei, scientes, quoniam maius iudicium sumitis: In multis enim offendimus omnes. Si quis in uerbo non offendit, hic perfectus est uir. Ego mihi hanc perfectionem nec nunc arrogo, cum iam sim senex, quanto minus cum iuuenis cœpi scribere, uel apud populos dicere: Tantumq; mihi tributum est, ut ubicunq; me præsente loqui opus esset ad populum rarissime tacere atq; alios audire permitterer, & esse uelox ad audiendum, tardus autem ad loquendum. Restat igitur ut me ipsum iudicem sub magistro uno, cuius de offensionibus meis iudicium euadere cupio. Magistros autem plures tunc fieri existimo, cum diuersa atq; inter se aduersa sentiunt: Cum uero idipsum dicunt omnes, & uerum dicunt, ab unius ueri magistri magisterio non recedunt. Offendunt autem non cum illius multa dicunt, sed cum addunt sua. Sic quippe incidunt ex multiloquio in falsiloquium. Scribere autem ista mihi placuit, ut hæc emittam in manus hominum, à quibus ea quæ iam edidi, emendanda reuocare nõ possum. Nec illa sane prætereo, quæ catechuminus iam, licet relicta spe, quam terrenam gerebam, sed adhuc sæcularium literarum consuetudine inflatus scripsi, quia & ipsa exierunt in noticiam describentium atq; legentium, et leguntur utiliter. Sed nõnullis ignoscatur, uel si non ignoscatur, non tamen inhæreatur erratis. Quapropter quicunq; ista lecturi sunt, nõ me imitentur errantem, sed in melius proficientem. Inueniet enim fortasse quomodo scribendo profœcerim, quisquis opuscula mea ordine quo scripta sunt legerit. Quod ut possit, hoc opere quantum potuero, curabo ut eundem ordinem nouerit.

1 Corin. 11

Prouer. 10

Matth. 12

Iacob. 1

Iaco. 3.

DIVI AVRELII AVGVstini Hipponensis episcopi, retractationum liber primus, incipit.

Contra Academicos libri tres. Cap. I.

CVM ERGO RELIQVISsem uel quæ adeptus fueram in cupiditatibus huius mundi, uel quæ adipisci uolebam, & me ad Christianæ uitæ ocium contulissem, nondum baptizatus, contra Academicos uel de Academicis primum scripsi, ut argumenta eorum, quæ multis ingerunt ueri inueniendi desperationem, & prohibẽt cui q̃ rei assentiri, & omnino aliquid manifestum, tanq̃ certum sit approbare sapientem, cum eis omnia uideantur obscura & incerta, ab animo meo, quia & me mouebant, quantis possem rationibus amouerem: Quod miserante et adiuuante deo factum est. Sed in eisdem tribus libris meis, non mihi placet totiens me appellasse fortunam q̃uis non aliquam deam uoluerim hoc nomine intelligi, sed fortuitum rerum euentum, uel in corporis nostri, uel in externis bonis aut malis: Vnde & illa uerba sunt quæ nulla religio dicere prohibet, forte, forsitan, fortasse, fortuitu. Quod tamen totum ad diuinam reuocandum est prouidentiam: Hoc enim illi non tacui dicens: Etenim fortuitu, quæ uulgo fortuna nominatur, occulto quodam ordine regitur, nihilq; aliud in rebus casum nominamus, nisi cuius ratio & caussa secreta est. Dixi quidẽ hoc, uerumtamen pœnitet me sic illic nominasse fortunam, cum uideam homines habere in peßima consuetudine, ubi dici debet, hoc deus noluit, dicere, hoc noluit fortuna. Quod autem quodam loco dixi: Ita comparatum est, siue pro meritis nostris, siue pro necessitate naturæ, ut diuinum animum mortalibus inhærẽtem nequaq̃ philosophiæ portus accipiat &c.

Lib. 1 contra Academicos cap. 3 et cap. 7

Libro primo contrà Academicos cap. 4

accipiat &c. Aut nihil duorum horum dicendũ fuit, quia etiam sic sensus posset esse integer: Aut satis erat dicere, p meritis nostris, sicut uerum est ex Adam tracta miseria, nec addere, siue pro necessitate naturæ, quandoquidem naturæ nostrã dura necessitas merito præcedentis iniquitatis exorta est. Itemq; illic quod dixi: Nihil omnio colendum esse, totumq; abijciendum quicquid mortalibus oculis cernitur, quicquid ullus sensus attingit. Addenda erant uerba, ut diceretur, quicquid mortalis corporis ullus sensus attingit: Est enim sensus & mentis. Sed eorum more loquebamur tunc, qui sensum non nisi corpus dicunt, & sensibilia non nisi corporalia. Itaq; ubicunque sic locutus sum, parum est ambiguitas euitata, nisi apud eos quorum consuetudo est locutionis huius. Item dixi: Quid censes aliud esse beate uiuere, nisi secundum id qđ in homine optimum est uiuere? Et quid dixerim in homine esse optimum, paulopost explicans: Quis inquam dubitauerit, nihil esse aliud hominis optimum, quàm eam partem animi, cui dominãti obtemperare conuenit cætera quæq; in homine sunt? Hæc autem ne aliam postules definitionem, mens aut ratio dici potest. Hoc quidem uerum est: Nam quantum attinet ad hominis naturam, nihil est in eo melius quàm mens & ratio, sed non secundum ipsam debet uiuere qui beate uult uiuere, alioquin secundum hominem uiuit, cum secundum deum uiuendum sit, ut possit ad beatitudinem peruenire, propter quã consequendam, non seipsa debet esse contenta, sed deo mens nostra subdenda est. Item respondens ei cum quo disputabatur: Hic plane inquam non erras, quod ut tibi omen sit ad reliqua, libenter optauerim: Hoc licet non serio, sed ioco dictum sit, nollem tamen eo uerbo uti: Omen quippe me legisse non recolo, siue in sacris literis nostris, siue in sermone cuiusquám Ecclesiastici sermonis disputatoris, quamuis abominatio inde sit dicta, quæ in diuinis libris assidue reperitur. In secundo autem libro prorsus inepta est & insulsa illa quasi fabula de Philocalia & Philosophia, quód sint germanæ, & eodem parente procreatæ. Aut enim Philocalia, quæ dicitur, non nisi in nugis est, & ob hoc philosophiæ nulla ratione germana. Aut si propterea est hoc nomen honorandum, quia latine interpretatum, amorem significat pulchritudinis, & est uera ac summa sapientiæ pulchritudo, eadem ipsa est in rebus incorporalibus atque summis philocalia quæ & philosophia, neque ullo modo sunt quasi sorores duæ. Alio loco cum agerem de animo, dixi: Securior rediturus in cœlum: Iturus autem, quàm rediturus dixissem securius, propter eos qui putant animos humanos pro meritis peccatorum suorum de cœlo lapsos siue deiectos, in corpora ista detrudi. Sed hoc ego propterea non dubitaui dicere, quia ita dixi in cœlum, tanquàm dicerem ad eum quia eius est auctor & conditor, sicut beatus Cyprianus non cunctatus est dicere: Nam cum corpus è terra, spiritum posideamus è cœlo, ipsi terra & cœlum sumus. Et in libro Ecclesiastes scriptum est: Spiritus reuertatur ad deum qui dedit illum. Quod utique intelligendum est, ut non resistatur Apostolo dicenti, nondum natos nihil egisse boni aut mali. Sine controuersia ergo quædam originalis regio beatitudinis animi deus ipse est Qui eum non quidem de seipso genuit, sed de nulla re alia condidit, sicut condidit corpus è terra: Nam quod attinet ad eius originem. qua sit ut in corpore, utrum de illo uno sit qui primum creatus est, quando factus est homo in animam uiuam, an semper ita fiant singulis singuli, nec tunc sciebam, nec ad huc scio. In libro tertio: Si quid mihi uideatur quæris inquam, in mente arbitror esse summum hominis bonum. Verius dixissem, in deo: Ipso enim mens fruitur ut beata sit, tanquàm summo bono suo. Nec mihi illud placet quod dixi: Liquet deierare per omne diuinum. Item quod dixi de Academicis, quia nouerãt uerum, cuius simile appellabant ueri similé, idque ipsum ueri similé appellaui falsum, quod approbant duas ob causas. Non recte dictum est, uel quod falsum esset, uel aliquo modo esset simile alicuius ueri, quia in genere suo & hoc uerum est, uel quod approbant ista falsa, quæ uocabant ueri similia, cum illi nihil approbarent & affirmarent, nihil approbare sapientem. Sed quia ipsum ueri simile etiam probabile non culpabant, hinc factum est ut hoc de illis dicerem. Laus quoque ipsa qua Platonem uel Platonicos siue academicos philosophos tantum extuli quantum impios homines non oportuit, non immerito mihi displicuit, præsertim contra quorum errores magnos defendenda est Christiana doctrina. Illud etiam quod in comparatione argumentorũ Ciceronis, quibus in libris suis Academicis usus est, meas nugas esse dixi, quibus argumenta illa certissima ratione refutaui, quámuis iocãdo dictum sit, & magis ironia uideatur, non debuit tamen dici. Hoc opus sic incipit: O utinam Romaniane hominem sibi aptum.

Lib, 1, contra academicos. cap. 1

Li. 1. cõtra academicos cap. 2

Li. 1. cõtra academicos cap. 4.

Li. 2, cõtra academicos cap 3.

Li. 2, cõtra academicos cap. 9

Li. 1. de libero arbi. cap. 12

Eccles. 12

Roman. 9

Lib. 10. de geñ. ad litterã, cap. 6. 7

Li. 3, cõtra academicos cap. 12

Li. 3. cõtra academicos cap. 16

Li. 3, cõtra academicos cap. 17. & cap. 18

Li. 3. cõtra academicus cad. 17

Li. 3, cõtra academicos cap. 20

De beata uita. Liber unus. Cap. II.

Librum de beata uita, nõ post libros de Academicis sed inter illos ut scriberem, contigit. Ex occasione quippe ortus est dies natalis mei, & tridui disputatione completus, sicut ipse satis indicat. In quo libro constitit inter nos, qui simul quærebamus, non esse beatam uitam, nisi perfectam cognitionem dei. Displicet tamen illic, quód Manlio Theodoro, ad quem librum ipsum scripsi, quámuis docto & Christiano uiro, plus tribui quàm deberem. Et quod fortunam etiam illic sæpe nominaui. Es quòd tempore uitæ huius in solo animo sapientis dixi habitare uitam beatam, quomodolibet se habeat corpus eius, cum perfectam cognitionem dei, hoc est, qua homini maior esse non possit, in futura uita speret Apostolus, quæ sola beata uita, dicenda est, ubi & corpus incorruptibile atque immortale spiritui suo sine ulla molestia uel reluctatione subdetur. Sane istum librum in nostro codice interruptum repperi non parum minus habe-

De beata uita in præfatione.

De beata uita in præfatione.

De beata uita disputatione, 3

re, & sic à fratribus quibusdam descriptus est, nec adhuc apud aliquem integrum inueneram, ex quo emendarem quando hæc retractaui. Hic liber sic incipit: Si ad Philosophiæ portum.

De ordine Libri duo. Cap. III.

PEr idem tempus inter illos qui de Academicis scripti sunt, duos etiam libros de ordine scripsi, in quibus magna quæstio uersatur, utrum omnia bona & mala diuinæ prouidentiæ ordo contineat. Sed cum rem uiderem ad intelligendum difficilem, satis ægre ad eorum perceptionem cum quibus agebã disputando posse perduci, de ordine studendi loqui malui, quo à corporalibus ad incorporalia potest proficì. Verum & in his libris dispIicet mihi sæpe interpositum fortunæ uocabulum. Et quòd non addebam, corporis, quando sensus hominis nominaui. Et quòd multum tribui liberalibus disciplinis, quas multi sancti nesciunt, quidam autem qui sciunt eas, sancti non sunt. Et quòd musas quasi aliquas deas, quámuis iocando commemoraui. Et quòd admirationem uitium nuncupaui. Et quòd philosophos non uera pietate præditos, dixi uirtutis luce fulsisse. Et quòd duos mundos, unum sensibilem, alterum intelligibilem, nõ ex Platonis uel ex Platonicorũ persona, sed ex mea sic commendaui, tanquam hoc etiam dominus significare uoluerit, quia non ait, regnum meum non est de mundo, sed: Regnum meum non est de hoc mundo, cum posset & alia locutione dictum inueniri. Et si alius à domino Christo significatus est mundus, ille congruentius posset intelligi, in quo erit cœlum nouum & terra noua, quando complebitur quod oramus dicentes: Adueniat regnum tuum. Nec Plato quidem in hoc errauit, quia esse mundum intelligibilem dixit, si non uocabulum quod Ecclesiasticæ consuetudini in re illa non usitatum est, sed ipsam rem uelimus attendere. Mundum quippe ille intelligibilem, nuncupauit ipsam rationem sempiternam atq; incommutabilem, qua fecit deus mundum. Quam qui esse negat, sequitur ut dicat, irrationabiliter deum fecisse quod fecit, aut cum faceret uel antequám faceret, nescisse quid faceret, si apud eum ratio faciendi non erat. Si uero erat, sicut erat, ipsam uidetur! Plato uocasse intelligibilem mundum. Nec tamen isto nomine nos uteremur, si iam satis essemus literis Ecclesiasticis eruditi. Nec illud mihi placet, quód cum dixissem: Summa opera danda est optimis moribus, mox addidi: Deus enim noster aliter nos exaudire non poterit: Bene autem uiuentes facillime exaudiet. Sic enim dictum est, tanquam deus non exaudiat peccatores, quod quidam dixit in Euangelio: Sed ille qui nondũ nouerat Christum, à quo fuerat iam illuminatus in corpore. Nec illud placet mihi quòd Phythagoræ philosopho tantum laudis dedi, ut qui legit uel audit, possit putare me credidisse nullos errores in Pythagorica esse doctrina, cum sint plures, isdemq; capitales. Hoc opus sic incipit: Ordinem rerum Zenobi.

Li. 2. de ordine, cap. 7

1. de ordine cap. 1)

1. de ordine ca. 1 & 2.

1. de ordine cap. 8

1. de ordine cap. 8 & 2. cap. 14

1. de ordine cap. 3

1. de ordine cap. 11

1. de ordine cap. 11. & 2 cap. 18

Iohan. 18

Apoco. 12

Matt. 6

2. de ordine cap. 20

Iohan. 9

2. de ordine cap. 20

Soliloquiorum. Libri duo. Cap. IIII.

INter hæc scripsi etiam duo uolumina secundum studium meum & amorem ratione indagandæ ueritatis, de his rebus quas maxime scire cupiebam, me interrogãs, mihiq; respondens, tanquàm duo essemus, ratio & ego, cum solus essem. Vnde hoc opus soliloquia nominaui, sed imperfectum remansit: Ita tamen ut in primo libro quæreretur, & utcunq; appareret qualis esse debeat, qui uult percipere sapientiam, quæ utiq; non sensu corporis, sed mente percipitur: Et ex quadam ratiocinatione in fine libri colligitur ea quæ uere sunt, immortalia esse. In secundo autem de immortalitate animæ diu res agitur, & non peragitur. In his sané libris non approbo: Deus qui nisi mundos scire uoluisti. Responderi enim potest, multos etiam non mundos multa scire uera. Neq; enim definitum est hic quid sit uerum, quod nisi mundi scire non possint, & quid sit scire. Et illud quod ibi positum est: Deus cuius regnum est totus mundus, quem sensus ignorat. Si deus intelligendus est, addenda fuerant uerba ut diceretur, quem mortalis corporis sensus ignorat. Si autem mundus dictus est quem sensus ignorat, ille recte intelligitur qui futurus est in cœlo nouo & terra noua. Sed etiam hic addenda erant illa uerba, ut diceretur, mortalis corporis sensus: Sed illo more adhuc loquebar, quo sensus proprie corporis appellatur. Nec assidue repetendum est, quòd & superius inde iam dixi, sed hoc recolendum, ubicunq; ista locutio in meis literis inuenitur. Et ubi dixi de patre & filio: Qui gignit, & quem gignit, unum est, dicendum fuit, unum sunt: Sicut aperte ipsa ueritas loquitur dicens: Ego & pater unum sumus. Nec illud mihi placet, quod in ista uita deo intellecto iam beatam esse animam dixi, nisi forte spe. Item q dixi: Ad sapientiæ cognitionem non una uia peruenìri, non bene sonat, quasi alia uia sit præter Christum, qui dixit: Ego sum uia. Vitanda ergo erat hæc offensio aurium religiosarum, quãuis alia sit illa uniuersalis uia, aliæ autem uiæ de quibus in Psalmo canimus: Vias tuas domine notas fac mihi, & semitas tuas doce me. Et in eo quod ibi dictum est: Penitus esse ista sensibilia fugienda, cauendum fuit ne putaremur illam Porphyrij falsi philosophi tenere sententiam, qua dixit: Omne corpus esse fugiendum: Non autem dixi ego omnia sensibilia, sed ista, hoc est corruptibilia. Sed hoc potius dicendum fuit: Non autem talia sensibilia futura sunt in futuri sæculi cœlo nouo & terra noua. Item quodam loco dixi, quòd in disciplinis liberalibus eruditi, sine dubio in se illas obliuione obrutas eruunt discendo, & quodammodo refodiunt. Sed hoc quoque improbo: Credibilius est enim propterea uera respondere de quibusdam disciplinis, etiam imperitos earum quando bene interrogantur, quia præsens est eis quantum id capere possint lumen rationis internæ, ubi hæc immutabilia uera conspiciunt, non quia ea nouerant aliquando & obliti sunt, quod Platoni uel talibus ui-

2. soliloquiorum. ca. 7

1. soliloquiorum, ca. 15

1. soliloquiorum, cap. 1

1. soliloquiorum, cap. 1

Apoc. 21

1. Retract. 1. & cap. 3

1. soliloquiorum, cap. 1

Iohan. 10

1. soliloquium, cap. 7

1. soliloquiorum. cap. 13

Iohan. 14

Psal. 24

1. soliloquiorum. cap. 14

2. soliloquium cap. 20

libus uisum est. Contra quorum opinionem quanta pro
ix. de trini- tate.cap.15 suscepto operi dabatur occasio, in libro duodecimo de trinitate diserui. Hoc opus sic incipit: Voluenti mihi multa ac uaria mecum.

De immortalitate animę. Liber vnus. Cap. V.

POst libros soliloquiorum iam de agro Mediolanũ reuersus, scripsi librum de immortalitate animæ, quem mihi quasi commonitorium esse uolueram propter soliloquia terminanda, quæ imperfecta remanserant: Sed nescio quomodo me multo exijt in manus hominũ, et inter mea opuscula nominatur. Qui primo ratiocinatione contorsione atque breuitate sic obscurus est, ut fatiget cũ legitur etiam intentionem meam, uixque intelligatur à me
De immortalitate animę, cap. 1 ipso. Deinde cogitans nihil aliud quàm animos hominum, in quadam argumentatione eiusdem libri dixi: Nec esse in eo quod nihil discit disciplina potest. Item quod
De immortalitate animę, cap. 1 alio loco dixi: Nec ullam rem scientia complectitur, nisi quæ ad aliquam pertinet disciplinam, nec uenit in mentem deum non discere disciplinam, sed habere omnium rerum scientiam, in qua etiam præscientia est futurorum.
De immortalitate animę. ca. 4 Tale est & illud quod ibi dictum est: Non esse uitam cum ratione ulli, nisi animæ: Neque enim deo sine ratione
De immortalitate animę. cap. 1 uita est, cum apud eum & summa uita, & summa sit ratio. Et illud quod aliquanto superius dixi: Id quod intelligitur eiusmodi esse semper, cum intelligatur & animus,
De immortalitate animę, cap. 6 qui utique non eiusmodi est semper. Quod uero dixi: Animum propterea nõ posse ab æterna ratione separari,
Esai. 59 quia nõ ei localiter iungitur, profecto nõ dixissem, si iã tunc essem literis sacris ita eruditus, ut recolerem quod scriptum est: Peccata uestra separant inter uos & deum. Vnde intelligi datur etiam earum rerum posse dici separationem, qua non locis, sed incorporaliter iunctæ fuerant. Quid sit etiam quod dixi: Anima si caret corpo-
De immortalitate animę, cap. 13 re, in hoc mundo non est: Non potui mortuos recordari: Nunquid enim animæ mortuorum, aut non carent corpore, aut in hoc mundo non sunt? Quasi uero inferi non sunt in hoc mundo: Sed quia carere corpore in bono posui, fortasse nomine corporis pestes corporeas appellaui. Quod si ita est, nimis insolenter uerbo usus sum. Illud quoque temere dictum est: A summa
De immortalitate animę, cap. 15 essentia speciem corpori per animam tribui, qua est in quantumcunq; est: Per animam ergo corpus subsistit, & eoipso est quo animatur, siue uniuersaliter ut mundus, siue particulariter, ut unumquodq; animal intra mũdum. Hoc totum prorsus temere dictum est. Hic liber sic incipit: Si alicubi est disciplina.

De libris disciplinarum, Libri sex. Cap. VI.

PEr idẽ tempus quo Mediolani fui baptismum perceptur⁹, etiam disciplinarum libros conatus sum scribere, interrogans eos qui mecum erant, atque ab huiusmodi studijs non abhorrebant, per corporalia cupiens ad incorporaliá quibusdam quasi passibus certis uel peruenire uel duci. Sed earum solum de grammatica librum absoluere potui, quem postea de armario nostro perdidi, & de musica sex uolumina, quantum attinet ad eam partem quæ Rythmus uocatur. Sed eosdem sex libros iam
1. Retracta. cap. 11 baptizatus, iamq; ex Italia regressus in Africa scripsi. Inchoaueram quippe tantummodo istam apud Mediolanum disciplinã. De alijs uero quinq; disciplinis illic similiter inchoatis, de dialectica, de rhetorica, de geometria, de arithmetica, de philosophia, sola principia remanserũt, quæ tamen etiam ipsa perdidimus, sed haberi ab aliquibus existimo. Hoc opus sic incipit: Omnia nomina tredecim.

De moribus Ecclesiæ Catholicę, & de moribus Manichæorum: Libri duo. Cap. VII.

IAm baptizatus aũt cum Romæ essem, nec ferre tacitus posse Manichæorum iactantiam, de falsa & fallaci continentia uel abstinẽtia, qua se ad imperitos decipiendos ueris Christianis, quibus comparandi non sunt, insuper præferunt, scripsi duos libros, unum de moribus Ecclesiæ Catholicæ, alterum de moribus Manichæorum. In eo igitur qui est de moribus Ecclesiæ Catholicæ, ubi posui testimonium in quo legitur: Propter te afficimur tota die, æstimati sumus ut oues occisionis, mendositas nostri
Psalm. 43 Roma. 8 De morib⁹ Eccle. ca. 9 codicis me fefellit, minus memorem scripturarũ, in quibus nondum assueus eram: Nam eiusdem interpretationis alij codices non habent, propter te afficimur, sed propter te morte afficimur, quod uno uerbo alij dixerunt mortificamur. Hoc esse uerius græci libri indicant, ex qua lingua in latinam secundum septuaginta interpretes, ueterum diuinarum scripturarum est facta translatio, & tamen secundum hæc uerba, id est, propter te afficimur, multa disputans dixi, quæ in ipsis rebus non tanquam falsa improbo, ueruntamen conuenientiam scripturarum ueterum & nouarum, quam demonstrare cupiebam, ex his duntaxat uerbis non utiq; demonstraui. Vnde autem mihi error obrepserit, dixi, & alijs testimonijs eandem cõuenientiam sufficienter ostendi. Similiter & paulopost testimonium posui de libro sapientiæ, secundum codicem nostrum, in quo scriptum erat: Sobrietatem enim sapi-
Sapie. 8 De morib⁹ Eccl. ca. 19 entia docet, & iustitiam, & uirtutem: Et secundum hæc uerba disserui res quidem ueras, sed ex occasione mendositatis inuentas. Quid enim uerius quãm q; sapientia doceat uirtutem contemplationis quã nomine sobrietatis significatam putaui, & actionis probitatem, quã per duo alia intelligi uolui, per iusticiam atq; uirtutem, cum codices eiusdem interpretationis ueriores habeant: Sobrietatem enim & sapientiam docet, & iusticiam & uirtutem? His enim nominibus latinus interpres quattuor illas uirtutes, quæ maxime in ore philosophorũ esse assolẽt,
Tullius li. 1 officiorum. nominauit, sobrietatem appellans temperantiam, & prudentiæ imponens nomen, sapientiam, fortitudinem uero uirtutis uocabulo enuncians, solam iusticiam suo nomine interpretatus est. Has autem quattuor uirtutes in eodem libro sapientiæ suis nominibus appellatas, sicut á græcis

uocantur, longe postea repperimus in codicibus græcis.

Eccles. 1 De morib. Eccl. ca. 21

Item quod posui de libro Salomonis: Vanitas uanitatum dixit Ecclesiastes, in multis quidem codicibus legi, sed hoc græcus non habet, habet autem: Vanitas uanitantium, q. postea uidi, & inueni eos latinis esse ueriores. qui habent uanitantium, non uanitatum. Ex occasione tamen huius mendositatis quæcunq; disserui, uera esse in ipsis rebus apparent. Quod autem dixi: Eum ipsum quem cognoscere uolumus, hoc est deum, prius plena charitate diligamus, melius diceretur, syncera, quam plena: Nisi forte putaretur charitatem dei non futuram esse maiorem, quando uidebimus eum facie ad faciem. Si itaque hoc accipiatur, tanquam plena dicta sit, quia maior esse non possit, quandiu ambulamus per fidem: Erit enim plenior, immó plenissima, scilicet per speciem. Item quod dixi de his qui subueniunt indigentibus, quia misericordes uocantur, etiam si sapientes usqueadeo sint, ut iam nullo animi dolore turbentur, non sic accipiendum est tanquã definierim in hac uita esse tales sapientes: Non enim dixi, cum sint, sed dixi etiam si sint. Alio loco ubi dixi: Iam uero cum hæc humana dilectio inhærentem uberibus tuis nutriuerit & roborauerit animum, sequendo deum factus idoneus, ubi eius maiestas ex tanta parte quanta homini, dum terræ huius inhabitator est sufficit, aperire se cœperit: Tanus charitatis ardor innascitur, & tantum diuini amoris consurgit incendium, ut exustis omnibus uitijs, & homine purgato atque sanctificato, satis appareat quàm diuine dictum sit: Ego sum ignis consumens: Possunt putare Pelagiani, istam perfectionẽ in hac mortali uita me dixisse posse contingere. Sed non hoc putant: Ardor quippe charitatis sequendo deum factus idoneus, & tam magnus, ut uita cuncta consumat, in hac uita nasci & crescere potest, perficere uero propter quod nascitur ut nullum insit homini uitium, non consequemur hic potest. Quodus tanta ista res eodem ardore charitatis perficiatur, ut perficiat quando perfici potest, ut quem admodum lauacrum regenerationis purgat á reatu omnium peccatorum, quæ humana traxit natiuitas, & contraxit iniquitas, ita illa perfectio purget ab omni labe uitiorum, sine quibus esse non potest humana in hoc sæculo infirmitas. Sicut accipiendum est etiam quod ait Apostolus: Christus dilexit Ecclesiam & seipsum tradidit pro ea, mundans eam lauacro aquæ in uerbo, ut exhiberet sibi gloriosam Ecclesiam non habentem maculam aut rugam, aut aliquid huiusmodi. Hoc est enim lauacrum aquæ in uerbo quo mundatur Ecclesia. Sed cum tota dicat Ecclesia quandiu est hic: Dimitte nobis debita nostra, non utiq; hic est sine macula & ruga, aut aliquid huiusmodi, ex eo tamen quod hic accipit, ad illã gloriam quæ hic non est perfectionemq; perducitur. In alio libro cuius est titulus: De moribus Manichæorum, illud quod dixi: Dei bonitas omnia deficientia sic ordinat, ut ubi sint ubi congruentissime possint esse, donec ordinatis motibus ad id recurrant unde defecerunt, nõ sic accipiendum est, tanq̃ omnia recurrant ad id unde defecerunt, sicut Origeni uisum est, sed ea omnia quæ recurrunt. Non enim recurrent ab deũ á quo defœcerunt, qui sempiterno igne punientur, q̃uis omnia deficientia sic ordinentur, ut ibi sint ubi congruentissime possint esse, quia & illi qui non recurrunt, cõgruentissime in pœna sunt. Alio loco: Nemo fere inquam de scarabeis dubitat, quin de fimo in pilam rotundato ab his atq; obruto existant, cum hoc utrum uerum sit dubitent multi, nec audiuerint quidem, Hoc opus sic incipit: In alijs libris satis opinor.

Exod. 4 Hebr. 12

Ephes. 5

Matth. 6

De morib. Manichæo. cap. 7

2. Retract. cap. 14 De ciuitate dei. cap. 17

De morib. Manichæorũ, cap. 17

De animæ quantitate, Liber unus. Cap. VIII.

IN eadem urbe scripsi Dialogum, in quo de anima multa quæruntur ac disseruntur, id est, unde sit, quale sit quanta sit, cur corpori fuerit data, cum adcorpus uenerit qualis efficiatur, qualis cum abscesserit. Sed quoniam quanta sit, diligentissime ac subtilissime disputatum est, ut eam si possemus ostenderemus corporalis quantitatis nõ esse, & tamen magnum aliquid esse: Ex hac una inquisitione totus liber nomen accepit ut appellaretur: De animæ quantitate. In quo libro illud quod dixi: Omnes artes animam secum attulisse mihi uideri, nec aliud quicquã esse id quod dicitur discere, quám rem nisi ab recordari: Non sic accipiendum est, quasi ex hoc approbetur anima uel hic in alio corpore, uel alibi siue in corpore, siue extra corpus aliquando uixisse, & ea quæ interrogata respondet cum hic non didicerit, in alia uita ante didicisse. Fieri enim potest, sicut iam in hoc opere supra diximus, ut hoc ideo possit, quia natura intelligibilis est, & connectitur, non solum intelligibilibus, uerumetiam in mutabilitus rebus: Eo ordine facta est, ut cum se ad eas res mouet quibus connexa est, uel ad seipsam inquantum eas uidet, in tantum de his uera respondet. Nec sanè omnes artes eo modo secum attulit, ac secum habet: Nam de artibus quæ ad sensus corporis pertinent, sicut multæ medicinæ, sicut astrologiæ omnia, nisi quod hic didicerit, nõ potest dicere. Ea uero quæ sola intelligentia capit, propter id quod dixi, cum uel á seipsa uel ab alio fuerit bene interrogata, & recordata respondet. Alio loco: Vellem inquam hinc plura dicere, ac meipsum constringere, dum quasi tibi præcipio, ut nihil aliud agerem quám redderer mihi, cui me maxime debeo. Vbi uideor dicere potius debuisse, redderer deo, cui me maxime debeo. Sed quoniam prius sibi ipse homo reddendus est, ut illi quasi gradu facto inde surgat atq; attollatur ad deum, sicut filius ille minor prius reuersus est ad semetipsum, & tunc ait: Surgam & ibo ad patrem meum: Ideo sic sum locutus. Deniq; mox addidi: Atque ideo deo fieri amicum, mancipium domino. Quod ergo dixi: Cui me maxime debeo, ad homines retuli: Magis enim mihi me debeo quàm hominibus cæteris, quamuis deo magis quàm mihi. Hic liber sic incipit: Quoniam uideo te abundare.

De anime quantitate, cap. 1

De anime quantitate, cap. 20

Lib. 12. de trinitate, cap. 15

De animæ quantitate, cap. 28

Luce. 15

De li-

De libero arbitrio, Libri tres.

Cap. IX.

CVm adhuc Romæ remoraremur, uoluimus disputando quærere, unde sit malum. Et eo modo disputauimus, ut si possemus id quod de hac re diuinæ auctoritati subditi credebamus, etiam ad intelligentiam nostram quantum differendo opitulante deo agere possumus, ratio considerata & tractata perduceret. Et quoniam constitit inter nos diligenter ratione discussa, malum non exortũ nisi ex libero uoluntatis arbitrio, tres libri quos eadẽ disputatio peperit, appellati sunt de libero arbitrio. Quorũ secundum & tertiũ in Africa, iam etiam Hippone regio presbyter ordinatus, sicut tunc potui terminaui. In his libris ita multa disserta sunt, ut incidentes nonnullæ quæstiones, quas uel enodare non poteram, uel longam sermocinationem in præsenti requirebant, ita differrentur, ut ex utraq; parte, uel ex omnibus earundem quæstionum partibus, in quibus non apparebat quid potius congrueret ueritati, ad hoc tamen ratiocinatio nostra concluderetur, ut quodlibet eorum uerum esset, laudandus crederetur deus uel etiam ostenderetur. Propter eos quippe disputatio illa suscepta est, qui negant ex libero uoluntatis arbitrio mali originem duci, & deum si ita est, creatorem omnium naturarum culpandũ esse contendunt, eo modo uolentes secundum suæ impietatis errorem (Manichei enim sunt) immutabilem quandam & deo coæternam introducere mali naturam. De gratia uero dei, qua suos electos sic prædestinauit, ut eorum qui iam in eis utuntur libero arbitrio, ipse etiam uoluntates præparet, nihil in his libris disputatum est propter hãc propositam quæstionem. Vbi autem incidit locus ut huius gratiæ fieret commemoratio, transeunter commemorata est, non quasi non inde ageretur operosa ratiocinatione defensa, Aliud est enim quærere, unde sit malum, & aliud est quærere unde redeatur ad pristinũ, uel ad maius peruenũtur bonum. Quapropter noui hæretici Pelagiani, qui liberum sic asserunt uoluntatis arbitrium, ut gratiæ dei non relinquant locum, quandoquidem eam secundum merita nostra dari asserunt, non se extollant quasi eorum ægerim causam, quia multa in his libris dixi pro libero arbitrio, quæ illius disputationis causa poscebat. Dixi quippe in libro primo: Malefacta iusticia dei uindicari. 1. de libero arbitrio, cap. 1 Et addidi: Non enim iuste uindicarentur, nisi fierent uoluntate. 1. de libero arbitrio, cap. 12 Item cum ipsam uoluntatem bonam tam magnum bonum esse monstrarem, ut omnibus corporeis & externis bonis merito anteponerem, dixi: Vides igitur iam ut existimo in uoluntate nostra esse constitutum, ut hoc uel fruamur, uel careamus tanto & tam uero bono. Quid enim tam in uoluntate quám ipsa uoluntas sita est? Et alio loco: Quid ergo causæ est inquam, cur dubitandum putemus, etiam si nunquam auctea sapientes fuimus, uoluntate nos tamen laudabilem & 1. de libero arbi, cap. 13 beatam uitam, uoluntate turpem ac miseram mereri degere? Item alio loco. Ex quo conficitur inquam, ut quisquis recte honesteque uult uiuere, si id se uelle præ fugacibus rebus uelit, assequatur tantam rem tanta facilitate, ut nihil aliud ei quàm ipsum uelle sit habere quod uoluit. 1. de libero arbi. cap. 14 Itemque alibi dixi: Hæc enim æterna lex illa, ad cuius considerationem redire iam tempus est, incommutabili stabilitate firmauit, ut in uoluntate meritum sit, in beatitate autem & miseria, præmium atque supplicium. Et alio loco: Quid inquã quisq; sectandum & amplectendum eligat, in uoluntate esse positum constitit. 1. de libero arbi. cap. 16 Et in libro secundo: Homo enim ipse inquam inquantum homo est, aliquod bonum est, quia recte uiuere cum uult potest. 2. de libero arbitrio. Et alio loco dixi: Recte fieri non posse, nisi in eodem libero uoluntatis arbitrio. 2. de libero arbi. cap. 18 Et in libro tertio: Quid inquam opus est quæri unde iste motus existat, quo uoluntas auertitur ab incommutabili bono ad commutabile bonum, cum eum non nisi animi, & uoluntarium, & ob hoc culpabilem esse fateamur, ominisque de hac re disciplina utilis ad id ualeat, ut eo motu improbato atque cohibito, uoluntatem nostram ad perfruendum sempiterno bono, à lapsu temporalium conuertamus? Et alio loco: Optime inquã de te ueritas clamat: Non enim possum aliud fruire esse in potestate nostra, nisi quod cum uolumus, facimus: Quapropter nihil tam in nostra potestate quàm ipsa uoluntas est. Ea enim prorsus nullo interuallo mox ut uolumus præsto est. 3. de libero arbi. cap. 3 Item alio loco: Si enim tu laudaris inquam uidendo, quid facere debeas, cum id non uideas, nisi in illo qui est incommutabilis ueritas, quanto magis ille qui & uelle præcepit, & posse præbuit, & non impune nolle permisit. 3. de libero arbi. cap. 16 Deinde subiunxi dicens: Si enim hoc debet quisque quod accepit, & sic homo factus est ut necessario peccet, hoc debet ut peccet. Cum ergo peccat, quod debet facit. Quod si scelus est dicere, neminem cogit natura sua ut peccet. Et iterum. Quæ tandem esse poterit inquam ante uoluntatem causa uoluntatis? Aut enim & ipsa uoluntas est, & à radice ista uoluntatis non receditur, aut non est uoluntas, & peccatum nullum habet: Aut igitur uoluntas est prima causa peccandi, aut nullum peccatum est prima causa peccandi: Nec est cui recte imputetur peccatum, nisi peccanti: Non ergo est cui recte imputetur peccatũ nisi uolenti. 3. de libero arbi. cap. 17 Et paulopost: Quis inquam peccat in eo quod nullo modo caueri potest Peccatur autem: Caueri igitur potest. Quo testimonio meo in quodam libro suo Pelagius usus est. Cui libro cum respondissem, tituum libri mei esse uolui: De natura & gratia. In his atq; huiusmodi uerbis meis, quia gratia dei commemorata non est, de qua tunc non agebatur, putant Pelagiani uel putare possunt, suam nos tenuisse sententiam. Sed frustra hoc putant. Voluntas quippe est, qua & peccatur, & recte uiuitur, quod his uerbis ægimus: De natura & gratia, cap. 67

Voluntas ergo ipsa nisi gratia dei liberetur á seruitute qua facta est serua peccati, & ut uitia superet, adiuuetur, recte pieque uiui non potest á mortalibus: Et hoc diuinum beneficium quo liberatur, nisi eam præueniret, iam meritis eius daretur, & non esset gratia, quæ utique gratis datur: Quod in alijs opusculis nostris satis egimus, istos inimicos huius gratiæ nouos hæreticos refellentes: Quamuis & in his libris qui non contra illos, omnino quippe illi nondum erant, sed contra Manichæos conscripti sunt de libero arbitrio, non omnimodo de ista dei gratia reticuimus, quam nefanda impietate conantur auferre. Diximus quippe in secundo libro: Non solum magna, sed etiam minima bona non esse posse, nisi ab illo á quo sunt omnia bona, hoc est deo. Et paulo post: Virtutes inquam quibus recte uiuitur, magna bona sunt: Species autem quorumlibet corporum, sine quibus recte uiui potest, minima bona sunt. Potentiæ uero animæ sine quibus recte uiui non potest, media bona sunt. Virtutibus uero nemo male utitur. Cæteris autem bonis, id est medijs & minimis, non solum bene, sed etiam male quisque uti potest: Et ideo uirtute nemo male utitur, quia opus uirtutis est bonus usus istorum, quibus etiam non bene uti possumus. Nemo autem bene utendo male utitur. Quare abundantia & magnitudo bonitatis dei, non solum magna, sed etiam media & minima bona esse præstitit. Magis laudanda est bonitas eius in magnis quàm in medijs, & magis in medijs, quàm in minimis bonis, sed magis in omnibus, quàm si non omnia tribuisset. Et alio loco: Tu tamen inquam pietatem inconcussam tene, ut nullum tibi bonum, uel sentienti, uel intelligenti, uel quoquo modo cogitanti occurrat quod non sit ex deo. Item quod alio loco dixi: Sed quoniam nõ sicut sponte homo cecidit, ita etiam sponte surgere potest, porrectam nobis desuper dexteram dei, id est dominũ nostrum Iesum Christum firma fide teneamus. Et in libro tertio, cum dixissem illud, quo & Pelagium de meis opusculis usum fuisse cõmemoraui. Quis enim inquam peccat in eo quod nullo modo cauere potest? Peccatur autem: Cauere igitur potest, continuo secutus adiunxi: Et tamen etiam per ignorantiam facta quædã improbantur, & corrigenda iudicantur, sicut in diuinis auctoritatibus legimus. Ait enim Apostolus Misericordiã dei consecutus sum, quia ignorans feci. Ait & propheta: Delicta iuuentutis meæ, & ignorãtias meas ne memineris. Sunt etiam necessitate facta improbanda, ubi uult homo recte facere & non potest: Nã unde sunt illæ uoces: Non enim quod uolo facio bonũ, sed quod odi malũ, hoc ago. Et illud: Velle adiacet mihi, perficere aũt bonum non inuenio: Et illud. Caro concupiscit aduersus spiritũ, spiritus aũt aduersus carnem: Hæc enim inuicem aduersantur, ut non ea quæ uultis faciatis? Sed hæc omnia hominum sunt, ex illa mortis damnatione uenientiũ: Nã si nõ est ista pœna hominis sed natura, nulla ista peccata sunt. Si enim nõ receditur ab eo modo quo naturaliter factus est, ita ut melius esse nõ possit, ea quæ debet facit, cũ hæc facit: Si aũt bonus homo esset, aliter esset: Nunc aũt quia ita est, non est bonus, nec habet in potestate ut bonus sit, siue non uidendo qualis esse debeat, siue uidendo & nõ ualendo esse qualem se debere esse uidet, pœnam istam esse quis dubitet? Omnis aũt pœna si iusta est, peccati pœna est, & supplicĩ nominatur. Si aũt iniusta est pœna, quoniam pœnam esse nemo ambigit iniusto aliquo dominante, homini imposita est. Porro quia de omnipotentia dei & iusticia dubitare dementis est, iusta hæc pœna est, & pro peccato aliquo penditur. Nõ enim quisq; iniustus dominatur, aut surripere hominem potuit uelut ignorante deo, aut extorquere inuito tanq; inualidiori, uel terrendo uel confligendo, ut hominem iniusta pœna cruciaret. Relinquitur ergo ut hæc pœna iusta de damnatione hominis ueniat. Et alio loco: Approbare inquã falsa pro ueris ut erret inuitus, & resistente atque torquente dolore carnalis uinculi, non posse á libidinosis operibus temperare, nõ est natura instituti hominis, sed pœna damnati. Cum autem de libera uoluntate recte faciendi loquimur, de illa scilicet in qua homo factus est loquimur. Ecce tam longe antequam Pelagiana hæresis exstitisset, sic disputauimus, uelut iam contra illos disputaremus. Cum enim omnia bona dicerẽtur ex deo, id est, & magna, & media, & minima, in medijs quidem bonis inuenitur liberum uoluntatis arbitrium, quia & male illo uti possumus, sed tamen tale est, quòd sine illo recte uiuere nequeamus. Bonus autem usus eius iam uirtus est, quæ in magnis reperitur bonis, quibus male uti nullus potest. Et quia omnia bona, sicut dictum est, & magna, & media, & minima ex deo sunt, sequitur ut ex deo sit & bonus usus liberæ uoluntatis, quæ uirtus est, & in magnis numeratur bonis. Deinde dictum est: Ex qua miseria peccantibus iustissime inflicta liberet dei gratia, quia sponte homo, id est libero arbitrio cadere potuit, non etiam surgere. Ad quam miseriam iustæ damnationis pertinet ignorantia & difficultas, quam patitur omnis homo ab exordio natiuitatis suæ, nec ab isto malo liberatur quisquam, nisi dei gratia. Quam miseriam nolunt Pelagiani ex iusta damnatione dei descendere, negantes originale peccatum, quamuis ignorantia & difficultas, etiam si essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus, sed laudandus esset deus, sicut in eodẽ tertio libro disputauimus. Quæ disputatio contra Manichæos habenda est, qui non accipiunt scripturas sanctas ueteris instrumenti, in quibus peccatum originale narratur, & quicquid inde in literis apostolicis legitur, detestabili impudentia immissum fuisse contendunt à corruptoribus scripturarum, tanq; non fuerit ab Apostolis dictum. Contra Pelagianos autem hoc defendendum est, quod utraq; scriptura cõmendat, quam se accipere profitentur. Hoc opus sic incipit, Dic mihi quæso te.

Roman. 6
Iohan. 5
2. de libero arbi. cap. 19
3. de libero arbi. cap. 18
2. de libero arb. cap. 20
2. de libero arbi. ca. 20
3. de libero arb. cap. 18
De natura & gratia, cap. 67
1. Thimo. 1
Psal. m 24
Roma. 7
Galatas 5
2. de libero arbi. cap. 20
3. de libero arb. cap. 20 &. 21

De Ge-

De Geneſi aduerſus Manichæos, Libri duo. Cap. X.

IAm uero in Aphrica conſtitutus, conſcripſi duos libros de Geneſi contra Manichæos. Quamuis enim in ſuperioribus libris quicquid diſputaui, unde oſtendere deum ſumme bonum & immutabilem creatorem eſſe omnium mutabilium naturarum, nec ullam eſſe naturam malam ſiue ſubſtantiam inquantum natura eſt atq; ſubſtantia, aduerſus Manichæos noſtra intuigilaret intentio, iſti tamen duo libri apertiſſime aduerſus eos æditi ſunt in defenſionem ueteris legis, quam uehementi ſtudio ueſani erroris oppugnant. In primo libro, ab eo quod ſcriptum eſt, In principio fœcit deus cœlum & terram, donec ſeptẽ peragantur dies, ubi legitur deũ requieuiſſe in die ſeptimo. In ſecundo autem ab eo quod ſcriptum eſt, Hic liber creaturæ cœli & terræ, donec Adam & mulier eius dimiſſi ſunt de paradiſo, & cuſtodia poſita eſt ligno uitæ. Deinde in fine libri, errori Manichæorum fidem catholicæ ueritatis oppoſui, quid illi dicant, & quid nos dicamus breuiter apertéq; complectẽs. Quod uero dixi, Illud autem lumen non irrationabilium animalium oculos paſcit, ſed pura corda eorum qui deo credunt, & ab amore uiſibilium rerum & temporalium ſe ad eius præcepta implenda conuertunt, quod omnes homines poſſunt ſi uelint, non exiſtiment noui hæretici Pelagiani ſecundum eos eſſe dictum. Verum eſt enim omnino omnes homines hoc poſſe ſi ueline, ſed præparatur uoluntas à domino, & tantum augetur munere charitatis ut poſſint. Quod hic ideo dictum non eſt, quoniam præſenti non erat neceſſarium quæſtioni. Quod uero ibi legitur de benedictione dei qua dictum eſt, Creſcite & multiplicamini, in carnalem fœcunditatem poſt peccatũ conuerſam eſſe credendam, ſi non poteſt alio modo dictũ inueniri, niſi ut putentur illi homines non habituri fuiſſe filios homines niſi peccaſſent, omnino non approbo. Illud etiam non eſt conſequens, ut ideo intelligatur in allegoria tantummodo eſſe accipiendum, quòd herbæ uirides, & ligna fructifera omni generi beſtiarum, oibus auibus, & omnibus ſerpentibus in libro Geneſeos dantur ad cibum, quia ſunt & quadrupedia & uolatilia, quæ ſolis carnibus uiuere uideantur. Fieri enim poſſe ut alerentur ab hominibus etiam de fructibus terræ, ſi propter obedientiam, qua ipſi homines deo ſine ulla iniquitate ſeruirent, mererentur omnes beſtias et aues omni modo habere ſeruientes. Item mouere poteſt, quomodo dixerim de populo Iſraël adhuc corporali circumciſione & ſacrificijs, tanquam in mari gentium populus legi ſeruiebat. Quandoquidem apud gentes ſacrificare non poterant, ſicut eos & nunc uidemus ſine ſacrificijs remanſiſſe, niſi forte q̃ p paſcha immolant ouẽ, hoc in ſacrificijs deputetur. In ſecundo etiam libro illud quod poſui, nomine pabuli ſignificari poſſe uitam, cum melioris interpretationis cedices non habeant pabulum, ſed fœnum, non ſatis apte dictum uidetur. Non enim congruit fœni nomine ſignificatio uitæ quomodo pabuli. Item uideor non recte appellaſſe uerba prophetica quibus ſcriptum eſt, Quid ſuperbit terra & cinis? quia non in eius libro legitur quẽ certiſimus appellaſſe eſſe Prophetam. Nec illud Apoſtoli, ubi adhibet teſtimoniũ de Geneſi, Factus eſt primus homo Adam in animam uiuentem, ſicut uoluit, intellexi, cũ exponerem quod ſcriptum eſt, Inſufflauit deus in faciem eius flatum uitæ, & factus eſt homo in animam uiuam, uel in animã uiuentem. Apoſtolus enim ad hoc adhibuit illud teſtimonium, ut probaret corpus eſſe animale, ego autem hinc putaui hoc eſſe monſtrandum animale factum prius hominem, non corpus hominis ſolum. Quod autem dixi, Nulli naturæ nocere peccata niſi ſua, ideo dixi, quoniam iuſto qui nocet, non ei uere nocet, quandoquidem etiam mercedem eius auget in cœlis, Sibi autem peccando uere nocet, quia propter ipſam uoluntatem nocendi, recipiet id quod nocuit. Poſſunt ſanè Pelagiani ad ſuum dogma trahere iſtam ſententiam, & ideo dicere paruulis aliena non nocuiſſe peccata, quia dixi, nulli naturæ nocere peccata niſi ſua, non intuentes ideo paruulos, qui utiq; pertinent ad humanam naturam, trahere originale peccatum, quia in primis hominibus natura humana peccauit, ac per hoc naturæ humanæ nulla nocuere peccata niſi ſua. Per unum quippe hominem in quo omnes peccauerunt, peccatum intrauit in mundum, Non enim nulli homini, ſed nulli naturæ dixi peccata nocere niſi ſua. Item in eo quod paulopoſt dixi, Nullum eſſe malum naturale, poſſunt quærere ſimilem latebram, niſi hoc dictum ad naturam talem referatur, qualis ſine uitio primitus condita eſt. Ipſa enim uere ac proprie natura hominis dicitur, trãslato aũt uerbo utimur, ut natura dicamus etiã qualis naſcitur hõ. Secũdũ quã locutionẽ dixit Apoſtolus Fuimus enĩ & nos aliq̃n natura filij iræ, ſicut et cæteri. Hoc opus ſic incipit, Si eligerent Manichæi.

Li.1, de Geneſi contra Manichæos. ca.1. Gene.1

Li.1, de geneſi contra Manichæos.ca,3

Li.1, de geneſi contra Manichæos.ca.19. Gene.1.

Li.1, de geneſi contra Manichæos. ca.20.

L.15. de ciuitate dei. ca,27.

Li.1, de geneſi contra Manichæos,ca,23.

Li.2.de geneſi contra Manichæos,ca.3.

Li.2,de geneſi contra Manichæos.ca.5. Eccleſ.10

1.Corin.15 Geneſ.2

Li.2,de geneſi contra Manichæos ca.8.

Li,2.de geneſi contra Manichæos.ca.2.

Roma.5

Li,2.de geneſi contra Manichæos,ca.29.

Ephe.2

De muſica, Libri ſex. Cap. XI.

DEinde ut ſupra commemoraui, ſex libros de muſica ſcripſi, quorũ ipſe ſextus maxime innotuit, quoniã in eo res cognitione digna uerſatur quõ à corporalibus & ſpiritalibus, ſed mutabilibus numeris peruenia tur ad immutabiles numeros, qui iam in ipſa ſunt immutabili ueritate, & ſic inuiſibilia dei p ea quæ facta ſunt intellecta cõſpiciantur. Quod qui nõ poſſunt, & tamen ex fide Chriſti uiuũt, ad illa certius atq; fœlicius cõſpicienda poſt hãc uitã uenĩũt. Quid aũt pñt ſi deſit eis fides Chriſti, qua unus mediator eſt dei & hoĩm, cũ tota ſapientia ſua pereũt? In hoc libro illud q̃d dixi, Corpa enĩ tãto meliora ſũt, quãto nũeroſiora talibus numeris, aĩa uero iſtis quæ p corpus accipit, carẽdo fit melior, cum ſeſe auertit à carnalibus ſenſibus, et diuinis ſapiẽtiæ nũeris reformatur

1.Retract. ca,6.

Roma.1

1.Timot.2

Li.6. muſ cę,ca.4

Non

Non sic accipiendum est, quasi nõ sint futuri numeri corporales in corporibus incorruptibilibus & spiritalibus, cum multo speciosiora & decentiora futura sint, aut anima eos sensura non sit, quando erit optima, quemadmodum eis hic carendo fit melior. Hic enim opus habet auertere se à carnalibus sensibus ad intelligibilia capienda, quia infirma est et minus idonea utrisq; simul adhibere intentionem suam. Et in his corporalibus nunc illecebra cauenda est quamdiu anima illici ad delectationem turpem potest: Tunc autem tam firma erit atq; perfecta ut numeris corporalibus non auertatur à contemplatione sapientiæ, & ita sentiat eos, ut non illiciatur ab eis, nec eis carendo fiat melior, sed ita sit bona & recta, ut nec latere possint eam nec occupare. Item quod dixi, Hæc autem sanitas tunc firmissima erit atq; certissima, cum pristinæ stabilitati certo suo tempore atque ordine hoc corpus fuerit restitutum: Non ita dictum putetur quasi non sint futura post resurrectionem corpora meliora, quàm primorum hominum in paradiso fuerunt, cum illa iam non sine alenda corporalibus alimentis quibus alebantur ista, sed pristina stabilitas hactenus accipienda est, quatenus ægritudinem ita nullam corpora illa patientur, sicut nec ista pati possent ante peccatum. Alio loco: Laboriosior est inquam huius mundi amor, Quod enim anima in illo quærit constantiam scilicet, æternitatemq; non inuenit, quoniam rerum transitu completur infima pulchritudo, & quod in illa imitatur constantiam à summo deo per animam traijcitur, quoniam prior est species tantummodo tempore cõmutabilis, quàm ea quæ et tempore & locis. Hæc uerba si eo modo accipi possunt, ut nõ intelligatur infima pulchritudo nisi in corporibus hominum, omniumq; animaliũ quæ cum sensu corporis uiuunt, ratio manifesta defendit. Hoc quippe in ea pulchritudine imitatur constantiam, q, in compage sua manent eadem corpora inquantum manent, Id autem à summo deo in eam per animam traijcitur. Anima quippe ipsam compagem tenet ne dissoluatur & defluat, quod uidemus in corporibus animalium anima discedente contingere, Si autem infima pulchritudo in omnibus corporibus intelligatur, cogit ista sententia etiam ipsum mundum animal credere, ut etiam in ipsum quod in illo imitatur constantiam, à summo deo traijciatur. Sed animal esse istum mundum, sicut Plato sensit alijq; philosophi plurimi, nec ratione certa indagare potui, nec diuinarum scripturarum auctoritate persuaderi posse cognoui. Vnde tale aliquid à me dictum quo id accipi possit, etiam in libro de immortalitate animæ temere dictum notaui, Non quia hoc falsum esse confirmo, sed quia nec uerum esse comprehendo, q, sit animal mundus. Hoc sane inconcusse retinendum esse non dubito, deum nobis non esse istum mundum, siue anima eius ulla, siue nulla sit, Quia si ulla est, ille qui eam fecit, est deus noster, Si autem nulla est, nullorum deus potest esse iste quanto minus noster, Esse tamen spiritalem uitalemq; uirtutem, etiam si non sit animal mundus, Quæ uirtus in angelis sanctis ad decorandum atq; administrandum omnium deo seruit & à quibus non intelligitur, rectissime creditur. Angelorum autem sanctorum nomine, omnem sanctam creaturam spiritalem, in dei secreto atq; occulto mysterio cõstitutam nunc appellauerim, Sed spiritus angelicos sancta scriptura nomine animarum significare non solet. Proinde uero in eo quod circa finem huius libri dixi, Rationales & intellectuales numeri beatarum animarũ atq; sanctarum legem ipsam dei, sine qua folium de arbore non cadit, & cui nostri capilli numerati sunt, nulla inter posita natura excipientes, usq; ad terrena & inferna iura transmittant: Non uideo quemadmodum uocabulum animarum secundum scripturas sanctas possit ostendi, quandoquidem non nisi angelos sanctos intelligi uolui, quos habere animas nusq; me legisse in diuinis eloquijs canonicis recolo. Hic liber primus sic incipit, Modus, qui pes est. Sextus autem, Satis diu penè.

Li. 6. musi cę. ca. 5

Li. 6. musi cę. ca. 14

Li. 7. de ciuitate dei, ca. 23.

De immortalitate animæ. ca. 15. et. 1. Retract. ca. 5

Li. 6. musi cę. ca. 17

De magistro, Liber vnus, Cap. XII.

PEr idem tempus scripsi librum, cuius est titulus: De magistro, in quo disputatur, & quæritur, & inuenitur, magistrum non esse qui docet hominem scientiam nisi deum. Secundum illud etiam quod in Euangelio scriptum est, Vnus est magister uester Christus: hic liber sic incipit, Quid tibi uidemus efficere uelle.

Math. 23

De uera religione. Liber vnus. Cap. XIII.

NVnc etiam de uera religione librum scripsi, in quo multipliciter & copiosissime disputatur, unum uerum deum, id est, trinitatem, patrẽ, & filium, & spiritum sanctum, religione uera colendum, & quanta misericordia eius per temporalem dispensationem concesserit hominibus, Christiana religio est, & ad eundẽ cultum dei, quemadmodum sit homo quadam uita sua coaptandus, Maxime tamen contra duas naturas Manichæorum liber hic loquitur. In hoc libro quodam loco, Sit inquam tibi manifestum atq; perceptum, nullum errorem in religione esse potuisse, si anima pro deo suo nõ coleret animam, aut corpus, aut phantasmata sua: Hic animam pro uniuersa creatura incorporali posui, non loquens more scripturarum quæ animam quando non translato uerbo utuntur, nescio utrum uelint intelligi nisi eam qua uiuunt animalia mortalia, in quibus & homines sunt quamdiu mortales sunt. Paulopost autem eundem sensum melius sum breuiusq; complexus, ubi dixi, Non ergo creaturæ potius quàm creatori seruiamus, nec euanescamus in cogitationibus nostris, & perfecta religio est. Creaturam quippe uno nomine utramq;, id est, spiritalem corporalemq; significaui: Restat quod ibi dixi, aut phantasmata sua, propter quod hic dixi, nec euanescamus in cogitationibus nostris.

De uera religione, ca. 10.

De uera religione. ca. 10. Roma.

Item

Itẽ qđ dixi: Ea est nostris tẽporibus Christiana religio, quam cognoscere ac sequi securissima & certissima salus est, secundũ hoc nomen dictum est, non secundum ipsam rem cuius hoc nomen est. Nam res ipsa quæ nunc Christiana religio nuncupatur, erat & apud antiquos, Nec defuit ab initio generis humani, quousq; ipse Christus uenerit in carne, unde uera religio quæ iam erat, cœpit appellari Christiana. Cum enim eum post resurrectionem ascensionemq; in cœlum cœpissent Apostoli prædicare, & plurimi crederent, primum apud Antiochiam, sicut scriptum est, appellati sunt discipuli Christiani. Propterea dixi, Hæc est nostris temporibus Christiana religio, non quia prioribus temporibus non fuit, sed quia posterioribus hoc nomen accepit. Alio loco: Intende igitur inquam in hæc quæ sequuntur diligenter & pie quantũ potes, tales enim adiuuat deus. Quod nõ ita intelligendũ est, quasi tantũmodo tales adiuuet cũ adiuet etiã nõ tales ut sint tales, id est, ut diligenter & pie quærant: Tales autem adiuuat ut inueniant. Itemq; alibi, Deinde inquã iam erit consequens, ut post mortem corporalem quam debemus primo peccato tempore suo atq; ordine suo hoc corpus restituatur pristinæ stabilitati. Quod sic accipiendum est, quia etiam pristina stabilitas corporis quam peccando amisimus, habebat tantam fœlicitatẽ ut in defectum non uergeret senectutis. Huic ergo pristinæ stabilitati restituetur hoc corpus ĩ resurrectione mortuoriũ. Sed habebit amplius, ut nec alimentis corporalibus sustẽtetur, sed ad sufficientiam uiuificetur solo spiritu, cum resurrexerit in spiritum uiuificautem, qua causa etiam spiritale erit. Illud autem quod primum fuit, quamuis non moriturum nisi homo peccasset, tamen animale factũ est, hoc est in animam uiuentem. Et alibi: Vsq; adeo inquã peccatum uoluntarium est malum, ut nullo modo sit peccatum, si nõ sit uoluntarium. Potest uideri falsa hæc definitio, sed si diligenter discutiatur, inuenietur esse uerissima: Peccatum quippe illud intelligendum est, quod tãtummodo peccatum est, non quod est etiam pœna peccati, sicut superius ostendi cum quædam commemorarem ex libro tertio de libero arbitrio. Quamuis & illa quæ immerito non uoluntaria peccata dicuntur, quia uel à nescientibus uel à coactis perpetrantur, nõ omnino possunt sine uoluntate committi, quoniam & ille qui peccat ignorans, uoluntarie utiq; peccat, quod cum faciendum non sit, putet esse faciendum. Et illi qui concupiscente aduersus spiritum carne, non ea quæ uult facit, concupiscit quidem nolens, & in eo non facit quod uult. Sed si uincitur, concupiscentiæ consentit uolens, & in eo non facit quod uult liber scilicet iusticiæ, seruusq; peccati. Et illud quod in paruulis dicitur originale peccatum, cum ad huc non utantur libero arbitrio uoluntatis, non absurde uocatur etiam uoluntarium, quia ex primi hominis mala uoluntate contractum factum est quodãmodo hæreditarium. Non itaq; falsum est quod dixi, Vsq; adeo peccatũ uoluntarium malum est, ut nullo modo sit peccatum si non sit uoluntarium: Ideo gratia dei non solum reatus omnium præteritorum soluitur in omnibus qui baptizantur in Christo, quod fit spiritu regenerationis, uerunetiã in grandibus uoluntas ipsa sanatur, & præparatur à domino, quod fit spiritu fidei & charitatis. Alio loco in eo quod dixi de domino Iesu Christo: Nihil ægit ui, sed omnia suadendo & monendo, non mihi occurrerat quód uendentes & ementes flagello eiecit de templo. Sed quid hoc aut quantum est? Quàmuis & dæmones nolentes ab hominibus non sermone suasionis, sed ui potestatis eiecerit. Item alio loco, Prius inquam isti sequendi sunt, qui unum deum summum solum uerum deum & solum colendum esse dicunt, si apud hos ueritas non eluxerit, tunc demum migrandum est. Quod ita potest uideri dictum, quasi de huius religionis ueritate dubitauerim. Dixi autem sicut ei congruebat ad quem scribebam. Sic enim dixi, Si apud hoc ueritas non eluxerit, nihil dubitans q, apud eos eluceret, quemadmodum ait Apostolus, Si Christus non resurrexit, non utiq; dubitans q, resurrexerit. Item quod dixi: Nec miracula ista in nostra tempora durare permissa sunt, ne anima semper uisibilia quæreret, & eorũ consuetudine frigesceret genus humanum, quorum nouitate flagrauit, Verum est quidem, Non enim nũc usq;, cum manus imponitur baptizatis, sic accipiunt spiritum sanctum ut loquantur linguis omnium gentium, aut nũc usq; ad umbram transeuntium prædicatorum Christi sanantur infirmi, & si qua talia tunc facta sunt, quæ postea cessasse manifestum est. Sed non sic accipiendum est quod dixi, ut nunc in Christi nomine fieri nulla miracula credantur: Nam ego ipse quando istum ipsum librũ scripsi ad Mediolanenses corpora martyrum, in eadem ciuitate cæcum illuminatum fuisse iam noueram, & alia nonnulla, qualia tam multa etiam istis temporibus fiunt, ut nec omnia cognoscere, nec ea quæ cognoscimus, enumerare possimus. Et alio loco illud quod dixi: Sicut ait Apostolus: Omnis ordo á deo est, non eisdem uerbis hoc dixit Apostolus, quamuis eadem uideatur esse sententia. Ait quippe ille: Quæ autem sunt, à deo ordinata sunt. Et alibi: Prorsus inquam nemo uos fallat: Quicquid recte uituperatur, in melioris comparatione respuitur. Hoc de substantijs atq; naturis dictum est, inde enim disputabatur, non de bonis actionibus atque peccatis. Itemque alibi: Sed nec sic quidem inquam ab homine homo diligendus est, ut diligantur carnales fratres, uel filij, uel coniuges, uel quicunq; cognati, aut affines, aut ciues. Nam & ista dilectio temporalis est: Non enim ullas tales necessitudines haberemus, quæ nascendo & moriendo contingunt, si natura nostra in præceptis & imagine dei manens in istam corruptionem non religaretur. Hunc sensum prorsus improbo, quem iam & superius improbaui in primo libro de Genesi contra Manichæos.

De vera religione ca, 10.

Act. 11

De vera religione. ca, 10.

De vera religione. ca, 12.

De vera religione, ca, 14.

Li. 3. de libero arbi. ca, 18.

Galat. 5

De vera religione. ca. 16. Matth. 21.

Matth. 8.

De vera religione. ca. 25.

1. Cor. 15

De vera religione. ca. 25.

De vera religione. ca. 41.

Rom. 13

De vera religione. ca. 41.

De vera religione. ca. 46.

Li. 1. de Genesi contra Manichæos. ca. 19.

Ad

Ad hoc enim ducit, ut credantur illi coniuges primi non generaturi posteros homines, nisi peccassent, tanquàm necesse fuerit morituri gignerentur, si de concubitu maris & fœminæ gignerentur. Nondum enim uideram fieri potuisse, ut non morituri de non morituris nascerentur, si peccato illo magno non mutaretur in deterius humana natura, ac per hoc si & in parentibus & in filijs fœcunditas fœlicitasq; mansisset, usq; ad certum sanctorum numerum, quem prædestinauit deus, nascerentur homines, non parentibus successuri morientibus, sed cum uiuentibus regnaturi. Essent ergo etiam istæ cognationes atq; affinitates, si nullus delinqueret, nullusq; moreretur, Item alio loco, Ad unum deum tendentes inquam, & ei uni religantes animas nostras, unde religio dicta creditur, omni superstitione careamus. In his uerbis meis ratio quæ reddita est, unde sit dicta religio, plus mihi placuit: Nam non me fugit aliam nominis huius originem exposuisse latini sermonis auctores, quód inde sit appellata religio, quòd religatur. Quod uerbum compositum est à legendo, id est, eligendo, ut ita latinum uideatur religo, sicut eligo. Hic liber sic incipit: Cum omnis uitæ bonæ.

De uera religione. ca. 55.

De vtilitate credendi ad Honoratum, Liber vnus. Cap. XIIII.

IAm uero apud Hipponem regium præsbyter scripsi librum de utilitate credendi ad amicum meum, quẽ deceptum à Manichæis, adhuc eo errore noueram detineri, & irrideri in catholicæ fidei disciplina, quòd iubcerentur homines credere, non autem quid esset uerum certissima ratione docerentur. In hoc libro dixi: In quibus tamen legis præceptis atq; mandatis, quibus nunc Christianos uti fas non est, quale uel sabbatum est, uel circumcisio, uel sacrificia, & si quid huiusmodi est, tãta mysteria continentur, ut omnis pius intelligat nihil esse pernicioſius, quàm quicquid ibi est, accipi ad literam, id est ad uerbum, nihil autem salubrius quàm spiritu reuelari. Inde est: Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Sed aliter exposui uerba ista Apostoli Pauli, & quantũ mihi uidetur, uel potius ipsis rebus apparet, multo conuenientius in eo libro qui inscribitur, de spiritu & litera, quamuis non sit & sensus iste respuendus. Item dixi, Duæ sunt enim personæ in religione laudabiles. Vna eorum qui iam inuenerunt, quos etiam beatißimos iudicare necesse est. Alia eorum qui studioſißime & rectißime inquirunt. Primi ergo sunt iam in ipsa possessione: Alteri in uia, qua tamen certißime peruenitur. In his uerbis meis, si illi qui iam inuenerunt, quos in ipsa possessione iam esse diximus, sic accipiantur beatißimi, ut non in hac uita, sed in ea quam speramus, & ad quam per fidei uiam tendimus sint, non habet iste sensus errorem. Ipsi enim iudicandi sunt quod quærendum est inuenisse, qui iam ibi sunt quo nos quærendo & credendo, id est uiam fidei tendendo cupimus peruenire. Si autem in hac uita putantur esse isti, uel fuisse, id uerum esse non mihi uidetur: Non quia in hac uita nihil ueri omnino inueniri potest quod mente cernatur, non fide credatur, sed quia tantum non est quicquid est, ut non faciat beatißimos. Neq; enim quod ait Apostolus: Videmus nunc per speculum in ænigmate, & nunc cernitur ex parte, non cernitur mente, cernitur planè, sed beatißimos nondum facit. Illud enim beatißimos facit quod ait: Tunc autem facie ad faciem, & tunc cognoscam sicut & cognitus sum. Qui hoc inuenerunt, ipsi dicendi sunt in beatitudinis possessione consistere, ad quam ducit uia fidei quam tenemus, & quo credendo cupimus peruenire. Sed quia nam sine illi beatißimi qui iam sunt in ea possessione quo ducit hæc uia, magna quæstio est: Et angeli quidem sancti quòd ibi sint, nulla quæstio est. Sed de sanctis hominibus iam defunctis, utrum ipsi saltem dicendi sine iam in illa possessione consistere, merito quæritur: Iam enim corpore quidem corruptibili, quo anima aggrauatur, exuti sunt, sed adhuc expectant etiam ipsi redemptionem corporis sui, & caro eorum requieſcit in spe, nondum in futura incorruptione clareſcit. Sed utrum ad contemplandam cordis oculis ueritatem, sicut dictum est facie ad faciem, nihil ex hoc minus habeant, non hic locus est disputando requirere. Item quod dixi: Nam scire magna & honesta uel etiam diuina, beatißimum est, ad eandem beatitudinem referre debemus: In hac uita quantumcunq; id sciatur, nondum est beatißimum, quoniam incomparabiliter longe est amplius quod inde neſcitur. Et quod dixi: Multum interesse utrum aliquid mentis certa ratione teneatur, quod scire dicimus, an famæ uel literis credendum posteris utiliter commendetur. Et paulopost: Quòd scimus igitur, debemus rationi, quòd credimus auctoritati, non sic accipiendum est ut in sermone usitatiore uereamur nos scire, quod idoneis testibus credimus. Proprie quippe cum loquimur, id solum sciri dicimus, quod mentis firma ratione comprehendimus. Cum uero loquimur uerbis consuetudini aptioribus, sicut loquitur etiam diuina scriptura, non dubitemus dicere scire nos, & quod percipimus noſtri corporis sensibus, & quod fide dignis credimus testibus, dum tamen inter hæc & illud quid distet intelligamus. Item quod dixi: Nemini dubium est, omnes homines aut stultos esse, aut sapientes, potest uideri contrarium illi quod legitur in libro tertio de libero arbitrio, quasi uero natura humana præter stulticiam, & sapientiam, nullam mediam recipiat affectionem. Sed illud ibi dictum est ubi de primo homine quærebatur, utrum sapiens fuerit factus, an stulus, an neutrum, quoniam nullo modo stultum dicere poteramus qui sine uitio factus est, cum sit stulticia magnum uitium, & sapientem quomodo diceremus qui potuit seduci, non satis apparebat: Ideoq;

De vtilitate credendi, ca, 3 Exo. 20 Gene. 17

2. Cor. 13

De spiritu & litteracа, 4. &. 5.

De vtilitate credendi ca. 11.

1. Corin. 13

Sapien. 9 Roman. 8 Psalm. 15

De vtilitate credendi ca. 11.

De vtilitate credendi ca. 11.

De vtilitate credendi ca. 11.

De vtilitate credendi ca. 12. & ca 15.

Li. 3. de libero arbitrio, ca. 24.

Ideoq; ad compendium dicere uolui, quasi uero natura humana præter stulticiam & sapientiam nullam mediam recipiat affectionem. Intuebar quippe & paruulos, quos licet confiteamur trahere originale peccatum, tamẽ nec sapientes nec stultos possumus proprie dicere, nondum utentes libero arbitrio, seu bene, seu male. Nunc autem aut sapiẽtes aut stultos esse omnes homines dixi, eos uolens intelligi qui iam ratione utuntur, qua discernũtur à pecoribus, ut homines sint, sicut dicimus beatos omnes homines esse uelle. Nunquid enim in hac sententia tam uera atq; manifesta metuimus ne intelligantur & paruuli, qui hoc adhuc uelle non possunt? Alio loco cum miraculа cõmemorassem quæ dominus Iesus fecit cũ hic esset in carne, adiunxi dicens, Cur inquis ista modo non fiunt? Atq; respondi, quia non mouerent nisi mira essent, si autem solita essent, mira non essent. Hoc autem dixi, quia non tanta nec omnia modo, non quia nulla fiunt etiam modo. In fine autem libri, Sed quoniã sermo iste noster inquã multo processit longius quàm putabam, hic finem libro faciamus, in quo memineris, uolo, nondũ me Manichæos cœpisse refellere, & illas nugas nondum inuasisse, neq; de ipsa catholica doctrina magnum aliquid aperuisse, sed uoluisse tantummodo eruere tibi si possem falsam opinionẽ de ueris Christianis malicioſe aut iperite nobis insinuatã & erigere ad magna quædam diuina discenda. Quare hoc uolumen ita sese habeat, placatiore autem animo tuo facto, ero fortassis in cæteris promptior. Hoc non ita dixi, quasi nihil aduersus Manichæos adhuc scripsissem, uel nihil de doctrina catholica mandassem literis, cũ tot superius ædita uolumina de utraq; re non me testentur tacuisse, sed in hoc libro ad illum scriptum nondum Manichæos refellere cœperam, & illas nugas nondum inuaseram, neq; de ipsa catholica magnum aliquid aperueram, quoniam sperabam hoc initio facto, ad eum ipsum me scripturum fuisse quæ hic nondum scripseram. Hic liber sic incipit: Si mihi honorate.

De vtilitate credendi ca. 16

De vtilitate credendi ca. 18

N

Contra Manichæos de duabus animabus Liber vnus. Cap. XV.

Post hunc librum scripsi adhuc præsbyter contra Manichæos de duabus animabus, quarum dicunt unam partem dei, alteram de gente tenebrarum quam nõ condiderit deus, & quæ sit deo coæterna, et has ambas animas, unam bonam, alteram malam, in uno homine esse delirant, istam scilicet malam propriam carnis esse dicentes, quam carnem ettam dicunt gentis esse tenebrarum: Illam uero bonã ex aduenticia dei parte, quæ cũ tenebrarũ gente cõflixerit, atq; utrũq; miscuerit: Et oĩa quidem bona hoĩs illi bonæ dĩæ, oĩa uero mala illi malæ dĩæ tribuunt. In hoc libro illud qd' dixi: Nullã esse qualẽcũq; uitã quæ non eoipso quo uita est, & inquantum omnino uita est, ad summum uitæ fontem principiumq; pertineat, ita dixi, ut tanquàm creatura ad creatorem pertinere intelligatur, non autem de illo esse tanquàm pars eius existimetur. Item quod dixi, Nusquàm scilicet nisi in uoluntate esse peccatum, possunt Pelagiani pro se dictum putare propter paruulos, quos ideo negant habere peccatum, quod eis in baptismate remittatur, quia nondum arbitrio uoluntatis utuntur. Quasi uero peccatũ quod eos ex Adam dicimus originaliter trahere, id est, reatu eius implicatos, & ob hoc pœnæ obnoxios detineri, nusquàm esse potuit nisi in uoluntate, qua uoluntate cõmissum est, quãdo diuini præcepti est facta transgressio. Potest etiam putari falsa esse ista sententia qua diximus, Nusquàm nisi in uoluntate esse peccatum, quia dixit Apostolus: Si autem quod nolo hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Hoc enim peccatum usq; adeo non est in uoluntate, ut dicat, quod nolo hoc facio. Quomodo ergo nusquàm est nisi in uoluntate peccatum? Si hoc peccatum de quo sic locutus est Apostolus, ideo peccatum uocatur, quia peccatum factum est, & pœna peccati est, quandoquidem hoc de concupiscentia carnis dicitur, quod aperit in consequentibus dicens, Scio quia nõ habitat in me, hoc est in carne mea bonum, uelle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Perfectio quippe boni est, ut nec ipsa concupiscentia peccati sit in homine, cui quidem quando bene uiuitur, non consentit uoluntas: Veruntamen non perficit bonum, quia inest adhuc concupiscentia cui repugnat uoluntas, cuius cõcupiscentiæ reatus in baptismate soluitur, sed infirmitas manet, cui donec sanetur, omnis fidelis qui bene proficit studiosissime reluctatur. Peccatum autem quod nusquàm est nisi in uoluntate, illud præcipue intelligendum est qd' iusta damnatio consecuta est. Hoc enim per unum hominem introiuit in mundum quanq; & hoc peccatum quo consentitur peccati concupiscentiæ, non nisi uoluntate committitur. Propter hoc & alio loco dixi: Non igitur nisi uoluntate peccatur. Item quòd alio loco ipsam uoluntatem definiui dicens. Voluntas est animi motus cogente nullo ad aliquid, uel non amittendum, uel adipiscendum, Quod propterea dictum est, ut hac definitione uolens à nolente discerneretur, & sic ad illos referetur intentio, q primi in paradiso fuerũt humano generi origo mali, nullo cogẽte peccãdo, hoc est libera uolũtate peccando, quia & sciendo contra præceptum fœcerunt, & ille temptator suasit, ut hoc fieret, non coegit. Nam & qui nesciens peccauit, non incongruenter nolens peccasse dici potest, quamuis & ipse quod nesciens fœcit, uolens tamen fœcit, ita nec ipsius esse potuit sine uoluntate peccatum. Quæ uoluntas utiq; sicut definita est, animi motus fuit cogente nullo ad aliquid, uel non amittendum, uel adipiscendum. Quod enim si noluisset, non fœcisset, non coactus est facere, Quia uoluit, ergo fœcit, etsi nõ qa uoluit peccauit, nesciẽs peccatũ esse qd' fœcit, ita nec tale peccatũ sine uolũtate esse potuit, sed uolũtate facti, nõ uolũtate pcti

De duabus aĩabus. ca. 10.

Roma. 7

De duabus aĩabus ca. 10. 15. 9. 1. ca. 1

Quod

Quod tamen factum peccatum fuit, hoc enim factum est quod fieri non debuit, Quisquis autem sciens peccat, si non potest cogenti ad peccatū sine peccato resistere, nec tamen facit, utiq; uolens peccat, quoniam qui potest resistere non cogitur cedere. Qui uero uolenti cupiditati bona uoluntate resistere non potest, & ideo facit cōtra præcepta iusticiæ, iam hoc ita peccatum est ut sit etiam pœna peccati. Quapropter peccatum sine uoluntate esse nō posse uerissimum est. Itemq; definitio peccati qua diximus. Peccatum est uoluntas retinendi uel consequendi iusticia uetat, & unde liberum est abstinere, propterea uera est, quia id definitum est quod tantummodo peccatum est, non quod est pœna peccati, Nam quando tale est ut idem sit & pœna peccati, quantum est quod ualet uoluntas sub dominante cupiditate, nisi forte si pia est ut oret auxilium? Intantum enim libera est, quia intantum liberata est, & intantū appellatur uoluntas: Alioquin tota cupiditas, quæ uoluntas proprie nuncupanda est, Quæ non est, sicut Manichæi desipiunt, alienæ naturæ additamentum sed nostræ uitium, à quo non sanamur nisi gratia saluatoris. Quòd si quisq; dicit etiam ipsam cupiditatem nihil esse aliud quàm uoluntatem, sed uitiosam peccatoq; seruientem, non resistendum est, nec de uerbis cum res constet, controuersia facienda est, Sic enim ostenditur sine uoluntate nullum esse peccatum, siue in opere, siue in origine. Rursus in eo quod dixi, Iam quærere cœperam, utrum illud malum genus animarum anteq; bono misceretur, habuisset aliquam uoluntatem. Si enim non habebat, sine peccato atq; innocens erat, & ideo nullo modo malum. Cur ergo inquiunt peccatum dicitis paruulorum, quorum uoluntatem non tenetis ream? Respondetur, non eos proprietate uoluntatis, sed origine reos teneri. Omnis enim homo terrenus quid est origine, nisi Adam? Porro autem Adam habebat utiq; uoluntatem, qua uoluntate cum peccasset, peccatum per eū intrauit in mundum. Itemq; in eo q̄ dixi, Natura esse malæ animæ nullo modo queunt. Si quæritur quomodo accipiamus qd' ait Apostolus, Fuimus & nos natura filij iræ sicut & cæteri? Respondemus naturam in his uerbis meis me intelligi uoluisse illam, quæ proprie dicitur natura, in qua sine uitio creati sumus. Nam ista propter originem natura appellatur, quæ origo utiq; habet uitium quod est contra naturam. Et iterum in eo quod dictum est, Peccati reum teneri quemq̄ quia non fecit quod facere potuit, summæ iniquitatis est & insaniæ. Cur ergo inquiunt paruuli tenentur rei? Respondetur, quia ex eius origine tenentur, qui non fecit quod facere potuit, diuinum scilicet seruare mandatum. Quod autem dixi: Illæ animæ quicquid faciunt, si natura non uoluntate faciunt. id est, libero & ad faciendum & ad non faciendum motu animi carent, si deniq; his abstinendi ab opere suo potestas nulla conceditur, peccato earum teneri non possumas propterea non perturbat de paruulis quæstio, quia ex illius origine rei tenentur qui uoluntate peccauit, quondo libero & ad faciendum & ad non faciendum motu animi non carebat, eiq; ab opere malo abstinēdi summa potestas erat. Quod Manichæi de tenebrarum gente non dicunt, quam fabulosissime inducunt, eamq; naturam semper malam, nūq̄ bonam fuisse contendunt. Illud autem quæri potest quomodo dixerim, Etiam si sunt animæ, quod interim incertum est, corporeis officijs nō peccato, sed naturā deditæ, nosq; quamq̄ sint inferiores, aliqua tamen interiore uicinitate contingant, non illas ideo malas haberi oportere., quia & nos cum eas sequimur & corporea diligimus, mali sumus quandoquidem de illis hoc dixi, de quibus superius loqui cœperam dicens: Quamq̄ etiam si eis quidem concedatur inferiore alio genere animarum nos illici ad turpia, non inde conficiunt, aut illas natura malas esse, aut istas summum bonum, De his enim disputationem usq; ad hunc locum perduxi, ubi dixi, Etiam si sunt animæ, quod interim incertum est, corporeis officijs, non peccato, sed natura deditæ etc. Quæri ergo potest, cur dixerim quod interim incertum est, cum prorsus dubitare non debuerim nō esse tales animas. Sed hoc ideo dixi, quia expertus sum qui dicerent diabolum & angelos eius bonos esse in genere suo, & in ea natura in qua eos creauit deus ordine proprio tales quales sunt, sed nobis malum esse, si illiciamur & seducamur ab eis, si autem caueamus eos atq; uincamus, decorum atq; gloriosum. Et hoc qui dicunt, uidentur sibi ut id probent, de scripturis adhibere idonea testimonia: Vel illud quod scriptum est in libro Iob, cū diabolus describeretur: Hoc est initium figmenti domini qd' fœcit ad illudendum ab angelis suis: Vel illud in Psalmo centesimotertio: Draco hic quem finxisti ad illudendum ei. Quam quæstionem quia non aduersus Manichæos qui hoc non sentiunt, sed aduersus alios qui hoc sentiunt suscipienda esset atq; soluenda, pertractare atq; enodare tunc uolui, ne librum multo quàm uellem facerem longiorem, cum uidere etiam si hoc concederetur. tamen debere Manichæos? ac posse conuinci, introducentes insanissimo errore, naturam mali æterno bono coæternum. Ideo ergo dixi, quod interim incertum est, non q̄ ego inde dubitarem, sed q̄ inter me & illos quos ita sapere inueneram nondum esset ista quæstio dissoluta, quam tamen in alijs longe posterioribus libris meis, de Genesi ad litteram, secundum scripturas sanctas quantum potui manifestatione dissolui. Alio loco: Propterea inq̄ corporea diligendo peccamus, quia spiritalia diligere et iusticia iubemur, et uatura possumus, & tunc in genere nostro optimi et beatissimi sumus. Vbi quæri potest, cur natura & non gratia potius dixerim. Sed contra Manichæos de natura quæstio uersabatur, Et utiq; id agitur gratia, ut sanata natura quod uitiata non potest, possit per eum qui uenit quærere & saluum facere quod perierat. Quam tamen gratiam etiam tunc recolens oraui p familiarissimis meis qui mortifero illo adhuc tenebantur errore, & dixi, Deus magne, deus omnipotens, deus summæ bonitatis, quē inuiolabilem & incorruptibilem atq; imutabilem credi atq;

De duabus aīabus. ca, 11. 15. q. 1 c. 1

De duabus aīabus, ca, 12.

De duabus ca, 12. Epheſ. 2

De duabus anim. ab⁹. ca 12. 2.

De duabus anim. ab⁹. ca 12. 2.

De duabus aīabus ca, 13.

Iob. 40

Pſalm. 130

De duabus aīabus, ca, 13.

Matth. 18

atq; intelligi fas est, trina unitas, quam catholica ecclesia colit, supplex oro expertus in me misericordiam tuam, ne homines cum quibus mihi à pueritia in hominum uictu fuit summa consensio, in tuo cultu à me dissentire permittas. Sic utiq; orans, iam fide retinebam, non solum cõuersos ad Deum gratia eius adiuuari, ut proficiãt ac perficiantur, ubi adhuc dici potest pro merito conuersionis illorum istam dari gratiam, uerumetiam ut conuertãtur ad Deum ad ipsam Dei gratiam pertinere, quandoquidẽ pro eis oraui qui erant ab illo nimis auersi, atq; ut ad illum conuerterentur oraui. Hic liber sic incipit: Opitulante Dei misericordia.

Acta contra Fortunatum Manichæum, Liber unus. Cap. XVI.

EOdem tempore præsbyterij mei, contra Fortunatũ quendam Manichæorum Præsbyterum disputaui, qui plurimum temporis apud Hypponem uixerat, seduxeratq; tam multos, ut propter illos ibi eũ delectaret habitare. Quæ disputatio nobis altercantibus, excepta est à notarijs ueluti gesta conficerentur, nam & diem habet et consulem. Hanc in librum memoriæ mandandam conferre curauimus. Versatur ibi quæstio unde sit malum. Me asserente exortum fuisse hominis malum ex libero uoluntatis arbitrio. Illo autem naturã mali Deo coëternã persuadere moliente, sed consequenti die tandem confessus est nihil se aduersus nos inuenire qd' diceret. Nec sane catholicus factus est, sed tñ ab Hippone discessit. In hoc libro illud quod dixi. Animam dico esse factam á deo ut cætera omnia quæ á deo facta sunt, & inter illa quæ deus omnipotens fecit principalem locum datum esse animæ, ita dixi, ut hoc generaliter de uniuersa creatura rationali accipi uellem, quamuis in scripturis sanctis animas dictas esse angelorum aut non omnino aut non possit facile reperiri sicut supra iam diximus. Item alio loco: Ego dico inquam peccatũ non esse, si nõ propria uolũtate peccetur, ubi peccatũ illud intelligi uolui, quod non est etiã pœna peccati. Nam de tali pœna dixi alibi in eadem disputatione, quod dicendũ fuit. Itemq; dixi: Vt postea eadem ipsa caro quæ nos in pœnis torsit in peccatis manentes, subijciatur nobis in resurrectione, & nos nulla aduersitate quatiat, quominus legẽ & præcepta diuina seruemus. Quod non tunc est accipiendũ, tanq & in illo Dei regno, ubi incorruptibile & immortale corpus habebimus, de scripturis diuinis lex & præcepta sumenda sint, sed quia perfectißima ibi lex æterna seruabitur, & illa duo præcepta de diligendo Deo & proximo, non in lectione, sed in ipsa perfecta & sempiterna dilectione tenebimus. Hoc opus sic incipit: Quinto Calendas septembris.

Cõtra Fortunatum, disputatione prima

Cõtra Fortunatum disputatione secunda.

Cõtra Fortunatũ disputatione prima

Cõtra Fortunatum disputatione secunda.

Matth. 22.

De fide et symbolo, lib. unus. Cap XVII.

PER idem tempus coram episcopis hæc mihi iubentibus, qui plenariũ totius Aphricæ conciliũ Hippone regio agebant, de fide & symbolo præsbyter disputaui. Quam disputationem nonnullis eorũ qui nos familiarius diligebant, studiosißime instãtibus, in librũ contuli, in quo de rebus ipsis disseritur, ut tamẽ non fiat uerborũ illa contextio, quæ tenenda memoriter competentibus traditur. In hoc libro cum de resurrectione carnis ageretur: Resurget, inquam, corpus secũdum Christianam fidem, quæ fallere non potest. Quod cui uidetur incredibile, qualis sit nũc caro attẽdit, qualis aũt futura sit nõ cõsiderat, qa illo tẽpore immutatiõis angelicæ, tam nõ erit caro et sanguis, sed tantũ corpus, et cætera quæ ibi de corporũ terrestriũ in corpora cœlestia mutatione disserui. Quoniam dixit Apostolus cum inde loqueretur: Caro & sanguis regnũ Dei non possidebunt. Sed quisquis ea sic accipit, ut existimet ita corpus terrenum, quale nunc habemus, in corpus cœleste resurrectione mutari, ut nec membra ista, nec carnis sit futura substantia, proculdubio corrigendus est, cõmonitus de corpore Domini, qui post resurrectionem in eisdem membris, non solum conspiciendus oculis, uerũetiam manibus tangendus apparuit, carnemq; se habere etiã firmauit dicens: Palpate & uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere. Vnde constat Apostolum, non carnis substantiam negasse in regno Dei futuram, sed aut homines qui secundum carnem uiuunt, carnis & sanguinis nomine nuncupasse, aut ipsam carnis corruptionem, quæ tunc utiq; nulla erit. Nam cum dixißet: Caro & sanguis regnum Dei non possidebunt: bene intelligitur, tanquam exponendo quid dixerit continuo subdidisse. Neq; corruptio incorruptionem possidebit. De qua re ad persuadendum infidelibus difficili, diligenter quantum potui me disseruisse reperiet, quisq; de ciuitate Dei librum legerit nouißimum. Hoc opus sic incipit: Quoniam scriptum est.

De fide & symbolo cap. 10.

1. Cor. 15

Luce, 24

1. Corin. 15

Lib. 22. de ciuitate dei cap. 5. et 23

De Genesi ad literam imperfectus, Liber unus, Caput XVIII.

CVM de Genesi duos libros contra Manichæos cõdidissem, quoniam secundum allegoricam significationem scripturæ uerba tractaueram, non ausus naturalium rerum tanta secreta ad literam exponere, hoc est, quemadmodum possent secũdum historicã proprietatem quæ ibi dicta sunt accipi, uolui experiri, in hoc quoque negotiosißimo ac difficillimo opere quid ualerem, sed in scripturis exponendis tyrocinium meum sub tanta sarcinæ mole succubuit. Et nondum perfecto uno libro ab eo quem sustinere non poteram, labore conquieui. Sed in hoc opere cum mea opuscula retractarem, iste ipse ut erat imperfectus uenit in manus, quem neq; ædideram & abolere decreueram, quoniam scripsi postea duodecim libros, quorum titulus est, de genesi ad literam. In quibus quamuis multa quæsita potius quam inuenta uideantur, tamen eis iste nullo modo est comparandus. Verum & hunc postaquam retractaui, manere uolui, ut esset index, quantũ existimo non indociilis rudimentorum meorum in enucleandis atque scrutandis diuinis eloquijs. Eiusq; tituli esse uolui, De Genesi ad literam imperfectus. Inueni quippe cum usq; ad hæc uerba dictatum: Pater tantum pater est,

nec filius aliud est quàm filius, quia & cum dicitur similitudo patris, quanquam ostendat nullam interuenire dissimilitudinem, non tamen solum est pater, sed habet similitudinem. Potest hæc repetiui uerba scripturæ rursus considerandaq; tractanda. Et dixit Deus, faciam hominem ad imaginem & similitudinem nostram. Hucusq; dictatum librum imperfectum reliqueram. Quod autẽ ibi sequitur, addendum putaui cum eum retractarem, nec sic tamen perfeci, sed hoc quoq; addito imperfectum reliqui. Si enĩ perfeciſſem, saltẽ de omnibus operibus & uerbis dei quæ ad sextum diem pertinerent disputaſſem. In hoc eodem libro notare quæ mihi displicerẽt uel defendere, quæ alijs nõ bene intellecta displicere possunt, superfluum mihi uisum est. Breuitur enim admoneo, ut illi duodecim libri legantur, quos ĩpse postea episcopus feci, et ex ipsis de isto uidebitur. Hic liber sic incipit: De obscuris naturalibus rerũ.

De sermone Domini in monte, Libri duo, Caput XIX.

PER idem tempus de sermone Domini in monte secundum Matthæum, duo uolumina scripsi. In quorum primo propter id quod scriptum est: Beati pacifici, quoniam ipsi filij Dei uocabuntur. Sapientia inquam congruit pacificis, in quibus tã ordinata sunt omnia, nullusq; motus aduersus rationem rebellis est, sed correcta obtemperant spiritui hominis, cum & ipse obtemperet Deo. Quod merito mouet quomodo dixerim. Non enim cuiq; prouenire in hac uita potest, ut lex repugnans legi mentis omnino non sit in membris. Quandoquidem etiam si ei sic resistaret spiritus hominis, ut in nullum eius labereturassensum, nõ ideo tamẽ illa non repugnaret. Hoc ergo quod dictum est, nullum esse motum aduersus rationem rebellem, recte accipi potest, id nunc agentibus pacificis domando concupiscentias carnis, ut ad istam pacẽ plenissimam quandoq; ueniatur. Proinde quod alio loco cũ eandem sententiam Euangelicã repetens dixissem: Beati pacifici, quoniã ipsi filij dei uocabuntur, adiunxi dicens: Et ista quidem in hac uita compleri possunt, sicut completa esse in Apostolis credimus, sic accipiendum est, non ut in Apostolis hic uiuentibus nullum carnis motũ arbitremur spiritui repugnasse, sed hactenus hic ista posse cõpleri, quatenus in Apostolis credimus esse completa, ea mensura scilicet perfectionis humanæ, quanta in hac uita potest esse perfectio. Non enim dictum est, ista in hac uita cõpleri possunt, nã completa esse in Apostolis credimus, sed ita dictum est, sicut completa esse in Apostolis credimus, ut ita compleantur sicut in illis completa sunt. i. quadam perfectione, cuius capax est ista uita, nõ sic sunt illa quæ speramus pace plenissima, quando dicetur: Vbi est mors cõtentio tua. Alio loco quod interposui testimonũ, Non enim ad mensuram dat Deus spiritum, nondum intellexeram de Christo proprie uerius accipi. Alijs quippe hominibus si ad mensuram daretur spiritus, non duplũ peteret Heliseus quàm fuit in Helia. Item quod scriptum est: Iota unũ, aut unus apex nõ transiet à lege, donec omnia fiant, cũ exponerẽ, dixi nihil posse aliud intelligi, nisi uehementẽ perfectionis expressionem. Vbi meritò quæritur, utrũ ista perfectio sic posit intelligi, ut tamẽ uerum sit, neminem iam uiuentem uoluntatis arbitrio hic uiuere sine peccato. A quo enim usq; ad unũ apicem lex perfici potest, nisi à quo fiunt uniuersa diuina mandata? Sed in eisdem mandatis est etiã quod iubemur orare: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quam orationẽ usq; in finem sæculi acta dicit Ecclesia. Omnia ergo mandata facta deputãtur, quando quicquid non fit ignoscitur. Sane quod ait Dominus: Quicunq; soluerit unum de mandatis istis minimis, & docuerit sic homines, &c. usq; ad eum locũ ubi ait: Nisi abũdauerit iustitia uestra plus q̃ scribarũ & pharisæorũ, nõ intrabitis in regnũ cœlorũ: multo melius & cõuentẽtius exposui in alijs posterioribus sermonibus meis, quod etiã hic retexere longũ est. Ad hæc autẽ iste ibi perducitur sensus, ut eorum sit iustitia maior q̃ scribarũ & pharisæorũ, qui dicũt & non faciunt. De scribis quippe & pharisæis alio loco ipse Dominus ait: Dicũt enĩ & nõ faciunt. Illud etiã melius intellexi mus postea quod scriptũ est: Qui dixerit fratri suo: Codices enĩ græci nõ habent, sine causa, sicut hic positũ est, quamuis ipse sit sensus. Illud enĩ diximus intuendum, quid sit irasci fratri suo, quoniam non fratri irascitur qui peccato fratris irascitur. Qui ergo nõ peccato fratris irascitur, sine causa irascitur. Item qd' dixi: Hoc & de patre & matre, & cæteris uinculis sanguinis intelligendũ est, ut in eis oderimus quod genus humanũ nascendo & moriẽdo sortitũ est, ita sonat, quasi nõ essent futuræ istæ necessitudines, si nullo naturæ humanæ præcedente peccato, nemo moreretur. Quem sensum iam superius improbaui, Essent enĩ profectò cogitationes & affinitates, etiam si originali nullo existente peccato, sine morte crescerent & multiplicarentur genus humanũ. Ac p hoc aliter soluenda est quæstio, cur dñs præceperit diligendos inimicos, cũ alio loco præcipiat odio habentes et parẽtes & filios, non sicut hic soluta est, sed sicut eã posterius sæpe soluimus. i. ut diligamus inimicos lucrandos regno dei, & oderimus in propinquos, si impediũt à regno dei. Item de præcepto quo prohibetur uxor non dimitti, nisi propter fornicationẽ, hic quidẽ scrupulosissime disputaui, Sed quã uelit dominus intelligi fornicationẽ propter quã liceat dimittere uxorem, utrũ eam quæ damnatur in stupris, an illam de qua dicitur: Perdidisti omnẽ qui fornicatur abs te, in qua utiq; & ista est, neq; enim non fornicatur à domino, qui tollens membra Christi, facit ea membra meretricis, etiã atq; etiam cogitandũ est, atq; requirendũ. Nec uolo in re tanta tamq; ad dinoscendũ difficili putare lectorẽ istam sibi nostrã disputationẽ debere sufficere, sed legat et alia, siue nostra, quæ postea scripta sunt, siue aliorum melius considerata atq; tractata, uel ipse si potest ea quæ hic meritò mouere possunt, uigilantiore atq; intelligentiore mente discutiat, Nõ qa omne peccatũ fornicatio est, neq; enĩ omnẽ peccãtẽ deus perdit, q quotidie sanctos suos exaudit dicẽtes: Dimitte nobis debita nostra, cũ p&c qui fornicatur abeo.

Matt. 5 Lib. 1. de sermone domini in monte

Lib. 1. de sermone domini in monte

1. Corin. 15

Ioannis. 3. libro 1. de sermone domini in monte

4. Reg. 6. 2.

Lib. 1. de sermone domini in monte

Matth. 28 Matthæi 5 lib. 1. de sermone domini in monte

lib. 1. de sermone domini in monte

Lib. 1. de sermone domini in monte

Psalm 72

1. Corint. 6

Sed

Sed quatenus intelligenda atq; eliminanda sit hæc fornicatio, & utrum etiam propter hanc liceat dimittere uxorem, latebrosissima quæstio est. Licere tamen propter istam quæ in stupris committitur, nulla quæstio est. Et ubi dixi hoc permissum esse, non iussum, non attendi aliã scripturam dicentem: Qui tenet adulteram, stultus & impius est. Nec sane dixerim adulteram fuisse deputandam illam mulierem, etiam posteaquam audiuit à Domino: Nec ego te damnabo, uade, deinceps iam noli peccare, si hoc obedienter audiuit. Loco alio peccatum fratris ad mortem, de quo dicit Ioannes Apostolus: Non pro illo dico ut roget quis, ita definiui ut dicerem: Peccatum ergo fratris ad mortem puto esse, cum post agnitionem Dei per gratiam Domini nostri Iesu Christi quisquis oppugnat fraternitatem, & aduersus ipsam gratiam, qua reconciliatus est Deo inuidentiæ facibus agitatur. Quod quidẽ non confirmaui, quoniam hoc putare me dixi, sed tamen addendum fuit, si in hac tam scelerata mentis peruersitate finierit hanc uitam, quoniam de quocunq; pessimo in hac uita constituto, non est utiq; desperandũ, nec pro illo impatienter oratur, de quo non desperatur. In secundo item libro: Nulli inquam licebit, ignorare Dei regnum, cum eius unigenitus non solum intelligibiliter, sed etiam uisibiliter in homine dominico de cœlo uenerit, iudicaturus & uiuos & mortuos. Sed non uideo utrũ recte dicatur homo dominicus, qui est mediator Dei & hominum, homo Christus Iesus, cum sit utiq; Dominus, dominicus aũt homo quis in eius sancta familia potest dici. Et hoc quidẽ ut dicerem apud quosdam legi tractatores catholicos diuinorum eloquiorum. Sed ubicunq; hoc dixi, dixisse me nollem. Postea quippe uidi non esse dicendum, quamuis nonnulla possit ratione defendi. Item quod dixi: Nullus enim fere conscientia Deum potest odisse, non uideo fuisse dicendum. Multi enim sunt, de quibus scriptũ est, Superbia eorũ qui te oderunt. Alio loco in eo quod dixi, ob hoc dixisse Dominum: Sufficit diei malitia sua, quia cibos sumere urgebit ipsa necessitas, quam propterea malitiam nominatam arbitror, quia pœnalis nobis est. Pertinet enim ad hanc fragilitatem quã peccando meruimus. Non attendi etiam primis hominibus data fuisse in paradiso corporalia alimenta, antequam istam mortis pœnam peccando meruissent. Sic enim erant immortales in corpore nondũ spirituali, sed animali, ut tamen in eiusmodi immortalitate corporalibus alimentis uterentur. Item qd̃ dixi: Quam sibi Deus elegit gloriosam Ecclesiam non habentem maculam nec rugam: non ideo dixi, quia nunc ex omni parte iam talis est, quamuis ad hoc electa non dubitetur, ut talis sit quando Christus apparuerit uita eius, tũc enim & ipsa cum illo in gloria. Propter quam gloriam dicta est Ecclesia gloriosa. Item quòd Dominus ait: Petite & accipietis, quærite & inuenietis, pulsate & aperietur uobis, operosa quidem ista tria quid inter se differant, exponendum putaui, sed longe melius ad instantissimam petitionẽ omnia referuntur. Hoc quippe ostendit, ubi eodem uerbo cuncta concluserit dicens: Quanto magis pater uester qui in cœlis est, dabit bona petentibus se. Non enim dixit: petentibus, & quærẽtibus, et pulsantibus. Hoc opus sic incipit: Sermonem quem locutus est Dominus.

Lib. 1. de sermone domini in monte. Prouer. 18. Ioannis. 8. Lib. 1. de sermone domini in monte 1. Ioannis 5 Lib. 2. de sermone domini in monte 1. Timot. 2 Lib. 1. de sermone domini in monte Psalm. 73 Matth. 6. libro 1. de sermone domini in monte Ephes. 5. lib. 1. de sermone domini in monte Colos. 3 Matth. 7. lib. 2. de sermone domini in monte

Psalmus contra partem Donati, Liber unus, Cap. XX.

Volens etiam causam Donatistarũ ad ipsius humillimi uulgi, & omnino imperitorum atq; idiotarũ noticiam peruenire, & eorum quantũ per nos fieri posset inhærere memoriæ, psalmũ qui eis cantaretur per latinas literas fœci, Sed usq; ad u literã. Tales enim abedarios appellãt. Tres uero ultimas omisi, sed pro eis nouissimam quasi epylogum adiunxi, tanquam eos magister alloqueretur Ecclesia. Hypopsalma etiam quod respondeatur, & præmiũ causæ, quod nihilominus cantatur, nõ sunt in ordine literarũ. Earum quippe ordo incipit post præmium. Ideo aũt non aliquo carminis genere id fieri uolui, ne me necessitas metrica ad aliqua uerba, quæ uulgo minus sunt usitata compelleret. Iste psalmus sic incipit. Omnes qui gaudetis.

Contra epistolam Donati hæretici, Liber unus, Cap. XXI.

Librum etiam contra epistolam Donati, qui partis Donati secundus post Maiorinum episcopus apd̃ Carthaginem fuit, eodem præsbyterij mei tempore scripsi, in qua epistola ille ait: ut nõnisi in eius cõmunione baptisma Christi esse credatur, cui nos contradicimus. In hoc libro in quo dixi quodam loco de Apostolo Petro, quod in eo tanquam in petra fundata sit Ecclesia, qui sensus etiam cantatur ore multorum in uersibus beatissimi Ambrosij, ubi de gallo gallinatio ait. Hoc ipsa petra ecclesia canente, culpam diluit. Sed scio me postea sæpissime sic exposuisse quod à Domino dictum est: Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, ut super hanc, intelligeretur quẽ confessus est Petrus, dicens: Tu es Christus filius Dei uiui. Ac si Petrus ab hac petra appellatus, personam Ecclesiæ figuraret, quæ super hanc petram ædificatur, & accepit claues regni cœlorum. Non enim dictum est illi: Tu es petra, sed tu es petrus, petra autem erat Christus, quem confessus Simon sicut eum tota ecclesia confitetur, dictus est Petrus. Harum autem duarum sententiarum quæ sit probabilior, eligat Lector. Alio loco dixi: Nullius mortem Deus quærit: quod sic accipiẽdum est, quia homo sibi acquisiuit, mortem, deserens deũ, & acquirit qui non recurrit ad Deum, secundũ quod scriptum est: Deus mortem non fœcit. Sed etiam illud non minus uerum est: Vita & mors à Domino deo est, uita scilicet à donante, mors à uindicante. Item quod dixi Donatum cuius epistolam refellebã, rogasse, ut imperator inter ipsum & Cecilianum transmarinos episcopos iudices daret, non ipsum sed alium Donatum, eiusdem tamẽ scismatis hoc fœcisse probabilius muenitur. Ille autem non erat Carthaginensis Donatistarum episcopus, sed à Cassis nigris, Qui tñ primus apud Carthaginẽ ipsum nefariũ

Matth. 16. 1. Cotin. 10 Sapien. 1. Eccles. 11.

schisma promisit. Nec sanè Donatus Carthaginensis, ut Christiani rebaptizarentur, instituit, quod ego eum instituisse credideram, quando epistolæ respondebam. Nec de libro sapientiæ ipse abstulit dimidiam sententiam, uerba ad
Eccles. 34. rem necessaria, ubi cum scriptum sit: Qui baptizatur à mortuo, & iterũ tangit eum, quid proficit lauatio eius? sic iste posuit tanquam scriptũ est: Qui baptizatur à mortuo, quid proficit lauatio? Nos aũt & antequã esset pars Donati sic habuisse codices plurimos, ueruntamen Afros, ut non esset in medio, et iterũ tangit, postea didicimus. Quod si iam scirem, non in istum tanquam furem diuini eloquij uel uiolatorem tanta dixissem. Hic liber sic incipit: Abs te ipso præsente audieram.

Contra Adimantum Manichæi discipulum, liber unus, Cap. XXII.

EOdem tempore ueuerunt in manus meas quædam disputationes Adimanti, qui fuerat Manichæi discipulus, quas conscripsit aduersus legem & prophetas, uelut contraria eis Euangelica et Apostolica scripta demõstrare conatus. Huic ergo respondi, uerba eius apponens, eisq; reddens responsionem meam. Quod opus iuxta uolumine concluſi, & in eo quibusdam quæstionibus nõ semel, sed iterum respondi, quoniam quod primum respondẽ perierat, & tunc inuentũ est, cum iam iterũ respondisse. Aliquas sanè earundem quæstionum popularibus ecclesiasticis sermonibus solui, adhuc etiam quibusdam nõ respondi: Aliquæ remanserunt, quæ rebus alijs magis urgẽtibus præmissa sunt, cumulo quoq; obliuionis adiuncto. In
Contra Adimantum cap. 3 hoc ergo dixi: Certis enim quibusdam umbris & figuris rerum, ante domini aduentum secundum mirabilem atq; ordinatissimam distributiõem temporũ populus ille tenebatur, qui testamentũ uetus accepit, tamẽ in eo tanta prædicatio & prænũciatio noui testamẽti est, ut nulla in Euangelica atq; Apostolica disciplina reperiantur, quãuis ardua & diuina præcepta & promissa, quæ illis etiam libris ueteribus desint. Sed addendum erat atq; dicendum, ut pene nulla in Euangelica atq; Apostolica doctrina reperiantur, quãuis ardua & diuina præcepta et promissa, quæ illis etiam libris ueteribus desint. Quid est enim quod
Matthæi. 5 in sermone Euangelico in monte dominus dicit: Audistis quia dictum est antiquis hoc: ego aũt dico uobis hoc, si nihil ipse amplius præcepit quàm præceptũ est in illis ueteribus libris? Deinde regnum cœlorũ illi populo fuisse promissum non legimus in his quæ promissa sunt lege data p
Exodi. 19 Moysen in monte Sina, quod proprie dicitur uetus testamenum, quod præfiguratum dicit Apostolus per ancillã
Galla. 4 Saræ & filium eius, sed & ibi figuratum est & nouũ per ipsam Saram & filium eius. Proinde si figuræ discutiantur, omnia ibi prophetata reperiuntur, quæ sunt præsentata uel expectantur præsentanda per Christum. Verumtamen propter quædam præcepta non figurata, sed propria, quæ non in ueteri testamento, sed in nouo inueniuntur, cautius & moderatius diceretur, pene nulla, q̃ nulla hic esse quæ non sint & illic, quamuis & illic sint illa duo præcepta de dilectione Dei & proximi, quo rectissime omnia & legitime, & Prophetica, & Euangelica, & Apostolica referuntur. Item quod dixi: Tribus modis in scripturis sanctis filiorũ nomen accipitur, minus considerate Contra Adimantum cap. 5 dictum est, & alios enim quosdam modos sine dubio præteruisimus, sicut dicitur filius gehennæ, uel filius adoptiMatth. 23 uus, Quæ utiq; nec secundum naturam, nec secũdum doRom. 8 ctrinam, nec secundum imitationem dicuntur. Quorum trium modorũ tanquã sola sint exempla reddidimus: Secundum naturã, sicut Iudæi filij Abrahæ, secundum doIoannis, 8. 1. Corint. 4 ctrinam, sicut filios suos, quos Euangelium docuit Apo-
Galla. 4 stolus uocat, secundum imitationem, sicut filij Abrahæ nos sumus, cuius imitamur fidem. Quod autem dixi: Cũ
1. Corin. 15 Contra Adimantum cap. 12 induerit incorruptionẽ & immortalitatem, iam nõ caro & sanguis erit, secundum corruptionẽ carnalem dictum
Lucæ. 24 est carnem non futuram, non secundũ substantiam, secundum quam domini corpus etiam post resurrectionem ca-
Cõtra Adimantum cap. 26. ro appellata est. Alio loco: Nisi quisq; inquam uoluntatem mutauerit, bonum operari nõ potest, quod in nostra
Matth. 12. potestate esse positum alio loco docet, ubi ait: Aut facite arborem bonam & fructum eius bonum, aut facite arborem malam, & fructum eius malũ. Quod non est contra gratiam Dei quam prædicamus, In potestate quippe hominis est mutare in melius uoluntatem, sed ea potestas nulIoannis. 1 la est, nisi à Deo detur, de quo dictum est: Dedit eis potestatem filios Dei fieri. Cum enim hoc fit in potestate quod cum uolumus facimus, nihil tam in potestate quàm ipsa uoluntas est, sed præparatur uoluntas à domino. Eo modo ergo dat potestatem. Sic intelligendum est & quod
Cõtra Adimantum cap. 27. dixi postea: In nostra potestate esse, ut uel inseri bonitati Dei, uel excidi eius sæueritate mereamur, quia in potestate nostra non est, nisi quod nostram sequitur uolũtatem. Quæ cum fortis & potens præparatur à Domino, facile fit opus pietatis, etiam quod difficile atq; impossibile fuit. Hic liber sic incipit: De eo quod scriptum est.

Expositio quarundam propositionum ex epistola Pauli ad Romanos, Liber unus, Cap. XXXIII.

CVM presbyter adhuc essem, contigit ut apud Carthaginem inter nos qui simul eramus, ad Romanos epistola Apostoli legeretur, & quædã interrogabar à fratribus, quibus cum sicut poteram responderem, uoluerunt scribi potius quæ dicebam, quàm sine literis fundi. Vbi cum eis obtemperarem, liber unus accessit superioribus opusculis meis. In quo libro: Quod aũt ait inq̃:
Roma. 7. Lib. expos. in epist. ad Roma. 42. Scimus quia lex spiritalis est, ego aũt carnalis sum uenũdatus sub peccato, satis ostendi non posse impleri legem, nisi à spiritalibus, quales facit gratia dei. Quod utiq; non ex persona Apostoli accipi uolui, qui iam spiritalis erat, sed hominis sub lege positi, nondum sub gratia. Sic enim prius hæc uerba sapiebam, quæ postea lectis quibusdam diuinorum eloquiorum tractatoribus, quorũ me moueret auctoritas, consideraui diligentius, & uidi etiam de ipso Apostolo posse intelligi, quod ait: Scimus quoniã lex spiritalis est

ritalis est, ego aũt carnalis sum. Quod in eis libris quos contra Pelagianos nuper scripsi, quantum potui diligenter ostendi. In isto ergo libro & hoc quid dictũ est: Ego autem carnalis sum, & deinde cætera usq; ad eum locum ubi dicit: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia Dei per Iẽsum Christum dominum nostrum, dixi hominem describi adhuc sub lege, nondum sub gratia constitutũ benefacere uolentem, sed uictum con-
Roman.7. cupiscentia carnis malefacientem. A cuius concupiscentiæ dominatu non liberat, nisi gratia dei per Iẽsum Christum dominũ nostrũ dono spiritus sancti, per quem diffusa charitas in cordibus nostris uincit concupiscentias carnis, ne cõsentiamus eis ad malefaciẽdũ, sed potius bona faciamus. Vnde iam euertitur hæresis Pelagiana, quæ uult, non ex Deo nobis, sed ex nobis esse charitatem qua bene pieq; uiuimus, Sed in illis libris quos aduersus eos ædidimus, etiã spiritalis hominis, iamq; sub gratia constituti melius intelligi uerba ista monstrauimus, propter carnis corpus, qd̃ spirituale nondum est, erit aũt in resurrectione mortuorũ, & propter carnis concupiscentiam, cum qua ita confligunt sancti, non ei consentientes ad malum, ut tamen eius motibus quibus repugnantibus resistunt, non careant in hac uita. Non eos autem habebunt in illa, ubi absorbebitur mors in uictoria. Propter hanc itaq; concupiscentiam mo
1. Corin. 15 tusq;, quibus ita resistitur ut tñ sint in nobis, potest quisq; sanctus iam sub gratia positus, dicere ista omnia quæ hic esse dixi uerba hominis nondum sub gratia positi, sed sub lege. Quod hic ostendere longum est, & hoc ubi ostendendum dictum est. Item disputans quid elegerit Deus in non-
Lib. expo. in epist. ad roman. 60 dum nato, cui dixit seruiturum esse maiorem, & quid in eodem maiore similiter nondum nato reprobauerit, de quibus propter hoc cõmemoratur, quamuis longe postea prolatum prophetic ũ testimonium: Iacob dilexi: Esau aũt
Malach. 1 odio habui, ad hoc perduxi ratiocinationem ut dicerem. Non ergo elegit deus opera cuiusquã in præscientia, quæ ipse daturus est, sed fidem elegit in præscientia, ut quem sibi crediturum esse præsciuit, ipsum elegerit cui spiritum sanctum daret, ut bona operando etiam uitam æternam consequeretur: Nondum diligentius quæsieram, nec adhuc inuenerã qualis sit electio gratiæ, de qua idẽ dicit A-
Rom. 11. postolus: Reliquiæ per electionẽ gratiæ saluæ factæ sunt, quæ utiq; non est gratia, si eam merita ulla præcedant, ne iam quod datur, non secundũ gratiã, sed secundũ debitũ reddatur potius meritis quam donetur. Proinde quod eõ
1. Corin. 12 Lib. expo. in epist. ad Rom. 60 tanuo dixi, dicit enim idem Apostolus: Idem Deus qui operatur omnia in omnibus. Nusquã autem dictũ est: Deus credit omnia in omnibus. Ac deinde subiunxi: Quod ergo credimus, nostrum est, quod autem bonũ operamur, illius est qui credentibus dat spiritum sanctum: Profectò non dicerem, si iam scirem etiam ipsam fidem inter dei munera reperiri, quæ dantur in eodem spiritu. Vtrunq; ergo nostrum est propter arbitrium uoluntatis, & utrumq; tamen datum est per spiritum fidei & charitatis. Neq; enĩ
Ephes. 2. sola charitas, sed sicut scriptum est: Charitas cum fide á Deo patre & domino nostro Iẽsu Christo. Et quod paulò post dixi: Nostrum est enim credere & uelle, illius aũt Lib. expo. in epist. ad roman. 61 dare credentibus & uolentibus facultatem bene operandi per spiritũ sanctum, per quem charitas diffunditur in cordibus nostris, uerum est quidem, sed eadem regula, & utrunq; ipsius est, quia ipse præparat uoluntatẽ, & utrũq; nostrum, quia nõ fit nisi uolentibus nobis. Ac per hoc qd̃ etiã postea dixi: Quia neq; uelle possumus nisi uocemur, Lib. expo. in epist. ad roman. 62 & cum post uocationem uoluerimus, non sufficit uoluntas nostra, & cursus noster, nisi Deus & uires currentibus præbeat, et perducat quo uocat. Ac deinde subiunxi: Manifestum est ergo, non uolentis, neq; currentis, sed miserentis Dei esse, q. bene opecamur, omnino uerissimum est, Sed parum de ipsa uocatione disserui, quæ fit secundũ propositum Dei. Non enim omnium quæ uocantur talis est, sed tantum electorum. Itaq; quod paulo post dixi. Si-
Lib. expo. in epist. ad Rom. 62 cut enim in his quos elegit Deus, non opera, sed fides inchoat meritum, ut per munus Dei bene operentur, sic in his quos damnat infidelitas & impietas inchoat pœnæ meritum, ut per ipsam pœnam etiam male operentur, uerissime dixi, sed fidei meritum etiam ipsum esse donum Dei, nec putaui quærendum esse nec dixi. Et alio Roma. 9 Lib. expo. in epist. ad Rom. 62 loco: Cuius enim miseretur, facit eũ bene operari, & quẽ obdurat, relinquit eum ut mala operetur. Sed & illa misericordia præcedenti merito fidei tribuitur, & ista obduratio præcedenti impietati. Quod quidem uerum est, sed adhuc quærendum erat, utrum & meritum fidei misericordiam dei præueniat, i. utrum ista misericordia ideo tãtummodo fiat in homine, quia fidelis est, an etiã facta fuerit ut fidelis esset. Legimus enim dicente Apostolo: Mise-
1. Tim. 1. ricordiam consecutus sum ut fidelis eßem, Non ait, quia fidelis eram. Fideli ergo datur quidem, sed data est etiã ut esset fidelis. Rectißime itaq; alio loco in eodem libro dixi: Lib. expo. in epist. ad Rom. 63. Quoniam si non ex operibus, sed misericordia Dei & uocamur ut credamus, & credentibus præstatur ut bene operemur, non est gentibus ista inuidenda misericordia, quamuis ibi minus diligenter de illa quæ per Dei propositum fit uocatione tractauerim. Hic liber sic incipit: Sensus hi sunt.

Expositio epistolæ Pauli ad Galathas, liber unus, Cap. XXIIII.

POst hunc librum exposui eiusdem Apostoli epistolam ad Galathas, non carptim. i. aliqua prætermittens, sed continuanter & totum. Hanc aũt expositionem Lib. expo. epistolæ ad Gal. cap. 1 uno uolumine cõprehendi: In quo illud quod dictum est: Priores ergo Apostoli ueraces, qui non ab hominibus, sed á Deo per hominem missi sunt, per Iẽsum Christum, scilicet adhuc mortalem. Verax etiam nouissimus Apostolus, qui per Iẽsum Christum totum iam Deum post resurrectionem eius missus est: Propter immortalitatem dictum est, totum iam Deum, quam post resurrectionem habere cœpit, non propter diuinitatẽ semper immortalem, á qua nunquam receßit, in qua totus Deus erat, & tamen moriturus adhuc erat. Hunc autem sensum sequentia manifestant

Lib.expo. epistolæ ad Gal. cap.1

fisti. Adiunxi enim dicẽs: Priores sunt cæteri Apostoli per Iesum Christum adhuc ex parte hominem, id est, mortalem. Nouissimus est Paulus Apostolus per Iesum Christum iam totum deum. i. ex omni parte immortalem. Hoc enim dixi exponens quod ait Apostolus: Non ab hominibus, neq; per hominem, sed per Iesum Christũ, & Deum patrem, quasi iam Iesus Christus non sit homo.

Gal.1

Sequitur enim: Qui suscitauit eum à mortuis, ut hinc appareret cur dixerit: neq; per hominem. Proinde propter immortalitatem iam nunc non homo Christus Deus, propter substantiam uero naturæ humanæ, in qua ascendit in cœlum, etiam mediator dei & hominũ homo Christus Iesus, quoniam sic ueniet quemadmodũ eum uiderũt euntem in cœlum. Item quod dixi: Gratia Dei est qua nobis donantur peccata, ut reconciliemur Deo, pax autem qua reconciliamur deo, sic accipiendum est, ut tamen sciamus etiam utrunq; ad generalem dei gratiam pertinere, quemodo in populo Dei aliud specialiter Israël, aliud Iudas, & tamẽ utrunq; generaliter Israël. Item cum exponerem: Quid ergo lex transgressionis gratia posita est, ita distinguendum putaui, ut interrogatio esset. Quid ergo? Ac deinde responsio: Lex transgressionis gratia posita est. Quod quidem non abhorret à uero, sed melior mihi uidetur ista distinctio, ut interrogatio sit: Quid ergo lex? & inferatur responsio: Transgressionis gratia posita est. Quod autem dixi: Ordinatissime itaq; subiungit. Quod si spiritu ducimini, non adhuc estis sub lege, ut intelligamus eos esse sub lege, quorum spiritus ita concupiscit aduersus carnem, ut non ea quæ uolunt faciant, id est, non se teneant inuictos in charitate iustitiæ, sed à concupiscente aduersum se carne uincantur. Hoc ex illo sensu est, quo sentiebam id quod

1.Tim.2.

Actorũ.1

Lib.expo. epistolæ ad Gal.cap.3

Lib.expo. epistolæ ad Gal.3.cap.

Lib.expo. epistolæ ad Gal.cap.5

Gal.5

dictũ est: Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim sibi inuicem aduersantur, ut non ea quæ uultis faciatis, ad eos pertinere qui sub lege sunt, nondum sub gratia. Adhuc enim nondum intellexeram hæc uerba, & illis qui sub gratia sunt non sub lege, propterea conuenire, quia & ipsi concupiscentias carnis contra quas spiritu cõcupiscunt, quamuis eis non consentiunt, nollẽt tñ eas habere si possent. Et ideo non quæ uq; uolũt faciũt, quia uolũt eis carere nec possunt: Tũc enim eas nõ habebũt, quãdo nec corruptibilem carnem. Hic liber sic incipit: Causa propter quam scribit Apostolus.

Expositio epistolæ Pauli ad Romanos inchoatæ, liber unus, Caput XXV.

EPistolæ quoq; ad Romanos, sicut ad Galatas expositionẽ susceperã. Sed huius operis si perficerem, plures libri erunt futuri. Quorũ unũ in sola disputatione ipsius salutationis absolui, ab initio scilicet usq; ad illud ubi ait: Gratia uobis et pax à deo patre & dño nostro Iesu Christo. Factũ est quippe ut immorarer cũ uellemus soluere incidentẽ sermoni nostro difficillimã quæstionem de peccato in spiritũ sanctũ, qđ nõ remittitur, neq; in hoc sæculo, neq; in futuro. Sed deinde alia uolumina cessaui adiũgere, exponẽdo epistolã totã ipsius operis magnitudine, ac labore deterritus, & in alia faciliora deflexus sum. Ita factũ est, ut librũ quẽ fœcerã primũ relinquerẽ solũ, cuius esse titulũ uolui: Epistolæ ad Rom. inchoatæ expositio. Vbi qđ dixi: Gratiã esse in remissione peccatorũ, pacẽ uero in reconciliatione dei. Vbicunq; hoc dixi, nõ sic accipiendũ est, ac si pax ipsa & reconciliatio nõ pertineat ad gratiã generalẽ, sed q; specialiter noïe gratiæ remissionẽ significauerit peccatorũ. Sicut & legẽ specialiter diximus secundũ quod dictũ est: Lex & Prophetæ, & generaliter ut in ea sint & Prophetæ. Hic liber sic incipit: In epistola quam Paulus Apostolus scripsit.

Rom.1.

Matth.12.

Lib.expo. epistolæ ad Romanos inchoãte.1.

De diuersis quæstionibus octogintatribus, liber unus, Cap. XXVI.

EST etiam inter illa quæ scripsimus quoddã prolixum opus, quod tñ unus deputatur liber, cuius titulus est, de diuersis quæstionibus octogintatribus. Cum aũt disperse fuissent per chartulas multas, quoniã ab ipso primo tempore cõuersionis nostræ postaquã in Aphricam uenimus, sicut interrogabar à fratribus, quãdo me uacãtẽ uidebãt, nulla obseruata ordinatiõe dictatæ sunt, iussi eas tã episcopus colligi, et unũ ex eis librũ fieri, adhibitis numeris, ut quid quisq; legere uoluerit facile inueniat. Harũ quæstionum est:

1 Vtrum anima à seipsa sit.
2 De libero arbitrio. 3 Vtrũ deo auctore sit hõ deterior
4 Quæ sit causa ut sit homo deterior,
5 Vtrũ aĩal irrẽnale beatũ esse posit. 6 De malo.
7 Quæ proprie in animante anima esse dicatur.
8 Vtrum per se anima moueatur.
9 Vtrũ corporeis sensibus percipi ueritas posit. In qua illud quod dixi: Omne quod corporeus sensus attingit, qđ & sensibile dicitur, sine ulla intermissione temporis commutatur. Sine dubio uerũ quidẽ non est in corporibus resurrectiõis incorruptibilibus, sed nũc ea nullus nostri corporis sensus attingit, nisi forte diuinitus tale aliqd reuelatur

Libro. 83 quæst. q. 9.

10 Vtrum corpus à deo sit:
11 Quare Christus de fœmina natus sit.
12 Locus ubi titulus est: Sententia cuiusdam sapientis, nõ est mea, sed quia per me innotuit quibusdã fratribus, qui tũc á me ista diligẽtissime colligebãt, et placuit eis inter nostras eã scribere uoluerũt, Est aũt cuiusdã Fontei Carthaginensis, de mitte mũdãda ad uidẽdũ deũ, qđ Pagnus quidẽ scripsit, sed christianus baptizatus mortuus ẽ.

Lib. 83 quæst. q. 23

13 Quo documẽto constet homines beatis excellere.
14 Nõ fuisse corpus dñi nostri Iesu Christi fantasma.
15 De intellectu. 16 De filio dei.
17 De scientia dei. 18 De trina unitate.
19 De deo & creatura. 20 De loco dei.
21 Vtrum deus auctor mali non sit, Vbi uidendum est ne male intelligatur quod dixi: Mali auctor non est, qui omnium quæ sunt auctor est, quia inquantum sunt, intantũ bona sunt: Et ne hinc putetur non ab illo esse pœnam malorum, quæ utiq; malum est his qui puniuntur. Sed hoc ita dixi quemadmodum dictum est: Deus mortem non fecit, cum alibi scriptum sit: Mors & uita à

Sapien. 1 Eccles. 11.

domino

domino deo est. Malorum ergo pœna quæ à domino deo est, malum est quidem malis, sed in bonis dei operibus est, quoniam iustum est ut mali puniantur, & utiq; bonum est omne quod iustum est.

22 Deum non pati necessitatem.

Lib. 6. de trinitate, cap. 1. 23 De patre & filio. Vbi dixi, quòd eam ipse genuerit qua sapiens dicitur sapientiam, sed melius istam quæstionem in libro postea de trinitate tractauimus.

Libro. 83 quæst. q 23 24 Vtrum peccatum & recte factum in libero sit uoluntatis arbitrio: Quod ita esse omnino uerissimum est: Sed ut ad recte faciendũ liberũ sit, gratia dei liberatur.

25 De cruce Christi. 26 De differentia peccatorũ.

27, De prouidẽtia 28. Quare deus mũdũ fecere uoluerit.

29 Vtrũ aliquid sit sursum aut deorsum in uniuerso.

30 Vtrum omnia in utilitatem hominum creata sint.

Libro, 83, quæst. q 31 31 Nec ipsa mea est, sed Ciceronis: Verumtamen quia hæc p me innotuit fratribus, inter illa quæ & colligebant scripserunt eam, uolentes nosse, quemadmodum uirtutes animi ab illo diuisæ ac definitæ sint. 32 Vtrum rem ullam alius alio magis intelligat, atq; ita eiusdem rei per infinitum eat intelligentia 33 De metu.

34 Vtrum non aliud amandum sit quàm metu carere.

Libro. 83. quæst. q 35 35 Quid amandum sit. In qua illud quod dixi, id esse amandum, quod nihil est aliud habere quàm nosse, non satis approbo: Neq; enim deum non habebant, de quibus dictum est: Nescitis quia templum dei estis uos, & spiritus dei habitat in uobis, nec tamen eum nouerant, uel non sicut noscendus est nouerant Item quod dixi: Nemo igitur beatam uitam nouit & miser est: Nouit, dixi, quomodo noscenda est. Nam quis eam penitus nescit eorum dumtaxat qui iam ratione utuntur, quandoquidem beatos se esse uelle nouerunt.

2 Cor. 3.

Libro. 83. quæst q 36 36 De nutrienda charitate. Vbi dixi: Deus igitur et animus quo amatur, charitas proprie dicitur purgatissima & consummata, si nihil aliud amatur. Quod si uerum est, quomodo ergo apostolus ait: Nemo unq̃ carnem suam odio habuit? Et ex hoc admonet, ut diligantur uxores. Sed ideo dictum est, proprie dilectio dicitur, quoniam caro diligitur quidem, nec tamen proprie, sed propter animam cui subiacet ad usum: Nam etsi propter seipsam uidetur diligi, cum eam nolumus esse deformem, ad aliud referendum est decus eius, ad illud, scilicet, à quo decora sunt omnia. 37 De semper nato.

38 De conformatione animæ. 39 De alimentis.

40 Cum animarum natura una sit, unde hominum diuersæ uoluntates.

41 Cũ omnia deus fecerit, quare nõ æqualiter fecerit.

42 Quemadmodum dei sapientia dominus Iesus Christus, & in utero matris fuerit, & in cœlis.

Matthei, 3 43 Quare filius dei in homine apparuerit, & spiritussanctus in columba.

Libro 83. quæst q 44 44 Quare tanto post uenit dominus Iesus Christus: Vbi cum generis humani tanq̃ unius hominis ætates commemorarem, dixi: Nec oportuit uenire diuinitus magistrum, cuius imitatione in mores optimos formaretur, nisi tempore iuuentutis. Et adiunxi ad hoc ualere quod apostolus dicit, sub lege tanq̃ sub pædagogo paruulos custoditos. Sed potest mouere, cur alibi dixerimus Christum in generis humani sexta ætate tanq̃ in senectute uenisse. Hoc ergo quod de iuuentute dictum est, ad uigorem feruoremq; fidei refertur, quæ per dilectionem operatur, illud autem de senectute ad temporum numerum. Potest enim intelligi utrunq; in uniuersitate hominum, quod non potest in ætatibus singulorum. Sicut in corpore non potest esse simul & iuuentus & senectus, in animo autem potest, illa propter alacritatem, ista propter grauitatem.

Galatas 3. Libro. 1. de gene. cõtra Manichæos. cap. 23.

Galatas. 5.

45 Aduersus Mathematicos. 46 De Ideis.

47 Vtrũ aliqñ cogitatiões nostras uidere posimus: Vbi qd' dixi, angelica corpa qualia nos speramus habituros lucidissima atq; ætherea esse credẽdũ est, Si hoc sine mẽbris quæ nũc habemus, et sine substãtia, quãuis incorruptibilis tamẽ carnis accipiatur, erratur. Multo aũt melius in opere ciuitatis dei, quæstio ista tractata est, de uidendis cogitationibus nostris. 48 De credibilibus,

Libro, 83. quæst, q 47

Lib. 22. de ciui. dei. ca. 29.

49 Quare filij Israël sacrificabant uisibiliter pecorum uictimas, 50 De æqualitate filij, 51 De homine facto ad imaginem & similitudinem dei: Vbi quod dixi: Homo sine uita non recte appellatur, cum dicatur homo etiam cadauer hominis: Ergo salæm dicere debui, non proprie dicitur, ubi dixi, non recte dicitur, Item qd' dixi: Neq; inscite distinguitur, quòd aliud sit imago & similitudo dei, qui etiam filius dicitur, aliud ad imagnẽ & similitudinem dei, sicut hominem factum accepimus: Quod non ita intelligendum est, quasi homo non dicatur imago dei, cum dicat apostolus: Vir quidem non debet uelare caput, cum sit imago & gloria dei, sed dicitur etiã ad imaginem dei, quòd unigenitus nõ dicitur, qui tantũmodo imago est, non ad imaginem, 52 De eo quod dictum est, Pœnitet me fecisse hominem. 53 De auro & argento quod Israëlitæ ab Aegyptijs acceperunt: 54 De eo quod scriptũ est: Mihi autem adhærere deo bonũ est, Vbi quod dixi: Quod autem est omni anima melius, id deũ dicimus, magis dici debuit, omni creato spiritu melius.

Libro. 83. quæst. q. 51

1. Corin. 11

Genesis. 6. Exodi 3. & 12. Psalm. 72. Libro. 83. quæst q 54

55 De eo qd' scriptũ est: Sexaginta sunt reginæ, octoginta cõcubinæ, & adolescentularũ non est numerus.

Cant. 6.

56 De annis quadraginta sex ædificati templi,

57 De centum quinquaginta tribus piscibus,

58 De Iohanne baptista, 59 De decem uirginibus,

60 De die autem illo & hora nemo scit, neq; angeli cœlorum, neq; filius hominis, nisi solus pater,

Matth. 24

61 De eo quod scriptũ est in euangelio, turbas dñm in monte pauisse de quinq; panibus, Vbi q, dixi duos pisces duas illas significare personas, regiam scilicet et sacerdotalem, ad quas etã sacrosancta unctio illa pertinebat. Dicẽdũ potius fuit, maxime pertinebat: quoniã unctos aliqñ lẽgimus pphetas, Itẽ qd' dixi, Lucas qui tãq̃ ascẽdẽtẽ post

Matteq. 14 Libro. 83. quæst. q. 61

Luce. 3

abolitione peccatorem sacerdotem Christum insinuauit,
Libro. 83. quæst. 61 per Nathan ascendit ad Dauid, quia Nathan prophetæ missus erat, cuius correptione Dauid ipsius peccati abolitionem pœnitendo impetrauit: Non sic accipiendum est tanq̃ ipse fuerit Nathan prophetæ qui filius Dauid, quia nec hoc dictum est, quia ipse prophetæ missus erat, sed dictum est, quia Nathan prophetæ missus erat, ut mysterium non in eodem homine, sed in eodem nomine intelligatur.

Johan. 4. Libro. 83. quæst. q 62 Luce. 23. 62 De eo quod scriptum est in euangelio, quòd baptizabat Iesus plures quàm Iohannes, quàmuis ipse non baptizaret, sed discipuli eius. Vbi quod dixi: Latro ille cui dictum est à domino: Amen dico tibi, hodie mecum eris in paradiso, qui nec ipsum baptismum acceperat: Hoc quidem & alios ante nos rectores sanctæ ecclesiæ posuisse in suis literis inuenimus, sed quibus documentis satis possit ostendi quòd non fuerit baptizatus ille latro, ignoro.

De origine animę ad Vincẽtium Victorẽ. li. 3. cap. 6 De qua re in posterioribus quibusdam opusculis nostris diligentius disputatum est, maxime in eo quod ad Vincentium Victorem de animæ origine scripsimus.

63 De uerbo.

64 De muliere Samaritana.

65 De resurrectione Lazari.

Roman. 7. Lib. 83 quæst q. 66 66 De eo quod scriptum est: An ignoratis fratres, scientibus enim legem loquor, quia lex dominatur homini in quantum tempus uiuit? Vsq; ad eum locum in quo scriptum est: Viuificabit et mortalia corpora uestra per inhabitantem spiritum eius in uobis. Vbi illud quod ait apostolus: Scimus autem quia lex spiritalis est, ego autem carnalis sum, exponere uolens, dixi, id est carni consentio, nondum spiritali gratia liberatus. Quod non sic accipiendum est, quasi spiritalis homo iam sub gratia constitutus, etiam de seipso non possit hoc dicere: Venundatus sum sub peccato: Quod enim operor non intelligo: Non enim quod uolo bonum hoc ago, sed quod odio malum, illud facio, & cætera quæ sequuntur usq; ad eum locum ubi dictum est: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Quod postea didici, sic iam sum ante confessus. Rursus exponens quod ait apostolus: Corpus
Roman. 8. Libro. 83. quæst q. 66 quidem mortuum est propter peccatum: Mortuum inq̃ corpus dicit, quàmdiu tale est ut indigentia rerum temporalium molestet animam: Sed multo melius mihi postea
Libro. 6 de gene. ad lit. cap. 26. uisum est, & ideo mortuum corpus dictum, quod habeat iam moriendi necessitatem, quam non habuit ante peccatum.

Roman. 8. 67 De eo quod scriptum est: Existimo enim quòd indignæ sint passiones huius temporis ad futuram gloriã quæ reuelabitur in nobis, usq; ad illud quod dictum est: Spe
Libro. 83. quæst q. 67 enim salui facti sumus. Vbi cum exponerem quod scriptum est: Et ipsa creatura liberabitur à seruitute interitus, dixi: Et ipsa creatura, id est, ipse homo, cum iam signaculo imaginis propter peccatum amisso remansit tantummodo creatura: Quod non ita accipiendum est quasi totum amiserit homo quod habebat imaginis dei. Nam si omnino non amisisset, non esset propter quod diceretur:
Roman. 12 2 Cor. 3. Reformamini in nouitate mentis uestræ: Et in eandem imaginem transformamur. Sed rursum si totum amisisset, nihil maneret unde diceretur: Quanq̃ in imagine ambulet homo, tamen uane conturbatur. Item quod dixi spi
Psalm. 38. Libro. 83. quæst. 68. ritaliter sum mos angelos uiuere, infimos uero animaliter, audacius dictum est de infimis quàm ut posit, uel scripturis sanctis, uel ipsis rebus ostendi, quia etsi forsitan potest difficillime potest.

68 De eo quod scriptum est: O homo tu quis es qui respondeas? Vbi dixi: Quia etiam si leuioribus quisq; peccatis, aut certe quàmuis grauioribus & multis, tamen magno gemitu & dolore pœnitendi misericordia dei dignus fuerit, non ipsius est, qui si relinqueretur interiret, sed misereris dei qui eius precibus doloribusq; subuenit. Parum est enim uelle, nisi deus misereatur. sed deus non miseretur, qui ad pacem uocat, nisi uoluntas præcesserit ad pacem: Hoc dictum est post pœnitentiam: Nam est misericordia dei etiam ipsam præueniens uoluntatem, quæ si non esset, non præpararetur uoluntas à domino. Ad eam misericordiam pertinet & ipsa uocatio, quæ etiam fidem præuenit. De qua paulo post cum agerem dixi:
Libro, 83. quæst. q 68 L. b. 6. de genesi ad lite, cap, 10. Hicre. 1. Roman. 9. Malach, 2. Hæc autem uocatio quæ siue in singulis hominibus, siue in populis atq; in ipso genere humano per temporum opportunitates operatur altæ & profundæ ordinationis est. Quo pertinet etiam illud: In utero sanctificaui te. Et cum esses in renibus patris tui, uidi te. Et, Iacob dilexi, Esau autem odio habui &c. Quàmuis testimonium illud, Cum esses in renibus patris tui, uidi te, unde mihi tanq̃ scriptum sit occurrerit nescio.

69 De eo quod scriptum, Tunc & ipse filius subiectus ei erit qui illi subiecit omnia. 1. Corin. 15

70 De eo quod apostolus dicit: Absorpta est mors in uictoria: Vbi est mors uictoria tua, ubi est mors contentio tua? ubi est mors aculeus tuus? Aculeus autem mortis peccatum est, uirtus uero peccati lex.

71 De eo quod scriptum est: In uicẽ onera uestra portate, & sic adimplebitis legem Christi. Galatas 6.

72 De temporibus æternis.

73 De eo quod scriptum est: Et habitu inuentus ut homo. Philip. 2.

74 De eo quod scriptum est in epistola Pauli ad Colossenses: In quo habemus redemptionem & remissionem peccatorum, qui est imago dei inuisibilis. Collos. 1.

75 De hæreditate dei.

76 De eo quod apostolus Iacobus dicit: Vis autem scire homo inanis, quia fides sine operibus otiosa est. Iacob. 2.

De timore

77 De timore, utrum peccatum sit.
78 De pulchritudine simulacrorum.
Exodi 7 79 Quare magi Pharaonis fecerunt quædam miracula sicut Moyses famulus dei.
80 Aduersus Appollinaristas.
81 De quadragesima & quinquagesima.
Hebreo. 13 82 De eo quod scriptum est: Quem enim diligit dominus corrigit, flagellat autem omnem filium quem recipit.
Matth. 19 83 De coniugio in eo q̃ dominus ait: Si dimiserit uxorẽ suam excepta caussa fornicationis. Hoc opus sic incipit: Omne uerum.

De mendacio, liber unus, Cap. XXVII.

ITem de mendacio scripsi librum, qui & si cum aliquo labore intelligtur, habet tamen non inutilem ingenij et mentis exercitationem, magisq; moribus ad ueriloquium diligendum proficit. Hunc quoq; auferre statueram de opusculis meis, quia obscurus & anfractuosus, & omnino molestus mihi uidebatur, propter quod eum nec ædideram. Deinde cum postea scripsissem alterum, cuius titulus est contra mendacium, multo magis istum non esse decreueram & iusseram, sed non est factum. Itaq; in ista retractatione opusculorum meorum, cum eum incolumem reperissem, etiam ipsum retractatum manere præcepi, maxime quia in eo nonnulla sunt necessaria, quæ in illo altero non sunt. Propterea uero illius inscriptio est, contra mendacium, istius autem, de mendacio, quoniam per illum totum oppugnatio est aperta mendacij, istius autem magna pars in inquisitionis disputatione uersatur: Ad eũdem tamen finem uterq; dirigitur. Hic liber sic incipit: Magna quæstio est de mendacio.

DIVI AVRELII HIPPONENSIS EPISCOPI, RETRACTATIONŨ LIBER SECUNDUS INCIPIT.

De diuersis quæstionibus ad sanctũ Simplicianum, Libri duo, Cap. I.

In libro de prædestinatione sanctorũ, cap. 4.

LIBRORVM quos episcopus elaboraui, primi duo sunt ad Simplicianũ ecclesiæ Mediolanensis antistitem, qui beatissimo successit Ambrosio de diuersis quæstionibus, quarum duas ex epistola Pauli apostoli ad Romanos in primum librum contuli. Harum prior est de eo qd̃ scriptum est: Quid ergo dicemus? lex peccatum est? Absit, Roman. 7 usq; ad illud uerbi ait: Quis me liberabit de corpore mortis huius? gratia dei per Iesum Christum dominum nostrũ
li. 1. ad Simplicianum. In qua illa apostoli uerba: Lex spiritalis est, ego autem carnalis sum &c. quibus caro contra spiritũ confligere ostenditur, eo modo exposui, tanq̃ homo describatur adhuc sub lege, nondum sub gratia constitutus. Longe enim postea et spiritalis hominis, & hic probabilius esse posse illa uerba cognoui. Posterior in hoc libro quæstio est, ab eo loco ubi ait: Non solum autem illa, sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri, usq; ad illud ubi ait: Nisi dominus sabaoth reliquisset nobis semen, sicut Sodoma facti essemus, & sicut Gomorra similes fuissemus. In cuius quæstionis solutione, laboratum est quidem pro libero arbitrio uoluntatis humanæ, sed uicit dei gratia: Nec nisi ad illud potuit peruenire ut liquidissima ueritate dixisse intelligatur apostolus: Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Quod uolens etiam martyr Cyprianus ostendere, hoc totum ipso titulo definiuit, dicens: In nullo gloriandum, quando nostrum nihil est. In secundo libro tractãtur cæteræ quæstiones, & pro nostra quantulacũq; facultate soluuntur, quæ sunt omnes de scriptura, quæ regnorũ appellatur. Harũ prima est de eo qd̃ scriptũ est: Et insiluit spiritus domini in Saul, cũ alibi dicatur. Et spiritus domini manus in Saul. Quã cũ exponerem dixi: Quãuis sit in cuiusq; potestate quid uelit, nõ est tamen in cuiusq̃ potestate quid possit. Quod ideo dictum est, quia non dicimus esse in potestate nostra, nisi qd̃ cum uolumus fit, ubi prius & maxime est ipsum uelle. Sine ullo quippe interuallo temporis præsto est uoluntas ipsa cũ uolumus, sed hãc quoq; ad bene uiuendũ desup accipimus potestatẽ, cũ præparatur uoluntas à domino. Secũda quæstio est, quomodo dictũ sit. Pœnitet me q̃ cõstituerim regẽ Saul. Tertia, utrũ immũdus spiritus qui erat in Phytonissa potuerit agere ut Samuel à Saule uideretur, & loqueretur cũ eo. Quarta de eo qd̃ scriptum est: Intrauit rex Dauid & sedit ante dominũ. Quinta de eo quod dixit Helias: O domine testis huius uiduæ cum qua ego inhabito apud ipsam, tu male fœcisti occidere filium eius. Hoc opus sic incipit: Gratissimam plane.

Roman. 5. Esaiæ, 1. lib. 1. ad Simplicianum.
1. Corin. 4
1. Reg. 16 & 19.
Li. 2. ad Simplicianũ
1. Reg. 15.
1. Regũ. 28
2. Regũ. 7.
3. Regũ 17

Contra epistolam quã uocant fundamenti, liber unus, Cap. II.

LIber contra epistolam Manichæi quam uocãt fundamenti, principia eius sola redargui, sed in cæteris illius partibus annotationes ubi uidebatur affixæ sunt, quibus tota subuertitur, & quibus cõmouerer si quando contra totam scribere uacauisset. Hic liber sic incipit: Vnum uerum deum.

De agone Christiano, Liber unus. Cap. III.

LIber de agone christiano fratribus in eloquio latino ineruditis humili sermone conscriptis est, fidei regulã continens & præcepta uiuendi. In quo illud qd̃ positum est: Nec eos audiamus qui carnis resurrectionẽ futuram negãt, & cõmemorãt quod ait apostolus Paulus: Caro & sanguis regnũ dei non possidebunt, non intelligentes quod ipse dicit apostolus: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionem, & mortale hoc induere immortalitatẽ. Cum enim hoc factũ fuerit, iam nõ erit caro & sanguis, sed cœlestr corpus: Nõ sic accipiendũ est quasi carnis non sit futura substantia, sed carnis & sanguinis nomine ipsam corruptionem carnis & sanguinis intelligendus est

De agone Christiano cap. 32. 1. Cor. 15

gendus est apostolus nuncupasse, quæ utiq; in regno illo non erit, ubi caro incorruptibilis erit. Quàmuis & aliter possit intelligi, ut carnem & sanguinem, opera carnis & sanguinis dixisse accipiamus apostolum, & eos regnũ dei non possessuros, qui perseuerantes ista dilexerint. Hic liber sic incipit: corona victoriæ.

De doctrina Christiana, Libri quattuor. Cap. IIII.

Li. 5, de doctrina Christiana, cap. 25. Luce. 13.

Libros de doctrina Christiana cum imperfectos cõperissem, perficere malui quàm eis sic relictis ad alia tractanda transire. Compleui ergo tertium qui scriptus fuerat usq; ad eum locum, ubi commemoratum est ex euangelio testimonium de muliere quæ abscondit fermentum in tribus mensuris farinæ donec fermentaretur totum. Addidi etiam nouissimum librum, & in quattuor libris opus illud compleui, quorum primi tres adiuuant ut scripturæ intelligantur, quartus autem quomodo quæ intelligimus proferenda sint. In secundo sane libro de auctore libri, quem plures uocant sapientiam Salomonis, q, etiam ipsum sicut ecclesiasticum Iesus filius Syrach scripserit, non ita constare, sicut a me dictum est, postea didici, & omnino probabilius comperi non esse hunc eius libri auctorem.

Li. 2, de doctrina Christiana, cap. 8. circa finem, Galatas 4

Vbi autem dixi: His quadraginta quatuor libris testamenti ueteris terminatur auctoritas, ex consuetudine qua iam loquitur ecclesia, uetus testamentum appellaui. Apostolus autem non uidetur appellare uetus testamentum, nisi quod datum est ei in monte Sina. Et in eo qd' dixi de temporũ historia secũdũ Ambrosiũ soluisse quæstionẽ, tãq; coætanei fuerint Plato & Hieremias, me fefellit memoria: Nã quid ille episcopus de hac re senserit, in libro eius legitur, quem de sacramentis siue de philosophia scripsit. Hoc opus sic incipit: Sunt præcepta quædam.

Li, 2. de doctrina Christiana, cap. 28.

Contra partem Donati, Libri duo, Cap. V.

Sunt duo libri mei quorum titulus est, contra partem Donati: In quorum primo libro dixi, mihi non placere ullius secularis potestatis impetu schismaticos ad cõmunionẽ uiolenter artari: Quod uere tunc mihi non placebat, quia nondum expertus eram, uel quantum mali eorum auderet impunitas, uel quantum eis in melius mutandis conferre posset diligentia disciplinæ. Hoc opus sic incipit. Quoniam Donatistæ nobis.

Confessionum, Libri tredecim, Cap. VI.

Confessionũ mearũ libri tredecim, et de malis et de bonis meis deũ laudant iustũ & bonũ, atq; in eum excitant humanũ intellectũ & affectũ, interim qd' ad me attinet, hoc in me egerũt cũ scriberentur, & agunt cum leguntur. Quid de illis alij sentiãt, ipsi uiderint, multis tamẽ fratribus eos multũ placuisse & placere scio. A primo usq; ad decimũ de me scripti sunt. In tribus cæteris de scripturis sanctis, ab eo quod scriptũ est: In principio fecit deus cœlum & terrã, usq; ad sabbati requiẽ. In quarto libro cũ de amici mortẽ animi mei miseriã cõsiterer, dicens, q, anima mea una quodãmodo facta fuerat ex duabus, et ideo inquã forte mori metuebã, ne totus ille moreretur quẽ multũ amauerã, quæ mihi quasi declamatio leuis q, grauis cõfessio uidetur, quàmuis utcũq; temperata sit hæc ineptia in eo quod additũ est, forte. Et illud in libro xiij, q, dixi firmamentũ factum inter spiritales aquas superiores, et corporales inferiores, non satis considerate dictum est: Res autem in abdito est ualde. Hoc opus sic incipit: Magnus es domine, & laudabilis ualde.

Gene. 1. Li 4 confessionum, cap. 6.

Li. 13. confessio. cap. 32.

Contra Faustum Manicheum, Libri trigínta tres, Cap. VII,

Contra Faustũ manicheũ blasphemantẽ legem & prophetas et eorũ deũ et incarnationẽ Christi, scripturas autẽ noui testamenti quibus cõuincitur falsatas esse, dicentẽ, scripsi grãde opus uerbis eius ꝓpositis, reddens responsiones meas, triginta et tres disputatiões sunt, quæ etiã libros cur nõ dixerim? Nã etsi sunt in eis aliqui perbreues, tamen libri sunt. Vnus uero eorum ubi à nobis aduersum eius criminationes patriarcharum uita defenditur tantæ prolixitatis est, quantæ nullus fere librorũ meorũ. In libro ergo tertio cũ soluerem quæstionem quomodo potuerit duos patres habere Ioseph, dixi quidẽ q, ex alio natus, ab alio fuerit adoptatus, sed genus quoq; adoptionis dicere debui, sic enim sonat quod dixi, tanq; eũ uiuus adoptauerit alius pater. Lex autẽ filios etiã mortuis adoptabat iubens ut fratris sine filijs mortuũ duceret frater uxorẽ, & fratri defuncto semen ex eadem suscitaret, quæ profecto de duobus unius hominis patribus expeditior ibi redditur ratio. Vtrum autem fratres fuerunt in quibus hoc contigit, ut unius defuncti qui uocabatur Heli duceret alter uxorẽ id est, Iacob, à quo Matthæus narrat genitum esse Ioseph sed uterino fratri suo eũ genuit, cuius filiũ Lucas dicit fuisse Ioseph, nõ utiq; genitum, sed ex lege adoptiuũ. Hoc in eorum literis inuentum est qui recenti memoria post ascẽsionem domini de hac re scripserunt. Nam etiã nomẽ eiusdem mulieris quæ peperit Iacob patrem Ioseph de priore marito Nathan, qui fuit pater Iacob, auus Ioseph secundũ Matthæum, & de marito posteriore Melchi peperit Heli cuius erat adoptiuus Ioseph, non tacuit Affricanus. Quod quidem cum Fausto responderem nõdum legerã, sed tamen per adoptionem potuisse cõtingere, ut unus homo duos haberet patres, dubitare non poteram. In duodecimo & tertiodecimo de filio Noë secũdo, qui est appellatus Cham, ita disputatum est, tanq; non in filio suo Chanaan, sicut scriptura demonstrat, sed in seipso fuerit à patre maledictus. In quartodecimo de Sole et Luna talia dicta sunt, tanq; sentiant, & ideo tolerent uanos adoratores suos, quàmuis uerba ibi accipi posśint ab animali ad inanimale trãslata, modo locutionis qui uocatur græce metaphora, sicut de mari scriptum est, q, fremat in utero matris suæ uolens progredi, cum utiq; nõ habeat uoluntatem. In undetricesimo: Absit inq; ut sit in membris sanctorũ etiam genitalibus aliqua turpitudo. Dicuntur quidem inhonesta, quia non habẽt eã speciẽ decoris, quã mẽbra quæ in ꝓmptu locata sũt sed proba-

Li. 3. contra Faustum, li. 3. cap. 3. & li. 28. cap. 3. et 2. retrac. ca 32, li, 10. Cap. 55. Deut, 25.

lib. 83. quæstio, 61.

Contra faustum. li. 32. cap. 24. circa finem. et li. 33. ca. 10

Contra faustum. li. 14. cap. 12.

Contra faustum. li. 29. cap. 4.

sed probabilior in alijs postea scripturis nostris reddita ratio
1 Cor. 12 Roman 7 est, cur ea dixerit etiã apostolus inhonesta, propter legẽ scilicet in membris repugnantem legi mentis, quæ de peccato accidit, non de prima nostræ institutione naturæ. Hoc opus sic incipit: Faustus quidam fuit genere Afer.

Contra Fœlicem Manicheum, libri duo, Cap. VIII.

Possidonius in vita Augustini, ca. 19.

CONtra Manicheum quendam nomine Fœlicem præsente populo in ecclesia biduo disputaui. Hipponẽ quippe uenerat, eumdem seminaturus errorem, unus enim erat ex doctoribus eorum, quamuis ineruditus liberalibus literis, sed tamen uersutior Fortunato. Gesta sunt ecclesiastica, sed inter meos libros computãtur. Duo ergo libri sunt: In quorum secundo disputatum est de libero uoluntatis arbitrio, siue ad malum operandũ, siue ad bonum, sed de gratia qua ueri liberi sunt, de quibus scriptum est: Si uos filius liberauerit, tunc uere liberi eritis, diligentius disputare, quoniam talis erat, cum quo agebamus, nulla sumus necessitate compulsi. Hoc opus sic incipit: Honorio Augusto.
Iohannis 8

De natura boni aduersus Manicheos, liber unus, Cap. IX.

LIber de natura boni aduersus Manichæos est, ubi ostenditur naturam incõmutabilem deum esse ac summum bonum, atq; ab illo esse cæteras naturas, siue spirituales, siue corporales, atq; omnes inquantum naturæ sunt, bonas esse, & quid, uel unde sit malum, & quanta mala Manichei ponant in natura boni, & quanta bona in natura mali, quas naturas finxit error ipsorum. Hic liber sic incipit: Summum bonum quo superius non est, deus est.

Contra Secundinum Manicheum, liber unus, Cap. X.

SEcundinus quidam, non ex eis quos Manichæi electos sed ex eis quos auditores uocant, quem nec facie quidem noueram, scripsit ad me uelut amicus, honorifice obiurgans quòd oppugnarem literis illam hæresim, & admonens ne facerem, atq; ad eam potius sectandam exhortans, cum eius defensione, & fidei catholicæ reprehensione. Huic respondi: Sed quia in eiusdem opusculi capite non posui, quis, cui scriberem, nõ in epistolis meis, sed in libris habetur. Illic ab exordio conscripta est etiam eius epistola. Huius autem libri mei titulus est: Contra Secundinum Manichæum, quod mea sententia omnibus quæ aduersus illam pestem scribere potui, facile præpono. Hic liber sic incipit: Tua in me benuolentia.

Contra Hilarium tribunitium, liber unus. Cap. XI.

INter hæc Hilarius quidam uir tribunitius laicus catholicus, nescio unde aduersus dei ministros, ut fieri assolet, irritatus, morem qui tunc esse apud Carthaginem cœperat, ut hymni ad altare dicerentur de psalmorum libro, siue ante oblationem, siue cum distribueretur populo, qd̃ fuisset oblatum, maledica reprehensione ubicunq; poterat lacerabat, asserens fieri non oportere. Huic respondi tubentibus fratribus, & uocatur liber ipse: Contra Hilarium. Hic liber sic incipit: Qui dicunt mentionem.

Quæstionum euangeliorum, libri duo Cap. XII.

SVnt quædam expositiones quorundam locorum ex euangelio secundum Matthæum, & aliæ similiter secundum Lucam, in unum librũ illæ, in alterum istæ redactæ sunt. Titulus autem huius operis est: Quæstiones euangeliorum. Sed quare illa sola de supradictis euangelicis libris exposita fuerint, quæ his libris meis continentur, & quæ ista sint, prologus meus, adiunctis atq; enumeratis eisdem quæstionibus, ita ut quisq; legere quod uoluerit, numeros secutus inueniat, satis indicat. In primo ergo libro in eo quod positum est: Dominum seorsum duobus discipulis suam retulisse passionem, mendositas codicis nos fefellit: Nam duodecim scriptum est, non duobus. In secundo libro uolens exponere, quomodo duos patres potuerit habere Ioseph, cuius coniunx dicta est uirgo Maria, illud quod perhibetur fratrem duxisse defuncti fratris uxorem ut ei semen secundum legem suscitaret, ideo dixi esse infirmum, quoniam qui nasceretur, nomen defuncti lex eum iubebat accipere, non est uerum. Nomen enim defuncti qd̃ dictum est, ad hoc lex ualere præcepit, ut eius filius diceretur, non ad hoc, ut hoc quod ille uocaretur. Hoc opus sic incipit: Hoc opus non ita scriptum est.

Libro 1 quæst. euan cap. 27 Matth. 20
Libro 2 quæstionũ euan. cap. 5
Deutro 25

Annotationes in Iob, Liber unus. Cap. XIII.

LIber cuius est titulus, annotationes in Iob, utrũ meus habendus sit, an potius eorum qui eas sicut potuerunt, uel uoluerunt redigere in unum corpus, descriptas de frontibus codicis, non facile dixerim. Suaues enim paucissimis intelligentibus sunt, qui tamen necesse est ostendantur multa nõ intelligentes, quia nec ipsa uerba quæ exponuntur ita descripta sunt in multis locis, ut appareat quid expectatur. Deinde breuitatem sententiarum tanta est secuta obscuritas, ut eam lector uix ferre possit, quem necesse est plurima non intellecta transire. Postremo tam mendosum comperi opus ipsum in codicibus nostris, ut emendare non possem, nec ædituum à me dici uellem, nisi quia scio fratres id habere, quorum studio non potuit denegari. Hoc opus sic incipit: Et opera magna erant ei super terram.

De cathecizandis rudibus, liber vnus, Cap. XIIII.

EST etiam liber noster de cathecizandis rudibus, hoc ipso titulo prænotatus. In quo libro ubi dixi: Nec angelus, qui cum spiritibus alijs satellitibus suis superbiendo deseruit obedientiam dei, & diabolus factus est, aliquid nocuit deo, sed sibi: Nouit enim deus ordinare deserentes se animas, conuenientius diceretur, deserentes se spiritus, quoniam de angelis agebatur. Hic liber sic incipit: Petisti me frater Deogratias.

De catheci zandis rudibus cap. 18

De trinitate, libri quindecim. Cap. XV.

Libros

Libros de trinitate, quæ deus est, quindecim scripsi per aliquot annos. Sed cum eorum duodecimum nondum perfecissem, et eos diutius tenerem quàm possent sustinere qui uehementer habere cupiebant, subtracti sunt mihi minus emendati quàm deberent ac possent quando eos edere uoluissem. Quod postea comperi, quia & alia eorum apud nos exemplaria remanserunt, statueram eos iam ipse non edere, sed sic habere ut in alio aliquo opusculo meo quid mihi de his euenerit dicerem, ut gentibus tamẽ fratribus, quia resistere non ualui, emendaui eos quamum emendandos putaui, & compleui & edidi, adiungens eis à capite epistolam quam scripsi ad uenerabilem Aurelium episcopum Carthaginensis ecclesiæ, quo tanq̃ prologo exposui, & quid accidisset, & quid facere in ea cogitatione uoluissem, & quid fratrum charitate compellente fecissem. In quorum libro undecimo, cum de corpore uisibili agerem, dixi: Quocirca id amare alienari est, quod secundũ cum morẽ dictum est quo aliquid sic amatur, ut eo fruendo existimet beatũ se esse qui hoc amat. Nam nõ est alienari in laudem creatoris amare speciem corporalem, ut ipso creatore fruens quisq; uere beatus sit. Itemq; in eodẽ ubi dixi: Nec autem quadrupedem memini quia nõ uidi, sed phantasiam talem facillime intueor, dũ alicui formæ uolatili qualem uidi, adiungo alios duos pedes quales itidem uidi. Hæc dicens non potui recolere uolatilia quadrupedia quæ lex commemorat. Neq; enim computat in pedibus duo posteriora crura quibus locustæ saliunt, quas dicit mundas, & ideo discernit ab immundis talibus uolatilibus quæ non saliunt illis cruribus, sicut sunt scarabei. Omnia quippe huiusmodi uolatilia quadrupedia uocantur in lege. In duodecimo uelut expositor uerborum apostoli ubi ait: Omne peccatum, quodcunq; fecerit homo extra corpus est, non mihi satis facit, nec sic puto intelligendum quod dictum est: Qui autem fornicatur in corpus proprium peccat, tanq̃ ille hoc faciat qui propter adipiscenda ea quæ per corpus sentiuntur, ut in his finem boni sui ponat, aliquid agit. Hoc enim longe plura peccata cõplectitur, quàm illa fornicatio quæ concubitu perpetratur illicito, de qua locutum cum hoc diceret apostolum apparet. Hoc opus sic incipit: Lecturus hæc quæ de trinitate disseruimus.

Lib. 15. de trinitate, cap. 5.

Lib. 11. de trinitate, Cap. 10.

Leuit. 11.

Lib. 12. de trinitate Cap. 10.

1. Cor. 6.

De consensu euangelistarum, libri quattuor. Cap. XVI.

PEr eosdem annos quibus paulatim libros de trinitate dictabam, scripsi & alios labore continuo, interponens eos illorum temporibus, in quibus sunt libri quattuor de consensu euangelistarum, propter eos qui tanq̃ dissentientes calumniantur. Quorum primus liber aduersus eos scriptus est, qui tanq̃ maxime sapientem Christum, uel honorant, uel honorare se fingunt, & ideo nolunt euangelio credere, quia non ab ipso illa conscripta sunt, sed ab eius discipulis, quos existimant ei diuinitatem qua crederetur deus errore tribuisse. In quo libro q; dixi ex Abraham cœpisse gentem hebræorum, est quidem & hoc credibile, ut hebræi uelut habræi dicti esse uideantur, sed ex illo uerius intelliguntur appellati, qui uocabatur Heber, tanq̃ hebræi, de qua re in libro sextodecimo de ciuitate dei satis disserui. In secundo autem libro cum agerem de duobus patribus Ioseph, ab altero dixi genitum, ab altero adoptatum: Sed dicendum fuit, alteri adoptatum. Defuncto enim, quod magis credendum est, secundum legem fuerat adoptatus, quoniam qui cum genuit, eius matrem fratris defuncti coniugem duxerat. Item ubi dixi: Lucas uero ad ipsum Dauid per Nathan ascendit, per quem prophetam deus peccatum illius expiauit: Per cuius nominis prophetam, dicere debui, ne putaretur idem fuisse homo, cum alter fuerit, quamuis & ipse hoc uocaretur. Hoc opus sic incipit: Inter omnes diuinas auctoritates.

Lib. 1. de consensu euan. cap. 7.

Libro 1. de consensu euan. cap 14.

De ciuitate dei. libro 16. cap. 11.

Libro 2 de consensu euan. cap. 3

Libro 2 de consense euan. cap. 4

Contra epistolam Parmeniani Donatistarum episcopi, libri tres. Cap. XVII.

IN tribus libris contra epistolã Parmeniani Donatistarum Carthaginensis episcopi, successorisq; Donati, quæstio magna uersatur & soluitur, utrum in unitate & eorundem communione sacramentorum mali contaminent bonos, & quemadmodum contaminent disputatur, propter ecclesiam toto orbe diffusam, cui calumniando schisma fecerunt. In quorum libro tertio cum differeretur, quomodo sit accipiendum quod ait apostolus: Auferte malum ex uobismetipsis, illud quod dixi, ut ex seipso quisq; auferat malum, non sic esse intelligendum, sed sic potius, ut homo malus auferatur ex hominibus bonis. Quod sicut ecclesiastica disciplina, satis græca lingua indicat, ubi sine ambiguitate scriptum est, ut intelligatur, hic malus, nõ hoc malum, quamuis & secundũ istũ intellectũ responderim Parmeniano. Hoc opus sic incipit: Multa quidem & alia aduersus.

Libro 3 contra epistolam parmeniani ca. 3. et cap. 2

De baptismo, libri septem. Cap. XVIII.

COntra Donatistas auctoritate beatissimi Cypriani se defendere molientes, septẽ libros de baptismo scripsi, in quibus docui nihil sic ualere ad refellendos Donatistas & ad eorum ora claudenda, ne aduersus catholicam ecclesiam suum schisma defendant, quomodo literas factũq; Cypriani. Vbicunq; autem in his libris commemoraui, ecclesiam non habentem maculam aut rugam, non sic accipiendũ est quasi iam sit, sed quæ præparatur ut sit quando apparebit etã gloriosa. Nunc enim ꝓpter quasdã ignorantias & infirmitates mẽbrorũ suorũ, habet unde quotidie tota dicat: Dimitte nobis debita nostra. In quarto libro cum dicerẽ, uicem baptismi posse habere passionẽ, non satis idoneum posui illius latronis exemplũ, qui utrũ fuerit baptizatus, incertũ est. In libro septimo de uasis aureis & argẽteis in domo magna cõstitutis, sensum Cypriani secutus sum, qui hæc accipit in bonis, in malis autem lignea & fictilia: Ad illa referens quod dictum est: Alia quidem in honorem, ad hæc autem quod dictum est: Alia uero in cõtumeliam. Sed magis approbo qd' apud Ticonium

aduersũ

Ephes. 5

Libro 1. de baptis. cap. 17. & lib. 3 cap. 18 & li. 4 cap. 3 4. & 10.

Matthei 6

Libro 4 de baptis. cap. 22.

Lucæ 23

Libro 7 de baptismo. cap. 53

2. Time. 2

aduerti in utrisq; intelligendum, quædam in honorem, nõ sola scilicet aurea & argentea, & rursus in utrisq; quædam in contumeliam, non utique sola lignea & fictilia. Hoc opus sic incipit: In eis libris quos aduersus.

Contra quid attulit Centurius a Donatistis, Liber unus. Cap. XIX.

DVm aduersus partẽ Donati multa crebris disputationibus ageremus, attulit ad Ecclesiam quidã laicus tunc eorum nonnulla contra nos dictata uel scripta in paucis uelut testimonijs, quæ suæ causæ suffragari putant. His breuissime respondi. Huius libelli titulus est. Contra quid attulit Centurius á Donatistis. Et incipit sic: Dicis eo quod scriptum est á Salomone.

Ad inquisitiones Ianuarij, Libri duo. Cap. XX.

LIbri duo quorum est titulus: Ad inquisitiones Ianuarij, multa de sacramentis continent disputata, siue quæ uniuersaliter, siue quæ particulariter, id est, non per ea, quæ in omnibus locis obseruat Ecclesia, nec tamen omnia commemorari potuerunt, sed satis ad inquisita responsum est. Quorum librorum prior Epistola est: Habet quippe in capite, quis ad quem scribat, sed ideo inter libros annumeratur hoc opus, quoniam sequens, qui nomina nostra non habet, multo est prolixior, & in eo multa plura tractantur. In primo igitur quod de manna dixi, quoniam unicuique secundum propriam uoluntatem in ore sapiebat, non mihi occurrit unde possit probari, nisi ex libro sapientiæ, quem Iudæi non recipiunt in auctoritatem canonicam, quod tamen fidelibus potuit prouenire, non illis aduersus deum murmuratoribus, qui profecto alias escas non desiderarent, si hoc eis saperet manna quod uellent. Hoc opus sic incipit: Ad ea quæ me interrogasti.

1. ad inquisitiones Ianuarii ca. 3

Sapie. 16

Exodi, 16 Nume. 11

De opere Monachorum, Liber unus. Cap. XXI.

VT de opere Monachorum librum conscriberem, illa me necessitas compulit, quod cum apud Carthaginem monasteria esse cœpissent, alij se suis manibus transigebant, obtemperantes Apostolo, alij uero ita ex oblationibus religiosorum uiuere uolebant, ut nihil operantes unde necessaria uel haberent uel supplerent, sed potius implere præceptum Euangelicum existimarent atque iactarent, ubi dominus ait: Respicite uolatilia cœli & lilia agri. Vnde etiam inter aliquot inferioris propositi, sed tamen studio feruentes existere cœperant tumultuosa certamina, quibus Ecclesia turbaretur, alijs hoc alij aliud defendentibus. Huc accedebat, quod criniti erant quidam eorum, qui operandum non esse dicebant: Vnde contentiones, hinc reprehendentium, inde quasi pugnantium pro partium studijs augebantur. Propter hoc uenerabilis senex Aurelius Ecclesiæ ipsius ciuitatis episcopus, ut hinc aliquid scriberem iussit, & feci. Hic liber sic incipit: Iussioni tuæ sancte frater Aureli.

Matth. 6

De bono coniugali contra Iouinianum, Liber unus. Cap. XXII.

IOuiniana hæresis sacrarum uirginum meritũ æquãdo pudicitiæ coniugali tantum ualuit in urbe Romana, ut nonnullas etiam sanctimoniales, de quarum pudicitia suspitio nulla processerat, deiecisse in nuptias dicerentur. Hoc maxime argumento cum eas urgeret dicens: Tu ergo melior quàm Sara, melior quàm Susanna siue Anna? & cæteras commemorando testimonio sanctæ scripturæ commendatissimas fœminas, quibus se illæ meliores, uel etiam pares cogitare non possent. Hoc modo etiam uirorum sanctorum sanctum cœlibatum commemoratione patrum coniugatorum & prædicatione frangebat. Huic monstro sancta Ecclesia, quæ ibi est, fidelissime ac fortissime restitit. Remanserant autem istæ disputationes eius in quorundam sermunculis ac susurrijs, quas palam suadere nullus audebat. Sed etiam occulte uenenis repentibus, facultate quam donabat dominus, occurrendum fuit, maxime quoniam iactabatur Iouiniano responderi non posse cum laude, sed cum uituperatione nuptiarum: Propter hoc librum ædidi, cuius inscriptio est, de bono coniugali. Vbi de propagatione filiorum priusquam homines mortem peccando mererentur, quoniam concubitus mortalium corporum res uidetur, quæstio magna dilata est. Sed in alijs postea litteris nostris, satis quantum arbitror explicatur. Dixi etiam quodam loco: Quod enim est cibus ad salutem hominis, hoc est concubitus ad salutem generis, & utrunque non est sine delectatione carnali, quæ tantum modificata, & temperantia refrenante in usum naturalem redacta, libido est, se non potest. Quod ideo dictum est, quoniam libido non bonus & rectus usus: Sicut enim malum est male uti bonis, ita bonum est bene uti malis. De qua re alias maxime contra nouos hæreticos Pelagianos diligentius disputaui. De Abraham quod dixi: Ex hac obedientia pater ille Abraham, qui sine uxore non fuit, esse sine unico filio & á se occiso paratus fuit, non satis approbo: Magis enim filium si esset occisus, resuscitatione sibi mox fuisse reddendum, credidisse credendus est, sicut in Epistola legitur quæ est ad Hebræos. Hic liber sic incipit: Quoniam unusquisq; homo.

Gene. 11 Daniel. 13 Lucæ. 2 De bono coniugali, cap. 22

De bono coniugali, cap. 16

De bono coniugali. cap. 23

Hebr. 11

De sancta uirginitate, Liber unus. Cap. XXIII.

POstea quam scripsi de bono coniugali, expectabatur ut scriberem de sancta uirginitate, nec distuli, atque id dei munus, & quàm magnum, & quanta humilitate custodiendum esset, uno sicut potui uolumine ostendi. Hic liber sic incipit: Librum de bono coniugali nuper ædidimus.

De Genesi ad literam, Libri duodecim. Cap. XXIIII.

PEr idem tempus de Genesi libros duodecim scripsi ab exordio, donec de paradiso dimissus est Adam, & flammea Rhomphæa posita est custodire uiam ligni

uitæ. Cum autem ad hoc usq; undecim libri peracti essent, duodecimum addidi, in quo diligentius de paradiso disputatum est. Titulus horum librorum inscribitur: De Genesi ad literam, id est, non secundum allegoricas significationes, sed secundum rerum gestarum proprietatem: In quo opere plura quæsita quàm inuenta sunt, & eorum quæ inuenta sunt pauciora firmata: Cætera uero ita posita, uelut adhuc requirenda sint. Hos sane libros posterius cœpi, sed prius terminaui quàm de trinitate, ideo eos nunc ordine quo cœpi recolui. In quinto libro, & ubicunq; in eis libris posui, de semine cui repromissum est, quod dispositum sit per angelos in manu mediatoris, nõ sicut habet Apostolus, sicut ueriores codices post aspexi maxime græcos: De lege enim dictum est, quod tanquám de semine dictum multi latini codices habẽt per interpretantis errorem. In sexto libro quod dixi: Adam imaginem dei secundum quam factus est, perdidisse peccato, non sic accipiendum est, tanquam in eo nulla remanserit, sed quód tam deformis, ut reformatione opus haberet. In duodecimo, de inferis magis mihi uideor docere debuisse quòd sub terris sint, quám rationẽ reddere cur sub terris esse credantur, siue dicantur quasi non ita sit. Hoc opus sic incipit: Omnis diuina scriptura bipertita est.

Li. 7. de genesi ad literam. cap. 19

Li. 6. de genesi ad literam. ca. 27 & 28

Li. 12. de Genesi ad literam. cap. 33

Contra literas Petiliani, Libri tres. Cap. XXV.

ANteqũ finirem libros de trinitate, & libros de Genesi ad literam, irruit causa respondendi literis Petiliani Donatistæ, quas aduersus Catholicã scripsit Ecclesiam, differre non potui, Et scripsi in hanc rem tria uolumina, quorũ primo primæ parti Epistolæ ipsius quã scripsit ad suos, quia non tota in nostras manus uenerat, sed prior pars eius parua quanta potui celeritate & ueritate respondi: Etiam ipsa Epistola est ad nostros, sed ideo inter libros habetur, quia cæteri duo in eadem causa libri sunt. Postea quippe inuenimus totam, eiq; tanta diligentia respõdi, quãta Fausto Manichæo, uerba scilicet eius sub ipsius nomine prius ponens particulatim, & sub meo per singula responsionem meam. Sed prius quod scripseram, anteqũ totam reperiremus, peruenit ad Petilianum: Et iratus respõdere conatus est, in me potius dicens quicquid eum libuit, in causa uero omnino deficiens, quod cum possit collatis utriusq; scriptis, non facillime aduerti, tamen propter tardiores hoc ipse respondendo demonstrare curaui, sic est additus eidem nostro operi liber tertius. Hoc opus in primo libro sic incipit: Nostis nos sæpe uoluisse. In secundo autem sic: Primis partibus Epistolæ Petiliani. In tertio autem sic: Legi petiliane literas tuas.

Contra Cresconium grammaticum, Libri quattuor. Cap: XXVI.

GRammaticus etiã quidam Donatista Cresconius, cũ inuenissem Epistolam nostram, qua primas partes quæ in manus meas tunc uenerat Epistolæ Petiliani redargui, putauit mihi esse respondendũ, et hoc ipsum scripsit ad me. Cui operi citius libris quattuor respondi, ita sane, ut tribus peragerem quod uniuersa responsio flagitabat. Sed cũ uiderem me sola Maximianensium causa quo suos schismaticos dãnauerunt, & eorum alios rursus in suis honoribus receperunt, baptismũq; ab eis extra suã cõmunionem datũ non repetiuerunt, respondere non posse ad cuncta quæ scripsit, etiam librum quartum addidi, in quo idipsum quantum potui diligenter atq; euidenter ostendi. Hos autem quatuor libros quando scripsi, iã cõtra Donatistas leges dederat Honorius imperator. Hoc opus sic incipit: Quando ad te Cresconi.

Probationum & testimoniorum contra Donatistas, Liber unus. Cap. XXVII.

POst hæc ut ad Donatistas peruenirent contra eorũ errorem & pro catholica ueritate necessaria documenta curaui, siue de Ecclesiasticis, siue de publicis gestis, siue de scripturis canonicis. Et primo ad illos eadem promissa direxi, ut ipsi ea si fieri posset exposcerent. Quæ cum uenissent in eorum quorundam manus, nescio quis extitit, qui suo nomine tacito contra hoc scriberet, ita se confidens Donatistam, tanquam hoc uocaretur. Cui ego respõdens, alium librum scripsi. Illa uero documenta quæ promiseram, eodem libello quo promiseram iunxi, & ex utroq; unũ esse uolui, eumq; sic ædidi, ut in parietibus basilicæ, quæ Donatistarum fuerat, prius propositus legeretur, cuius titulus est: Probationum & testimoniorũ cõtra Donatistas. In quo libro absolutionẽ Fœlicis Aptugnensis ordinatoris Ceciliani, nõ hoc ordine posuimus quo postea nobis claruit, cõsulibus diligenter inspectis, sed tãquám post Cecilianum fuerit absolutus, cum ante sit factũ. Illud quod cõmemorato Iudæ Apostoli testimonio ubi ait: Hi sunt qui segregant semetipsos animales, spiritum non habentes, adiunxi etiam dicens: De quibus Paulus Apostolus dicit: Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus dei, nõ sunt isti illis æquandi, quos omnino ab Ecclesia schisma præcidit. Istos quippe idem Apostolus Paulus, paruulos dicit esse in Christo, quos nondũ escam ualentes capere, lacte nutrit, tamen illi non in filijs paruulis, sed in mortuis & perditis computandi sunt, ut si quis eorũ correctus Ecclesiæ fuerit copulatus, recte de illo dici potest: Mortuus erat, et reuixit, perierat, & inuentus est. Hic liber sic incipit: Qui timetis consentire Ecclesiæ catholicæ.

Iud. 1

1. Cor. 2

1. Corin. 3

Luc. 15

Contra nescio quem Donatistam, Liber unus. Cap. XXVIII.

ALterius libri quem supra cõmemoraui, titulũ est esse uolui: Contra nescio quẽ Donatistam, ubi similiter de absolutone ordinatoris Ceciliani uerus ordo tẽporis nõ est. Illud etiam quod dixi: Ad multitudinẽ zizaniorum, ubi intelliguntur omnes hæretici, nunus habet unam necessariã coniunctionem, dicendũ enim fuit, ubi intelliguntur etiam omnes hæretici, aut ubi intelliguntur etiam omnes hæreses: Nuncuero ita dictũ est, quasi præter Ecclesiam tantũmodo sint zizania, non etiam in

Ecclesia,

Ecclesia, cum ipsa sit regnum Christi, de quo collecturi sint angeli eius messis tempore omnia scandala. Vnde & Cyprianus martyr: Et si inquit uidemur in Ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet, aut fides, aut charitas uestra, ut quoniam zizania esse in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus. Quem sensum etiã nos aliàs, & maxime aduersus Donatistas eosdem præsentes in collatione defendimus. Hic liber sic incipit: Probationes rerum necessariarum.

Admonitio Donatistarum de Maximianistis, Liber unus. Cap. XXIX.

CVm uiderem multos legendi labore impediri à discendo, quàm nihil rationis ueritatis habeat pars Donati, libellũ breuissimum feci, quo eos de solis Maximianistis admonendos putaui, ut posset facilitate describendi in manus pluriũ peruenire, & ipsa sui breuitate facilius cõmendari memoriæ, cui titulum imposui: Admonitio Donatistarũ de Maximianistis. Hic liber sic incipit: Quicunq; calumnijs hominum.

De diuinatione dæmonum, Liber unus. Cap. XXX.

PEr idem tempus accidit mihi ex quadam disputatione necessitas, ut de diuinatione dæmonum libellũ scriberem, cuius titulus iste ipse est. In quodam autem eius loco dixi: Dæmones aliquando & hominum dispositiones, non solum uoce prolatas, uerumetiam cogitationẽ concæptas, cum signa quædam ex animo exprimuntur, in corpore tota facilitate perdiscere. Rem dixi occultissimam audaciore asseueratione quàm debui: Nam peruenire ista ad noticiam dæmonum, per nõnulla etiam experimenta cõpertum est. Sed utrum signa quædam dentur ex corpore cogitantium illis sensibilia, nos autem latentia, an alia ui & ea spiritali ista cognoscant, aut diffidillime potest ab hominibus, aut omnino non potest inueniri. Hic liber sic incipit: Quodam die in diebus sanctis octauarum.

De diuinatione dæmonũ. cap. 5

De sex quæstionibus contra Paganos expositis ad Deogratias, Liber unus. Cap. XXXI.

INtermissæ sunt mihi à Carthagine quæstiões sex, quas ꝓposuit amicus quidã quẽ cupiebã fieri Christianũ, ut cõtra Paganos soluerẽtur, quia nõnullas earũ á Porphyrio Philosopho ꝓpositas dixit. Sed nõ eum esse arbitror Porphyriũ siculũ, cuius celeberrima est fama. Harũ quæstionũ disputationes i unũ librũ cõtuli, nõ ꝓlixum, cuius est titulus: Sex quæstiones cõtra Paganos expositæ. Earũ aũt prima est de resurrectione, secunda de tẽpore Christianæ religionis, tertia de sacrificiorũ distinctiõe, quarta de eo qđ scriptũ est: In qua mẽsura mẽsi fueritis, remetietur uobis, quinta de filio dei secũdũ Salomonẽ, sexta de Iona ꝓpheta. In quarũ secũda qđ dixi: Salus religionis huius ꝑ quam solam uerã salus uera ueraciterq; ꝓmittitur, nulli unq; defuit qui dignus fuit, & cui defuit dignus nõ fuit, nõ ita dixi tanq; ex meritis suis quisq; dignus fuerit, sed quẽadmodũ ait Apostolus: Nõ ex operibus, sed ex uocãte dictũ esse: Maior seruiet minori, uocationẽ ad dei ꝓpositũ asserit ptinere. Vnde dicit: Nõ secundũ opera nostra, sed secundũ ꝓpositũ suũ & gratiã. Et unde itẽ dicit: Scimus quoniã diligentibus deum, omnia coopant in bonũ, his qui secundũ ꝓpositũ uocati sunt sancti. De qua uocatiõe ait: Vt dignos uos habeat uocatione sua sancta. Hic liber post Epistolã, quæ postmodũ á capite addita est sic incipit: Mouet quosdam.

Matt. 7

In secunda quæstione contra Paganos.

Roma. 9 Malach. 1

2. Thim. 1

Roma. 8

Expositio Epistolæ sancti Iacobi, Liber unus. Cap. XXXII.

INter opuscula mea repperi expositionẽ Epistolæ Iacobi Apostoli, quã retractãs aduerti annotationes potius expositorũ quorũdã eius locorũ i librũ redactas fratrũ diligentia, qui eas in frontibus codicis esse uoluerunt. Adiuuat ergo aliquid, nisi qđ ipsam Epistolã quã legebamus quando ista dictaui, nõ diligenter ex græco habebamus interpretatam. Hic liber sic incipit: Duodecim tribubus quæ sunt in dispersione.

De pecatorum meritis, & remissione, ac de baptismo paruulorum ad Marcellinum, Libri tres. Cap. XXXIII.

VEnit etiã necessitas quæ me cogeret aduersus nouam Pelagianã hæresim scribere, cõtra quã prius cũ opus erat nõ scriptis, sed sermonibus & collocutiõibus agebamus ut quisq; poterat aut debebat. Missis ergo mihi à Carthagine quæstionibus eorũ, quas rescribendo dissoluerã, scripsi primũ libros tres, quorum titulus est: De peccatorũ meritis & remissione, ubi maxime disputatur de baptismate paruulorũ propter originale peccatũ, & gratia dei qua iustificamur, id est, iusti efficimur, quãuis in hac uita nemo ita seruet mandata iusticiæ, ut non sit ei necessariũ ꝓ suis peccatis orando dicere: Dimitte nobis debita nostra, cõtra quã omnia sentientes illi nouã hæresim cõdiderunt. In his aũt libris tacenda adhuc arbitratus sum nomina eorum, sic eos facilius posse corrigi sperans, imo etiã in tertio libro, quæ est Epistola, sed in libris habita ꝓpter duos quibus eam cõnectendam putaui, Pelagij ipsius nomen nõ sine laude aliqua posui, quia uita eius à multis prædicabatur, & eius illa redarguit, quæ in suis scriptis, nõ ex persona sua posuit, sed quid & ab alijs diceretur exposuit, quæ tamen postea iam hæreticus pertinacissima animositate defendit. Celestius uero discipulus eius iã propter tales assertiones apud Carthaginẽ in Episcopali iudicio, ubi ego interfui, excõmunicationẽ meruerat. In secundo libro in quodã loco: Hoc quibusdam inquàm in fine largietur, ut mortẽ repentina cõmutatione nõ sentiant, seruans locũ diligentiori de hac re inquisitioni: Aut enim non morientur, aut de uita ista in mortem, & de morte in æternam uitam celerrima commutatione tamquàm in ictu oculi mortem nõ sentiant. Hoc opus sic incipit: Quamuis in medijs & magnis curarum æstibus.

Matth. 6

Li. 2. de peccatorũ meritis & remissione. cap. 3

De unico baptismo, Liber unus. Cap. XXXIIII.

EO tempore librum de unico baptismo amicus quidam meus, á nescio quo Donatista presbytero accepit, indicante quód Petilianus episcopus eorum Constantinensis eum scripserit. Hunc ad me ille attulit, ac uehementer ut ei responderem rogauit, & factum est. Librũ autem meum in quo respondi, unde titulum habere uolui, hic est: De unico baptismo. In quo libro illud quod dixi, Constantinum imperatorem Donatistis criminantibus, ordinatorem Ceciliani Fœcilem Aptugnensem nõ negasse accusationis locum, quámuis eos in Ceciliani fictis criminibus calumnioſos fuisset expertus, in ordine temporum postea consideratum, aliter inuentum est. Nam prius memoratus imperator causam Fœlicis fecit audiri á procõsule, ubi legitur absolutus, & postea ipse Cecilianum cum accusatoribus eius auditum, comperi innocentem, ubi eos expertus est in eius criminibus calumnioſos, qui ordo tẽporum per consules declaratus, multo uehementius in ea causa calumnias Donatistarum conuicit, penitusq; subuertit, quod ibi ostendimus. Hic liber sic incipit: Respondere diuersa sentientibus.

De unico bapti. cap. 16

De Maximianistis contra Donatistas, Liber unus. Cap. XXXV.

SCripsi etiam librũ inter cætera contra Donatistas, non breuissimum sicut antea, sed grandẽ multo diligentius, in quo apparet quemadmodum eorum aduersus Ecclesiam catholicã impium ac superbissimum errorem sola funditus Maximianistarũ causa subuertat, quod schisma factum est ex ipsa parte Donati. Hic liber sic incipit: Multa iam diximus, multa iam scripsimus.

De gratia noui testamenti ad Honoratum Liber tres. Cap. XXXVI.

EO ipso tempore quo contra Donatistas uehementer exercebamur, & contra Pelagianos exerceri iam cœperamus, amicus quidam mihi misit quinq; á Carthagine quæstiones, & rogauit ut eas illi exponerem. Quæ sunt: Quid sibi uelit uox illa domini: Deus meus, deus meus ut quid me dereliquisti? Et quid sibi ait Apostolus: Vt in charitate radicati & fundati, præualeatis cõprehendere cum omnibus sanctis quæ sit latitudo & longitudo, altitudo, & profundum. Et quæ sint quinq; uirgines stultæ, quæ ue sapientes. Et quæ sint tenebræ exteriores. Et quomodo intelligendum sit: Verbum caro factum est. Ego autem intuens supradictam hæresim nouã inimicam gratiæ dei, sextam mihi proposui quæstionem: De qua disputans, interposita expositione Psalmi uicesimiprimi, in cuius capite scriptum est, quód dominus exclamauit in cruce, quod ille amicus imprimis mihi proposuit exponendum, omnia illa quinq; dissolui, non hoc ordine quo erant proposita, sed sicut mihi differenti de gratia noui testamenti, tanq̃ suis locis congruenter occurrere potuerunt. Hic liber sic incipit: Quinq; mihi proposuisti tractandas quæstiones.

Matth. 27

Ephes. 3

Matth. 25
Matth 22
Iohan. 1

Psalm. 21

De spiritu & litera ad Marcellinum, Liber unus. Cap. XXXVII.

AD quem scripseram tres libros, quorum titulus est, de peccatorum meritis & remissione, ubi diligenter disputatur etiam de baptismo paruulorũ, rescripsit mihi se fuisse permotum, quòd dixerim, fieri posse, ut sit homo sine peccato si uoluntas eius non desit, ope adiuuante diuina, quamuis nemo tã perfectæ iusticiæ in hac uita uel fuerit, uel sit, uel futurus sit. Quæsiuit enim quomodo dixerim posse fieri, cuius rei desit exemplum. Propter hanc eius inquisitionem, scripsi librum cuius est titulus: De spiritu & litera, pertractans Apostolicã sententiam ubi ait: Litera occidit, spiritus autem uiuificat. In quo libro quantum deus adiuuit, acriter disputaui contra inimicos gratiæ dei, qua iustificatur impius. Cum aũt agerem de obseruationibus Iudæorũ, à quibusdam escis secundum ueterem legem abstinentiũ, dixi: Quarundam escarum cerimoniæ, quod nomen nõ est in usu literarum sanctarum, ideo tamen mihi congruens uisum est, q. à carendo appellatur cerimonia, quasi carimonius memoria tenebã, eo quód obseruantes careant his rebus quibus abstinent. Quòd si est origo alia huius nominis quæ abhorret à sua religione, secundũ hanc ego nõ sum locutus, sed secundum istam quam supra memoraui. Hic liber sic incipit: Lectis opusculis quæ ad te nuper elaboraui.

2. Corin. 3

Roman. 4

De spiritu & litera. cap. 21

De fide & operibus, Liber unus. Cap. XXXVIII.

INterea missa sunt mihi á quibusdam fratribus laicis quidem, sed diuinorũ eloquiorum studiosa scripta nõ nulla, quæ ita distinguerent à bonis operibus Christianã fidem, ut sine hac non posse, sine illis aũt posse peruenire suaderetur ad æternam uitã. Quibus respondens librum scripsi, cuius nomen est: De fide & operibus: In quo disputaui, non solum quemadmodum uiuere debeant gratiæ dei regenerati, uerumetiam quales ad lauacrum regenerationis admitti. Hic liber sic incipit: Quibusdã uidetur.

Breuiculus collationum, Libri tres. Cap. XXXIX.

POstraq̃ facta est cũ Donatistis nostra collatio, breuiter cõmemoraui quæ gesta sũt, literisq; cõprehẽdi secũdũ tres dies quibus cũ eis cõtulimus: Idq; opus utile existimabã quo quisq; cõmonitus, uel sciat sine labore quid actum sit, uel cõsultis numeris, quos rebus singulis ãnotaui, legati eisdẽ gestis ad locũ qd'cũq; uoluerit, quoniã fatigant illa nimia prolixitate lectorem. Huius autem operis titulus est: Breuiculus collationũ. Hoc opus sic incipit: Cum catholici episcopi & partis Donati.

Post collationem contra Donatistas, Liber unus. Cap. XL.

LIbrũ etiã scripsi grãdẽ satis q̃tũ existimo diligenter ad ipsos Donatistas post collationẽ, quã cũ episcopis eorũ habuimus, ne ab eis seducerẽtur ulterius. Vbi respondi etiam quibusdam uanitatibus eorũ, quæ ad nos peruenire poterant, quas ubi potuerant, & quomodo poterant iactabant, præter illa quæ dixi de gestis collationis, ubi quid actum sit breuiter noscerẽtur.

Multo

Multo autem breuius id ægi in quadam ad eosdem rursus Epistola. Sed quia in concilio Numidiæ omnibus qui ibi aderamus hoc fieri placuit, non est in Epistolis meis. Sic quippe incipit. Siluanus Senex, Valentinus, Aurelius, Innocentius, Maximinus, Optatus, Augustinus, Donatus, & cæteri episcopi de concilio Zertensi, ad Donatistas. Hic liber sic incipit: Quid adhuc Donatistæ seducimini.

De uidendo deo ad Paulinam, Liber unus. Cap. XLI.

DE uidendo deo scripsi librum, ubi de spiritali corpore quid erit in resurrectione sanctorum inquisitionem diligentiorem distuli, utrum, uel quomodo deus, qui spiritus est, etiam per corpus tale uideatur, sed eam Li. 22. de ciuitate de. cap. 29 postea quæstionem sane difficillimam in nouissimo, id est, in uicesimo & secundo libro de ciuitate dei satis quantum arbitror explicaui. Inueni etiam in quodam nostro codice, in quo & iste liber est quoddam cõmonitorium á me factum de hac re ad episcopũ Siccensem Fortunatianum, quod in opusculorum meorum indiculo, nec inter libros, nec inter Epistolas est nominatum. Hic liber sic incipit, Memor debiti. Illud autem: Sicut præsens rogaui.

De natura & gratia contra Pelagianos, Liber unus. Cap. XLII.

VEnit etiam tunc in manus meas quidam liber Pelagij, ubi hominis naturam contra dei gratiam, qua iustificatur impius, & qua Christiani sumus, quanta Roman. 4 potuit argumentatione defendit. Librum ergo quo huic respondi, defendens gratiam, non contra naturam, sed per quam natura liberatur & regitur, de natura & gratia nuncupaui. In quo uerba quædam quæ uel Sixti Romani episcopi & martyris, Pelagus posuit, ita defendi, tanquám reuera eiusdem Sixti essent, id enim putaueram, sed postea legi Sixti Philosophi esse, non Christiani. Hic liber sic incipit: Librum quem misistis. In libro de natura & gratia, cap. 64.

De ciuitate dei, Libri uiginti duo, Cap. XLIII.

INterea cum Roma Gothorum irruptione, agentium sub rege Alarico atque impetu magnæ cladis euersa est, cuius euersionem deorum falsorum multorumque cultores, quos usitato nomine Paganos uocamus, in Christianam religionem referre conantes, soliti acerbius & amarius deum uerum blasphemare cœperunt. Vnde ego exardescens zelo domus dei, aduersus eorum blasphemias uel errores, libros de ciuitate dei scribere instituí. Quod opus per aliquot annos me tenuit, eo quòd alia multa intercurrebant, quæ differre non oporteret, & me plus ad soluendum occupabant. Hoc autem de ciuitate dei grande opus tãdem uiginti duobus libris est terminatum. Quorum quinq; primi eos refellunt qui res humanas ita prosperari uolunt, ut ad hoc multorum deorum cultum quos Pagani colere consueuerunt, necessarium esse arbitrentur, & quia prohibentur mala ista exoriri atq; abundare contendunt. Sequentes autem quinq; aduersus eos loquuntur, qui fatentur hæc mala, nec defuisse unquam, nec defutura mortalibus, & ea nunc magna, nunc parua, locis, temporibus, personisq; uariari, sed deorum multorum cultum, quo eis sacrificatur, propter uitam post mortem futuram esse utilem disputant. His ergo decem libris, duæ istæ uanæ opiniones Christianæ religioni aduersariæ refelluntur. Sed ne quisquam nos aliena tantum redarguisse, non autem nostra asseruisse reprehenderet, id agit pars altera operis huius, quæ duodecim libris continetur: Quanquam ubi opus est, & in prioribus deum, quæ nostra sunt asseramus, & in duodecim posterioribus redarguamus aduersa. Duodecim ergo librorum sequentium primi quattuor continent exortum duarũ ciuitatum, quarũ est una dei, altera huius mundi: Secundi quatuor excursum earum siue procursum. Tertij uero, qui & postremi, debitos fines. Ita omnes uiginti & duo libri cum sint de utraq; ciuitate conscripti, titulum tamen á meliore acceperunt, ut de ciuitate dei potius uocarentur. In quorum decimo libro non debuit pro miraculo poni in Abrahæ sacrificio flammam cœlitus factam inter diuisas uictimas cucurrisse, quoniam hoc illi in uisione monstratum est. In decimoseptimo libro, quod dictum est de Samuele: Nõ erat de filijs Aaron, dicendum potius fuit, non erat filius sacerdotis. Filios quippe sacerdotum defunctis sacerdotibus succedere magis legitimi moris fuit: Nam in filijs Aarõ reperitur pater Samuelis, sed sacerdos non fuit, nec ita in filijs, ut eum ipse genuerit Aaron, sed sicut omnes illius populi dicuntur filij Israël. Hoc opus sic incipit: Gloriosissimam ciuitatem dei. De ciuitat. dei. li. 10. cap. 8. De ciuitat. dei. li. 17. et cap. 5. 1. Reg. 2. 3.

Ad Orosium contra Priscillianistas & Origenistas. Liber unus. Cap. XLIIII.

INter hæc Orosij cuiusdam Hispani presbyteri cõsultationi de Priscillianistis, & de quibusdam Origenis sensibus, quos catholica fides improbat, quanta potui breuitate ac perspicuitate respondi. Cuius opusculi titulus est: Ad Orosium cõtra Priscillianistas & Origenistas. Et ipsa enim consultatio responsioni meæ á capite adiuncta est. Hic liber sic incipit: Respondere tibi quæreni.

De origine animæ, & de sententia Iacobi Apostoli, ad beatum Hieronymum. Libri duo. Cap. XLV.

SCripsi etiam duos libros ad Hieronymum presbyterum sedentem in Bethleem, unum de origine animæ hois, alterum de sententia Iacobi Apostoli ubi ait: Quicunque totam legem seruauerit, offendat autem in uno, factus est omnium reus, de utroque consulens eum. Sed in illo priore quæstionem quam proposui ipse non solui, in posteriore autem quid mihi de illa soluenda uideretur ipse non tacui. Sed utrum hoc approbaret etiam illũ consului, Rescriptsit autem, laudans eandem consultationem Iacobi. 3

meam, sed tamen sibi tunc ad respondendum ocium non esse respondit. Ego uero quousq; esset in corpore, hos libros ædere nolui, ne forte responderet aliquando, & cum ipsa responsione eius potius æderentur. Illo autem defuncto ad hoc ædidi priorem, ut qui legit admoneatur, aut nõ quærere omino quomodo detur anima nascẽtibus aut certe de re obscurissima eam solutionem quæstionis huius admittere, quæ contraria non sit apertissimis rebus, quas de originali peccato fides catholica nouit in paruulis, nisi regenerarentur in Christo sine dubitatione damnandis. Posteriorem uero ad hoc, ut quæstionis de qua ibi agitur, etiam quæ nobis uisa est solutio ipsa noscatur. Hoc opus sic incipit: Deum nostrum qui nos uocauit.

Ad Emeritum Donatistarum episcopum, Liber unus. Cap. XLVI.

AD Emeritum Donatistarum episcopum, qui i collatione nostra quam cum illis habuimus, eorum causam maxime agere uidebatur, aliquando post eandem collationem scripsi librum satis utilem, quoniam res quibus uincuntur, uel uicti esse monstrantur commoda breuitate complectitur. Hic liber sic incipit: Si uel nunc frater Emerite.

De gestis Pelagij, Liber unus. Cap. XLVII.

PEr idem tempus in oriente, hoc est in Syria Palestina, Pelagius à quibusdam catholicis fratribus ad episcopalia gesta perductus est, eisq; absentibus qui de illo libellum dederant, quoniam ad diem Synodi non potuerunt occurrere, ab episcopis quatuordecim auditus est, ubi eũ dogmata ipsa damnantem, quæ inimica gratia dei aduersus eam de libello legebantur, catholicum pronunciauerunt: Sed cũ in manus nostras eadem gesta uenissent, scripsi de his librum, ne illo uel absolute eadem quoq; dogmata putarentur iudices approbasse, quæ ille nisi damnasset, nullo modo ab eis indemnis exisset. Hic liber sic incipit: Posteaq; in manus nostras.

De correctione Donatistarum ad Bonifacium, Liber unus. Cap. XLVIII.

EOdem tempore scripsi etiam librum de correctione Donatistarũ, propter eos qui nolebant illos legibus imperialibus corrigi. Hic liber sic incipit: Laudo & gratulor & admiror fili dilectissime Bonifaci.

De præsentia dei ad Dardanum, Liber unus. Cap. XLIX.

DE præsentia dei scripsi librum, ubi nostra intentio contra hæresim Pelagianam maxime uigilat, non expresse nominatam, sed in eo etiam de præsentia dei naturæ, quem deum uerũ & summum dicimus, & de tẽplo eius operose ac subtiliter disputatur. Hic liber sic incipit: Fateor frater dilectissime Dardane.

De gratia Christi & peccato originali, contra Pelagium & Celestium, Libri duo. Cap. L.

POsteaq; Pelagiana hæresis cum suis auctoribus ab episcopis Ecclesiæ Romanæ, prius Innocentio, deinde Zosimo, cooperantibus conciliorũ Africanorum literis, conuicta atq; damnata est, scripsi duos libros aduersus eos, unũ de gratia Christi, alterum de peccato originali. Hoc opus sic incipit: Quantum de uestro corporali, & maxime spiritali salute gaudeamus.

De gestis cum Emerito Donatistarum episcopo, Liber unus. Cap. LI.

ALiquanto post collationẽ, quã cũ hæreticis Donatistis habuimus, orta est nobis necessitas pgendi i Mauritaniã Cæsariensem: Ibi apud ipsam Cæsareã Emeritum Donatistarũ episcopũ uidimus, unũ scilicet eorum septem quos pro suæ causæ defensione delegerant, & qui in eadem causa maxime laborauerat. Quæ cum illo ægerimus præsentibus episcopis eiusdem prouinciæ, & plebe Cæsariensis Ecclesiæ, in qua ciuitate & ciuis & memoratorum hæreticorum episcopus fuit, Ecclesiastica gesta testantur, quæ in meis habentur opusculis. Vbi non inuenieus quid responderet, totum sermonem meum, quẽ de solis Maximianistis in auribus eius & omnũ qui aderant explicauit, tanquam mutus audiuit. Hic liber uel hæc gesta sic incipiunt: Glorioſissimis imperatoribus Honorio duodecimo & Theodosio octauo consulibus.

Contra sermonem Arrianorum, Liber unus. Cap. LII.

INter hæc uenit in manus nostras quidam sermo Arrianorum, sine nomine auctoris sui. Huic petente atq; instante qui eum mihi miserat, quanta potui etiam breuitate respondi, adiuncto eodem sermone à capite responsionis meæ, & adhibitis ad singula numeris, quibus inspectis, quid cui locorum responderim, facile possit aduerti. Hic liber post eorum sermonem qui à capite adiunctus est sic incipit: Eorum præcedenti, hac disputatione respondeo.

De nuptijs & concupiscentia ad Valerium comitem, Libri duo. Cap. LIII.

SCripsi duos libros ad illustrem uirum comitem Valerium, cũ audissem Pelagia nos ei nescio quid scripsisse de nobis, quòd scilicet nuptias dãnaremus, asserendo originale peccatũ, quorũ titulus est De nuptijs & concupiscentia. Bonitatem quippe defendimus nuptiarũ, ne putaretur earũ esse uitiũ concupiscentia carnis, & lex in mẽbris repugnans legi mentis, quo malo libidinis bene utitur ad filios procreandos pudicitia cõiugalis. Vt aũt duo libri essent, primus uenit in Iuliani Pelagiani manus, & scripsit aduersus eũ libros quatuor, ex quibus quidem nõnulla decerpsit, & comiti Valerio misit, ille uero ad nos. Quæ cũ accepissem, alio libro ad eadem ipsa respondi.

Huius

Huius operis primus liber sic incipit, Hæretici noui dilectißime fili Valeri. Secundus autem sic, Inter mulitiæ tuæ curas.

Locutionum, Libri septem. Cap. LIIII.

SEptem libros de septem libris diuinarum scripturarum, id est Moysi quinq;, & uno Iesu Naue, & altero iudicum fœci, notatis locutionibus singulorum quæ minus usitatæ sunt linguæ nostræ, quas parum aduertendo sensum quærunt qui legunt diuinorum eloquiorum, cum sit locutionis genus, & nonnunq; exculpant aliquid quod à ueritate quidem non abhorreat, non tamen id sensisse auctor à quo scriptum est inuenitur, sed genere locutionis hoc dixisse credibilius apparet. Multa autem in scripturis sanctis obscura cognito locutionis genere diluescunt, Propter quod cognoscenda sunt eadem genera locutionum, ubi sententiæ patent, ut etiam ubi latent, cognitio ipsa succurrat, easq; intentioni legentis aperiat,

Locutionis de Genesi.

Huius operis titulus est, Locutionis de Genesi, atq; ita de singulis libris. Quod autem in primo libro posui scriptum esse, Et fœcit Noë omnia uerba quæcunq; præcepit illi dominus, sic fœcit, eamq; locutionem dixi similem esse ei quod inconditione creaturæ posteaq; dicitur, Et sic est factum, additur, & fœcit deus, non omni modo simile hoc idem mihi uidetur. Deniq; ibi etiam sensus latet, hic sola locutio est. Hoc opus sic incipit, Locutiones scripturarum.

Gene. 6.

Quæstionum, libri septem. Cap. LV.

EOdem tempore scripsi etiam libros quæstionum de libris eisdem diuinis septem, quos ideo sic appellare uolui, quia ea quæ ibi disputantur, magis quærenda proposui q; quæsita dissolui: Quamuis multo plura in eis mihi uideantur ita pertractata, ut possint etiam soluta & exposita non immerito iudicari. Regnorum quoq; libros eodem modo iam considerare cœperamus, sed non multo progressi, in alia quæ magis urgebant animum intendimus. In primo aũt libro, ubi agitur de uirgis uariatis, quas ponebat Iacob in aqua, ut in conceptu positæ, oues eas uiderent cum biberent, & uarios fœtus parerent, non benè à nobis exposita est caussa, cur iterum concipientibus non ponebat, id est cum alios fœtus conciperent, sed in priore conceptu. Nam quæstionis alterius expositio, ubi quæritur, cur dixerit socero suo Iacob, Et decepisti mercedem meam decem agnabus, satis ueraciter enodata demonstrat istam sicut solui debuit non solutam. In tertio quoq; libro ubi de summo agitur sacerdote, quomodo creabat filios cum haberet necessitatem bis in die ingredi in sancta sanctorum, ubi erat altare incensi, ad offerendũ incensum mane & uespere, quo non posset, sicut lex dicit, immundus intrare, & eadem lex dicat, immundum fieri hominem etiam ex concubitu coniugali, quem iubet quidem lauari aqua, sed & lotum dicit immundum esse usq; ad uesperam. Vnde dixi consequens esse, ut aut continens esset, aut diebus aliquibus intermitteretur incensum, non uidi fuisse consequens. Potest enim sic intelligi quod scriptum est, Immundus erit usq; ad uesperam, ut post ipsam uesperam iam non esset immundus, sed usq; ad ipsam, & uespertino iam tempore incensum mundus offerret, cum propter creandos filios post matutinum incensum mixtus esset uxori. Itemq; quæsitum est, quomodo prohibitus esset super funus patris sacerdos summus intrare, cum eum fieri sacerdotem (quando unus erat) nisi post mortem sacerdotis patris non oporteret, dixi propter hoc necesse fuisse nondum sepulto patre statim post eius mortem, filium eius constitui qui succederet patri, etiam propter continuationis incensum, quod bis in die necesse erat offerri, qui sacerdos super mortem nondum sepulti patris prohibetur intrare, Sed parum attendi, potuisse hoc præcipi magis propter illos qui futuri fuerant summi sacerdotes, non patribus summis sacerdotibus succedentes, sed tamen ex filijs, id est, ex posteris Aaron, si forte summus sacerdos, aut filios non haberet, aut ita reprobos haberet ut nullus eorum patri deberet succedere, Sicut Samuel summo sacerdoti Heli successit, cum sacerdotis filius ipse non esset, sed tamen ex filijs, id est ex posteris esset Aaron. De latrone etiam cui dictum est, Hodie mecum eris in paradiso, quòd non fuerit uisibiliter baptizatus, quasi certum posui, cum sit incertum, magisq; illum baptizatum fuisse credendũ sit, sicut ego quoq; alibi postea disputaui. Item quod in quinto libro dixi, ubi commemorantur matres in generationibus Euangelicis, non eas positas nisi cum patribus, uerũ est quidem, sed ad rem de qua agebatur non pertinet. Agebatur autem de his qui ducebant fratrum uel propinquorum cõiuges eorum qui sine filijs defuncti essent, propter duos patres Ioseph, quorum alterum Matthæus commemorat, alterum Lucas. De qua quæstione diligenter in hoc opere disserui, cum retractaremus opus nostrum contra Faustum Manichæum. Hoc opus sic incipit, Cũ scripturas sanctas.

Gene. 30. Li. 1. quæst. q. 93.

Li. 1. quæstionum. q. 95.

Gene. 31.

Li. 3. quæstionum. q. 82.

Leuit. 6.

Leuit. 15.

Li. 3. quæstio. q. 82.

Li. 3. quæstio. q. 83. Leuit. 21.

Leuit. 6.

1. Reg. 1. & 2.

Li. 3 quæst. q. 84. De baptismo contra Donati. li. 4. ca. 22.

Li. 5. quæst. q. 48. in. fi.

2. Retract. ca. 7. Li. 3. contra faustum ca. 3. & li. 28. ca. 3.

De anima & eius origine, Libri quattuor. Cap. LVI.

EOdem tempore quidam Vincentius Victor in Mauritania Cæsariensi, inuenit apud Hispanum quẽdam presbyterum Petrum nonnullum opusculum meũ ubi quodam loco de origine animæ hominum singulorũ, utrum ex illa una primi hominis, ac deinde ex parentibus propagentur, an sicut illi uni, sine ulla propagatione singulæ singulis dentur, me nescire confessus sum, Verumtamen scire, animam non corpus esse, sed spiritum. Et cõtra ista mea ad eundem Petrum scripsit ille duos libros, quos mihi de Cæsarea Renatus Monachus misit. Quibus ego lectis, responsione mea, quattuor reddidi, Vnum ad Renatũ Monachũ, Alterũ ad presbyterũ Petrũ, Et duos ad eundẽ Victorẽ. Sed ad Petrũ, q̃uis habeat libri pli-

In his autem omnibus in quibus multa necessaria disserumur, defendi de origine animarum, quæ singulis hominibus dantur, cunctationem meam, et multos errores atq; prauitates præsumptionis eius ostendi. Quem tamen iuuenem non præpropere detestandum, sed adhuc docendum quanta potui lenitate tractaui, & ab eo rescripta correctionis eius accepi. Huius operis liber ad Renatum sic incipit. Synceritatem tuam erga nos Ad Petrum autem sic, Domino dilectissimo fratri & conpresbytero Petro. Duorum uero nouissimorũ ad Vincentium Victorẽ, Primus sic, Quòd mihi ad te scribendum putaui. Secundus autem sic, Accipi nunc iam etiam de meipso.

De adulterinis coniugijs ad Pollentium, Libri duo. Cap. LVII.

SCripsi duos libros de coniugijs adulterinis, quantum potui secundum scripturas, cupiens dissoluere difficillimam quæstionem, Quod utrum enodatissime fœcerim, nescio, immó uero nõ me peruenisse ad huius rei perfectionem sentio, q̃uis multos sinus eius aperuerim, qd' iudicare poterit quisquis intelligenter legit. Huius operis primus liber sic incipit, Prima quæstio est frater. Secundus autem sic, Ad ea quæ mihi scripseras.

Contra aduersarium legis & prophetarũ, Libri duo. Cap. LVIII.

INterea liber quidam cuiusdam hæretici siue Marcionistæ, siue cuiuslibet eorum quorum error opinatur, q̃ istum mundum deus non fœcerit, nec deus legis quæ data est per Moysen, & prophetarum ad eandem legem pertinentium uerus sit deus, sed pessimus dæmon, cum apud Carthaginem multis confluentibus & attentissime audientibus, in platea maritima legeretur, peruenerunt fratres ad eum studiosissime Christiani, eumq; mihi redarguendum sine ulla dilatione miserunt, multum rogantes, ut nec ego respondere differrem. Refelli cum libris duobus, quos ideo prænotaui, contra aduersarium legis & prophetarum, quia codex ipse qui missus est, nomen auctoris non habebat. Hoc opus sic incipit, Librum quẽ misisti is fratres dilectissimi.

Contra Gaudentium Donatistarum Episcopum, Libri duo. Cap. LIX.

PEr idem tempus Dulcitius tribunus et notarius, hic erat in Aphrica executor imperialium iussionũ contra Donatistas datarũ. Qui cum dedisset literas ad Gaudentiũ Tamugadensem Donatistarum episcopũ, unũ illorum septem quos in nostra collatione auctores suæ defensionis elegerant, exhortans eum ad unitatem catholicam, & dissuadens incendium, quo se ac suos cum ipsa in qua erat ecclesia consumere minabatur, addens etiam, ut si se iustos putarent, fugerent potius secundum præceptũ domini Christi, quàm nefandis se ignibus concremarent. Ille rescripsit sit epistolas duas, Vnam breuem, festinante ut asseruit platore, Aliam prolixam, quasi plenius diligentiusq; respõdens. Has mihi supramemoratus tribunus existimauit mittendas, ut eas potius ipse refellerem. Quas ambas uno libro redargui. Qui cum in eiusdem Gaudentij peruenissent manus, rescripsit quod ei uisum est ad meipsum, nulla ratione respondens, sed magis se nec respondere, nec tacere potuisse declarans. Quod cum satis posset intelligenter legentibus, & nostra atq; ipsius dicta cõferentibus apparere, nolui tamen sine rescripto relinquere quicquid illud fuit. Hinc factum est, ut hi nostri ad illum duo libri essent. Hoc opus sic incipit, Gaudentius Donatistarum Tamugadensis episcopus.

Contra mendacium, Liber vnus. Cap. LX.

TVnc etiam contra mendaciũ scripsi librum, cuius opis ea caussa extitit, q̃ priscillianistas hæreticos in uestigãdos hæresim suã, nõ solũ negãdo atq; mentiendo, ueruetiã peierando existimant occulendã, uisũ est quibusdam catholicis Priscillianistas se debere simulare, ut eorũ latebras penetrarent. Quod ego fieri prohibens, hunc librum scripsi. Hic liber sic incipit: Multa mihi legenda misisti.

Contra duas Epistolas Pelagianorum, Libri quattuor. Cap. LXI.

SEquuntur libri quattuor, quos contra duas epistolas Pelagianorum ad Episcopum Romanæ ecclesiæ Bonifaciũ scripsi, quia in cũ manus eius ueniissent, ipse mihi miserat, inueniens in illis calumnioſe tunc positum nomen meum. Hoc opus sic incipit: Noueram te quidem fama.

Contra Iulianum, Libri sex. Cap. LXII.

INterea libri quattuor Iuliani Pelagiani, quos supra commemoraui, uenerunt etiam in manus meas, in quibus comperi illa quæ ex eis decerpserat, qui ea comiti Valerio miserat, non eodem modo quo à Iuliano dicta sunt, ad eundem comitem scripta, sed nonnulla eorum aliquantum fuisse mutata. Scripsi ergo sex libros aduersus illos quattuor, sed meorum duo primi, testimonijs sanctorum qui fidem catholicam post Apostolos defenderunt, Iuliani impudentia redarguitur, qui tanq̃ Manichæorum dogma nobis obijciendum putauit, quia ex Adam trahi dicimus originale peccatum, quod per lauacrum regenerationis, non solum in maioribus, uerumetiam in paruulis soluitur. Quantum autem ipse Iulianus quibusdam sententijs suis adiuuet Manichæos, in primi libri mei parte posteriore monstraui. Cæteri autem quattuor nostri reddi mur illis singulis singuli. Verum in huius tanti tã- Contra Iulianum li. 5. ca. 9.
q; elaborati operis quinto uolumine, ubi commemoraui de formẽ maritum coniugi suæ, ne deformes pareret, proponere in concubitu formosam solere picturam, nomen hominis qui hoc facere solebat, quasi certum posui, cum sit incertum, quia memoria me fefellit. Hoc autem Soranus Medicinæ artis Magister scripsit regem Cypriũ facere solere, sed nomen eius proprium non expressit. Hoc opus sic incipit, Contumelias tuas. 12. de ciuit. dei. ca. 25.

Enchiridion de fide, ſpe, et charitate, Liber vnus. Cap. LXIII.

SCripſi etiam librum de fide, ſpe & charitate, cum à me ad quem ſcriptus eſt poſtulaſſet, ut aliquod opuſculum haberet meum de ſuis manibus non receſſurum: Quod genus græci Enchiridion uocant. Vbi ſatis diligenter mihi uideor eſſe complexus, quomodo ſit colendus deus, quam ſapientiam eſſe hominis utiq; ueram diuina ſcriptura definit. Hic liber ſic incipit, Dici non poteſt.

De cura pro mortuis gerenda, Liber vnus. Cap. LXIIII.

LIbrum de cura pro mortuis gerenda ſcripſi, cum interrogatus literis fuiſſem, utrum proſit cuiq; poſt mortem q̃ corpus eius apud ſancti alicuius memoriam ſepeliatur. Hic liber ſic incipit: Diu ſanctitati tuæ coepiſcope uenerande Pauline.

De octo Dulcitij quæſtionibus, Liber vnus. Cap. LXV.

LIber quem prænotaui de octo Dulcitij quæſtionibus, non eſſet in hoc opere commemorandus inter libros meos, cum ſit confectus ex his quæ à me in alijs antea conſcripta ſunt, niſi & diſputationis aliquid à nobis interpoſitum reperiretur in eo, & uni earum quæſtionũ non ex opuſculo aliquo alio meo reſponſionem, ſed tunc quæ potuit occurrere reddidiſſem. Hic liber ſic incipit: Quantum mihi uidetur.

De gratia & libero arbitrio ad Valentinũ Liber vnus. Cap. LXVI.

PRopter eos, qui cum defenditur dei gratia putantes negari liberum arbitrium ſic ipſi defendunt liberum arbitrium, ut negent dei gratiam, aſſerentes ea ſecundum merita noſtra dari, ſcripſi librum, cuius titulus eſt: De gratia & libero arbitrio. Ad eos autem ſcripſi Monachos Adrumetinos, in quorũ monaſterio de hac re cœperat eſſe contentio, ita ut me conſulere aliqui eorũ cogerentur. Hic liber ſic incipit: Propter eos qui liberũ hominis arbitrium ſic prædicant.

De correptione & gratia ad quos ſupra, liber vnus. Cap. LXVII.

RVrſus ad eoſdem ſcripſi alterum librum, quem de correptione & gratia prænotaui cum mihi nunciatum eſſet, dixiſſe ibi quendam, neminem corripiendũ, ſi dei præcepta non facit, ſed pro illo ut faciat tantummodo orandum. Hic liber ſic incipit: Lectis literis ueſtris.

Hæc opera nonagintaquattuor in libris ducentis triginta duobus me dictaſſe recolui quando hæc retractaui, utrum aliquos adhuc eſſem dictaturus ignorans, atq; ipſam eorum retractationem in libris duobus edidi urgentibus fratribus, anteq̃ epiſtolas ac ſermones ad populum alios dictatos, alios à me dictos retractare cœpiſſem.

Sancti Auguſtini Hipponenſis Epiſcopi, liber ſecundus retractationum explicit.

Ad lectorem.

Fleri potuit, Candide Lector, ut in sacri doctoris Augustini uinea, hasce racemationes instituens, & electissimis Soreck, acerbas labruscas mixtas, torculari imposuerim, has scilicet, germanis & ueris illius operibus adulterina pseudographa coniunxerim in citatione testimoniorum, inde sublectorum, & prælo commissorũ. At cum magnus ille Erasmus suis æquissimis censuris, ferè in omnibus diui Augustini operibus adpositis, uera à falsis discreuerit, libuit te huius cõmonefacere et inhortari, ut probe tu quoq; ex Erasmi potissimum præfatione Augustini uoluminibus præfixa. Deinde ex unoquoq; Tomo præsertim nono & decimo, ueteris uero æditionis decimo & undecimo sublegas & discernas, producta ex suppositicijs et nothis atq; genuinis et rectis Augustini scriptis testimonia. Ita fiet ut neq; tu ærea ꝓ aureis, et uitiata ꝓ synceris emas, ne ego talia uẽdere merito tibi ut ineptus caupo & impostor uidear, q. Gratianus iuris pontificij rapsodus indiscriminatim fœciſſe conuincitur. Mirari proinde uolo ut desinas, q. in hoc opere tot errata correpserint, quando per Typographos latinitatis omnis expertes, excusus in lucem latinus exeat Augustinus. Miraculum mũdi septem certe addendum, si emaculatior et emendatior ꝓdire potuisset, licet non ad hoc excripseram ut æderetur epitome. Mihi enim cantaueram, & Christo uixeram. Quotidianis uero & improbis quorundam amiculorum congerronũq; efflagitationibus uictus (per hoc Christianæ. Reipub. & ecclesiæ paci affatim consulere cupiens) exemplar non reuisum, neq; forsan ut par erat ad perpendiculum emendatum, è manibus dimissum, Calcographo concreditum est. Quicquid ergo inueneris minus congrue positum, aut negligenter omissum, ꝓ insignẽ insciti̇ã, et inconsultã festinationem illorũ factũ esse, ne subdubitato quidem. Cæterũ ne i me solũ cuderetur hæc faba, de hoc te admonere haud ab re fore arbitrabar. Quãq; illa non tanti pensi sint, ut non ab unoquoq; qui saltem primis labris sacras literas degustarit corrigi atq; emendari possint. Concordantias uero in indice correctas habebis. Superfluum ergo fuit inter errata posuisse: Verũ hac in re tibi diligentiam Vigilij cõmendo. Vale, & hanc opellam meam boni consule, meq; defensum conseruatũq; perge.

Iohannes Piscatorius.

ERRATA QVAE PRIMO Tomo irrepsere.

Folio. 1. columna 2. loco 1. in concor dele fuisse, lege locutus.

Eodem fol. & columna sequenti loco, lege pro cœlum, deum.

Columna 3. eodem fol. in concordantia, lege quæ per creaturam etc. 1. loco.

Columna 4. eodem fol. loco 2. in concordantia, lege pronunciantur.

Fol. 6. columna 3. loco 5. lege pro quem quæ.

Eodem fol. columna 3. loco 1. in concordantia, lege pro fuisse fuit.

Sequenti loco pro illius, lege filius.

Vltimo loco eiusdem fol. & columna in loco & concordantia, lege pro q. unamquãq;, quæ ad unamquãq;.

Fol. 7. columna 3. loco 1. lege metum dempserunt.

Fol. 8. colũna 2. loco ex 85. Psalmo citato posuit interrogationes, & sunt negationes.

Fol. 10. columna 1. loco 2. in concordantia, lege noluit pro uoluit.

Eodem columna 2. ultimo loco, lege dei 2. linea.

Sequenti loco pro ueram, lege uero 7. linea ultimo loco, eiusdem fol. 3. columnæ, lege conceptam pro conceptum.

Fol. 11. columna 1. loco 3. lege etiam prima uice posteriora.

Eod. fol. colũna. 4. loco 4. lege quomodo illos subuertat.

Fol. 13. columna 1. 2. linea. lege num pro nam.

Eod. fol. columna 3. 2. loco. lege homo in deum transiuit.

Fol. 15. columna 1. loco 2. lege omnia pro omnium.

Eodem fol. columna 2. linea 7. lege hominis pro homines.

Fol. 16. columna 1. loco 2. linea 8. lege spiritu ꝓ spiritũ.

Eodem fol. & loco, lege in discipulos pro in discipulis.

Eodem fol. columna 3. loco 2. linea 12. lege præsentia siue futura, quæ iam facta sunt.

Eodem fol. columna eadem loco 3. linea 4. lege filium, deum & hominem.

Eodem fol. columna 3. in capite, lege propria quadam notione.

Eod. fol. columna 4. 1. concordantia adde baptizati.

Fol. 18. columna 1. in concordantia loco 2. lege in priuatam personam sclam.

Eodem loco linea 7. lege legant pro negant.

Eodem fol. columna 3. loco 3. linea. 11. lege intermisso non, quòd factus est ei ex semine etc.

Eod. fol. colũ. 4. loco. 2. in concor. lege cũ prophetis & iustis. etc.

Fol. 19. col. 1. loco 2. linea 3. lege quæ pro qui.

Fol. 20. col. 1, loco 3. linea 7. lege genere pro generi.

Eod. col. 3. loco ultimo linea 4. lege instaurari, pro instaurate.

Fol. 21. col. 1. loco. 2. linea 9. lege quod aliunde pro qui aliunde.

Eod. col. 2. loco 4. linea 5. lege perfruuntur pro perficiuntur.

Eod. fol. col. 3. loco 1. concor. lege dicimus ꝓ dicuntur.

In concor. eiusdem loci adde in principio homo.

Eod. col. 4. loco 2. ultima linea, lege damnamus ꝓ dominantes.

Fol. 30. col. 4. loco 3. linea 5. lege quoniã sarus non est.

Fol. 30. col. 3. loco ultimo, linea 1. lege nisi stulta impietas reprehendat. etc.

Eodem

Eodem.fol.col. 1. loco ultimo,linea 2. lege quem ſaluum fieri nollet.

Fol.32. col. 1.loco.5.in concor. lege augetur ꝑ augeri.

Fol.33.col.3.loco.2.linea:8.lege præuenerit pro peruenerit.

Folio.34.col.1.loco 1.inconcor.lege hominem,pro homo.

Fol.35.col.4.loco 1.in concorda. lege ſine peccato & cum libero arbitrio.

Eod.fol.col.4.loco.4.in cõcordantia lege loquimur uel facimus.

Fol.46.col. 1.loco.1.linea.13.lege iudicium.

Eod.fol.col.4.loco 1.linea 1.lege nos.

Eod.fol.col. 4.loco 1.in concordantia 2.lege non labili & fluxo elemento.

Fol.51,col.2.loco 2.in concordantia lege ſicut nec eccleſia etc.

Eod.col. 2.loco 1.linea 3.lege bone pro benè.

Fol.52.col.4.loco 3.in concordantia, lege rebaptizare catholicum etc.

Eodem col. 2.loco 3.linea 3.lege unica pro unicam.

Fol. 54.col.3. loco 2. in concordantia lege poterat pro poterant.

Eodem col. loco 1. lege inconcor. Petilianus noluit pro uoluit.

Eod. col. 3 loco 4.in concordantia lege quæ licite in ſceleratos eccleſia exerceri poſſit.

Fol.76.col. 1.loco 1. in concordantia lege dicitur pro dicit.

Folio eodem columna 4. loco 4. in concor lege in hymnis & canticis.

Fol.84.columna 4.loco 2.in concordantia lege fides ex auditu eſt.

Fol.86.columna 2.loco 2.in concordantia lege peccatũ ad mortem quod.

Fol.96.columna 3.loco 3.in concordantia lege intelligunt.

Eodem columna 2.loco 3.in concordantia lege eorũ qui in lege ſunt.

Fol,104. columna 1.loco.1 lege catabaptiſtis,pro catabaptiſmatis.

Fol.107.columna 4.loco.3.in concordantia lege regũ poteſtatem.

Fol.109.columna 2.loco 3.in concordantia lege ad mutandas leges.

Fol.126.colũna 1,loco 2.in concordantia lege lux iſta.

Fol.130.Columna 1.loco 2.in concordantia,intermitte & deme,non.

Eodem columna 2.loco 3.in concordantia, lege diabolo adſcribebat.

Fol.137.columna 1.loco 5.in concordantia lege corpora pro corpore.

Fol.138.columna 4.loco 2.inconcordantia lege anima quando à deo creata ſit.

Fol.141.columna 4.loco 1.in concordantia lege de amicitia animæ & corporis.

Fol.155.columna 1.loco 1.in concordantia lege latria ſoli deo debetur.

Fol.161.columna 4.loco 3.in concordantia lege ueteres quare luxerint etc.

Fol.163.columna 3.loco 1.in concordantia lege in cunctis Chriſto contrarius.

Eodem columna 4.loco 3.in concordantia lege humanis corporibus.

Fol.169.columna 1.loco 2.in concordantia lege duo Chriſti aduentus.

ERRATA IN TERTIO TOMO.

Folio.18.quæſti 13.lege quòd ſit non facturum cui etc.

Eodem quæſti.16.lege quod Moyſes dicit etc.

Ibidem eadem quæſti,lege quomodo aliquid ſuperfuit.

Fol.28.quæſti,109.lege quæ cupas ferunt.

Fol.48.quæſti,75. lege improperium eſt pro improprium etc.

Fol.53:quæſti,26.lege abſcidiſſes pro aſcidiſſes.

Fol.56.quæſti,50.lege uinearum pro uindarum.

Fol.57.quæſti,59.lege permiſerit & poſtea prohibuerit.

Fol.60.quæſti 17.lege commemoretur uel legatur.

Eodem folio quæſti 38.lege de cane autem noluit.

Fol.82.quæſti 15.linea 2.lege perfectos pro profectos.

Fol.221.quæſt. de 5. hære.ca.6.lege crudelis & ubera.

Auguſtæ Vindelicorũ excudebat Henricus Steiner. III. Idus Auguſti An. M. D. XXXVII.

E56320.6

mo gillibz r ī ipis cōflictibz ꝫ nūq̄ ī hmõe r ī
guerra. r ꝑtū ꝓpō a ꝑ t luendo. vñ h ꝑtolū
di t ꝑtuor ars bellau e ꝑtū omnīe. Jtē a ꝑ
mo ꝑmū qz ꝑ ꝑmū solet ꝑmie alios r ꝓpō
a ꝑ t emo q ꝑ alios emīe r a ꝑ t mumū q ꝑ
mumo t offo datū. Quz aūt d ꝑmū q ꝑ alios
meū ethica e. Jtē a ꝑmo ꝑllo as frequ aq ꝑll
to as a frequ. ꝑmo ꝓpō appmo mus ꝓmo
mus Depmo Exprimo t ex ꝑmie effūde mani
festare repūtare. Jnpmo mus ualde r ī ꝑmie
Rige vñ ī illius a ū oppmo is Expmo is sup
pmo t Eactū cū o. s. g. t cocu ꝑ hāc sillabam ꝑ
q̄ ꝓpō mutat ī pri t fiat ꝑtū ī li ꝑ ī lū.

Prudo dis t fiat ꝑtū ꝑ ꝑdi t sup
ꝑtū vñ Luc o. Dam q̄ ꝑdat helie In
uenīt tū mdīna pagina tota nocte laborau
t nichil ꝑdidit ꝫ nō e reclare. Nullū ubū
tue ꝓuīsus ꝫ finalē gēnacōez ī ꝑto n sit
ꝓpō ad. nā ꝑdo nō est ꝓpō ad ūmo e sup
ꝫ hz pl eh. Eꝑhendo dis t fiat ꝑtū sub
stū gēnacōe. Eꝑhendi t sup ꝑhensū tuēp
ꝓpō appndo t apphendo oppndo t ꝑhendo.
dispndo t dispḥendo deppndo t depḥēdo repn
do t repḥendo t cā o. s. g. ff actā t facūt ꝑtū

Prualte gre lat d emie | t sup mstū
r redmie vñ h ꝑtū q. ept r redeptus
t hmc pānides e filius r nepos ꝑtū. Jtē a ꝑ
alte h priap mebr utile qz ractām hūanā
gnīs redemit r ꝑtū uuenis delapsato cui
tate ellespōti fuit vñ de pulc e ꝑ magnāie
utilis mebr t hūus e. pdeo a fēis t sic mē
dōz nūm recept meruit ee ds hortoz t d
hortis ꝑ ee ꝑ fecūditate eoz qz hortꝰ mūq
e sūs fructibz d t ee ds fruc t aquū t ab illo pa
ꝑ ades e ꝑ mutu mēb vñ h ꝑtū sm r pudēn

Pudīcie adū tpis t | doz telio r pallio.
ꝓpā pōz sum vñ ꝑ ꝑme adū t ꝑmie
mo t ꝑmū noīa ff pūr tū qñz adū. t ꝑme
ꝓpō appme t ualde r ff due pces pōte pro

vna t tūc retineat d t alca aa ꝑme t sp me
dia dz pduct. Jtē pōz qñq̄ nō tue spāt ff
pli designat. t sū ꝓpā t tūc pōz ꝑp d de duo
bz ꝑmo de tbz r mj. r de plibz. Sā de decōe bal
silla qu solet pōz qñta de polisilla ꝑma qnta.
Jtē pōz qñz designat distratē t ecta t tūc
e tū mal gnūs. ꝫ h pōz ous vñ h pōzaul
di. pmo pōz r ꝑ r distracte t ꝫ pōnilla q ta
lē ip distratē r uroz pōns t h pōzat t ei
distas r distinct. Jtē a ꝑm ꝑmaro a ū
t ꝑmo r ꝑmer a ū t ꝑmo t ꝑmune dz ꝑmu
ne ꝑ ff q de frugibz ꝑcēpūt r q de p offūn
t. vñ ꝑmus a ū t papinus t mt alios ꝑmo
r maioz d tue meth. ecce rap medios sa
gramē trat ab aris ꝑmittū tuē. Jtē a ꝑ
mo h ꝑmoz ous t maioz dignoz ī ꝑplo r ꝑ
mo ordie vñ ꝑmozdiu a ū alīq̄ nullū pri
moz. Jtē a ꝑmo h t h ꝑmas ns q ꝑmo hē
ī ꝑplo. vñ h ꝑmat t ei distas magrat.
Jtē ꝑmas designat ī ecta t tūc e tū mal
h ꝑmas ns vñ h ꝑmana e t h ꝑmat t ei
distas r distinct. Jtē a ꝑmo a ū di t tueīt ꝑ
ꝑmis. ꝑmo ꝓpō ꝑmeu a ū t ꝑmo teuo r
ꝑmeu t sener r antiq r ꝑmo t h ꝑmeū
us t h ꝑmul t ꝑmularis e ꝫ delmo
ōibz līs ꝑcellit sermo. Jtē ꝓpō h ꝑmūgo
q ꝑmā vgā ff a ū reste ꝓpō qz ꝑmo ei mlts
alīs ꝑtibz de ꝙbz ī sus locis tractat. Jtē a ꝑ
oz h ꝑra e q. pōra t amoz ps nauis vñ
h ꝑcera e q ī ꝑra t ꝑncipio nauis mora
t r maioz t ornat sonos r gubnatoz. Sā
tiona v h o gubnatore lex ꝑcerā mtpta
ti ff. Jtē pōz ꝓpō ei orsū r ursū t d pōrsū
adū loca t adūs pōre ptē o. Jacō delatōne
aut n accedit pōrsū aut recedē mutatiū.
Jtē ꝓpō ei nur t gent td h ꝑuigno q. pōr
uuo gent r ꝑuigno q. p gent r q. ꝑua
tus ignē t amore r alīs mīs ꝑuat
vñ ꝫ ꝑuigna e. Jtē a ꝑde ꝑuīc a ū unde

ꝑtum a ū tcōe thu.

2689